BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
G
2
NAPOLI

XII
G.
2-4

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. D. IOAN. ANGELI
BOSSII,

EX

CLERICIS REGVLARIBVS BARNABITIS, CONGREGATIONIS S. PAVLI,

MORALIA VARIA,

AD VSVM VTRIVSQVE FORI DVODECIM COMPREHENSA TITVLIS,

QVORVM PRIMVS VNIVERSAM DE CONSCIENTIA materiam complectens in tres diſtribuitur partes,

I. De Conſcientia erronea, & opinatiua. II. De Conſcientia dubia.
III. De Conſcientia ſcrupuloſa.

Reliqui tituli, qui breuiores, non ſecantur in partes,

In calce tertiæ partis tituli primi additur Appendix, in qua communis opinio de licito vſu opinionis probabilis, relictâ probabiliori, aduersùs Candidum Philalethum, & quæ non ſua diſputatione de opinionum praxi docuit, vtplurimum improbantur.

Cum triplici INDICE *vno materiarum præcipuarum; altero paragraphorum ac præcipuarum difficultatum cuiuſcumque paragraphi; tertio rerum omnium notabilium.*

NVNC PRIMVM LVCEM VIDENT



LVGDVNI,
SVMPTIBVS HÆRED. PETRI PROST.
M. DC. XLIX.
Cum Approbatione, & Permiſſu Superiorum.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

ILLVSTRISS^MO AC REVERENDISS^MO

ECCLESIÆ PRINCIPI
IOANNI FRANCISCO
PAVLO DE GONDY,
CORINTHIORVM ARCHIEPISCOPO,
PARISIENSIS METROPOLEOS
COADIVTORI DIGNISSIMO.

HABEBIS fortè quod in prima huius operis pagina mireris, ARCHIPRÆSVL ILLVSTRISSIME, cur liber iſte meus in mediis Inſubriæ plagis enatus, ſuperatis Alpium iugis, te in vlterioris Galliæ meditullio conueniat, & tuis pedibus prouolutus, tuis quoque ſacratis manibus benignè contrectari exoret. Conquieſcet tamen omnis iſthæc admiratio, ſi in mentem reuoces, eam eſſe ſapientiæ vim, eam virtutis dignitatem, vt facilè mentes hominum, etiam exterorum, non ſecus ac magnes ferrum, ad ſe alliciat, ſeu potius abripiat. Virtutis ſiquidem afflata ſuauitas, quaſi quædam vnguenti effuſio, remota quoque loca perfundans alienigenas de limitibus extrahit ſuis; & ad inſtar flagrantis Solis, dum radios ſuos diſpergit, de reconditiſſimis quibuſque receſſibus mortalium oculos ad ſe non conuertit ſolùm, ſed captiuat.

Iam olim dum adoleſcentior Italiam penè vniuerſam non incognitus hoſpes perluſtrares, tanta ſapientiæ fama, tantóque virtutum nitore regiones iſtas impleuiſti, ne dicam illuſtraſti, vt in hodiernum vſque diem IOANNIS FRANCISCI PAVLI GONDIACI nomen & encomia, iucundiſſimo ambitu audiantur perſonare. Nunc verò quum illa virtutum exordia, pertinaci ſtudio, & inuicta exercitatione excreuêre: nunc quum ipſa conſenuit magis quàm adoleuerit tecum, prudentia: nunc quum non tam aliena vota, quàm tua te merita, in ſublime Eccleſiaſticæ Hierarchiæ prouexêre, quò tua non peruaſit fama? quis vſque adeò ſemotus & opacus cuniculus, in quem non penetrauerit? quorumnam aures non replet? imò cuiuſnam non prouocat affectum, non conciliat animum? cuius obſeruantiam & ob-

ſequium non emeretur? Celebrantur in his plagis ſingulares ingenij tui dotes, celebrantur natiuæ propenſiones ad ea omnia, quæ recta & honeſta ſunt. Proclamatur in compitis noſtris aureum eloquentiæ tuæ flumen, neruoſum dicendi robur; profunda, admirabilis, & penè incredibilis rerùm, diſciplinarúmque omnium cognitio: extolluntur inconcuſſa animi magnitudo, accurata in rebus agendis ſolertia, humaniſſima comitas, larga benignitas. Quantum eſt quod reſonat de ſublimi in Deum pietate, de zelo, & religioſa ſolicitudine eorum quæ ſacri cultus ſunt? Quantum quod de myſtici eloquij & de Theologicæ doctrinæ intelligentia tua, de ſincero Chriſtiani dogmatis præconio, de eximiæ ſanctitatis ſplendore per auras noſtras volitat? quid plura? viuidum ſapientiæ, prudentiæ, religionis, & Epiſcopalis ſanctimoniæ exemplar apud omnes cognominaris. Fateor igitur ipſemet, hiſce pigmentis, & longè ditioribus coloribus ſpecioſam famam nominis tui peruagantem ſinus noſtros, tributum opuſculi iſtius à me, non inuito tamen, exegiſſe, extraxiſſe, extorſiſſe: nec aliò potuit illud diuertere quàm ad pedes tuos, tanquam ad altare virtutum tuarum libatum ſacrificium. Quid verò foret, ſi mihi fauiſſet cœlum, oris tui maieſtatem intueri? quid, mellita eloquia, diuiníque verbi ſacramenta aure excipere? quid, tuis conſiliis dirigi? quid, clementiam experiri? quid, vitæ integritatem? quid, probatam morum ſpeciem oculo præſenti conſpicere? quid, Antiſtitis præeuntis veſtigia ſectari? Neutiquam firmioribus, iucundioribúſve vinculis Auditores, conciuéſque ſuos Hercules ille veſter poſt ſe deduxiſſet, quàm tu & linguam, & aures, & mentem, & ipſa præcordia mea, traheres, regeres, & poſſideres. Felix illa, ſed ter felix tellus, cui ſupremum Numen tale indulſit lumen, talem Doctorem, talem Ductorem; talem Sacerdotem, tantum Epiſcopum, talem Ideam bonorum omnium. Eſt quod orbis noſter Hetruſcus Gallico inuideat cœlo, dum à ſuo hemiſpherio tam lucida aſtra in aliud transferri intuetur. Ni meliùs dicam, eſt quod ſolum Hetruſcum debeat Galliarum regno, dum floſculos ex hortulis ſuis traductos ad Gallicos hortos in aſtra micantia immutari videt, & coruſcare. Erat enim anguſtior Florentiæ angulus, quàm vt Gondæorum propaginem caperet. Tantæ & tam fœcundæ, ſeu virorum, ſeu virtutum proſapiæ latior campus expoſcebatur; nec vſquam aptior occurrere potuit illo, qui natus eſt ex ſe copioſiſſimos edere, & aliunde ortos ſuo gremio educare, tum armis Heroës, tum Apollines litteris, tum religione Diuos: & ſpeciatim in illa ſuæ ditionis ora, in qua extenditur Theatrum eius vrbis, quæ ſicut longo à ſe tractu deſpicit cæteras orbis vniuerſi Ciuitates, ita excelſiore quoque throno ſuos incolas eleuat, & cæteris exhibet admirandos.

Gondiacæ familiæ ſeriem aut hiſtoriam texere in animo mihi non eſt, ne tantus generis ſplendor mentem obcæcet. Quis enim ſatis vnquam collaudet illa duo cœleſtia Oracula, illa duo ſidera Eccleſiaſtici Senatus, illos eminentiſſimos Hierarchas, quos dedit Pariſienſi Eccle-

ſiæ,

ſiæ,à quibus ad purpuram elata,& in Metropolis ſublimitatem euecta, dignitas Epiſcopalis,ad ſucceſſores ſuos Archiepiſcopos, non tam ſanguine,quàm meritis, ac pietate pares tranſmiſſa eſt? Quis dignè commendet illa belli fulmina, illos Theſſalarchos, qui claſſibus impingendis & concutiendis, mare; equitum verò turmis regendis Præfecti terram perterruêre? E quibus Parens ille tuus de ampla huius ſæculi claſſe in arctiorem nauiculam Principis Apoſtolorum ſecedens, tanquam de mediis fluctibus, & procellis pelagi in tranquillam ſtationem, & tutiſſimum portum exiliens,dum ſpretâ ſæculari pompa,deliciiſque omnibus abdicatus, aſſiduis precibus, atque quotidianis ſacrificiis Sacerdos integerrimus, velut alter Aaron, Deum Optimum Maximum propitium mortalibus facit, glorioſius nunc de Tartareis legionibus, & de vitiorum monſtris, quàm olim de maritimis, triumphat. Quis iterum aptè deſcribat, qua conſiliorum vi, quo pondere ſententiari polleant, qua dexteritate animos regant, qua perſpicacitate futura diſcernant, qua ratione in omni politica adminiſtratione ſoleant vigere, quotquot ab hac ſtirpe emergunt, ſurculum? Vidi ego, vidi Florentiæ longo annorum curſu dum Superioris agerem vices, Sereniſſimum Hetruriæ Ducem nil moliri, nil decernere, nil aggredi felicibus auſpiciis potuiſſe,quin priùs Gondiacum Oraculum conſuluiſſet: ſicuti eodem planè modo Gallia tota, & ipſa Principum maieſtas Gondæorum conſultis & decretis diu ſe vidit feliciter obtemperantem. Ne verò cuiquam hominum Anteceſſores tui videantur munificentia inferiores, omittens ea quæ prolixo circuitu ſermonis forent enuncianda de immenſitate bonorum, quæ ab illis tum in publicas, tum in priuatas vtilitates emanauêre,ad ea ſola me colligo,& vno verbo abſoluo,quibus poſtremis his temporibus Congregationem hanc meam magnifica illorum largitas cumulauit. Cœnobia ſiquidem noſtra Florentiæ, Piſarum, & Liburni conſanguineum tuum Equitem Torquatum agnoſcunt, & venerantur pro beneficentiſſimo ſuo Mecœnate, Patrono, & fidiſſimo Propugnatore. Illud item, quod in alma Pariſienſi Ciuitate, in ædibus & fano S. Eligij recenter erigitur, cuius dono, cuius gratiæ acceptum verius reddere debent ſocij mei qui ibidem hoſpitantur, quàm Illuſtriſſimi Patrui tui Archiepiſcopi Ioannis Francisci perſpectiſſimæ beneficentiæ? qui vltrò,nemine excitante,aduenis ſedem, peregrinis hoſpitium, Sacerdotibus aram & templum obtulit, conceſſit, dono dedit; quæque ſemel ſuæ bonitatis fundamenta iecit, perpetuâ curâ & beneuolentiâ ſtudet exædificare. Illa quoque tua facilitas qua Alumnos Congregationis meæ ad te accedentes amplecteris, illa vultus hilaritas qua præſentes intueris, illa benignitas qua colloquentes auſcultas, illud denique ſtudium,quo ſupplices foues, quid aliud indicant,præter inclytam animi tui nobilitatem,& ingenitam bene merendi naturam,quæ ſeſe illuſtrari magnoperè credit humanitate,munifica voluntate, & regali beneficiorum collatione.

Hæ cauſæ ſunt, AMPLISSIME & ILLVSTRISSIME PRÆSVL, cur lucubrationum mearum pretium hoc volumine contentum, à tam diſſita regione ad te properet, tuóque nomini, Eminentiæ Romanæ digniſſimo, appendatur. Non vt inde noua haurias documenta; tu qui ad ſummum gradum omnium ſcientiarum conſcendiſti; qui facultatis Sorbonicæ lauream infulato crine geſtas; qui inter ſupremos Chriſtianæ Philoſophiæ Anteſignanos caput attollis; qui quæ ipſe improbo ſtudio conſcientiæ dubia diſſoluo, facile enodare conſueuiſti; quaſque ſanctè viuendi regulas præſcribo, ex innato mentis acumine es aſſecutus. Neque enim ex ſola diſciplina magiſtrorum, aut aſſidua librorum volutatione noſti de vita Chriſtiana,& de moribus ritè componendis præcepta dare: ſed vel ſuperiore lumine, quæ eſt vera ſapientia, illuſtratus loqueris; vel cùm ſis ipſe bene moratus; exercitatio ipſa virtutum, quædámque animi procliuitas, & ſympathia ad ea, quæ recta ſunt, prius te ſanum iudicem, quàm aliena doctrina ſcientem diſcipulum efformarunt. Properat ad te potius liber iſte, vt ſit tantillus index obſeruantiæ in te noſtræ; properat vt iam multiplici iure à tuis meritis vendicatus; properat vt in templo gloriæ tuæ perennis teſtis ardeat; properat etiam vt trutinâ tuâ, tanquam acutiſſimi ſcientiarum Trapezitæ exploratus, nullius poſtmodum cenſuram expaueſcat, aut metuat iniuriam. Faue igitur, OPTIME ANTISTES, laboribus meis, annue votis ſupplicis libelli, & quo lætanti ſtudio Muſas omnes proſequeris, qua gratificantis animi ſignificatione dona quoque probas, qua humanitate Religioſorum humilitati celſitudinis tuæ faſtigium inclinas, eadem munuſculum iſtud accipies, & merita grata acceptatione remuneratum dimittes. Sodales verò meos Diui Pauli Ductoris auſpicio militantes, Tu quoque PAVLVS tuo patrocinio foue,dum tuis quoque legibus vnà mecum illi ſe ſubiiciunt, tuum nomen colunt, & tibi perennem de cœlis ſalutem exoptant. Vale. Datum Mediolani è Collegio SS. Apoſtolorum Pauli & Barnabæ, V. Kalendas Decembris M. DC. XLVIII.

Illuſtriſſimæ ac Reuerendiſſimæ Dominationis tuæ

Humillimus in Chriſto ſeruus

D. IOANNES ANGELVS BOSSIVS,
Clericus Regularis, ac Aſſiſtens Congregationis S. Pauli.

FACVLTAS ADMODVM R. P. GENERALIS *Opus imprimendi.*

CVM Opus, cuius titulus eſt, *Moralia varia ad vſum vtriuſque fori*, à R.P.D.Ioan. Angelo Boſſio Aſſiſtente noſtro compoſitum duo, quibus id commiſimus, noſtræ Congregationis Theologi recognouerint, & probauerint: facultatem facimus, vt typis mandetur; ſi & aliis, ad quos ſpectat, ita videbitur. Dat. Mediolani in Collegio noſtro Sanctorum Apoſtolorum Pauli, & Barnabæ, die ſeptima Octobris 1647.

D. BAPTISTA CRIBELLVS, *Præpoſitus Generalis.*

APPROBATIO DOCTORVM.

HOc Opus R. P. Ioan. Angeli Boſſij Moralia varia, de Conſcientia erronea, opinatiua, dubia, & ſcrupuloſa, vidimus & legimus nos Doctores Facultatis Parifienſis, & dignum reperimus quod typis mandetur, & à Paſtoribus, & omnibus conſcientiarum Doctoribus frequenter perluſtretur, vt mentes quietas reddere poſſint, & ne quemquam lateat cenſura noſtra, ſyngraphas noſtras appoſuimus. Actum Lugduni anno à Partu virgineo 1649. die Aprilis vltima.

F. M. MICARD, *Minor Conuentus S. Bonauenturæ.*

F. CLAVDIVS VALLENOT, *Conuentus S. Mariæ de Angelis ſecus Lugdunum Guardianus.*

VIſa nobis RR. Patrum in Facultate Pariſienſi ſacræ Theologiæ Doctorum præfata authentica approbatione ſuper doctrina R. P. Ioan. Angeli Boſſij, Moralium variorum de Conſcientia erronea, &c. quæ cenſent prælo digna, nos quoque in eorum ſententiam meritò eundum iudicauimus. Lugduni Kal. Maij 1649.

DE VILLE, *Provicar. Gen.*

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.

VIſa Doctorum approbatione non impedio ex parte Regis Chriſtianiſſimi quominus Liber cui titulus eſt, *R. P. Ioan. Angeli Boſſij Moralia varia*, &c. in lucem edatur, & prælo mandetur à Philippo Borde, & Laurentio Arnaud, Bibliopolis Lugdunenſibus, cum prohibitionibus in ſimili caſu requiſitis, & conſuetis. Datum Lugduni 1. Maij 1649.

LORIN.

PERMISSIO.

VIſo Procuratoris Regij conſenſu hunc librum typis mandari ſupradictis Lugdunenſibus Bibliopolis concedimus, & ne quis vltra dictam facultatem denuò excudat prohibemus. Lugduni die 4. Maij 1649.

SEVE.

SERIES TITVLORVM HVIVS OPERIS.

CONTINENTVR

TIT. I. PARS I. De Conſcientia erronea & opinatiua. pag. 1
II. De Conſcientia dubia. 280
III. De Conſcientia ſcrupuloſa. 495

APPENDIX ad Titulum primum contra Candidum Philalethum de opinionum praxi. 601

TIT. II. De Computatione Temporum, &c. 630
III. De Ordinibus quoad titulum ad Sacros ſuſcipiendos. 665
IV. De Iuriſdictione abſoluendi à caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. 709
V. De Abſolutione in articulo mortis. 742
VI. De Abbatibus quoad conſecrationem Altarium, & collationem Ordinum. 763
VII. De Beneficiis quoad pluralitatem, &c. 776
VIII. De Reſtitutione locaiium diſſolutis ſponſalibus. 780
IX. De Teſtamento tempore peſtis. 790
X. De Teſtamento parentum inter liberos. 822
XI. De Teſtamento militari. 884
XII. De Teſtamento ad pias cauſas. 903

INDEX

INDEX MATERIARVM,

de quibus vel ex inſtituto in peculiaribus Titulis, vel latè, & exactè in Opere agitur.

IVXTA ORDINEM ALPHABETI.

A

De ABBATIBVS *quoad conſecrationem Altarium, & Collationem Ordinum. tit.6.per tot.tit.1.n.2211.& ſeqq.*

Abſolutione à caſibus, & cenſuris reſeruatis extra articulum mortis in caſu impedimenti adeundi ſuperiorem. tit.4.per tot.

Abſolutione à caſibus, & cenſuris reſeruatis in articulo, & periculo mortis. tit.5.per tot.

Abſolutione moribundi, qui dedit ſigna contritionis abſente Sacerdote. tit.1.n. 363. ad 371

Actibus impudicis, quando ſint venialia, quando mortalia. ibid.n.2211

Aduertentia, ſea conſideratione, & deliberatione requiſita, & ſufficiente ad peccandum mortaliter, vel venialiter. ibid.num.2115. cum ſeqq.

ad Aduertentiam, ſea conſiderationem, & deliberationem perfectam ab imperfecta diſcernendum, atque cognoſcendum conſenſum in peccatum vel fuiſſe nullum, vel imperfectum, & non plenè deliberatum, regulis. ibid. n.2140

Aduocato præuaricatore, & Aduocati obligationibus. ibid.n.737 ad 795

Ætate ad ſponſalia, Matrimonium, teſtamentum faciendum, Ordines ſuſcipiendos, ad Canonicatus, dignitates, beneficioram curam, Prioratum, Abbatiam, Epiſcopatum, Inquiſitoris officium, profeſſionem requiſita, & quomodo ſit computanda. tit.2.n.42.ad 123

Appetitus ſenſitiui motibus inhoneſtis, & motibus iracundiæ, & ſimilibus, quando ſint, vel non culpabiles. tit.1.n.2139

Ariditate, ſeu tædio ſpirituali. ibid. num. 2322 & ſeq.

Attentione in recitatione horarum canonicarum, altarúmque orationum ex obligatione debitarum, & auditione ſacri neceſſaria. ibid.n.2266.& ſeqq.& n.2314 & ſeqq.

Attritione cognita, an extra articulum mortis, & in mortis articulo ſit ſufficiens diſpoſitio ad Sacramentum, & illius effectum. ibid.n.329 ad 345

B

BAptiſmi materia, & forma dubia, quando eius vſus liceat. ibid.n.347. & ſeqq. & 363 & ſeqq.

Bello in dubio, ad quem ex duobus contendentibus ſpectet Regnum, vel Principatus. ibid. n.953 ad 978

Belli offenſiui, & defenſiui iuſtitia agnoſcenda ratione, & qua certitudo iuſtitia belli requiratur ex parte Principum, & conſiliariorum eorum ad illud iuſtè inferendum, vel ſuſtinendum. ibid.n.980 ad 1075

Belli iuſtitia cognitione militibus tam ſubditis, quàm exteris neceſſaria, vt iuſtè militare poſſint. ibid.n.1076.ad 1112

Beneficiorum Eccleſiaſticorum pluralitate licita, & illicita. tit.7.n.1.ad 40

Beneficijs conferendis indigenis, & naturalibus, non alienigenis, & exteris. ibid.n.41.ad n.55

Beneficijs ſine diminutione, & grauamine conferendis, & quando penſiones ſint, necne licitæ. ibid.n.56.ad n.64

Biſſextili die, quando ſit necne computandus pro die ab alijs diſtincto. tit.2.n.149.& ſeqq.

Blaſphemia ſcrupulis, & eorum remedijs. tit.1. n.2160.& ſeqq.

C

CArnis motibus, an ex ſe ſint obiectiuè mali, & peccatum. ibid.n.2219.& ſeq.

Cauſa motuum inhoneſtorum appetitus ſenſitiui, & carnis, ac pollutionis, quando ſit peccatum mortale, vel veniale contra caſtitatem, vel careat omni culpa, vide Appetitus ſenſitiui.

Cauſa pia, quæ propriè ſit, latè. tit.12.n.215. ad 287

Cauſidico prauaricatore, & Cauſidici obligationibus. tit.1.n.737.ad 795
Cogitatione, quando ſit peccatum. ibid.n.2150
Confeſſione peccati in dubio, an fuerit commiſſum, vel fuerit veniale, aut mortale, vel iam ſemel ritè clauibus ſubiectum. ibid. n.1741.ad 1784
Confeſſarij obligatione in diuerſitute opinionum inter ipſum, & pœnitentem. ibid.num. 222.ad 249
Conſcientia. ibid.per tot.
Conſcientia dubia. ibid.n.1135.ad 1210
Conſcientia erronea. ibid n.17.ad 81
Conſcientia opinabili, ſeu probabili. ibid.n.82. ad 1134
Coniugatorum delectatione venerea, & actu coniugali cogitato. ibid.n.2189
Coniugis prioris morte qualiter conſtare debeat, vt liceat tranſitus ad alias nuptias. ibid n.1948 ad 2014
Coniugum vſu matrimonij, iure petendi, & obligatione reddendi debitum coniugale in dubio de valore matrimonij contracti, & quando hinc inde ſunt opiniones probabiles circa matrimonij valorem. ibid.n 1925.ad 2014
Conſenſu conditionato in opus malum, ſeu ſub conditione auferente malum. ibid. n.2150. & 2186. & ſeq.
Conſolationibus ſpiritualibus. ibid.num.2320. cum pluribus ſeqq.
ad Conſuetudinem contra ius commune inducendam requiſitis. tit.6.n.21.& ſeqq.
Conſultoris, & Confeſſarij obligatione, quando interrogantur de rebus conſcientialibus. tit.1.n 196 ad 218
Contractu, an in dubio ſit præſumendus illicitus. ibid n.1587.& 1588

D

DElectatione moroſa, de opere malo cogitato, de cogitatione, de vtroque ſimul. ibid.n.2172.& ſeqq.
Delectationibus venereis appetitus ſenſitiui, & motibus carnis inhoneſtis reſiſtendi obligatione. ibid.n.2198.& ſeqq.
Delectationibus venereis appetitus ſenſitiui, & commotionibus carnis præuiſis in cauſa tam ex natura ſua, quàm non de ſe ad illas ordinata. ibid.n.2201.& ſeqq.ad 2124
Delectationibus venereis quoad paruitatem materiæ à mortali excuſantem ibid n.2212. & ſeqq.& 2221
Deſolatione ſpirituali ibid.n.2324 cum pluribus ſeqq.
Deſperationis tentationibus, & earum remedijs. ibid n.2348
Diſpenſatione in dubio cauſa iuſta diſpenſandi, vel an fuerit valida. ibid n.1674 ad 1691
Dubio in genere, an, & quando in dubio ſit obligatio, vel libertas eligendi partem tutiorem. ibid n.1135.ad 1160 & n.1174 ad 1210
Dubij ſpeculatiui deponendi principijs practicis. ibid.n.1166 ad 1173

E

EPiſcopi auctoritate circa leges canonicas, Pontificias, & Concilij generalis in caſu magnæ neceſſitatis, & vtilitatis, & impoſſibilis, vel difficilis aditus ad Papam, ſeu Sedem Apoſtolicam. ibid.n.1255.ad 1287
Epichcia. ibid n.1236.ad 1250
Excommunicatione in dubio iuris, vel facti, cui ſit annexa excommunicatio. ibid n. 1294 ad 1306 & n.1381 ad 1384
Executore ſententiæ, quam nouit eſſe nullam, vel iniuſtam, idque ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus. ibid.n.881.ad 899

F

FIdei ſcrupulis, & eorum remedijs. ibid.num. 2155
Filiatione legitima, & illegitima, & vtriuſque probatione quoad vtrumque forum, & tam quoad iudicium poſſeſſorium, quàm petitoriam. ibid.n.1393 ad 1586
Fœmina, an & quando ſit teſtis idoneus in teſtamento, & cæteris vltimis voluntatibus. tit.9.n.67.ad 117

H

HOris Canonicis, & ſcrupulis circa earum recitationem, & eorum remedijs. tit.1. n.1385 ad 1388

I

IEiunio naturali requiſito ad celebrationem, & ſacram Communionem. ibid.n.1704. ad 1733
Innocentis occiſione, ſeu traditione in manus Tyranni comminantis ciuitatis, vel Reipublicæ euerſionem, ſi illi non tradatur. ibid. n.931.ad 952
Intentione requiſita, & ſufficiente ad implenda præcepta, vota, iuramenta & pœnitentiam Sacramentalem. ibid.n.2274.& ſeqq.
Irregularitate latè, ſed præſertim in dubio facti homicidij. ibid.n 1288 ad 1293.& num. 1307.ad 1373
Iocalium reſtitutione diſſolutis ſponſalibus. tit.8 per tot.
Iudice fori externi, quoad ſententiam, ſeu opinionem, quàm vtroque foro in pronunciando ſequi debet tam in ciuilibus, quàm in criminalibus; & quid facere debeat in re controuerſa ſtrictè dubia. tit.1.n.474 ad 528.& n.715 ad 7.6
Iudice tam ſupremo, quàm inferiore, an tam in criminalibus, quàm ciuilibus ſemper debeat iudicare iuxta allegata, & probata, & ſcientiam publicam; an verò aliquando poſſit, & debeat ſequi ſcientiam propriam priuatam. ibid.n.790 ad 930

Iudice

Iudice executore tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. ibid n.88. ad 849

Iudicij temerarij ſcrupulis, & eorum remedijs. ibid.n.2163

L

LEgis obligatione in dubio iuris, vel facti, & an fuerit acceptata. ibid. n. 1212 ad 1234

Lege canonica quando eſt ſeruanda in foro ciuili, & lege ciuili quando eſt ſeruanda in foro Eccleſiaſtico. ibid.n.535 ad 539

M

MEdici, & Chirurgi obligatione circa medicamentorum applicationem, & infirmi curam. ibid n.449 ad 473

Militis priuilegijs nonnullis. tit.11.n.88

Miſſæ auditione, & ſcrupulis circa eam. tit.1. n.2272. & 2282

Miſſæ ſacrificij applicatione ſiue ex liberalitate, ſiue ex obligatione iuſtitiæ ratione ſtipendij iuſti accepti, ſiue ex obligatione regulæ, ſeu conſtitutionum, & ordinationum religionis, vbi etiam plura de valore ſacrificij Miſſæ. ibid.n.394.ad 428

Motibus primo primis, & ſecundo primis. ibid. n.2132.cum ſeqq.

O

OBedientia, ſeu obediendi obligatione ex parte ſubditi, quando hinc inde ſunt opiniones probabiles, vel dubitatur circa honeſtatem præcepta, vel iuriſdictionem, aut legitimam electionem, vel promotionem ſuperioris præcipientis. ibid. n. 250 ad 313. & n.1785 ad 1829

Opinionis Canoniſtarum, Legiſtarum, & Theologorum concurſu, quæ ſit præferenda. ibid. n.693.ad 701

Opinione probabili, quid ſit, & requiſita ad eam conſtituendam. ibid.n.82.ad 106

Opinione probabili quoad electionem foro conſcientiæ ſpectato; & exactè examinatur, ac refutatur diſputatio Candidi Philaleti de opinionum praxi in octo quæſtiones diuiſa. ibid n.108.ad 176 n.431. ad 449. & num. 2350. ad 2417

Opinionibus, quas in ſcholis poſſunt, aut debent Cathedratici docere. ibid.n.165.& n.111. cum pluribus ſeqq.

Opinione probabili, an tribuat iuriſdictionem. ibid.n.387.ad 393

Opinione communi, quæ in iudicando à iudicibus obſeruanda, & an ſit præferenda opinioni Excellentiſſimi Doctoris, puta, Accurſij, ſeu Gloſſæ, vel plurium gloſſarum, vel Bartoli, vel alicuius Collegij, vel Rotæ. ibid.n.94.& nonnullis ſeqq.& n.529 ad 588

Opinione communi, quoad conditiones requiſitas ad eam conſtituendam, vbi qui Doctores cenſeantur maioris authoritatis, & æſtimationis, & qui quando faciant numerum in communi. ibid n.93.& pluribus ſeqq.n.178.ad 195.& n.589.ad 656

Opinione communi, à qua in iudicando poteſt iudex recedere. ibid.n.657 ad 692

Ordinibus ſacris, quoad titulum patrimonij, penſionis, vel beneficij ad eorum ſuſceptionem requiſitum. tit.6.per tot.

Ordinis ſacri per vim, aut metum, vel ante vſum rationis, vel ante pubertatem ſuſcepti effectu. ibid n.165. ad fin.tit.

P

PEccato mortali, & veniali, ac requiſitis ad peccandum. tit. 1.n.2115.cum ſeqq.

Peccato veniali ob materiæ paruitatem. ibid. n 214. cum ſeqq.

Peccato veniali ex imperfectione actus, ſeu aduertentia malitiæ obiecti. ibid.n.2131.cum ſeqq.

Peccati venialis tranſitu in mortale. ibid.num. 2141

Pollutione nocturna, & diurna, eius cauſis, & quando ſit culpabilis, & impediat communionem. ibid n 2233 ad 2261

Poſſeſſore bonæ, malæ, & dubiæ fidei latiſſimè. ibid n.1830.ad 1921

Præceptorum impletione, & circumſtantijs ad eam requiſitis. ibid.2261 ad 2308

Prædeſtinatione, & reprobatione nonnulla ibid. n.23.46

Prælatione Theologi, vel Canoniſtæ in aſſumptione ad Epiſcopatum, vel beneficium habẽs curam animarum annexam. ib.n.707 ad 715

R

REſtitutione incertorum. ib.n.1882 & ſeq.

Reſtitutione in dubio damni dati, conſilio, mandato, vel quacunque alia iniuſta actione. ibid n.1374.ad 1380

Reuelationibus, & viſionibus, quibus ſignis vera à falſis dignoſcantur. ibid.num.2339 ad 2345

S

SAcramentorum Miniſtro, quoad opinionem, quam in illis conficiendis, & adminiſtrandis ſequi poteſt, vel debet. ibid. n.314 ad 428

Sanctitate vera, & ſignis illam agnoſcendi. ibid.n.2327

Scripturæ priuatæ probatione per teſtes deponentes ſe habere notam manum ſcribentis, & per literarum comparationem. tit. 10. n.222 ad 258

Scrupuli eſſentia. tit.1.n.2043.& ſeqq.

Scrupulorum agnoſcendorum regulis. ib.n.2056

Scrupulorum cauſis. ibid n.2057.& ſeqq.

Scrupulorum vtilitatibus, & damnis. ibid.num. 2062.& ſeqq.

Scrupulorum remedijs generalibus. ibid. num. 2066 ad 2094

Scrupulis circa peccata mortalia præterita, eorúmque confeſſione, & eorum remedijs. ibid. n.2095 ad 2110

Scrupulorum circa actus vrbanitatis remedijs. ibid n.2143

Scrupulis eorum, qui venialia credunt mortalia, vel in omnibus putant ſe peccare. ibid. n.2111 ad 1243

Scrupulorum de frequentia venialium, & eorum confeſſione remedijs. ibid.n.2144.cum ſeqq.

Scrupulorum de digna Sanctiſſima Euchariſtiæ ſumptione remedijs. ibid.num.2148.& ſeq.

Scrupulis circa cogitationes infidelitatis, blaſphemiæ, rerum obſcœnarum circa ſuſpiciones temerarias, & motus impatientiæ, iræ, vindictæ, odij, & eorum remedijs. ibid.num.2151 ad 2167

Scrupulis circa delectationes, & eorum remedijs. ibid.n.2171.ad 2228

Scrupulis circa nocturnas, & diurnas pollutiones, & eorum remedijs. ibid.num.2233.& ſeqq.

Scrupulis circa præceptorum impletionem, & eorum remedijs. ibid n.2263.& ſeqq.

Scrupulis circa diſtractiones, indeuotionem, & deſolationem ſpiritualem in exercitijs ſpiritualibus, & eorum remedijs. ibid.n.2311. ad 2345

Scrupulis circa Dei præſcientiam, prædeſtinationem, & reprobationem, & eorum remedijs. ibid.n.3346

Sponſorum delectatione venerea, de copula coniugali in ſtatu matrimonij habenda cogitata. ibid.n.2189.& ſeqq.& 2197

T

TActibus impudicis. ibid.n.2212.& ſeqq.

Temporam computatione, ſcilicet, dierum, menſis, & anni, ſeu annorum, quótve diebus menſis, vel annus conſtare debeat, cùm menſis, vel anni in iure, ſtatuto, vel hominis aſſignatione ſit mentio, & quandónam computatio ſit facienda de momento in momentum. tit.2 per tot.

His, qui teſtamentum condere poſſunt ad profanas, & pias cauſas tit.12.n.137.ad 218

Teſtamento tempore peſtis in loco peſtifero tam ab infirmis, quàm ſanis condito. tit.9.per tot.

Teſtamenti ſolemnitate illa, quòd teſtes teſtamentarij debeant eſſe non ſolùm de auditu, ſed etiam de viſu. ibid.n.122.ad n.156

Teſtamento inter liberos. tit.10.per tot.

Teſtamento militari, ſeu militis. tit.11 per tot.

Teſtamento, & diſpoſitione ad pias cauſas. tit.12. per tot.

Teſtamento, quando ſit perfectum, vel imperfectum ex parte voluntatis. tit.10.n.130 ad 216.& n.159 ad 185

Teſtamento condito, vel ab infirmo, ſi contigerit ex hac infirmitate mors, vel à prægnante, ſi in partu deceſſerit, vel ab aggreſſuro longum, vel periculoſum iter, vel ituro ad bellum, ſi non fuerit reuerſus, tit.10.n.290. & ſeqq.

V

VErbis inducentibus diſpoſitionem, vel ſolùm animi motum, ſeu affectum diſponendi in futurum, & latè de verbo volo, *quandónam ſtet diſpoſitiuè, quando enunciatiuè tantùm tam in vltimis diſpoſitionibus, quàm in alijs. ibid.n.259 ad 289*

Viduarum delectatione venerea de copula coniugali præterita cogitata. tit.1.num.2189. 2193.& ſeq.

Viſu, ſeu aſpectu impudico. ibid.n.2212

Voto, & iuramento pio, & eorum obligatione, & eorum etiam diſpenſatione latiſſimè, & difficiliori in materia voti, & iuramenti pij, circa diuerſas materias votorum, & iuramentorum, & varios modos vouendi, & iurandi enodantur. ibid. num. 1589 ad num.1698

SYLLABVS

Titulorum, & Paragraphorum, necnon præcipuarum difficultatum cuiuſque Paragraphi.

IVXTA SERIEM OPERIS.

TITVLVS I.

De Conſcientia erronea, opinatiua, dubia, & ſcrupuloſa.

PARS PRIMA.

De Conſcientia erronea, & opinatiua.

§.1. QVin ſit conſcientia, quotuplex, quid error, ſcientia, fides, opinio, dubium, ſcrupulus. pag.1.

§.2. Scientia, error, fides, opinio, dubium, ſcrupulus, poſſunt eſſe ſpeculatiuè, practicè, & iuris, vel facti. 3

§.3. In operationibus humanis non tam habenda eſt ratio conſcientiæ, ſeu cognitionis ſpeculatiuæ, ſiue certæ, ſiue dubiæ, quàm conſcientiæ practicæ: & peccatum eſt operari non ſolum contra iudicium practicum dictans hîc, & nunc operationem eſſe illicitam, ſed etiam ex conſcientia dubia practicè. ibid.

§.4. Cum iudicio ſpeculatiuo certo, vel opinatiuo, & cum dubio ſpeculatiuo poteſt ſtare ſimul iudicium practicum oppoſitum, & qua ratione. 4

§.5. Homo tenetur in operatione ſequi conſcientiam certam. 5

§.6. Agere contra conſcientiam erroneam dictantem hîc, & nunc aliquid eſſe agendum, vel non agendum ex obligatione præcepti eſt peccatum; & an hoc ſit de fide, & aliter fieri poſſit ex diuina diſpenſatione. 7

§.7. Conſcientia erronea an propriè obliget, vt eam ſequamur, & quæ differentia inter conſcientiam erroneam inuincibilem, & vincibilem quoad modum obligandi, & quod homo ratione conſcientiæ erroneæ nunquam conſtituitur in abſoluta neceſſitate peccandi. 9

§.8. Actus conformis conſcientiæ erroneæ inuincibilis eſt bonus, conformis verò conſcientiæ erroneæ culpabili nullam habet bonitatem moralem, & an liceat delectari de actu facto ex conſcientia erronea inuincibili, & ad illum inducere errantem; & an peccans ex conſcientia erronea culpabili committat duplex peccatum. 11

§.9. Vnde, ſeu ex quo præcepto oriatur obligatio operandi ſecundùm conſcientiam, & an agere contra conſcientiam ſit duplex peccatum in confeſſione explicandum, vnum quod fiat contra conſcientiam, alterum, quod fiat contra ſpecialem virtutem, ſeu præceptum, quod proponitur. 13

§.10. An ſit grauius peccatum agere contra conſcientiam erroneam vincibilem, quàm eam ſequi. 15

§.11. Si quis ex conſcientia erronea inculpabili exiſtimet vtrumque oppoſitorum eſſe peccatum, quam partem eligere debeat, & poſſit ſine peccato. 16

§.12. Vtrum plus obliget conſcientia erronea, an præceptum Prælati, ſiue ſuperioris. ibid.

§.13. Vt operari contra erroneam conſcientiam ſit peccatum, an ſufficiat eam præceſſiſſe, & non fuiſſe per iudicium oppoſitum reuocatam, an verò debeat perſeuerare actu, & phyſicè dum quis contra eam agit. 17

§.14. Qua ratione conſcientia erronea deponatur. 18

§.15. Quale peccatum ſit agere contra conſcientiam erroneam, venialéne, an mortale, & culua ſpeciei, & quid ſi voluntas feratur in malum propoſitum in genere, & confusè abſque determinatione, quod ſit mortale, vel veniale. 19

§.16. Quænam ſit opinio probabilis, quæ improbabilis, quæ communis, aut communior, quæ probabilior, vel minus probabilis, & an repugnet eundem intellectum aſſentiri propoſitioni, cuius oppoſitum exiſtimet æquè, aut magis probabilem. 22

Aſſertio viri docti etiam contra communem, an poſſit conſtituere opinionem probabilem. 25

Quænam ſit dicenda opinio probabilior, quæ minus probabilis, & quæ communis. 26

Quæ opinio dicatur magis tuta, quæ minus tuta. 28

Idem intellectus poteſt duas oppoſitas ſententias iudicare probabiles æquè, vel vnam altera probabiliorem, & quomodo. ibid.

§.17. An licitum ſit in praxi ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori,

biliori, etiam propria, ſi ſpectetur ſola honeſtas, vel turpitudo operationis. 31
Referuntur variæ opiniones. ibid.
Reſolutio. Ad humanos actus honeſtos non requiritur phyſica, ſed ſufficit moralis certitudo iudicij de honeſtate rei. 33
Iudicium probabile practicum de honeſtate rei, & actionis cum formidine oppoſiti, ſufficit ad rectam operationem. ibid.
Non licet in praxi ſequi opinionem, quam operans putat improbabilem, vel de cuius probabilitate dubitat. 34
Facta debita diligentia indagandi veritatem licitum eſt in operando ſequi eam opinionem, quæ ſibi probabilior viſa fuerit, etſi minus tuta. ibid.
Quando duæ opiniones de obiectiua bonitate actus ſunt æquè probabiles, & neutra eſt tutior alia, ſecundùm quamlibet licèt operari. 35
Opinio minus probabilis, ſi tutior eſt, præferri in praxi poteſt. ibid.
Vir doctus poteſt licitè in praxi ſequi opinionem probabiliorem minus tutam, & æquè probabilem ſimiliter minus tutam, & minus probabilem, item minus tutam, idque contra propriam opinionem probabiliorem, & tutiorem. ibid.
Solutio fundamentorum aliarum ſententiarum. 39
Vtrùm liceat ſequi opinionem parum probabilem, non tamen apertè falſam, & omni probabilitate deſtitutam, ſed aliqualem, & minimam tantùm probabilitatem habentem: vbi an, cùm non adeſt tempus conſulendi libros, vel Doctores, poſſit quis ſequi illam opinionem, quæ hic, & nunc ſibi videtur probabilis. 43
Quando imminet aliquod inconueniens, aut periculum grauis damni ſpiritualis, vel temporalis, quam opinionem teneamur ſequi, ſeu eligere. 45
§.18. Vtrùm vir doctus poſſit licitè ſequi ſuam opinionem ſingularem contra communem aliorum Doctorum, & iuxta illam aliis conſilium dare. 46
§.19. An cuilibet liceat etiam contra communem aliorum ſequi opinionem ſingularem vnius Doctoris firma aliqua ratione ab eo confirmatam, vbi quam opinionem debeat, aut poſſit licitè ſequi vir illiteratus, & imperitus. 47
Ampliatur concluſio, vt etiam in iis, quæ ſunt iuris Diuini, liceat relicta communi ſequi opinionem vnius Doctoris grauis, & probi. 49
Ampliatio ſecunda, quod etiam vir indoctus poſſit contra communem ſequi opinionem vnius Doctoris ſingularem minus tutam ſoli auctoritati Doctoris innixus: vbi quam opinionem poſſit vir indoctus ſequi in praxi, & an quis poſſit ſequi opinionem ſui Præceptoris, & quam in vno, aut altero auctore graui, & docto legendo reperit. ibid.
Ampliatio tertia; vt etiam vir doctus non expenſis motiuis poſſit ſequi in praxi opinionem plurium, vel vnius Doctoris ſingularem. 51
An quando quis doctus ex principiis intrinſecis putat improbabilem opinionem vnius Doctoris contra communem cæterorum Doctorum firmatam poſſit licitè, & tuta conſcientia operari, iuxta eam, ſi ſit minus tuta. ibid.
§.20. An vt opinio alicuius Doctoris vnici contra communem ob ſolam illius auctoritatem cenſeatur probabilis ad effectum, vt alij poſſint licitè eam amplecti in praxi, ſufficiat, ſi illam incidenter, perfunctoriè, & obiter tradat, ſeu affirmet in ſuis ſcriptis; an verò requiratur vt ex profeſſo, & exactè examinatis vtriuſque partis fundamentis illam firmet. 53
§.21. Quas conditiones, ſeu qualitates habere debeat Auctor, vt eius opinio ſingularis contra communem cenſeri prudenter poſſit probabilis. 56
§.22. An vir doctus, vel Confeſſarius interrogatus poſſit conſulere aliis opinionem alienam probabilem minus contra propriam opinionem, quam ipſe probabiliorem putat. 58
Doctor conſultus certò credens aliorum opinionem eſſe falſam, an poſſit illam conſulenti proponere, & docere ei licitum eſſe iuxta eam operari. 61
Quando Doctor conſultus putat aliquam opinionem eſſe falſam, aut improbabilem, & ſcit alium, vel alios Doctores illam reputare probabilem, an poſſit conſilium petentem ad illum, vel illos remittere. ibid.
Magiſtri, & Cathedratici an teneantur in omni ſcientia, & diſciplina docere opiniones probabiliores, an verò ſatis ſit, ſi probabiles, & qualiter peccent docendo opiniones falſas, aut improbabiles, & ad tollendam deceptionem teneantur. 62
An liceat conſulere alios, & alios Doctores, donec inueniatur, qui reſpondeat ad placitum. 63
§.23. An Confeſſarius poſſit, ac debeat in abſoluendo pœnitente contra propriam opinionem ſe conformare opinioni probabili eiuſdem pœnitentis. 64
Poſt auditam, aut inchoatam confeſſionem negare abſolutionem pœnitenti ſequenti opinionem probabilem, & nolenti ſe conformare opinioni Confeſſarij, an ſit peccatum veniale, vel mortale. 67
§.24. An quando ſubditus probabiliter, ſeu iuxta opinionem probabilem id aſſerentem exiſtimat eſſe illicitum, quod ſuperior illi præcipit, poſſit, & teneatur contra propriam opinionem probabilem, iuxta oppoſitam opinionem probabilem docentem eſſe licitum ſuperioris præcipientis præcepto parere. 70
Contraria ſententia approbatur. 72
Quando ſunt opiniones oppoſitæ, ſit necne res imperata vltra limites auctoritatis ſuperioris, ſeu Prælati, an obligetur ſubditus obedire, quando conſtat rem eſſe licitam. 77
Exiſtentibus oppoſitis opinionibus de legitima electione, aut confirmatione, ſeu promotione ſuperioris, vel Prælati, an ſubditus teneatur obedire. 78
Si detur opinio probabilis ex parte ſubditi, quod non teneatur obedire, an tunc foret illi liberum obedire, vel non obedire. 79
In dubio formali, vel opinatiuo ex parte ſubditi, quod res imperata ſit illicita, vel excedens limites authoritatis ſuperioris, aut quod ſuperior non ſit legitimus, aut quod idem ſubditus non teneatur obedire, an idem ſubditus eximatur ab obligatione obediendi, ſi res præcepta ſit valdè difficilis, & moleſta, aut ex obedientia immineat periculum grauis præiudicij proprij, vel alterius. 81

An

An in adminiſtratione Sacramentorum, quando agitur de eorum valore, ſcilicet, quando ſunt opiniones de materia, vel forma, vel aliis requiſitis (puta de poteſtate, ſeu iuriſdictione,) quibus poſitis, vel à parte rei non exiſtentibus conſiſtit, vel non ſubſiſtit ſacramenti ſubſtantia, aut eſſentia, liceat vti opinione probabili, etiamſi ſit minus probabilis, & minus tuta, relicta ſententia certa, aut tutiori, vel probabiliori. 86

In adminiſtratione Sacramentorum, quamuis ex natura actus non ſit illicitum, nec contra religionem, vti opinione probabili minus tuta, relicta certa, eſt tamen contra charitatem, aut iuſtitiam, ſi inde aliquod graue damnum ſuſcipienti immineat. 94

Miniſtrare Sacramenta iuxta opinionem probabilem relictâ tutiori, aut certâ, quando ambiguitas, ſeu defectus ſe tenet non ex parte Miniſtri, ſed ſuſcipientis, an liceat. 95

In adminiſtratione Sacramentorum non licet vti materia, aut forma, aut alia re tantùm iuxta opinionem probabilem ad ſacramenti valorem ſufficienti in caſibus, in quibus id ab Eccleſia per conſuetudinem, vel per ſpeciale præceptum vetitum eſt. 99

Ex cauſa vrgente, & in grauiſſima, aut extrema neceſſitate propria, aut proximi licet adminiſtrare, vel ſuſcipere ſacramentum vtendo forma, aut materia, vel alia re dubia iuxta probabilem opinionem ſufficienti ad valorem ſacramenti, quando alio modo non poteſt ſacramentum adminiſtrari. 100

Cùm quis non coram moribundo, ſed alibi indicauit Confeſſario illum petiiſſe confeſſionem, vel ſigna contritionis dediſſe in ordine ad confeſſionem, an Sacerdos tunc ſuperueniens, & præſens poſſit, & debeat illum abſoluere. 103

Vt moribundus ſenſibus omnino deſtitutus à Sacerdote ſuperueniente poſſit abſolui, requiritur eum expreſsè, vel tacitè petiiſſe confeſſionem, ſeu oſtendiſſe doloris ſigna in ordine ad abſolutionem ſacramentalem recipiendam, & quid in dubio, an fuerit ad abſolutionem directa. 106

Infirmo moribundo, qui ſigna doloris in ordine ad confeſſionem ſacramentalem dedit, non poteſt conferri abſolutio abſolutè, aut ſub conditione ſi nullus vidit, aut teſtetur. 107

Moribundus ſenſibus omnino deſtitutus, qui autem nec confeſſionem petiit, nec dedit aliquod externum ſignum doloris, & indicans deſiderium abſolutionis ſacramentalis, an poſſit abſolui ſub conditione. ibid.

§.25. An opinio probabilis circa iuriſdictionem abſoluendi, aut an ſe extendat ad talem caſum, vel circa durationem priuilegij abſoluendi, vel circa authoritatem aſſiſtendi matrimonio, tribuat iuriſdictionem certam, ſicut facit communis error cum titulo colorato, & ita geſta citra omne dubium valeant. 109

Confeſſarius tam proprius, quàm non proprius volens abſoluere pœnitentem, vel aſſiſtere matrimonio iuxta opinionem probabilem, quoad iuriſdictionem, ſeu vtendo iuriſdictione tantum probabili, & incerta, an teneatur priùs admonere pœnitentem de incertitudine ſacramenti, & ſi non admoneat an peccet contra charitatem, & contra iuſtitiam. 111

Miſſæ ſacrificium, quoad fructum tam impetrationis, quàm ſatisfactionis applicatum pluribus, an tantum proſit ſingulis, ac vni; & an qui ratione congrui ſtipendij tenetur applicare pro vno, poſſit licitè applicare etiam pro aliis. 112

Sacerdos, qui ratione ſtipendij iuſti tenetur pro vno offerre Miſſam, & applicare ſacrificium, non ſatisfacit ſuæ obligationi ſi idem ſacrificium ſimul applicet pro alio, vel aliis ex liberalitate, ſeu charitate, vel ſi ſit Regularis ex obligatione ſuarum conſtitutionum decernentium certis diebus Miſſam celebrandam pro defunctis Ordinis ac pro Fundatoribus, ac Benefactoribus. Vbi an Regularis Sacerdos peccet mortaliter ſi præfatis diebus non vult pro eiſdem defunctis, &c. applicare ſacrificium. 114

Sacerdos an vnica Miſſa poſſit ſatisfacere duplici ſtipendio congruo à diuerſis accepto, & pro ſingulis Miſſam celebret, applicando vni fructum, quem vocant medium, alteri fructum, quem vocant ſpecialiſſimum, ſeu ſibi debitum, vt priuata perſona offerens. Vbi examinatur an dentur tres fructus ex opere operato, generalis nimirum, medius, & ſpecialiſſimus, an verò detur tantum vnus fructus ex opere operato, ſcilicet, proueniens ex ſacrificio prout à Sacerdote offertur in perſona Chriſti. 115

Sacerdos an vnicâ Miſſa poſſit ſatisfacere duplici ſtipendio congruo à diuerſis accepto, vt pro ſingulis Miſſam celebret, applicando vni fructum, quem vocant medium, alteri fructum, quem vocant ſpecialiſſimum, ſeu ſibi debitum, vt priuata perſona offerens; vbi examinatur an dentur tres fructus ex opere operato, generalis nimirum, medius, & ſpecialiſſimus; an verò detur tantùm vnus fructus, ex opere operato, ſcilicet proueniens ex ſacrificio, prout à Sacerdote offertur in perſona Chriſti. 118

An Sacerdos, qui à diuerſis perſonis accepit plura ſtipendia congrua pro celebrandis Miſſis diuerſarum rationum, v.g. pro vno Miſſam votiuam de Spiritu ſancto, aut de B.V. aut pro infirmis, pro alio Miſſam pro peccatis, vel pro defunctis, poſſit vnica Miſſa ſatisfacere, applicando vni fructum impetrationis, & alteri fructum ſatisfactionis. 121

An in articulo mortis liceat ſequi omnem opinionem probabilem, quam in ſalute, & extra illum articulum ſectari tutò poſſumus. Vbi an infidelis, cui probabilior, & credibilior manifeſtò apparet orthodoxa, quàm aliæ ſectæ, teneatur illam amplecti tam in articulo mortis, quam extra. 125

Vtrùm omnis opinio ſpeculatiuè probabilis, ſit etiam probabilis practicè, ſeu tutò in praxi amplecti poſſit. 126

§.26. Quam opinionem in praxi ſequi debeat Medicus, aut Chirurgus in medicamentis ægroto adhibendis, & an ægroto, de cuius ſalute aliunde deſperatur, poſſit applicare medicamentum dubium, & periculoſum, cum nullum aliud ſuppetit. 129

§.27. Quamnam opinionem ſequi debeat iudex in iudicando, quando ſunt variæ, & oppoſitæ opiniones probabiles, ſiue ex parte iuris, ſiue ex parte facti circa iuſtitiam vtriuſque partis litigantium. 136

Vbi non eſt controuerſia de facto, ſed de probabilitate

bilitate iuris, vtrum ſcilicet faueat vni, aut alteri parti, & ea oppoſitis Doctorum opinionibus vna eſt probabilior, & verior altera, an iudex debeat pronunciare ſententiam iuxta opinionem probabiliorem. ibid.

Reſolutio difficultatis iuxta opinionem Authoris. 141

Quando probationes ex parte facti ſunt æquales, & etiam iura æquè probabiliter vtrique collitigantium fauent, an tunc iudex poſſit totam rem vni parti adiudicare, vel teneatur illam inter partes diuidere. 143

Quando conſtat de facto, vel facti probationes ſunt obſcuræ, & æquales pro vtraque parte, & pro vtraque parte ſunt opiniones Doctorum ex parte iuris partes fauentis æquè probabiles, an iudici liceat in iudicando ſequi, quam maluerit opinionem, & totam rem cui maluerit parti applicare. 145

Iudex arbiter à collitigantibus electus, an poſſit ferre ſententiam iuxta aliorum opinionem, & ſi duas opiniones teneat, an poſſit iuxta quam voluerit totam rem vni adiudicare. 149

In criminalibus, an iudex teneatur ſequi opinionem fauentem Reo, licèt contra eundem Reum ſit probabilior opinio. ibid.

Sequuntur Regulæ dirigentes iudicem quoad opinionum electionem. Et prima eſt, vt ſequatur in iudicando opinionem conſuetudine, & praxi, ſeu ſtylo receptam, & approbatam. 152

Secunda regula eſt, vt iudex in iudicando ſequatur opinionem, cui aſſiſtit lex clara, ſeu aliquis textus clarus. 153

Quando non adeſt conſuetudo, neque lex clara alicui opinioni aſſiſtens, iudex debet ſequi opinionem fulcitam ratione clara, & conuincenti licèt in oppoſitum ſit communis opinio. 155

Ceſſantibus conſuetudine in loco recepta textu legis claro, & Authentica ſcriptura, & ratione euidenti, iudex in iudicando ſectari debet opinionem communem, & magis receptam, & approbatam à Doctoribus. ibid.

Ampliatio prima quartæ regulæ ſupradictæ, ſcilicet, vt communis opinio nulla lege, ſed ratione tantùm fulcita attendi debeat. 158

Ampliatio ſecunda quartæ regulæ, ſcilicet, vt attendenda ſit communis opinio etiamſi illi aduerſetur ſententia Papæ Magiſtraliter loquentis. 159

Ampliatio tertia quartæ regulæ, ſcilicet, vt communis opinio in iudicando ſit attendenda, tametſi ei aduerſetur auctoritas, ſeu opinio alicuius Excellentiſſimi Doctoris, v. g. Gloſſæ, Archidiaconi, Bartoli, &c. aut alicuius Collegij Doctorum, aut Rotæ Romanæ. ibid.

Communis opinio, an attendenda, ſi contra eam fuerit iudicatum. 163

Vbi extaret ſtatutum certum Doctorum, v. gr. Bartoli, ſententiam in iudiciis ſequendam, an adhuc attendi debeat communis opinio. ibid.

Declaratio, ſeu limitatio prima eiuſdem regulæ quartæ, ſcilicet, quod communis, vel magis communis opinio non exiſtimatur ex ſolo Doctorum maiori, vel minori numero, ſed plura attendenda, nempè, numerus, grauitas Doctorum, examen diligens, & rationes. 165

Quinam Doctores cenſeri debeant grauioris, & maioris auctoritatis, & indicia, ſeu ſigna id dignoſcendi. 166

Doctores antiqui cenſentur maioris authoritatis, quàm moderni. ibid.

Doctor ſenex eſt præſtantior iuuene. 167

Claritas, & ordo ſcriptorum arguit maiorem doctrinam Doctoris. 168

Quænam aliæ conditiones requirantur in Doctore ad faciendam communem, & quando eſt varius, quænam illius opinio pro communi attendenda. 169

Declaratio, ſeu limitatio ſecunda quartæ regulæ: Communis opinio non eſt attendenda, vbi contraria melioribus, & efficacioribus rationibus munita apparet. 177

Declaratio tertia quartæ regulæ opinioni communi à remotis, & generalibus procedenti præferri debet contraria procedens in ſpecie, & in indiuiduo. 179

Declaratio, ſeu limitatio quarta eiuſdem regulæ quartæ. Communis opinio non eſt attendenda, cui aduerſatur opinio vnius Sancti auctoritate Diuinæ ſcripturæ munita. ibid.

Declaratio quinta eiuſdem regulæ quartæ Communis opinio non eſt attendenda, ſi contra eam ſit ſententia Papæ non magiſtraliter loquentis, ſed legem condentis. 180

Declaratio ſexta eiuſdem Regulæ quartæ. Communis opinio in iudicando relinqui poteſt, ex iuſta cauſa ab ea recedendi. ibid.

Declaratio ſeptima eiuſdem regulæ quartæ. Communis opinio non eſt attendenda in iudiciis, quando contraria eſt æquior, & benignior. ibid.

Declaratio octaua eiuſdem regulæ quartæ. Communis opinio non attenditur, quando contraria ſtaret pro cauſa valde fauorabili, & priuilegiata. 182

Declaratio noua eiuſdem quartæ regulæ. Quando ſunt diuerſæ opiniones communes, attendenda eſt ea, quam firmarunt periti in arte, vbi quandónam opinio Legiſtarum ſit præferenda opinioni Canoniſtarum, & è contra, & quando opinio Theologorum præferenda opinioni Iuriſtarum, ſeu Canoniſtarum, & è contra. 184

Theologus in promotione ad Epiſcopatum, an ſit præferendus Canoniſtæ. 186

Quando nullæ ſunt opiniones communes, vel ſunt illæ communes, & non poteſt diſcerni quæ ſit magis communis, attendenda eſt, quæ in conſcientia iudici verior videtur. 188

Quando opiniones circa ius poſitiuum ſunt æquales, quid iudici faciendum, quóve modo ſe gerere in iudicando debeat. ibid.

§.18. Quam opinionem ſequi debeat Aduocatus, & Cauſidicus. 192

In cauſa dubia, & æqualis probabilitatis ex vtraque parte, liceátne Aduocato, & Cauſidico, cui maluerit parti patrocinari. ibid.

Cùm cauſa ex parte vnius litigantis apparet probabilior, & iuſtior, & ex parte alterius minus probabilis, ſed tamen probabilis, an liceat Aduocato defendere cauſam minus probabilem tam in fauorem rei, quàm actoris. 194

Nonnulla obſeruanda ab Aduocato, vel Cauſidico antequam ſuſcipiat cauſæ ſibi propoſitæ patrocinium; & etiam in progreſſu litis poſt patrocinium ſuſceptum. 197

Aduocatus, vel Cauſidicus an licitè, & impunè

tam

tam quoad forum interius, quàm exterius poſſit ſimul, vel ſucceſſiuè in eadem cauſa patrocinari vtrique. 201

Qui fuit Iudex in cauſa principali, an poſſit eſſe Aduocatus in cauſa appellationis. 203

Qui eſt, vel fuit in cauſa Aduocatus, an poſſit in eadem eſſe iudex, ex Aſſeſſor, etſi pronuntiet, an teneat ſententia. 204

§.29. An tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis maioris, vel minoris momenti, cùm in iudicio, & proceſſu per falſos teſtes, aut falſa documenta reus innocens eſt probatus, & conuictus nocens, & iudex priuata ſcientia certò, & euidenter ſcit eius innocentiam, idem iudex in foro conſcientiæ poſſit, & teneatur contra propriam ſcientiam iudicare, & reum iuxta allegata, & probata condemnare; an verò vtroque foro inſpecto poſſit illum abſoluere, vel ſaltem non condemnare. 207

In cauſis criminalibus grauioribus capitis, vel mutilationis membri iudex in foro conſcientiæ, an poſſit Reum iuxta allegata, & probata in iudicio nocentem condemnare, licèt certò, & euidenter ſciat eſſe innocentem. ibid.

In cauſis criminalibus minoribus, & quibuſcunque cauſis ciuilibus, an iudex Reum in actis prolatum nocentem, vel debitorem, quem priuata ſcientia certò nouit innocentem, & non debitorem poſſit licitè condemnare. 218

An officialis, & iudex executor teneatur tam in criminalibus, quàm in ciuilibus exequi ſententiam, quam certò, & euidenter ſcit eſſe iniquam, & iniuſtam. 222

Iudex præſertim ſupremus, an tam in criminalibus, quàm in ciuilibus licitè poſſit condemnare aliquem, quem priuata ſcientia certò ſcit eſſe criminoſum, vel debitorem, in iudicio tamen probatum innocentem, & non debitorem. & an Princeps poſſit licitè contra Reum non citatum, & inauditum procedere, & illum condemnare. 226

An ob bonum publicum, putà, ad liberandam Rempublicam ab euerſione, & ruina, liceat hominem innocentem interficere, vel illum tradere hoſti, ſeu tyranno eum ad mortem petenti. 233

§.30. Vtrùm Rex, ſeu Princeps ad inferendum bellum licitè moueri poſſit ex ſola opinione probabili affirmante ſibi illud regnum, vel illam ciuitatem ad ſe pertinere, vel iniuriam fuiſſe ſibi illatam. 239

Cùm dubium eſt ad quem ex litigantibus ſpectet ius ad regnum, vel an iniuria ſit illata, quid faciendum. 240

Quid ſi poſſeſſor ſit dubius, an res ſit ſua, aduerſarius verò remoto omni dubio iudicet ad ſe pertinere, & in id magis propendeat poſſeſſor. 241

Quid in dubio ad quem ex litigantibus ſpectet ius ad regnum, & neuter eſt in poſſeſſione. & quid quando ignoratur quis ex duobus gemellis Reginæ ſit primogenitus. ibid.

Quando facto debito examine res adhuc manet litigioſa, & neſcitur ad quem ex contendentibus regnum, &c. ſpectet; ſed vtrinque appareat probabilitas, ſeu pro vtraque parte ſunt opiniones probabiles, quid ſentiendum. 245

Quid in æqualitate probabilitatis cum alter Regum poſſidet. 249

Quid in eadem æqualitate cum neuter poſſidet. ibid.

Si vtrinque ſit probabile iniuriam eſſe, vel non fuiſſe illatam, an ſit locus bello, & quid faciendum. 250

Si poſt examen cauſæ, ſeu controuerſiæ de iure ad regnum, &c. appareat vnum habere ius probabilius, & efficacius, is non poteſt armis ſpoliare alterum poſſidentem, ſi etiam pro ipſo appareat probabilitas iuris ad regnum. ibid.

Ratio generalis belli gerendi quæ ſit. ibid.

Bellum qua ratione poſſit eſſe ex vtraque parte iuſtum. 251

Inter duos Principes ſupremos habentes cauſam litigioſam, & dubiam, aut ſolùm probabilem hinc inde ob contrarias opiniones circa ius ad regnum, vel prouinciam, quis de iure debeat eſſe iudex. 258

Sententia à legitimis iudicibus in fauorem vnius ex Principibus collitigantibus lata, is poteſt poſſeſſionem rei apprehendere. 261

An poſſit apprehendere ſtatim poſt latam vnam ſententiam, an verò debeat expectare tertiam ſententiam. ibid.

Cùm alter ex Principibus collitigantibus euidenter, vel certò moraliter ſcit Regnum, aut Prouinciam ad ſe ſpectare, & alter non vult cedere, exiſtimans bona fide, & inuincibili ignorantia ſe habere ius ad regnum, an is poſſit armis ſpoliari & expugnari. 262

Quibus in caſibus bellum inter Chriſtianos Principes aliàs per ſe iuſtum, & licitum, ſit illicitum per accidens. 263

Bellum aliàs iuſtum, antequam inferatur denunciandum eſt; & pars aduerſa admonenda prius, vt ſatisfaciat. 264

Subditi Principis qua ratione veritatem iuſtitiæ belli inquirere teneantur, quamque probabilitatem de ea habere debeant, vt vocati ad bellandum à Principe poſſint licitè, & teneantur militare? & quid de non ſubditis Principi. 265

Conſiliarij Principum tenentur ex iuſtitia belli iuſtitiam diligenter inquirere. ibid.

Minores ſubditi quam diligentiam teneantur adhibere pro agnoſcenda belli iuſtitia. 266

An ſubdito Principis, & etiam extraneo poſt debitam diligentiam pro veritate cognoſcenda adhibitam dubitanti de iuſtitia belli liceat militare. 267

Milites, qui ſunt propoſito bellandi, in quocunque bello ſunt in ſtatu damnationis, nec abſolui poſſunt, niſi mutent propoſitum, & multo magis peccant milites ſubditi, & non ſubditi pugnantes in bello ſiue aggreſſiuo, ſiue defenſiuo, ſi illis conſtet de iniuſtitia belli. 273

Milites an poſſint pugnare in bello aggreſſiuo, vel defenſiuo, ſi certi ſint Principem bellum gerentem eſſe dubium de iuſtitia belli. 274

Ad quam, quantùmvis reſtitutionem damnorum teneantur milites, qui cum peccato contra iuſtitiam in bello militarunt. ibid.

§.31. An ſit conſilium, ſeu magis laudabile ſequi in praxi opinionem probabiliorem, & tutiorem, relicta minus probabili, ac minus tuta. 275

Regulæ ſeruandæ quoad electionem opinionum. 277

§32.

Digitized by Google

§.32. An bonum, ſeu melius ſit eſſe plures, & contrarias Doctorum opiniones circa res morales, & agibiles. 278

PARS SECVNDA.

De Conſcientia dubia.

§.33. COnſcientia dubia quæ ſit, quídque dubium proprie ſumptum, vnde oriatur, & quotuplex. 280

§.34. Quale peccatum, & cuius ſpeciei ſit, operari cum dubio practico. 283

§.35. Pars tutior quænam ſit, & an dubitans cui vtramque partem licitè poſſit, & debeat eligere id, quod illi minus malum videtur: & qua ratione dignoſci queat, quódnam ex duobus malis ſit maius, vel minus, quódque ex duobus præceptis concurrentibus incompatibilibus plus obliget. ibid.

§.36. Ceſſante neceſſitate operandi, & data hypotheſi, quod quis ex duobus malis propoſitis eſſet alterum admiſſurus, an teneretur eligere minus. ibid.

§.37. Quæ ſint principia practica ſufficientia variandi, aut deponendi dubium ſpeculatiuum, & eo non obſtante formandi iudicium certum practicum de honeſtate operationis. 288

§.38. An extra iuſtitiæ materiam ſit ſemper in dubio pars tutior eligenda, nec iuuet poſſeſſio; an verò in quibuſcunque materiis cuiuſcunque virtutis poſſeſſio ſit ſufficiens titulus deponendi conſcientiam ſpeculatiue dubiam, & contra illam operandi. 290

Poſſeſſio in dubio eſt cenſenda pro qua parte, ſeu pro quo eſt iuris præſumptio. 295

Factum regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet. 296

Intellectus *ad cap. ad audientiam, & ad cap. ſignificaſti 2. de homic.* 297

Intellectus *ad cap. illud Dominus, de Cler. excomm. miniſt.* 298

Intellectus *ad cap. iuuenis, de ſponſalibus.* ibid.

§.39. An in dubio iuris, ſeu legis, præcepti aut conſuetudinis quis lege, vel præcepto, aut conſuetudine obligetur. 300

Si dubium ſit non de tota lege, ſed de ſenſu illius, an nimirum comprehendat talem caſum, vtrùm tunc obliget. ibid.

Si conſtet de lege, & ſenſu ipſius, ſed dubium ſit ſolùm an lex obliget in aliquo euentu ratione alicuius neceſſitatis, aut circunſtantiæ, an tunc lex obliget. 301

Cùm dubium eſt magni, & notabilis damni ex obſeruatione legis humanæ, putà, ex obſeruatione ieiunij, an tunc ſit petenda diſpenſatio à ſuperiore, ſi facilè adiri poſſit. ibid.

In dubio, an lex ſit abrogata alia lege, vel conſuetudine, vel in ea ſit diſpenſatum; & etiam ſi quis ſit certus de obligatione legis, & poſt moralem diligentiam dubitet, an obligationi ſatisfecerit, lex obliget. 303

Cùm dubium ſit, an ea ſit vſu recepta, vtrùm tunc obliget. ibid.

Lex promulgata in dubio, an præſumi debeat acceptata. 304

In dubio, an lex vel conſtitutio ſtatutaria, vel conſuetudo ſit iuſta, & bona, præſumi debet iuſta. 305

In dubio an ſuperior habeat iuriſdictionem, ſitque legitimus, an eius lex, ſeu præceptum obliget, & quid ſi certò conſtet de ſuperioritate, ſed dubium ſit de poteſtate in tali caſu particulari. ibid.

Cùm clarè conſtat de lege, & illius ſenſu, ſed dubium eſt de voluntate legiſlatoris, an ſcilicet, voluerit ſuam legem comprehendere talem caſum, an tunc lex obliget, vbi an in dubiis ſit locus Epiicheiæ, an verò lex ſit ſeruanda iuxta ſonum verborum. ibid.

In dubio, an aliquis caſus ſub legis obligatione comprehendatur, pro interpretatione recurrendum eſt ad ſuperiorem, ſi commodè conſuli poteſt. 307

Quid ſi ſuperior conſuli non poteſt, an ſit locus Epiicheiæ, ſi caſus ſit vrgentis neceſſitatis. 308

Ex iudicio probabili, & rationabili, quòd legiſlator in tali caſu particulari noluerit, vel non potuerit obligare, an liceat inferiori interpretari legem non obligare, & quid ſi ſuperior adiri poſſit. 309

Cùm adeſt iudicium probabile de voluntate legiſlatoris, & non eſt periculum in mora adeundi ſuperiorem, an liceat vti tali iudicio probabili, & interpretari legem non obligare ſine recurſu ad ſuperiorem. 310

Si adſit iudicium probabile de defecto poteſtatis legiſlatoris ad obligandum in tali caſu particulari, an recurrendum ſit ad ſuperiorem, quando non eſt periculum in mora. 311

In caſu vrgentis neceſſitatis diſpenſationis, in quo facilè adiri non poſſit Summus Pontifex, an Prælatus inferior, ſeu Epiſcopus diſpenſare poſſit in lege Pontificia, & Concilij generalis, putà, in lege de impedimentis matrimonij dirimentibus, vel de irregularitate, vel reſeruatione, & ſimilium. 312

Epiſcopi circa ſuos ſubditos, an ex vi ſui muneris poſſint ea omnia, quæ S. Pontifex in toto Chriſtiano orbe, niſi ſpecialiter eis interdicta ſint. 315

An & quando Epiſcopus diſpenſare poſſit in impedimentis canonicis matrimonium dirimentibus matrimonio iam nulliter contracto. 316

Epiſcopus ex cauſa vrgentis neceſſitatis, v.g. periculi incontinentiæ, vel magni alterius detrimenti vitandi, poteſt diſpenſare in voto abſoluto perpetuæ caſtitatis, vel religionis, ſi difficilè poſſit recurri ad Papam. 317

Epiſcopus, an etiam ante matrimonium contractum ex cauſa grauiſſimæ neceſſitatis poſſit diſpenſare in impedimentis Canonicis matrimonium dirimentibus, ſi periculum ſit in mora adeundi S. Pontificem. ibid.

Facultatem diſpenſandi in prædictis caſibus vrgentis neceſſitatis, quàm habet Epiſcopus, poteſt alteri delegare, illámque ex vi ſui officij non habet Vicarius Generalis. 318

Prædicta facultas diſpenſandi, quam habent Epiſcopi, competit etiam aliis inferioribus Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. ibid.

An competat etiam Parochis, vbi non patet aditus ad S. Pontificem, neque ad Epiſcopum. ib.

In dubio an res egeat diſpenſatione Papali, vtrum Epiſcopus poſſit diſpenſare, & an tunc aliqua diſpenſatio ſit neceſſaria. 319

§.40.

§.40. In dubio iuris de irregularitate, vtrùm quis ſe gerere debeat tamquam irregularis, aut excommunicatus. 321

Quid in dubio iuris de cenſura excommunicationis, & quauis alia cenſura. 322

§.41. In dubio facti, cui à iure conſtat eſſe impoſitam irregularitatem, an debeat cenſeri contracta, ſeu quis ſe gerere debeat tamquam irregularis, & abſtinere ab actibus, qui irregularibus probibiti ſuot; & præſertim in dubio facti homicidij, an quis io vtroque foro ſit babendus ramquam irregularis. 321

Io dubio facti homicidij quis non cenſetur irregularis quoad hoc, vt debeat priuari beneficio, & quoad pœnas ordinarias delicto impoſitas. 323

Qui in pugna emittit ſagittas io hoſtes, & dubitat, an aliquem ex aduerſariis occiderit, an ſit irregularis. 324

Qui fecit, mandauit, conſuluit abortum in dubio un fœtus eſſet animatus anima rationali, vtrum habendus ſit pro irregulari. ibid.

Fœtus quando, ſeu quo tempore à conceptione unimetur, ſeu præſumi debeat animatus anima rationali. 325

Si in rixa repentina quis à pluribus remaneat occiſus, & dubium poſt moralem diligentiam ſit, quis illorum mortale vulnus inflixerit, an omnes ſimol rixantes ſiot cenſeodi irregulares. 327

Si conſtet quis ex pluribus ſimul rixantibus lethaliter vulnerauerit, ao omnes cenſendi ſint irregulares. 328

Quando plures ſine præmiſſo conſilio ſinguli proiecerunt lapidem ex feneſtra domus, & pertranſiens ictu vnius lapidis occiſus eſt, an omoes ſint irregulares. 329

Extra caſum homicidij in dubio, cui conſtat in iure eſſe annexam irregularitatem, an quis ſit cenſendus irregularis. 330

In dubio homicidij iuſti, & non prohibiti, v.g. in bello ioſto ſequuti, vtrum quis iodicandus ſit irregularis. 331

In dubio facti de mutilatiooe, an quis ſe gerere debeat tamquam irregularis, & an conſulens mutilationem ea ſequuta efficiatur irregularis, & an Epiſcopus vi decreti c.6. *ſeſſ.24. de reform.* poſſit diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex mutilatione. 332

Qui conſuluit, vel mandauit fieri bomicidium, vel auxilium præbuit, & facta diligentia dubitat, an ſuo conſilio, mandato, vel anxilio in homicidium ſequutum influxerit, an ſit cenſendus irregularis, & teñaatur ad reſtitutionem damni ex homicidio ſequuti; & quid ſi dubiter, an ſua iniuſta actione fuerit cauſa efficax furti, aut alterius damoi. 333

§.42. Vtrùm in dubio facti, cui in iure eſt anoexa excomunicatio, vel alia ceoſura quis ſit cenſendus excommunicatus, aut ſuſpenſus, &c. 337

Cùm quis obligatus ad recitandas horas canonicas poſt factam diligentiam dubitat, an illas recitauerit, an teneatur iterum recitare: & quid ſi poſt recitatum diuinum Officium, vel aliquam boram dubius ſit, ſeu non recordetur, an recitauerit aliquam horam, vel aliqnem Pſalmum. 338

Dubios an ſatisfecerit obligationi certò contractæ ex contractu, v.g. mutui, vel ex donatione, aut ex delicto, an teneatur creditori integrè ſatisfacere, donec ſibi conſtet aliàs ſatisfeciſſe, & quid ſi certus ſit ſe læſiſſe famam alterius, & dubitet, an ſatisfecerit. 339

§.43. In dubio, an filius ſit legitimus, vel illegitimus, an poſt factam moralem diligentiam ad detegendam veritatem ſit habendus tamquam legitimus. vbi plura de filiationis probatione. 341

Poſſidens Prælaturam, ſeu beneficium, vel prætendens admitti ad dignitatem, vel ad Ordines, aut ad quemcunque alium actum requireotem legitimitatem, in dubio præſumi debet legitimus. 345

Vbi conſtat quem eſſe alicuius filiom, ſeu vbi probata eſt filiatio, ao etiam probata intelligatur legitimitas. 346

Quaſi poſſeſſio legitimitatis quos effectus operetur. 347

Quibus modis probetur filiatio legitima, ſeu quis probetur filius legitimus. 349

Prima coniectura filiationis, & legitimitatis quaſi poſſeſſionem inducens eſt filij natiuitas ex vxore; cuius coniecturæ ponuntur plures ampliationes, & declarationes. 350

Si mulier vidua ſtatim poſt mortem mariti alteri viro nubat, & in ſeptimo, vel nono, vel decimo menſe pariat, filius natus cenſendúſne erit filius primi, an poſterioris mariti. 355

Vtrùm filius natus ex concubina in domo retenta præſumatur concubinarij, etiamſi conſtet eam ab aliis fuiſſe carnaliter cognitam. 358

Secunda coniectura, ſeu præſumptio ex qua inducitur quaſi poſſeſſio filiationis legitimæ, ſeu quis præſumitur filius legitimus. 360

Tertia coniectura, ex qua quis conſtituitur io quaſi poſſeſſione filiatioois legitimæ. 361

Quarta coniectura, ſeu præſumptio inducens quaſi poſſeſſionem filiationis legitimæ. 363

Quinta coniectura, qua quis conſtituitor in quaſi poſſeſſione filiationis legitimæ, ſeu præſumitur filius legitimus. 365

Sexta coniectura, ex qua filiatio, & legitimitas præſumitur. 366

Septima coniectura ad filiationem probandam, ibid.

Filius illegitimus in dubio, an ſit præſumendus potius ſpurius, quàm naturalis, an verò è contra. 368

Quando certum eſt illegitimum filium procreatum ab vno ex duobus, v. g. Titio, aut Sempronio; & ignoratur à quo determinatè, quis ex his duobus debeat illi præbere alimenta, 371

An filij in hoſpitalibus expoſiti ſint cenſendi legitimi, & abſque diſpenſatione vlla capaces Ordinum, dignitatum, & ſucceſſionum. 373

Cùm vtrinque ſunt opiniones probabiles, an quis ſit legitimus, vel illegitimus, iudex fori externi debet in iudicando ſequi partem faoentem legitimitati etiam ſequendo minus communem opinionem. 376

§.44. In dubio vtrùm contractus aliquis ſit licitus, vel prohibitus lege oaturæ, aut poſitiua poſt multam diligentiam ad illud vincendum adhibitam manenta, an liceat talem contractum celebrara. ibid.

§.45. In dubio voti, & ioramenti, aut promiſſionis, an teneamur illud adimplere, vel diſpenſationem obtinere. 380

An quis teneatur promiſſione, voto, aut iuramento, ſi poſt factam moralem diligantiam dubiter,

dubitet, an habuerit animum iurandi, vouendi, vel promittendi, & ſe obligandi, an verò ſimulandi. 381
Vtrùm qois teneatur voto, iuramento, vel promiſſione, ſi præmiſſe debita diligentia dubitet, en habuerit ſufficientem deliberaiionem. 382
In dubio defectus ſufficientis deliberationis ob ſubitam paſſionem iracundiæ, vel alterius perturbationis, an promiſſio, votum, vel iuramentum teneat. 385
In dubin defectus ſufficientis vſus rationis ob ementiam, ebrietatem, ſomnum, vel phræneſim, an vutum, vel iuramentum cenſenda ſint valida, & facta cum ſufficieuri deliberatinne. ibid.
An dubius de materia promiſſionis, vnti, vel iuramenti ſitne licita, vel illicite teneatur promiſſione, voto, aut iuramenio. 386
Votum materiæ partim bonæ, honeſtæ, & poſſibilis, partim indifferentis, malæ, aut impoſſibilis quandónam cenſeri debeat factum per modum vnius rei indiuiduæ, & quando diuiſiuè, ſeu per modum plurium, ita vt æquiualeat duplici voto, vni de materia apta, alteri de materia inepta. 388
Exempla votorum per modum vnius, & tamquam de materia indiuidua. 389
Exempla votorum per modum plurium, ſeu diuiſiuè cum independentia vnius ab altero. 391
Quando votum, aut iuramentum eſt partim de materia apta, nempe bona, & poſſibili, partim de materia inepta, nempè indifferenti, aut mala, aut impoſſibili, in dubin en votum præſumi debeat emiſſum per modum vnius & eſſe irritum, an potiùs per modum plurium, & obligare quoad rem aptam. 393
Votum, aut iuramentum rei honeſtæ potentis aliquando malum habere exitum obligat, vt votum obediendi Prælato in omnibus. 394
Votum, cuius finis partim eſt bonus & poſſibilis, partim impoſſibilis, aut turpis, aut indifferens, aut contra conſilia, quandónam valeet. ibid.
Explicatur quid dicendum in nonnullis aliis dubiis poſt votum, eut iuramentum conſurgentibus. 395
Quando quis eſt certus voti, aut iuramenti; & dubius qualitatis, ſeu modi vouendi, aut iurandi, ſeu voluntatis ſe obligandi, ad quid votum, ſeu iuramentum obliget. 396
Certus de voto, aut iuramento, & de intentione ſe obligandi, & de plena libertate, dubius verò an illud impleuerit, tenetur implere. 398
Quoties dubium eſt de valore voti, vel ſunt vtrimque opiniones probabiles, votum non cenſetur reſeruatum. ibid.
In dubin an aliquis caſus ſit ſuperiori quoad abſolutionem reſeruatus, non comprehenditur ſub reſeruatione, niſi in illa ita eeprimatur. ibid.
Dubium de valore voti ratione debitæ intentionis, vel deliberationis, vel teneræ ætatia præbat iuſtam cauſam diſpenſandi ſaltem admixta aliqua commutatione. 399
Quando eſt dubium ſolùm an cauſa diſpenſendi ſit iuſte, & ſufficiens, en ſuperior poſſit validè, & licitè diſpenſare in voto, iuramento, præcepto, & lege. 400
In dubio an diſpenſatio ſine freude à legitimo ſuperiore, vel eius delegato obtenta valeat, præſumi ne debeat valida, ſiue ſit circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui, ſiue circa ea, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini. ibid.
§.46. Quid ſentiendum ſit de poteſtate irritandi vota, de obligatione ieiunij, abſtinendi à carnibus, vel à ſacra communione in dubio circa ætetem vouentis, tempus ieiunij Eccleſiaſtici, vel naturalis ad S. Communionem requiſiti, vel abſtinendi à carnibus. 403
In dubio, an votum ſit emiſſum tempore impubertatis, vel minoris vel ſubiectionis, an illud comprehendetur ſub poteſtate irritandi. ibid.
Dubius an eepleuerit ætetem ad ieiunium, Ordines, & ed beneficia requiſitam, an teneatur ieiunio, & debeat abſtinere ab Ordinibus. 405
Dubius, an ſit elapſe media nox, an poſſit, ſi diee illa, vel ſequens ſit ieiunij, edere carnes, vel cœnare. ibid.
Dubius an ſit media nox, & tunc comedens, aut bibens, an poſſit altero die S. Euchariſtiam ſumere. 406
Dubius an abluendo os aliquid vini, vel aquæ deglutierit, an poſſit eo die communicare. Vbi pluribus explicatur, quandónam cenſeatur necne violatum ieiunium naturale ad communionem requiſitum. 408
Si quis prima nocte mittat in os aliquid ſacchari peulatim etterendi, vel deglutiendi ad leniendam faucium raucedinem, & poſt mediam noctem illius aliquid in ore reperiatur, an liceat communicare. 410
Vbi in vrbe, vel opido ſunt plura horologie, nec omnia ſimul pulſant horam mediæ noctis, an quis poſſit ſequi quod maluerit. 411
An ſtatim ac auditur primus pulſus horæ duodetimæ, ſeu deſignantis mediam noctem, tunc eapleta ſit media nox, & ſi quis poſt illum pulſum ante vltimum bibit, vel cibum ſumit, non poſſit die ſequenti communicare. 413
§.47. Quid de obligatione recitandi diuinum Officium in dubio tenuitatis beneficij, & ſuccurrendi proximo in dubio, an eetremè egeat; vel abſtinendi ab ingreſſu in Religionem in dubio extremæ, vel grauis neceſſitatis parentum; & de obligatione profeſſionis in dubio, an fuerit ex iuſto metu emiſſa. 414
§.48. In dubin an quis commiſerit peccatum mortele, vel an id, quod fecit, ſit veniale, vel mortale, teneatur id peccatum confiteri. 416
Quomodo in confeſſione explicanda ſint peccata dubia. 422
An peccatum mortale iam confeſſum vt dubium, ceſſante dubio, & ſubſecuta certa, vel probabili notitia quod fuerit commiſſum, neceſſariò ſit iterum confitendum. 423
In dubio opinatiuo, ſeu quando quis habet probabile iudicium de vtraque parte, ſcilicet ſe commiſiſſe peccatum mortale, vel illud fuiſſe confeſſum, & non commiſiſſe, vel non fuiſſe confeſſum, an tenetur illud confiteri. 424
§.49. In dubio vtrùm ſubditus, etiam Religioſus teneatur obedire ſuo ſuperiori, ſiue dubium ſit de præcepto, ſiue de honeſtate rei præceptæ, ſit necne licita, aut illicita, aut de exceſſu regulæ, ſiue de titulo legitimáve ſuperioritate. 427
Quandónem dici poſſit conſtare, vel certum, ac euidens eſſe, vel non eſſe illicitam rem à ſuperiore præceptam. 432
Superiori præcipienti contra regulam, vel præceptum maioris ſuperioris ſubditus Religioſus quando teneatur obedire. 433

An

Digitized by Google

An ſubditus Religioſus teneatur obedire ſuperiori coarctanti libertates, ſeu immunitates & licentias à regula vel altiori ſuperiori permiſſos. ibid.

An quando ratione infirmæ valetudinis, aut alterius cauſæ iubetur ſubditus non ieiunare, quando alias tenetur, aut non recitare diuinum Officium, aut veſci carnibus, teneatur in dubio obedire. 434

Religioſus iuſſus audire confeſſiones, aut ſuſcipere ſuperioritatem in dubio idoneitatis, an teneatur obedire. ibid.

Subditus certò ſciens ſe non peccare non obediendo, & dubius, an res præcepta ſit illicita, vel an peccet obediendo, an poſſit obedire. ibid.

Si ſubditus dubius, an res præcepta ſit illicita, certò moraliter ſciat etiam Prælatum dubitare, an ſit illicita, an teneatur obedire: & quid ſi ſubditus ſit certus rem præceptam, de qua ſuperior dubitat, vel putat eſſe illicitam, vel ſupra regulam, eſſe licitam, & non excedere regulam. ibid.

An ſubditi dubitantes, an res præcepta ſit illicita, teneantur ad examen veritatis per ſe, vel conſulendo alios peritos, priuſquam obediant. 435

Subditus dubius circa factum, v. g. an homicidium commiſerit, iuſſus à ſuperiore celebrare, an poſſit obedire. 436

Præceptum ſub conditione à ſuperiore impoſitum, an teneatur adimplere ſubditus dubius de implemento conditionis. 437

Si res præcepta ſit nimis moleſta, difficilis, & oneroſa ſubdito, vel ex obedientia probabiliter timeatur graue damnum proprium, vel alterius, an ſubditus teneatur obedire, cum dubitat, an res præcepta ſit illicita, vel extra limites poteſtatis ſuperioris. ibid.

In dubio de legitimo titulo ſuperioritatis, vel an ſuperior exiſtat in pacifica poſſeſſione Dignitatis, an ſubditus teneatur obedire. 438

§. 50. In dubio, an res ſit aliena, vtrum quis poſſit licitè illam accipere, retinere, & diſtrahere, & primò an poſſeſſor bonæ fidei dubitans, an res poſſeſſa ſit ſua, poſſit illam retinere. 440

Dubium, an res poſſeſſa ſit aliena, ſuperueniens poſt poſſeſſionem, & præſcriptionem iam bona fide inchoatam, an efficiat malam fidem, & interrumpat præſcriptionem. 440

Poſſeſſor bonæ fidei poſtea dubitans, an res quam poſſidet, ſit ſua, vel aliena, an poſſit illam retinere, an verò debeat illam reſtituere. ibid.

Dubium, an res poſſeſſa ſit aliena, ſuperueniens poſt poſſeſſionem, & præſcriptionem iam bona fide inchoatam, an efficiat malam fidem, & interrumpat præſcriptionem. 441

Inter bonam & malam fidem an detur medium, ſeu fides media, nec bona, nec mala. 442

Poſſeſſor bonæ fidei dubius an res poſſeſſa ſit aliena, ſi inclinet magis in eam partem, vt ſit aliena, an teneatur ad reſtitutionem pro ratione maioris propenſionis. ibid.

Poſſeſſor bonæ fidei, qui orto dubio, an res ſit aliena, neglexit facere moralem diligentiam inueſtigandi veritatem, & inde factus eſt impotens ad illam inueniendã, ad quid teneatur. 443

Qui dubitans, vel opinans, an res ſit ſua, illam clàm, vel violenter aufert à poſſeſſore bonæ fidei, peccat contra iuſtitiam, & totam reſtituere tenetur. 445

Iudex fori externi in pari dubio facti, vel iuris non poteſt ſpoliare poſſeſſorem bonæ fidei. ib.

Cùm dubium eſt, an res ſit aliena, ſi à neutro, ſeu nemine poſſideatur, non poteſt tota accipi, ſed diuidenda eſt iuxta dubij proportionem tam in foro interno, quàm externo. 446

Poſſeſſor bonæ fidei adhuc dubius poſt factam debitam Inquiſitionem, an poſſit re de qua dubitat, an ſit ſua, vel aliena, vti, illámque conſumere, vel diſtrahere. 447

Poſſeſſor bonæ fidei dubius, an res ſit ſua, vel aliena, illam vendens, an debeat habere animum reſtituendi pretium domino rei, ſi comparuerit. 448

Poſſeſſor bonæ fidei, qui vendidit rem alienam putans eſſe ſuam, an ſi compareat verus dominus non valens rem recuperare, teneatur illi reſtituere pretium. 449

Quandónam exceſſus pretij cenſendus ſit fructus induſtriæ, & minimè reſtituendus à venditore rei alienæ bonæ fidei; & quid quando quis bona fide emit pretio infimo, & vendidit ſupremo. 451

Si poſſeſſor bonæ fidei rem furtiuam ſibi donatam vendiderit ſummo pretio, an domino apparenti teneatur totum pretium reſtituere. 452

Qui bona fide rem furtiuam ſibi donatam vendidit, & poſtea minori pretio redemit, an teneatur rem, & lucrum illud domino apparenti reſtituere. 453

Poſſeſſor bonæ fidei ab initio poſſeſſionis poſtea dubitans an res ſit aliena, cum fecerit debitam diligentiam inueniendæ veritatis comparente domino tenetur reſtituere ſolùm ad inſtar poſſeſſoris bonæ fidei; & ad quæ teneatur poſſeſſor bonæ fidei. ibid.

Poſſeſſor bonæ fidei, cui poſtea conſtat rem eſſe alienam, & non reperitur certus dominus, an debeat facere reſtitutionem pauperibus; vbi an debita incerta tam ex delicto, quàm ex contractu licito ſint pauperibus reſtituenda. 454

Si poſſeſſor bonæ fidei ab initio poſtea dubitet ex conſcientia erronea, an licitè poſſit rem retinere, vtrum ſi appareat dominus, teneatur reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei. 455

Qui dubitans, an res vacans eſſet ſua, vel aliena, vel ab alio legitimè poſſideretur, putà, an eſſet furtiua, cum tali dubio incipit poſſidere vel præoccupando rem, vel illam accipiendo titulo emptionis, aut donationis, animo illam ſibi vſurpandi, an peccet contra iuſtitiam, & ad quam reſtitutionem teneatur inuento, vel non inuento poſtea domino. ibid.

Qui ab initio poſſeſſionis rei dubius erat, an eſſet aliena, vel furtiua, ſi poſtea compareat verus dominus, an teneatur ad reſtituenda omnia ad quæ tenetur poſſeſſor malæ fidei. 459

Quid de eo, qui in dubio an eſſet aliena, vel furtiua, accepit animo inquirendi dominum, an teneatur reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei. ibid.

Si iſte vendiderit, an teneatur comparenti domino reſtituere totum pretium, etiamſi vendiderit ſummo pretio. ibid.

Quando quis dubius, an res ſit aliena, vel furto ſublata, eam titulo emptionis, aut donationis accepit ab eo, qui illam bona fide poſſidebat, an tunc ſi dubium vinci non poteſt, continuè poſſit poſſeſſionem, & totam rem retinere. 461

Vt quis dicatur emptor, ſeu poſſeſſor bonæ fidei ab initio poſſeſſionis, an ſufficiat ignorare rem, quam titulo emptionis, vel donationis accepit, ſit alienã, & credere non omnia, quæ alter vendit, eſſe furtiua; & quid ſi ſit rumor, ſeu fama, quod ſit furtiua. ibid.

An, & quando teneantur ad reſtitutionem, qui emunt à mancipiis, filiisfamilias, & aliis perſonis ſuſpectis. 461

An liceat emere fragmenta veſtium à ſartoribus magiſtris, & eorum officialibus; & an locatores operum, vt famuli, & ſimiles, poſſint aliquid clam ſubripere prætextu, quod eis non ſoluetur pretium iuſtum ſuarum operarum. ib.

An à textoribus, mulieribus conficientibus indumenta ex ſerico, vel lana, vel texentibus vittas ſericas, liceat emere vlnam, vel vlnas telæ ſericæ, vel vittarum ſericarum, aut vncias ſerici. 463

§. 51. In dubio valoris matrimonij, an liceat coniugibus ſic dubitantibus reddere, & petere debitum coniugale. 465

An matrimonio bona fide contracto ab initio cum bona fide vtriuſque coniugis, ſi vni eorum ſuperueniat rationabile dubium de valore matrimonij, iſte ſic dubius poſſit licitè, & debeat reddere debitum alteri coniugi bona fide poſſidenti, & exigenti. ibid.

Coniux dubius de valore matrimonij an teneatur inquirere veritatem antequam ſit occaſio, in qua alter petat; & ſi petat ante inquiſitionem, an debeat ei reddere debitum. 468

Coniux poſt contractum matrimonium ab initio bona fide initum, dubius de valore matrimonij, an poſſit licitè petere debitum coniugale. ibid.

Si vnus coniux dubitet de valore matrimonij bona fide ab vtroque contracti ob impedimentum ſeruitutis alterius, an tunc teneatur reddere debitum, & poſſit licitè petere. 473

Coniux dubius de valore matrimonij, qui litem mouit ad diſſoluendum matrimonium, an lite mota pendente teneatur alteri debitum reddere foro conſcientiæ inſpecto. 474

Lite mota de matrimonij valore, an & quando ſit reſtituendus coniux agens litem, qui ſua authoritate ab alio diſceſſit. ibid.

Marito ſpoliato nondum matrimonio conſummato non conceditur reſtitutio vxoris quoad carnalem copulam, ſed tantùm quoad cohabitationem, & alia obſequia. 475

Coniux dubitans de valore matrimonij bona fide initi, an poſſit reddere debitum priori bimeſtri ante conſummatum matrimonium; & quid ſi conſtet alterum coniugem incidiſſe in adulterium. ibid.

Matrimonio bona fide vtriuſque coniugis inito, ſi poſtea vterque dubitet de valore matrimonij, an licita ſit eis petitio, & redditio debiti. 476

Si alter, vel vterque coniux cum mala fide dubitans de eius valore contraxit matrimonium, an ſit tunc licitum reddere, & petere debitum coniugale. 477

Poſt matrimonium bona, vel mala fide contractum, ſi coniux non dubitet, ſed ob probabiles rationes opinetur eſſe nullum, vel validum, vtrùm poſſit petere, & reddere debitum. 478

Si alter coniux bona fide contraxit, & poſtea opinetur probabiliter matrimonium eſſe nullum, an teneatur alteri debitum reddere. ibid.

Coniux poſt matrimonium bona fide contractum probabiliter opinans matrimonium eſſe nullum ſine opinione oppoſitæ partis, an poſſit debitum exigere. 479

Coniux, qui ab initio bona fide contraxit, & poſtea ob varias rationes probabiles diuerſas opinatur matrimonium eſſe nullum, & ſimul opinatur eſſe validum, an poſſit licitè petere debitum. 480

Coniuges, qui ab initio contraxerunt male fide, dubitantes de impedimento conſanguinitatis, vel de morte prioris coniugis, ſi poſtea habeant opiniones probabiles vtrinque, ſcilicet matrimonium eſſe nullum, & ſimul eſſe validum, an poſſint licitè petere, & reddere debitum. 481

Vt liceat tranſitus ad ſecundas nuptias, qua ratione conſtare debeat de morte prioris coniugis, ſufficiátne probabilitas, an requiratur tam in foro interno, quàm externo moralis certitudo mortis. 482

Secundæ nuptiæ initæ abſque certitudine morali de morte prioris coniugis, an ſint nullæ tametſi verè coniux prior obiiſſet. 485

Si alter coniux aſſeueret alteri ſe dolo, ſeu fictè, aut metu contraxiſſe, vel adeſſe occultum impedimentum dirimens, an iſte teneatur reddere debitum, & quid ſi alter ſe retractet, vel ipſe ei credat. 486

Coniugi dubio de valore matrimonij quoties non eſt licita debiti petitio, neque etiam licent delectatio moroſa ſenſitiuæ partis, & tactus venerei. 487

§. 52. Vtrùm, quando ex parte facti ſunt vtrinque rationes, & coniecturæ probabiles, neceſſariò reſultet dubium de tali facto, & homo ſe gerere debeat vt in dubio proprio, & ſuſpenſionis, quamuis habeat pro vtraque parte iudicium probabile. 488

Habens opinionem probabilem, quod aliquis in aliquo oppido per iudicia ſententiam fuerit infamis declaratus, an poſſit licitè in alio oppido illum infamare. 490

Dubitans an ſit diſpenſatum ſuper impedimento dirimente, ſi ob dicta duorum, vel trium teſtium affirmantium fuiſſe diſpenſatum, probabiliter iudicet fuiſſe diſpenſatum, cum opinione tamen oppoſiti, an abſque alia diſpenſatione poſſit matrimonium inire. ibid.

Fœmina in dubio ſuſpenſionis, & opinatiuo, an ſemen ſit corruptum, an poſſit ſumere medicamenta ad illius expulſionem. ibid.

Tribus teſtibus fide dignis aſſerentibus coniuges non eſſe conſanguineos, & tribus aliis oppoſitum affirmantibus, an illis liceat reddere, & petere debitum. 491

Fœmina dubitans de morte mariti, ſi quatuor teſtes fide digni teſtentur iam obiiſſe, & alij oppoſitum affirment, an poſſit licitè tranſire ad alias nuptias. ibid.

Dubitans an res ab alio poſſeſſa, vel in nullius poſſione exiſtens ſit ſua, ſi adſint tres teſtes affirmantes eſſe illius, & alij tres id negantes, vtrùm poſſit propria authoritate illam rem accipere; & quid ſi iam in foro externo talis ſit conteſtata. ibid.

Dubitans an abſolutus ſit à cenſura, quam certò contraxerat, ſi teſtentur aliqui fide digni ſe vidiſſe abſolutionem fuiſſe à iudice pronunciatam, & alij contradicant, an teneatur ſe gerere vt ligatus cenſura. 492

PARS

PARS TERTIA.

De Conſcientia ſcrupuloſa.

§. 53. VTrùm liceat agere contra conſcientiam ſcrupuloſam, ſeu contra ſcrupulum eo non depoſito. 495
Quid ſit ſcrupulus. ibid.
Regulæ, ſeu ſigna, ex quibus quis dignoſcitur ſcrupuloſus. 499
Cauſæ, ex quibus oriuntur ſcrupuli. ibid.
Vtilitates, & damna ſcrupulorum. 500
§. 54. Remedia ſcrupulorum generalia. 502
§. 55. Remedia particularia ſcrupulorum circa peccata præterita, & eorum confeſſionem. 509
Remedia ſcrupulorum circa dolorem de peccatis præteritis, & propoſito cauendi peccata in futurum. 511
§. 56. Remedia particularia ſcrupuloſorum, qui venialia credunt mortalia, vel in omnibus putant ſe peccare. 513
Quibus modis & gradibus perueniatur ad peccatum. ibid.
Quænam deliberatio, ſeu conſideratio, & aduertentia rationis requiratur, & ſufficiat ad peccandum. 514
Quid ſit peccatum mortale, quid veniale. 515
Triplex veniale, ex genere ſuo, ex materiæ leuitate, & ex indeliberatione; & quæ peccata reducantur ad veniale ex genere ſuo. 516
Peccatum aliàs mortale ex genere, & obiecto tranſit in veniale ob materiæ paruitatem, & quandónam plures materiæ paruæ conſtituant vnam materiam totalem integrã, & mortalẽ. ib.
Peccatum mortale ex genere ſuo tranſit in veniale ex defectu plenæ aduertentiæ malitiæ obiecti, & perfectæ deliberationis, & quid ſint motus primo primi, & ſecundo primi, & quæ cognitio, ſeu aduertentia malitiæ obiecti requiratur ad peccatum mortale, quæ ad veniale. 517
Motus praui, & inhoneſti ſenſualitatis, ſeu appetitus ſenſitiui ex imaginatione, & cogitatione orti præuenientes omnem cognitionem, & aduertentiam malitiæ motalis, & deliberationem, non ſunt peccata nec venialia. 520
Regulæ ad diſcernendum imperfectam conſiderationem, & deliberationem à perfecta; adque cognoſcendum conſenſum in peccatum, vel fuiſſe nullum, vel imperfectum, & non plenè deliberatum. 521
Quibus modis peccatum veniale ex genere tranſeat in mortale; & qua ratione diſponat ad mortale. 522
A timentibus aliquo modo Deum, nedum à ſcrupuloſis raró committitur peccatum mortale; & quomodo intelligenda ſit illa diuiſio in ſeptem peccata mortalia. 523
Remedium ſpeciale pro ſcrupuloſis timentibus in omnibus peccare mortaliter; & pro his, qui vexantur ſcrupulis circa actus vrbanitatis, necnon pro his, qui vano timore periculi ſuperbiæ, aut inanis gloriæ verentur opera virtutũ facere. ib.
§. 57. Remedia particularia ſcrupulorum de frequentia venialium, & eorum confeſſione. 524
Remedia ſcrupulorum de digna ſumptione S. Euchariſtiæ. 525
§. 58. De ſcrupulis circa cogitationes infidelitatis, blaſphemiæ, rerum obſcœnarum, & circa iudicia temeraria, & motus ſubitos impatientiæ, iræ, vindictæ, inuidiæ, odij, eorumque remediis. 527
Quandónam cogitationi inſit culpa. ibid.

Quandónam cogitationes rei malæ, & motus appetitus ſenſitiui iracundiæ & ſimiles careant culpa ſaltem mortali; & remedia communia ſcrupulorum circa praues cogitationes, & appetitiones. 529
Remedia ſcrupulorum circa cogitationes fidei aduerſas. 530
Remedia ſcrupuloſorum, qui vexantur, quod non crediderint, quoties illis offertur cogitatio credendorum. 532
Remedia ſcrupulorum circa cogitationes blaſphemiæ. ibid.
Remedia ſcrupulorum iudicij temerarij, ſuſpicioniſve prauæ de proximis. 533
Remedia ſcrupulorum circa cogitationes obſcœnas, & impudicas; & præſertim quando offeruntur menti tempore orationis. 534
Similitudines proponendæ iis, qui voluntariè permittunt obſcœnas cogitationes, vt illas horreant. 535
§. 59. De ſcrupulis circa delectationes de opere, ſeu obiecto malo cogitato, & circa motus appetitus ſenſitiui, & carnis inhoneſtos, & venereos, ſeu libidinoſos. 537
Affectus voluntatis duplex, alius efficax, alius ſimplex complacentia, ſeu delectatio; & quando dicatur moroſa. ibid.
Delectatio moroſa, alia de opere, ſeu obiecto, alia de ſola cogitatione, alia de vtroque ſimul. 538
Delectatio moroſa de ſola cogitatione, & ſpeculatione operis mali ex ſe non eſt peccatum. ib.
Delectatio moroſa de opere malo cogitato, vel de opere, & cogitatione ſimul eſt mala, & venialiter, ſi opus ſit leuiter malum; mortaliter, ſi opus ſit grauiter malum. 539
Delectatio moroſa de opere, ſeu obiecto mortaliter malo, non eſt mala ſaltem mortaliter, niſi tendat in illud quatenus malum, & malitiam proximè fundat. 541
Delectatio moroſa de opere malo ex ſola lege poſitiua, vel voto prohibita non eſt mala mortaliter. ibid.
Delectatio de ſolo modo operandi malè, non eſt mortaliter mala. 542
Delectatio moroſa de opere malo non præciſè, ſed propter finem, ſeu effectum bonum ex eo conſequutum, ſeu quatenus eſt cauſa boni effectus, non eſt mala. ibid.
Delectatio moroſa de copula cogitata cum coniugata, vel moniali, vel cõſanguinea, an habeat malitiam adulterij, ſacrilegij, vel inceſtus. ibid.
An ſit peccatum ſimplex delectatio præſens de actibus, ſeu obiectis mortalibus cogitatis ſub ditione auferente eorum malitiam. 543
Delectatio moroſa coniugis de copula cogitata cum altero coniuge abſente, vel cum quo ob aliquod impedimentum morale, vel phyſicum commiſceri carnaliter non poteſt, an ſit peccatum mortale. 545
Delectatio moroſa viduorum de copula coniugali præterita, ſi ſit in appetitu ſenſitiuo, an ſit peccatum. 546
Delectatio ſponſorum de copula coniugali habenda tempore matrimonij, an ſit peccatum lethale. 547
Delectationibus venereis appetitus ſenſitiui, & motibus carnis inhoneſtis, an homo ſub mortali teneatur reſiſtere poſitiuè, nec ſufficiat negatiuè ſe habere. ibid.
Delectationibus venereis appetitus ſenſitiui, & motibus carnis libidinoſis, ac pollutioni dare

cauſam, non eſt mortale peccatum contra caſtitatem, niſi cauſa ad genus luxuriæ ſpectet; & abſit neceſſitas, ſeu cauſa honeſta talis cauſæ apponendæ. 549
Quid de Confeſſario audiente confeſſiones, & chirurgo tangente, aut vidente verenda fœminæ cum præuiſo periculo pollutionis; & de nonnullis aliis actibus cum ſimili periculo. 550
Non eſt peccatum mortale, ſed tantùm veniale contra caſtitatem exercere actionem ad genus luxuriæ non ſpectantem cum præuiſione commotionis venereæ, & pollutionis ſecuturæ, etiamſi actio illa aliàs ſit illicita. 551
Quid ſi actiones ſpectent ad genus luxuriæ, ſint tamen peccatum veniale. 553
Amplexus, oſcula, tactus, & aſpectus leuiter impudica habita ſolùm ex ioco, aut curioſitate, leuitate, aut vanitate, ſecluſo periculo, &c. ſunt tantùm peccata venialia; & quid ſi fiant cauſa captandi ſolam illam delectationem veneream, quæ ex ipſis oritur. ibid.
In materia venerea, delectationibúſque venereis, an detur paruitas materiæ excuſans à culpa mortali. 555
Quæ delectatio moroſa venerea modica ſit peccatum mortale. 558
Quodlibet peccatum mortale in genere luxuriæ, in quo præuidetur, vel præuideri debet pollutio ſequutura, habet ſpecialem malitiam mortalem contra naturam, ſeu mollitiei. 559
Recollectio, & praxis remediorum, procuratione ſcrupulorum circa inhoneſtos motus appetitus ſenſitiui, & carnis, & quaſcunque delectationes de re turpi, & illicita. 560
§.60. Remedia ſcrupulorum circa pollutiones tam diurnas, quàm nocturnas. 563
Quot humores fluant per meatus pudendorum; & quotuplex cauſa pollutionis in ſomniis. ibid.
Procuratio pollutionis eſt intrinſecè mala, & peccatum mortale; & quid de pollutione indirectè voluntaria in cauſa. 566
Quandonam pollutio contingat ſine vllo peccato. 566
Qua ratione poſſit quis cognoſcere, an pollutio ſibi in ſomno ſequuta proceſſerit ex illuſione Dæmonis. 567
Cur Dæmon nocturnas illuſiones, & pollutiones exciter. 568
Remedia contra nocturnas illuſiones, & pollutiones arte Dæmonis prouenientes. ibid.
Quando pollutio non impediat communionem, & celebrationem. 569
§.61. Remedia ſcrupulorum circa impletionem præceptorum, & præſertim recitandi horas canonicas, aliáſque orationes ex obligatione debitas; & audiendi ſacrum: vbi nonnulla de attentione ad ſatisfaciendum præcepto recitandi horas canonicas, & audiendi ſacrum neceſſaria. 570
Ad implenda præcepta ſitne neceſſarium opera exequi intentione formali, vel ſaltem virtuali illis ſatisfaciendi: vbi etiam quid de votis, & iuramentis ac pœnitentia ſacramentali. 574
Ad ſatisfaciendum præceptis neceſſéne ſit, vt quis ita opera præcepta exequatur, vt præcepti finem aſſequatur; áuque finis præcepti, ſeu legis cadat ſub lege, præceptóve; vbi etiam quid de voto, iuramento, & pœnitentia. 579
Pluribus actibus eodem tempore factis poteſt ſatisfieri pluribus præceptis, & an quando vnico actu, ſeu opere pluribus præceptis, ſeu obligationibus ſatisfiat. 582
§.62. Remedia circa diſtractiones, indeuotionem, ſeu tædium, ariditatem, & deſolationem ſpiritualem in oratione, meditatione, atque in aliis exercitiis ſpiritualibus. 585
Orare Deum abſque diſtractione, & mentis euagatione difficile. ibid.
Quid ſit vera deuotio; quid conſolatio ſpiritualis; quid indeuotio, ariditas, & deſolatio ſpiritualis. 586
Deſolatio patienter tolerata non impedit fructum orationis, & aliarum exercitationum ſpiritualium, aut profectum ſpiritus; ſed ad vtrumque vtilior, quàm conſolatio. 589
Perfectio & ſanctitas non conſiſtit in conſolationibus, & dulcibus affectibus, nec ex iis eiuſdem perfectionis quátitas eſt metienda; & quænam ſint ſigna certa & infallibilia ſanctitatis. ibid.
Quare, quáſve ob cauſas Deus conſolationibus, & dulcedine ſpiritmali ſuos in hac vita frequenter perfundat; & quæ earundem conſolationum vtilitas. 590
An expediat diuinas conſolationes deſiderare, & à Deo petere; & quando expediat non petere, nec velle à deſolationibus liberari, ſed de iis gaudere. 591
Cauſæ, ob quas Deus animæ ſubtrahit ſuauitatem ſpiritus, & conſolationem ſpiritualem, immittitque, ſeu permittit deſolationem, & ariditatem. ibid.
Nonnulla remedia ad pellendam deſolationem, & conſolationem obtinendam. 592
Coniecturæ, ſeu regulæ ad dignoſcendum, an conſolationes internæ ſenſibiles ſint à Deo, vel à Dæmone. 593
Quibus ſignis, ſeu regulis viſiones, & reuelationes veræ à falſis diſcerni queant. 595
Si alicui oranti ſe repræſentet imago Chriſti, vel B. Virginis, vel alicuius Sancti, an debeat exhiberi congrua adoratio, & reuerentia. 596
§. 63. Remedia ſcrupulorum circa Dei præſcientiam, prædeſtinationem, & reprobationem, & motus, ſeu tentationes deſperationis. 597
Qua ratione occurratur tentationibus deſperationis. 599
Cùm Dæmon ſuggerit homini, quid faceret, ſi hoc vel illud ei ſuccederet, quid faciendum. 600

APPENDIX
AD TITVLVM PRIMVM.

In qua continentur nonnullæ obſeruationes circa Diſputationem Candidi Philalethi, de opinionum praxi, octo quæſtionibus comprehenſam.

OBſeruatio circa primam quæſtionem, vtrùm ad honeſtatem actionis humanæ ſufficiat opinio de ea, an etiam requiratur certitudo. 601
Obſeruatio circa ſecundam quæſtionem, vtrùm opinari ſit liberum, vel neceſſarium. ibid.
Obſeruatio circa quæſtionem tertiã, vtrùm poſſit quis vtramq; partẽ contradictionis opinari. 603
Obſeruatio circa quæſtionem quartam, vtrùm ad opinandum, & licitè ſequendum in praxi aliquam propoſitionem ſufficiat eſſe vtcumque probabilem. 608
Obſeruatio circa quæſtionem quintam, vtrùm licitum ſit ſequi minus probabilem opinionem relicta probabiliore. 612

Obſerua

Obſeruatio circa quæſtionem ſextam, vtrùm ex duabus contrariis opinionibus æquè probabilibus licitum ſit vtramque ſequi, vel alteram. 625
Obſeruatio circa quæſtionem ſeptimam, vtrùm teneamur eligere partem tutiorem. 626
Obſeruatio circa octauam quæſtionem, vtrùm vnius, vel alterius Doctoris opinio ſit ſufficiens fundamentum ad hoc, vt quis ſimul opinetur, & in praxi operetur. 627

TITVLVS SECVNDVS.

De computatione temporum, ſcilicet dierum, menſis, & anni, ſeu annorum, quótve diebus menſis, vel annus conſtare debeat, cùm menſis, vel anni in iure, ſtatuto, vel hominis aſſignatione ſit mentio, & quandónam computatio ſit facienda de momento ad momentum.

§.1. QVot diebus debeat conſtare menſis, cum de eo ſit mentio. 633
Menſis quot diebus conſtare debeat, cum lex, vel ſtatutum, aut hominis diſpoſitio determinat à quo tempore incipere debeat. ibid.
Menſis quot diebus conſtare debeat, quando in lege, vel ſtatuto ſimpliciter, & abſolutè ſit mentio menſis non habita relatione ad principium, vel ad finem. ibid.
§.2. Cum lex, vel ſtatutum, vel alia diſpoſitio præſcribens menſem, vel menſes, vel annum determinat, à quo tempore incipere debeat, an computatio ſit facienda de momento ad momentum, ita vt terminus à quo, ſeu dies termini à quo computari debeat in termino. 634
Dictio, *A*, vel *Ab* quando ſtet incluſiuè, vel excluſiuè. 635
§.3. Quandónam tempus ex parte termini ad quem debeat eſſe integraliter perfectum, ſeu vltimus dies, vel menſis, vel annus inchoatus ſit habendus pro completo. 637
§.4. Ætas pro Epiſcopatu qualis, & quomodo computanda. 641
§.5. Ætas pro ſacris Ordinibus Epiſcopatu inferioribus, quæ & quomodo computanda. ibid.
§.6. Ætas ad tonſuram, & minores Ordines neceſſaria. 642
§.7. Ætas neceſſaria ad Officium Inquiſitoris. 643
§.8. Ætas eligendæ in Abbatiſſam monialium quæ, & quomodo computanda. 644
§.9. Ætas eligendi in Abbatem tum ſecularem, tum regularem. ibid.
§.10. Ætas promouendorum ad dignitates in Cathedralibus. 645
§.11. Ætas ad dignitates, & Canonicatus in Eccleſiis inferioribus collegiatis iure communi neceſſaria. 647
§.12. Ætas ad Canonicatus Cathedralium, & aliarum collegiatarum, & ad quæcunque beneficia à Tridentino præſcripta. 648
§.13. Ætas requiſita ad ſponſalia, & quomodo computanda. 651
§.14. Ætas pubertatis ad matrimonium requiſita, & quomodo computanda. 653

§.15. Ætas in qua quis quoad ieiuniũ Eccleſiaſticum obligatur, quæ, & quomodo computanda. 656
§.16. Ætas ad profeſſionem neceſſaria quæ, & quomodo computanda. 657
§.17. Annus nouitiatus quomodo computandus. 658
§.18. Annus interſtitiorum quomodo computandus. 659
§.19. Quando à lege, vel ab homine fertur ſuſpenſio per annum, vel menſem, quomodo ſit computandus annus, vel menſis. ibid.
§.20. Voto ieiunandi per annum, vel menſem vt ſatisfiat, an ieiunandum vltimo die anni, vel menſis, & quot diebus conſtare debeat menſis. 661
§.21. Licentia audiendi confeſſiones monialium ad menſem, vel duos, aut tres menſes, quot dies comprehendat. ibid.
§.22. Bimeſtre ſponſis conceſſum ad ingreſſum Religionis quot dies contineat. ibid.
§.23. Biduum biſſextilis quomodo ſit computandum, vel non computandum pro vno die. 662
§.24. An in bimeſtri ſponſis conceſſo ad deliberandum de ingreſſu in Religionem, biduum biſſextilis ſit computandum pro vno die 663
§.25. Pro ætate 16. annorum ad profeſſionem, & pro anno nouitiatus biduum biſſexti, an pro vno die numerari debeat: & an idem dicendum in bimeſtri ante profeſſionem conceſſo nouitiis ad renunciationem faciendam; in ſeptennio ad ſponſalia requiſito; in ætate præſcripta ad matrimonium; in ætate 21. annorum poſtquam quis tenetur ad ieiunium; in ætate præfinita ad Ordines minores, & maiores, & primam tonſuram; & in ætate præſcripta pro dignitatibus in Cathedralibus. & pro obtinendis aliis beneficiis. ibid.
§.26. Suſpenſio ad annum, vel menſem an comprehendat etiam diem biſſextilem. 665

TITVLVS TERTIVS.

De Ordinibus quoad titulum ad ſacros ſuſcipiendos, & de ſuſcipientibus Ordines ſacros inuitè, vel coactè, vel ante vſum rationis, legitimámve ætatem.

§.1. CLericus ſecularis per fraudem promotus ad ſacros Ordines ſine titulo patrimonij, aut beneficij, vel penſionis, vel donationis iuxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.*21.*cap.*2. an incurrat ipſo facto pœnam ſuſpenſionis; ita vt ſi ſic celebret abſque diſpenſatione, ſit irregularis. 670
§.2. An Clerici ſeculares fraudulenter ſine titulo promoti ad Ordinem ſacrum incurrant ſuſpenſionem ſtatutam per conſtitutionem Sixti V. 671
§.3. Stante dicta conſtitutione an pœnam, & ſuſpenſionem in ea, & etiam *in cap. neminem, & cap. Sanctorum d.* 70. latam contra promotos abſque titulo incurreret ordinatus cum patrimonio ſibi donato cum pacto de illo poſt ordinationem reſtituendo. ibid.
§.4. Pactum de reſtituendo, vel non vtendo patrimonio donato, an obliget in conſcientia. 672
§.5. An ordinatus ad præſentationem beneficij cùm pacto nihil petendi à præſentante, & ordinatos abſque titulo cum pacto inito cum ordinante,

vel præſentante ad Ordinem de non moleſtando eum ſuper beneficij ptooiſione vel alimentis; & ordinatus cum patrimonio ei ab extraneo, vel Patre, aut ab aliis donato eum pacto de reſtituendo, vel de non petendo incurrat ſuſpenſionem. ibid.

§.6. An ordinatus, qoi ante ordinationem iniit pactum cum dante ſibi patrimonium, ſeo cum donatore, Patre, & aliis de non petendo, vel de reſtituendo ſtatim poſt Ordines ſuſceptos comprehendatur peſtis *cap. per tuas, & cap. penult. de ſimonia.* 673

§.7. Vtrùm Clericus, qui cum ficto patrimonio fraudulenter obtinuit litteras dimiſſorias à proprio Epiſcopo, vt ab alieno promoueretur, & virtnte illarum eſt promotos, incurrat ſuſpenſionem latam contra ordinatos ab altero Epiſcopo abſque dimiſſoriis proprij Epiſcopi. ibid.

§.8. Regulares non profeſſi ſine titulo promoti, an ſint ipſo iure ſuſpenſi. 674

§.9. Obligatio alendi Clericum ſine titolo ad Ordines ſactos promotum ad quem ſpectet, & in qnibus caſibus obliget. ibid.

§. 10. Epiſcopus ſcienter conferendo Ordines carenti an peccet. 677

§.11. An Ordinatus Subdiaconus ad patrimonium, ſi illud poſtea donanti remittat, vel alienet, incurrat aliquam pœnam ſuſpenſionis; & quid ſi poſt renunciationem, vel alienationem abſque alio titulo, ſeu beneficio promoueatur ad Diaconatum, & Sacerdotium. 678

§.12. Reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis ſacris ordinatus eſt, qua ratione ſit prohibita, & nulla. ibid.

§.13. Patrimonium prohibetur alienari, & eſt nulla alienatio facta abſque Epiſcopi licentia ab eo, qui non obtinuit beneficium, vel aliunde non honeſtam ſuſtentationem. 680

§.14 Patrimonium an licitè, & validè alienari poſſit à Clerico ordinato ſine Epiſcopi licentia, ſi poſt ordinationem obtinuit beneficium, vel acquiſiuit bona ad congruam ſuſtentationem ſufficientia. 681

Alienatio patrimonij facta cum licentia Epiſcopi abſque iuſta cauſa data valet, ſed vltra peccatom Epiſcopus tenetur alere alienantem; & quis nomine Epiſcopi in propoſito intelligatur. 683

Patrimonium Clerici, ad cuius titulum fuit ordinatus, non poteſt capi in executionem. ibid.

Non poteſt alienari ob ſoluendum debitum ante vel poſt ordinationem contractum. ibid.

Qui accepit donatione prædium, vt ad illius titulum ſacris ordinaretur, & poſtea contraxit debita, vel promiſit certam ſummam ſorori, vt nuberet, an poſſit ad illius prædij titulum promoueri ad Ordines. ibid.

Habens ſufficiens patrimonium ordinatus non facta mentione patrimonij, an cenſeatur ad titulum ſui patrimonij ordinatus, & tale patrimonium non poſſit alienari. 684

§.15. An habens aſſecurationem, ſeu fideiuſſionem victus ſufficientis obtentam ab amico poſſit abſque alio titulo beneficij, patrimonij, vel penſionis promoueri ad S.Ordines. ibid.

§.16. An quis poſſit ad S. Ordines promoueri ad titulum cenſus. 685

§.17. Quas conditiones debeat habere beneficium ad cuius titulum quis velit ſacris initiari; & prima eſt pacifica poſſeſſio. ibid.

Prima conditio vt beneficium pacificè ab ordinando poſſideatur. 686

Ordinatus ad titulum beneficij, vel patrimonij non poſſeſſi, an incurrat aliquam pœnam, & quando peccet. ibid.

Habens pacificam poſſeſſionem beneficij abſque legitimo titulu, an poſſit ad titulum talis beneficij poſſeſſi ordinati. 687

Ad titulum beneficij de futuro & proximè obtinendum, an quis poſſit ad S. Ordines promoueri. 688

Literatoræ ad titulum abſqoe alio titulo, an promoueri poſſit. ibid.

Titulus beneficij, aut patrimonij, vel penſionis ad S. Ordines ſuſcipiendos debet eſſe perpetuus. 689

Ad titulum ſuæ induſtriæ, vel honeſti laboris nullus ad S. Ordines eſt promouendus; & an ad titulum ſeminarij quis poſſit promoueri. ibid.

Ad titulum ſeruitij in aliqua Eccleſia, cui aſcribatur; an & quibus concurrentibus poſſit ad S.Ordines promoueri. 690

Beneficium, vel patrimonium debet eſſe ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. ibid.

Ratione beneficij tenuis, an quis poſſit ordinari ab Epiſcopo loci beneficij. 691

Ad titulum beneficij abſque redditibus quis non poteſt ordinari, & quid ſi fructus percipiantur ſolùm poſt ſuſceptum Preſbyteratum. 693

Enumerantur beneficia ad quorum titulum quis poteſt ad S.Ordines promoueri. ibid.

Ad Ordines minores ſuſcipiendos, an requiratur titulus. 695

§.18. Si Epiſcopus, quando vult promouere ad Ordines, dicat in generali in ipſo actu ordinationis ſe non intendere conferre Ordines excommunicatis, ſuſpenſis, & irregularibus; ſi aliqui excommunicati, &c. accedant, an verè ſint ordinati. ibid.

Si Epiſcopus ante ordinationem inhibeat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne quis accedat cum impedimento occulto, an hæc excommunicatio afficiat Clericos extraneos, & etiam regulares. 696

§.19. Si quis ex metu graui coactus Ordines ſacros ſuſcipiat, an valida ſit ordinatio, ſi ante ſit proteſtatus ſe nolle ducere vitam Eccleſiaſticam. 697

§.20. Ordinatus in ſacris per metum grauem, an ex vi ordinationis teneatur ad perpetuam caſtitatem & ſit inhabilis ad matrimonium. 698

Quid ſi poſtea ordinationem meticuloſam ratificet. 703

Religioſus metum grauem nulliter profeſſus, ſi poſtea ad titulum Religionis ſuſcipiat Ordinem ſacrum, an ad Ordinis onera teneatur. ibid.

Ordinatus in ſacris ex ſolo metu leoi, an obligetur ad onera Ordinis. 704

§.21. Ordo ſacer receptus ante vſum rationis, aut poſt eum ante pubertatem, vel ante annum 16. completum, an obliget ad continendum, & ſit impedimentum dirimens matrimonium. 705

§.22. Ignorantia obligationis ad continentiam annexæ ſacro Ordini an excuſet à tali obligatione ordinatum cum ſimili ignorantia. 707

TITVLVS

TITVLVS QVARTVS.

De Iuriſdictione abſoluendi à caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quæ extra articulum mortis competit Epiſcopis ob vrgentem neceſſitatem, & legitimum impedimentum adeundi eamdem Sedem Apoſtolicam.

§.1. AN hæc poteſtas abſoluendi Epiſcopo conceſſa ſe extendat ſolùm ad cenſuram reſeruatam Papæ ob grauem Clerici percuſſionem. 711
§.2. An eadem poteſtas ſe extendat ad omnes culpas,& cenſuras Sedi Apoſtolicæ reſeruatas. 713
§.3. An ceſſet eadem poteſtas, quando impeditus per procuratorem, vel epiſtolam poteſt petere abſolutionem à Sede Apoſtolica. 715
§.4. An ceſſet,quando qois procurauit impedimentum,vt ab Epiſcopo abſolueretur. 716
§.5. An ceſſet, quando poteſt adiri Legatus S.Pontificis,vel alius habens priuilegium abſoluendi à caſibus Papalibus. ibid.
§.6. Ad quas perſonas abſoluendas ſe extendat dicta facultas Epiſcopo conceſſa. 717
§.7. Quinam nomine ſubditorum comprehendantur,vt poſſint abſolui vi talis facultatis. ibid.
§.8. Nomine Epiſcopi quoad eamdem facultatem, qui debeant intelligi. 718
§.9. An præfata facultas competat Pœnitentiario Cathedralis. 719
§.10. An præfatam facultatem poſſit Epiſcopus alteri Sacerdoti delegare, & quando cenſeatur facta talis delegatio. 720
§.11. An Parochus, & quiuis Confeſſarius extra articulum mortis poſſit à reſeruatis abſoluere impeditos adire Papam, & Epiſcopum; & quid de ſimplici Sacerdote. 721
§.12. Quandónam ſit dicendum legitimum impedimentum. 724
§.13. Quinam in particulari cenſendi ſint habere legitimum impedimentum. 725
§.14. An, & quando maneat, & iniungendum ſit onus ſe præſentandi ſuperiori; vbi plura de hoc onere, & de reincidentia in eamdem cenſuram. 731
§.15. An impeditis abſolutis à caſibus non habentibus annexam cenſuram iniungendum ſit onus comparendi coram ſuperiore. 734
§.16. An onere ſe præſentandi coram ſuperiore teneatur is, qui ante vel poſt abſolutionem à cenſuris reſeruatis ab inferiore datam parti læſæ ſatisfecit. 735
§.17. An à cenſuris reſeruatis ab inferiore abſolutus in articulo mortis,vel ob impedimentum teneatur perſonaliter comparere coram ſuperiore, vel poſſit per procuratorem. 736
§.18. An onus ſe præſentandi coram ſuperiore ſit abſoluto imponendum ſub iuramento. 737
§.19. Quibus perſonis ratione periculi mortis, vel alterius impedimenti legitimi ab inferiore abſolutis à cenſuris reſeruatis ſit iniungendum onus ſe præſentandi coram ſuperiore. ibid.

TITVLVS QVINTVS.

De Iuriſdictione abſoluendi à caſibus & cenſuris reſeruatis, quæ ratione articuli mortis quibuſcunque Sacerdotibus conuenit.

§.1. QVisnam dicatur articulus mortis,vt à quolibet Sacerdote poſſit abſolui. 744
§.2. Quinam dicantur eſſe in probabili periculo mortis. 745
§.3. An facultas abſoluendi in articulo mortis ſe extendat ad omnes cenſuras,& etiam irregularitatem contractam ex delicto. 752
§.4. An in articulo mortis quilibet Sacerdos poſſit abſoluere à cenſuris non audita confeſſione Sacramentali,& abſque abſolutione à peccatis. ib.
§.5. An in articulo mortis à reſeruatis poſſit abſoluere quilibet Sacerdos licèt excommunicatus, &c. 753
§.6. An facultas præfata abſoluendi in articulo mortis cuilibet Sacerdoti competens ſit conceſſa iure diuino,vel Eccleſiaſtico tantùm. 755
§.7. An in articulo mortis poſſit quilibet Sacerdos abſoluere præſente ſuperiore, vel proprio Sacerdote. 756
§.8. Quis ordo in danda abſolutione in articulo mortis ſit ſeruandus. 757
§.9. An in articulo mortis deficiente Sacerdote Clericus non Sacerdos poſſit à ſolis cenſuris abſoluere. 760
§.10. An in articulo mortis deficiente Sacerdote, & Clerico,poſſit laicus à cenſuris abſoluere. 761

TITVLVS SEXTVS.

De Abbatibus quoad conſecrationem Altarium, & collationem Ordinum.

§.1. EX ſpeciali priuilegio Sedis Apoſtolicæ Abbates Ciſtercienſes an poſſint conſecrare Altaria Eccleſiarum nullo modo ſibi ſubiectarum. 764
§.2. Ex conſuetudine Abbates Ciſtercienſes non poſſunt conſecrare Altaria Eccleſiarum ſibi non ſubiectarum. 769
§.3. Conſecratio Altarium extraneorum, ſeu Eccleſiarum non ſibi ſubiectarum ab Abbatibus Ciſtercienſibus facta de Diœceſani licentia, an ſit irrita. 771
Si Abbates conferant Ordines ſibi non ſubditis, an ordinatio ſit irrita,& nulla. 772

TITVLVS SEPTIMVS.

De Beneficijs quoad pluralitatem, & illis conferendis nationalibus, & abſque grauamine penſionum.

§.1. LIceat ne habere plura beneficia Eccleſiaſtica. 777
§.2. Vtrùm beneficia Eccleſiaſtica conferri debeant indigenis, naturalibus, & oriundis potius, quàm alienigenis,& exteris. 782
§.3. Penſiones, quæ in fauorem alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ, vel laicæ imponuntur ſuper fructibus

ctibus beneficiorum vacantium, dum conferuntur, an ſint licitæ, præſertim ſi ſine rationabili cauſa imponantur. 784

§.4. Annus promotionis ad ſacros Ordines cōceſſus Clericis obtinentibus beneficium Ordinem ſacrum, (v.g. curatum) requirens an computetur quandocunque Clericus legitimè impeditur quominus Sacerdos creetur, & quid ſi impedimentum ſuperueniat in fine anni. 785

TITVLVS OCTAVVS.

De reſtitutione iocalium diſſolutis ſponſalibus.

§.Vnic. Continens reſponſionem ad particularem caſum auctori propoſitum. 787

Quid in iure cautum ſit circa reſtitutionem iocalium. ibid.

Sponſalia poſſunt diſſolui ſolo mutuo conſenſu ſponſorum. ibid.

TITVLVS NONVS.

De teſtamento tempore peſtis condito.

§.1. Vtrùm teſtamentum tempore peſtis, ſeu in loco peſtifero ab infecto peſte conditum cum quinque teſtibus tantùm, in foro externo valeat tametſi factum ad profana. 793

Teſtamentum tempore peſtis conditum coram quinque teſtibus valet, etiamſi teſtator conualuerit, & ceſſauerit tempus peſtis. 798

§.2. An etiam in foro ciuili ad validitatem teſtamenti quoad profana tempore peſtis ab eo, qui peſte laborat, conditi ſufficiant duo teſtes abſque tabellione. ibid.

Teſtamentum per correptum morbo peſtifero conditum coram duobus teſtibus abſque tabellione valet. 801

Valet teſtamentum tempore peſtis conditum cum vnico teſte, & Parocho conſcribente. ibid.

Ad valorem teſtamenti tempore peſtis conditi non requiritur rogatus teſtium. ibid.

Defuncto peſtifero teſtatore coram duobus teſtibus curandum, vt teſtes ſtatim iuridicè examinentur. 802

Teſtamentum tempore peſtis à peſtiferato in ſcriptis manu propria abſque vllo teſte valet. ibid.

§.3. Codicillus, vel donatio cauſa mortis, ſi eodem tempore peſtis à peſtiferato fiant cum minori numero quinque teſtium, an valeant. 803

§.4. Sani in loco peſtifero exiſtentes an validè teſtari poſſint cū quinque, vel duobus teſtibus. 804

§.5. An fœmina ſit idoneus teſtis in teſtamento tempore peſtis condito à peſtiferato & ab aliis. vbi quando, & in quibus teſtamentis fœmina admittatur in teſtem. 805

In teſtamento inter liberos, fœminæ ſunt idonei teſtes. 807

In teſtamento militis fœmina admittitur vt teſtis. ibid.

In teſtamento ob cauſas pias duæ fœminæ ſunt teſtes idonei. 808

De iure Canonico in teſtamento ad profana, an mulier poſſit eſſe teſtis. ibid.

In codicillis an fœmina poſſit adhiberi in teſtem. 809

In teſtamento, in quo apponitur clauſula codicillaris mulier poteſt eſſe teſtis. 811

Etiam in donatione cauſa mortis. ibid.

In teſtamento, quod ruri conditur, an fœmina poſſit eſſe teſtis; & an ciuis ruri teſtari poſſit cum quinque teſtibus. ibid.

In teſtamento condito in carcere tyranni fœmina admittitur in teſtem. 812

In teſtamento, in quo inſtituuntur venientes ab inteſtato, an fœmina poſſit eſſe teſtis; & illius teſtimonium admittatur ad reprobandum teſtamentum, ad declarandam voluntatem reuocatoriam prioris teſtamenti. 813

An propter vnum teſtem minus ſolemnem, & legitimum, ſeu idoneum, teſtamentum veniat annullandum. ibid.

§.6. An in teſtamento tempore peſtis condito ab infirmo peſte correpto, vt ſuſtineatur, neceſſe ſit, vt teſtes videant teſtatorem, an verò ſufficiat, vt illius vocem audiant, & quid de iure communi, & in quibus teſtamentis, & actibus ſufficiant teſtes non videntes, ſed audientes teſtatoris, vel contrahentium vocem, dummodo illam notam habeant, & an hæc ſolemnitas videndi teſtatorem tolli poſſit per Principem, vel ſtatutum. 814

Iuxta communem Iuriſperitorum ad ſolemnitatem, & probationem teſtamenti teſtes in eo adhibiti debent videre teſtatorem. ibid.

Cæcus an poſſit eſſe teſtis in teſtamento. 815

Teſtamentum non poteſt fieri de nocte abſque luminibus, & quot lumina requirantur. ibid.

In codicillis, & donatione cauſa mortis teſtes debent videre codicillantem. 816

Etiam in teſtamento ad pias cauſas teſtes videre debent teſtatorem. ibid.

Super hac ſolemnitate, quòd teſtes in teſtamento videant teſtatorem, Princeps non poteſt diſpenſare, neque ea tolli poteſt per ſtatutum. ibid.

& in teſtamento tempore peſtis condito neceſſe eſt, vt teſtes videant teſtatorem. ibid.

Iuxta Auctoris ſententiam præcedenti communi oppoſitam, de iure communi non exigitur ad ſolemnitatem, & valorem teſtamenti, vt teſtes videant teſtatorem; ſed ſat eſt, quòd illius vocem audiant, & intelligant quid agitur; ſi teſtatoris vocem notam habeant. 817

Solemnitas quòd teſtes videant teſtatorem, non eſt neceſſaria in teſtamento ad pias cauſas, neque in teſtamento militis, neque in teſtamento inter liberos, neque in teſtamento peregrini, neque in teſtamento iuxta ius Canonicum *in cap. cum eſſes, de teſtam.* 819

Solemnitas, quod teſtes debeant videre teſtatorem, non habet locum in teſtamento tempore peſtis, in quo ſatis eſt, quòd teſtes poſt cortinam, vel parietem, vel aſſeres audiant vocem infirmi teſtatoris, & probè intelligant illam habentes notam. ibid.

In teſtamento condito in carcere tyranni, & vbi eſt penuria teſtium, non eſt neceſſaria illa ſolemnitas, vt teſtes videant teſtatorem. 820

In codicillis, & in teſtamento cum clauſula codicillari, ac in donatione cauſa mortis non requiritur ſolemnitas, vt teſtes videant teſtatorem. ibid.

Super ſolemnitate prefata poteſt Princeps diſpenſare. ibid.

Solemnitas, quòd teſtes videant teſtatorem, poteſt tolli per ſtatutum. ibid.

Statutum, quòd minor numerus teſtium ſufficiat in

ſo teſtamento valet etiam conditum à ciuitate recognoſcente ſuperiorem,& idem de conſuetudine, qua inductum ſit, vt valeat teſtamentum cum minori numero. ibid.

§.7. Si ſtatuto cautum ſit, teſtamentum non poſſe confici niſi per tabelliones matriculatos,an tempore peſtis valeat ſcriptum per tabellionem non matriculatum, & ſimiliter ſi ſtatutum in teſtamento mulieris pro forma requirat præſentiam duorum proximorum conſanguineorum, an ſine eorum conſenſu peſtis tempore mulier teſtari poſſit. 821

§.8. An teſtamentum tempore peſtis cum defectu alicuius ſolemnitatis requiſitæ à iure communi, vel ſtatutario, ſuppoſito quod non valeat, poſſit per Principem confirmari, & conualidari. ibid.

TITVLVS DECIMVS.

De teſtamento inter liberos.

§.1. QVam ſolemnitatem requirat teſtamentum inter liberos. 824

In teſtamento inter liberos teſtes requiruntur ſolùm ad probationem, & ſufficit quibuſcunque modis de patris voluntate inter liberos conſtet. 826

Teſtamentum inter liberos valet abſque teſtibus, & ſufficit ſcriptura manu propria teſtatoris ſcripta,vel ſubſcripta. ibid.

Teſtamentum inter liberos abſque ſolemnitatibus iuris communis, an ſit propriè teſtamentum. 827

Codicillus, & quælibet alia vltima voluntas inter liberos valet cum ſola ſolemnitate iuris gentium,& naturæ. 828

Teſtamentum imperfectum parentum inter liberos ſemper continet clauſulam codicillarem, & clauſulam, Omni meliori modo, etiamſi in eo non exprimatur. 829

§.2. Nomine parentum, & liberorum in iuribus remittentibus ſolemnitates iuris ciuilis in teſtamento inter liberos quinam comprehendantur. ibid.

Teſtamentum inter liberos ſolo nutu conditum an valeat. ibid.

Liberorum nomine an intelligantur omnes deſcendentes. 831

An filij emancipati. 832

An filij per ſtatutum, vel pactum excluſi à ſucceſſione ab inteſtato. ibid.

An filij naturales legitimati per ſubſequens matrimonium,vel Principis beneficium. ibid.

An filij adoptiui. ibid.

An filij naturales & ſpurij non legitimati. 833

Nomine filiorum, an comprehendatur Monaſterium. 834

§.3. An teſtamentum minus ſolemne liberorum, & deſcendentium inter parentes, & aſcendentes valeat. ibid.

§.4. Qualis debeat eſſe diſpoſitio vltima parentum inter liberos, vt teſtamentum abſque ſolemnitate iuris ciuilis valeat, & an ſeruanda ſit æqualitas inter liberos. ibid.

In teſtamento inter liberos quoad ſolemnitatem imperfecto,an ſeruanda ſit æqualitas. 835

Teſtamentum inter liberos non valet vno præterito. ibid.

Teſtamentum inter liberos, in quo legitima filiis non eſt relicta titulo inſtitutionis, an valeat. 837

Teſtamentum inter liberos ratione præteritionis alicuius filij nullum ſuſtinetur in vim codicilli, & quid operetur clauſula codicillaris teſtamento appoſita. ibid.

Caſus aliqui, in quibus filius in teſtamento patris cenſetur tacitè inſtitutus. 839

Hæreditas an poſſit adiri in codicillis inter liberos conditis. 840

Teſtamentum patris, in quo cum liberis inſtituta eſt principaliter hæres perſona extranea, an dicatur inter liberos, & valeat factum abſque ſolemnitatibus. 841

Teſtamentum minus ſolemne inter liberos nuncupatiuè conditum,an valeat quoad legata extraneis in eo relicta. ibid.

Ex teſtamento inter liberos condito coram quinque teſtibus, an debeantur legata in eo extraneis relicta. 842

Teſtamentum minus ſolemne inter liberos, an valeat in præiudicium extranei. ibid.

In teſtamento in ſcriptis inter liberos condito coram duobus teſtibus ſubſcriptis validè extraneis relinqui poſſunt legata, & fideicommiſſa, & libertates. 843

An in eodem teſtamento imperfecto poſſint extraneis relinqui fideicommiſſa vniuerſalia. ibid.

Si pater in teſtamento minus ſolemni vni ex filiis ſubſtituat pupillariter extraneum aliquem, an valeat ſubſtitutio. 845

In teſtamento minus ſolemni, an pater poſſit filio dare tutorem extraneum, vel unum ex filiis. 846

§.5. An teſtamentum inter liberos imperfectum ratione defectus voluntatis valeat. 850

Parens teſtans inter liberos coram teſtibus, & Notario declarauit integrè ſuam vltimam voluntatem, ſed ſcriptura teſtamenti non fuit lecta ipſi teſtatori, & teſtibus, an tale teſtamentum dicatur imperfectum defectu voluntatis. ibid.

Si teſtator inter liberos volens facere teſtamentum nuncupatiuum declarauit ſuam vltimam voluntatem perfectè in ſcriptura manu propria facta, vel coram teſtibus, & poſtea iuſſi. vocari notarium, & teſtes, vel notarium, vt de dicta ſua vltima voluntate fieret inſtrumentum, ſed ante quàm teſtes,& notarius accederent, mortuus eſt,an tale teſtamentum ſit nullum ex defectu voluntatis. 855

Explicatur caſus ſingularis an in eo teſtamentum fuerit nullum ex defectu voluntatis. 857

Teſtator poſt explicatam integrè ſuam vltimam voluntatem quoad inſtitutionem,& legata coram teſtibus, & notario, qui teſtatore dictante illam ſcripſit,& poſt eamdem ſcripturam teſtamenti teſtibus, & ipſi teſtatori lectam dixit notario,& teſtibus: Ite, reuertimini cras, quia volo inſtrumentum confici, volo addere, vel diminuere; an tale teſtamentum valeat, ſi decedat antequam notarius, & teſtes reuertantur. 858

Alius caſus parum à præcedenti diſſimilis. 860

Si teſtator poſt explicatam coram teſtibus, & notario ſcribente ſuam vltimam voluntatem integrè quoad inſtitutionem,& legata,& lecta ſcriptura dixit ſe velle in alio tempore adiicere aliquas conditiones,an valeat teſtamentum conditionibus non adiectis. 861

Teſtator

Teſtator incepit facere teſtamentum, & aliqua diſpoſuit ioſtituendo, vel legando, & non perfecit, ſeu volebat alia proſequi, ſed oon potuit, quia loquelam amiſit, vel aliàs, &c. an valeat id, quod diſpoſuit inter liberos. 862

In dubio an teſtator voluiſſet addere, vel dettahere, an valeat teſtamentum. 863

Si teſtator inter liberos, vel ad piam cauſam, vel miles deſtinauerat teſtarì de iure communi, & non potuit, teſtatus tamen eſt de iure ſpeciali valet teſtamentum. 864

Teſtamentum ioter liberos cœptum in ſcriptis ſi noo valet vt in ſcriptis, valet vt nuncupatiuum, ſi nuneupatiuè ſolemnitatem babuit. ibid.

Teſtamentum generaliter ſi non valet vt io ſcriptis, an valeat vt nuncupatinum, ſi nuncupatiui ſolemnitatem habeat. ibid.

Nuda ſcriptura continens paternum teſtamentum, ſeu vltimam voluntatem parentis intet liberos manu teſtatoris ſcripta abſque teſtibus valet vt teſtamentum, ſi fuerit recognita. 865

Item ſcriptura manu aliena ſcripta manu pareotis ſubſcripta, & qualis debeat eſſe ſubſcriptio. ib.

Scriptura manu parentis ſcripta, vel ſubſcripta, debet carere eancellationibus. 867

Debet continere qualitates, ſeu eonditiooes præſcriptas *in Auth. quod ſine, C. de teſtam.* 864

Debet probari quod ſcriptura, & ſubſcriptio ſit manus teſtatoris, vel per teſtes recognoſcentes manum, vel per literarum comparationem. 869

Probatio per teſtes manum ſcribentis recognoſcentes qualiter fiat. ibid.

Recognitio ſcripturæ teſtamenti inter liberos abſque teſtibus factæ qualiter fiat per comparationem literarum. 870

In iſtis recognitionibus per teſtes deponentes ſe habere ootam manum ſcribentis, & per comparationem literarum ſtatur arbitrio iudicis ad plenam probationem faciendam. 871

Vt recognitio per teſtes habentes notam manum ſcribentis, vel per comparationem literarum factam à peritis probet, ao teſtes & periti debeant eſſe iurati. 872

Iſtæ recognitiones ao ſiot faciendæ citata parte. 873

§. 6. Quænam verba inducant diſpoſitionem in vltimis voluntatibus, quæ tantùm denotent præparationem animi, ſeu affectum ad diſponeodum, vel teſtandum, & quibus coniecturis agnoſcatur animus deliberatus teſtandi, ſeu diſponendi. ibid.

Verbum *volo* iunctum infinitiuo non ſignificanti rem ipſam, vel eſſeotiam, aut executiooem actus, an ſtet diſpoſitiuè, vel ſolùm enunciatiuè. 875

Verbum *volo* iunctum infinitiuo non denotanti eſſentiam, vel executionem actus, vt volo inſtituere, relinquere, eligere, adire, ſtat diſpoſitiuè coniecturis deliberatæ voluntatis iunctis; & explicantur in particulari coniecturæ ex quibus cognoſcitur voluntas deliberata, & diſpoſitiua de præſenti. 876

Si teſtator infirmitate grauatus dicat, ſi ex hac infirmitate deceſſero, inſtituo talem hæredem; & euaſit ab illa infirmitate, an valeat illa inſtitutio. 881

§. 7. Teſtamentum primum inter liberos, an & quando reuocatum cenſeatur per ſecundum. ibid.

Teſtamentum ioter liberos an habeat elauſulam derogatoriam ad præcedentia teſtamenta, ſicut habat ad ſequentia. 882

TITVLVS VNDECIMVS.

De teſtamento militari.

§. 1. QVænam ſolemoitas requiratur in teſtamento militari. 885

In teſtamento militis ſufficiuot duo teſtes, & fœminæ, ac forenſes. 886 & ſeq.

Ao debeant eſſe rogari. 887

In teſtameoto militis non eſt neceſſe teſtes videre teſtatorem. 888

Teſtamentum militis non oportet fieri vnico cootextu, & teſtes ſint præſentes toti teſtameoto. ibid.

Non eſt neceſſaria publicatio coram teſtibus. 889

Valet manu militis propria ſcriptum, vel ſubſcriptum abſque teſtibus. ibid.

Valet factum ſolo militis outu. 890

Miles mutus & ſurdus poteſt teſtari iure militari. ibid.

§. 2. Quo tempore miles debeat teſtari, vt valeat eius teſtamentum conditum iore militari. 892

Teſtamentum pagani, qui poſtea militare cœpit, ex noua eius vuluntate in militia manifeſtata valet. 893

Codicilli non confirmant teſtamentum pagani, bene tamen militis; & miles codicillis poteſt directò hæreditatem dare. ibid.

In teſtamento militis Falcidia locum non habet, ſecus in teſtamento ſolemni & valido ante militiam eoodito. 894

§. 3. Quinam milites, quæve perſonæ gaudeant priuilegio teſtandi iure militari. ibid.

Militaria priuilegia habent maritimam militiam ſequentes. 895

Remigibus noſtri temporis in naualibus, ſeu triremibus militaribus remigantibus, an liceat teſtari iure militari, & quid de mereatoribus maritimis. 896

Milites non ſtipendiati vulgo *venturieri*, an gaudeant priuilegio militari teſtandi, & aliis militum priuilegiis. ibid.

Equites Militenſes, S. Stephani, & ſimiles, an gaudeant priuilegio teſtandi iure militari. 897

An milites ſtationarij, & limitanei. ibid.

Teſtamentum, ao, & quando valeat iure & more militari factum à Medico, Cancellario Ducis exercitus, & aliis non militibus, qui exercitum comitantur, & militibus ioſeruiunt. 898

Filiusfamiliàs miles in eaſtris poteſt de bonis caſtreoſibus, & quaſi teſtari iure militari. ibid.

Teſtamentum iure militari factum de bonis caſtreoſibus, vel quaſi, capitis diminutione non vitiatur. 899

Miles ex militari delicto capite damnatus poteſt iure militari teſtari de bonis caſtrenſibus. ibid.

Miles in hoſtium poteſtate poſitus noo poteſt teſtari iure militari, nec obſides. ibid.

Doctores legentes & Aduocati, an gaudeant priuilegiis militaribus. 900

Reges, Principes, Duces, & Marchiones, & ſimiles domini, an gaudeant iure militari teſtandi. ibid.

§. 4. An teſtamentom iure militari tempore militiæ à milite in eaſtris, vel loco boſtili factum poſt miſſionem valeat. 901

Triplex miſſio, honeſta, cauſaria, & ignominioſa. 902

§. 5. Enumerantur quædam alia priuilegia militum eorum teſtamentum reſpicientia. ibid.

TITVLVS

TITVLVS DVODECIMVS.

De teſtamento ad pias cauſas.

§.1. IN teſtamento ad pias cauſas quænam ſolemnitas requiratur, & ſufficiat. 905
An etiam ius ciuile reduxerit ad ius gentium teſtamentum ad pias cauſas. 906
In cauſis, in quibus agitur de teſtamento, & relictis ad pias cauſas etiam in foro Cæſaris, & ciuili ſeruanda eſt diſpoſitio iuris Canonici. ibid.
In teſtamento, & relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes. 907
Non eſt neceſſarius teſtium rogitus. 908
Poſſunt eſſe fœminæ. ibid.
Duo teſtes an debeant eſſe omni exceptione maiores, & an hæc qualitas ſit probanda. 909
Legatum vel donatio facta Monaſterio, vel Eccleſiæ, aut hoſpitali an poſſit probari per Religioſos, Rectorem, vel Capellanum eiuſdem Monaſterij, ſeu Eccleſiæ, vel hoſpitalis. ibid.
Legatarius in cauſa teſtamenti, an ſit teſtis idoneus ad illius veritatem probandam. 911
Teſtamentum ad pias cauſas non eſt neceſſe fieri vnico contextu, & quod teſtes ſint præſentes toti ordinationi. 912
Teſtamentum ad pias cauſas manu teſtatoris conſcriptum, vel ſubſcriptum ſine interuentu teſtium, & Notarij an valeat in vtroque foro. ibid.
In eodem teſtamento an ſit neceſſaria expreſſio diei, menſis, vel anni. 913
An valeat ſcriptum per notas inuſitatas. 914
Recognoſci debet ſcriptura teſtamenti per teſtes, vel comparationem literarum. ibid.
Quid de ſcriptura teſtamenti ad pias cauſas manu alterius ſcripta abſque ſubſcriptione. 915
Teſtandi modus per relationem ad aliam ſcripturam eſt validus, non ſolùm ſi ſcriptura ſit ſcripta, vel ſubſcripta manu teſtatoris, ſed etiamſi manu aliena. ibid.
Ad teſtamenti ad pias cauſas valorem non requiritur publicatio coram teſtibus, nec rogitos, ſeu ſtipulatio Notarij; & imperfectum valet quoad diſpoſita. 916
Statuta laicorum indecentia certam ſolemnitatem, vel probationem circa teſtamenta, & vltimas voluntates, an comprehendat diſpoſitionem ad pias cauſas. 917
§.2. Quandónam teſtamentum dicatur ad pias cauſas. 918
Incertitudo perſonæ inſtitutæ, vel rei legatæ non vitiat teſtamentum, vel legatum ad pias cauſas factum. 919
Validum eſt teſtamentum ad pias cauſas etiamſi nullus in eo eſſet inſtitutus hæres. 920
Teſtamentum ad pias cauſas, ſi filio legitima non relinquatur ſub titulo inſtitutionis valet. ibid.
Inſtitutio hæredis, & legatum ad pias cauſas alterius voluntati commiſſa valent. ibid.
Captatoria voluntas duplex, & an vtraque in piis cauſis permittatur & valeat. 921
Cùm quis bona ſua committit alterius diſpoſitioni, is cenſetur inſtitutus hæres ad diſtribuendum omnia bona in cauſas pias. 922
Qua ratione ſtandum ſit aſſertioni illius, cui teſtator commiſit propriæ voluntatis declarationem. ibid.
Legatum factum ſub aliqua conditione non exit perſonam ipſam, cui legatur; fallit in legato ad pias cauſas. ibid.
Legata profana in teſtamento ad pias cauſas minus ſolemni relicta, an ſint valida. 923
Legata pia in teſtamento ad profana minus ſolemni, & inualido relicta, an valeant, & cauſæ piæ ſint ſoluenda. 924
Hæreditate non adita an debeantur legata ad pias cauſas relicta in teſtamento ad profana. 925
Teſtamento exiſtente nullo ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis filij valent legata pia in eo relicta. 927
Reuocato teſtamento condito, an cenſeantur reuocata legata pia in eo facta. ibid.
§.3. Qui poſſint, vel non poſſint teſtari ad pias cauſas. 929
Non poſſunt inhabiles ex defectu vſus rationis, & liberi arbitrij, infantes, furioſi, ebrij, &c. 930
Furioſi, & amentes habentes dilucida interualla poſſunt eo tempore validè teſtari. ibid.
In dubio an actus teſtandi ſit geſtus tempore furoris, vel amentiæ, an verò tempore ſanæ mentis, an præſumi debeat geſtus tempore ſanæ mentis. ibid.
Mutus & ſurdus ſimul poteſt teſtamentum ad pias cauſas condere. 932
Pupillus an poſſit teſtari ad pias cauſas. ibid.
Prodigus an poſſit teſtari ad pias cauſas. 933
Filiusfamilias de bonis maternis, & de aduentitiis, an poſſit teſtari ad pias cauſas. 934
Seruus an poſſit teſtari ſaltem ad pias cauſas. 936
Dubius de ſuo ſtatu poteſt teſtari ad pias cauſas. ibid.
Peregrinus poteſt teſtari piè, & profanè. 937
An delinquentes, qui ratione criminis ſunt ipſo iure inteſtabiles, poſſint teſtari ad pias cauſas, & etiam ad profana ante ſententiam criminis declaratoriam. ibid.
Ad delinquentes, quorum bona ratione criminis commiſſi publicantur ipſo iure, poſſint ante ſententiam criminis declaratoriam teſtari piè, & profanè, vbi an ſint ipſo iure priuati dominio bonorum. 938
Delinquentes, quorum bona ob delictum ipſo iure non publicantur, poſſunt ante ſententiam confiſcatoriam teſtari piè, & profanè. 941
Simplex infamis poteſt teſtari piè, & profanè, non autem infamis damnatus ob libellum famoſum. ibid.
Excommunicatus poteſt teſtari ad pias cauſas, & profanas. ibid.
Vſurarij manifeſti teſtamentum, an, & quando valeat ſiue ſit ad profana, ſiue ad pias cauſas. ibid.
Condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, an de iure ciuili tam antiquo, quàm nouo Authenticorum prohibitus ſit teſtari, & an ex conſuetudine teſtari poſſit. 945
Condemnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, an teſtari poſſit ad pias cauſas. 947
Captiui, & obſides an poſſint teſtari, & quando eorum teſtamentum ante captiuitatem factum ſuſtineatur; & quid ſi teſtentur ad pias cauſas. ibid.
§.4. Quænam ſit cauſa pia priuilegiata, ſeu quandónam teſtamentum, Legatum & quæcunque diſpoſitio per vltimam voluntatem, vel inter viuos dicatur, & ſit ad pias cauſas. 950

Relictum

Relictum Eccleſiæ, Monaſterio, Oratoriis, Capellis, Altaribus, & locis piis dicitur ad pias cauſas. ibid.
Relictum hoſpitali dicitur ad pias cauſas. 951
Item relictum confraternitatibus laicorum inſtitutis ad exercenda opera pia. ibid.
Relicta viri Monacho, ſeu Religioſo intuitu pietatis dicitur ad pias cauſas. 952
Item relicta Templariis, Hoſpitalariis, militibus fratribus de pœnitentia S. Franciſci, & eremitis. ibid.
Relicta pro conſtructione, reparatione, vel augmento Eccleſiarum, Capellarum, Monaſteriorum, & Hoſpitalium dicuntur ad pias cauſas. ibid.
Relictum pauperi, & pro alimentis, pro dote, ad maritandas, vel monachandas pauperes puellas, & miſerabilibus perſonis factum dicitur ad pias cauſas; & quid de legato libertatis. 953
Legatum alimentorum, vel dotis, & quoduis factum conſanguineo, vel affini, aut amico pauperi, an dicatur ad pias cauſas. 954
Legatum factum diuiti cum expreſſione quod relinquatur pro anima, vel amore Dei, ac cenſeatur ad pias cauſas. 956
Legatum factum diuiti, quem teſtator ignorabat eſſe diuitem, ſed exiſtimabat eſſe pauperem, an dicatur ad pias cauſas. 957
Quis in hac materia dicatur pauper. 958
Legatum factum meretrici, vt redeat ad meliorem frugem eſt pium. 959
Relictum pro imagine Redemptoris B. Virginis, vel alicuius Sancti depingenda, vel iam depicta, & pro luminaribus, Miſſis, &c. eſt pium. ibid.
Relicta ſeminariis, ſcholis & collegiis erectis ad pueros religioſè educandos & in literis, & bonis artibus erudiendos, ſunt pia. ibid.
Relictum pro bono publico an dicatur ad pias cauſas. 960
Relictum ad pias cauſas dicitur quidquid relinquitur pro anima, & remiſſione peccatorum, ita quod idem eſt legatum pium, & legatum pro animæ ſalute. ibid.
Relictum Eccleſiæ, vel pauperibus pro ſalute animæ in dubio an præſumi debeat pro malè ablatis, & reſtitutione incertorum, an verò ex liberalitate, & remiſſione peccatorum. 961
Legata pia facta Eccleſiis, aliiſve piis locis, aut pauperibus, vel pro malè ablatis, an diminuant legitimam. ibid.
Legatum pro exoneratione conſcientiæ factum in primo teſtamento, an poſſit reuocari, & reuocetur per ſecundum, in quo nulla facta ſit mentio exonerationis conſcientiæ. 962
Si non reperiantur tot malè ablata, quanta eſt eſt quantitas pro malè ablatis legata, an ſuperfluum ſit reſtituendum hæredi, an verò diſtribuendum in caſus pios. 963
§.5. An teſtamentum ad pias cauſas virtute cenſeatur habere clauſulam derogatoriam ad ſubſequentia, etiam ad pias cauſas & inter liberos. ibid.
Primum ad pias cauſas ſolemne, an reuocetur per ſecundum ad pias cauſas minus ſolemne. 964
Teſtamentum ad pias cauſas intelligitur habere clauſulam derogatoriam ad præcedentia. 965
§.6. An in dubio pro pia cauſa præſumendum ſit. ibid.
Pia cauſa vulgaritet ſubſtituta per tacitam pupillarem excludit matrem etiam quoad legitimam. ibid.
Legatum ad pias cauſas cancellatum in teſtamento præſumitur inconſultò, & non dedita opera cancellatum, & inductum. ibid.
Teſtamentum ad pias cauſas, vel continens legata pia in concurſu alterius ad non pias cauſas in dubio præſumitur poſterius. 966
Quid ſi in vno ex duobus teſtamentis eſſent inſtituti venientes ab inteſtato. ibid.
§.7. An magis fauendum ſit cauſæ piæ, quàm filiationi, ſeu fauorabilior ſit cauſa pia quàm liberorum excepta legitima, an verò fauor filiorum ſit præferendus fauori cauſæ piæ etiam vltra legitimam, & ſimpliciter. 967
Donatio facta Eccleſiæ aliiſve cauſæ piæ per ſuperuenientiam filiorum, an reuocetur in totum, an verò ſolùm vſque ad legitimam. 969
Si pater teſtator filio, vel nepoti inſtituto ſubſtituat Eccleſiam aliamve cauſam piam, an ſubintelligatur conditio, ſi ſine liberis inſtitutus deceſſerit, licèt talis conditio non fuerit à teſtatore expreſſa. 971
Diſpoſitio *Auth. Res quæ, Cod. communia de legatis*, quod bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari cauſa dotis, an habeat locum, quando fideicommiſſum à teſtatore relictum venit reſtituendum Eccleſiæ aliiſve pio loco. 973
§.8. Quis ſit iudex in cauſa relictorum ad pias cauſas, quando hæres defuncti, qui ad pias cauſas diſpoſuit, eſt laicus. 974
Epiſcopus executor vltimarum voluntatum ad pias cauſas eſt Epiſcopus originis, vel domicilij, vel rei ſitæ, & in controverſia inter prædictos Epiſcopos quis debeat eſſe executor. ib.
Inſinuatio, publicatio, & recognitio teſtamenti ad pias cauſas, vel continentis legata pia à laico conditi, faciendáne ſit coram iudice laico, an coram Eccleſiaſtico. 975

R. P. D.

R. P. D.

IO. ANGELI BOSSII MORALIA VARIA,

De Conſcientia erronea, opinatiua, dubia, & ſcrupuloſa.

PARS PRIMA

De Conſcientia erronea, & opinatiua.

TITVLVS PRIMVS

De Conſcientia erronea, opinatiua, dubia, & ſcrupuloſa.

SVMMARIVM

§§. Primi, ſecundi, tertij, quarti, & quinti.

1 *Conſcientia propriè quid ſit.*
Conſcientia recta eſt immediata regula humanarum actionum, ibidem.
2 *Quotuplex ſit conſcientia, & num. ſeq.*
3 *Quomodo differant error, ſcientia, fides, opinio, ſcrupulus.*
4 *& quæ ſit conſcientia certa, quæ errans, quæ opinatiua, quæ dubia, quæ ſcrupuloſa.*
5 *Vnde dignoſcatur conſcientia ſcrupuloſa.*
6 *Scientia, fides, error, opinio, dubium poſſunt eſſe ſpeculatiua, vel practica, & iuris, vel facti, & num. 7.*
8 *Conſcientia practica non ſpeculatiua eſt regula operationum.*
9 *Non habens iudicium determinatè quòd hîc, & nunc aliquid non ſit peccatum, ſed dubitans, an liceat nec ne ſi operatur id, de quo hîc, & nunc dubitat, an liceat, peccat.*
Quare in dubio practico, ſcilicet, an hîc, & nunc aliquid liceat, tutior pars debet eligi, ibid. fine.
10 *Cum conſcientia ſpeculatiua, ſiue certa, ſiue opinatiua, ſiue dubia, poteſt ſimul ſtare conſcientia practica de oppoſito.*
Conſcientia practica an poſſit diſcordare à ſpeculatiua de eadem re, abſque noua cauſa & ratione, & omnibus circunſtantijs inuariatis. Affirmatiua num. 11. negatiua num. 12.
Si per impoſſibile quis ſine vlla noua cauſa formaret iudicium practicum oppoſitum conſcientiæ ſpeculatiuæ, & tali iudicio practico in operando conformaret, non peccaret contra conſcientiam, ſed quia temerè tale iudicium haberet ibid.
Quæ ſit ſufficiens ratio formandi iudicium practicum oppoſitum ſpeculatiuæ conſcientiæ, ibid. fine.
13 *Ad variandum iudicium practicum requiritur aliqua diligentia ad inueſtigandam rationem variandi, & quæ diligentia ſit ſufficiens, & num. 14.*
15 *Cùm iudicium practicum ex noua cauſa, ſeu ratione formatur, tale iudicium non eſt propriè contrarium iudicio, aut dubio, aut ſpeculatiuo.*
16 *Peccatum eſt operari contra conſcientiam certam, rectam, & veram.*

§. I.

Quid ſit Conſcientia, quotuplex, quid error, ſcientia, fides, opinio, dubium, ſcrupulus.

OMISSIS pluribus alijs quæ S. Thomas 1. 2. *quæſt.* 19. & Theologi Scholaſtici *ibid.* conſueuerunt tradere de conſcientia in genere, vtpote meram ſpeculationem, non praxim, ad quam tota hoc opus dirigitur, concernentibus, breuiter

1\. Præmitto conſcientiam ſtrictè, & propriè acceptam

ptam iuxta Doctores infrà allegandos,& alios communiter,eſſe dictamen,ſeu iudicium rationis practicæ,quo iudicamus hic, & nunc aliquid eſſe ſequendum, ſeu agendum tanquam bonum , & honeſtum, & fugiendum tanquam malum,inhoneſtum,& turpe , quæ proinde eſt proxima , & immediata regula bonitatis , vel malitiæ noſtrarum operationum, ſicut regula remota prima , & principalis eſt lex æterna , & diuina , à qua humana ratio veluti quidam radius deſcendit , Dauide teſte Pſalm. 4. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Colligitur ex S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 3. *&* 4. & tradunt Sanchez *lib.* 1. *ſumm. cap.* 9. *num.* 1. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſputat.* 12. *ſect.* 2. & alij infrà allegandi.

2. Eſt autem multiplex conſcientia , nempe certa, erraos , probabilis , ſeu opinatiua , dubia , ſcrupuloſa quam conſcientiæ diuiſionem tradunt communiter Doctores , & ex Neotericis præſertim Sanchez *de Matrimon. lib.* 2. *diſp.* 41. *num...* *& lib.* 1. *ſumm. cap.* 9. *num.* 1. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 59. *num.* 5. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 115. Bonacina *de leg. & pecc. diſputat.* 2. *quæſt.* 3. *part.* 6. *num.* 2. *& ſeqq.* Coninch *de ſacr. diſp.* 34. *num.* 81. Villalobos *part.* 1. *ſumm. tract.* 1. *diffic.* 1. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 1. *num.* 2. Saytus *lib.* 1. *clauſ. cap.* 4. *& cap.* 13. *num.* 1. *&* 2. Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. & Gutierez *de matrim. cap.* 49. *num.* 25. ad cuius diuiſionis intelligentiam

3. Sciendum differte , (vt notant iidem Doctores Nauarrus *in cap. ſi quis, num.* 9. *de pœnit. d.* 7. & alij,) errorem,ſcientiam,fidem,ſeu credulitatem, opinionem,ſuſpicionem,dubium, ſcrupulum. Error eſt iudicium , ſeu cognitio de rebus agendis , ſecus quàm par eſt, ſcilicet affirmans eſſe verum , quod eſt falſum, bonum, quod eſt malum, aut è contra. Scientia prout ad præſens ſpectat , eſt cognitio certa, vel per principia per ſe nota, & euidentia, vel per effectus , aut alia ſigna demonſtratiua , vel ſaltem moraliter, ita vt non ſit prudentis tunc formidare , aut dubitare ; in practicis enim dicimur ſcire,& habere de re cognita certitudinem , cùm moralem de re habemus certitudinem,etſi non talem,cui non poſſit ſubeſſe falſum , quia huiuſmodi certitudinem circa res agendas in rebus humanis vix habere poſſumus. idque colligitur ex *l.* 2. *§. idem Labeo. ff. de aqua pluu. arcen.* vbi ſciri factum dicitur, cùm minimè dubitatur. & ex *cap in præſentia , de ſponſalibus,* vbi dicitur , conſtare de morte alterius coniugis, quando vnicus teſtis adfuerit , & ita in terminis etiam Saochez, Coninch, Villalobos *locis citatis* , & Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica , ſect.* 4. *num.* 38. Vaſq. *diſp.* 62. poſt Caiet. *in ſumma, verb.opinionis vſus.* Fides eſt aſſenſus certus , obſcurus tamen habitus ex alienius authoritate illam rem affirmantis ; ita cum aliis Nauarrus, Sanchez , Villalobos. Et ſi nitatur authoritati Dei, habet omnem certitudinem, & dicitur fides diuina : ſi authoritati humanæ , varios habet gradus certitudinis , iuxta teſtimonium dicentium , & vocatur fides humana. Opinio eſt aſſenſus circa vnam partem , propter rationes , quæ oſtendunt maiorem , vel ſufficientem conuenientiam pro illa , ſeu prædicati cum ſubiecto, etſi non cum omni claritate , & certitudine , ſed cum alterius partis oppoſitæ formidine , qui aſſenſus tunc habetur, quando intellectus rem, ſeu obiectum per media probabilia, vel fundata in alterius authoritate fide digni , vel in ipſa ratione cum aliqua formidine oppoſiti, ita Doctores citati & alij communiter. Suſpicio eſt , quando intellectus in alteram partem magis inclinat , non tamen illi verè aſſentitur , ſed aſſenſum adhuc ſuſpendit. ita cum aliis Sanchez , Villalobos, Palaus , Coninch. Dubium quando propter rationes pro vtraque parte exiſtentes,& conſideratas, neutri parti contradictionis aſſentitur , in neutram magis inclinans , ſed manens omnino anceps , & ſuſpenſus. ita Doctores communiter. Scrupulus eſt leuis quædam ſuſpicio , ſeu formido ad vnam partem contradictionis ex leuibus rationibus,& coniecturis proueniens, qua quis credit aliquid eſſe peccatum , quod verè non eſt, quæ ſuſpicio ſtat cum aſſenſu certo , vel opinatiuo alterius partis. ita ſcrupulum definiunt Sanch. Coninch, Filliucius, Villalobos, Vaſquez *diſp.* 67. *cap.* 2. Saytus *cap.* 14. & alij communiter agentes de conſcientia ſcrupuloſa , de quo latè infrà *num.* 2042. *& ſeqq.*

Ex quibus colligitur , quæ ſit conſcientia certa, quæ opinatiua,quæ dubia, quæ ſcrupuloſa ; etenim certa eſt iudicium certum, ſaltem moraliter, ſcilicet de quo dubitari non poteſt. Errans eſt iudicium de malo , quod non eſt , vel è contra. Opinatiua iudicium vnius partis non certum , ſed cum formidine alterius. Dubia,cùm intellectus manet omnino ſuſpenſus , & anceps in neutram partem inclinans, vel ſi in alteram partem ſe magis inflectat , adhuc tamen illi non aſſentitur , quo caſu diximus eſſe propriè ſuſpicionem. Erronea conſcientia eſt apprehenſio ex leuibus rationibus , aut coniecturis orta, quæ,(vt dixi,& tradunt Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 2. *& cap.* 10. *num.* 8. Palaus *vbi ſupr. & diſp.* 4. *punct.* 2. Villalobus *diffic.* 27. Nauarrus *d. cap. ſi quis autem, num.* 64. *& prælud.* 9. *num.* 9. *&* *in man. c.* 27. *num.* 283. Saytus *d. cap.* 14. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 41. & alij communiter , & latiùs explicatur infra hoc titulo primo *num.* 2043.) non excludit iudicium certum,vel opinatiuum oppoſitæ partis; dicit verò Palaus quòd conſcientia dubia, & ſcrupuloſa , non eſt propriè conſcientia , cùm non ſit iudicium , & dictamen rationis,ſed diſpoſitio ad illud : nam apprehenſio , & inueſtigatio rationum diſponit ad iudicium , in quo iudicio conſcientia propriè ſita eſt: ſed hæc ſummariè, & collectiuè,nam quid propriè, & formaliter ſit conſcientia ſcrupuloſa, an tantùm apprehenſio, an verò iudicium aliquod, latè examinatur *hoc titulo infrà d. num.* 2043. *& ſeqq.* † Ad iudi- 5.
candum autem de conſcientia ſcrupuloſa , ſeu de ſcrupulo, obſeruat Sanchez ex Soto 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 3. *verſ. tunc ergo.* non tam attendendum eſſe an adſit dubium, vel opinio, vel firmus aſſenſus, quàm ad cauſas vnde oritur. Poteſt enim aſſenſus ex tam leuibus rationibus, aut cauſis oriri , vt vir prudens potiùs ſcrupulum iudicet ; & è contra poſſunt adeò vrgere rationes ſcrupuli , vt potiùs ſit ſcientia, vel opinio. Poteſt autem diſcerni ſcrupulus , ſeu conſcientia ſcrupuloſa ex eo , quòd in vna materia, (v.gr. voti, recitatione diuini Officij,) vel pluribus ſæpiſſimè dubitat ſine ratione , aut cum valde friuola, & ridicula , vt rectè docent Vaſquez *diſp.* 67. *cap.* 2. *num.* 8. Azorius *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *quæſ.* 3. Sanchez *dict. cap.* 9. *num.* 2. & de his latiùs infrà *hoc tit.* vbi agit, ex conſcientia ſcrupuloſa , & de ſcrupulis.

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Scientia, error, fides, opinio, dubium, ſcrupulus poſſunt eſſe ſpeculatiuè, vel practicè, & iuris, vel facti.

6 POrrò conſcientia prædictis modis ſumpta, ſeu error, ſcientia, fides, opinio, & dubium poſſunt eſſe ſpeculatiua, vel practica, ſeu conſiderari ſpeculatiuè, vel practicè. Error ſpeculatiuus eſt, cùm in communi iudicium dictat bonum, licitumque eſſe aliquid facere, quod eſt illicitum, vel aliquid eſſe præceptum, aut prohibitum, quod non eſt, aut è cootra. Practicus cùm dictat aliquid hîc, & nunc faciendum, vel omittendum eſſe, ſeu hîc, & ouoc eſſe præceprum, vel probibitum, vel contrà, cùm ſecus verè ſe habeat. Scientia ſpecularriua eſt iudicium quod in communi euidenier, & certò dictat aliquid eſſe peccatum, vel non eſſe peccatum, faciendum, vel fugiendum, vt contractum eſſe vſurarium, non eſſe accedendum ad non ſuam, Miſſam in die feſto audiendam, in eodem die non eſſe laborandum. Sic opinio ſpeculatiua eſt, quæ in communi dictat non certò, ſed cum formidine aliquid eſſe faciendum, vel fugiendum, licitum, vel illicitum: & dubium ſpeculatiuum, quando in communi dubitatur, dicitur autem dubium rei, aut ſcientia, aut opinio rei ſecundùm ſe. Scientia practica eſt, quæ in ſingulari, & conſideratis omnibus rei circunſtantiis dictat aliquid hîc, & nunc eſſe licitum, vel illicitum, faciendum, vel omittendum. Et opinio, quando quis opinatur. Dubiom, quando quis dubitat an hîc, & nunc ſit licitum, vel illicitum, faciendum, vel omitteodum; & dicitur ſcientia, opinio, dubium rei in particulari reſpectu operantis. Appellatur autem hæc ſcientia, opinio, vel dubitatio in parriculari, practica, licèt etiam prior ſit verè practica, cùm ad humanas actionea dirigendas ordinerur; quia prior dicitur ſpeculariua quoad modum vniuerſaliratis, & reſpectu poſterioris particularis, quæ practica dicitur. Et præfatam diſtinctionem poſt Caietanum *opuſc. reſponſionum tom. 1. gloſſ. 31. reſponſ. 13. dub. 7. & 1. 2. quæſt. 57. art. 5. ad 3.* tradunt Doctores *num.* 3. allegati, Gordonus *lib. 7. Theolog. moral. quæſt. 6. num.* 53. & alij, quos latè allegat Salas *d. diſp. vnica, num.* 141. & Nauarrus *d. cap. ſi quis autem, num. 61. & d. prælud. 9. num.* 9. breuiùs rem explicat, dum dubium ſpeculatiuum vocat dubium in genere, ſeu in generali; practicum dubium in particulari & hîc, & nunc. Hanc explicationem, quòd cognitio, vel dubiratio ſpeculatiua ſit illa quæ verſatur circa rem vniuerſalem, practica, quæ circa ſingularem cum omnibus ſuis circunſtantiis hîc, & nunc, Breſſerus *lib. 3. de conſcientia cap. 7. num.* 87. dicit non eſſe ſufficientem, quia quamuis ordinariè ita fiat, non eſt tamen neceſſarium, cùm poſſit cognitio rei, & operis etiam ſingularis abſtrahere, nec dirigere praxim, quo caſu non erit practica, & è contra cognitio vniuerſalis, v. gr. honeſti in genere dirigere praxim, v. gr. amorem hooeſti in genere, quo caſu eſt practica. Quare ipſe dicit cognitionem ſpeculatiuam eſſe, quæ verſatur circa rem, prout eſt à parte rei, nihil circa eam immutando, ſub qua addit comprehendi opus, modò ab ea non promanet, neque dirigatur, qualis tamen, inquit, ſæpiùs eſſe ſolet cognitio rei vniuerſalis. Cognitionem verò practicam ait eſſe, quæ non tantùm verſatur circa opus internum, & externum, ſed illud, aut voluntatem illud imperantem dirigit, adeóque mutat actu, vel potentia, ac proinde pro fine habet praxim, ſeu operationem; vt ſæpiùs, inquit, eſt cognitio operis ſingularis. Quo ſenſu, ait, Cordubam *lib. 3. de conſcientia quæſt. 5. poſt primam propoſitionem*, bene diſtinxiſſe dubium practicum à ſpeculatiuo, quòd illud de quo dubitatur practicè ordinetur ad opus, ooo autem id, de quo ſpeculatiuè. Verùm quod dicit Breſſerus re ipſa oon differt à doctrina communi aliorum authorum, qui proculdubio cognitionem & dubitationem ſpeculatiuam intelligunt eam, quæ verſatur circa rem, ſeu opus ſecundùm ſe ſine ordine ad actualem operationem, vel omiſſionem; practicam verò intelligunt eam, quæ non verſatur circa rem, vel opus ſecundùm ſe, & præcisè ſumptum, ſcilicet ſit, nec ne licitum, vel illicitum, expediens, vel non, ſed vt hîc, & nunc faciendum, vel omittendum, vt ex exemplis, quibus diſtinctionem explicant, patet.

Rurſus dubium aliud eſt iuris, ſeu de iure, aliud 7.
facti, ſeu de facto. Dubium iuris, (quod poteſt eſſe tam ſpeculatiuum, quàm practicum,) eſt cùm dubitatur, an talis contractus ſit iuſtus, an legitimum teſtamentum, an irregularitas iniuncta talem actionem facienti, an aliquid ſit præceptum, vel an hîc, & nunc liceat, quod abſolutè & in ſe exiſtimatur illicitum, vt mentiri propter aliquam vtilitatem, vel cùm vtrinque timetur peccatum concurrente duplici præcepto, vt de ſacro audiendo, & ſubueniendo extremè laboranti. Dubium facti eſt de opere ipſo, & qualitate, aut conditione materiæ, vnde pendet facti honeſtas, ſeu obligatio aliquid faciendi, vel euitandi: vt ſi coniuges dubitent an Matrimonium ſit ratum, & validum, ex quo pendet concubitus honeſtus, & ſit ne licitus, vel illicitus; aut cùm dubitatur, vtrùm votum ſit editum, aut Baptiſmus collatus validè. Et ſimili modo ſcientia & opinio diuiditur, quòd alia ſit de iure tam ſpeculatiuè, quàm practicè, alia de facto; ex quo (vt notauit etiam Layman *d. cap. 5. num.* 2.) patet ex dubio facti plerumque oriri dubium iuris, vt perſiſtendo in allatis exemplis, dubitans de valore Matrimonij, vel an ediderit votum, aut Baptiſmus validè collatus, incipit dubitare, an obligetur, nec ne abſtinere ab vſu coniugij, aut implere votum, aut repetere Baptiſmum, & etiam ex dubio iuris merè ſpeculatiuo ſæpe oriri dubium practicum, v.g. dubitans vtrùm Baptiſmus fuerit validus, mox dubitare incipit, an repeti debeat, nec ne; & dubitans an matrimonium fuerit validum, dubitare incipit num eius vſus licitus ſit, nec ne; & dubitans an res ſit ſua, poſtea dubitare incipit, an eam retinere, vel alienare poſſit. Prædictam diuiſionem, præſertim dubij iuris, & facti, tradunt communiter Doctores. Layman *d. cap. 5.* Azorius *d. lib. 2. cap.* 18. *quæſ.* 2. Vaſquez *diſp. 65. cap. 2. num.* 6. Salas *d. diſp. vnica num.* 141. Sanchez *d. lib. 1. ſum. c. 10. num. 37 & ſeqq.* & alij. de qua etiam infrà, vbi agit de dubio.

§. III.

In operationibus humanis non tam habenda eſt ratio conſcientiæ, ſeu cognitionis ſpeculatiuæ, ſiue certa, ſiue dubia, quàm conſcientiæ practicæ: & peccatum eſt operari non ſolùm contra iudicium practicum, dictans hîc, & nunc operationem eſſe illicitam, ſed etiam ex conſcientia dubia practicè.

COnueniunt autem Doctores, in operationibus 8.
humanis exercendis non tam habendam eſſe

Digitized by Google

cognitionis,ſeu conſcientiæ ſpeculatiuæ,ſiue certæ, ſiue dubiæ, ſiue opinatiuæ rationem, quàm conſcientiæ practicæ: quia conſcientia, ſeu cognitio practica eſt, quæ eſt proxima, (vt conſtat ex dictis *num.* 2.) & immediata regula actus humanos dirigens: ſpeculatiua verò non ſemper eſt regula ſufficiens; ſed quando cogit ad formandam eandem conſcientiam practicam, ſeu idem iudicium practicum, eo quòd non appareat ratio ſpecialis ab ea diſcedendi. Rationem autem cur regula propria voluntatis, & honeſtæ operationis ſit conſcientia practica, ſeu iudicium practicum, Becan. *p.* 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 3. & Gordonus *lib.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 53. aiunt ſumi ex ipſa naturali hominis conditione, nempe quia illi ſæpe impoſſibile eſt iudicare, quid in re verum ſit, cùm tamen ſæpe ſit illi moraliter neceſſarium operari; ergo oportet vt practicè ſaltem attentis circunſtantiis hîc, & nunc occurrentibus poſſit determinari ad opus.

9. Hinc extra controuerſiam apud omnes eſt, peccare non ſolùm eum, qui contra iudicium conſcientiæ ſingulare dictans hîc, & nunc aliquid eſſe illicitum, illud operatur, quia facit contra conſcientiam, quod nullo modo licet, ſed etiam peccare eum, qui aliquid operatur non habens determinatum conſcientiæ iudicium, ſeu non iudicans determinatè hîc, & nunc non eſſe peccatum, ſed licere, ſed dubitans practicè an ſit peccatum, operatur: & erit peccatum mortale ſi dubitet eſſe mortale; veniale ſi dubitet eſſe peccatum veniale. probant Doctores infrà allegandi primò ex illo ad Romanos 14. *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, vbi per fidem, iuxta interpretes, Apoſtolus intelligit iudicium conſcientiæ rectum, ſeu conſcientiam rectam; vt ſit ſenſus, non ſolùm peccatum eſſe omne id quod eſt contra conſcientiam, & contra fidem, ſed etiam omne id, quod non eſt ex conſcientia, & fide, ſcilicet ex aſſenſu credulitatis, quòd illud ſit licitum, qui autem habet conſcientiam dubiam, non poteſt habere huiuſmodi fidem; & conſequenter cum tali dubio non licet operari. Secundò operari cum dubitatione, eſt exponere ſe periculo peccandi, *& qui amat periculum, peribit in illo*, Eccleſ. 3. & qui dubitat, an Deo diſpliceat in aliquo opere, illud operatur, planè conuincitur, ſe ipſum magis amare, quàm Deum. Tertiò, quia de ratione voluntatis eſt cognitio, ideoque vt actus ſit bonus, requiritur cognitio de bono moraliter, & integraliter, cùm bonum poſtulet ad ſui conſtitutionem integram cauſam; malum autem conſurgat ex quolibet particulari defectu, qui autem dubitat, an hîc, & nunc aliquid ſibi liceat, non habet integram cognitionem bonitatis actus, ſed aliquam cognitionem mali, quæ ſufficit ad malitiam actus. Ita S. Thom. *quodlib* 8. *art.* 3. Caiet. *opuſc. tom.* 1. *tract.* 31. *num.* 17. *reſponſ. quæſt.* 13. *dub.* 7. *& in ſumma v. opinio.* Nauarrus *in d. cap. ſi quis autem, de pœnitent. d.* 7. *num.* 61. *&* 81. Angelus *v. dubium num.* 1. Adrianus *quodlib.* 2. *punct.* 1. Azor *d. cap.* 18. *quæſ.* 3. Corduba *in quæſtionario lib.* 3. *propoſitione* 1. *quæſt.* 5. Gregor. de Valentia *tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 14. *dub.* 4. Conarruuias *de ſponſ. part.* 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 10. Molina *tom.* 1. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 113. Ioann. Sancius *in ſelectis diſp.* 42. *num.* 1. & ex Doctoribus ſuprà *num.* 3. *&* 4. relatis, Sayrus *cap.* 13. *num.* 3. Vaſquez *diſp.* 65. *cap.* 1. *num.* 1. Salas *d. diſp. vnica num.* 143. Sanchez *de matrimon. lib.* 2. *d. diſp.* 41. *num.* 6. *& lib.* 1. *ſumm. d. cap.* 9. *num.* 3. *& cap.* 10. *num.* 2. Leſſius *de iuſt. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. *verſ. probatur ratione, & num.* 5. *initio.* Villalobos *d. tract.* 1. *diff.* 2. *&* 19. Paulus Layman *d. cap.* 5. §. 1. Guttierez *d. cap.* 49. *num.* 27. Filliuc. *d. cap.* 4. *num.* 155. Palaus *d. diſp.* 1. *punct.* 1. *in fine, & diſp.* 3. *part.* 1. *num.* 4. Gordonus *in ſua ſumm. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 22. *& lib.* 7. *d. quæſt.* 6. *num.* 54. Ariaga *t.* 2. *tom.* 1. *diſp.* 23. *num.* 9. & alij, quos latè refert Salas. Qui omnes proinde affirmant dubitantem practicè, ſcilicet an hîc, & nunc aliquid liceat, vel non liceat, teneri eligere tutiorem partem. Cuius autem ſpeciei ſit hoc peccatum, explicatur infrà *numer.* 1148.

§. IV.

Cum iudicio ſpeculatiuo certo, vel opinatiuo, & cum dubio ſpeculatiuo poteſt ſtare ſimul iudicium practicum oppoſitum, & qua ratione.

Conueniunt etiam Doctores cum conſcientia ſpeculatiua, ſeu cum iudicio ſpeculatiuo certo, vel opinatiuo quòd aliquid ſit illicitum, aut è contra; & cum dubio ſpeculatiuo, an aliquid ſit licitum, vel illicitum, ſtare ſimul optimè poſſe, imò ſæpiùs ſtare iudicium practicum oppoſitum. v. gr. cum dubio ſpeculatiuo, ſit nec ne peccatum aliquid facere, ſtare iudicium practicum de recta operatione, ſcilicet, quòd hîc, & nunc non ſit peccatum illud operari. v. gr. poteſt quis iudicare die feſtiuo Miſſam eſſe audiendam ex obligatione præcepti, & ſimul iudicare hîc, & nunc, propter infirmitatem, vel alias circunſtantias ſe non eſſe obligatum. Item poteſt quis iudicare, & certò ſcire in communi rem alienam capere non licere, & ſimul iudicare in particulari hîc, & nunc ſibi licere, quia extremè indiget: cùm enim res morales in particulari ob circunſtantias varientur, poteſt aliqua circunſtantia occurrere, quæ licitum alicui efficiat, quod in communi, & ex ſe eſt illicitum, vt in allatis exemplis patet, & latiùs explicat Breſſerus *de conſcientia lib.* 3. *cap.* 7. Quare non ſunt neceſſariò connexa, & conformia inter ſe hæc iudicia, ſed poteſt eſſe certum practicum, non obſtante iudicio ſpeculatiuo dubio, vt patet in eiſdem exemplis, non ſunt tamen propriè contraria, vt infrà *num.* 15. magis declaratur. 10.

Videntur autem Doctores diſcordes in eo, an cum iudicio, vel dubio ſpeculatiuo poſſit aliis omnibus inuariatis ſtare iudicium practicum, oppoſitum, ſcilicet quis dubitans ſpeculatiuè, & in communi an aliquid ſit licitum, vel illicitum, poſſit inuariatis circunſtantiis, & nulla noua apparente ratione efficaci, aut probabili id ſuadente iudicare in particulari hîc, & nunc ſibi licere, & tali iudicio in operando ſe conformare. Et videtur affirmare Caietanus *d. v. opinio, &* 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. *& tom.* 1. *oppoſ.* 31. *dub.* 7. *reſp.* 13. *dub.* 7. Nauarrus *d. cap. ſi quis autem, num.* 62. *& in prælud.* 9. *man.* Couarruuias *d.* §. 2. *num.* 10. *& in regula poſſeſſor p.* 2. §. 7. *num.* 4. Azorius *d. lib.* 1. *cap.* 19. *quæſ.* 13. Sotus, Bartholomæus Medina, Ioannes Medina, Michaël Solon, Greg. de Valentia, Hieronymus Pharao *in promptuario tract.* 1. *ſect.* 1. *caſu* 5. *&* 6. & alij relati à Sala *d. diſp. vnica num.* 141. & à Sayro *d. cap.* 13. *num.* 2. vbi eis adhærent. Exemplificant Caietanus, & Nauarrus in muliere, quæ audiuit à Concionatore, quòd vti alienis capillis eſt peccatum mortale, quia eſt ſimulatio, cùm tamen non ſit mortale, & ob Prædicatoris authoritatem, & rationem auditam concipit eſſe mortale, & tamen appetit illos ferre, ſi liceret; & quamuis neſciat ſoluere rationem pro 11.

illa

Digitized by Google

illa concluſione, vel conſcientia erronea deductam, tamen appetitu id agente putans id ſibi licere, illis vtitur; quam aiunt non peccare, cùm non conformet ſe conſcientiæ erranti hîc, & nunc, ſed rectæ. Aliud exemplum dat Nauarrus. nam multi, inquit, ſunt, qui ſine ſcrupulo die feſto iter faciunt, quibus ſi proponatur, an liceat die feſto iter facere, mox
12. dubitabunt. † Alij autem aſſerunt ex iudicio, vel dubio ſpeculatiuo, quod quis habet, teneri formare ſimile iudicium, aut dubium practicum, niſi aliqua ratio efficax, aut probabilis ſuadens variationem occurrat; & ita eum, qui dubitat ſpeculatiuè, & in communi, non poſſe habere determinatum aſſenſum in particulari de eadem re, abſque noua cauſa, ſeu ratione. ita Corduba *d. q. 5. dub.* 1. Sanchez *locis citatis*, & eodem *cap. 10. num.* 7. Vaſquez *d. cap. 1. n. 3. & diſp. 67. cap.* 1. Villallobos *d. tract. 1. diff. 1. num.* 5. Suarez *de cenſ. diſp* 40. *ſect. 5. num.* 14. Sancius *in ſelectis, d. diſp. 42 num.* 1. Palaus *d. diſp. 3. part. 1. num.* 4. Salas *d. num.* 141. Gordonus *d. quæſt. 9. num. 21. & 24.* Faventinus *in 4. d. 14. quæſt. 1. num.* 52. & communiter Recentiores. Rationem aſſerunt, quia is, qui iudicat generaliter, & in communi, aliquid eſſe malum, v. gr. nemini licere die feſto opera ſeruilia agere, vel iter facere, vel dubitat in communi, an liceat die feſto iter aggredi, circunſtantiis inuariatis, & nulla noua cauſa ſuadente, non habet ſufficiens principium, vnde deducat ſibi licere iter agere, neque enim maior eſt ratio ipſius, quàm aliorum; & ſtante huiuſmodi iudicio ſpeculatiuo, & in vniuerſali, quòd aliquid ſit malum, & illicitum, vel dubio an ſit peccatum necne, non poteſt colligi aſſenſus in particulari, non eſſe illicitum, ſed licitum, ſi nulla adſit alia cauſa formandi talem aſſenſum: quòd ſi id per impoſſibile contingat, is in quo erit tale iudicium, vel dubium ſpeculatiuum, peccabit operando, (inquiunt Corduba, Vaſquez & alij,) non quia agat contra conſcientiam, ſed quia temerè, & ſine ſufficiente ratione habet illud iudicium, & aſſenſum; & prædicta doctrina eſt vera, & re ipſa contrarium non ſentiunt, (vt etiam notauit Salas,) plures ex Doctoribus primo loco relatis, cùm & ex ipſis colligatur formationem iudicij practici de re oppoſita iudicio, vel dubio ſpeculatiuo, habere dependentiam ab aliqua circunſtantia particulari, aut alia cauſa, ſufficienter mouente ad tale iudicium practicum de licita operatione, non obſtante iudicio ſpeculatiuo, de malitia operationis, aut de dubio ſpeculatiuo, an ſit necne licita, vel illicita. Nam certè ſi quis generaliter iudicat, vel dubitat aliquam operationem eſſe illicitam, v. gr. nemini die feſto licere opus ſeruile, vel iter facere; aliqua ratio, ſeu cauſa adeſſe, ſeu occurrere debet, ob quam iudicet, aut determinatè aſſentiatur ſibi hîc, & nunc licere, vt tradunt Doctores ſecundò loco relati, & erit ſufficiens cauſa, ſi dum quis principiis intrinſecis attentis, & bene conſideratis in genere iudicet, vel dubitet aliquid eſſe malum, & illicitum, principiis verò extrinſecis, & auctoritate aliorum Doctorum, qui contrarium ſentiunt, ductus, practicè iudicat ſibi licere, erit etiam ſufficiens ratio variandi iudicium, aliqua vrgens neceſſitas, vel poſſeſſio, & ſimiles, de quibus infra §. 37. *& ſeqq.* & hoc idem in ſubſtantia ſenſit Breſſerus *lib. 3. de conſcientia cap.* 7. per totum, præſertim *num.* 88. vbi doctrinam Caietani, & aliorum tueri conatur, & poſſe iudicari aliquid eſſe licitum, vel illicitum in genere, & tamen in particulari & practicè oppoſi-
13. tum iudicium formari poſſe. † Et ex his patet ad variandum, ſeu formandum iudicium practicum, contra iudicium, vel dubium ſpeculatiuum neceſſariò requiri aliquam diligentiam, (vt Sanchez, Villallobos, Palaus, & alij Recentiores notarunt,) ad inueſtigandam rationem, aut cauſam aliquam rationabilem, & probabilem, (vt tradunt Sanchez, Villallobos, Palaus, & alij,) quia non pro libito formari poteſt iudicium practicum non conforme iudicio, vel dubio ſpeculatiuo, ac proinde debita diligentia non præmiſſa, aut poſt præmiſſam diligentiam deficiente probabili, ſeu rationabili cauſa variandi practicè iudicium ſpeculatiuum, ſeu formandi iudicium practicum oppoſito iudicio, aut dubiò ſpeculatiuo; erit peccatum ſic operari, quia temerè, (vt dictum eſt,) & ſine ſufficiente ratione tale iudicium practicum formatum eſſet. Inuenta autem rationabili, ſeu probabili cauſa, variandi practicè iudicium ſpeculatiuum; & formandi iudicium practicum contra dubium ſpeculatiuum, nihil aliud ad
rectam operationem deſideratur. † Et ſufficien- 14.
tem diligentiam eſſe docet Sanchez *d. cap. 9. num. 25. & d. cap. 10. num.* 8. non ſolùm eam, quæ in ſe, ad inueniendam rationem probabilem, quòd liceat operari, & ad vincendum dubium, eſt ſufficiens, ſed etiam quando hic, & nunc occurrit moralis neceſſitas ... cuius operis faciendi, de quo eſt ſpeculatiuè dubium, an liceat, & tunc nequit omnis diligentia adhiberi, & adhibetur pro tunc poſſibilis. quod idem tradunt Salas *tom. 2. tract. 8. diſputat. vnica, num.* 44. Gordonus *lib. 1. quæſt. 9. num. 24. fine*, & Breſſerus *lib. 3. de conſcientia cap* 4.
num. 49. † Ex dictis etiam rectè inferunt Cordu- 15.
ba, Vaſquez, & alij, cùm ob probabilem rationem, ſeu cauſam formarit iudicium practicum, non conforme iudicio, ſeu dubio ſpeculatiuo, vt cùm is, qui ſpeculatiuè, & in genere iudicat in die feſto eſſe obligationem audiendi Miſſam, iudicat hîc, & nunc propter infirmitatem, aut aliam circunſtantiam ſe non eſſe obligatum; hoc iudicium ſpeciale & practicum, non eſſe contrarium illi generali iudicio, quia illud generale iudicium ad huiuſmodi caſum nunquam ſe extendit; nunquam enim verè, etſi generaliter, iudicatum eſt die feſto infirmum, aut impeditum eſſe obligatum audire Miſſam, ſed potiùs iudicari debet oppoſitum, prædictis ita explicatis.

§. V.

Homo tenetur in operatione ſequi conſcientiam certam.

QVod ad conſcientiam certam, rectam, & ve- 16.
ram, ſiue ſit iudicium certum dictans hîc & nunc aliquid eſſe præceptum, ſiue prohibitum, indubitatum eſt, eam obligare voluntatem, & peccare, niſi illam in operando ſequatur: nam, (vt dictum eſt ſuprà *num.* 2. & tradunt S. Thomas *ibi* relatus, & alij Doctores in præcedentibus allegati,) proxima regula humanarum actionum eſt conſcientia, ſcilicet ratio proponens id, quod agendum, vel fugiendum eſt, peccat autem voluntas, ſeu homo quoties in operatione non ſequitur regulam ſuam, id quod etiam magis conſtabit ex mox dicendis.

SVMMARIVM

§. Sexti, & ſequentium vſque ad decimumſextum.

17 Conſcientia erronea alia inculpabilis, & inuincibilis, alia culpabilis & vincibilis.

18 Contra conſcientiam erroneam agere aliqui dixerunt non eſſe peccatum.

19 Communis, & vera concluſio eſt, eſſe peccatum operari contra conſcientiam erroneam ſiue inuincibilem, ſiue vincibilem dictantem hic, & nunc aliquid præceptum, vel prohibitum, & an ſit concluſio de fide, & n.22.

20 Voluntatis obiectum, eſt bonum, ac malum, prout eſt in apprehenſione rationis, ſeu illi a ratione proponitur.

21 An ſit diſpenſabile, vt quis ſine culpa operetur contra conſcientiam.

23 Non poteſt quis verè Deum diligere & exiſtimare, id eſſe peccatum & illicitum.

24 Vt actio, vel omiſſio contra erroneam conſcientiam ſit peccatum, debet eſſe omninò libera.

Vnde carcere detentus putans ſe mortaliter peccare, non audiendo ſacrum, quod audire nequit, non peccat mortaliter: neque etiam peccat qui alterum percutit per vim arrepta ab altero manu, quamuis putet ſe peccare; neque ſcrupuloſus cum inuoluntarias ſuas paſſiones, aut in oratione diſtractiones peccata eſſe arbitratur. ibid.

Infirmus putans ſe peccare, non audiendo Miſſam an peccet. ibid.

25 Conſcientiam erroneam propriè non obligare ad ſui obſeruantiam aſſerunt multi, & n.26.

27 Sed verius eſt conſcientiam erroneam inuincibilem obligare ſimpliciter, vt eam ſequamur, vincibilem verò non obligare, vt eam quis ſequatur, ſed vt non faciat eius contrarium, & n.28 29.

30 Laborans conſcientia erronea vincibili tenetur adhibere diligentiam, vt ignorantiam tollat, vel reddat inuincibilem.

31 Error eſt vincibilis, quoties interrogatur vir imperitus, vel cùm intellectus aliquid agendum, vel omittendum iudicat non ſine dubio, vel formidine oppoſiti.

32 Error vincibilis quomodo, & quando reddatur inuincibilis.

33 Ratione conſcientiæ erroneæ homo nunquam efficitur ſimpliciter perplexus, ſeu conſtituitur in abſoluta neceſſitate peccandi, ſeu obligans remanet ad contradictoria, & n.34.

35 Cùm erronea conſcientia vincibilis proponit aliquid, ſed non vt præceptum, & faciendum, vel vt prohibitum, & euitandum, ſed ſolùm vt indifferens, vel vt honeſtum, non eſt peccatum illi non ſe conformare, & an tunc ſit obligatio deponendi huiuſmodi errorem, vel reddendi illum inuincibilem.

36 Conſcientia erronea inuincibilis, aut vincibilis, quomodo nunquam obliget ad malum, & peccatum, & quomodo Deus mediante conſcientia erronea inuincibili obliget ad id quod re ipſa, & materialiter eſt malum, & n.38. & 39.

37 Conſcientia erronea inuincibilis non facit obligationem, & præceptum abſolutè, ſed in apprehenſione.

40 Actus conformis conſcientiæ erroneæ inuincibili, eſt bonus, & in eadem ſpecie virtutis cuius eſt motiuum, à conſcientia erronea propoſitum; & an poſſit eſſe actus indifferens, n.41.

42 An superueniente notitia erroris liceat gaudere de actu geſto ſecundum conſcientiam erroneam inuincibilem.

43 Errans ex conſcientia, ſeu ignorantia inuincibili, an & quando ſit admonendus à Superiore, vel Confeſſario, aut quolibet alio, & n. . . .

45 An aliquando liceat actum, qui in ſe eſt malus, conſulere alicui, qui ob ignorantiam inuincibilem à peccato excuſatur. Vbi an Confeſſarius mulieri ex ignorantia inuincibili exiſtimanti validum matrimonium re ipſa irritum ob impedimentum occultum volenti reddere debitum præcipere poſſit, & debeat, vt reddat.

46 Actus conformis conſcientiæ erroneæ vincibili eſt malus, nullamque ſortitur bonitatem ex obiecto, quod vt bonum repræſentatur.

47 Peccantem ex conſcientia erronea vincibili non committere duo peccata, alterum omiſſionis debitæ diligentiæ ad tollendam ignorantiam, alterum commiſſionis, ſed tantùm vnum, nempè commiſſionis.

48 Vnde oriatur obligatio ſequendi erroneam conſcientiam inuincibilem, an ex ſynderesi, an verò ex præcepto peculiaris virtutis, an etiam ex ipſa conſcientia.

49 Non poteſt dari error inuincibilis, aut vincibilis dictans Deum debere odio haberi. in fine.

50 Agens contra conſcientiam veram, aut erroneam, aut contra dubium, an committat duplex peculiare peccatum in confeſſione exprimendum, vnum quia ſcienter agit contra conſcientiam, alterum quia agit contra virtutem, ſeu præceptum quod conſcientia proponit, vel an ſaltem ſit circumſtantia notabiliter aggrauans, & quando oporteat eam in confeſſione aperire & n.51.

52 An ſit grauior culpa agere ſecundùm conſcientiam erroneam vincibilem, quàm agere contrà.

53 Cæteris paribus maius peccatum eſt agere contra conſcientiam, quàm eam ſequi.

54 Qui ex errore inuincibili putat vtramque partem contradictionis eſſe peccatum, v.g. non mentiri, vel mentiri, debet eligere quod putat minus malum.

55 Quòd ſi ex eadem inuincibili neſciat diſcernere, quod ex duobus malis ſit grauius, vel leuius, poterit licitè vtrumuis eligere.

56 Vtrùm plus obliget conſcientia erronea, quàm præceptum Superioris, ad 61.

62 Subditus in dubijs debet formare conſcientiam ſecundùm directionem Prælati.

63 Vt peccetur agendo contra conſcientiam erroneam, an oporteat eius iudicium manere actu, vel ſufficiat, ſi præceſſerit, & non fuerit reuocatum, & quando dicatur actu manere, & n.64.

65 Depoſita conſcientia erronea licet contra eam operari, & quid ſit deponere erroneam conſcientiam; & quando dicatur rationabiliter deponi, vt actio, vel omiſſio contra eam non imputetur ad peccatum, & num.66.67.

68 Ad deponendam conſcientiam erroneam probabili ratione conceptam, an requiratur ratio magis efficax, an verò ſufficiat etiam minus probabilis.

69 Si per impoſſibile laborans conſcientia erronea certa, vel probabili ratione concepta formaret abſque noua cauſa, iudicium de recta operatione hic & nunc, an tunc peccaret contra conſcientiam, an ſolùm quia temerè haberet illud iudicium practicum.

70 Quæ ſint ſufficientia principia deponendi erroneam conſcientiam.

71 Conſcientia erronea temerè, & ſine fundamento concepta poteſt abſque noua ratione ad libitum deponi.

72 Pecca

72 *Peccatum contra conſcientiam erroneam eſt mortale, vel veniale, huius, vel illius ſpeciei, prout eadem conſcientia eſſe dictat.*

73 *Excipe ſi conſcientia erronea dictans eſſe veniale, quod in re, & ex obiecto eſt mortale, ſit culpabilis, nam tunc peccatum contra conſcientiam erit mortale.*

74 *An quando conſcientia ſiue erronea, ſiue vera dictat aliquid eſſe peccatum, nec explicat, ſeu proponit, vel diſcernit, an mortale ſit, vel veniale, peccatum mortale ſit id agere, ad 79.*

75 *Velle peccare in genere an ſit mortale, & n. 78. 79.*

80 *Peccatum contra conſcientiam dictantem ſolùm aliquid agere, vel omittere eſſe malum in genere, an ad peculiarem peccati ſpeciem ſpectet, an verò ſit tantùm contra ſynderesin.*

81 *Qui ex vincibili ignorantia putat aliquid eſſe tantùm veniale, quod ſit mortale, illud agens an vtroque modo peccet.*

§. VI.

Agere contra conſcientiam erroneam dictantem hîc, & nunc aliquid eſſe agendum, vel non agendum ex obligatione præcepti, eſt peccatum; & an hoc ſit de fide, & aliter fieri poſſit ex diuina diſpenſatione.

17. QVoad conſcientiam erroneam, (de qua agunt S. Thomas *d. quæſt.* 19. *art.* 5. & 6. *ibidem* Caiet. & alij interpretes S. Thomæ, D. Bonauent. 2. *d.* 39. *ibid.* Durandus, Richardus, Thomas de Argentina, Gabriel, Adrianus *quodlib.* 4. Henric. *quodlib.* 1. *art.* 18. Summiſtæ *v. conſcientia,* Nauarr. *prælud.* 9. *num.* 9. & *cap.* 27. *ſummæ num.* 280. D. Antoninus *p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 59. 60. & 61. Azorius *p.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 5. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 11. Saytus *lib.* 1. *clauſ. cap.* 4. Corduba *d. lib.* 3. *qq. quæſt.* 4. Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 4. Palaus *d. diſp.* 1. *punct.* 2. & *ſeqq.* Filliuc. *d. tract.* 21. *cap.* 4. *à num.* 116. Reginaldus *lib.* 13. *cap.* 8. Villalobos *d. tract.* 1. *diff.* 2. Aluarez 1. 2. *diſp.* 78. Bonac. *de legib. & peccatis diſp.* 2. *quæſt.* 3. *p.* 6. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 22. *ſect.* 3. & *ſeqq.* & *diſp.* 27. & alij apud præcitatos,) cùm ea ſit, (vt ex dictis *num.* 4. & 6. conſtat,) quæ iudicat aliter, quàm ſit à parte rei, duobus modis poteſt eſſe erronea, ſeu errare vno modo in materia, ſeu contra rei principia, vt ſi iudicet bonum, & honeſtum, ac licitum, quod malum, turpe, & illicitum eſt, quod non eſt tale; vel contra malum, turpe & illicitum, quod vel eſt bonum, & honeſtum, vel indifferens; altero modo cùm iudicat aliquid eſſe præceptum, vel prohibitum, de quo tamen nihil eſt tale, quod poteſt contingere, vel circa res, ſeu actiones indifferentes, quas iudicet, & proponat tanquam præceptas, vel prohibitas à Deo, cùm non ſint, vel circa res, aut actiones de ſe bonas, quas iudicet eſſe à Deo prohibitas; vel circa res, ſeu actiones de ſe malas, quas iudicet bonas, & præceptas à Deo. Vtroque autem modo poteſt conſcientia eſſe erronea, vel inculpabilis, & inuincibilis, vt cùm procedit ex ignorantia inuincibili, & inſuperabili, ſcilicet eius rei, quam homo non potuit, aut non debuit ſcire; vel culpabilis, & vincibilis, vt cùm contingit ex ignorantia culpabili, & ſuperabili, nempe eius rei, quam homo potuit, & debuit ſcire. Prima dicitur, & eſt inculpabilis, & inuincibilis, quia talis eſt ignorantia ex qua oritur, & ex virtute modi, quo errat, non debet errorem deponere, ſed potiùs prudenter exiſtimare ſe non errare. Altera dicitur, & eſt culpabilis, & vincibilis, quia talis eſt culpabilis, & vincibilis, quia talis eſt ignorantia, ex qua procedit, & imprudenter iudicat, ita vt ſi debita adhiberetur diligentia, minimè erraret. Igitur quorundam opinio, (quam refert 18.
gloſſa *in cap. omnes, verb. conſcientiam* 28. *quæſt.* 1. & immeritò quidam tribuunt Alenſi 2. *p. quæſt.* 120. *membro* 3. *art.* 1. vt rectè obſeruat Vaſquez *d. diſp.* 69. *cap.* 2.) fuit aſſerentium non teneri nos ſequi dictamen conſcientiæ erroneæ in iis, quæ per ſe ſunt mala, vel bona, prohibita, vel præcepta, imò benefacere, qui contra illud dictamen faciunt. Ratio, (præter alios, de quibus infrà,) eſt, quia ſi quis diligit Deum ſuper omnia, quamuis conſcientia dictet contrarium, non peccabit, ſed benè operabitur, quia impoſſibile eſt Deum diligere, & ipſa dilectione peccare, & ſi quis ex conſcientia erronea putaret ſe teneri ad odio habendum Deum, ſequeretur non peccaturum, ſi odio habeat, quod videtur omninò abſurdum.

Sed communis, & vera concluſio eſt, agere, ſeu 19.
operari contra conſcientiam erroneam, (ſiue inuincibilem, & inculpabilem, ſiue vincibilem, & culpabilem,) dictantem practicè, ſcilicet hîc, & nunc aliquid eſſe turpe, & intrinſecè malum, & illicitum, ſeu hîc, & nunc eſſe euitandum, tanquam malum & prohibitum, aut faciendum ex obligatione præcepti, (ſiue erret circa ea, quæ ſunt ſecundùm ſe bona, ſiue mala, ſiue circa indifferentia,) eſſe peccatum, ita omnes præallegati Doctores, & alij, quos Saytus & Salas cumulant. Probant primò ex illo ad Romanos 14. *Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt,* quod dixit Apoſtolus loquens de iis, qui in diſcernendis, & comedendis cibis conſcientiam, licèt erroneam, (cùm exiſtimarent aliquos eſſe immundos, & prohibitos, cùm tamen nullum cibum in lege Chriſti eſſe immundum certum ſit,) non ſequebantur, quare eorum verborum per ſe ſenſus eſt de conſcientia, & de eo, quod quis credit eſſe agendum, vt patet ex antecedentibus, & ex ſcopo Apoſtoli, vt abſtineant ab idolotythis, nec aliis ſcandalo ſint, etiamſi ipſi apud ſe fidem habeant, id eſt, conſcientiam, & notitiam, quòd nullus cibus in lege Chriſti ſit immundus: ſi quis tamen iudicet cibos illos eſſe immundos, eum peccare, ſi manducet; quoniam, quod non eſt ex fide, peccatum ſit, id eſt, quod non conforme iudicio, & conſcientiæ de agendis quam habet, & hanc expoſitionem ſequuntur Origenes, Chryſoſtomus, & alij Græci. Ambroſ. Anſelmus, Aymo, & ex Recentioribus Adamus Arboreus, Sadoletus, Sotus 2. *de natura cap.* 6. Bellarm. *lib.* 5. *de gratia, & lib. arbitr. cap.* 10. *ad* 10. & alij, quos Salas *d. ſect.* 3. *num.* 16. refert. Vt mirum ſit Catharinum affirmare eſſe nouam, & inauditam explicationem; quamuis ſi de fide Catholica, & infuſa interpretemur hunc locum, (prout S. Hieronymus, non tamen reiiciens aliam interpretationem, & alij à Salas relati,) ſenſus erit, quod non eſt ex fide, & creditur tamen, peccatum eſt, videlicet hæreſis; ſed prior expoſitio confirmari poteſt ex prima ad Cor. 8. cùm dicitur; *conſcientia eorum, cùm ſit infirma, polluitur.* quo loco tractatur idem argumentum de idolotythis. Probant etiam ex Matthæi 5. & Lucæ 12. *Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum adhuc es in via,* id eſt, conſcientiæ, quæ tanquam aduerſarius quidam peccata nobis obiicit, vt exponunt S. Ambroſ. Beda, Bonauent. Caietanus *in Lucam*, S. Auguſtinus *lib.* 1. *de ſermone Domini in monte, cap.* 22. *homilia prima, de verbis Domini,* & alibi. S. Gregorius *hom.* 39. *in Euang.* D. Bernardus *homilia* 85. *in Cantic.* licèt aliæ ſint expoſitiones, de quibus Bellarminus *lib.* 1. *de purgatorio,*

c.4. Probant tertiò ex *c.per tuas,de ſimonia*, vbi Inno-
centius ait quòd agens contra conſcientiam ædificat
ad gehennam, id eſt, in re graui. ex *c.inquiſitione, de
ſent. excomm.* vbi dicitur, quòd ille, qui agit contra
iudicium conſcientiæ, offenſam committit, id eſt,
peccat,quod idem dicitur *c. literas,de reſtitut.ſpoliator.
cap.finali, de præſcriptis,& d.can.omnes* 28.*q.*1. Quartò
probatur ratione, quia regula immediata, & proxi-
ma humanarum actionum eſt ratio practica, id eſt,
proponens id quod agendum eſt, vel euitandum;
quæ, vt conſtat ex dictis *num.* 2. nil aliud eſt, quàm
conſcientia; ergo agere contra dictamen conſcien-
tiæ, eſt agere contra regulam, imò nulla lex, nec
æterna quidem, obligat niſi prout eſt cognita, &
propoſita per rationem; voluntarium eſt enim,
quod eſt à principio intrinſeco cognoſcente ſingu-
la,in quibus eſt actio,& radix libertatis eſt ab indif-
20. ferentia intellectus. † Quæ omnia magis declaran-
tur, & confirmantur ex doctrina S. Thomæ *d.art.*5.
*& art.*3. qui probat eſſe peccatum agere contra
conſcientiam erroneam dictantem aliquid eſſe fa-
ciendum,vel omittendum ex obligatione præcepti,
vel tanquam intrinſecè malum, ſcilicet, quòd obie-
ctum voluntatis eſt bonum, ac malum, non quo-
modocunque, ſed pro vt eſt in apprehenſione ra-
tionis, ſeu illi à ratione proponitur: ideo ſi ratio
apprehendat aliquid, ac voluntati proponat tan-
quam bonum morale neceſſarium, ac præceptum,
eſto re ipſa non ſit bonum, ſed malum,voluntas il-
lud reſpuendo conſentit in tranſgreſſionem legis;
ſimiliter ſi ratio apprehendat aliquid, & proponat
voluntati tanquam moraliter malum, ac prohibi-
tum, ſeu illicitum, eſto re ipſa malum non ſit, ſed
bonum, ac honeſtum; voluntas illud amplectendo
conſentit in obiectum malum,& prohibitum, ideo-
21. que peccat. † Ex quibus ſequitur non eſſe diſpen-
ſabile, vt quis agat contra conſcientiam; quod ta-
men & ex diſpenſatione Dei poſſe quem licitè age-
re contra conſcientiam, aſſeruit Andreas de Caſtro
nouo *in fine primi ſent.* relatus à Corduba loco mox
allegando, & etiam Philippus Fabius Fanentinus
in 4. *diſt.*4. *d. quæſt.* 1. *num.* 37. & non improbabile
aiunt Almainus *tract.*3. *mor.cap.*15. & 16. Corduba
*d.lib.*3. *quæſt.* 4. & 10. Azorius *d.cap.*8. *quæſ.* 11. &
nonnulli alij relati à Salas *d.ſect.*3.*num.*28.licèt pro-
babilius, & verius cenſeant contrarium, & eſſe in-
diſpenſabile: ſed ex dictis aſſerendum eſt vti cer-
tum & indubitatum; prout ita aſſerunt Adrianus
*quodlib.*1.*art.*2. Vaſquez *d.diſp.*61.*cap.*2. Salas *d.n.*28.
Ariaga 1.2.*tom.*1.*diſp* 22. *num.*49. & alij recentiores:
nam implicat,vt permanente conſcientia, quòd ali-
quid ſit prohibitum, vel præceptum, liceat contra
illam facere,cùm per conſcientiam applicetur quid-
quid agibile eſt, & tanta implicatio eſt, quanta vt
ſtante præcepto,liceat abſque diſpenſatione facere,
contra illud. Quare dato etiam, quòd Deus poſſet
diſpenſare in præceptis naturalibus non tantùm ſe-
cundæ tabulæ, (vt putat Scotus & alij,) ſed etiam
primæ, (vt exiſtimarunt Almainus & alij,quos re-
fert Vaſquez 1.2.*diſp.*179.*cap.*1. vbi cum aliis id ar-
bitratur falſum,)tamen non poteſt ex diuina diſpen-
ſatione relaxari præceptum, & obligatio non fa-
ciendi contra conſcientiam, ita vt contra illius di-
ctamen liceat operari, nam quoad alia præcepta
Doctores allegati admittunt ex diuina diſpenſatio-
ne quem poſſe abſque peccato operari id,quod lege
naturali aliàs vetitum eſt, non permanente, ſed ab-
lato præcepto prohibente, quod aiunt poſſe à Deo
auferri; dum autem conſcientia dictat aliquid eſſe
fugiendum,vel faciendum ex obligatione præcepti,
ſemper remanet præceptum in re, vel in apprehen-
ſione: implicat autem, vt permanente præcepto
ſiue in re, ſiue in apprehenſione, & exiſtimatione,
(quod quantum ad hoc habet eandem vim, vt patet
ex dictis in ratione adducta ad probandam commu-
nem concluſionem,) licitum ſit operari: ac proin-
de, quamuis in aliis præceptis naturalibus probabi-
lis eſſet diſpenſatio, non tamen in præcepto non
diſcordandi à conſcientia,ſicut nec in præcepto ſer-
uandi præcepta illis permanentibus. † Vnde etiam 22.
conſtat velle agere contra conſcientiam eſſe intrin-
ſecè malum, vt rectè S. Thomas *d. art.* 5. cùm obie-
ctum illius actus interni, vt eius obiectum eſt, ha-
beat neceſſariò annexam malitiam; & ſic etiam
actus internus. An verò communis concluſio ſit de
fide,ita vt oppoſita opinio ſit hæretica,Salas *d.ſect.*3.
num. 16. refert aliquos tenere non eſſe concluſio-
nem de fide, & oppoſitam ſententiam non eſſe hæ-
reticam,ſed tamen temerariam,& periculoſam,cùm
ſit contra torrentem Scholaſticorum, & videatur
aduerſari Sanctis,& Scripturis diuinis,& ita ſentire
videntur idem Salas *ibidem*, & Palaus *d.diſp.p.*2. Al-
uarez *d.diſp.*78. At Adrianus *quodlibet.*4. *art.*2. Cor-
duba *d quæſt.*4. Vaſq *diſp.*59.*cap.*2. Sanchez *d.cap.*9.
num. 2. & alij recentiores aſſerunt eſſe concluſio-
nem de fide, & oppoſitam ſententiam eſſe hæreti-
cam, eo quòd eadem concluſio contineatur in di-
uina Scriptura locis citatis,& aliis; quæ iidem Vaſ-
quez,Salas & Sayrus examinant.Quale autem pec-
catum ſit agere contra conſcientiam erroneam,
quandove mortale,quando veniale,& cuius ſpeciei,
explicabitur infrà.

Ad rationem opinionis *num.* 18. relatam, quoad 23.
primam partem reſpondetur primò, quòd poteſt
quis peccare faciendo id, quod reuera eſt bonum,
ſed ſecundùm apprehenſionem, & exiſtimationem
malam: vt ſi quis orans putet eſſe peccatum, vt
conſtat ex dictis in ratione adducta ad probandam
communem concluſionem. Secundò reſpondetur
quòd non poteſt quis verè diligere Deum, & exi-
ſtimare id eſſe peccatum,& illicitum;quia hoc ipſo
quòd credit aliquid eſſe peccatum,virtualiter ſaltem
cognoſcit eſſe contra voluntatem Dei, ideoque, il-
lud faciendo, non poteſt Deum diligere ſuper om-
nia; amor enim ille ita fertur in Deum propter
ſuam bonitatem, vt nihil ſimul velle poſſit Deo
contrarium. Quoad ſecundam partem de odio Dei
reſpondetur primò, quòd quis ob conſcientiam er-
roneam inuincibilem poteſt non peccare faciendo
id quod re ipſa eſt malum, ſed ſecundùm apprehen-
ſionem, & exiſtimationem bonam; vt conſtat ex
eodem ratione adducta, ad probandam eandem
communem concluſionem. Quare dato,quòd tan-
ta fuerit hominis ſtupiditas,vt ex errore inuincibili
putet Deum odio habendum, ille actum odij eli-
ciendo non peccaret; ſi verò ex errore vincibili pec-
caret, quia tenetur erroneam illam conſcientiam
deponere,iuxta infrà dicenda. Reſponderur ſecun-
dò repugnare in hac materia tantam ignorantiam;
videtur enim impoſſibile,quòd aliquis mentis com-
pos poſſit ſibi perſuadere, facere ſe alicui gratiam,
& ſeruitium eum odio habendo, & optando ei om-
nia mala, & carentiam ipſius.

Alia quæ contra eandem communem concluſio-
nem facere videntur,manebunt ſoluta ex dicendis.

Declarat autem Sanchez *d.cap.* 11. *num.* 3. quem
ſequuntur Bonacin. *d.part.*7. *num.*24. Layman *alle-
gato c.num.*2. Hieronymus Pharao *in prompt. tract.* 1.
*ſect.*1.*caſu* 2. & Ioann.Sancius *in ſelectis diſp* 41.*n.*27.
communem concluſionem, quòd agere contra er-
roneæ

roneæ conſcientiæ dictameo ſit peccatum, eſſe intelligendum quando actio, vel omiſſio eſt libera. Vnde inquit, quòd ſi quis carcere detentus, in quo non poteſt audire in die feſto Miſſam, quæ ibi non celebratur, putaret ſe peccare non audiendo illam, non peccaret; & ſimiliter ſi quis manu violenter ab aliis mota hominem percuteret, non peccaret, etſi per errorem putaret ſe peccare, & rationem afferunt, ſcilicet, quia cùm ad peccatum requiratur libertas, actio libertate carens, (vt in prædictis duobus caſibus,) nequit eſſe culpabilis, item neque ſcrupuloſus, inquit Layman, cùm inuoluntarias ſuas paſſiones, aut in oratione diſtractiones peccata eſſe arbitratur. Ex quo Bonacina infert, differentiam inter eum, qui carcere detentus nequit Miſſam audire, putans ſe illius omiſſione peccare, & inter eum qui domi per infirmitatem detinetur, exiſtimans ſe grauiter peccare non audiendo Miſſam, quòd primus non peccat defectu libertatis, & voluntatis: ſecundus verò non videtur excuſandus à peccato, cùm abſolutè loquendo libertatem habeat audiendi Miſſam, quamuis abſque ſanitatis diſpendio eam nequeat audire. Verùm in prædictis duobus caſibus non euitaret peccatum, ſi adeſſet voluntas exercendi actionem, vel illam omittendi contra dictamen conſcientiæ, vt conſtat ex dictis *num.* 22. & in caſu infirmi etiam poteſt contingere carentia libertatis.

§. VII.

Conſcientia erronea an propriè obliget, vt eam ſequamur, & quæ differentia inter conſcientiam erroneam inuincibilem, & vincibilem quoad modum obligandi, & quòd homo ratione conſcientiæ erroneæ nunquam conſtituitur in abſoluta neceſſitate peccandi.

CÆterùm, quamuis Doctores conueniant, vt non liceat operari contra conſcientiam erroneam, inter eos tamen eſt diſſidium, an conſcientia erronea propriè obliget; aliud enim eſt dicere conſcientiam obligare; aliud verò licere agere contra illam, etiamſi ipſa non obliget, vt operemur ſecundùm illam, vt ex dicendis apparebit.

25. Prima igitur opinio Durandi *d. diſt.* 39. *quæſt.* 5. *num.* 7. cui fauent Gregor. *ibid. num.* 2. D. Thom. *d. q.* 19. *art.* 5. & 6. Conradus *ibidem*, Almainus *tract.* 1. *num.* 7. Angeſtus *in mor. cap.* 7. S. Antoninus 1. *p. tit.* 3. *cap.* 10. §. 4. & adhærent Gregor. de Valentia *tom.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 14. *part.* 4. *quæſt.* 1. & Sanchez *d. cap.* 11. *n.* 4. eſt, erroneam conſcientiam ligare, ſed non obligare, id eſt, ſic diſponere eum in quo eſt, circa aliquod opus, ſeu agibile, vt non poſſit licitè procedere, ſicut poſtulat natura ipſius operis, eo quòd detineatur iudicio aliquo contrario; ſicut corporaliter ligatus non poteſt procedere etiam in recta, & plana via, non obligare autem, id eſt, non efficere, vt poſitiuè teneatur operari ſecundùm dictamen ipſius. ita Durandum intelligunt Vaſquez, & Sayrus, & non obligare, quia non tenetur ſimpliciter homo illam ſequi; ſed ſub disiunctione, vel ſequi, vel deponere, vt explicant Azorius, Salas, & alij, quos idem Salas refert; & loquitur Durandus de conſcientia erronea ex ignorantia inuincibili, quòd alij ex citatis pro eadem opinione non apertè diſtinguunt. Probatur hæc opinio primò, quia obligatio non eſt de re illicita, ſeu contraria legi Dei, qualis ſæpe eſt, quæ dictatur per conſcientiam erroneam. Secundò qui promulgat legem aliter, quàm ſit à Principe lata, non obligat, ita verò ſe habet erronea conſcientia. Tertiò Deus non poteſt eſſe ſibi contrarius, videretur autem, ſi præcipit obedire conſcientiæ erroneæ. Nam Deus præcipit ſua lege ob nullum caſum, etiam ob ſaluandam vitam alterius, debere mentiri, cuius oppoſitum aliquando dictat conſcientia erronea. Demum Deus non poteſt eſſe author mali moralis, aut alicuius falſi; ergo non poteſt eſſe author illius iudicij errantis eſſe mentiendum ob ſaluandam vitam alterius, atque adeò ſi author illius non eſt, non eſt obligatio ſequendi illud, quia eatenus obedire tenemur conſcientiæ, illamve ſequi, quatenus eſt quædam regula à lege æterna deriuata.

Secunda opinio eſt Alenſis 2. *part. quæſt.* 137. 26.
membro 3. *art.* 1. S. Bonauenturæ *d. diſp.* 39. *art.* 1. *q.* 3. & Gerſonis *Alphabeto* 30. *littera V.* & *ſeqq.* & iſti dicunt: primò, ſi ſit conſcientia de iis, quæ ſunt in præcepto, obligare ad ſui obſeruantiam, ſed hæc non eſt conſcientia erronea, ſed recta. Secundò, ſi conſcientia ſit de bonis, quæ non ſunt in præcepto, ſed de indifferentibus, & non prohibitis, & proponat ea, vt obligatoria, & neceſſariò facienda, obligare, vt non fiat contrarium; ſed quod proponitur, cùm nulla ſit maior vis quæ poſſit talem obligationem impedire, vel certè, vt deponatur conſcientia. Tertiò ſi conſcientia in ſe mala, & prohibita proponit vt bona, & præcepta, ſeu obligatoria, eſſe obligationem ſimpliciter deponendi conſcientiam, non verò vt fiant, quæ proponuntur, quia non poteſt habere vim contra legem ſuperioris, nec fieri poteſt, vt conſcientia ad malum obliget. Cæterùm non explicant, an loquantur de conſcientia erronea ex ignorantia vincibili, vel inuincibili.

Tertia opinio, cui vt veriori adhæreo, eſt Cor- 27.
dubæ *d. quæſt.* 4. *dub.* 3. Vaſq. *diſp.* 60. *cap.* 2. Salas *d. ſect.* 3. *num.* 18. 23. & 24. Azorij *d. cap.* 8. *quæſ.* 8. Sayri *d. cap.* 4. *num.* 8. & *ſeq.* Caſtri Palai, Bonacinæ, Filliucij, Gordoni *locis ſuprà num.* 17. *allegatis.* Arriagæ 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 22. *ſect.* 3. & 4. & aliorum Recentiorum, quos Salas *d. num.* 24. & Sayrus *num.* 7. referunt, qui nullam differentiam agnoſcunt inter ligare, & obligare, ſed aiunt, eſſe idem, ſiue ignorantia ſit vincibilis, ſiue inuincibilis. Hæc igitur opinio aſſerit conſcientiam erroneam, ſiue vincibilem, ſiue inuincibilem, ſiue proponentem aliquid hîc, & nunc, eſſe neceſſariò faciendum, vel omittendum ex obligatione præcepti (licèt quod ita proponit faciendum, ſit in ſe malum, & contrarium legi diuinæ, aut bonum, vel indifferens, non præceptum, & quòd proponit omittendum, ſit de præcepto faciendum, vel bonum, aut indifferens, non prohibitum,) obligare, cum hac tamen differentia, quòd ſi talis conſcientia erronea ſit inuincibilis, ſeu proueniens ex ignorantia inuincibili, (cùm hæc conſcientia erronea deponi non debeat, nec poteſt,) obligat non tantùm, ne quis faciat contrarium ei quod proponitur, ſed ſimpliciter ad ſui obſeruantiam: ſi verò ſit vincibilis, ſeu ex ignorantia vincibili, (cùm hæc deponi poſſit, & debeat,) obligat, non vt eam quis poſitiuè ſequatur, ſed vt non faciat contrarium eius, quod conſcientia dictat, quod Vaſquez appellat obligare negatiuè, non poſitiuè.

Prima pars aſſertionis, quòd talis conſcientia er- 28.
ronea ex ignorantia inuincibili ſimpliciter obliget ad ſui obſeruantiam, probatur ex dictis ſuprà *n.* 20. ſcilicet, quia voluntas humana non alio modo obligatur præcepto obedire, niſi quatenus ab intellectu obligatio repræſentatur illi, cùm ipſa ſit potentia cœca,

cœca, quæ non poteſt ferri in incognitum, & habeat pro obiecto bonum, & malum, prout eſt in apprehenſione rationis. Quare ab intellectu errante repræſentatur voluntati aliqua obligatio, quia repræſentatur, ſeu proponitur aliquod vt præceptum, vel aliquod vt prohibitum, & illicitum, iam voluntas ad illud amplectendum, vel euitandum, remanet obligata, & ita conſcientia erronea ſuppoſito errore inuincibili, non ſolùm obligat ad non faciendum contrarium eius, quod ipſa dictat, vt præceptum, vel prohibitum, ſed poſitiuè ad ita faciendum, vt ipſa proponit; & in hoc caſu verum eſt, (vt Azorius, Vaſquez, Saytus & alij recentiores notant,) eum qui tenetur non facere contra conſcientiam, teneri etiam facere ſecundùm illam, quoniam non datur medium, ſcilicet, deponere conſcientiam, quod fieri non poteſt, cùm oriatur ex ignorantia inuincibili, quæ aut vinci non poteſt, aut non debet, quod ſecus eſt quando ignorantia eſt vincibilis; nam tunc, vt mox dicam, medium eſt, deponere conſcientiam, quod fieri poteſt, & debet. Vnde etiam tunc nemo tenetur, ſeu obligatur ad faciendum peccatum; quia quod aliàs eſſet peccatum, non eſt tale ob ignorantiam inuincibilem excuſantem, eo quòd deponi nequeat, vel non debeat, cuius contrarium, (vt mox dicam,) accidit in conſcientia erronea vincibili, & culpabili, quam homo deponere poteſt, & debet, atque adeò illi imputatur ad culpam, ſi ſecundùm illam operatur,

29. Secunda pars eiuſdem aſſertionis, quòd conſcientia erronea, ex ignorantia vincibili & culpabili non obliget, vt eam quis poſitiuè ſequatur, ſed vt non faciat eius contrarium, explicatur, & ſimul probatur. Nam ſi quis ex errore vincibili putet eſſe neceſſarium mentiri pro ſua, vel alterius vita, non tenetur poſitiuè mentiri, quia mentiendo peccaret, cùm conſcientia erronea, vtpote vincibilis, & culpabilis, illum non excuſet, nemo autem tenetur facere peccatum, ſeu ad id, quod ſi facit, peccat, tenetur tamen non facere oppoſitum; quia ſtante illa conſcientia erronea, licèt vincibili, non habet iudicium dictans ſibi contrarium eſſe faciendum, atque ita etiam peccabit, ſi non mentiatur. Quare ratio cur dicatur non obligari ad illud poſitiuum, eſt, quia illud dictamen non eſt bonum, nec ſufficienter proponit, & non excuſat; quia autem eſt etiam dictamen, quòd ſit peccatum non mentiri, huiuſmodi conſcientia obligat ad non faciendum oppoſitum.

30. † Ex quo patet in tali caſu hominem teneri adhibere diligentiam, vt ignorantiam tollat, vel inuincibilem reddat. Nam dum habet huiuſmodi conſcientiam, non ſolùm eſt in periculo peccandi, ſed quicquid faciat, peccabit, (vt conſtat ex dictis;) ergo tenetur à tali ſtatu recedere adhibendo diligentiam pro cognitione veritatis, quam ſi attingat, non laborabit ignorantia; ſi verò non attingat veritatem, ignorantia reddetur inuincibilis, & inculpabilis, quia adhibita eſt ſufficiens diligentia ad indagan-
31. dam veritatem. † Et aduertendum tunc fore errorem vincibilem, & culpabilem, cùm quis hominem imperitum interrogauit. Et ſemper cùm intellectus aliquid agendum, vel omittendum eſſe iudicat; non ſine dubio, ſiue formidine oppoſiti expreſsè, vel implicitè dictans rem magis conſiderandam, vel explorandam eſſe, nam tunc voluntas nec velle debet, quod intellectus proponit, nec nolle, quia datur medium inter hæc, ſcilicet deponere errorem, vel reddere illum inuincibilem, applicando intellectum ad rem certiùs intelligendam. ita Layman *d. cap. 4. num. 4.* Ioann. Sancius *in ſelect. d. diſp. 41. n. 26.*
& Ariaga *d. diſp. 22. n. 20. & 21.* † Quòd ſi errans 32.
ex præcedenti ignorantia culpabili, vel habens iudicium erroneum de faciendo, vel omittendo aliquid cum dubio, ſiue formidine oppoſiti, ſeu dubitans de errore, non poterit ſuam conſcientiam errantem vincibiliter, vel cum dubio, aut formidine oppoſiti deponere, vel quia non inuenit monitorem, qui errorem tollat, vel quia hîc, & nunc non dubitat de errore, licèt alio tempore dubitauerit, in tali caſu conſcientia erronea, ſeu error redditur inuincibilis, cùm hîc, & nunc ea ignorantia non poſſit tolli, vt tradunt Doctores mox allegandi. Quare licèt à principio vincibilis, & culpabilis fuerit, tamen cùm operationem dirigit, inuincibilis eſt, quia hîc, & nunc ea ignorantia vinci non poteſt, vt ſupponimus; ac proinde in huiuſmodi caſu errans tenetur talem conſcientiam erroneam ſequi, nec peccat ei obediendo; quia quando conſcientia erronea, ſeu error eſt inuincibilis, homo tenetur, (vt oſtenſum eſt,) errorem ſequi, & ſe illi conformando non peccat, ex dictis. ita Sanchez *d. cap. 11. num. 12. fine,* Caſtrus Palaus *d. part. 2. num. 4.* Bonacina *d. p. 4. n. 27.* Sancius *d. num. 26.* Salas *d. diſp. vnica num. 44.* & Gordonus *d. quaſt. 9. num. 25. & 28.* Num verò ſit maius peccatum agere conſcientiam erroneam vincibilem, quàm agere ſecundùm illam, explicatur infrà *num. 52.*

Ex dictis in explicatione, & probatione vtriuſ- 33.
que partis præfatæ aſſertionis ſequitur ratione conſcientiæ erroneæ, & illius obligationis hominem nunquam effici ſimpliciter perplexum, ſeu conſtitutum in abſoluta neceſſitate peccandi, ſeu obligatum ad contradictoria, ita vt vtrinque, ſcilicet conformando ſe conſcientiæ erroneæ, ſiue faciendo oppoſitum eius, quod ipſi dictat, peccatum incurratur. nam ſi conſcientia ſit ex ignorantia inuincibili, operando iuxta eam non peccat; ſi ex vincibili, peccat quidem operando ſecundùm illam, ſicut etiam non operando: ſed quia ignorat, quod ſcire tenetur, & poteſt, ac debet huiuſmodi conſcientiam, ſeu errorem deponere, vt dictum eſt, ideo nunquam abſolutè, & ſimpliciter perplexus eſt, & obligatus facere malum; & ſi non deponat errorem, illi tribuitur perplexio, non autem connexioni neceſſatiæ prædictarum operationum iuxta, vel contra conſcientiam. Ita Doctores citati, & alij.

Dictum eſt autem in aſſertione, *ſi conſcientia di-* 34.
ctat eſſe faciendum, vel omittendum ex obligatione præcepti, ſcilicet, *tanquam præceptum, vel tanquam prohibitum;* nam ſi conſcientia erronea, & vincibilis proponat obiectum, vt indifferens, id eſt, nec præceptum, nec illicitum, ſeu prohibitum, licitum erit vel obedire, vel non obedire illi; vt ſi quis errat iudicando aliquid eſſe præceptum, & ſcit non eſſe malum, aut prohibitum, non peccat id faciendo, licet erret iudicando; & ſi errat iudicando eſſe prohibitum, & ſcit non eſſe præceptum, & faciendum ex obligatione, non peccat illud omittendo; & ideo cùm in tali caſu poſſit euitare peccatum, non tenetur deponere conſcientiam expellendo ignorantiam, aut illam reddere inuincibilem, vt notant Sa-
las *num. 23.* & Reginaldus *loco mox allegando.* † Et 35.
ſimiliter ſi conſcientia erronea vincibilis aliquid dictet, ſeu proponat vt honeſtum, & licitum, (quod tale non eſt,) ſed non vt præceptum, ſed ſolùm per modum conſilij, & liciti, (v.g. licere furari ad dandam eleemoſynam, vel mentiri ad conſeruandam vitam propriam, vel alterius,) homo non tenetur ſe conformare illi, cùm non teneamur velle omnia, quæ honeſta & licita arbitramur, aut quæ ſunt tan-

tùm

Digitized by Google

tùm de conſilio,& minimè de præcepto : & ita non obligatur ſimpliciter,& determinatè ad talem conſcientiam erroneam deponendam, auferendo ignorantiam , vel ad reddendam illam iouincibilem, (ſicut cùm dictat per modum præcepti , aut prohibitionis,) ſed diſiunctiuè , ac indeterminatè , vel ad depooendam , aot reddendam inuiucibilem, vel ad non conformandum ſe illi. ita Vaſquez *d.cap.2.n.7.* Salas *d.ſect.3.num.*1. & Reginaldus *d lib.*13. *num.*74. vbi tamen cum Corduba *d. quaſt.* 4. *propoſitione* 5. aduertit,quòd,licèt quòd in prædictis caſibus homo noo teneatur deponere erroneam conſcieotiam,ob eam rationem, quòd poreſt ſe immunem à peccato ſeruare , illa ſtante. Nibilominus habita ratione præcepti generalis,quo quiſque tenetur euitare errorem moralem , tanquam occaſionem proximam peccati , (vnde monuir Sapiens Eccleſiaſtici 17. *non demoreris in errore* ,) de omni couſcientia erronea videtur abſolutè dicendum , quòd deponenda ſit. Nunc ad rationes pro confirmatione primæ opinionis Durandi ſuprà *num.*25. adductas.

36. Ad primam rationem eiuſdem primæ opinionis, reſpondetur, Conſcientiam erroneam non obligare ad rem formaliter illicitam , vel contra legem Dei formalitet ; & ita etiam ratione erroneæ cõſcientiæ nunquam obligari hominem ad peccandum ; nam ſi conſcieotia erronea eſt vincibilis , ſolùm obligar,ne contra illam quis faciar, nuu autem vt eam poſitiuè ſequatur : ſi ſit inuincibilis,quo caſu obligat ad ſui obſeruantiam , obligar quidem ad rem materialiter illicitam, & contra legem Dei , & quæ re vera eſſet peccatum , ſi fieret ſcienter ; ſed formaliter licitam , & ſecundùm legem Dei , & ita honeſtam, & bonam:nam in ordine ad voluotatem noſtram , vt res dicatur , & ſit formaliter bona, vel mala,licita,vel illicita, præcepta, vel prohibita, aut contra legem Dei, non debet conſiderari ſecundùm ſe, & materialiter , ſed prout ab intellectu practico eidem voluntati proponitur,(vt ſuprà eſtenſum eſt;) quare cùm inuincibiliter errans dictat ei voluntati aliquid intrinſecè,& à parte rei malum,& illicitum, ac contra legem Dei,eſſe bonum, licitum, & de neceſſitate faciendum , vel omitteodum ex obligatione præcepti,tunc ob inuincibilem, & inculpabilem iguorautiam in otdine ad voluntatem cenſetur , & eſt formaliter bonum , & honeſtum , & licitum, & de lege Dei , & voluntas ſe confotmans tali dictamini intellectus errantis inuincibiliter non peccat, ſed facit opus honeſtum,vt dictum eſt, & ita ſuppoſito errore intellectus iouincibili , voluntas per accidens obligatur quidem ad id , quod eſt materialiter,& in re malum, & legi Dei contrarium, formaliter tamen eſt bonum , & diuina lege præceptum. Vnde ſi dicatur nec Deum poſſe obligare ad id, quod eſt intrinſecè & in re , & natura ſua malum; ergo multo minus conſcientia. Reſpondetur primò,negando conſequentiam , etenim Dei iudicium non poteſt eſſe erroneum, obligatio autem ad opus Intrinſecè malum non poteſt dati, niſi per accidens ex errore. Secundò reſpondetur Deum obligare poſſe ad intrinſecè malum , non præcipiendo illud per ſe, ſed mediante conſcientia erronea , quæ eſt à Deo , vt à cauſa vniuerſali , item mediante illo iudicio vero conſcientia ſequenda eſt,quo tamen caſu dicitur Deus præcipere malum materialiter , ſed non formaliter malum.

37. Ad ſecundam reſpondetur , conſcientiam erroneam non facere obligationem , & præceptum abſolutè,& re ipſa, ſed in apprehenſione, & exiſtimatione. Addunt Vaſquez *d. diſp.* 61. *num.* 9. Saytus *num.*12. & alij,quòd notitia quæcunque etiam vera non facit obligationem in re , ſed rantùm in exiſtimatione more homano , vt conditio,non vt cauſa, eam in re ipſa aliunde ſupponens , eo quòd oullum præceptum obliget , niſi media apprehenſione , ſeu practica cognitione rationis , quæ eſt immediata regula noſtrarum operationum ; quare cùm ſuperuenit vera notitia , & conſcientia recta , tollit tantùm obligationem, quæ erat in apprehenſione, ſeu dum quid apprehendebatut per conſcientiam erroneam,& eodem modo,qoi nomine Principis legem aliter promulgat, quàm data ſit , Inducit tantùm obligationem ſecundùm appreheoſionem populi, quæ per veram notitiam tollitur.

Ad tertiam reſpondetur ex dictis , Deum neque 38.
per ſe , neque mediante conſcientia erronea præcipere contradictoria formaliter , ſicut neque per ſe, neque mediante conſcientia erronea nunquam præcipit malum , vt malum formaliter , nam meodacium ob ſaluandam vitam propriam , vel alterius, ſuppoſito illo dictamine conſcientiæ erroneæ inuincibilis , habet rationem boni , & honeſti in apprehenſione.

Ad quattam reſpondetur , dum conſcientia errat 39.
iudicando malum,intrinſecè eſſe bonum, & faciendum ex obligatione præcepti , vel è contra , Deum ad tale iudicium coneurrere ſolùm vt eſt cauſa vniuerſalis : poſito autem errore inuincibili præcipit id,quod in re eſt malum, v.g. eſſe mentiendum, non abſolutè,ſed ex ſuppoſitione, quòd conſcientia errans id dictet , quo caſu habet ratiooem boni , & honeſti ſecundùm apprehenſionem.

§. VIII.

Actus conformis conſcientiæ erroneæ inuincibilis eſt bonus , conformis verò conſcientiæ erroneæ culpabili nullam habet bonitatem moralem , & an liceat delectari de actu facto ex conſcientia erronea inuincibili , & ad illum inducere errantem ; & an peccans ex conſcientia erronea culpabili committat duplex peccatum.

EX dictis infertur contra Martinum de Magiſtris 40.
*quaſt.*1. *de ebrietate,ad* 9. & Angeſtum, (quos referunt Salas & Sanchez ,) actum , quo voluntas ſe conformat conſcientiæ erroneæ inuincibili , & inculpabili , eſſe moraliter bonum , licèt à parte rei obiectum ſit malum. nam, (vt *num.*20. dictum eſt,) obiectum voluntatis, à quo illius actus ſumit bonitatem,vel malitiam,& ſpeciem, non eſt bonum, vel malum vt in ſe , & quomodocunque , ſed prout illi proponitur à iudicio rationis, cùm ipſa ſit potentia cœca , nec in incognitum ferri poſſit , vnde & illud ſequi debet; quapropter ſi per iudicium rationis inculpabiliter iudicatur aliquid eſſe boneſtum , & vt tale eidem voluntati proponitur , voluntas tali iudicio ſe conformans , illudve ſequens,benè moraliter aget;quia licèt obiectum ipſum verè ſit malum, hæc tamen malitia ſine culpa non agnoſcitur, & ex alio capite habemus voluntatem , quæ ſequitur iudicium talis conſcientiæ erroneæ amplecti obiectum bonum,quia illi proponitur ſub ratione boni, & honeſti,ideo etiam actus bonus erit. Confirmatur,quia benè moraliter operatur, qui bono fine, & modo facit , quod tenetur facere, in tali autem caſu voluntas, ſeu homo ſimpliciter, & abſolutè obligatur ad actum illum, vt probatum eſt. ita Almain. 1. *moral.*

moral.c.4. Corduba *q.23.de ignorantia,* Vaſquez, Say-
rus *locis ſuprà num.27. allegatis,* Azorius *cap.8.q. vlti-
mo*, Salas *d.ſect.3.num.*20. Sanchez *d.cap.11.num.17.*
Reginaldus *d.lib.13. num.71. & 72.* Bonacina *d p.7.
num.23.* Filliuc. *d.cap.4. num.123.* Caſtros Palaus *d.
punct.num.6.* Gutdoo *d.quaſt.9.num.19.* & Hietony-
mus Pharao *in prompt. animæ tract. 1. in appendice,
ſect.2.caſu* 1. qui oomes addunt eundem actum vo-
luotatis, ſeu hominis conformem conſcientiæ erro-
neæ inuincibili eſſe in ea ſpecie virtutis, cuius eſt
motiuum bonum, & cuius eſſet, ſi obiectum à parte
rei eſſet tale, & à Deo præceptum. v.g. Conſcientia
erronea inuincibilis dictat eſſe obligationem fu-
randi, aut mentiendi ad proximo ſubueoiendum;
actus voluntatis, ſeu hominis conformis tali con-
ſcientiæ, erit miſericordiæ. Quod probatur, quia
actus ille furti, vel mendacij caret formali malitia,
& eſt bonus, vt probatum eſt, ſed actus bonus ſumit
bonitatem, & ſpeciem à motiuo, & fine prætenſo.
Prætetea obiectum voluntaris, vt dictum eſt, non
dat ſpeciem, niſi vt proponitur eidem voluntari, io
hoc autem caſu proponitur ſufficienter, & prudèn-
ter, (cùm ſupponamus errorem inuincibilem,) non
ſolùm ſub ratione honeſti, ſed & talis honeſti, ſeu
miſericordiæ. Declaratur magis, actum illum furti,
vel mendacij eſſe bonum, & in ſpecie miſericordiæ;
nam ad miſericordiam non requiritur vera neceſſi-
tas proximi, ſed apparens; ergo nec vera honeſtas,
aut Dei præceptum verum, ſed ſufficit apparens;
& vtriuſque ratio eſt illa eadem, quòd obiectum
voluntatis non tribuit ſpeciem, & bonitatem, aut
malitiam, vt eſt in re, ſed vt proponitur per intelle-
ctum; ac proinde ſicut ad actum miſericordiæ non
ſufficit neceſſitatem, vel obligationem eſſe veram,
niſi conuenienter proponatur, ita neque obeſt, eam
eſſe falſam, ſi conuenienter proponatur, ſcilicet ſuf-
ficienter, & prudenter, ſeu cum prudenti, & mora-
liter certo iudicio rationis. Aduertendum autem ſi
quis inuincibiliter putans aliquid eſſe de fide cre-
dat, poterit quidem eſſe meritum, non tamen elicie-
tur hic actus ab habitu infuſo fidei, & ita oon erit
41. actus fidei diuinæ, & ſupernaturalis. † An verò ſi
conſcientia inuincibiliter errans dictet, aliquid eſſe
indiffereos, actus illi conformis ſit indifferens, ſci-
licet, nec bonus, nec malus. Affirmant nonnulli, &
ita ſuſtinebunt, qui volunt poſſe dari actum indif-
ferentem in indiuiduo. At Salas & Sanchez *locis
num. precedenti allegatis*, aſſerunt actum illum non
futurum indifferentem, eo quia iuxta magis com-
muoem, & veriorem opinionem non poſſit dari
actus indifferens io indiuiduo: & quia, vt actus ſit
bonus, & honeſtus, non requiritur, vt obiectum in
actu exercito iudicetur bonum, & honeſtum, ſed
ſatis eſt, ſi in eo collucear aliqua conuenientia ſine
vlla turpitudine, & diſſonantia ad rationem, vel na-
turam rationalem, de qua re latè idem Salas *lib. 2.*
42. *tract.7.diſp.4.ſect.3. num.11. cum ſequentibus.* † Hinc
cùm actus conformis conſcientiæ erroneæ inuin-
cibili proponenti malum tanquam bonum, & præ-
ceptum neceſſariò hic, & nunc amplectendum ca-
reat malitia, & ſit bonus, erit licitum poſt ſuperatam
ignorantiam gaudere de illo, quòd factus ſit per
ignorantiam inuincibilem, & conſequenter ſine
peccato. Item in illo caſu furti ad ſubueniendum
proximo, licebit gaudere de actu voluntatis dandi
eleemoſynam, & de ſubuentione pauperis. Illicitum
verò eſt gaudere de eo ſecundùm ſe, nempe de abla-
tione alienæ pecuniæ, aut mendacio poſt notitiam
turpitudinis, ſeu malitiæ, quia viriaretur niſi igno-
rantia excuſaret, ita Sanchez *lib. 2. de matr. diſp.* 38.
*num.*18. & Reginaldus *d.num.* 22. Gordonus *loco ci-
tato.* † Hioc etiam ille, qui ex inuincibili ignoran- 43.
tia exerceret actum aliàs malum, & illicitum, ſiue
ex iure humano, ſiue diuino iudicans eſſe bonum,
& licitum, poteſt, & debet relinqui in hac ſua bona
fide, & minimè admoneri, neque etiam à ſuperiore,
v.g. Parocho, vel Epiſcopo, aut Prælato, vel à Con-
feſſario, ſi ex admonitione non ſperatur fructus,
ſed potiùs ſcandalum aliquod, aut damnum immi-
neret, vt dixi *in tract. de contractu matrimonij cap.2.
num. 91. & 92.* & præter Doctores *ibidem* relatos,
docent Adrianus *in 4. de confeſſ. dub. 7. poſt quintam
quæſtionem.* Nauarrus *in d.cap. ſi quis autem, de pœnit.
d.7. num.72.* Reginaldus *d.num.72.* Filliuc. *d.cap.4.
num.124.* & Ægid. Coninch *de Sacr.diſp.8.num.137.*
correctio eoim fraterna tantùm debet adhiberi,
quando eſt profutura. † Imò Adrianus, & Nauar- 44.
rus *locis citatis* aiunt, quòd ex errore inuincibili
exercentem bona fide actum re ipſa prohibitum,
qui non præiudicet tertio, Parochus, Epiſcopus, aut
quiſuis alius noo tenetur illius erroris admonere,
cùm ob ignorantiam iouincibilem non peccet;
quod idem ſentire videtur Reginaldus *d. num.* 72.
Sed contrarium & Parochum, vel Epiſcopum, aut
Confeſſarium & quemlibet alium, ſi putet ſe pro-
futurum ſine graui incommodo, teneri admonere
huiuſmodi errantem, ad hoc vt relinquat ſtatum,
qui materialiter eſt ſtatus peccati, tenui *in dicto c.2.
tractatus de matr.contractu num.90.* & tradunt Suarez
& alij *ibidem* relati, & Sanch. *d.diſp.*38. *num.*5. quia
ex charitate tenemur admonere proximum, etiamſi
ignoranter faciat id, quod ex ſe eſt peccatum, quan-
do eſt ſpes fructus, & poteſt fieri ſine graui incom-
modo, ad quod Parochus, Superior, & Confeſſarius
tenentur etiam ex officio. quomodo autem intelli-
gendum ſit *cap. quia circa, de conſanguinitate*, ex quo
videtur confirmari dictum Adriani & Nauarri, ex-
plicatum eſt *d.c.2. n. 92.* † Num verò liceat actum, 45.
qui in ſe eſt malus, conſulere alicui, qui propter
ignorantiam inuincibilem à peccato excuſatur, v.g.
inducere ad reddendum debitum mulierem quæ ex
ignorantia inuincibili exiſtimat validum matrimo-
nium, re ipſa irritum ob occultum impedimentum?
Negandum videtur abſolutè, quia conſultor, vel in-
ducens, cùm non habeat ignorantiam, ſed ſciat
actum eſſe malum, conſuleret, & induceret ad pec-
catum, v.g. in prædicto exemplo mulieris, ad forni-
cationem, quod non licet, nam conſultus, vel indu-
ctus excuſatur ſolùm ob ignorantiam, ita Reginal-
dus *d.n.72.* & ita ſentire videtur Salas 4. *diſt.18.q.2.
art.4.ad* 2. vbi ait, Confeſſarium non poſſe monere,
& inducere præfatam mulierem coniugatam inuin-
cibiliter ignorantem matrimonij nullitatem, vt red-
dat debitum, ſed ſolùm in genere debere dicere con-
iuges teneri reddere debitum, & regulariter id ve-
rum, & ſeruandum exiſtimo. At aliquando poteſt li-
cere inducere ad talem actum in ſe malum, qui ob
ignorantiam inuincibilem caret culpa, vt ſi erranti
admonitio non eſſet profutura, & aliunde ſit ratio-
nabilis cauſa inducendi errantem ad talem actum,
vt in præfato caſu; ſimiliter ignorantia inuincibili
credens matrimonium in re nullum, eſſe validum,
ex alia cauſa, quàm ex dubio, vel ſcrupulo valoris
matrimonij negaret debitum, Confeſſarius poſſit
illam nedum conſilio, ſed etiam præcepto inducere
ad reddendum debitum; quia cùm vbi admonitio
erroris non eſt profutura, mulier pœnitens inuin-
cibiliter errans ſit in illa ignorantia relinquenda,
peccat mortaliter ex ignorantia ſuppoſita non red-
dendo, & ita non poteſt Confeſſarius illam abſul-
uere,

uere, niſi ptoponat ſe in poſterum redditucam, & conſequenter idem Confeſſarius non ſolùm poteſt licitè monere, & conſilio inducere, vt reddat, ſed & id illi præcipete tenetur; quo caſu non conſulit, aut præcipit rem malam, ſed tem honeſtam, & debitam ſuppoſitis eitcunſtantiis occurtentibus; ſicut non menritur dicens alterum eſſe ſuum coniugem, cùm xeputatione ſit. Sicut B. Virgo dixit verum *Luca* 2. aiens, IESV inuento in templo. *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*; cùm tameu Ioſeph ſola reputatione eſſet pater. ita poſt Ledeſmam 2.*p*.4.*q*.8.*art*.4. *dub*.10. *ad finem*. Cordubam *in ſumm.q*.289. *punct*.1. Hentiq.*lib*.6.*c*.27.*n*.5. Sanchez *d.diſp*.38.*n*.8. Filliuc. *dicto n*.124. & Coninch *d.diſp*.8.*n*.139.

46. Pottò licèt actus conforoois conſcientiæ erroneæ inuincibili, & inculpabili ſit boous, nihilominus & actus, qui eſt contra conſcientiam vincibilem dictanteio obiectum in re malum, & prohibitum eſſe bonum; & etiam, qui tali conſcientiæ eſt conformis, eſt malus, & nunquam boous, ita vt in tali actu conformi conſcientiæ erroneæ vincibili dictanti, vt quid bonum rem, quæ in ſe eſt mala, & prohibita, nihil bonitatis moralis reſultet ea obiecto, quod bonum iudicatur, & propter eam apparentem bonitatem amatur, vt tradunt S. Thom. *d.q*.19.*art*.6.*ad* 1. Corduba *d.q*.4.*dub* 3. Azor. *d.c*.8. *verſ.quarta*. Vaſq. *d.diſp*.60.*c*.3. Salas *d.ſect*.5.*n*.26. Saytus *d.c*.4.*n*.27. & alij. Rationem affert S. Thomas, quia bonum conſurgit ea integra cauſa, malum autem ex ſingulis defectibus, ac propterea, vt dicatur actus malus, ſufficit, ſi ſit circa id, quod cognoſcitur eſſe malum, quomodocunque cognoſcatur. Verùm vt ſit bonus, obiectum debet eſſe bonum, non ſolùm in re ipſa, ſed ſecundùm opinionem eius, qui operatur. Quòd ſi dicatur, vt actus ſit bonus moraliter, ſufficere, ſi obiectum eaiſtimetur eſſe bonũ, licèt re ipſa nõ ſit, quod contingit cùm actus eſt conformis conſciẽtiæ erranti culpabili dictanti rem malam eſſe bonam, Cord. & Vaſq. magis explicantes rationem S. Thomæ, reſpondent, bonitatem actus moraliter requirere integram cauſam, vt D. Thom. docet; at verò integram, & ſufficientem cauſam bonitatis moralis actus eſſe, ſi obiectum, in quod fertur, ita iudicetur bonum, vt nullo modo malum, cùm ad malitiam ſufficiat defectus in intellectu iudicante aliquo modo eſſe malũ, ad quod ſatis eſt, ignorantia vincibilis, ratione cuius, cùm ſit voluntaria, huiuſmodi iudicium cenſetur voluntarium, & conſequenter malitia imputatur. Quare actus contra conſcientiam erroneam eſt malus, licèt in re obiectum ſit bonum, quia malitia eſt voluntaria, cùm ſit à principio intrinſeco cognoſcẽte ipſam malitiam; actus autem conformis eidem conſcientię erroneæ vincibili rem malam, & prohibitam, vt bonam, & præceptam, eſt malus, quia licèr feratur in bonum apprehenſum, maner tamen ratio voluntatis circa malum, quia illud obiectum in re mala non iudicatur prudenter, & rationabiliter bonum, ſed ex ignorantia vincibili, & culpabili, quæ non tollit rationem voluntatis, ac proinde obiectum ſit culpabiliter exiſtimatum bonum, nullam poteſt actui conferre bonitatem moralem, nec excuſat omninò à malitia. Quod etiam confirmatur, quia imprudentee agit, qui ignorantiam vincibilem ſequitur, actus autem imprudens non poteſt eſſe bonus.

47. † Quod autem ait Ocham *in* 3.*q*.13. peccantem ea conſcientia erronea vincibili, & culpabili duo committere peccata, alterum omiſſionis debitæ diligentiæ ad tollendam ignorantiam, alterum commiſſionis, vel faciendo quod conſcientia erronea dictat, eſſe fugiendum, vel faciendo malum, quod conſcientia culpabiliter iudicat bonum, reiiciunt Salas *d.n*.26. Vaſq. *d.diſp*.60.*c*.2. & Ariaga 1.2.*tom*.1.*diſp*.12.*n*.22.& 23. eo quòd omiſſio illa non ſit mala, niſi quatenus eſt cauſa talis commiſſionis, vnde idem peccatum cenſetur. Sicut etiam quando commiſſio eſt mala ratione omiſſionis, v. g. cùm quis ob ſtudium omittit ſacrum, ſtudium, quod eſt cauſa omiſſionis, cenſetur idem peccatum cum illa, quia tota eius malitia videtur conſiſtere in eo quod eſt eſſe cauſam illius omiſſionis. quæ omnia ſunt valde probabilia.

§. IX.

Vnde, ſeu ex quo præcepto oriatur obligatio operandi ſecundùm conſcientiam, & an agere contra conſcientiam ſit duplex peccatum, in confeſſione explicandum, vnum quod fiat contra conſcientiam, alterum quod fiat contra ſpecialem virtutem, ſeu præceptum, quod proponitur.

EX dictis quoque à *num*.27. inferri poteſt reſolutio illius difficultatis, ſcilicet, vnde, & ex quo oriatur obligatio non faciendi contra conſcientiam erroneam, ſeu quo præcepto teneamur ſequi conſcientiam erroneam, ſeu non diſcordare ab illa, in qua difficultate explicanda varij videntur Doctores. 48.
Nam aliqui aiunt obligationem, qua tenemur vitare, quod conſcientia falsò iudicat malum, vel amplecti quod conſcientia falsò iudicat bonum, & præceptum, non oriri per ſe ex ipſa conſcientia erronea, ſed tũ ea ſynderesi, ſeu ea principio naturali dictante malum eſſe vitandum, tum ea vi, ſeu præcepto illius virtutis, ad quam pertinet talis actus, qui à conſcientia erronea dictatur, vt ſi dictet eſſe furandum, vel mentiendum ad ſubueniendum proximo, obligat præceptum miſericordiæ, & magis, vel minus pro ratione indigentiæ, & ita diſcordare à conſcientia erronea, erit peccatum contra miſericordiam; idem in ſimilibus cùm conſcientia falsò dictat eſſe obligationem iuſtitiæ, vel religionis, aut caſtitatis, vt aliquid omittatur, vel fiat. v. g. dictet falsò aliquid eſſe reſtituendum, vel non accipiendum id quod verè debetur, aut audiendam Miſſam, cùm nulla vera ſit obligatio, vel non eſſe accedendum ad vxorem ex falſa exiſtimatione nullitatis matrimonij, in prædictis caſibus diſcordare à conſcientia erronea, erit peccatum contra iuſtitiam, aut contra religionem, & caſtitatem. Virtutum enim præcepta obligant ad euitanda non ſolùm ipſis re ipſa contraria, ſed etiam quæ contraria, & aduerſa eſſe conſcientia errans dictat. Quare iuxta hanc explicationem conſcientia erronea eſt tantùm conditio, ſine qua ſynderesis, ſeu lumen naturale, aut virtus particularis non obligat, & ea exiſtente homo, ea præcepto ſynderesis, aut particularis virtutis teneatur vitare, aut facere id, ad quod ea ſecluſa non tenebatur. ita Nauarrus *in man. præludio*.7.*n*.15. (vbi dicit, eum, qui facit, quod falsò exiſtimat eſſe malum, peccare contra generalem legem naturæ, quæ vetat mala fieri.) Valent. *tom*.2.*diſp*. 2.*q*.14.*p*.4.*q*.1. Gord. *d.q*.9.*n*.19. Sanch. *d.c*.11.*n*.4. Syiu. *verb. conſcientia*, (vbi dicit conſcientiã erroneam non obligare auctoritatiuè, ſed per modum præconis promulgantis legem Dei,) & idem innuunt Vaſq. *d. diſp*.60.*n*.8. & Sayrus *d.c*.4.*n*.12. dum dicũt conſcientiam ſiue veram, ſiue erroneam non efficere obligationem, ſed ſupponere obligationem præcepti, quod tamen non obligaret, niſi ab ipſa proponeretur. & Sayr. *n*.26. expreſsè ait, quòd cõſcientia vera non eſt lex, ſed proponit legem: & iuxta hanc explicationem

Sanchez ait locutos eſſe Durandum, & alios ſuprà *n.*25. relatos, dum dixerunt conſcientiam erroneam non propriè obligare, ſed ligare; ſcilicet, quia ipſa non eſt, quæ præceptum inducit, ſed ipſa exiſtente quaſi ligati ſumus ad eius dictamen ſequendum.

49. † Sed dicendum eſt conſcientiam erroneam non ſolùm vi dictaminis generalis dictantis malum eſſe fugiendum, & vi particularis virtutis, contra quam eſt malum, quod conſcientia dictat vitandum, non obligare, vt illi obediamus, ſed obligationem ſequendi illam oriri etiam ex ipſamet conſcientia. Quod probatur, nam impreſſum eſt in nobis naturale præceptum obligans nos ad ſequendam conſcientiam, cùm id lumine naturæ iudicemus, ſcilicet, vt iudicium rationis, (quod nil aliud eſt, quàm conſcientia, vt ſuprà dictum eſt,) in agibilibus ſequamur. quod præceptum etiam expreſſum eſt in Scriptura, Sanctis Patribus, & ſacris canonibus, vt ex dictis *n.*19. colligitur. Vnde conſcientia, ſeu ratio practica, (vt ſæpe dictum eſt,) dicitur, & eſt proxima regula humanarum actionum, nam licèt prima regula, cui actio bona debet eſſe conformis, & à qua actio diſſonans eſt mala, ſit lex æterna, & diuina; ſeu ipſa natura rationalis, quatenus rationalis eſt, (vt ait Vaſq. *diſp.*58.*c.*2.) eo quia illud, quod conueniens, & conſonum eſt legi *æternæ* Dei, & naturæ rationali, vt rationalis eſt, dicitur, & eſt bonum morale, quod diſſonum, & diſconueniens, malum morale, & ideo malum morale eſt furari, quia non conforme legi æternæ, nec decet, aut conueniens eſt naturæ rationali; è contra ſubuenire indigenti bonum, quia conforme legi æternæ & diuinæ, & conueniens, ac decens eſt naturæ rationali. Nihilominus, quia voluntas, vtpote potentia cœca, non poteſt amplecti conſentaneum, vel reſpuere diſſentaneum legi æternæ, & diuinæ. & naturæ noſtræ rationali, quatenus rationalis eſt, niſi quatenus id tale per intellectum, & rationis iudicium, (vt ex dictis ſuprà *num.*10. *&* 28. conſtat,) proponitur ideo ratio practica, (quæ eſt ipſa conſcientia, vt dixi,) à S. Thoma *d.q.*19. *art.*3. & ab aliis Doctoribus rectè, (vt etiam notat Vaſquez *d. cap.*2.) dicitur & eſt proxima regula humanarum actionum, & ab eadem ratione practica, ſeu iudicio rationis practico pendet bonitas, aut malitia actionis humanæ, & quia humana diligentia non poteſt omnia ſine errore aſſequi, ratio practica proponens aliquid vt conforme, vel difforme legi æternæ, vel conueniens, aut diſconueniens humanæ naturæ, quatenus rationalis eſt, iudicatur, & eſt recta, ſi diligenter, & prudenter proponit id, quod conueniens, vel diſconueniens legi æternæ, & naturæ rationali, vt rationalis eſt, videtur, licèt à parte rei & natura obiecti conſiderata non ſit tale; ac proinde licèt ſit ratio errans, dummodo iudicium ſit prudens, vt vera, & recta regula proxima obligat. Quare confirmatur propoſitum dicendum; nam conſcientia vera, & erronea pro eadem reputatur, nam vtraque iudicatur recta, & proxima regula operationis humanæ, ſi ſit diligens, & prudens, vt dictum eſt, & tradit Vaſquez *diſp.*58. *cap.*2. ergo per ſe obligat. Iterum confirmatur, quia conſcientia tam vera, quàm erronea, prudens, & inuincibilis in ſe eſt aliquo modo lex quædam naturalis impreſſa à Deo cordibus noſtris, vt colligitur ex Sanctis Patribus relatis ſuprà *num.*19. & proponit nobis legem Dei, veram, vel apparentem, & turpitudinem, vel neceſſitatem obiecti; ergo ex ſe obligat, quia tenemur obedire legibus Dei, non ſolùm veris, ſed etiam apparentibus. Roboratur magis. nam iudicium ſyndereſis, ſeu illud dictamen generale reflexum, malum eſſe vitandum, non eſt ſemper neceſſarium, vt quis teneatur ſequi conſcientiam ſiue veram, ſiue falſam, (quæ quantum ad hoc pro eadem, vt dixi, reputatur,) immo rarò interuenit; ergo per ſe, & ſemper ex illo non oritur hæc obligatio, ſed aliquando, & ſimiliter vt teneamur ſequi conſcientiam veram, vel errantem prudenter dictantem, non oportet proponere legem Dei, vel præceptum virtutis particularis, ſed ſatis eſt repræſentari aliquid vt turpe; ergo obligatio tunc non oritur ex lege Dei, vel ex præcepto particularis virtutis: oritur autem ex aliqua lege, (quia vbi non eſt lex, neque præuaricatio.) ergo oritur ex ipſa conſcientia, ita Doctores *num. ſequenti* allegandi, Salas *d. ſect.*3. *num.*24. *&* 31. Corduba *d. q.*4. *dub.*1. (vbi ait agere contra conſcientiam eſſe peccatum, tum contra generale præceptum naturale de non malè faciendo, tum contra præceptum de non faciendo, quod creditur, aut dubitatur malè fieri,) & Bonacina *d.quæſt.*4. *de peccatis part.*4. *num.* 16. & ita oportet aliquo modo ſentiant Doctores omnes, dum aiunt conſcientiam eſſe legem noſtri intellectus, ſeu proximam regulam noſtri intellectus dirigentem, & rectificantem actiones voluntatis, nam ſi eſt lex, vel regula, oportet vt aliquo modo ex ſe obliget, licèt etiam obliget quatenus proponit alia præcepta, & legem Dei; & etiam Sayrus *d.cap.*4.*num.*13. dicit conſcientiam veram, quia in re conformis eſt legi Dei, eſſe legem verè, ſeu veram; conſcientiam verò erroneam eſſe legem putatiuè tantùm, ſeu putari legem Dei, cùm tamen non ſit lex, ſicut, inquit, lex eius, quem quis credit eſſe ſuum Prælatum, illum obligat, licèt Prælatus ſuus non ſit, ſed ſuppoſito errore inuincibili, etiam conſcientia erronea eſt lex naturæ, & impreſſa à Deo, & comprehenſa ſub illo generali præcepto naturali, quo tenemur ſequi conſcientiam, ſeu rationem prudenter proponentem id, quod de neceſſitate vitandum, vel efficiendum eſt, vt turpe, & difforme legi diuinæ, & naturæ rationali, vel conforme, & præceptum. Quòd ſi dicatur non eſſe impreſſam à Deo, cùm Deus non doceat falſum, & conſequenter non eſſe naturalem? Reſpondetur ex dictis ſuprà *num.* 39. eſſe impreſſam à Deo non abſolutè, ſed per modum cauſæ generalis, & vniuerſalis, quo pacto concurrit ad omnem actum voluntatis quantumcunque malum, & ad omnem actum intellectus, quantumcunque falſum, qui eſt lex, cui voluntas obedire tenetur. & ita reſpondent Palaus *d.diſp.*1. *punct.*2. *num.*3. *ad* 3. & Salas *d. ſect.*3. *num.* 32. Vbi etiam rectè aduertit non poſſe dari errorem inculpabilem dictantem Deum deberi, aut licitè poſſe odio haberi, cùm lumine naturæ tam ſit manifeſtum Deum eſſe diligendum.

Sed quæres, an agens contra conſcientiam committat duo peccata, vnum peculiare, quia ſcienter agit contra conſcientiam, alterum contra præceptum illius virtutis, cuius actum conſcientia, ſiue vera, ſiue errans proponit eſſe faciendum?

Adrianus *in* 4. *tract. de confeſſione q.*4. *§. venio nunc*, ait 50.
agere ſcienter contra conſcientiam ſiue veram, ſiue erroneam, vel contra dubium conſcientiæ, eſſe ſpeciale peccatum neceſſariò, (ſi aliàs quis non conformando ſe conſcientiæ committat mortale peccatum,) in confeſſione exprimendum, & non ſufficere exprimere ſpeciem peccati aduerſantis virtuti particulari, contra quam peccatur; quia, inquit, addit ſpecialem deformitatem. nam in Euangelio ſeruus ſciens voluntatem Domini, & non faciens, ſeuerius damnatur. Confirmatur, quia agens contra

conſcien

Digitized by Google

conſcientiam ſcienter, tranſgreditur illud præceptum ſequendi conſcientiam, de quo *num. præcedenti.* Adriano ex parte adhæret Angelus Angeſtus *cap. 7. moral. dub. 3.* dum dicit eum, qui peccat contra conſcientiam erroneam, vnico tantùm peccato peccare, quia in eo, inquit, vnica ſolùm eſt ratio diſconuenientiæ, nempè agere contra conſcientiam: eum verò, qui peccat contra conſcientiam veram, peccare duplici peccato, quia tunc eſt duplex difformitas, altera in eo, vt quis agat contra conſcientiam; altera in eo, vt agat contra virtutem, aut præceptum, quod à conſcientia proponitur, & prædictis auctoribus conſentire videtur Guilielm. Pariſienſis *tract. de*
51. *virtutibus, & peccatis c. penultimo.* † At Doctores communiter negant agere contra conſcientiam eſſe peculiare peccatum habens ſpecialem deformitatem, & explicandam in confeſſione, præter eam ſpecialem deformitatem aduerſãtem ſpeciali virtuti, contra quam eſt peccatum: licèt ex eo, quòd quis agat ſcienter contra conſcientiam, poſſit aggrauari peccatum. ita Corduba *d. q. 4. dub.* 1. Azor. *d. c. 8. q. 7.* Vaſq. *d. diſp. 59. c. 3.* Sayrus *d. c. 4. n. 21. & 22.* Salas *d. ſect. 3. n. 31. fine, & n. 34.* Sanch. *d. c. 11. n. 5.* Ariaga 1. 2. *tom. 1. diſp. 22. n. 22. & 23.* & alij. Et probatur, vel quia præceptum non agendi contra conſcientiam, & præceptum ſpecialis virtutis, quod obſeruãdum conſcientia proponit, non differunt ſpecie, vt ait Azor. quia vna & eadem ratio præſcribendi peccatum eſſe vitandum in vtroque ſit; vna enim, & eadem eſt ratio, qua iuſtitia, v. g. præcipit nemini eſſe nocendum, & qua conſcientia recta, & prudens dictat, ne alteri noceat; vbi autem eadem ratione aliquid præcipitur, vel prohibetur, vna eſt legis, ſiue præcepti ratio, & vnicum peccatum, vnaque ſpecie deformitas, licèt plura ſint præcepta: vel quia, vt Corduba, & Vaſq. inquiunt, præceptum, vt agamus contra conſcientiam, ſicut & vitandi malum, faciendi honeſtum, obediendi legi, eſt tantùm generale, & incluſum in alio, (cùm nil ſit quod obligat, niſi mediante conſcientia,) & ſicut cauſa generalis, & particularis producunt eundem effectum, ita hæc præcepta eandem obligationem; vel quia, vt inquit Salas, de ratione peccati in communi eſt agere contra conſcientiam, atque adeò inde non ſumit actus ſpecialem deformitatem. Ex quibus etiam cõtra eundem Angeſtum patet falſum eſſe agentem contra conſcientiam erroneam, non peccare ſpeciali peccato contra virtutem, aut præceptum, quod à conſcientia proponitur, vt tradunt prællegati Doctores, & infrà magis explicabitur: licèt enim peccatum contra conſcientiam ſcienter commiſſum ſit grauius, quàm commiſſum ex ignorantia, aut ex conſcientia dubia, non eſt tamen huiuſmodi circunſtantia explicanda, cùm talis circunſtantia non videatur aggrauare notabiliter, vt docet Salas *d. n. 34.* quòd ſi notabiliter aggrauaret, tunc ait idem Salas fore confitendam, etſi non mutaret ſpeciem iuxta communiorem doctrinam de circunſtantiis notabiliter aggrauantibus intra eandem ſpeciem neceſſariò confitendis. Quamuis dato etiam, quòd notabiliter aggrauaret, vt tenet Valent. *tom. 2. diſp. 2. q. 14. p. 4.* non oportere illam in confeſſione explicare, quia regulariter præſumitur intelligi à Confeſſario, docet idem Valentia, dicens non eſſe neceſſe in confeſſione explicare, ſe occidiſſe hominem contra conſcientiã, quia dicendo, occidi, ſatis exprimitur; id quod videtur approbare etiã Sal *d. ſect. 3. n. 28.* verſùs finẽ; ſolùm igitur eſt in confeſſione explicanda circunſtantia erroneæ conſcientiç, vt Confeſſarius intelligat, & ſufficienter cognoſcat peccatũ, cùm actus contra conſcientiã erroneam in re poſſit eſſe bonus, vel alterius ſpeciei malitiam habere, quam habeat ex conſcientia erronea.

§. X.

An ſit grauius peccatum agere contra conſcientiam erroneam vincibilem, quàm eam ſequi.

SEd nunquid maius peccatum eſt agere contra conſcientiam erroneam vincibilem dictantem aliquid eſſe faciendum tanquam bonum, & præceptum, quod tamen in ſe eſt malum, & prohibitum; vel omittendum tanquam malum, & prohibitum, quod tamen eſt bonum, & præceptum, quàm agere ſecundùm illam? Ioan. Baſſolis *in 2. d. 29. q. vnic. art. 3.* (cui fauet Richar. *eadem diſt. art. 2. q. 4. ad 4.*) opinatur eſſe maius peccatum agere ſecundùm illam, quia, inquit, lex ſuperioris plus obligat, quàm lex inferioris: conſcientia autem erronea eſt lex inferioris, nempè ipſius hominis operantis, quam ſibi ex ignorantia imponit; contrarium verò huic conſcientiæ eſt ſecundùm legem ſuperioris, vel Dei, vel Principis. Sed vera ſententia eſt, non poſſe aſſignari certam regulam, ſed perpendendam eſſe materiam, ex qua alterum ex propoſitis poteſt indifferenter eſſe maius, vel minus peccatum. ita Durand. *d. diſt. 39. q. 5. n. 9.* Almain. *tr. 1. mor. c. 5.* Angeſt. *d. c. 7. mor prima parte textus dub.* 4. Corduba *d. q. 4. dub.* 1. Vaſq. *d. diſp. 60. c. 3.* Azor. *d. c. 8. q. 9.* Sayr. *d. c. 4. n. 24.* Salas *d. ſect. 3. n. 27.* Sanch. *d. c. 11. n. 15.* Gord *d. q. 9.* & Ariaga 1. 2. *tom. 1. diſp. 22. n. 29. & 30.* Exempla ſunt hæc. Eſt maius peccatum agere contra conſcientiam, ſi quis putat eſſe neceſſarium mẽtiri ad tuendam ſuam, vel proximi vitam, quia in iſto caſu non mentiri eſt committere homicidium; ſequi verò conſcientiam, eſt tantùm committere mendacium, quod eſt tantùm peccatum veniale, cùm eſt ſine damno tertij. At verò erit minus peccatum agere contra conſcientiam, ſi quis putet eſſe tantùm peccatum veniale furari ad dandam eleemoſynam, quia furtum eſt mortale peccatum, agere verò contra hoc dictamen conſcientiæ, eſt tantùm
52.
veniale. † Verum quidem eſt, cæteris paribus, & in eadem materia grauius eſſe agere contra conſcientiam, quia eſt peccare, & amplecti malum quaſi ſcienter, conformari autem conſcientiæ erranti culpabili eſt peccare ex ignorantia: & maius peccatum eſt occidere hominem ſcienter, quàm ignoranter. ita quoque Salas *d. n. 27.* & Vaſq. *d. c. 3. n. 12.* vbi etiam ait deceptum eſſe Henr. *quodlib. 1. q. 9.* dum dixit, maius peccatum eſſe agere ſecundùm conſcientiam errantem ex ignorantia affectata, quàm agere contra ipſam; minus verò peccatum agere contra conſcientiam erroneam ex ignorantia vincibili non affectata. Nam quamuis, cæteris paribus, maius peccatum ſit ſequi conſcientiam erroneam affectatæ ignorantiæ, quàm non affectatæ, quia ignorantia non affectata aliquo modo excuſat; tamen ſimpliciter maius, aut minus peccatum in ſequendo conſcientiam culpabilem, aut agendo contra illam ex materia ipſa propoſita expendi debet, vt dictum eſt; quare vno, & alio modo accidere ſolet; nec certa regula aſſignari poteſt, vt præfata exempla oſtendunt. Ad rationem Baſſolis reſpondent Vaſquez, & Sayrus, conſcientiam non eſſe legem, ſed proponere legem aut Dei, aut naturæ, aut Principis, & hac ſolùm ratione obligare; quia eſt propoſitio legis obligantis, quia quòd peccatum ſit maius, ex eo oritur, quòd aliquando apprehenditur, ſeu per conſcientiam proponitur tanquam maior lex illa, contra quam quis putat ſe peccare, quàm ea, cõtra quam peccat ſequendo conſcientiam.

ſcientiam. Sed reſpondetur peccatum eſſe grauius, vel minus graue, quia grauior, vel minus grauis eſt materia virtutis, vel præcepti contra quod peccatur, ſiue operando contra conſcientiam, ſiue ſecundùm eam; nam conſcientiæ tam veræ, quàm erroneæ culpabilis, & ſpecialis virtutis, ſeu præcepti, cõtra quod non ſequendo conſcientiam, peccatur, eadem eſt ratio obligandi, vt *n.*51. dictum eſt: & vniuerſaliter grauitas, vel leuitas peccati non expenditur ex maiori, vel minori dignitate legiſlatoris, ſed ex grauitate materię legis, & ex minori, vel maiori ignorantia, vel aduertentia. Ariaga *d.diſp.*27.*n.*31.*ad* 38. prolixè examinat, an minuatur malitia peccati per hoc, quòd re ipſa nulla ſit lex, & diminuatur bonitas, ſeu meritum actus boni, quia re ipſa non ſit præceptum, ſeu actus alicuius virtutis; ſed ex dictis ſuprà *n.*20. patet difficultatis reſolutio. Cùm enim bonitas, & malitia actus humani non ſumantur ab obiecto, vt eſt à parte rei, ſed prout ab intellectu apprehenſum, & voluntati per apprehenſionem, ſiue intellectus cognitionem propoſitum, nil refert ad maiorem, vel minorem bonitatem, vel malitiam moralem actus voluntatis, quòd ſit, vel non ſit lex illam præcipiens, vel prohibens, ſed tota malitia, & bonitas deſumitur ex aduertentia rationis, & ex bonitate, vel malitia obiecti, prout per cognitionem intellectus eidem voluntati propoſiti.

§. XI.

Si quis ex conſcientia erronea inculpabili exiſtimet vtrumque oppoſitorum eſſe peccatum, quam partem eligere debeat, & poßit ſine peccato.

54. EX dictis infertur, quòd ſi quis errans ex ignorantia inuincibili eò perplexitatis deueniat, vt putet vtramque partem contradictionis peccatum ſibi eſſe, mentiri, v.g. contra veritatis virtutem, & non mentiri contra miſericordiam, vel ſi ex ignorantia vincibili præterita in hac perplexitate ſit coniectus, & hîc, & nunc ſe tali errore ipſe explicare non poſſit, neminémve habeat, (quo caſu ignorantia ex vincibili redditur inuincibilis, iuxta tradita ſuprà *n.*32.) quem conſulat, tunc eligendum erit id, quod minus malum apparet, v.g. in caſu propoſito mentiendum erit, vt culpa, quæ grauior videtur contra miſericordiam, euitetur, vt etiam tradunt Doctores mox allegandi, ex duobus enim malis minus eligendum, *c. nerui, & c. duo mala, d.*13. Non tamen in tali caſu mentiri imputabitur vt culpa, etenim cùm non ex neceſſitate, ſed ex libertate omne peccatum committatur, ideo in tali caſu, quo homo perplexus ex inuincibili errore exiſtimat ſibi impoſitam neceſſitatem, ſeu obligationem ex duobus, quæ alioqui mala iudicat, alterum faciendi, formare poteſt, & debet, hoc judicium practicum hîc, & nunc ſibi licere, nec fore imputandum, ſi quod minus malum ſibi apparet, elegerit. ita Abbas *in c. non magnopere, n. vltimo, de immunitate Eccl.* Regin. *d. lib.*13.*n.*77.*&* 86. Paulus Layman *d.c.*4.*n.*4. Bonac. *d.p.*4.*n.*27. Gordon. *d.q.*9.*n.*24. *fine.* Ioann. Sancius *d.diſp.*41.*n.*27. Ariaga *d.diſp.*22. *n.*19.*&* 24.*& diſp.*23.*n.*5. Sanch. & Henriq. *locis infrà citandis*, & alij communiter, quos latè refert, & ſequitur Aug. Barboſa *collect. ad d.c. duo mala n.*1.5.*&* 6.

55. Quòd ſi quis errans ex ignorantia inuincibili, vel præterita vincibili, & culpabili hîc, & nunc reddita inuincibili ob defectum monitoris, qui tollere poſſit errorem, adeò perplexus ſit, vt neſciat diſtinguere, vtrùm ex duobus propoſitis malis minus, aut grauius exiſtat, tunc aliqui à Sanch. *d.c.*9.*n.*13. relati dixerunt, hunc peccare quodcunque eligendo, quia facit contra conſcientiam, ſcilicet exercet actum tendentem in obiectum in ſua exiſtimatione prohibitum, & actus eſt liber. v.g. curans infirmum, qui putet eſſe peccatum non audire ſacrum in die feſto, & etiam eſſe peccatum, ſi deſerat infirmum, vt audiat ſacrum; poteſt dum infirmum curat, deſerere infirmum, & audire ſacrum, & ſimiliter poteſt omiſſo ſacro aſſiſtere infirmo. Sed longè verius eſt in tali caſu non peccare, quicquid elegerit, ſeu egerit, (dummodo cautè hoc placitum ita dirigat, vt præ inordinata alicuius partis affectione non decipiatur, fingendo perplexitatem, vbi nulla eſt,) quia nemo neceſſitate peccat, at talis actus licèt in ſe, & abſolutè ſit liber, tamen moraliter, & humano modo, ſeu in ordine ad culpam vitandam non eſt liber, cùm quouis ex duobus malis apprehenſis electo, culpa neceſſariò immineat, & ita caret culpa cuiuſuis partis electio, nam vt actio ſit culpabilis, & peccatum, requiritur libertas actionis non in genere entis, ſed in genere moris, ſcilicet quatenus culpam vitare poteſt. ita Sanch. Regin. Ioann. Sancius, Laym. Bonac. *locis citatis*, Henriq. *lib.*12.*c.*6.*n.*7. Hieronym. Pharao *in prompt. animæ tract.*1.*ſect.*1.*caſu* 1. Auguſt. Barboſa *d. collect. n.*7. Leſſius *lib.*1.*de iuſtitia c.*1.*num.*5. & alij apud Sanchez, Bonacinam, Layman & Barboſam.

§. XII.

Vtrùm plus obliget conſcientia erronea, an præceptum Prælati, ſiue Superioris.

56. SEd quid ſi conſcientia erronea dictet eſſe peccatum, quòd Superior, ſeu Prælatus præcipit, & non eſt malum, ſed bonum, vel ex natura indifferens, plus ne tunc obligat conſcientia, quàm Prælati præceptum, ita vt magis ſit conſcientiæ, quàm Prælato obediendum? Vna ſententia quæ eſt S. Thom. 2. *diſt.*39.*art. vlt. ad* 3. Armillæ *v. conſcientia, n.*1.*&* 2. & Bartbol. Medinæ 1.2.*q.*19.*art.*15.*q.*3. quos ſequi videtur Azor. *d.c.*8.*q.*10. aſſerit plus obligare cõſcientiam erroneam. Ratio eſt, quia hæc conſcientia non obligat, quia ita quis exiſtimet abſolutè, ſed quia exiſtimat eſſe præceptum, ſiue voluntatem Dei, ſed magis obligat voluntas Dei, quàm alterius ſuperioris. & hanc ſententiam amplexus eſt etiam Paſq. *dec.*472.

57. Secunda ſententia, quæ eſt S. Bonauenturæ *d.diſt.* 39.*art.*1.*q.*3.*ad vltimum*, ait magis eſſe ſtandum præcepto Prælati, & Superioris, præſertim quando præcipit id, quod poteſt, & debet.

58. Tertia, quæ eſt Alexand. de Hales *p.*2.*q.*120. S. Antonini *p.*1.*tit.*3.*c.*10.§.3.*&* §.4.*in fine*, Gerſonis *Alphabeto* 30.*lit.* Z. Syluestri *verb. conſcientia q.*2. & aliorum, quos refert Corduba *d.q.*4.*dub.*2. Primò dicit rectam, & veram conſcientiam plus obligare, quàm præceptum ſuperioris. Secundò dicit conſcientiam erroneam in indifferentibus minus obligare, quàm præceptum ſuperioris, quia ſuperior, ſiue Prælatus præcipit ex poteſtate deriuata à Deo, ac proinde ſubditus habet ipſum non tantùm vt ſuperiorem, ſed etiam vt Deum: & quæuis conſcientia erronea deponi poteſt exiſtente ſuperioris præcepto. & in id inclinat Corduba *d.dub.*2.*fine.* Reſolutio,

59. Accipiendo magnitudinem obligationis quoad grauitatem peccati, ſcilicet, vtrùm ſit maius peccatum non obedire præcepto, aut propriæ conſcientiæ erroneæ, ſpectanda eſt grauitas materiæ, circa quam verſatur præceptum ſuperioris, & propria conſcientia. Vnde fit, vt durante conſcientia erronea aliquando ſit maior obligatio præcepti, aliquando conſcientiæ,

ſcientiæ, vt de ſe patet, & conſtat ex dictis *n.52.* &
tradunt etiam Vaſq. *diſp.61.c.1.* & Sanch. *d.c.9.n.14.*
60. Loquendo verò de magnitudine obligationis,
quoad vim obligandi, vt ſcilicet, alteri altera præua-
leat & deroget. Quando conſcientia erronea eſt in-
uincibilis, ſeu ex ignorantia inuincibili de aliqua le-
ge diuina, vel naturali, vel poſitiua alicuius, qui ſit
ſupra Prælatum, ſiue ſuperiorem præcipiẽtem, quam
legem proinde ipſe non poſſit tollere, ſi manet con-
ſcientia erronea inuincibilis poſt præceptum, & ad-
monitionem, ſequendum eſt dictamen conſcientiæ.
v. g. ſi quis videt legem Pontificiam, quæ re ipſa
ſit reuocata, ſed ipſe id omninò ignorat, Prælatus
verò etiam legem ipſam ignoret, tunc ſi Prælatus
aliquid præcipiat contra dictam legem, debet ille
alius ſequi dictamen conſcientiæ erroneæ: quia pro-
ponit legem eius, qui eſt ſupra Prælatum, & non po-
teſt vllo modo tolli, cùm ex parte habentis iſta con-
ſcientia erronea ſit inuincibilis, & Prælatus nullam
habeat notitiam legis. Aliud eſt, ſi Prælatus maior
proponeret præceptum contra conſcientiam infe-
rioris, vt enim poteſt legem, quam tulit, tollere, ita
& conſcientiam illius. ita etiam Vaſq. *d. diſp.61.c.1.*
Sayr. *d.c.4.n.33.* Bonac. *d.p.4.n.17.* Fauent. *in 4. diſt.14.*
61. *d.q.1.n.36.* & Ariaga 1.2. *tom.1. diſp.22.n.44.* † Si verò
conſcientia erronea ſit vincibilis, ſcilicet ex igno-
rantia vincibili, & maneat poſt præceptum, & ad-
monitionem ſuperioris, ſeu Prælati, maior eſt obli-
gatio præcepti Prælati, & debet ſubditus, qui labo-
rat huiuſmodi conſcientiâ, illam exuere, vt patet ex
dictis *n.58.* in fauorem tertiæ ſententiæ, laborans
enim conſcientia erronea vincibili, ſibi ipſi imponit
pręceptum, à quo poteſt ſe liberare, ſi vult, quod non
debet præualere præcepto ſuperioris; & exiſtente
ignorantia vincibili præceptum ſuperioris obligat,
& ad implendum præceptum, & ad deponendam
conſcientiam erroneam: vt præter Doctores tertiæ
ſententiæ, docent etiam Sayr. *n.3.* Bonac. *numero cita-
to.* & Sanch. *d.c.11.n.16.* vbi rem aliter explicans, &
diſtinguens ait, quòd ſi ſermo ſit de obligatione in-
trinſeca, & ſtrictiori, ac ſub grauiori culpa, cæteris
paribus, plus obligare conſcientiam erroneam vin-
cibilem poſt præceptum ſuperioris adhuc manen-
tem; quia agens contra conſcientiam erroneam pec-
cat, tum contra proximam actionum regulam, & qua
mediante omnia præcepta vires obligandi habent,
tum contra præceptum Dei, quod directè violat,
frangendo obligationem, quam falsò conſcientia
erronea proponit. At non obediens Prælato directè
frangit præceptum humanum, & quamuis indirectè
tranſgrediatur præceptumDei, cuius nomine Præla-
tus iubet, hanc tamen tranſgreſſionem non vult di-
rectè, ſed indirectè, quatenus culpabiliter errat. Si au-
tem ſermo ſit de obligatione extenſiua, ſcilicet, obli-
ganti ad plura, dicit plus obligare præceptum Præ-
lati, quia obligat ad deponendam conſcientiam, &
ad obediendum: conſcientia verò erronea ponit ſo-
lùm illi parendi obligationem, & ita, ait, poſſe ſen-
tentias diuerſas ſuprà relatas conciliari. Verùm cùm
conſcientia erronea vincibilis, & culpabilis ſit vo-
luntaria, & deponibilis, ſicut & ignorantia vincibi-
lis, ex qua oritur, & conſequenter etiam obligatio
ex eadem conſcientia reſultans ſit voluntaria; ſim-
pliciter, & abſolutè loquendo dicendum eſt maio-
rem eſſe obligationem præcepti Prælati, & hoc præ-
62. ualere. † Hinc Sayr. *d.n.35.* cum Halenſi, S. Antoni-
no *vbi ſuprà*, & aliis rectè docet conſcientiam ſubdi-
ti in dubiis ſecundùm diſcretionem, & directionem
Prælati formari debere, ſiquidem ſubditus iudicare
non habet de præcepto Prælati, ſed de impletione
præcepti, quod indicat etiam Vaſq. *d.c.1. in fine*, & in
tali caſu cum Henrico, & Carthuſiano addit idem
Sayrus, quòd etiamſi aliquid contra diuinum præce-
ptum ſubditus faceret, nihilominus propter obe-
dientiæ bonum, non ſubditus, ſed Prælatus ſolùm
peccaret. de qua re infrà latiùs.

Sed contra prædicta obiicit Paſqualigius probans
non teneri ſubditum deponere conſcientiam erro-
neam ad præceptum ſuperioris, quia, inquit, reſpectu
eius eadem eſt ratio, ac de conſcientia vera, cùm pu-
tet eſſe conſcientiam veram, non tenetur autem de-
ponere conſcientiam veram, ac proinde nec erro-
neam, alioqui cùm non diſcernat inter ipſam, & ve-
ram, deberet vniuerſaliter obligari ad deponendam
conſciẽtiam ſiue veram, ſiue erroneam, quotieſcun-
que eſt contraria præcepto ſuperioris, quod eſt fal-
ſum. At hæc obiectio concludit ſolùm non eſſe obli-
gationem deponendi conſcientiam erroneam in-
uincibilem, quia æquiparatur veræ, & non eſt vo-
luntaria, ſecus de vincibili, & culpabili, quæ eſt vo-
luntaria, & conſequenter non poteſt veræ æquipa-
rari, & ſi tunc non diſcernit inter verã, & erroneam,
id procedit eius culpa, & ita non debet præualere
præcepto ſuperioris, ſed deponenda eſt ad eiuſdem
ſuperioris præceptum. quod confirmo, nam idem
Paſqualigius ait, poſſe ſubditum errantem peccare
ſaltem ob nimiam pertinaciam, vt ſi à viris pruden-
tibus, & doctis monitus ſit de errore; nam tunc de-
bet ſaltem dubitare ſe habere conſcientiam erro-
neam, atquè adeò illam debet deponere, aut ſaltem
meliùs inquirere: vnde ſi pertinaciter adhæreat ſuæ
opinioni, peccabit, præſertim ſi ſit rudis, aut non
valde doctus. Si ergo ſubditus errans à viris doctis
monitus debet dubitare, & conſequenter deponere
erroneam conſcientiam, multo magis id facere de-
bet, cùm ſuperior illi præcipit id, quod ipſe ex erro-
re culpabili illicitum putat.

§. XIII.

Vt operari contra erroneam conſcientiam ſit peccatum, an ſufficiat eam præceſſiſſe, & non fuiſſe per iudicium oppoſitum reuocatam, an verò debeat perſeuerare actu, & phyſicè, dum quis contra eam agit.

CÆterùm quod in præcedentibus dictum eſt, 63.
ſcilicet, agere contra conſcientiam erroneam
eſſe peccatum: aliqui Doctores volunt procedere et-
iamſi conſcientia erronea, ſeu iudicium errans con-
tra quod quis agit, non adſit actu, & phyſicè, dum
operatur, aiẽtes, ſufficere quòd remaneat habitu, ſeu
virtute, quod aiunt contingere, quoties dictamen ra-
tionis erroneum præteritum non fuerit per contra-
rium dictamen reuocatum, vel ſaltem ſi idem iudi-
cium non multo tempore præceſſit, licet hîc, & nũc,
dum contra illud operatur, ſit illius iudicij erronei
immemor. ita Medina 1.2. *q.19. art.6.* quem ſequitur
Villall. *d.tr.1. diff.1.n.2.* & videtur etiam illum ſequi
Gord. *d.q.9.n.15.* & nonnulli alij, quos allegant Salas
d.ſect.3.n.29. & Sanch. *d.c.11.n.7.* † Qui tamen, ſicut 64.
& Azor. *d.c.8.q.12.* Vaſq. *diſp.60.c.13.* & 14. Caſtrus
Pal. *d.diſp.1.punct.4.* & Pharao *in prompt.tr.1.ſeſſ.1.ca-
ſu 4.* & Ariaga 1.2. *d. diſp.22.n.39.* & 40. hanc ſen-
tentiam reiiciunt, & rectiùs aſſerunt ſi conſcientia
erronea non adſit, ſeu perſeueret actu, dum quis
contra eam operatur, non tribuere malitiam actui,
ſeu opus contra ipſam factum non eſſe peccatum.
Tum, quia altera ſententia ſuppoſita ſequeretur in-
fidelem ſemel exiſtimantem ad operis bonitatem
opus eſſe, vt id ad idolum referatur, peccatu-

rum in omnibus operibus bonis ex obiecto, vt, v.g. eſt eleemoſyna, quæ faceret illius iudicij erronei per contrarium iudicium non reuocati immemor. Tum quia ſicut vt intentio præcedens, ſiue præterita mala dicatur manere virtute, opus eſt per aliquem effectum deriuari, & perſeuerare; nam ſi nullum opus ex illa deriuaretur, in quo diceretur manere, nihil referret, paruo, an multo antè tempore præceſſiſſet, ita vt cõſcientia erronea præterita poſſet dici virtute perſeuerare, oporteret vt in aliquo effectu virtute maneret; ſed conſcientia erronea, ſeu iudicium errans præcedens, nullum effectum, in quo manere dicatur, habet, vel habere poteſt, cùm id oſtendi non poſſit; ergo niſi adſit actus, dum quis contra eam operatur, non nocet operi. Notant autem Vaſquez, & Sanchez, quòd tunc dicitur actu permanere conſcientiæ erroneæ iudicium, ita vt agere contra illud ſit peccatum, quando aliquo modo reclamat, vel per plenum iudicium, vel per aliquam dubitationem. Addit Sanchez idem eſſe, quando culpabile eſſet eam malitiam priùs exiſtimatam, & apprehenſam non aduertere; quia iſte aduertendi defectus non excuſaret à culpa, ſicut nec ignorantia culpabilis ab ea excuſaret, quod idem indicarunt Corduba *lib.3. qq.quæſtione* 12. & Vaſquez *diſp.67. cap.1. n.5.* dum dixerunt iudicium conſcientiæ temerè deponi per culpabilem inconſiderantiam.

§. XIV.

Qua ratione conſcientia erronea deponatur.

65. MVlto magis autem, & citra omnem dubitationem depoſita ſufficienter, & rationabiliter erronea conſcientia, nullum erit peccatum contra illam agere, vt omnes præallegati Auctores, & alij omnes docẽt, cùm totum peccatum ex ea, ſeu ex errore naſcatur; eam autem deponere eſt mutare iudicium practicum, & inſuper iudicium ſpeculatiuum mutare, aut ſuſpendere, aut non applicare ad opus, vt tradunt Caietan. 1.2. *q.*19. *art.*5. Salas *d. diſp. vnica ſect.*8. *n.*30. & Gordonus *d.q.*9. *n.*21. & colligitur ex aliis Doctoribus.

66. Sed inter Doctores controuertitur, quo pacto conſcientia erronea, ſeu iudicium illud erroneum practicum, vel ſpeculatiuum ſufficienter, & rationabiliter deponatur, ſeu mutari poſſit, aut ſuſpendi, & ad opus non applicari; & aliqui aſſerunt hoc fieri poſſe ad libitum, ſeu arbitrium hominis, nihilque intereſſe, ob quam cauſam quis deponat erroneam conſcientiam, aut eam non admittat, vt excuſetur à peccato, quòd illa admiſſa, & retenta agens alioqui committeret cõtra conſcientiam; vt ſi mulier, (quod exemplum etiam attuli ſuprà *num.*11.) quæ audiat à Concionatore peccatum mortale eſſe, vti capillis alienis, eo quòd ſimulationis mendacium ſit, & perſuaſa ratione, & illius authoritate formauit iudicium, dictans illum vſum eſſe mortalem, nihilominus neſciens contrariam rationem ſoluere, vtitur illis, putans hîc, & nunc ſibi licere, non peccat, (inquit hæc opinio,) mortaliter; quia etſi manet in vniuerſali, & ſpeculatiua iudicium erroneum, non tamen in particulari, & practicè ad id opus applicatum. ita Caiet. *d. art.*5. *& in ſumma, v. opinio, & tom.*1. *opuſc. in* 31. *opuſc. reſp.*13. *verſic. ſeptimum dubium,* Valentia *tom.*2. *diſp.*2. *q.*14. *p.*4. *q.*3. Sayrus *d.c.*4. *n.*18. *& c.*13. *n.*2. Nauarrus, Couarruuias, Azorius, Hieronymus Pharao *in prompt. animæ tract.*1. *ſeſſ.*1. *caſu* 5. *&* 6. & alij ſuprà *d.n.*11. relati id probantes; quia totum peccatum, quod agendo contra conſcientiam erroneam committitur, dependet, (vt dixi *n. præcedenti,*) ab errore, per quem conſcientia dictat aliquid fugiendum eſſe tanquam peccatum, vel tanquam mortale, quod tale non eſt, ac proinde ſi iſte error, vel non admittatur, (vt in præfato exemplo mulieris,) vel admiſſus non perſeueret, nulla apparet ratio, ex qua id, quod in contrarium fit, cenſeatur vel peccatum eſſe abſolutè, vel eſſe mortale.

67. At ſi iudicium erroneum ſit certum phyſicè, vel moraliter, aut probabili ratione conceptum, & formatum, non poſſe deponi, aut ſuſpendi quoad applicationem ad opus, niſi noua ratione, aut authoritate, & per ſufficientia principia practica, quæ ſuadeant hîc, & nunc licitè poſſe hominem non operari ex tali iudicio, quibus exiſtentibus formabitur alia conſcientia ſufficiens ad bene, & honeſtè operandum, verius affirmant alij magis communiter, quod ſuadent dicta ſuprà *n.*12. temerè enim deponeretur conſcientia, temeréque iudicium erroneum vniuerſale, ſeu ſpeculatiuum non applicaretur practicè, & in particulari, cùm tali errore laborans nulla alia ratione, aut cauſa ſuadente, nullum habeat ſufficiens principium, vnde deducere poſſit ſibi licere agere oppoſitum illius, quod conſcientia erronea dictat, & conſequenter non apparet, quomodo poſſit verè concipere iudicium de operatione licita in particulari. Præterea eadem ratione poſſet etiam conſcientia vera deponi cùm ſit valde per accidens, vt ea erronea, & falſa ſit. ita Corduba *lib.*3. *qq.q.*12. *fine,* Vaſq. *diſp.*67. *c.*1. Sanch. *dict. c.*11. *n.*10. iidem *locis ſup. n.*12. *relatis,* Ioann. Medina *C. de Confeſſ. tract.*2. *in quæſtione de tempore, quo confiteri oportet.* Ariaga 1.2. *tom.*1. *diſp.*77. *ſect.*1. Salas & Gord. *locis ſuprà n.*65. *allegatis,* Bonacina *d.p.*4. *n.*30. alij Doctores allegati ſuprà *d.n.*12. præter alios, quos allegat Sanchez, & idem ſentit etiam Nauarr. *c. ſi quis autem, de pœn. d.*7. tum *n.*5. (vbi allegato Guilielmo Pariſienſi ait aliquando peccare illum, qui veram eligit opinionem, & exuit falſam, ſcilicet, quando eam temerè dimittit, & quam probabiliter credebat eſſe veram,) tum *n.*101. vbi dicit, quòd is, qui ex cauſa probabili, & vrgenti dubitat, aut alicui opinioni adhæret, non debet, neque poteſt quomodolibet dubietatem illam exuere, aut opinionem deponere, ſed re diligenter pro negotij qualitate à ſe diſcuſſa, & contrario ſibi bona fide perſuaſo, ſi eruditus eſt, vel conſilio ab aliis petito, ſi non eſt eruditus. † Quamuis autem 68.
Vaſq. *d.c.*1. *verſus finem,* aſſerat iudicium conſcientiæ erroneæ aliqua ratione conceptum deponendum neceſſariò eſſe alia ratione efficaciori ad honeſtandam operationem contra priorem conſcientiam, nam ſi ſit minus efficax ratio, & minus probabilis, non ſufficiet generare aſſenſum contrarium, atque ita neque ad deponendum priorem erroneam. Verius tamen eſt, non requiri efficaciorem rationem, neque æquè probabilem, quia minus efficax, minúſque probabilis, (dummodo ſit probabilis,) ſufficit ad formandum aſſenſum, ſeu iudicium contrarium probabile, retento tanquam probabiliori conſcientiæ erroneæ aſſenſu, quod ſufficit ad rectam operationem, ex infrà dicendis, nam probabili aſſenſu formato poteſt iuxta illum formare iudicium practicum, quod hîc, & nunc licet illi operari contra iudicium erroneum, & ita ſentiunt in terminis Sanch. *d.n.*10. Ariaga *d. diſp.*27. *n.*4. & indicat Salas *d.n.*30. vbi dicit, quòd quando iudicium erroneum eſt tantùm probabile, & non certum phyſicè, & moraliter, quia vtrinque rationes probabiles ſint, poteſt ad libitum ſine noua ratione, aut auctoritate deponi, & contra illud licitè, non quidem ex ſolo iudicio, ſed aſſenſu

proba

probabili contrario, ſed ex alio iudicio reflexo, quòd licitum eſt ſequi opinionem probabilem, etiamſi non ſit propria, nec probabilior.

69. Aduertendum etiam eſt, quòd ſi per impoſſibile quis non depoſito per nouam rationem, aut auctoritatem, ſeu per ſufficientia principia practica, iudicio ſpeculatiuo erroneo, formaret verè iudicium practicum, quòd hîc, & nunc, non obſtante illo iudicio ſpeculatiuo, liceret contra illud operari, & de facto operaretur, tunc non committeret peccatum contra conſcientiam, & tale, quale conſcientia erronea dictabat, & committeretur ſi eadem retenta, ſeu applicans ad opus eſſet; ſed hic operando peccaret ſolùm ex negligentia, & defectu rationabiliter iudicandi de agendis à ſe, vel fugiendis, ſcilicet, quia temerè, & ſine ſufficienti ratione habet illud iudicium, & aſſenſum practicum. ita aſſerunt Reginaldus *d. lib.* 13. *num.* 73. Corduba, & Vaſquez *locis ſuprà n.* 12. *relatis*, & idem Vaſquez *d. cap.* 1. *n.* 4. Quamuis abſolutè Sanchez *n.* 11. (& idem videntur ſentire Salas & alij pro hac eadem opinione relati,) dicat, vbi temerè, & abſque ſufficienti ratione conſcientia erronea deponitur, vel vniuerſalis non applicatur particulari operationi, eſſe peccatum eiuſdem ſpeciei, & grauitatis, cuius eſſet operari contra conſcientiam erroneam nondum depoſitam, eo quòd malitia talis temerariæ depoſitionis conſiſtat in modo deponendi, qui expoſitus eſt ſimili modo deponendæ conſcientiæ non erroneæ, ſed veræ, & ſic periculo tranſgrediendi eius præcepti, quod violari falsò dictat conſcientia erronea, & dictaret verè violari vera conſcientia, & ideo ratione eiuſdem periculi eadem eſt malitia ſic operari, ac ſi conſcientia non eſſet depoſita; qui enim amat periculum, peribit in illo, *Eccleſiaſtici* 3. & hoc eſt verum, regulariter, & moraliter loquendo, quia ſuppoſita conſcientia in vniuerſali abſque noua cauſa, aut principio ſufficienti non poteſt formari iudicium abſque dubitare, quod hîc, & nunc liceat operari, & ita verè ſe exponit periculo peccandi, ſi operetur; immò operatur contra conſcientiam, vt ait Salas, & indicat Vaſquez *d. cap.* 1. *circa finem*, vbi dicit quòd quando abſque vlla ratione formaliter contemnitur iudicium, quod prudenter conceptum erat, non tam deponitur conſcientiæ iudicium, quàm peccari
70. contra illud, ac ſi non eſſet. † Principia autem practica ſufficientia ad formandum iudicium practicum oppoſitum ſpeculatiuo ſunt noua ratio, authoritas Doctorum, conditio poſſidentis, vrgens neceſſitas, vt dictum eſt ſuprà *num.* 12. *&* 13. & tradunt *ibidem* Doctores citati, & Gordonus *d. num.* 21. *fine*, addens ad bene operandum contra dubium ſpeculatiuum ſufficere etiam bonam fidem, & defectum medij alterius, vt ſcilicet, liceat practicè vti re dubia, ſolùm quia non eſt aliud medium ad depellendum dubium, iuxta *cap laudabilem, de frigid. & malef.* ſed de his infrà, vbi de conſcientia dubia, ſeu de dubio.

71. Dixi verò in propoſitione huius ſecundæ ſententiæ, *ſi iudicium erroneum ſit certum phyſicè, aut moraliter, vel probabili ratione conceptum*; quia quando conſcientia erronea temerè, ac ſine fundamento concepta eſt, poteſt ſine cauſa ad libitum deponi, vt tradunt Medina, Vaſquez, Sanchez, Bonacina *locis citatis*, & alij. quod Vaſquez & Sanchez declarant intelligendum, vt id, quod abſque vlla alia ratione apparuit per ſe probabile, & ſtatim cognitum hæſit animo, & abſque vllo alio iudicatum eſt malum, & peccatum: meliùs conſiderantes, & ponderantes abſque alia ratione iudicemus tanquam probabile, ſeu abſque ratione iudicatum eſſe malum; neque contra hanc declarationem vllo modo vrget inſtantia quædam, quam facit Ariaga *d. diſput.* 27. *num.* 3. prætendens coincidere cum priori ſententia, quod falſum eſſe ex ipſamet declaratione apertè conſtat.

§. XV.

Quale peccatum ſit agere contra conſcientiam erroneam, veniale ne, an mortale, & cuius ſpeciei; & quid ſi voluntas feratur in malum propoſitum in genere, & confusè abſque determinatione, quod ſit mortale, vel veniale.

SEd videamus quale peccatum, cuiuſque ſpeciei 72.
ſit agere contra conſcientiam erroneam, ſentiunt communiter Doctores, peccatum tale eſſe, quale ipſa dictat; mortale, ſi ipſa dictet eſſe mortale; veniale, ſi dictet eſſe veniale, ſi adulterium, adulterium, ſi ſacrilegium, ſacrilegium. ita S. Thom. *d. quæſt.* 19. *art.* 5. *ad* 3. Medina *ibid. art.* 6. *dub.* 4. Nauarrus *in man. prælud.* 9. *num.* 9. Greg. de Valentia *tom.* 2. *quæſt.* 14 *p.* 4 *d.* 3. Corduba *d. quæſt.* 4. *propoſit.* 6. Vaſq. *diſp.* 59. *cap* 3. *num.* 11. Azor. *d. cap.* 8. *quæſ.* 5. Salas *d. ſect.* 3 *num.* 17. *&* 31. Sanchez *d. cap.* 11. *num.* 5. Reginaldus *d. lib.* 13. *num.* 70. Becanus *in* 1. 2. *tract* 1. *cap.* 4. *quæſt.* 1. Filliuc. *d. cap.* 4. *num.* 117. Bonacina *d. part.* 7. *num.* 18. Caſtrus Palaus *d. diſp.* 1. *punct.* 3. Layman *d. cap.* 4. *num.* 2. Sayr. *d. cap.* 4. *num.* 15. Fauentinus *in* 4. *diſt.* 14. *d. q.* 1. *n.* 32. Hieronymus Pharan *in appendice ad tract.* 1. *ſeſſ.* 2. *caſu* 2. & alij apud eoſdem. Ratio eſt, quia peccatum totum, ſeu tota malitiæ ratio in hoc caſu naſcitur ex illo falſo dictamine erroneæ conſcientiæ, adeò vt voluntas feratur in malum, prout apprehenditur, & agens, quantum eſt in ſe ipſo, vult committere peccatum, quale eſſe conſcientia dictat, ac proinde tantum, & talis ſpeciei erit peccatum, quantum, & qualis ſpeciei conſcientia dictat. Quare qui agit contra conſcientiam erroneam dictantem eſſe mentiendum ad ſaluandam hominis vitam, peccat contra miſericordiam, vt ſuprà dictum eſt, & moraliter, ſi æſtimat obligationem eſſe grauem, venialiter, ſi leuem: qui falsè arbitratur eſſe ieiunandum in vigilia Epiphaniæ, & non ieiunat, peccat contra temperantiam, & qui iudicat eſſe peccatum mortale ſpuere in templo, peccat mortaliter, & committit ſacrilegium ibi ſpuendo; ſi iudicat veniale, peccat venialiter, qui cognoſcit carnaliter fœminam falsò æſtimans eſſe aſtrictam voto caſtitatis, vel ſuam conſanguineam, peccat peccato non ſolùm fornicationis, ſed etiam inceſtus, aut ſacrilegij, & tenetur talem circunſtantiam in confeſſione manifeſtare, dicendo ſe cum ea coiiſſe, quam putabat voto caſtitatis ligatam, aut ſuam conſanguineam; & notat, & rectè Salas, quòd ſi id, quod non eſt peccatum, vel in ſe & ex obiecto eſt tantùm veniale, putaretur graue, ſed tamen dignum leui pœna, adhuc agere contra talem conſcientiam eſſet mortale. Quod autem dictum eſt, contra conſcientiam erroneam dictantem eſſe veniale agere, eſſe tantùm veniale ſi in re ſit mortale, quod vt veniale dictatur, procedit quoties conſcientia erronea eſt inculpabilis, & inuincibilis.
† At ſi materia fuerit mortalis, & conſcientia erro- 73.
nea, ſeu error dictans eſſe venialem, eſt culpabilis proueniens ex ignorantia vincibili, ſiue rei, quam poteſt quis, & tenetur ſcire, tunc contra eam agere

eſt mortale. Nam in tali caſu ignorantia cùm ſit voluntaria, & culpabilis, non excuſat, ſicut quando eſt inuincibilis. ita S.Thom. Sanchez, Reginaldus *locis citatis*, & ita ſunt iotelligeodi Nauarrus, & Layman *locis allegatis*, dum aiunt, eſſe mortale agere contra conſcientiam erroneam dictantem eſſe tantùm veniale, quod alionde eſt mortale, ſcilicet, eſſe mortale, quando error eſt culpabilis, & vincibilis. Et Salas dum *loco citato* dicit eſſe ſolùm veniale, etiamſi materia à parte rei ſit grauis, & mortalis, intelligi debet, quando conſcientia eſt iouincibilis, & inculpabilis. Quoad prædicta igitur conueniunt Doctores.

74. Sed difficultas eſt, ſi conſcientia dictat dumtaxat in genere, ſeu in communi, & confusè aliquid eſſe malum, noo definiendo, aut aduertendo mortale ſit, an veniale, aut ſit ne contra hanc, vel illam virtutem, ao agere contra talem conſcientiam, ſeu facere illud, quod conſcientia dictat hoc pacto malum, ſit mortale, an verò tantùm veniale. huiuſmodi conſcieotiam vtplurimum habent perſonæ idiotæ, & ruſtici, mulieres, ac viri, cùm in Deum iurant, creaturas execrantur, filiis mala imprecantot, ſeu maledicunt, die feſto laborant, verba otioſa, aut inhoneſta, ac turpia, aut dettactoria dicunt: etenim illis raró proponitut dubium, an mortale ſit, vel veniale, ſed ſolum malum eſſe in genete repræſentatut, & quoad hoc idem eſt dicendum, ſiue iudicium ſit erroneum, ſiue verum, vt contingit in adductis exemplis, & notaruot Corduba *dicta propoſit.6.* Angeſtus *cap.7. mor.text.1. dub.3.* Vaſquez *d. cap.3.* & Salas *d. ſect.3. num.33.* Procedit etiam difficultas ſecluſa dubitatiooe peccati mortalis, nam ſi talem conſcientiam habens dubitet id, quod proponitur vt malum in genere, ſit peccatum mortale, & rem ante operationem non examinet, faciendo quod conſcientia dictat malum, peccabit mortaliter propter periculum peccandi mortaliter cui ſe exponit; vt tanquam certum & indubiratum tenent omnes Doctores, Salas *d. num.33.* Sanchez *lib.1. ſumma cap.1. num.9.* Vaſq.1. 2. *diſp.107. cap.3.* Bonacina *d. diſp.2. de peccatis quaſt.2. part.3. num.14.* iidem *locis infrà allegandis*, Saytus, Aaotius, Palaus *locis infrà allegandis*, & alij.

75. Prima igitur opinio affirmat eſſe tantùm veniale, quia malitia in communi non eſt maior malitia, quàm quæ reperitur in materia leui, nam alioqui non eſſet communis veniali, & mortali; ergo volita vt ſic, noo poteſt per ſe reddere actum grauiter, ſeu mortaliter malum. Confirmatur, quia in tali caſu tota malitia actus voluntatis oritur ex dictamine rationis, ſed quando conſcientia dictat actum, vel omiſſionem actus eſſe tantùm peccatum veniale, vel ſimpliciter eſſe peccatum, nun effundit in actum, vel actus omiſſionem grauitatem lethalem, quam non habet, cùm dictet tantùm generalem malitiam, & imperfectam, quæ tota io veniali reperitur, ac proinde non infundet plus quàm malitiam, ſeu grauitatem venialem: ad quod facit doctrina Baldi *in l.1. ff. de ſenatoribus*, aientis in cauſato non poſſe eſſe plus virtutis, quàm in id potentia cauſæ infundat. ita Nauarrus *d. prælud.9. num.9.* Ludouic. Lopez *1. p. inſtruct. cap.3. verſ. præterea.* Anton. Perez *certam.10. ſchol. num.19.* Valentia *d. part.4. quaſt.3. fine*, Rodriquez *1. part ſumm. cap.7. num.5.* Salas *d. num.33.* Reginald. *d. num.70.* Filliuc. *tom.2. tract.21. cap.10. n.375.* & Breſſerus *lib.5. de conſcientia cap.20. num.205. & lib.6. cap.9. num.92.* Declarant tamen Lopez, Rodriquez, & Reginaldus id procedere, quando apprehendens quid eſſe malum in genere non diſtinguens an ſit mortale, vel veniale, neque agnoſcens ſe exponere periculo peccandi mortaliter, etiamſi id aduerteret, & examinatet, neſciret diſcernere, ſeu inculpabiliter non ſcit, aut aduertit periculum peccandi mortaliter; ſecus verò cùm quis tonc exponit ſe periculo probabili peccandi mortaliter, id neſciens quidem, ſed culpabiliter, cùm debuerit, & potuerit ſcire mediocri diligentia adhibita in conſideratione propriæ infirmitatis, quia tunc inaduertentia eſt culpabilis, non excuſans, iuxta dicta *n.73.* ex quo fit, inquiunt Lopez, & Rodriquez, vt qui iurat ſciens, quòd peccat, non aduertens, an peccet mortaliter, aut venialiter, adhuc peccet mortaliter, ſi habebat conſuetudinem iurandi, & mentiendo in iuramento propter periculum, cui exponitur, peccandi mortaliter, quòd ſuppoſita conſuetudine illa debebat, & poterat aduertere mediocri diligentia. Et iuxta hanc ſententiam idem erit dicendum, cùm quis vult, ſeu proponit peccare, ſeu committere aliquod peccatum, non determinando hoc, vel illud, ſcilicet, eſſe tantùm veniale, peccatum talem voluntatem oon amplectentem vllom obiectum malum ſpeciale, & particulare, ſed tantùm tendentem in obiectum aliquod malum in genere, quia id ſuadet eadem ratio, & in terminis tradit Reginaldus.

Secunda opinio, quæ eſt Cordubæ *dicta propoſit.6.* 76.
primò cum Angeſto *d. cap.7. moral.* ait cùm conſcientia dictat in genere ſolùm tale quid agendum, vel omittendum ſub peccato, idem iudicium faciendum, quod de voluntate, ſeu propoſito peccandi in genere. Secundò dicit quòd non facere, vel non omittere aliquando erit mortale, aliquando veniale ſecundùm animi diſpoſitionem actualem, vel virtualem ad mortale, ſeu veniale. Vnde videtur Corduba ſaltem ex parte adhærere præcedenti opinioni. & Salas *d. num.33.* dum Corduba ait, aliquando peccare mortaliter, aliquando venialiter, intelligit, ſcilicet, ſi ille dubitat an ſit peccatum mortale, & rem non examinet, & peccare mortaliter propter periculum peccandi mortaliter, cui ſe exponit; peccare verò venialiter, ſi nulla ei occurrit dubitatio. Sed melius poteſt dici, quòd velit eſſe mortale, quando culpabiliter non aduertit periculum peccandi mortaliter, ſeu culpabiliter ſe exponit periculo peccandi, iuxta dicta *numero præcedenti*, quod indicant illa verba, *ſecundùm animi diſpoſitionem*, &c.

Tertia ſeutentia abſolutè aſſerit eſſe mortale 77.
agere cootra talem conſcientiam dictantem in genere, & confusè malum eſſe quid facere, vel omittere, ſicut & velle in communi malum aliquod operari, quia in vtroque caſu, qui ſic operatur, vel vult malum abſque vllo ſufficienti examine qualitatis culpæ, ſeu malitiæ, exponit ſe manifeſto periculo committendi peccatum mortale, immò etiam quantum eſt ex ſe vult, & amplectitur mortale, cùm in vtroque caſu ratio motiua videatur peccatum, & malum ipſum, quod ad mortale; & veniale indifferens eſt, & per accidens eſt, quòd obiectum à parte rei ſit veniale, vel indifferens, aut bonum. Neque obſtat ex parte obiecti malitiam in communi maiorem non eſſe malitia veniali, quia, (inquiunt Doctores huius ſententiæ,) ſufficit, quòd indeterminatè maior ſit, ſiquidem mortalem comprehendit, & ratione eius indeterminationis voluntas illam malitiam amplectens, debet cenſeri mortalem amplecti. ita Azorius *d. cap.8. quaſ.6.* Fauentinus *d. num.32.* Saytus *d. cap.4. num.17.* Bonacina *d. part.7. num.22.* Caſtrus Palaus *dicto puncto 3. num.6.* tutiorem dicit Filliucius *d. cap.4. num.118.* & Hieronymus

nymus

nymus Pharao *in prompt. animæ tractat.* 1. *ſeſſ.* 1. *caſu* 3.

78. Vltima ſententia quæ eſt Vaſquez *d. cap.* 3. *n.* 10. & Sanchez *d. cap.* 11. *num.* 6. diſtinguit, nam ſi id, quod exiſtimatur malum, ſine diſcretione mortalis, vel venialis malitiæ proponatur vt malum, & illicitum in aliqua materia determinata, ſeu in aliqua peculiari ſpecie, vt in exemplis ſuprà *n.* 74. adductis ruſticorum iurantium, &c. aſſerit tunc ex materia illa, ſeu ſpecie deſumendam eſſe grauitatem, vel leuitatem peccati, ac proinde agentem contra talem conſcientiam peccare venialiter, ſi veniale eſt obiectum, mortaliter, ſi mortale eſt: vt ſi conſcientia dictat peccatum eſſe dicere verba otioſa, aut laborare in die feſtiuo non diſcernens in vtroque caſu, an ſit mortale, vel veniale: in primo caſu operando quis contra ſcientiam peccabit venialiter, quia tranſgreſſio præcepti non dicendi verba otioſa ex obiecto eſt venialis: in ſecundo caſu peccabit mortaliter, quia tranſgreſſio præcepti non laborandi in die feſtiuo ex obiecto eſt mortalis; ſi verò quid à conſcientia proponatur vt malum, & peccatum confusè, & in genere, non determinata aliqua materia peculiari, vnde poſſit deduci an mortale, vel veniale ſit, in hoc caſu aſſerit agere contra talem conſcientiam eſſe mortale; quale eſſet proponentis, ſeu ſtatuentis in genere peccare, idque propter periculum culpæ mortalis, cui ſe exponit, qui ſic operatur ſine ſufficienti examine qualitatis culpæ, iuxta dicta in confirmatione tertiæ ſententiæ, cui quoad hoc adhærent iidem Vaſquez, & Sanchez. & idem docet Sanchez *lib.* 1. *ſumm. cap.* 16. *num.* 9. ad id etiam allegans Zummel 1. 2. *quæſt.* 74. *num.* 8. *diſp.* 1.

79. Omnes prædictæ opiniones ſunt probabiles, & tertia eſt tutior, praxis tamen quotidiana audiendarum confeſſionum idiotarum ruſticorum, ac mulierum, cogit me ad primam opinionem, (quam, & reliqui Doctores pro tertia, & quarta opinione relati, & Diana *part.* 5. *tract.* 5. *reſolut.* 31. probabilem dicunt, & confirmat ea regula, ſeu ratio, quòd grauitas non poteſt eſſe voluntaria, niſi aliquo modo cognita, vt nec ratio mali ſimpliciter; cùm ergo, vt ſupponitur, ea nullo modo ſit cognita, non eſt voluntaria, non poteſt autem eſſe graue peccatum, niſi ſit voluntarium graue malum, ſeu mali grauitas ſit volita,) amplectendam, cum ſua tamen declaratione, ſeu exceptione, ſcilicet, vt operans contra conſcientiam dictantem aliquid malum, & peccatum in genere, abſque determinatione, an mortale, vel veniale ſit, peccet ſolùm venialiter, ſicut & qui decernit committere aliquod malum, ſeu peccatum in genere; quando etiamſi aduerteret, & rem examinaret, adhuc neſciret diſcernere, neque agnoſcere ſe exponi periculo peccati mortalis, alioqui ferè omnia peccata ruſticorum, mulierum, & aliarum perſonarum idiotarum, præſertim iuramenta per Deum, verba obſcœna, imprecationes, mendacia, laborare diebus feſtiuis, etiam paruo tempore, & cum aliqua neceſſitate excuſante à præcepti obſeruatione, & ſimilia, oporteret iudicare eſſe mortalia, cùm vt plurimum talia committentes apprehendunt tantùm eſſe mala, & peccata, non agnoſcentes, neque diſtinguentes eſſe venialia, aut mortalia, & magnum, & graue onus Confeſſariorum eſſet, ſi deberent, quoad ſingula peccata interrogare tales perſonas confitentes, an iudicarint ſe peccare venialiter, an verò mortaliter; nec puto Confeſſarios regulariter huiuſmodi diligentiam adhibere, & ſi adhiberent, adhuc nihil proficerent, quia pœnitentes neſciunt ſe explicare, & ſolùm reſpondent, quòd putabant eſſe peccatum. Neque primæ ſententiæ obſtat prima ratio tertiæ ſententiæ, quia cùm quis neſciret diſcernere, neque agnoſcere periculum peccandi, etiamſi aduerteret, & rem examinaret, (vt in ruſticis contingit vt plurimum,) non poteſt dici ſe exponere periculo peccandi mortaliter, quia laborat ignorantia inuincibili. Non obſtat etiam ſecunda ratio eiuſdem tertiæ ſententiæ, nam quando quis vult efficere, quod conſcientia inculpabilis indicat malum in genere, & confusè tantùm, vel ſtatuit, & proponit peccare, ſeu committere aliquod malum in genere, voluntas non eſt affecta ad mortale, neque ex ſe vult, & amplectitur malitiam mortalem, ſed immo vult ſolùm imperfectiſſimam malitiam, in quam fertur, quæ non poteſt eſſe grauior, quàm malitia venialis, cùm abſtrahat à mortali, & veniali: & ex eo, quòd quis vult aliquod peccatum committere non determinando quod, vel cuius ſpeciei, & qualitatis, non poteſt dici eſſe affectus ad mortale, cùm peccatum de veniali ſufficienter verificetur.

Portò in tali caſu, quo conſcientia dictet eſſe 80.
malum, ſeu peccatum in genere, non deſcendendo ad ſpeciem aliquam, vel quando vult peccare in genere, non determinando qualitatem, & ſpeciem peccati, Greg. de Valent. *d. part.* 4. *quæſt.* 2. Saytus *d. cap.* 4. *num.* 20. Azorius *d. quæſt.* 6. Sanchez *d. cap.* 11. *num.* 5. & alij aſſerunt peccatum non eſſe contra aliquod ſpeciale præceptum, neque ad vllam ſpecialem peccati ſpeciem pertinere, ſed eſſe contra vniuerſalem legem, ſeu generale præceptum ſynderesis præſcribentis bonum eſſe ſequendum, & malum vitandum; in huiuſmodi enim caſu cùm non determinetur aliquod præceptum ſpeciale, quod violetur, peccatum non poteſt dici eſſe contra vllum ſpeciale præceptum, ergo contra ſynderesim, ſiquidem ad peccatum ſufficit, ſi quid fiat, quod à recta ratione diſſentiat. Nec in re videtur diſſentire Salas *d. ſect.* 3. *num.* 32. dum ait velle malum, ſeu peccatum in communi eſſe in aliqua ſpecie peccati, cùm non poſſit dari genus, aut indiuiduum à parte rei, ſine aliqua ſpecie; quare, inquit, talis actus voluntatis amplectentis malum in communi, vel aliquod obiectum, quod iudicatur malum abſque determinatione ſpecialis materiæ, ſpeciem ſumeret ea ratione communi mali præcisè concepta, ſeu ex præcepto communi vitandi malum, ſiue formaliter, & explicitè, ſiue virtute, & implicitè conſiderato, quia ad ſpecificationem actus mali, ſubdit idem Salas, non oportet conſiderari præceptum, vt præceptum, cui obiectum ſit contrarium ſiue in communi, ſiue in particulari formaliter, & explicitè; ſed ſatis eſt conſiderari implicitè, quod fit conſiderando obiectum vt malum, & turpe, ſiue in communi, ſiue in particulari, & ita ſpecificat actum, & ſi obiectum ſit particulare, actus pertinet ad ſpeciale vitium, ſi commune, actus ad nullum ſpeciale vitium pertinet, (licèt aliqui velint ſpectare ad omnia vitia, alij verò ad ſpeciale quoddam vitium oppoſitum ſpeciali virtuti amanti bonum in communi, de quibus idem Salas *d. num.* 32. *fine, & tract.* 7. *diſp.* 3.) Non, inquam, re diſſentit Salas, quia alij Doctores volunt talem actum non eſſe contra ſpeciale præceptum ſpecialis virtutis, neque ſpectare ad vllam particularem ſpeciem vitij, ſeu peccati, quod ſit alicui ſpeciali virtuti contrarium. Dum etiam S. Thomas *d. quæſt.* 19. *art.* 5. *ad* 3. & Thomiſtæ & alij Doctores communiter aiunt actum diſcordantem à conſcientia ſiue vera, ſiue erronea, ſemper eſſe in aliqua ſpecie peccati

oppoſita

oppoſita alicui ſpeciali virtuti. Hæc doctrina limitanda, & intelligenda eſt quo ad actus habentes particularia obiecta, qui pertinent ad ſpecialia vitia, non verò quoad reliquos actus non verſantes circa obiecta particularia, qui quia pauci ſunt, & rari, ideo S. Thomas tradidit illam doctrinam tanquam generalem.

81. Si quæratur, ſi quis ex vincibili ignorantia putet eſſe tantùm veniale, quod ſit mortale, an ſit vtroque modo peccaturus. Reſpondeo mihi videri quòd vtroque modo, cùm voluntas expreſsè amplectatur veniale, & implicitè mortale. Et prædicta de conſcientia erronea.

SVMMARIVM.

82 *Probabilis opinio eſt aſſenſus circa vnam partem propter rationes, quæ oſtendunt maiorem, vel ſufficientem connexionem prædicati cum ſubiecto, cum formidine de altera parte, neque eſt neceſſe vt oſtendant maiorem conuenientiam extremorum in vna parte, quàm in alia.*
Formido quid ſit, ibid.
83 *Quare ea dicitur, & eſt opinio probabilis, quæ graui authoritati, aut rationi non modici momenti innititur non habens tamen certitudinem.*
84 *Ex eo quòd quis adhærens opinioni probabili, ob rationem, quæ illi videtur conuincens, & inſolubilis, non debet contrariam improbabilem cenſere, ita vt non liceat ei illam ſequi. Quòd ſi tenaciter ita omninò ſibi perſuadeat, non poteſt licitè operari, iuxta dictam contrariam ſententiam, licèt in ſe probabiliorem, & num. 123.*
85 *Quæ ſit opinio improbabilis, & quandònam opinio etiam communis antiquorum non debeat amplius cenſeri probabilis.*
Antiquorum opinionem iam antiquatam, & communiter à Doctoribus Neotericis reprobatam, an quis Doctor Neotericus, & vnicus contra oppoſitam in praxi tanquam certam receptam efficere poſſit probabilem, ita vt alij etiam indocti eam ſequi poſſint licitè, ibid.
86 *Opinio probabilis cenſetur, etiamſi ſit vnius Doctoris contra communem aliorum ſententiam, dummodo Doctor firma, & ſufficienti ratione permotus illam affirmauerit.*
87 *Opinionem vnius Doctoris firma, & probabili ratione munitam eidem, & alijs licet ſequi.*
Quis poteſt ſequi opinionem, quam illi tradidit ſuus Magiſter, ibid.
88 *Rarò recedendum à communi opinione maturè ſtabilita.*
Nouitates in rebus quæ ad mores, & ad humanas actiones ſpectant, euitandæ, ibid.
89 *Propoſitio vnius Doctoris, præſertim contra communem, non eſt cenſenda probabilis, ſi leui ratione, & non maturè conſiderata illud aſſeruerit, vel incidenter non prius examinando, & diſputando circa veritatem, & poſtea reſoluendo.*
90 *Dictum ab Auctore in libri Indice, an & quando habendum vt opinio probabilis.*
91 *Factum, ſeu exemplum vnius Doctoris, licèt pij, non ſufficit ad conſtituendam opinionem probabilem, ſecus plurium Religioſorum exemplum.*
92 *Quæ ſit opinio probabilior, quæ minus probabilis.*
93 *Probabilior, & verior, cæteris paribus, cenſetur opinio communis, & à maiori parte, & à pluribus Doctoribus approbata, & num. 186.*
94 *Non ex ſola multitudine, & dignitate auctorum, ſed ex ratione metienda opinio vt dicatur probabilior.*
95 *In interpretatione legum, & verborum tantùm eſt curandum de opinione, & authoritate S. Pontificis, magiſtraliter loquendo, quantum de opinione vnius ſimplicis viri.*
96 *Opinio non eſt exiſtimanda communis vt contrariæ præiudicet, præferrique tanquam probabilior debeat ex multitudine ſcribentium, ſed ea eſt habenda communis, quæ non ſolùm pluralitate, ſed & grauitate Doctorum, & ratione firma roboratur, ſeu quæ habet plures Doctores, & grauiores, qui ex profeſſo rem tractant, & rationibus vtrinque ponderatis illam definiunt.*
Opinio à ſex Doctoribus claſſicis rem ex profeſſo tractantibus approbata exiſtimatur communior, & probabilior, quàm probata à quinquaginta ſola ferè priorum authoritate ducti, ibid.
Vnius Doctoris opinio contra communem in iudicando poteſt teneri, quando eſt validioribus rationibus fundata, ibid.
97 *Opinio Doctoris, qui duobus in locis eam ſecutus eſt, ad conſtituendam communem præferenda ei, quam vno in loco tantùm, ſic & ea pro qua plus ſcripſit, vel quam vltimo loco affirmauit, & probauit.*
Opinio poſterior diligentius conſiderata præſumitur, ibid.
Opinio Doctoris quam docendo, legendoque, aut quam ſecutus eſt in aliquibus commentarijs, ſeu tractatibus, præferenda ei, quam de iure reſpondendo tenuit, ibid.
98 *Quando ſunt duæ opiniones inter ſe contrariæ, firmior, & verior præſumitur illa, pro qua conſuluit vnum Collegium Doctorum.*
99 *Rotæ deciſio eſt maioris authoritatis, quàm communis opinio aliorum Doctorum ſingularium, ibid.*
Cùm eſt æqualis numerus Doctorum pro contrarijs ſententijs, illa vt probabilior præferenda, pro qua ſtat vir excellentis ingenij.
100 *Opinio antiquorum, cæteris paribus, probabilior præſumitur opinione modernorum.*
101. *Opinio probabilior, aut communis, non eſt idem quod opinio tutior, & quæ ſit tutior opinio.*
101. *An, & qualiter poſſit intellectus abſque eo, quod contradictorijs aſſentiatur, iudicare duas opiniones contrarias æquè probabiles, aut alteram probabiliorem, & num. ſeqq. vſque ad 106.*
Detegere vni, vel duobus viris grauibus, & ſecretis peccatum graue alterius, an ſit peccatum mortale, ibid.
105. *Quando dicimus vnam propoſitionem eſſe veriorem, quàm eius oppoſitam, quomodo intelligendus iſte modus loquendi.*
106. *Vt quis licitè ſequatur opinionem aliorum probabilem, quam ipſe propter principia intrinſeca veriſimilia iudicat eſſe falſam, non debet deponere hoc iudicium, & num. 135.*

§. XVI.

Quænam ſit opinio probabilis, quæ improbabilis, quæ communis, aut communior, quæ probabilior, vel minus probabilis, & an repugnet eundem intellectum aſſentiri propoſitioni, cuius oppoſitam exiſtimat æquè, aut magis probabilem.

QVoad conſcientiam opinatiuam, ſciendum eam etiam dici probabilem, & eſſe idem quod opinio 82.

opinio probabilis, quæ eſt aſſenſus circa vnam partem, propter ratiooes, quæ oſtendunt maiorem, vel ſufficieotem connexionem pro illa, ſcilicet, prædicati cum ſubiecto, etſi nou cum omni claritate, & certitudine, ſed cum formidine de altera parte, (eſt autem formido exiſtimatio, qua credimos fortaſſe rem illam aliter ſe habere, aut fortaſſis oppoſitam opinionem veram eſſe, vt ait Vaſquez 1. 2. *diſp.*67. *cap.*2. *num.* 6. dicens eam eſſe poſſe in omnibus qui determinato, & firmo aſſeoſu opinantur,) in quo, (vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 7.) differt à dubio, qood eſt, cùm rationes pro vtraque parte oon generant aſſeoſum ancipiti, & veluti ſuſpenſo manente intellectu. Dixi *maiorem, vel ſufficientem conuenientiam.* nam licèt Vaſqoez 1.2. *diſp.*62. *cap.*4. *initio.* & Saytus *lib.* 1. *clauis cap.*5. *num.* 1. dicant opinionem probabilem in eo conſiſtere, qoòd rationes pro ea adductæ oſtendant maiorem conoenientiam extremorum inter ſe in vna parte contradictionis, quàm in altera; nihilomious puto ſatis eſſe, ſi ratiooes oſtendant ſufficientem connexionem extremorum in illa parte, propter quam intellectus rationabiliter illi aſſeotitur, cùm poſſint adeſſe rationes ex variis principiis, etiam intrinſecis deductæ, quæ æqualem oſteodant coouenientiam extremorum in altera parte contradictioois, & circa illam etiam aſſenſum opinabilem, ſeu probabilem gignant, vt magis conſtabit ex dicendis, & in terminis docent Sanchez *lib.* 1. *ſum.cap.*9. *num.*12. & Filliuc. *tom.*2. *tract.*21. *cap.*4. *num.*137. Porrò licèt opinio habeat annexam formidinem alterius partis: hæc tameo formido non tollit aſſenſum alterios partis, ſed ſolùm facit vt aſſeoſus non ſit omninò euidens, & clarus, ac certus de veritate, eo quòd ratio aſſentiendi non appareat aſſentienti ita conuincens, quin ab ipſo, vel ab alio poſſit ſolui.

83. Quare opinio probabilis ea dicitur, & eſt, quæ graui auctoritate, vel alicuius, ſeu non modici momenti ratione nititur, carens tamen certitudine, eo, quòd pro ipſa, & contra oppoſitam partem nulla ratio coouincens ſit, ſeo appareat, quam vel ipſe ſoluere non poſſit, vel ab alio ſolui oon poſſe exiſtimet: colligitur ex Ariſt. 1. *Eth.c.*3. & 4. & 1. *Top.c.*1. (vbi aſſerit opinionem probabilem eſſe, quæ omnibus, plurimis, vel peritis, & ſapientibus vera apparet, vel optimis argumentis confirmatur,) & io terminis tradunt Sanchez *d.cap.* 9. *num.* 6. Salas 1. 2. *tract.*8. *diſp. vnica num.*67. Filliuc. *d.cap.*8. *num.* 133. Layman *lib.* 1. *tract.*1. *c.*5. §. 2. *num.*6. & Valent. *tom.* 1. *diſp.*2. *quæſt.*12. *punct.*5. *quæſt.*1. (vbi dicit, tunc manere apud aliquem intra opinionis latitudinem quidpiam, quando ſibi perſuadet rationes illius ſolui poſſe, aut à ſe, aut ab alio,) & Caſtrus Palaus *tom.*1. *diſp.*2. *punct.*1. *num.*1. Portel *v.opinio num.*1. Hinc ſi vna pars contradictionis haberet contra ſe rationem conuiocentem, non eſſet opinio probabilis, ſeu error, ſeu aſſenſus falſus, & improbabilis, vt notant Vaſquez *d.diſp.*62. *cap.*4. *num.*18. Palaus *vbi ſu-*
84. *prà*, & Ioannes Sancios *in ſelectis diſp.*14. *num.*8. † Ex eo tamen quòd alicui ratio, propter quam probabili opinioni aſſentitur, videaror conuinceos & inſolubilis, non inde tamen fit, vt deſinat illa eſſe probabilis, aut ille debeat oppoſitam opinionem improbabilem cenſere, oam licèt ille ſoluere non poſſit, alius ſoluere poterit, & hoc ſibi perſuadere debet, cùm ſæpe rationes, quas quis inſolubiles putat, ab aliis facilè ſoluantur. ita Sanchez, Palaus, Ioannes Sancius *locis citatis*, Vaſquez *d. num.* 18. Saytus *d. cap.*6. *num.*7. & Paſqualigius *deciſ.*21. vbi aiunt eum, qui vni adhæreos ſententiæ habet peculiarem aliquam rarionem contra oppoſitam ſententiam, quam nec ipſe poteſt ſoluere, & putat omoino ſoloi non poſſe, non propterea debere oppoſitam ſententiam, quam ſcriptores antiqui, vel moderni viri graues examinarunt, eamque ſequuntur, improbabilem iudicare, vt eam ſequi non poſſit, quia ſolo ſuo iodicio non debet aliorum ſententiam improbabilem iudicare. Quòd ſi quis ita tenaciter ſuæ adhæreat opinioni, vt omninò teneat oppoſitam non eſſe probabilem, tunc licèt hæc eſſet in ſe probabilior, non poteſt iuxta eam operari; vt colligitur ex dictis de conſcientia erronea, & ex his quæ tradunt Antonius Perez *certam. ſcholaſt.* 10. *num.*41. Villalubos *d.diff.*4. *num.*8. & Palaus *d.punct.*1. *num.*9. vbi aduertit aliquam opinionem eſſe poſſe in ſe probabiliorem, non tamen ralem eſſe, ſeu apparere mihi, quia licèt fundamentum, & patronos habeat, ego tamen id igooro, vel mibi contraria fundamenta probabiliora videntur, quo caſu mihi non licet operari iuxta illam opinionem in ſe probabilem, iuxta eoſdem Doctores; quia ad regulandas actiooes, & ad formandam propriam conſcientiam, non tam attendi debet probabilitas, quam in ſe opinio habet, ſed qualis mihi appareat, quod eſt certiſſimum, nam qni ex conſcientia erronea credit vnam rem ita eſſe, ſi agat oppoſitum eius, quod conſcientia erronea dictat, agit contra conſcientiam, & peccat, vt ſuprà latè oſtenſum eſt: vt autem poſſit eam ſequi, non eſt neceſſe, vt eam iudicet probabilem, ſeu probabiliter veram ex principiis Intrinſecis, vt videntur ſentire Valentia *tom.*3. *diſp.* 5. *quæſt.*7. *punct.*... Salon. 2. 2. *quæſt.*63. *art.*4. *controu.*2. *concluſ.*4. Lud. Lopez 1. *p. inſtruct. cap.*120. & 187. Sayrus *lib.* 1. *clauis c.* 10. *num.*8. & Garzias *de benef. part.*11. *cap.*5. *num.* 364. ſed ſufficit vt putet probabiliter veram, quia alij viri docti talem iudicant, vt infrà *num.*135.

Ex quibus primò infertur, è contra opinionem 85.
improbabilem eam eſſe, quæ vel nulla, vel leni tantùm ratione nititur, aut habet contra ſe rationem conuincentem, id quod etiam in terminis docent Vaſqoez *d.cap.*4. *num.*13. *verſic. quòd ſi quis.* Conradus *de contract. tract.*7. *quæſt.*100. *concl.* 1. *verſic. ſeptimus*; Portel *d.v.opinio num.*1. & Reginaldus *lib.*13. *n.* 89. vbi cum eodem Conrado eadem concluſione prima, addit eam etiam opinionem eſſe improbabilem, quæ contra ſacras literas, vel Eccleſiæ definitionem eſſe deprehenditur, (vt habetur *cap. ſicut, d.*14. & tradunt etiam Naoarr. *in ſumm. cap.*27. *num.*286. & Menochius *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*71. *num.* 23.) aut ſcandali, alteriusve peccati, præſertim, mortalis periculum in praxi habere oſtenditur. Item opinio licèt aliquando habita vt probabilis, improbabilis eſt, ſi detegitur falſa, & continere errorem, atque adeò ſit antiquata, Maſcardus *concluſione* 1143. *n.*3. Cæuallos *comm. contra com. in præfat. num.*21. Vaſquez *d.cap.*4. *num.*18. Saytus *d.cap.*6. *num.*6. Breſſerus *lib.*3. *cap.*3. *num.*30. & Sanchez *d.cap.*9. *num.* 11. aientes opinionem antiquorum ſcriptorum etiam communem, non debere cenſeri ampliùs probabilem, vt quis eam ſequi debeat, aut poſſit, ſi contra eam alij ſcribentes aduerterunt nouam ratiooem conuincentem, aut legem aliquam, aut decretum, qoibus conuicti contrarium aſſeruerunt. Quare quoties contra aliquam opinionem, licèt alioqui communem, inuenitur, ſeu apparet aliqua noua ratio ita fortis, & fundamentalis, cui reſponderi non poteſt, non eſt amplius cenſenda probabilis, oec adhibenda in praxi; vt colligitur ex dictis, & docent iidem Auctores, & ſub iiſdem termiois Cæuallos poſt Imolam *in Clement. ne Romani num.* 3. & 4. *de elect.*

Addunt

Addunt Vaſquez, Breſſerus, & Sanchea *locis modò citatis*, & idem ſeutit Paſqualigios *deciſ.* 370. (malè tamen in eoutrarium allegans eoſdem Vaſquez, & Sanchez,) qoòd ſi poſt difficulratem ortam contra antiquorum opinionem ex aliqua lege, vel decreto, aut ratione reputata inuincibili aliqui docti Neoterici iiſdem lege, aut decreto, aut ratiooe, ſeu quibuſcunque motiuis tali opiniooi antiquorum oppoſitis diligenter conſideratis, & expenſis, ea diſſoluunt, & amplectuntur, adhuc illam antiquorum opinionem, illam inſuper aliqua probabili, & ſufficienter firma ratione comprobaotes, tunc deberet cenſeri eam eſſe probabilem, vt eam licitè ſequi poſſimus. quod intelligi debet, etiamſi vnus ſolus Neotericus doctus, & prudens eadem motiua ex lege, aot decrero, vel ratione antiquomm opinioni oppoſita diligenter à ſe examinata, probabiliter diſſoluens, eam adhuc affirmet, & probabili ratione confirmet, hoc enim caſu, quòd prædicta motiua recté, & diligeoter conſiderata ab vno, vel pluribus viris doctis Recentioribus diſſoluuntur, ſignum eſt, quòd non erant inuincibilia, & omninò indiſſolubilia, ac proinde illis probabiliter dilutis, remanet adbuc opinio probabilis. Limitat tamen Sanchez hanc additionem, vt non procedat, ſi opinio illi antiquorum opinioni iam reprobatæ, & antiquatæ oppoſita, iam ita in praxi recepta ſit, vt ferè certa à Neotericis Doctoribus reputetur. At limitationem hanc reiicit Paſqualigius *deciſ.* 369. dicens etiam contra communem, quæ aduersùs aliam communem antiquorum habetur à Neotericis pro certa, & ab illis tanquam certa in praxi eſt recepta, vnum Doctorem Neotericum peritum, prudentem & probum ſolitum cautè, & rationabiliter procedere in ſuis opinionibus aſſerendis, poſſe ſibi, & aliis conſtituere opinionem probabilem, ſi viſis, & rectè perpenſis omnibus motiuis Neotericorum, contra opinionem antiquorum exploſam tanquam certò falſam, illa probabiliter diſſoluat, & ex nouo fundamento ab iiſdem Neotericis non animaduerſo, vel non bene expenſam eandem opinionem iam antiquatam amplectatur, & tradat; tunc enim non temerè, ſed rationabiliter tali opinioni ipſe aſſentitur, & adhæret, & ita poteſt formare iudicium eſſe ſibi licitum illam ſequi; ſed neque alij temerè agent eandem opinionem in praxi ſequendo, relicta oppoſita à cæteris Doctoribus habita tanquam certa, quia nituntur authoritate doctrinæ, prudentiæ, & probitatis illius Doctoris illam aſſerentis, qui ſicut in cæteris agnoſcitur doctus, & prudens, & illi prudenter creditur; ita vt in tali opinione affirmanda, & tradenda poteſt, & debebat, præſertim rationabiliter procedere, & conſequenter in tali opiniooe ſuam reperiri probabilitatem, non obſtante, quòd oppoſita iam in praxi fuerit recepta tanqoam certa, ſi dicatur vnius Doctoris licèt periti, & probi, non poſſe præponderare authoritati cæterorum omnium Doctorum, qui oppoſitam tanquam certam receperunt, ac proinde nec reddere illam opinionem probabilem, vt alij ſolùm attenta illius authoritate in praxi licitè illam ſequi poſſint. Reſpondet Paſqualigius, quòd ſicut, vt opinio ſit ex principiis intrinſecis probabilis, non requiritur quòd babeat pro ſe rationes præponderantes rationibus oppoſitæ ſententiæ: ita, vt ſit probabilis ex principio extrinſeco, ſeu ex auctoritate, non oportet auctoritatem pro ipſa ſtantem præponderare auctoritati pro oppoſita ſententia ſtanti, ſed ſufficit, ſi in genere auctoritatis, nam tunc adhuc babebit ſuum effectum formalem reſpectu opinionis, cui coniungitur, & reddet ipſam probabilem, vt contingit in præſenti caſu, in qno aliqua habetur auctoritas in genere auctoritatis. Sed contra hanc reſponſionem videtur dici poſſe diuerſam eſſe rationem motiui intrinſeci, & extrinſeci, ſeu auctoritatis: nam motiuum intrinſecum, ſeu ratio ſuamet vl intrinſeca mouet intellectum, qui eſt potentia naturalis apta moueri ad aſſenſum ab obiecto, quod ſibi vel tanquam euidenter, vel tanquam probabiliter verum obiicitur, (licèt vbi tantùm probabiliter verum apparet, aſſenſum ſuſpendere poſſit,) vnde quantumuis pro vna parte ſtent plures, & validiſſimæ rationes, non tamen euidentes, ſi pro alia parte appareat, etiam aliqua ratio veriſimilis ex aliqua veriſimili coniectura reſultans, ſi hæc ſufficit ad mouendum rationabiliter, & non temerè intellectum ad aſſenſum, ita & ad reddendam opinionem probabilem, non obſtantibus aliis rationibus pro contraria parte ſtantibus. At verò dictum Doctoris ſolùm ex ſe præcisè non facit opinionem probabilem, vt alij illam licitè ſequi poſſint, ſed ad id requiritur aliorum prudenter, & rationabiliter bona opinio concepta de auctoritate Doctoris, quòd nempe ſit tantæ doctrinæ, prudentiæ, & probitatis, vt eius dicto meritò credi poſſit tanquam prudenter, ac rationabiliter prolato, atque adeò formari iudicium practicum, quod iuxta tale illius dictum operari liceat. Quando autem vnus ſolus Doctor, contra communem cæterorum Doctorum Neotericorum, contra alios antiquos ventilatam, & in praxi vti certam receptam ſentit, & tradit oppoſitam, qui neſciant agnoſcere vim motiuorum, quibus iſte Doctor vnicus ductus eſt ad ita ſentiendum, non videntur prudenter, & rationabiliter confidere ſoli authoritati, ſeu doctrinæ, (licèt aliàs fortaſſe meritò vir doctus, & prudens exiſtimetur,) talis Doctoris vnici, eique credere, cùm illi obſtet auctoritas cæterorum Doctorum recentiorum, & communis praxis ſapientum, & proborum virorum vtentium contraria ſententia, non vt probabili, ſed vt certa, & prorſus vera; non enim omnium iudicio ita facile fidendum eſt opinioni doctrinæ, ſeu auctoritati vnius Doctoris aliàs periti in ſimili caſu, cùm ſcilicet tradit opinionem contra communem recenter ab omnibus Neotericis diligenti examine, & motiuis vtriuſque partis exactè expenſis aduersùs antiquorum ſententiam ob nouam legem, aut decretum, aut aliquod motiuum communiter ab ipſis exiſtimatum inuincibile, & inſolubile, firmatam, & in praxi receptam vti certam, ſicut in aliis non habitis, neque receptis apud ſapientes pro ita certis. Et ſi verum illud, *Bonus quandoque dormitat Homerus*, in hoc caſu certè præſumi poteſt, virum aliàs doctum, & prudentem hallucinaſſe, nec in hoc locum haber regula, (quam pro ſe adducit Paſqualigius,) quòd *aliàs & ſemel bonus debeat præſumi ſemper bonus, niſi de oppoſito conſtet*; nam procedit in ſpectantibus ad ſolam voluntatis electionem, non verò in ſpectantibus ad iudicium intellectus. Quare in ſimili caſu exiſtimarem viros indoctos, neſcientes expendere prudenter rationem, & ſcientes contrariam opinionem eſſe communem Doctorum Recentiorum, & habitam, ac receptam in praxi vti certam, non poſſe nixos ſola authoritate vnius Doctoris, quamuis aliàs periti, exiſtimare iſtius Doctoris ſingularem opinionem aduersùs dictam communem eſſe probabilem, & licere ſibi iuxta illam operari, niſi ſaltem hic vnicus Doctor communiter ab omnibus exiſtimaretur valde excellens, & magnus, & tantæ doctrinæ, prudentiæ, & probitatis, vt eius auctoritas præponderaret

auctorita

auctotitati plutium aliorum Doctorum pro oppoſita communi ſententia habita vti cetta ſtantium.

Aſſertio viri docti etiam contra communem, an poßit conſtituere opinionem probabilem.

86. SEcundò infertur eſſe probabilem opiniooem, non ſolùm eam, quam aſſerunt plures Doctores periti, & docti, ac boni nominis, qui vtriuſque partis rationibus diligenter examinatis, & perpenſis illi adhęſerunt, vt colligitur ex Ariſt. *citat loco*, & tradunt Doctores communiter; ſed etiá eam, quam vnus vir doctus, & in literis verſatus rectè, & diligéter vtriuſque partis fundamentis à ſe repertis ſuſcitauerit, & affirmauerit, ac firma, & ſufficiéti ratione confirmauerit; quia talis opinio cùm ſit viri docti, eam ex ſufficienti ratione affirmantis, innititur non leui auctoritate, & fundamento. & ita docent Nau. *in man. c.27.n.288. fine, & in c. ſi quis autem, de pœn. d.7.n.50. &* 53. Maſc. *d. concl.* 1143.*n.*12. Ant. Maria Carot. *de opin. com. lib.2. tit.9.n.*129. Ioan. Val. *de diff. in vtrumq; forum, diff.1.n.5.* Meooch. cum aliis *de praſumpt.71.n.*15.16. & Cæu. *in d. praſ.n.*18. *&* 19. *&* 46. D. Thom. *quodl.3.a.*10. Ang. *v. opinion.n.*2. Sylu. *eod.n.*1.*c.*16.*q.*6. & Vaſq. *d.c.*4. *n.*12. Azot. *d. lib.*1.*c.*17.*q.*6. Sayt. *d.c.*6.*n.*8. *&* 9. Fau. *in* 4.*d.*14.*q*1.*n.*48. Sanch. *d.c.*9.*n.*7. *& duob. ſeqq.* Villal. 1. *p. tr.*1. *diff.*4.*n.*17. Ioan. Sanc. *diſp.*44.*n.*61. *&* 62. Caſt. Pal. *d.p.*1.*n.*3. Sà *v. dubium n.*3. Laym *d.n.*6. Paſq *in ſuis deciſionibus moral. deciſ.*360. *&* 361. Diana *p.*4. *tract.*4. *miſcel. reſol.*30. Breſſ. *lib.*3. *de conſcientia c.*3. *&* 4. Frag. *de Reg. Chriſt. Reip. p.*2. *lib.*4. *diſp.*10.*n.*173. *& ſeqq.* & alij, qui ferè omnes aiont virum doctum, & excellentis ingenij, ac in ſtudiis nou parum verſatum, qui non conſueuerit eſſe audax, & temeratius, nec proprio iudicio nimis addictus, aut paſſione prauóve affectu moueatur contra communem aliotum Doctorum, qui eum præceſſerunt, poſſe probabiliter opinari, & ſentire ſi vtriuſque partis rationibus diligenter examinatis agnoſcat, vel nouam rationem firmam, & probabilem ab aliis non excogitatam, vel aliquam rationem ab aliis inſufficienter ſolutam, pto parte ſua ſtare, quam ptoinde contra communem eum, & alius poſſe ſequi in ptaxi affitmant. Quod enim multis reconditum, & abſtruſum erat, aliquando alicui acutioris ingenij, vel exactiùs examinati manifeſtauit: & videmus de facto hoc pacto multas opiniones nouas inuentas eſſe in ſcholis contra antiquiores, quæ factæ ſunt communes, & multæ veritates tempore D. Thom. & S. Bonauent. elucidatæ ſunt aduerſùs communem, & receptam ſententiam, nec temerarius dici poteſt ille, qui contra communem Scholaſticorum aliquid aſſerit, ſed qui aſſerit ſine ſolido fundamento, & immaturo iu-
87. dicio. † Quapropter dictum vnius Doctoris firma ratione munitum reddere opinionem ptobabilem, vt eá ipſe, & alij tá docti, quàm indocti licitè amplecti poſſint, in terminis tradunt Ang. Syluest. Nau. Vaſq. Azot. Sanch. Villal. Ftag. Ioan. Sanc. Pal. *locis citat.* & Azot. *d. lib.*1.*c.*16.*q.*6. & S. Thom. *vbi ſupr.* Syluest. & Azor. cum aliis aiunt poſſe quem ſequi in praxi opinioné, quam à Magiſtro audiuit; & Menoch. & Cæu. aiunt non facere litem ſuam, ſed excuſari Iudicem, qui contra opinionem communem Doctotum iudicando ſecutus eſt illam, quam aliquando eius Præceptor veram eſſe affitmauit, vel, inquit Cęu, ſi ſecutus ſit opinionem alicuius Doctoris inſignis. Animaduertendum autem quòd ſi res aliqua ad mores ſpectans à nullo Doctore ex inſtituto tractata fuit, vel ab vno ſolo, aut à paucis, tunc faciliùs dictum vnius grauis Doctotis in literis verſati, qui re rectè examinata ei parti adhæſerit, quæ ex firma, vel ſufficienti ratione ſibi ptobabilis viſa fuerit, ſufficere ad opinionem ptobabilem conſtituendam tam ſibi, quàm aliis: ſi verò à multis res ſit ex profeſſo agitata, & omnes perpenſis rationibus eandem partem elegerint, idemque ſentiant, tunc vt contra huiuſmodi communem vnus vir doctos cenſeri debeat probabiliter opinari, opottet vt maturiùs, & exactiùs rem examinet, & non moueatur ad aſſerendum tali communi oppoſitum, niſi vel ex aliqua firma, & ſatis manifeſta ratione, quam videat cæteros Doctores non animaduertiſſe, vel ſi animaduerterint, ipſe re exactiùs perpenſa agnoſcat ab illis non fuiſſe ſufficienter ſolutam, ſed rectè ſuſtineri poſſe. ita Azorius, Villalobos, Paſqualigius, & Palaus *locis citatis*, & colligitur ex aliis. Quare non eſt admittenda limitatio Portel *in dubijs reg. d.v. opinio n.*4. vbi ait licere quidem ſequi opinionem Magiſtri, ſeu Doctoris inſignis in caſu nouo nunquam ab aliis diſputato aliquam rationem habentis; ſecùs verò in caſu iam à multis aliis ventilato, & pluribus rationibus in conttarium à Doctoribus munito, & ſic eſſe intelligendum ait S. Thomam, cùm dicit quempiam poſſe acquieſcere dicto ſolius Magiſtri, in caſu ſcilicet nnnquam ab aiiis exeogitato, & cuius noui caſus ipſe Magiſter reſolutionem colligit ex dictis ab aliis; non, inquam, eſt admittenda talis limitatio, nam etiam in caſu ab aliis Doctoribus antiquioribus ventilato, dictum Doctotis periti, & inſignis facit opinionem probabilem concurrentibus ſuprà dictis. Non videtur etiam admittenda limitatio Breſſ. *d.c.*3.*n.*28. vbi *n.*87. primò aduertit, aliud eſſe opinionem ab Auctore aſſeri, vel argumento probari tanquam veram, aliud tanquam probabilem: ſecundò ait, vt ratio, vel vnius auctoritas ſit grauis, & ſufficiens ad probabilitatem opinionis, hanc debere probari, vel aſſeri tanquam vetam, non tantùm tanquam probabilem, quod, inquit, etſi Doctores non exptimant, ea tamen videtur eorum mens, cùm ſimpliciter quis eam opinionem cenſeatur docere, tenere, vel aſſerere, quam dicit, putatque veram, nam quam putat tantùm probabilē, poteſt reiicere, & refutare tanquá ſimpliciter falſam. Tettiò ex hoc duo infert. Primum minus eſſe aliquid aſſeti, vel probari tanquá probabile, quàm aſſeri, vel probari tanquam verum. Secundum non ſufficere ad probabilitatem opinionis authoritatem vnius viri pij, & docti aſſerentis eam tantùm probabilē; ſed eo caſu requiri auctoritatem ſaltem duorum, qui videlicet dicant eam probabilem: vnde, inquit, conformiter loquēdo non eſſet argumentum magni momenti, quo vni perſuaderetur opinio ſolùm vt probabilis; eſſet verò, quo talis perſuaderetur duobus, aut pluribus, & ſaltem (concludit) ſequitur, auctoritatem vnius, quia ea non eſt indiuiſibilis, debete eſſe maiorem, v. gr. fundatam in maiori doctrina, vt reddat opinionem probabilē, ſi putet tantùm probabilē, quàm ſi putet veram; non videtur, inquam, admittenda talis limitatio, ſed aſſerendum ad ptobabilitatem opinionis conſtituēdam ſufficere, etiamſi ab vnico auctore docto, & pio conditionibus ſuprà explicatis, & aliis explicandis infrà §.19. in eo exiſtētibus non aſſeratur, & probetur tanquá veta ſimpliciter, vel etiá probabilior, ſed tantùm tanquá verè probabilis, ná eo ipſo, quòd vir doctus, & in literis, atq; in materia, de qua agitur, verſatus, & ſimul pius, qui non ducitur paſſione aliqua diligēter examinatis, & expenſis fundamētis pro vtraque parte exiſtentibus graui, & firma ratione, & ſatis conuenienti motus aſſeruit, & probauit aliquid eſſe probabile, ſeu aliquam opinionem eſſe probabilē, & veriſimilē contra oppoſitá communem aſſerentem eam eſſe falſam, non poteſt dici improbbilis, & falſa, ſed eſt verè probabilis iuxta dicta, cū nō careat graui, &

ſufficienti fundamento, & iuxta eam tam ipſe aſſertores, quàm alij modo infrà dicto §. 19. explicando poteſt licitè operati, cùm ad rectam operationem ſufficiat ſequi opinionem probabilem relictâ probabiliori,vt latiùs infrà §.17.per totum,& ipſe Breſſ.*d. lib.3.c.5.n.64.*aſſerit quòd vt iudicium,ſeu opinio,aut conſcientia ſit prudens,non requiritur,vt dictet non ſolùm tanquam certum,aut tanquam verum ſimpliciter, ſed neque tanquam probabilius rem eſſe honeſtam,ſed ſufficit,vt dictet probabile,ſeu probabiliter verum eſſe, rem eſſe honeſtam. Neque verum eſt,quòd Doctor eam opinionem à ſe inuentam,vel renouatam, quam ex non leui fundamento poſt diligens examen, & ſtudium iudicat probabilem, debeat,aut poſſit reiicere tanquam ſimpliciter falſam; nam eo ipſo, quòd agnoſcit pro eius probabilitate ſtare ſufficiens fundamentum,non poteſt rationabiliter reiicere tanquam ſimpliciter falſam. & quod ego,ſentiunt alij Doctores allegati, qui, vt dictum, ſeu auctoritas vnius Doctoris docti,& pij conſtituat opinionem probabilem,non dicunt eum debere aſſerere & probare eſſe ſimpliciter veram, ſed ſolùm probabilem, vel probabiliorem oppoſita ſententia; idem prorſus ſonuunt Doctores allegati *n.*83. dum volunt opinionem probabilem eſſe,quæ nititur ſufficienti fundamento, ſeu firma aliqua ratione, ita vt prudenter cenſeatur talis ſecundùm dictamen rationis,& nihil ſit in oppoſitum, quod non poſſit dilui.

88. †Non paſſim etiam,& crebrò,ſed rarò vir, etſi valde doctus,& eximij ingenij,debet firmare,aut ſuſcitare, aut ſequi opinionem ſingularem propriam,aut alterius contra communem à multis comprobatam, vt mox allegati Doctores obſeruant,cùm nouitates in rebus moralibus ſint euitandæ, (vt aiunt Nau. *Apol. de red q.1.monit.*38.Simanc.*de vt.inſt.c.*50.*n.*31.Cord. *lib.*4.*q.*1.*prop.*6.*&* 11. & Villall.*d.n.*17.) & ipſe etiam poſſit hallucinari, ac proinde potius talis Doctor credere debet ſe errare, quàm aliorum iudicio præponi,& timere ne lumen,quod ſibi eſſe videtur,tenebræ ſint; & viri prudentis eſt commune aliorum ſapientum iudicium ſequi,vt Nau.*d.c.*17.*n.* 186.*verſ. quartò,*rectè colligit ex *c prudentiam,de off deleg.& c. de quibus,d.*20. Nihilominus ſi vir doctus,& probus ſeruatis ſeruandis,iuxta prædicta,ſingularem,& nouam opinionem,& contra communem aliorum ſcriptorum ſuſcitet,non ideò quia eſt noua, reprobanda eſt,ſi maturo iudicio aſſerta ſit,vt ex dictis cóſtat.Ac proinde ſi in libro alicuius Doctoris moderni inueniantur aliquę propoſitiones aduerſus communem, non ſtatim ſunt iudicandæ , aut debent cenſeri improbabiles,ſed potiùs probabiles,dum non conſtat à Sede Apoſtolica eſſe vt improbabiles iudicatas;& idē ſi reperiātur in aliquo ſcriptore antiquo,& non ſint antiquatæ,aut à Sede Apoſtolica eſſe cenſeantur communiter reprob tæ.id quod notauit etiam Pal.*vbi ſuprà*

89. *n.*4.†Dixi autem virum doctum debere rem maturè, & exactè rationibus hinc inde perpenſis examinare, & firma aliqua ratione moueri,vt rectè contra communē opinetur.Nam alicuius Doctoris licèt grauis, & docti opinio contra communem non cenſebitur probabilis,ſi leui aliqua ratione,non maturè conſiderata cōtra cæteros ſenſerit,(vt notauit Vaſq *d.c.*4. *n.*13.& poſt eum Sanch.*d.c.*9.*n.*9.)aut re non exactè, & ex inſtituto agitata,ſed perfunctoriè, & incidenter, & occaſione alicuius argumenti dictum contra communem ſententiam protulerit,vt docent Maſc. *d.concl.*1143.*n.*11.Cæu.*in d.praef.n.*13. Ioann.Sanc.*d. diſp.*44.*n.*61.*fine*,& Pal.*d.p.*1.*n.*5.quæ enim dicuntur incidenter,fortè ad colorem, non ad probationē dicuntur,ſicut,inquit idem Maſc.confeſſio incidenter facta,vel quę fit ad alium finē,non præiudicat confitenti.ex gl.*in c.ex pænitentib.d.*50. quare requiritur vt firmet opinionem diſputando,arguendo circa ipſius veritatem,& poſtea reſoluendo,vt tradunt cum aliis iidem Maſc.& Cæu.† Hinc non facit opinionē pro- 90.
babilem dictum Doctoris, quòd in indice libri reperiatur,vt notant Ioan.Sanc.*n.*69. & Pal.*vbi ſuprà*, tum quia impreſſores ponunt aliquādo in indice ea, quæ auctor in libro non docet:tum quia indices ab Auctoribus non ea cura conſtituuntur,aut inſpiciūtur,vt doceant legentes. Quòd ſi in indice ponatur ratio concluſionis, tunc iidem Sanch. & Pal. aiunt alios poſſe illam vt probabilem opinionē totò amplecti,quia idem eſt,ac ſi in corpore libri poneretur. Confirmatur ex traditis ab Antonio Maria Carotio *de com.opin.lib.*1.*tit.*6.*n.*56.vbi reſoluēs difficultatem, an Doctor,qui in indice, ſeu tabula, ſeu repertorio, ſeu ſummario alicuius operis aliquid afferat,vel teſtetur de communi opinione,quod in opere reperitur,faciat opinionem,& numerum in communi,vel eius atteſtatio attendenda ſit,ait,quòd aut index eſt locupletatus ab eius auctore iuribus, & auctoritatibus, & rationibus præter contenta in opere , prout eſt index Innocentij, pro quo appoſita eſt Margarit. Baldi,index Panormit.Felini, & nonnullorum,tunc Doctorem facere numerum,& opinionem, quia iſti indices non ſolùm indicis , ſed additionis vices gerunt;aut index eſt ſimplex,prout ſunt regulariter indices,& tunc nec opinionem, nec numerum faciet, nec atteſtatio de communi reuelabit,quia index nihil per ſe diſponit,ſed indicat ſolùm,vbi res in opere pertractetur.† Notant inſuper,& rectè,Sanc.*n.*71.& 91.
Pal.*n.*6.& poſt eos,& alios Paſq.*dec.*363. ad probabilem opinionem conſtituendā non ſufficere factum vnius Doctoris etiam probi, ſæpe etenim ad factum moueri poteſt,vel ex aliqua diſpenſatione ſibi facta in lege aliis ignota, vel ex aliqua inaduertentia, vel ex aliqua paſſione,cùm ſit & ipſe homo,nec ſemper vir aliàs pius,vel religioſus operatur,quod honeſtū eſt. Aliàs tamē Palaus ſufficere ſi plures religioſi id viderentur efficere ſine ſcrupulo, quia tunc præſumendum eſt licere,& ipſos duci ſufficienti ratione. quod colligit ex Sà *loco citato* , vbi ait ad licitè operandum ſufficere opinionē alicuius grauis Doctoris,aut bonorum exemplum.ex quo dicto inferri poteſt,ipſum idem ſentire quando viri ſæculares timoratæ conſcientiæ plures,& frequēter aliquid faciunt vt licitum,eo quòd præſumendum ſit tales viros timoratæ conſcientiæ habere ſufficiens fundamentum ſic operandi.& ita in terminis docet Paſq.*d.dec.*363. *n.*4.qui *n.*5.extendit etiam quando perſonæ alicuius profeſſionis aliquid ad illam profeſſionem ſpectans faciunt tanquam licitum,etſi aliis non illius profeſſionis videatur illicitū,nam eorū iudicio peritorū in arte ſtandum ſit, præſumēdum eos agnoſcere iuſtam cauſam,qua ducantur ad ita indicandum,& operandum. Cæterùm res per indices iudicatas ſufficere ad conſtituendā opinionē probabilem,ſi nō fuerint reuocatæ,vel reſciſſæ,certū videtur,cū ſententiæ ſecūdùm iuſtitiam à iudicibus ferātur.& ita Galli,& Veneti vtuntur rebus iudicatis pro lege in ſuis iudiciis.

Quænam ſit dicenda opinio probabilior,quæ minus probabilis,& quæ communis.

TErtiò ex dictis *n.*81.*&* 83.infertur,quæ opinio 91.
ſit minus probabilis,quæ probabilior;probabilior enim eſt, quæ probabilioribus, & efficacioribus rationibus, (ſcilicet oſtendentibus euidentiorem,& maiorem extremorum connexionem,)innititur, minus verò probabilis , quæ quidem pro ſe habet ſufficiens,

ficiens, & probabile fundamentum, oſtendens connexionem extremorum, ſed non tam probabile, & efficax, ac firmum, ſicut habet contraria opinio. ita etiam in terminis Vaſq. *d. diſp.* 62. *num.* 2. Villalobos *d. diff.* 4. *num.* 2. Palaus *d. part.* 1. *num.* 7. & colligitur ex aliis Doctoribus ſuprà allegatis, & mox allegandis.

93. Cæteris autem paribus illa opinio præſumitur, & cenſenda eſt probabilior, ac verior, quæ eſt communis, & à maiori parte, & à pluribus Doctoribus recepta, & approbata, quàm ſit contraria, vt conſtat ex Ariſt. *d. cap.* 1. *primi Topicor.* (vbi probabiliora, inquit, ſunt, quæ videntur omnibus, vel pluribus, & ſapientibus, & his omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, & illuſtribus,) & tradunt Menoch. *d. præſumpt.* 71. *n.* 2. Maſcard. *d. concl.* 1143. *n.* 1. Cæuallos *in d. præfat. num.* 30. *& ſeqq.* Azor. *d. lib.* 1. *cap.* 13. *initio*, Bieſſerus *lib.* 3. *de conſcient. c.* 3. *num* 41. *&* 42. Fragoſus *de Reg. Chriſt. Reip. part.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 177. Villalobos *d. num.* 2. Palaus *d. p.* 1. *num.* 8. & alij *num ſeq.* allegandi, & innumeri relati à Menochio, Maſcardo, & Cæuallos, aientes propterea à communi Doctorum opinione in iudicando non eſſe recedendum, de qua re latiùs infrà *num.* 486. *&* 544. *& ſeqq.*

94. Dixi *cæteris paribus*, quia licèt in rebus moralibus auctoritas plurium Doctorum ſit magni momenti, & quoad directionem humanarum actionum conſideranda, nihilominus ex ſola authorum pluralitate, & multitudine, iudicanda non eſt aliqua opinio probabilior, ſed ex efficacioribus, & fortioribus rationibus, quibus fulcitur, & propter quas aſſeritur, vt tradunt Menoch. *d. præſumpt.* 71. *num.* 24. 30. *&* 31. Maſcard. *d. concl.* 1143. *n.* 5. 6. *&* 7. Cæuall. *n.* 11. *&* 37. *& duobus ſeqq* Nauarr. *d. c.* 27. *n.* 289. Sanch. *d. c.* 9. *n.* 9. *& lib.* 3. *de matr. diſp.* 44. *n.* 2. *initio.* Azor. *cap.* 14. *q.* 1. *verſ. quando igitur*, Filliuc. *d. c.* 4. *n.* 135. Villalobos *d. diff.* 4. *n.* 6. *&* 7. Paſqualig. *deciſ.* 1. & alij communiter, quos Menochius, & Maſcardus allegant, & eſt expreſſus textus *in l.* 1. *§. ſed nec ex multitudine, Cod. de vetere iure enucleando*, ibi, *neque ex multitudine auctorum quod melius, & æquius eſt iudicatur, cùm poſſit vnius forſan, & deterioris ſententia, & multos, & maiores in aliqua parte ſuperare.* quem textum ad id ſingularem appellauit Abbas *in c.* 1. *de conſtitutionibus n.* 15. Propterea ſi plures Doctores aliquid affirment carentes firmo fundamento, illorum ſententia non eſt cenſenda probabilior, immo nec illis, etſi alioqui ſint viri docti, eſſe credendum, dixit Ioannes Lapus *c. per veſtras, de donat. inter virum & vxor. notab.* 3. *§.* 10. *n.* 12.

95. † Et Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, § in omnibus n.* 5. *verſ. modò eſt videndum. C. de Epiſc. & Cler.* dixit, quòd vbi de interpretatione legum, & verborum agitur, dignitas nil operatur, iuxta *l. item legato, §. parui ff. de legat.* 3. & quòd in hoc caſu interpretationis legum, & verborum, tantum eſt curandum de opinione, & auctoritate ſummi Pontificis, magiſtraliter loquendo, quantum de opinione vnius ſimplicis viri, cùm
96. tunc nil authoritas, ſed ratio patrocinetur. † Quare, vt notarunt Maſcardus *d. n.* 5. *&* 6. Menoch. *d. n.* 30. *d. n.* 11. *& duobus ſeqq.* Nauarrus, Azor. Sanchez, Villalobos, Ioannes Sancius, Palaus *locis citatis*, & priùs docuerunt alij, quos latè referunt Menochius, Maſcardus, & Cæuallos, opinio non eſt communis, vt contrariæ præiudicet, ex multitudine ſcribentium aſſerentium, quorum vnus ſequitur alium, ſicut oues aliæ alias, quæ præcedunt, ſine iudicio ſequuntur, & velut aues, quæ vnam volantem omnes ſequuntur, vt poſt Decium *conſ.* 444. ait Nauarrus *vbi ſuprà*, & Menoch. *d. præſumpt.* 71. *n.* 40. plures alios allegans, ſed ex pluralitate, & grauitate auctorum, & ratione ſimul, ita quòd illa dicitur, & eſt communis opinio, quæ plures habet Doctores, & grauiores, (& grauiores auctores dicuntur illi, quorum frequentiores ſunt lecturæ, & approbationes in ſcholis, & auditoriis, præſertim antiquiores, vt tradunt Alciatus *de præſumptionibus, præſumpt.* 51. *reg.* 1. *n.* 8. Menoch. *n.* 41. & Cæuall. *vbi ſuprà*,) qui ex inſtituto, & ex profeſſo arguendo, & diſputando circa ipſius veritatem, & rationibus vtriuſque partis diligenter expenſis illam firmant, & ſolido fundamento roborant. Quòd ſi perfunctoriè, vel incidenter de illa tractent, etiamſi ſint plures, non faciunt opinionem communem, & probabiliorem, neque æquiualent paucis eam ex profeſſo diſputantibus, iuxta eoſdem Doctores; ac proinde communis dicetur, (vt Nau. Sanch. & alij aiunt,) ſi pauciores Doctores, & claſſicos habeat, qui rationibus hinc inde exactè ponderatis eam amplexi ſint; & ita idem Nauarr. *d. n.* 289. communiorem, & probabiliorem exiſtimat opinionem approbatam, & firmatam à ſex, vel ſeptem Authoribus claſſicis rem ex profeſſo tractantibus, quàm probatam à quinquaginta Doctoribus ſola ferè auctoritate priorum ductis. quod idem aiunt Menoch. *n.* 40. Cæuall. *n.* 14. & Maſcard. *d. concl.* 1143. *n.* 6 *&* 11. vbi ideo *n.* 3. cum aliis, pauciorum opinionem probabilioribus, & melioribus rationibus roboratam communi eſſe præferendam; imò ex Ioann. And. *in c.* 1. *de conſt.* addit nouam vnius Doctoris opinionem contra Doctorum communem in iudicando poſſe teneri, quando eſt melioribus, & validioribus rationibus fondata, quod iudex perſpicacis ingenij facilè perpendet, quod idem aſſerit Cæuall. *n.* 18. ſententiæ enim non debent numerari, ſed ponderari, vt conſtat etiam ex querela Plinij iunioris ad Traianum, quòd ſententiæ numerantur, & non ponderantur, de qua Maſcard. *n.* 6. & Cæuall. *d. n.* 14. Præſumptio igitur in dubio eſt pro communi opinione, quòd ſit probabilior, & verior, quia cùm plures ad eam aſſerendam, & defendendam concurrunt, regulariter præſumi debet, quòd ſicut numero, & authoritate Doctorum, ita & ratione roborata ſit, ſecus ſi contrarium appareat, vel oſtendi poſſit. † Aduertit autem cum 97.
pluribus aliis Menoch. *d. præſumpt.* 71. *n.* 43. *& ſeqq.* ad conſtituendam communem opinionem eſſe præponendam opinionem eius, qui in duobus locis eam ſecutus eſt, illi opinioni quam vno tantùm in loco approbauit, & eam, pro qua plus ſcripſit, & eam, quam vltimo loco affirmauit, & probauit, cùm poſterior opinio præſumatur diligentiùs conſiderata, ſicut & illa, quam duobus in locis tenuit, vel pro qua plus ſcripſit; & cùm Doctor contrarias opiniones ſecutus eſt, vnam conſulendo, ſeu de iure reſpondendo, alteram docendo, legendóve, aut in commentariis, ſeu tractatibus à ſe compoſitis, idem Menoch. *n.* 48. *&* 49. aliis relatis dicit eſſe præponendam, & retinendam eam, quam Doctor legendo, & docendo, aut in tractatu probauit, quia nullo affectu, ſed ſola veritate inſpecta præſumitur magis in lectura, vel tractatu aſſeruiſſe, quam in conſilio. Vnde etiam præferenda erit ſententia Doctorum, qui nulli ſectæ ſunt addicti, opinioni illorum, qui certæ ſunt addicti ſectæ, vel in verbo Magiſtri iurarunt, ad quod faciunt tradita à Cano *lib.* 9. *de locis Theologicis cap* 7. Caſtro *lib.* 1. *de hæreſibus cap.* 7. & Villalobos *d. diff.* 4. *n.* 7. ſed de prædictis omnibus latiùs infrà *§.* 27. *à num.* 616. † Item exiſtentibus duabus 98.
contrariis opinionibus Maſcard. *d. concl.* 1143. *n.* 7. & Menoch. *n.* 9. Galliaula *in l. Centurio n.* 459. *ff. de vulg. & pupill.* aiunt, quòd firmior, & verior præſumitur illa, pro qua conſuluit vnum Collegium Doctorum, præcipuè ſi eſt Collegium plurimorum ſapientiſſimorum,

morum, & profundiſſimorum Doctorum, prout eſt, inquit Galliaula, Collegium Papienſe; & huiuſmodi etiam exiſtimatur Rota, cuius deciſionem Cæuallos *vbi ſuprà n.* 26. ex Decio *in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.* & aliis, dicit eſſe maioris authoritatis, quàm communis opinio aliorum Doctorum, ſingu-
99. larium, de qua te latè infrà *à n.* 575. *ad* 586. † Vbi etiam numerus æqualis ſtat pro contrariis ſententiis, illa præferenda, & tanquam probabilior, & verior ſententia præſumi debet, cui accedit auctoritas viri, qui communiter eximij ingenij, & multæ authoritatis exiſtimetur, vt conſtat ex determinatione Imperatoris Theodoſij *lib.* 1. *c.* 4. *de reſponſis prudentum, lege vnica,* vbi ſtatuit, vt ſi diuerſæ proferantur ſententiæ, potiùs numerus vincat authorum, vel ſi numerus æqualis ſit, eius parti accedat auctoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui vt ſingulos vincit, ita cedit duobus, ſi autem par eorum ſententia, quorum par cenſetur auctoritas, quod ſequi debet, eligat moderatio iudicantis. ita illa lege. Inter Doctores autem magnæ auctoritatis exiſtimatur, tum gloſſa *in Decreta, & Decretales,* tum gloſſa, ſeu Accurſius *in ius ciuile,* vt tradunt poſt alios Maſcardus *d. concl.* 1143. *num.* 15. Cæuallos *in d. præfat. num.* 6. *& ſeqq.* Ant. Gabr. *tom.* 1. *verb. gloſſa,* & Villalobos *d. diff.* 4. *n.* 6. Innocentius, Hoſtienſis, Speculator, Bartolus, ex Antonio Maria Carotio *tract. de communi opinione lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 19. qui quoque *tit.* 4. *n.* 5. *&* 16. aliis telatis ait, cùm pro vtraque opinione de eadem quæſtione ſtat numerus æqualis Doctorum, eam eſſe magis communem, & conſequenter probabiliorem cenſeri, quæ habet Doctorem, vel Doctores maioris auctoritatis, ſcilicet, qui communiter æſtimantur inſignes, & valde docti, ac eximij ingenij, & valde verſati in re de qua agitur, in hoc enim conſiſtit auctoritas Doctoris quòd peritus in ſua arte, ſeu ſcientia, & bonus ſit, & talis communiter credatur, & imitatione dignus, ex eodem Carotio *tit.* 2. *n.* 5. *&* 6. allegante Ioann. Paulum Lancel-
100. lot. & *tit.* 5. *n.* 5. † Cæteris quoque paribus probabilior exiſtimatur opinio antiquorum, quàm Neotericorum, vt conſtat ex dictis *n.* 96. & tradunt Carotius *d. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 14. Menoch. *d. præſumpt.* 71. *d. n.* 41. Azorius *c.* 17. *q.* 1. Villalobos *d. diff.* 4. *n.* 4. quòd ſi modernorum opinio firmiori fundamento fulciretur, tunc ipſa cenſeretur probabilior, iuxta dicta, & tradunt etiam Carotius *num.* 15. *&* 18. Azorius, & Villalobos *vbi ſuprà,* de qua te latiùs infrà *num.* 592.

Quæ opinio dicatur magis tuta, quæ minus tuta.

101. QVartò ex dictis infertur, non eſſe idem, opinionem probabiliorem, aut communem eſſe, & eſſe tutiorem: nam tutior opinio non dicitur talis in ordine ad fundamentum, vel Patronos, ſed in ordine ad vitandum peccatum materialiter, ſcilicet, id quod in ſe eſſet peccatum, ſiquidem tutior opinio non dicitur illa, quæ ſolidioribus rationibus, & plurium Doctorum auctoritate fulcitur, ſed qua electa nullum à parte rei poteſt eſſe, ſeu committi peccatum: vt, v. g. ſi ſint contrariæ opiniones de reſtitutione facienda; ea, quæ dicit reſtituendum aliquid eſſe, dicitur tutior, licèt fortaſſe habeat debilius fundamentum, & pauciores aſſertores, quia in facienda reſtitutione non poteſt eſſe peccatum formaliter, nec materialiter: contraria verò licèt meliora fortaſſe habeat fundamenta, & plures aſſertores, eſt minus tuta, quia in non facienda reſtitutione poteſt eſſe peccatum à parte rei, ſcilicet materialiter, nempe admitti id quod à parte rei eſt prohibitum. ita Vaſq. *d. diſp.* 62. *n.* 1. Azorius *c.* 16. *q.* 2. *verſ. vt in hac re.* *&* *c.* 18. *q.* 4. Sanch. *d. c.* 9. *n.* 5. *& c.* 10. *n.* 16. Villalobos *d. diffic.* 4. *n.* 1. & Doctores communiter. nec verè diſſentiunt Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 66. Palaus *d. diſp.* 2. *part.* 2. *num.* 3. & Paſqualigius *deciſ.* 369. & conſtabit ex dicendis infrà *num.* 137.

Idem intellectus poteſt duas oppoſitas ſententias iudicare probabiles æquè, vel vnam altera probabiliorem, & quomodo?

QVartò & vltimò ex dictis *n.* 82. infertur eun- 102.
dem intellectum poſſe iudicare probabiles duas oppoſitas opiniones, ſeu ſententias, vel æquè, vel vnam altera probabiliorem, id quod licèt nonnulli, præſertim Fauent. *d. q.* 1. *n.* 50. Laym. *d. c.* 5. *n.* 5. & Pal. *d. diſp.* 2. *punct.* 2. *n.* 4. cenſeant impoſſibile, exiſtimantes neminem aſſentiri poſſe propoſitioni, cuius oppoſitam exiſtimet eſſe æquè, aut magis probabilem: alij tamen putant eſſe poſſibile, quia ſicut poſſumus amare minus bonum etiam cognitum vt tale, ita & aſſentiri propoſitioni minus probabili cognitæ, vt talis. ita Salas *d. diſp. vnic. n.* 61. Azor. *d. lib.* 2. *c.* 16. *q.* 62. *verſ. poſtremò aduertendum, & cap.* 17. *q.* 7. *in fine.* Vaſq. *d. diſp.* 62. *c.* 3. *n.* 10. Saytus *d. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 2. *&* 3. Sanch. *d. c.* 9. *n.* 12. Filliuc. *d. c.* 4. *n.* 137. Garzias *de beneficijs p.* 11. *c.* 5. *n.* 365. & Paſqualigius *deciſ.* 365. *& deciſ.* 13. *& deciſ.* 15. *n.* 4. & prius tenuit Michaël Salon 2. 2. *q.* 63. *art.* 4. *cont.* 2. *concl.* 4. *verſic. obſeruandum.* idem etiam tenent Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 14. *num.* 9. Granadus 1. 2. *controu.* 2. *tract.* 12. *ſect.* 3. *num.* 19. Breſſ. *de conſcientia lib.* 3. *c.* 6. *n.* 69. Fragoſ. *de Reg. Chriſt. Reip. p.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 197. Qua autem ratione id fieri poſſit, vario modo explicant. nam Azorius, Vaſq. & Saytus aiunt, non poſſe quidem eundem intellectum per propria, & intrinſeca principia, id eſt, ex cauſis, aut effectibus illius, aut abſurdis, & impoſſibilibus inde deducendis, iudicare vtramque opinionem probabilem, quia id eſſet intellectum duobus contradictoriis aſſentiri; at rectè poſſe per extrinſeca principia, id eſt, Doctorum auctoritatem, quibus probabilis videtur, iudicare contrariam ſententiam eſſe probabilem. Sanch. verò, Filliuc. Garz. Ariaga, Granadus, Breſſerus, Fragoſ. exiſtimant etiam per principia intrinſeca, ſeu ex ipſa natura rei, ſed non benè intellecta, & perpenſa, poſſe intellectum vtramque opinionem æquè probabilem, vel vnam alterâ probabiliorem iudicare: cùm conſtet ex eiſdem principiis diuerſimodè intellectis, aut applicatis contrarias opiniones deduci, & poſſit idem intellectus probabiliter exiſtimare, ea principia vtrouis modo intelligi, & applicari, ac proinde vtramque opinionem eſſe probabilem, id quod contigit etiam nullo Doctore pro vtraque parte reperto; & Granadus, & Breſſerus aſſerunt exemplum; nam probabile eſt, inquiunt, non eſſe peccatum mortale, detegere vni, vel duobus viris grauibus, ac ſecretis, peccatum graue alterius non tantùm ob authoritatem Doctorum Caietan. Cordubæ, Sà, ſed & rationem, quòd ea non videatur grauis iniuria. Contrarium tamen etiam eſt probabile, nec tantùm ob auctoritatem Nauar. Soti, Valent. & aliorum, ſed & rationem, quia ea videtur grauis iniuria, aliqui enim mallent conſcios eſſe plures, è vulgo, quàm vnum virum grauẽ. Neque id, inquit Sanch. eſt duobus contradictoriis aſſentiri, quia intellectus non affirmat vtramque partẽ eſſe certam, ſed vtramq; partem eſſe probabilẽ, ſcilicet neutram ita certã eſſe, quin vtraque probabiliter queat ſuſtineri, & hoc idẽ ego quoque approbo, quia, vt *d. n.* 81. dixi, vt intellectus propoſitioni tanquam probabili aſſentiatur, ſufficit vt rationes aſſentiendi oſtendant

ſufficientem

Digitized by Google

ſufficientem connexionem extremorum, quæ in vtraque parte poteſt deduci ex principijs intrinſecis ſaltem diuerſimodè applicatis, aut intellectis. Et certè nulla eſt repugnantia, neque impoſſibilitas, ſed potiùs ſæpe accidit, vt pro vtraque parte ſe ſe offerant rationes probabiles, & ſæpè etiam ex vna opinione infertur vnum abſurdum, alterum verò diuerſum, ex oppoſita; ergo etiam per propria, & intrinſeca principia poteſt aliqua opinio apparere probabilis, licèt oppoſita appareat, etiam probabilis, vel probabilior.

103. Sed contra hoc corollarium, quòd duæ opiniones oppoſitæ ambæ probabiles ſimul ab eodem intellectu iudicari poſſint, ſiue vna talis iudicetur ex principiis intrinſecis, & altera ex extrinſecis, ſiue ambæ ex principiis intrinſecis diuerſimodè intellectis, & applicatis. Primò obiicit Fauentinus, quia impoſſibile videtur, quòd duo aſſenſus, & iudicia oppoſita ſint in eodem intellectu de eadem aſſertione, etiam ex diuerſis principiis, quia oppoſita principia non poſſunt inducere in eodem ſubiecto oppoſitas formas, nam licèt calidum, & frigidum ſint diuerſa principia, non tamen poſſunt in eodem ſubiecto inducere ſimul caliditatem, & frigiditatem; atque adeò oppoſitæ formæ non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, etiam à diuerſis principiis. Secundò obiicit Layman, (quod etiam ſentit Breſſer *d. lib. 3. c. 2. n. 22.* vnde videtur pugnaotia aſſeruiſſe,) quia ſi tibi vna pars quæſtionis probabilior videatur, ſcilicet maiora rationum momenta in illam partem perſpicias, licèt aſſenſum poſſis ſuſpendere, tamen ex ſuppoſitione, quòd alteri parti aſſentiri velis, neceſſe eſt, vt probabiliori aſſentiaris, alteri autem, quæ minus probabilis tibi apparet, aſſentiri tunc non potes, nam ſi minus probabili aſſentiaris, ſeu veram iudices, eo ipſo oppoſitam falſam æſtimas, quod impoſſibile eſt, dum ea tibi probabilior, & veriſimilior apparet, cùm intellectus iudicatiuus ſecundùm ſpecificationem non ſit omninò liber, ſed à rationibus, & motiuis propoſiti obiecti determinetur. Neque dici poteſt propoſitionem vna ratione eſſe veram, altera verò falſam, quia veritas, & falſitas, cùm contradictoriè opponantur, non habent latitudinem, ſed ſi vna pars eſt vera, eius oppoſita ſimpliciter, & omnimodè eſt falſa. Tertiò obiicit Palaus, quia, v. gr. eligentem ad beneficium perſonam minus dignam, eſſe, & non eſſe obligatum reſtituere, inuoluit manifeſtam contradictionem; ergo non poteſt ſimul ab vno intellectu iudicari, licèt ex diuerſis principiis, vel diuerſimodè applicatis; quia licèt ex his duobus iudiciis quodlibet cauſas, ſeu motiua diuerſa habeat, in cauſa non eſt, quo minus iudicia inter ſe contradictoria ſint. Quare addit idem Palaus, bene quidem ſtat te iudicare tuam opinionem eſſe probabiliorem, & alteram eſſe probabilem, ſcilicet, te non eſſe obligatum ad reſtitutionem. At hoc ſaltem quo ad regulandam actionem, & in praxi non eſt ſe ſolo ſufficiens; nam ſi probabilius iudicabis te eſſe obligatum reſtituere, vt ab hac obligatione eximaris, debes iudicare te non eſſe obligatum; quia non ſufficit, ſi iudices alios ſentire te non eſſe obligatum, niſi tu ſentias te obligatum non eſſe, alioqui contra propriam conſcientiam faceres ex aliorum opinione operando; ergo ſi retineas tuam probabilem, vel probabiliorem opinionem de obligatione, non potes ſimul aſſentiri obligatum non eſſe, ſed ad ſummum poteris aſſentiri alios iudicare te obligatum non eſſe, quod non eſt ſufficiens ad honeſtandam actionem; ac proinde cùm vis ſecundùm aliorum opinionem operari, iudicium tuum probabile, vel probabilius de obligatione ſuſpendere debes, & potes, cùm non ſit euidens, & clarum, & conſequenter non neceſſariò rapiens intellectum; quod tandem, inquit Palaus, docet idem Sanch. immemor ſuorum dictorum *d. cap. 9. n. 242.* in Medico conſulente contra propriam opinionem, vbi poſtquam dixit, non eſſe licitum, ſubiungit, *quod intelligo retento eo dictamine, nam attendens doctores contrarium aſſerere, poſſet prudenter id deponere, ac iam medicinam conſulere.* apertè autem idem dicit Fauent. *d. n. 50.* vbi ait, quòd, cùm quis aliorum opinionem oppoſitam propriè ſequitur in operando, non habet duplicem aſſenſum, ſed vnum tantùm, atque quod propriam opinionem amittit, & cadit in opinionem aliorum, & ſic opinio aliorum ſit ſua quoque.

Verùm ad primum obiectum Fauentini reſpondeo, prædictos aſſenſus non eſſe formaliter, ſeu contradictoriè oppoſitos, tum quia non ſunt de eadem re ſecundùm idem, ſed vel in ordine ad diuerſa principia formalia, & ſpecificè diſtincta, ſcilicet vnus eſt de re conſiderata in ordine ad principia intrinſeca, alter de eadem re conſiderata in ordine ad principia extrinſeca, vel in ordine ad principia naturæ, & intrinſeca diuerſimodè intellecta, & applicata; tum quia intellectus dum opinatiuè aſſentitur vni parti tanquam probabili, vel probabiliori, non iudicat illam certam, & omninò veram, ſed probabiliter veram, ſcilicet ita veram, vt non exiſtimet certò alteram partem eſſe falſam, ſed imò exiſtimat, non repugnare eſſe veram, ac proinde aſſenſus probabilis circa vnam partem ex ſe, ſeu ſui natura non excludit aſſenſum circa alteram partem, nec poſſunt duos aſſenſus probabiles diuerſi de eadem re in eodem intellectu ex ſe dici repugnantes, & impoſſibiles, ſi intellectus habeat motiua ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca rei ſufficientia ad generandum dictos aſſenſus; non eſt autem idem de calore, & frigore, quia totaliter, & omninò, & ex ſui natura ſunt contraria, neque ſubiectum vario modo ſe habere poteſt circa introductionem, & receptionem eorum, ſicut intellectus ſe habere poteſt circa duos aſſenſus probabiles diuerſos de eadem re. Pro maiori etiam intelligentia quomodo in eodem intellectu eſſe poſſint duo aſſenſus diuerſi probabiles de eadem re, quorum vnus proueniat ex principiis intrinſecis, alter ex extrinſecis, pono explicationem Vaſquez, & Sayri. Dum igitur quis per intrinſeca principia ſumpta ex natura, & definitione iuſtitiæ, & reſtitutionis elicit aſſenſum huius partis, *Qui eligit minus dignum omiſſo digniori, tenetur digniori reſtituere damnum ei illatum*; & poſtea ſimul per extrinſeca principia, ſcilicet per auctoritatem Doctorum, qui oppoſitam partem ſequuntur, (quos latè refert Saytus *d. n. 3.*) iudicat oppoſitam partem eſſe probabilem, hic aſſenſus, inquiunt Vaſquez, & Saytus, non eſt contradictorius ei, quem habet de altera parte per intrinſeca principia, cùm non ſit de propoſitione contradictoria, quia non eſt de hac propoſitione, qui eligit minus dignum omiſſo digniori, debet reſtituere digniori, (ſic enim, aiunt Vaſquez, & Saytus, eſſet contradictorius aſſenſus,) ſed eſt de hac propoſitione, *Probabilis eſt opinio, quæ dicit non eſſe reſtituendum aliquid digniori in electione prætermiſſo.* vnde ſicut hæc propoſitio non eſt contradictoria prioris, ita etiam aſſenſus de illa non eſt contradictorius aſſenſui de priori; neque verum eſt huiuſmodi aſſenſum non iuuare, (vt aiebat Palaus,) ad dirigendam, & honeſtandam actionem, v. gr. non reſtituendi, quia ſuppoſito illo aſſenſu ſpeculatiuo, quòd ſit probabilis opinio Doctorum aſſerentium, non

eſſe obligationem reſtituendi, qui ex principiis intrinſecis ſpeculatiuè opinetur eſſe obligationem reſtituendi, poteſt formare conſcientiam practicam, ſeu iudicium practicum, quòd non teneatur ſub peccato reſtituere, eo quòd illi liceat ſequi opinionem aliorum Doctorum probabilem, quod iudicium practicum poteſt ſtare ſimul cum ſpeculatiuo, cui etiam propriè non opponitur, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 10. *&* 15.

105. Ad ſecundam obiectionem Layman negatur eum, qui opinatiuè aſſentitur vni parti quæſtionis probabiliori, iudicare illam omninò veram, & oppoſitam eſſe prorſus falſam, vel è contra, eum qui aſſentitur parti minus probabili, iudicare oppoſitam partem falſam, ſed ſolùm iudicat partem, cui aſſentitur, eſſe probabilem, ſeu probabiliter, ac veriſimiliter veram, & ita non omninò certam, aut ſimpliciter veram, & conſequenter non eſt neceſſe, vt iudicet oppoſitam eſſe falſam; & quando is, qui ob vnum motiuum probabile aſſentitur vni parti, poſtea ob aliud motiuum aſſentitur alteri parti, neutram æſtimat falſam, ſicut neutram iudicat certam, & ſimpliciter veram, ſed vtramque probabilem iudicat, ſcilicet probabiliter poſſe ſuſtineri tanquam probabiliter veram. Quare licèt à parte rei, ſi vna pars eſt vera, altera ſit falſa ſimpliciter, & omnimodè; nihilominus intellectus opinans cùm careat claritate, ſeu euidentia, & certitudine, neutram partem poteſt iudicare omninò veram, aut omnino falſam, ſed vel vtramque eſſe æqoè probabiliter veram, vel vnam magis probabiliter veram, quàm altera, quod à Doctoribus dicitur, *vnam propoſitionem veriorem eſſe*, ſcilicet, *æſtimari, quàm eius oppoſitam.* licèt Layman velit potiùs eſſe dicendum, vnam propoſitionem probabiliorem, ſeu veriſimiliorem eſſe, oppoſitam verò minus probabilem, quamuis non apertè falſam; ſed idem vtroque modo ſignificatur, ſcilicet in vna apparere maiorem conuenientiam prædicati cum ſubiecto, in altera verò minorem, ob quam maiorem, vel minorem conuenientiam prout eſt iudicij opinatiui obiectum denominamus vnam propoſitionem veriorem altera oppoſita, non verò quòd aſſeratur à parte rei vnam propoſitionem eſſe veriorem eius oppoſita, quaſi veritas, & falſitas habeant latitudinem graduum.

106. Ad tertiam obiectionem Palai patet ſolutio ex dictis *num.* 101. *&* 104. licèt enim eſſe, & non eſſe obligatum ad reſtituendum à parte rei ſint termini contradictoriè oppoſiti, non tamen contradictoriè opponuntur duo iudicia opinatiua diuerſa, concepta ob diuerſa motiua, nam intellectus ſic opinans, ſeu ob diuerſa motiua intrinſeca, & extrinſeca, vel intrinſeca diuerſimodè applicata, & intellecta non aſſentitur contradictoriis, ſeu propter vnum motiuum non iudicat omninò eſſe obligationem reſtituendi, & ob alterum motiuum non iudicat nullam eſſe obligationem reſtituendi, ſed vtramque eſſe probabilem, ſeu probabiliter veram. & iuxta Vaſquez & Sayri explicationem, qui ex principiis intrinſecis iuſtitiæ iudicat eligentem minus dignum teneri reſtituere digniori, dum poſtea propter auctoritatem Doctorum iudicat probabilem oppoſitam partem, non iudicat non teneri reſtituere, ſed probabilem eſſe opinionem aientem non eſſe reſtituendum; ex quo, quo ad praxim format iudicium practicum ſe non peccare, ſi non reſtituat, quia licet ſequi opinionem probabilem, vt *d. num.* 104. explicatum eſt; quod iudicium practicum poteſt habere ſimul cum iudicio ſpeculatiuo, ſeu non depoſito iudicio ſpeculatiuo, opinatiuo, & probabili formato ex principiis intrinſecis, quo æſtimat probabile, vel probabilius eligentem minus dignum prætermiſſo digniori teneri ad reſtituendum damnum eidem digniori, vt ex ſupradictis patet. Neque Sanchez eſt ſibi contrarius, nam *d. num.* 42. loquens de Medico conſulente ægroto medicinam contra propriam opinionem, approbatam tamen ab aliis in arte medica peritis, non videtur velle ipſum deponere iudicium ſpeculatiuum, ſed practicum, ſeu dictamen conſcientiæ ex proprio iudicio ſpeculatiuo, quod deponere poteſt formando aliud conſcientiæ dictamen oppoſitum, quòd ſibi liceat contra propriam opinionem, ſeu proprium iudicium ſpeculatiuum talem medicinam ægroto conſulere, quia alij peritiores Medici illam ſalutiferam iudicant, & liceat ſequi aliorum peritorum opinionem. Prædictis præmiſſis deuenio ad difficultates de conſcientia opinatiua inter Doctores controuerſas.

SVMMARIVM.

108 *Opinio aſſerens ad rectè operandum requiri iudicium practicum moraliter certum de honeſtate actus abſque vlla formidine oppoſiti.*

109 *Opinio tenens opinionem tutiorem eſſe ſequendam, licèt minus tuta ſit æquè probabilis, & num.* 111.

110 *Sententia affirmans virum peritum in praxi amplecti debere opinionem probabiliorem aſſerentem aliquid eſſe peccatum.*

112 *Si verò probabilior ait aliquid non eſſe peccatum, licere eam ſequi, tametſi oppoſita ſit tutior.*

113 *Virum verò indoctum poſſe ſequi opinionem minus tutam, ſi putet probabiliorem iudicari à viris doctis.*

114 *Sententia ſuſtinens ex oppoſitis opinionibus æquè probabilibus licere ſequi minus tutam, ſecus ſi minus tuta ſit minus probabilis.*

115 *Sententia dicens, ſi vtraque opinio eſt æquè probabilis, quem poſſe ſequi, quam maluerit, & etiam eſſe licitum ſequi probabilem, relicta probabiliori.*

116 *Sententia aſſerens licere ſequi opinionem minus probabilem, & etiam minus tutam, ſi ſola honeſtas, vel turpitudo actionis ſpectetur, ſequendam verò tutiorem, ſi præter turpitudinem actionis agatur de graui damno à nobis, vel à proximo incurrendo.*

117 *Vt operatio ſit honeſta, non requiritur phyſica, ſed ſufficit certitudo moralis iudicij de honeſtate actus.*

118 *Non tamen requiritur iudicium practicum moraliter certum de honeſtate actionis, ſed ſufficit probabile.*

119 *Illicitum eſt ſequi opinionem, quam quis exiſtimat improbabilem, vel de cuius probabilitate dubitat.*

121 *Vir doctus in praxi poteſt ſequi ſuam opinionem, quam facta debita diligentia iudicat probabiliorem.*

122 *Non præmiſſa debita diligentia inueſtigandi veritatem, ſi quis iudicet probabilem, vel probabiliorem partem minus tutam, peccaret iuxta eam operando, & num.* 124.

123 *An tunc peccaret ſolum ob negligentiam, & defectum rectè, & rationabiliter iudicandi de rebus à ſe agendis, aut fugiendis.*

124 *In rebus merè ſpeculatiuis non ſpectantibus ad fidem, vel ad praxim, vt Grammatica, Logica, &c. abſque peccato ſaltem mortali licet cuique in aſſenſu ſequi, & defendere opinionem, quam maluerit, etſi id temerè faciat, & non præmiſſa ſufficienti diligentia, & num.* 125.

Negli

Negligentia, & defectus rationabiliter iudicandi de rebus grauibus practicis agendis à ſe, vel fugiendis, vel ſpectantibus ad fidem, non caret culpa mortali, ibid. & 216.

125 *Ex duabus opinionibus æquè probabilibus, quarum vna non eſt tutior alia, licet quamlibet eligere; item ſi ſint æquè tuta, vna tamen ſit probabilior altera.*

126 *Licitum eſt ſequi opinionem minus probabilem, ſed magis tutam.*

127 *Vir doctus, & quilibet in foro conſcientiæ poteſt abſque peccato in praxi amplecti opinionem, non ſolum probabiliorem minus tutam, ſed etiam æquè probabilem minus tutam, & etiam minus probabilem & minus tutam relicta probabiliori, & tutiori, & etiam contra propriam tutiorem, quam exiſtimas probabiliorem, ad 131.*

Vt quis poſſit licitè ſequi opinionem probabilem, an debeat iudicare eſſe veram, n. 135.

132 *Operari contra propriam opinionem, & operari contra propriam conſcientiam differunt.*

Vir doctus iudicans ſuam ſententiam omninò certam, & oppoſitam falſam, non poteſt licitè contra illam operari, ibid.

Poteſt autem contra propriam operari iuxta alienam ſi illam non euidenter, & omnino falſam iudicet, licèt talem exiſtimet propter argumentum, quod putat inſolubile, ibid.

133 *Si quis opinetur probabilius eſſe non licere opinionem minus probabilem ſequi, adhuc illam ſequi poteſt, ſi probabile iudicet eſſe licitum.*

Qui neutrius opinionis aſſenſum determinatum habet, ſed de bonitate, vel malitia actionis dubitat, qua ratione licitè in praxi amplecti poſſit quam voluerit opinionem, ibid.

134 *Reprehenditur Neotericus damnans inſcitiæ auctores aſſerentes licitum eſſe ſequi opinionem probabilem minus tutam, relicta probabiliori, vel æquè probabili tutiori.*

135 *Vt quis licitè operetur iuxta aliorum opinionem probabilem, quam ipſe opinatur falſam, an debeat habere iudicium quod illa ſit probabilis.*

136 *Axioma quòd in dubijs tutior pars eſt eligenda, non procedit, vbi hinc inde ſunt opiniones probabiles, ſed in dubio rigoroſo ad ſummum.*

Sicut, & alia regula, quòd in dubijs melior ſit conditio poſſidentis, ibid. & n. 516.

Intellectus c. Capellanus, de feriis, *ibid.*

137 *Sequens in praxi opinionem probabilem, non ſe exponit periculo peccandi.*

Ex duabus opinionibus probabilibus vna non eſt formaliter tutior, vel ſecurior altera, ſed amba æquè tutam conſcientiam reddunt, ibid & n. 138.

139 *Violatio legis diuinæ habentis plures intellectus non eſt peccatum.*

Non rectè faciunt Doctores, qui in controuerſiis, an aliquid ſit necne licitum, & ſunt hinc inde opiniones probabiles, ſemper decernunt, & conſulunt eſſe illicitum, & peccatum, ibid.

140 *Vt quis poſſit licitè operari iuxta opinionem probabilem, non requiritur, vt ipſi euidenter conſtet de probabilitate opinionis, ſed ſufficit ſi probabiliter.*

Quis in praxi poteſt oppoſitas opiniones probabiles amplecti, id eſt, operari modò iuxta vnam, modò iuxta alteram, ibid. fine.

141 *Liceátne aliquando operari, aut conſulere iuxta opinionem parum probabilem, ſeu minimam probabilitatem habentem ratione vrgentis neceſſitatis, & vbi non adeſt tempus conſulendi libros, vel Doctores, & quid extra caſum neceſſitatis, ad 146.*

Confeſſarius audiens confitentem in articulo mortis caſus difficiles, & intricatos, poteſt reſoluere iuxta id, quod ſibi tunc probabile videtur, d. n. 141.

Vbi imminet graue aliquod inconueniens, quæ opinio ſit neceſſario ſequenda, n. 147.

142 *Teſtis putans iudicem legitimè interrogare de crimine alicuius grauis, & honeſtæ perſonæ, & Reſpublica notabiliter neceſſaria, ſi habeat aliqualem probabilitatem, ſeu formidinem aliquantulum probabilem de oppoſito, poteſt, & debet tunc tacere, & ad ſenſum illius non reſpondere, & d. n. 147.*

§. XVII.

An licitum ſit in praxi ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, etiam propria, ſi ſpectetur ſola honeſtas, vel turpitudo operationis.

PRima difficultas eſt, vbi ſunt opiniones proba- 107.
biles oppoſitæ de honeſtate, vel turpitudine actionis, ſeu quòd aliquid agere, vel omittere ſit peccatum, vel licitum, quam opinionem in praxi, ſeu operando ſequi, & amplecti in foro conſcientiæ debeamus, & præſertim an liceat operari contra propriam opinionem ſequendo opinionem aliorum etiam minus tutam, aut minus probabilem, circa quam difficultatem variè opinati ſunt Doctores, quas opiniones referunt Vaſquez *d. diſp. 62.* Saytus *d. lib. 1. cap. 5.* Salas *d. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 4. 5. & 6.* & Azorius *p. 1. d. lib. 2. c. 16. & 17.*

Referuntur variæ opiniones.

PRima opinio eſt Caietani *in ſumma v. opinio.* vbi 108.
dicit primò, ſi opinio ſit cum formidine alterius partis, non licere ſequi in praxi, ſeu operando propriam, vel alterius opinionem, ſed ſequendam tutiorem, illam ſcilicet, (iuxta dicta ſuprà *num. 101.*) quam ſi quis ſequatur, certum eſt non peccaturum, vt eſt opinio, quæ dictat eſſe peccatum, & ideo non faciendum. Ratio eſt, quia in tali opinione adeſt ambiguitas, ac proinde quis illam ſequendo ſe exponit periculo peccandi, & hoc videtur Caietanus deſumpſiſſe ex S. Thoma *quodlibeto 8. art. 13.* vbi ad rectè operandum ait, non ſufficere opinionem, quando cum ea eſt dubitatio, dicit enim, quòd, *ſi quis habet talem opinionem, vt putet ſe licitè habere poſſe ſimul plures præbendas, cum dubio tamen oppoſitæ partis, non licere ei plures retinere præbendas, ſi tamen certus ſit, de hac ſua opinione, ſine dubitatione de veritate alterius oppoſitæ, licitum ei eſſe plures habere præbendas.* ex quo idem Caietanus *ibidem*, dicit ſecundò, quòd ſi quis habet opinionem abſque formidine de parte oppoſita ex propriis principiis, & rationibus, quamuis ſint, qui contradicant, poſſe illam ſequi, etſi ſua met opinio non ſit tutior, & eandem doctrinam habet Caietanus *tom. 1. opuſc. tract. 31.* qui eſt 17. reſponſionum, *reſponſione 13. quæſito vltimo.* Ratio eſt, quia hæc non tam eſt opinio, quàm certitudo moralis, huiuſmodi autem certitudo ſufficit in moralibus, in quibus non debet eſſe tanta certitudo, quanta in mathematicis eſſe ſolet, contra quam nullus opinari poteſt, cùm euidenter etiam ſenſui rem demonſtret. idem tenent Armilla *verb. opinio, num. 2.* Henricus *quolibeto 4. q. 33.* Almainus *tract. 3. moral. cap. 18. & tract. 1. cap. 14.* Nauarrus *in cap. ſi quis autem, de pœnit. d. 7. num. 58. 61. 62. 63.* & Layman *d. lib. 1. tract. 1. cap. 5.*

cap. 5. §. 2. num. 4. qui omnes Caietanum ſequuti,
aiunt ad rectè operandum requiri iudicium practi-
cum moraliter certum de honeſtate actus, quo ex-
cludatur omnis formido oppoſiti, licèt Henricus
videatur locutus ſolùm de viris doctis, & literatis,
qui pondus rationum vtriuſque partis expendere
poſſunt. idem tenent nonnulli alij, quos referunt
Salas *d.diſp.vnica, num.* 39. & Sanchez *d.cap.* 9.*n.* 18.
dicunt iudicium practicum moraliter certum, ſcili-
cet, hîc, & nunc liceat agere, vel omittere actionem,
nam hoc ſtante, Caietanus, & alij aiunt licitam eſſe
actionem, vel operationem, licet iudicium ſpecula-
tiuum ſit tantùm probabile, & formidoloſum, ſeu
licèt adſit formido de oppoſita parte in vniuerſum
conſiderata. Explicat Caietanus *d. quæſito vltimo*, hoc
exemplo, ſcilicet, etſi quis vniuerſim opinetur lici-
tum eſſe accipere aliquid vltra ſortem ex mutuo
propter lucrum ceſſans, cum formidine tamen op-
poſitæ partis, quia videt eſſe contrariam opinionem
aliquorum Doctorum, tamen ſi ipſe hîc, & nunc
volens accipere aliquid vltra ſortem mutui pro-
pter lucrum ceſſans, credit abſque formidine oppo-
ſitæ partis hîc, & nunc ſibi licitum eſſe illud acci-
pere, licitè accipit, non obſtante formidine de op-
poſita parte in vniuerſum conſiderata, ſeu non ob-
ſtante, quòd iudicium ſpeculatiuum ſit tantùm pro-
babile, & cum formidine oppoſiti, & quòd ſolum
iudicium practicum certum ad rectè operandum
ſufficiat, non obſtante formidine ſpeculatiui iudi-
cij, probat, tum quia intellectus ſpeculatiuus nihil
iudicat de operando, vel non operando; ergo for-
mido illius non obeſt operanti, neque propter for-
midinem eius dicetur quis ſequi regulam ambi-
guam, & dubiam, quia ſpeculatiua ratio non eſt re-
gula operationis, vt ſupra dictum eſt. Tum, quia ſi
neceſſe eſſet rationem ſpeculatiuam certam eſſe, &
ſine formidine, vt licitum eſſet operari, ſequeretur
tam peritos, quàm imperitos nunquam rectè ope-
rari, niſi ſequentes tutiorem partem, quia non poſ-
ſunt non ſpeculatiuè habere aliquam formidinem,
quamdiu partem minus tutam ſequuntur.

109. Secunda opinio eſt Summiſtarum *v. opinio*, An-
geli *num.* 2. Tabienæ *quæſt.* 3. Syluest. *quæſt.* 2. *& verb.*
Dubium quæſt. 2. Roſellæ *num.* 1. *&* 2. adhærendum
eſſe illi opinioni, quæ habet pro ſe legem, aut con-
ſuetudinem approbatam: & ſi vtraque habeat pro
ſe legem, tunc debere concordari, ne contraria di-
cant, ſcilicet, intelligenda pro diuerſo tempore, vel
vnam in vno, aliam in alio caſu obtinere, & ſi non
poſſint concordari, eo caſu communiorem fore ſe-
quendam: & ſi non appareat, quæ ſit communior,
illam opinionem tenendam, quæ firmioribus ratio-
nibus niti videtur, aut quæ benignior, & humanior,
vt quæ fauet iuramento, matrimonio, doti, teſta-
mento, libertati, religioni, pupillo, peregrino. Et cæ-
teris paribus eligendam eſſe opinionem, quæ in ea
arte peritis, & rem propoſitam ex profeſſo tractan-
tibus magis placet, vt in re theologica, Theologis,
in materia canonum, Canoniſtis, & in materia iu-
riſprudentiæ, Iuriſperitis. idem dicit Nauarrus *in*
man. c. 27. *num.* 286. *&* 287. addens tamen *num.* 288.
quòd licèt prædictus ordo à Summiſtis aſſignatus
regulariter obſeruari debeat in foro exteriori, &
contentioſo, in foro tamen conſcientiæ ad effe-
ctum non peccandi, ſufficit eligere, & ſequi opinio-
nem eius, quem cenſemus eſſe virum idonea ad id
ſcientia, & conſcientia præditum, quod idem quo-
que dicit D. Antoninus *part.* 1. *tit.* 3. *cap.* 10. §. 10. *ver-*
ſic. Reuertendo. & tandem iidem Angelus, Tabiena,
Syluester, Roſella, & Nauarrus affirmant tutiorem
partem eſſe ſequendam, quamuis contingat plures
opiniones eſſe æquè probabiles.

Tertia opinio, quæ eſt Cordubæ *lib.* 2. *quæſt.* 3. 110.
conſtat pluribus dictis. Primum, virum peritum in
praxi ſequi debere opinionem probabiliorem, qua
ſtatuitur aliquid eſſe peccatum, ita etiam Sotus *lib.* 3.
de iuſtitia, quæſt. 6. *art.* 5. *ad* 4. vbi loquitur de iudici-
bus, & Medicis. Adrianus *quodlib.* 2. *punct.* 2. *&* 3. Ma-
ior *in* 4. *quæſt.* 2. *prolog.* Conradus *tract.* 7. *de contra-*
ctibus quæſt. vlt. concl. 1. *caſu* 5. *&* 7. *& concl.* 2. Sylueſter
vbi ſupra, & v. Dubium §. 2. idem ſentire Gomeſium
cap. 1. *de conſtit. in* 6. *num.* 228. *& cap.* 1. *de iudicijs n.* 55.
refert Salas *d. diſp. vnica num.* 61. *verſùs finem.* idem
cum Scoto ſentire videtur Fauentinus *in* 4. *d.* 14. *q.* 1.
diſp. 6. *num.* 46. *verſùs finem.* idem docere Bartholo-
mæum Medinam 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. ait Azorius
lib. 2. *cap.* 16. licèt Sayrus *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. & Salas
num. 66. illud pro alia ſententia allegent, vt infrà
dicam, & iuxta hoc dictum, & præallegatos Docto-
res nunquam eſſet licitum agere contra propriam
opinionem opus damnantem, (id quod expreſsè lo-
co allegato aſſeruit Adrianus, & in terminis tradit
etiam Beatus Antoninus *d.* §. 10.) quia propria opi-
nio cuique probabilior eſt, cùm ea dicatur eſſe opi-
nio alicuius, quam ipſe probabiliorem reputat, vt
idem Adrianus rectè ait. † Secundum dictum eſt, 111.
ſi ſunt æquè probabiles opiniones, ſequendam eſſe
partem tutiorem, quod idem præter eundem Cor-
dubam, & Doctores ſecundæ opinionis, docet
etiam Adrianus, & tenet etiam Fauentinus *d. diſp.* 6.
num. 46. vbi quis commodè, & ſine graui incommo-
do poteſt vitare partem minus tutam; ſecus ſi non
ita commode, ſed non niſi cum aliqua iactura graui
poteſt ſequi tutiorem partem; v.g. licèt opinio aſſe-
rens ſtatim commiſſo peccato mortali illud eſſe
confitendum, & confitendas eſſe omnes circunſtan-
tias mutantes ſpeciem, ſit tutior oppoſita, quia ta-
men eſſet graue incommodum ſtatim confiteri pec-
catum, aut omnes circunſtantias non mutantes ſpe-
ciem, ideò in his caſibus licet amplecti opinionem
minus tutam. † Tertium dictum eſt, quòd cùm opi- 112.
nio probabilior dicit aliquid non eſſe peccatum, &
ſi oppoſita ſit tutior, licet ſequi priorem, quod idem
ex Scoto ait Fauentinus *d. diſp.* 6. *eodem num.* 46. cum
illa limitatione, nempe, quando quis ſine graui in-
commodo non poteſt ſequi tutiorem. † Quartum 113.
dictum Cordubæ virum idiotam ſequi poſſe opi-
nionem, quam videt eſſe tutiorem, vel etiam minus
tutam, dummodo putet probabiliorem, à doctis iu-
dicari. horum dictorum, & etiam ſecundæ opinio-
nis fundamenta infrà adducam.

Quarta opinio aſſerit licitum eſſe cuique ſequi 114.
in praxi opinionem magis, aut æquè, aut ferè æquè
probabilem, licet minus tutam, non verò longè mi-
nus probabilem, & minus tutam. hanc opinionem,
(prout refert Salas *d. diſp. vnica num.* 61.) tradit An-
ton. Perez *certam.* 10. *ſchol. licèt, dubio* 2. *cap.* 9. vt ean-
dem opinionem aſſerit Sotus *in d. reſponſ. ad* 4.

Quinta opinio docet eſſe licitum ſequi opinio- 115.
nem probabilem, quamuis oppoſita ſit probabilior,
quando autem vtraque opinio eſt æquè probabilis,
quem poſſe ſequi illam, quam voluerit. ita Bartho-
lomæus Medina (prout referunt Sayrus, & Salas ſu-
prà *n.* 110. relati,) Michael Salon 2. 2. *q.* 63. *art.* 3. &
plures alij Doctores, vt conſtabit ex dicendis.

Sexta opinio diſtinguit, quòd quando in vtram- 116.
que partem ſunt opiniones probabiles, ſi opiniones
ſunt de præciſa honeſtate actionis, ſeu agatur tan-
tùm de periculo turpitudinis actionis, tunc licet
amplecti in praxi opinionem probabilem, quamuis

oppoſita

Digitized by Google

oppoſita ſit probabilior, & tutior; ſi verò præter honeſtatem, ſeu turpitudinem actionis ſpectetur effectus, & graue damnum à nobis, vel à proximo iocurrendum, quod ex iuſtitia, vel ex charitate vitare teneamur; tunc ſi ex opinionibus æquè, vel inæqualiter probabilibus vna ſit, ſeu appareat tutior, illam ſequi debemus. ita Bannez 2.2. *quæſt.* 10. *art.* 1. *dub.* 3. *concl.* 4. Aluarez 1.2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *diſp.* 80. *n.* 9. Reginaldus *lib.* 13. *num.* 95. *&* 98. (qui aiunt etiam, quando imminet periculum alicuius notabilis irreuerentiæ erga res ſactas, ſequendam eſſe tutiorem partem, quod ſentiunt etiam alij, de quibus iofrà,) & præter plures alios, item iofrà allegandos, nouiſſimè Gordonus *lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 28. *&* 30. vbi addit, quòd ſi non apparet, quæ ex duabus opinionibus probabilibus ſit tutior, & ſecurior pro damno proprio, vel proximi vitando, licere operari ex vtraque opinione probabili: nam is, cui non apparet certa operandi via, & interim ſequitur opinionem probabilem, operatur optimo modo, quo poteſt, ac proinde prudenter. Sed in hoc paragrapho, & in ſeqoentibus vſque ad vigeſimumquintum cootrouerſiæ omnes præcipuè procedent iuxta primum membrum diſtinctionis, ſcilicet, quando ſunt opiniones oppoſitæ verſantes circa actionem, vel omiſſionem, an ea licita nec ne; & quæritur, quam in praxi ſequi debeamus, & an poſſimus ſequi minus probabilem, & minus tutam.

Resolvtio.

Ad humanos actus honeſtos non requiritur phyſica, ſed ſufficit moralis certitudo iudicij de honeſtate rei.

117. PRo reſolutione primò ſtatoendum tanquam certum ad rectè, & honeſtè operandum, non requiri certitodinem phyſicam iudicij de honeſtate actus, ſed ſufficere moralem certitudioem; cum qua licèt poſſit interuenire nonnulla formido, & dubitatio, noo tamen illa vitiat humanos actus, ſi quis iudicet rem eſſe moraliter certam, oppoſitamque eſſe moraliter impoſſibilem: & in hoc conueniunt omnes Doctores, & conſtat ex dictis ſuprà *n.* 4. *initio*.

Iudicium probabile practicum de honeſtate rei, & actionis cum formidine oppoſiti ſufficit ad rectam operationem.

118. DIco ſecundò ad rectè, & honeſtè operandum non requiri iudicium practicum moraliter certum de honeſtate obiecti, & actus, ita vt omnino excludatur, ſeu omnino abſit formido oppoſitæ partis ſiue in vniuerſali, ſiue etiam in particulari, oon tantùm per intrinſeca principia, ſed per extrinſeca quoque, ſed ſufficere iudicium probabile de honeſtate obiecti, & actionis, quamuis habeatur formido oppoſitæ partis ſimol cum eodem iudicio, ſiue vniuerſali, ſiue ſingulari, non tantùm per principia intrinſeca, ſed etiam per extrinſeca; quod eſt dicere, ſufficere iudicium probabile, quòd aliquid in genere ſit licitum, & etiam iudicium probabile practicum, & in ſingulari, quod hîc, & nunc liceat operari, licèt vtrumque iudicium, non ſolùm vniuerſale, ſed etiam practicum non careat formidine oppoſiti. Hoc dictum eſt contra Caietanum *vbi ſuprà, & tom.* 1. *opuſc. tract.* 31. *reſponſ.* 13. *dub. vltimo*, & alios Doctores *num.* 108. relatos. Probatur, tum quia oon eſt idem formido, quod hæſitatio, quidquid dicant Caietanus, Nauarrus & alij; hæſitatio enim excludit aſſenſum, non autem formido, quæ formido facit taotùm, vt intellectus per reflexionem iudicet rationes illius partis, de qua habet aſſenſum, eſſe ſolùm probabiles; ideoque in re ipſa fortaſſe eſſe veram ſententiam oppoſitam, cuius etiam rationes veritatem non clarè oſtendunt; tum quia Nauarrus, & Caietanus falluntur, cùm dicunt debere abeſſe formidinem in particulari, etiamſi ſit in vniuerſali; nam ſi eſt formido de propoſitione vniuerſali operabili, erit etiam de particulari dictamine, & è contra; vt ex dictis ſuprà *num.* 12. 13. *&* 67. conſtare poteſt, & latè proſequitur Vaſquez loco infrà citando. Tum quia tunc homo rectè operatur, cùm prudeoter operatur, cùm prudentia ſit regula humanorum actuum: ſed ad prudenter operandum ſufficit iudicium practicum probabile de honeſtate obiecti, & actionis hîc, & nunc cum alterius partis formidine, vt eoim iudicium, ſeu conſcientia ſit prudens, ooo debet neceſſariò dictare rem eſſe certam, vel etiam veram ſimpliciter, aut probabiliorem, ſed ſufficit dictet probabilem, ſeu probabiliter veram, alioqui vix liceret operari rectè, & honeſtè, cùm res practicæ difficillimè cognitu, & variis opinionibus ſubiectæ ſint, quod latè proſequitur Salas *d. diſp. vnica tract.* 8. *num.* 40. & Deus non obligat nos ad habendam ſcientiam, vt inquit rectè Nauarrus *conſil.* 2. *de pœnit. & remiſſionibus*, & duriſſimum eſſet obligare aliquem, vt propter aliquam formidinem in praxi propriam opinionem, etiam probabiliorem deſerat, præſertim cùm raro opinari abſque formidine poſſimus; ſufficit ergo ad rectè operandum probabilis cognitio cum formidine oppoſiti. Et hæc ſententia eſt conformis doctrinæ Ariſtotelis *Ethicorum cap.* 3. aientis, quòd eruditi, ſeu diſciplinati ingenij ſit in re qualibet eam quærere certitudinem, quam materia, ſeu natura rei exigit, quam cooſtat in re morali oon debere eſſe mathematicam. Et hoc idem aſſerunt etiam Doctores magis communiter, Gerſon *tract. de præparatione ad Miſſam, conſideratione* 3. *Alphabeto* 37. *litera S.* Azorius *lib.* 2. *d. cap.* 16. Vaſquez 1.2. *diſp.* 62. *cap.* 5. *& cap.* 8. *initio*. Salas *d. num.* 40. Sanchez *lib.* 1. *ſumm. cap.* 9. *num* 18. Fauentinus *d. diſp.* 6. *num.* 52. *& ſeqq.* Gordonus *d. q.* 9. *num.* 28. Paſqualigius *deciſ.* 17. *&* 37. Portel *verb. opinio num.* 6. Ariaga 1.2. *tom.* 1. *diſp.* 24. *ſect.* 1. *&* 2. Breſſerus *de conſcient. lib.* 3. *num.* 56. *&* 57. & alij recentiores infrà allegaodi, & ita ſentit etiam Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 288. vbi expreſsè ait, ſi homo opinetur, opinionem, quam ſequitur, eſſe veram, non peccare, quod idem ait aliis io locis. Neque oppoſitum ſentit S. Thomas *loco ſuprà num.* 108. *relato*, nam ibi non agit de opinione probabili, ſed dubio proprio, & practico, ſeu de opinione ſpeculatiua habeote dubitationem practicam, & hæſitationem intellectus, an liceat plures retinere præbendas; vel intelligatur, vt aiunt alij, de opinione non attingente gradum probabilitatis, vel de aſſenſu opinatiuo tenui cum vehementi dubitatione malitiæ partis oppoſitæ, iuxta tradenda infrà *num.* 1146. Neque operaos iuxta iodicium, ſeu dictamen probabile practicum de honeſtate obiecti, & actionis, quamuis oon ſine formidine oppoſiti, ſe exponit periculo peccandi cùm prudeoter operetur, licèt fortaſſe io re ipſa ſit prohibitum id, quod ſequitur, & falſa opinio, quam amplectitur, quod magis infrà *num.* 130. *&* 157. explicabitur. Quare ad ſequendam opinionem probabilem, etſi ſit minus probabilis oppoſita, (iuxta quam fore licitum operari explicabitur infrà,) non requiritor certum iudicium conſcientiæ dictans licere iuxta eam operari, excludens

omnem

omoem formldinem,ſed ſufficit, quòd hoc iudicium ſit probabile, habens adiunctam aliquam formidinem oppoſitæ partis.

Non licet in praxi ſequi opinionem, quam operans putat improbabilem, vel de cuius probabilitate dubitat.

119. DIco tertiò, in praxi non licet ſequl opioionem, quam quis putat improbabilem, vel de euius ptobabilitare dubitat, ſcilicet quòd non attingat gradum ptobabilitatis. ita Medina 1.2 *d.q.*19 *art.*6. *concl.*1. Reginaldus *d.lib.*13.*n.*89. Vaſquez *d.diſp.*62. *cap.*4. *num.*13. Salas *d. diſp. vnica num* 44. Sanchez *d.num.*18. Gordonus *d.quaſt.*9.*n.*28. & Paſqualigius *deciſ.* 19. qui aiunt hoc tantùm docere S. Thomam *quodlibet. allegato ſuprà n.*108. & ratio eſt, quia cùm talis opinio ſit imprudens, & temeraria, non poteſt eſſe conueniens regula actionum humanarum, & ſufficiens ad formandam conſcientiam tutam, cùm non ſufficienter determinet inrellectum ad prudens iudicium faciendum, immò illam ſequens exponat ſe magoo peticulo tranſgrediendi legem Dei, & ſic temerè, & imprudenter ſecondùm illam operetur.

120. † Dixi, *quam quis putat improbabilem*, quia ex conſcientia errooea, ſeu ignorantia, aut aliqua perplexitate inuoluotaria poterir interdum quis improbabilem opinionem ſequi, quæ ſibi poſt diligentiam, quam eo tempore, & cum illis circunſtantiis moraliter adhibere potuit, videtur probabilis, & inſtat neceſſitas operaodi, non expectata exactiori diligentia, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.*14.3x.54. & explicabitur magis infrà *num.*141. & tradunt Salas *d.num.*44. Sanchez *d.cap.*9.*num.*25. Breſſetus *de conſcientia lib.*3. *cap.*4. *num* 49. Palaus *d. punct.*9. *num.*5. Villallobos *d.tract.*1. *diff.*8. Valentia, & Suarez relati à Sanchez *d. num.* 25. eo enim caſu ignorantia eſt inuoluntaria, & ita nullum eſt periculum peccati.

Facta debita diligentia indagandi veritatem, licitum eſt in operando ſequi eam opinionem, quæ ſibi probabilior viſa fuerit, etſi minus tuta.

121. DIco quartò, vir doctus poteſt licitè in praxi, ſeu operando ſequi opinionem, quam ipſe poſt factam debitam diligentiam indagandi veritatem, & rationibus ponderatis iudicat probabiliorem, & veriorem: ita Corduba *vbi ſuprà*, Sayrus *d.lib.*1.*c.*6. *num* 9. Salas *d. diſp. vnica*, *num.*44. Ioannes Valerus *de differ.v.opinio diff.*1. *num.*3. Doctores relati *n.*110. alij infrà referendi, alij quos Salas allegat, & communiter Doctores etiam pro aliis ſententiis relati; cùm oullus dicat teneri aliquem cootra propriam opinionem ſibi ptobabiliorem viſam operari, & Doctores pro ſecunda ſententia relati dicant eſſe in operando præferendam, ſeu eligendam opinionem, quæ firmioribus eſt innixa fundamentis, & eſt probabilior: propria autem opinio cuique eſt probabilior, vt dictum eſt ſuprà *d.num.*100. ratio huius dicti eſt, quia cùm facta debita diligentia in veritate inquirenda, & ponderatione rationum vna pars alicui probabilior videtur, iſte talis prudenter, & rationabiliter operatur, ſequendo eam, maximè ſi illam iudicat communiorem, præſertim inter ſapientiores, & io ea re diligentiores tractatores; etenim io his quæ non ſunt euidenter nota, in moralibus talis diligentia, & cognitio eſt ſufficiens, cùm ad rectè operandum ſufficiat cognitio illa, quæ communiter humano modo haberi poteſt, rarò autem comparari poteſt cognitio euidens, & certa de bonitate obiectiua actus ob difficultatem rerum practicarum, & varietatem opinionum de eadem re, & probabilitatem rationum, quæ pro vtraque parte ſe offerunt, vt ſuprà *num.*118. dixi. Quare ſufficiet ſequi opinionem, quam facta ſufficieori inquiſitione quis iudicat probabiliorem; an verò idem dieendum ſit, ſi agat iuxta propriam opinionem contra communem opinionem Doctorum, & magis tutam, dicam
infrà. † Dixi, *poſt factam debitam diligentiam*, &c. 122.
nam ſi quis non præmiſſa requiſita diligentia, & non facto debito examine ad inquirendam, ſed leui, vel nullo fundameoto, & temerè iudicet probabilem, vel probabiliorem opinionem, ſeu partem minus tutam, peccaret ſequendo eam in praxi, vt in terminis traduot Nauarrus *in d. cap. ſi quis, de pœnit. d.*7.*num.*50.51.*&* 52. Vaſquez *d.diſp.*62.*cap.*4.*num.*13. Breſſerus *lib.*3.*de conſcient. cap.*4. *num.* 44. *&* 45. & Salas *d. num.* 44. vbi vniuerſaliter ſtatuit noo facta debita, & requiſita diligentia indagandi veritatem, peccatum eſſe ſequi opinionem probabilem, aut etiam probabiliorem ſimpliciter, vel reſpectu ope-
rantis. † Quo io caſu Nauarrus, Vaſquez & Sayrus 123.
dicont operantem iuxta propriam opinionem, quam non facta debita diligentia, & temerè iudicat probabilem, vel probabiliorem oppoſita tutiori, peccare, (& de peccato mortali intelligi debent, cùm dicant abſolutè peccare,) non quia contra conſcientiam operetur, quia potius ſecundùm conſcientiam ageret in tali euentu, ſed ob negligentiam, & defectum rationabiliter iudicandi de agendis, vel fugiendis, ſcilicet, quia temerè, ſeu ſine ſufficienti fundamento iudicat de re, ſeu opinionem eſſe probabilem, vel probabiliorem oppoſita parte tutiori, in qua non poteſt eſſe peccatum. Quod dictum non placet Salæ, quia alioqui, (inquit,) ſi non peccaret ſequendo talem opinionem in praxi, ſed ſolùm iudicando temerè eſſe veram, ſolùm venialiter peccaret, quod eſt falſum. Nam, inquit, non ſolùm in rebus merè ſpeculatiuis, ſeu ad ſpeculationem tantùm ſpectantibus, vt Grammaticæ, Logicæ, vel Phyſicæ, nullum, vel veniale tantùm peccatum eſt falſas opiniones in aſſenſu ſequi, non præcedente diligenti examinatione; ſed etiamſi quis non in praxi, ſed in ſolo aſſenſu temerè circa res morales amplectatur opiniones improbabiles, non peccat mortaliter ſecluſo ſcandalo aliorum, & proprio periculo amplectendi eas in praxi, ſed venialiter tantùm. Ille ergo ſic temerè opinans, (ſubdit Salas,) peccat mortaliter, quia in praxi ſequitur opinionem improbabilem. Quòd ſi iam facta diligentia debita adhuc arbitretur, eam eſſe probabilem, tunc non peccabit, (addit idem Salas,) eam ſequendo in praxi, licèt peccauerit antea temerè iudieando, & exponendo ſe periculo, ſequendo in praxi opinionem improbabilem; & in hoc euentu ait Salas eſſe intelligendos
Nauarrum, & Vaſquez. † Sed primò contra hoc 124.
poſtremum dictum Salæ eſt; quia ſi ſic opinans iam præmiſit debitam diligentiam in inquirenda veritate, & adhuc ſibi videtur opinio probabilis. ergo non temerè iudicat. Secundò, quamuis in rebus merè ſpeculatiuis, non ſpectantibus ad fidem, vel ad praxim, ſeu mores, liceat abſque peccato cuique in aſſenſu amplecti, & ſequi, & defendere opinionem, quam maluerit, vt præter Salam *loco citato*, tradit in terminis etiam Villallobos 1. *part. ſumma*, *tract.* 1. *difficult.* 4. *num.* 9. & conſtat ex Auguſtino *cap. in quibus* 2x. *quaſt.* 2. cuius verba ſunt, *in quibus nihil intereſt ad capeſſendum regnum Dei, vtrùm credatur,*

ant

ant non, vtrùm vera putentur, aut falſa; in his errare, aliud pro alio putare, non eſt arbitrandum eſſe peccatum, aut ſi eſt, minimum eſt, atque leuiſſimum. & ratio èſt, quia in his merè ſpeculatiuis rebus, quantumuis quis erret, exponit ſe tantùm periculo, vt vit ignorans habeatur,& ſi verè talis ſit,nil refert. Intellige hoc, vt rectè aduertit Villallobos, ſecluſo aliorum ſcandalo, quòd ſi ex talis opinionis defenſione ſequeretur, non poſſet licitè defendi. Nihilominus negligentia,& defectus rationabiliter iudicandi circa res graues practicas, & morales à ſe agendas, vel fugiendas, non poteſt excuſare à mortali; vt præter Nauarrum, Vaſquez,& Breſſerum *vbi ſuprà*, tradunt Corduba, & Reginaldus *locis ſuprà num. 69. relatis*, Palaus *d. diſp. 2. part. 3. num.* 10.& indicat Villallobos *loco citato*; & à contrario ſenſu colligitur ex præallegato dicto S. Auguſtini; & ratio eſt, tum quia ex malitia, vel ignorantia culpabili de rebus ad fidem, & mores pertinentibus malè ſentire, graue malum eſt; tum quia ſic irrationabiliter iudicans exponit ſe periculo tranſgrediendi legem Dei, & faciendi id,quod verè eſt lethaliter illicitum,quod caret omni dubio, quando illud irrationabile iudicium de re agenda, vel fugienda eſt practicum, & ſingulare, & proximè ordinatum ad operationem, & probabilius mihi videtur etiam, quando tale iudicium irrationabile de agendis, vel fugiendis eſt ſpeculatiuum,ſeu in vniuerſali, & non ordinatum proximè ad operationem,tum ob dictum S. Auguſtini à contrario ſenſu; tum ob allatam rationem,quòd ex malitia, & ignorantia culpabili in rebus fidei, & morum malè ſentire,eſt graue malum; tum quia ſic iudicans exponit ſe periculo operandi iuxta tale iudicium improbabile,cùm facillimum ſit operari, & conſulere iuxta propriam opinionem: & ita procul dubio tenent Nauarrus, Corduba, Vaſquez, Reginaldus, Palaus *locis citatis*. Et aduertendum maiorem diligentiam adhibendam eſſe in iudicanda opinione tanquam probabili in re magni, quàm parui momenti; tum quia iuxta prudens dictamen apparet rem, quo maior ipſa eſt, egere maiori examine; tum quia in ea periculum eſt maioris peccati, quod maiori diligentia cauendum, quo ipſum maius eſt.

Quando duæ opiniones de obiectiua bonitate actus ſunt æquè probabiles, & neutra eſt tutior aliâ, ſecundùm quamlibet licet operari.

125. Dico quintò. Ex duabus opinionibus æquè probabilibus verſantibus circa eandem actionem humanam,ſit,necne licita,vel illicita, quarum neutra ſit tutior aliâ: v.g.ſi vna aſſerat,ſub culpa aliqua aliquid eſſe faciendum,licet homini quamlibet ſequi.ita D. Antoninus *d. §. 10. verſ. ſolent autem impedire*, Corduba *d. quæſt. 3. & lib. 3. quæſt. 5.* Reginaldus *d. lib. 13. num. 94.* Salas *d. diſp. vnica, num. 44. verſic. Aſſertio hæc.* Gordonus *d. quæſt. 9. num. 29.* Azorius *d. lib. 2. cap. 16. quæſ. 2. verſic. Hæ igitur*, & alij infrà allegandi. & videtur non poſſe ab vllo auctore negari. Ratio eſt, quia cùm opiniones de eadem re oppoſitæ ſunt æquè probabiles,& rationi conſonæ, & neutra etiam eſt magis tuta, quàm alia, non eſt cur homo cogatur vnam potius, quàm aliam ſequi; cùm non ſit maior ratio de vna,quàm de alia. Confirmatur, quia, ſi in tali euentu non licet homini quamlibet ſequi,neutram licitè ſequi poterit, atque adeò ſine ſua culpa præſenti, vel præterita erit perplexus, cùm neceſſe ſit alteram ſequi, & in vtraque ſit peccatum. Neque in ſimili euentu homo ſe exponit ſimpliciter periculo violandi legem Dei; nam poſtquam ſine ſua culpa conſtitutus eſt inter duo pericula, in alterum declinat, cùm non ſit maior ratio vitandi vnum, quàm alterum; & ipſe vtrumque vitare non poſſit. & idem dicendum quando oppoſitæ ſententiæ de eadem re ſunt æquè tutæ, licèt altera ſit probabilior; vt rectè tradit Azorius *d. cap. 16. q. 5.* quia vtraque eſt probabilis, & rationi conformis, & vna non continet maius periculum violandi legem Dei,quàm alia.

Opinio minus probabilis, ſi tutior eſt, præferri in praxi poteſt.

Dico ſextò, relicta opinione probabiliori licitum eſt in praxi ſequi minus probabilem, ſi 126.
tutior ſit: vt ſi opinio minus probabilis aſſerat aliquid eſſe reſtituendum,quia id eſt tutius,fieri poterit.& in hoc conueniunt omnes Doctores.

Vir doctus poteſt licitè in praxi ſequi opinionem probabiliorem minus tutam, & æquè probabilem ſimiliter minus tutam, & minus probabilem, item minus tutam, idque contra propriam opinionem probabiliorem, & tutiorem.

Dico ſeptimò. Licitum eſt viro docto,& cuique 127.
in praxi ſectari in foro conſcientiæ, tum opinionem probabiliorem minus tutam, tum etiam æquè probabilem ſimiliter minus tutam, tum inſuper opinionem minus probabilem, & minus tutam relicta probabiliori, & tutiori; idque etiam contra propriam opinionem tutiorem, & quam iudicat probabiliorem. Hoc dictum quoad omnes partes aſſerunt Armilla *verb. opinio, num. 2.* Bartholomæus Medina, Salonius *locis ſuprà num. 115. allegatis.* Bagnes, Aluarez *locis ſupr. num. 116. relatis.* Petrus Arrago *2. 2. quæſt. 63. art. 4. dubio penultimo.* Valentia *1. 2. d. . . quæſt. 12. part. 5. & 2. 2. d. 5. quæſt. 7. part. 4.* Ioannes Valerus *verb. opinio, differentia 1. num. 3. verſus finem.* Vaſquez *1. 2. d. diſp. 62. c. 4. num. 14.* Saytus *lib. 1. clauis d. cap. 6. num 4.* Azorius *1. part. lib. 2. d. cap. 16. q. 2. 3. & 4. & cap. 17. quæſ. 7.* Sanchez *lib. 1. ſumm. d. cap. 9. num. 14. lib. 2. de matr. diſp. 41. num. 30. lib. 3. diſp. 20. num. 4. & lib. 8. diſp. 6. num* 18. Salas *1. 2. d. diſp vnica ſectione 5. & 6.* (qui tamen limitat ſicut Fauentinus *vbi ſuprà*, ſcilicet, quando quis tutiorem partem ſequi non poteſt abſque notabili incommodo, aut detrimento,) Reginaldus *d. lib. 13. num. 97.* Filliucius *tom. 2. tract. 21. d. cap 4. num. 126. & ſeqq.* Bonacina *tract. de legibus diſp. 2. quæſt. 4. part. 9. num. 4.* Ægid. Coninchius *de Sacramentis diſp. 34. num. 84.* Baſilius Pontius *de matr. lib. 10. cap. 15. num 4.* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 42. num. 12. & diſp 44. num. 62. & ſeqq. & diſp. 41. n. 7.* Villallobos *1. p. ſumm. tract. 1. diffic. 5. 10. & 11.* Palaus *part. 1. tract. 1. diſp 2. part. 2. num. 2.* Portel *verb opinio, num. 3.* Diana *1. part. tract. 13. reſolut. 1.* Leſſius *de iuſtitia cap. 29. num. 68.* Suarez *de pœnit. diſp. 22. ſect. 9. num. 6. & de cenſuris diſput. 40. ſect. 5. num. 6.* Henriq. *in prœmio, & lib. 14. c. 3. num. 3.* Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. num. 7.* Petrus Nauarrus *de reſtit. lib. 3. cap. 1. num. 237.* Auguſt. Barboſa *collectaneo ad cap. 4. de ferijs, num 6.* Paſqualigius *deciſ. moral. 5. 14. 15. & 32.* Ludouicus Lopez *part. 1. inſtructorij cap. 120. concl. 2.* Ioann. Ægid. Trullench *in ſuo opere morali, tom. 2. lib. 8. cap 1. dub. 6. num. 1.* Fagundez *de præcept. Eccl. præcept. 2. lib. 3. cap. 4. num 3. 4. & 5.*

Ariaga

Digitized by Google

Ariaga *d.diſp.* 24. *num.*2. *& ſeqq.* Breſſetus *lib.* 3. *de conſcient.cap.*6.*per totum*, Ioann.Lugo *de iuſtit.part.*2. *diſp.*37 *ſect.*10.Fragoſus *de Regim.Chriſt.Reip.part.*2. *lib.*4. *diſp.*10. *num.*196. *&* 201. Gutierez *qq. Canon. lib.*1. *cap.*13. *num.*23. Garzias *de beneficijs d. part.*11. *num.*361. Sanctarellus *variar. reſolut.part.*1.*quaſt.*55. & alij Recentiores communiter, quos Sanchez, Ioannes Sancius, Diana, & Garzias latè referunt. Hoc idem dictum tenere videtur D. Antoninus 1.*p. tit.*3.*cap.*10.*d.§.*10. *verſic. ſolet autem impedire. & verſic. Reuertendo ad quartam.* Idem videtur aſſerere Nauarrus, nam *d.cap.*17.*man.num.*281. ait non eſſe ſemper neceſſariom partem tutiorem eligere, ſed etiam in ſpectantibus ad fidem, & mores ex vi præcepti ſatis eſſe eligere tutam, qualis eſt probabilis, io aliis autem nec de conſilio quempiam teneri eligere tutiorem, quod idem probat *in d. cap. ſi quis autem, à num.*34.*& eodem cap ſi quis autem num.*48. dicit, quòd qui ſequitur partem minus tutam, putans eſſe veram bona fide, non peccat peccato dubietatis, quia non dubitat, ſed alteri parti firmiter aſſentitor. & *d. cap.*17. *num.* 288. ait, quòd quantum attinet ad forum conſcientiæ, ſatis eſſe, ſi quis opinionem aliqoam probabilem ſequatur, quam veram eſſe putet, quia vir probus, & doctus eam tenet, & perſuadet. idem inſinuat *num.*284.*verſic. Septima, rectius intellectus.* quid ſimile habet *lib.*5.*conſil.de pænit. & remiſſ. conſ.*8.*num.*5. *&* 6.*in cap. conſiderent, in principio, de pænit. d.*5. *num.*38. expreſsè dicit non ſemper tutiorem partem eſſe eligendam, ſed ſatis eſſe eligere tutam. Ex qoibus patet, iuxta Nauartum, licitum eſſe ſeqoi qqameonque opinionem probabilem, quam operans putat veram, licèt aliis in locis videatur velle, vt ab operante probabilior iudicetur. Hanc eandem ſententiam docuit Leſſius, (licèt à Breſſero *lib.*3.*de conſcientia, cap.*5.*num.*56. citetur pro prima ſententia, eo, quòd *lib.*1.*de iuſtit.cap.*1.*dubit.*1. *num.*1.*fine*, dixerit opinionem honeſti non eſſe iudicium prudentiæ, quia fertur in obiectum, prout poteſt ei ſubeſſe falſum, vnde ab Ariſtotele 6. *Ethic. cap.*3. reiicitur à ratione virtutis, prudentia verò eſt iudiciom certum, & euidens de honeſtate rei, excludens omnem rationabilem formidinem. Vnde ad prudenter, & honeſtè agendum ait requiri talem certitudinem excludentem non ſolum dubium, ſed & formidinem,) *lib.*2.*eiuſdem tr.c.*41 *n.*76.*verſic. Dico quartò.* vbi docet, quòd quando ſepoſito ſuperioris præcepto, cæteris omnibus circunſtantiis conſideratis, probabile eſt opus præceptum eſſe illicitum, non tenetur ſubditus parere, & rationẽ eſſe ait, quia ſubditus poteſt ſe conformare probabili ſententiæ, ex quo etiam manifeſtè patet eum admittere opinionem probabilem eſſe ſufficientem regulam rectè, & honeſtè operandi, ita vt quis in praxi ſe conformandi opinioni probabili non peccet, ſed licitè operetur, vel omittat operationem, nec oppoſitum voluit allegata dubitatione 1. vbi, (ni fallor, & niſi velimus eum eſſe ſibi contrarium in duobus locis citatis,) tantùm vult ad honeſtam operationem, vel omiſſionem requiri iudicium certum expreſſum, vel virtuale excludens omnem formidinem, quòd ſic operando, vel omittendo non peccet, offendatque Deum, licèt fortè à parte rei faciat, vel omittat id quod re vera lege aliqua prohibitum, vel præceptum eſt, quæ certitudo poteſt haberi, dum quis in operatione, vel omiſſione ſe conformat opinioni probabili, vt infrà *num.*137. latè explicatur: ſed quicqoid Nauarrus, & etiam Leſſius,

118. Prima pars dicti, quòd ſcilicet liceat in praxi ſequi partem probabiliorem minus tutam, quam aſſerunt etiam Corduba *loco ſuprà num.* 110. *allegato.* Syluester *verb. Dubium,* §.2. *verb. Confeſſio.*2. *num.*3. *confeſſ.*1.*num.*14. *& verb.opinio, quaſt.*1. Angelus *ibidem num.*2. Tabiena *verb.Confeſſio, num.*11. Almainus 3.*moral.d.cap.*3. Gabriel *in* 4. *diſt.*15. *quaſt.*13. *art.*2. *coroll.*1. Maior *in prologo* 4. *ſent. quaſt.*2.*§.adhuc vidimus.* Comitolus *lib.*5. *reſponſ. q.*15. *verſic. diſcrimen,* (vbi tamen ex eodem Maiore, ait non eam tutiorem eſſe Doctorum ſententiam, quorum eſt tutius dictum, ſed quorum certiora & fortiora ſunt argumenta, & quid ſimile habet Gabriel,) pro hac eadem parte allegantur Henricus Gandau. *quodlib.* 4. *quaſt.*33. Adrianus *quodlib.*2.*punct.*3. Sotus *de iuſtitia lib.*3.*d. quaſt.*6. *art.*5. *ad* 4. Conradus *de contractibus d.quaſt.*100. & Palud.4.*diſt.*21. *quaſt.*1.*art.*3. *concl.*1. Hæc, inquam, prima pars dicti probatur, primò, quia exceſſus ſecuritatis compenſatur exceſſu probabilitatis. Secundò, quia legi rationabili conformari licet; talis autem eſt opinio probabilior, & rationi conformior, licèt ſit minus tuta. Tertiò, quia alioqui, quoties eſſet periculum errandi circa res fidei, nulli parti eſſet aſſentiendum, licèt poſt adhibitam omnem diligentiam probabilior, fideique conformior iudicaretur. Et ſimiliter quoties adhibita quantumcumque maxima diligentia iudicaretur probabilius aliquem contractum eſſe licitum, non liceret in foro conſcientiæ illum celebrare, & ita in aliis actibus humanis: conſequens autem eſt abſurdum; ergo. &c. Sequela verò patet, quia tutius eſſet nulli parti præbere aſſenſum, & à celebratione talis contractus, vel executione talis actus abſtinere. Quintò probatur ex dicendis, ad probandas alias partes dicti. Hanc primam partem dicti illuſtrat Azotius *d. cap.* 16. *quaſ.* 2. pluribus exemplis, quæ apud ipſum videri poſſunt, & illam ponit etiam Ioannes Valerus *d. verb. opinio, differ.*1. *num.*3. vbi alios Doctores refert: & aliqua ponit etiam Breſſerus *d. cap.*6. *num.*72. vbi rectè dicit, quòd alioqui eſſent improbandi plures contractus, & humani actus iam vbique receptiſſimi etiam inter doctos, & probos, quod ſine maxima commercij humani iactura, & conſcientiarum, etiam piarum turbatione fieri non poſſet, & ita damnari deberent cambia Francofurienſe, Biſuntinum, ſeu Placentinum, & alia. Similiter omnibus diebus feſtis deberemus in nobis excitare dolorem de peccatis; & qui peccaſſet mortaliter, ſub nouo peccato deberet prima occaſione confiteri, & ſemper explicanda eſſet circunſtantia diei feſti, quo peccatum commiſſum eſt. Quæ, & alia ob auctoritatem Doctorum ſunt probabilia, etſi minus, magis tamen tuta: oppoſita autem etſi magis probabilia, ſunt minus tuta.

Secunda pars eiuſdem dicti, nempè licere in foro 119.
conſcientiæ operari ſecundùm opinionem æquè probabilem minus tutam oppoſita, (quæ eſt contra Angelum, Syluestrum, Tabienam, Roſellam *locis ſuprà num.*109.*allegatis.* Cordubam, Adrianum *locis num.*111.*relatis.* Almainum, Conradum, Maiorem, Comitolum *locis num. præcedenti citatis*, Gabrielem 4. *d. diſt.* 15. *quaſt.*8. *art.*3. *dub.*2. *in tertia probatione primæ concluſionis*, & alios à Comitolo allegatos. Videtur verò eam aſſerere Sotus *d. art.*5. *in reſponſione ad* 4. *in fine.* vbi abſolutè ait, quòd quando opiniones probabiles ſunt omninò æquales, non eſſe peccatum nunc vnam, nunc alteram amplecti,) probatur primò rationibus adducendis *num. ſequenti*, ad probandam tertiam partem. Secundò, quia cùm opiniones damnantes aliquos contractus, vel actus humanos ſint tutiores, quàm oppoſitæ, ſi ſemper tutior opinio eſt ſequenda, vel ſaltem quando oppo-

ſita

Digitized by Google

ſita non eſt probabilior, ſequetetur vt ſemper, vel vtplurimum oporterer ſequi opiniones, quæ damnant contractus, vel actus humanos, ex quo fieret, vt vix poſſent conſtare humana commercia, & magna ex parte ceſſarent contractus ciuiles, quod eſt abſurdum. Sat igitur eſt amplecti opiniones non ſolùm probabiliores, ſed etiam æquè probabiles.

130. Tertia pars eiuſdem dicti, quòd in foro conſcientiæ ſit licitum in praxi amplecti opinionem probabilem minus tutam, relicta probabiliori, (quæ aſſeritur etiam ab Auguſtino Barboſa *de poteſt. Epiſcop. p.2. allegat.* 45. *num.* 18. & eſt contra Doctores *num. præcedenti* allegatos, & contra Sotum, & Perez *locis num.* 114. *allegatis.*) Probatur primò; quia opinio probabilis eſt conformis rationi, cùm ſit illa quæ nititur ſufficienti fundamento, nempe, vel graui auctoritate, vel ratione alicuius momenti, propter quam vir doctus illi aſſentitur, vt conſtat ex dictis *num.* 83. at licitum eſt exercere operationem conformem rationi; ergo licet ſequi opinionem probabilem, licèt minus tutam, & minus probabilem, & qui iuxta eam operatur, neque temerè, neque imprudenter, ſed prudenter operatur, cùm operetur conformiter rationi, motuſque ratione, & cauſa probabili, & conſequenter non peccabit; temerè enim fieri dicitur, quod abſque ratione, & cauſa probabili geritur; & è contra prudenter quis operatur, quando facit, quod iudicat vir ſapiens, & in operando ducitur vel ratione, vel auctoritate graui: vnde confirmatur hæc ratio, & ipſa tertia pars. Quia dictamen prudentiæ iuxta omnes, eſt ipſa recta ratio actuum humanorum, regula, & menſura; cui, qui ſe conformat, eo ipſo rectè, benéque operatur, cùm in eo ſit eorundem actuum moralis bonitas; & quemadmodum nemo tenetur operari meliùs, & optimè, ſed ſufficit bene, ita nec prudentiùs, & prudentiſſimè, ſed ſufficit prudenter: & proinde non tenetur quis ſequi opinionem probabiliorem, aut certam, ſed ſufficit verè probabilem. Secundò, quia cùm in moralibus non facile ſit reperire exactam veritatis certitudinem, eo quòd multa ſint nobis valdè obſcura: ſed vtplurimum ſolam veriſimilitudinem, ſat erit ſequi quod probabile, alioqui, ſi teneremur ſemper amplecti quod tutius, & certius eſt, vbique hæremus anxij, & certè intolerabile onus, & valde difficilis, ac impoſſibilis obligatio eſſet, ſi teneremur inueſtigare opiniones probabiliores, examinando vtra duarum opinionum probabilium de eadem re efficaciore ratione, vel plurium, aut peritorum Doctorum auctoritate fulta ſit, eſſetque res infinitis ſcrupulis expoſita. Confirmatur, quia Aduerſarij admittunt licitum eſſe ſequi opinionem probabiliorem etſi minus tutam; ergo etiam minus probabilem, cùm nulla appareat ratio, ſi res benè perpendatur, cur liceat ſequi probabiliorem minus tutam, & non liceat etiam minus probabilem; ſi enim eſſet aliqua ratio cur hoc non liceret, ea maximè, quia in dubiis tutior pars eſt eligenda, ſeu ne ſe exponat periculo peccandi; hæc autem ratio habet locum etiam in probabiliori minus tuta, nam etiam illa, quamdiu non eſt certa, eſt fallibilis, & admittit dubium in contrarium, & conſequenter in illa eſt periculum peccari, ac proinde ſi conſequenter diſcurrendum eſt, debet dici cum Caietano, & aliis Doctoribus primæ ſententiæ ſuprà *num.* 108. relatis, nec probabiliori poſſe ſtari, ſi minus tuta ſit. hoc autem, vt ſuprà *num.* 118. oſtenſum eſt; valde durum, imò duriſſimum eſt. Igitur tam qui operatur ſecundùm opinionem probabiliorem minus tutam, quàm qui relicta probabiliori tutiori operatur iuxta opinionem probabilem minus tutam, nulli periculo, (vt infrà *num.* 137. latiùs explicatur,) peccandi ſe exponit (licèt fortè à parte rei faciat id, quod reuera obiectiuè, & materialiter malum eſt,) quia in operando ducitur iudicio prudenti, & operatur conformiter rationi. Neque enim homo tenetur ſe nunquam exponere periculo peccandi materialiter, ſeu faciendi rem in ſe, & à parte rei malam, ſed poteſt abſque eo, quod offenſam, ſeu odium Dei incurrat; alioqui neque iudicij certitudo moralis, quam Auctores primæ ſententiæ requirunt ad rectam operationem, ſufficeret ad rectè operandum, quando oppoſita ſententia, ſaltem iuxta aliorum Doctorum ſententiam, tutior iudicaretur, quia tunc operans exponeretur periculo faciendi id, quod in re ipſa eſt malum, neque etiam vnquam liceret ſequi opinionem probabiliorem minus tutam. Plura infrà *d. num.* 137. Tertiò ſicut in reliquis homo non tenetur amplecti id quod melius eſt, vt non tenetur ſeruare cœlibatum, quamuis ſit perfectior ſtatu matrimoniali, ſed ſufficit quod bonum eſt, & honeſtum; ita neque ſequi id, quod probabilius iudicatur, ſed ſatis eſt ſequi probabile, ſicut & amplecti bonum. Neque vt quis poſſit ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori, & magis tuta, neceſſe eſt eam iudicare veram abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſufficit ſi iudicet eſſe probabiliter veram; vt conſtat ex dictis ſuprà *numer.* 88. *& numer.* 104. *& duobus ſequentibus*; & ita puto intelligendos Valentiam, Lopez, Garziam locis ſuprà *numer.* 127. relatis, Salon 2. 2. *quæſtion.* 63. *artic.* 4. *controuerſia* 2. & alios, dum aiunt ad hoc, vt alicui liceat ſequi opinionem probabilem, eum debere iudicare veram, etſi non veriorem.

Quarta, & vltima pars dicti, nempe in foro 131.
conſcientiæ eſſe licitum viro docto in praxi ſequi aliorum opinionem probabilem minus tutam, & etiam minus probabilem relicta propria tutiori, quam ex principiis intrinſecis iudicat probabiliorem. quæ eſt contra Adrianum, Cordubam *locis ſuprà allegatis*, & alios Doctores *num.* 129. relatos. Probatur primò ex dictis ad probandum quòd licet ſequi opinionem probabilem, cùm tunc quis operetur prudenter, & conformiter rationi, neque ex eo, quòd contraria mihi videatur probabilior, ideo ceſſat eius probabilitas, & ſufficiens fundamentum prudenter, adeóque benè agendi. Secundò, quia fas eſt ſequi conſilium alterius petiti contra proprium; prudentia enim, & humilitas eſt, ſapientum iudicio ſuas actiones ſubiicere, & conformare; vt colligitur ex *cap. prudentia, de officio deleg. & ex cap. de quibus, d. diſtinct.* 20. & latè Nauarrus *d. cap.* 27. *num.* 286. *&* 289. Ergo contra propriam ſententiam cuique licet ſequi aliorum peritorum opinionem, alioqui qui exiſtimat aliquid probabilius, non poſſet ſe conformare aliorum, etiam plurium, & ſapientiorum iudicio, & exiſtente ſua opinione minus probabili non poſſet quis litem mouere alteri, neque Aduocatus defendere, etiamſi ſciret iudices in ſuum fauorem iudicaturos, quia eam opinionem probabiliorem putant; & nemo etiam poſſet vrgente neceſſitate obtinere diſpenſationem à Papa, Epiſcopo, vel alio in eo caſu, quo eſſet probabilius non poſſe illam licitè concedere, quamuis eſſet probabile poſſe illum licitè concedere: & cùm non modò diuerſis, ſed etiam

eidem res modò minus, modò magis certa, & vera appareat, ſi teneretur quis ſequi, quod ſibi perſuadet certius, & verius Aduocatus paſſim ſuſceptam cauſam dimittere teneretur, & iudex variare ſententiam, & Confeſſarius teneretur in eodem caſu nunc ad hoc, nunc ad oppoſitum obligare, & Doctor teneretur contrariis ſententiis paſſim ſubſcribere, & quilibet teneretur frequenter opus variare; & tandem nullæ certæ regulæ à Doctoribus poſſent ſtatui, quas in viuendo ſequeremur, ſed quiſque deberet ſequi ſuos inſtinctus, quæ omnia abſurda, & contra vſum videntur. Tertiò. Iuxta Doctores communiter licet in foro conſcientiæ ſequi in praxi opinionem probabiliorem, licèt minus tutam, vt conſtat ex dictis *num.* 128. ſed ſententia, quòd liceat ſequi opinionem aliorum minus probabilem, etiam contra propriam probabiliorem, & tutiorem, eſt probabilior ſententia oppoſita, cùm nitatur auctoritate plurium, & grauiorum Doctorum, qui exactè, & ex profeſſo examinatis fundamentis vtriuſque partis, illam ſufficientibus, & efficacibus rationibus moti aſſeruerunt, & fundamentis oppoſitæ reſponſa probabilia attulerunt, vt proinde etiam poſſit dici non ſolùm ſententia probabilior, ſed etiam moraliter, & practicè certa, ita vt excludat prudens dubium; ergo tuta conſcientia ſequi poſſumus hancmet ſententiam, quòd liceat in praxi ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam aliorum, propria licèt probabiliore relicta. Denique probatur, tum quia ſæpe opinio, quæ alicui probabilior, & tutior apparet, probabilior, & tutior non eſt, maximè cùm non rarò, non tam ob vim rationum, quàm pro diuerſitate affectus, diuerſa nobis appareant veriora: tum quia alij ex aliorum opinione probabili non malè agunt, ſed prudenter operantur; ergo neque malè aget, qui contra propriam probabiliorem illam in praxi ſequitur: tum quia inferior, (vt etiam Aduerſarij, præſertim Adrianus, & Corduba dicunt,) poteſt, & debet obedire ſuperiori contra propriam opinionem, cùm ſuperior præcipit etiam ſecundùm opinionem probabilem; ergo licet operari contra propriam opinionem.

132. † Neque verò idem eſt operari contra propriam opinionem, ac contra conſcientiam, contra quam non licere operari ſuprà *num.* 19. demonſtratum eſt: nam qui agit iuxta aliorum opinionem probabilem, contra propriam format dictamen, quòd liceat illam ſequi in praxi, & ſic agit iuxta conſcientiam, qua prudenter iudicat ſibi licere illud, quod opinio illa aſſerit eſſe licitum. Nam ſi iudicaret non ſibi licere aliorum opinionem in praxi ſequi contra propriam ſententiam, tunc illam ſequendo ageret contra propriam conſcientiam, & peccaret; & id fortè voluerunt Adrianus, Corduba & alij, dum dixere nemini licere agere contra propriam ſententiam. Similiter ſi vir doctus ſuæ ſententiæ adhæreret abſque vlla prorſus dubitatione, & formidine oppoſiti, ita vt illam certam, & omninò veram iudicaret, & alteram oppoſitam eſſe falſam, vel quia iudicium, ſeu aſſenſus eſſet de re euidenti, aut certa ex fidei diuinæ infuſæ lumine, vel quia ita iudicaret ex errore; tunc cùm non poſſet habere dictamen, quòd liceat ſequi aliorum opinionem oppoſitam, cùm exiſtimet illam omninò, & prorſus falſam eſſe, non poterit licitè illam ſequi contra propriam ſententiam, & iuxta illam operando ageret contra conſcientiam, & peccaret; quod idem etiam obſeruarunt Azorius *d. cap.* 17. *quæſ.* 7. & poſt alios à ſe relatos Garzias *d. cap.* 5. *num.* 365. & conſtat ex dictis ſuprà *num.* 84. vbi etiam oſtenſum eſt, virum doctum, qui voi adhæret opinioni contra aliorum grauium Scriptorum ſententiam, quam opinatur eſſe falſam propter aliquam rationem, quam contra ipſam habet, quæ illi videtur inſolubilis, adhuc poteſt operari ſecundùm talem aliorum opinionem, quam ex illo principio intrinſeco, ſeu illa ratione ſibi viſa inſolubili, exiſtimat falſam; quod etiam docent Leſſius *de iuſtitia, lib.* 2. *cap* 41. *num.* 76. Coninch *de Sacram. d.* 34. *num.* 84. Sayrus *lib.* 1. *Clau. cap.* 6. *&* 10. Sancius *diſp.* 41. *num.* 7. Quia cùm non habeat euidentiam de falſitate, (vt ſupponimus,) poteſt, & debet captiuare ſuum intellectum, illumque ſubiicere aliorum ſapientum iudicio, & exiſtimare rationem ſibi inſolubilem, aliis ſapientioribus eſſe ſolubilem, & ita iudicare non eſſe improbabilem, & conſequenter formare dictamen practicum, quòd ſibi liceat illam ſequi. id quod tradunt Vaſquez, Sayrus, Sanchez, & alij ſuprà *d. num.* 84. relati. & tunc præſertim, vt obſeruat Vaſquez *d. diſp.* 67. *cap.* 4. *num.* 17. *fine*, quis poteſt ſecundùm opinionem aliorum contra propriam operari, quando videt fundamenta omnia, & rationes ſuas Doctores oppoſitæ ſententiæ vidiſſe, & conſideraſſe, & ad eas aliquo modo reſpondiſſe, nec eis conuictos fuiſſe, tunc enim iure arbitrari debet, operari ſe poſſe rectè, & prudenter ſequendo aliorum ſententiam contra propriam opinionem, neque exiſtimare debet rationes ſuas eſſe demonſtrationes euidentes, quæ oppoſitæ opinioni auferant probabilitatem.

Ex dictis patet, ſi vir doctus perpenſis vtrimque rationibus circa bonitatem, vel malitiam alicuius actionis adhuc dubitat, ſed videt pro vtraque parte eſſe Doctores, eum licitè ſequi, quam voluerit opinionem; exiſtimabit enim ex principiis extrinſecis vtramque eſſe probabilem, & habebit dictamen conſcientiæ, quòd altera ſit ſequenda, ſeu amplecti poſſit, neque tenebitur ſequi tutiorem, poſito huiuſmodi dictamine: vt etiam in terminis tradunt Vaſquez *d. cap.* 4. *num.* 18. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 16. Paſqualigius *deciſ.* 16. & alij Recentiores, quos idem Paſqualigius refert. Quemadmodum etiam, licèt quis probabilius putaret eſſe illicitum ſequi in praxi opinionem minus probabilem, adhuc poſſet iuxta eam operari, ſi probabile quoque iudicet licitum, opinionem minus probabilem ſequi, quia habet iudicium probabiliter dictans hîc, & nunc hoc eſſe licitum, vt tradunt etiam Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 17. Paſqualigius *deciſ.* 15. *n.* 5. & Poriel *num.* 6. 133.

Patet etiam incautè, & minus prudenter Comitolum *d. quæſt.* 15. aſſertionem in ſecunda, & ſequentibus partibus dicti contentam damnaſſe, vt parum inſcitiæ, dicendo eſſe minus conſiderato homine dignum; cùm tot tantique grauiſſimi Theologi, & Doctores illam ſuſtineant, & efficaciſſimis rationibus nitatur, nequit enim inſcitiæ coargui, aut dici, quòd inconſideratè iudicet, qui tot grauiſſimos Doctores duces ſequitur, & iudicat firmiſſimis rationibus motus. 134.

Quid verò ſentiendum de illa diſtinctione, quam ponit ſexta opinio relata *num.* 116. patebit ex dicendis; nunc nobis ſufficit prædictis conuinci eſſe licitum ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam inſpecta ſaltem præciſa actus honeſtate, vel turpitudine.

Solutio

Solutio fundamentorum aliarum ſententiarum.

VErùm contra prædictas partes dicti plura obiiciunt Aduerſarij, quibus reſpondendum eſt.

135. Primò igitur contra poſitum dictum, quoad poſtremam partem obiiciunt, quia impoſſibile videtur, vt quis licitè operetur ſecundùm opinionem aliorum contra propriam, quam probabiliorem iudicet, & in operando non depoſuerit, ſententiæ aliorum adhærens; nam ad hoc vt honeſtè operetur, debet formari iudicium practicum de bonitate obiecti, & honeſtate actus, ſcilicet, hìc, & nunc ſibi licere operari ſequendo aliorum opinionem, vt dictum eſt *num.* 132. hoc autem iudicium eſt contradictorium alteri iudicio, quo iudicat eſſe probabilius non eſſe licitum operari: contradictorij autem aſſenſus de eadem re ſimul eſſe non poſſunt in eodem intellectu. Propter hoc argumentum Fauentinus, & Palaus *locis ſuprà num.* 102. *allegatis*, & alij aiunt oportere nos propriam opinionem exuere, vel ſuſpendere, ſi aliorum ſententiam probabilem ſequamur. Sed qua ratione, ſecluſa contradictione aſſenſuum, eundem intellectum poſſit iudicare probabiles duas oppoſitas ſententias, vel æquè, vel vnam probabiliorem altera, ſiue aſſentiatur vni propter principia intrinſeca, alteri propter extrinſeca, ſiue vtrique propter diuerſa principia intrinſeca; & qua ratione poſſit quis habere iudicium practicum, quòd liceat ſequi opinionem aliorum probabilem contra propriam iudicium ſpeculatiuum opinatiuum probabile tantùm; non verò euidens, & omnino certum ſuprà *num.* 102. *&* 104. *&* *duobus ſequentibus*, oſtenſum eſt. An verò vt quis poſſit formare iudicium practicum, quòd ſibi liceat ſequi opinionem aliorum probabilem, & illam licitè ſequi contra propriam, qua opinatur illam aliorum eſſe falſam, debeat ſaltem propter principia extrinſeca, & auctoritatem Doctorum illam aſſerentium iudicare illam eſſe probabilem. Auerſa, (quem ad id refert Paſqualigius *deciſ.* 22. *num.* 12. *quæſ.* 18. *concluſ.* 1.) affirmat; quia quis non poteſt in operando ſequi opinionem, quam in propria conſcientia non putat probabilem, alioqui ageret contra propriam conſcientiam. At contra eundem Auerſam Paſqualigius *d. deciſ.* 22. *numer.* 3. *& ſeqq.* negat, dicens, vt aliorum opinio, quam quis ex propriis principiis falſam opinatiuè iudicat, ſit ſufficiens menſura rectè operandi, ſat eſſe, vt ille videat eam apud alios viros doctos eſſe probabilem, & ſibi perſuadeat, quòd ipſi prudenter, & rationabiliter moueantur ad ſic opinandum, & operandum, licèt ipſe falſam probabiliter iudicet. Probabiliter, inquit, quia ſi euidenter, & omninò certè falſa iudicaretur, non poſſet formare iudicium, quod poſſit aſſumi, vt probabilis, nec præſupponi aliquo pacto vt probabilis, & ſic non poſſet eſſe ſufficiens, & debita menſura ad operandum rectè, ſcilicet, cum conformitate ad rectam rationem. Sed niſi Auerſa velit, vt quis rectè iuxta aliorum opinionem probabilem, quam ipſe probabiliter iudicat falſam, operetur, eum debere deponere, vel ſuſpendere proprium iudicium ſpeculatiuum de illius falſitate, quod ſuprà *num.* 105. *&* 106. reiectum eſt; puto in hoc Auctores re ipſa non diſcrepare, nam cùm quis ex principiis intrinſecis probabiliter iudicat aliquam opinionem, v. gr. aſſerentem non eſſe in tali caſu reſtituendum, eſſe falſam, & eſſe reſtituendum, vt licitè non reſtituat, non oportet quidem, vt propter auctoritatem Doctorum, aſſerentium non eſſe obligationem reſtituendi, iudicet abſolutè non eſſe reſtituendi obligationem, in tali caſu; ſed ſufficit, & requiritur, vt iudicet, ſiue putet probabilem eſſe, opinionem aientem non eſſe reſtituendi obligationem, & ita ſtante tali opinione, & Doctorum illam aſſerentium auctoritate, probabile eſſe, non eſſe obligationem reſtituendi in tali caſu, ex quo rectè formar iudicium practicum ſe non peccare, ſi non reſtituat, quia licet ſequi opinionem probabilem, vt latè explicatum eſt ſuprà *numer.* 106. & ita prorſus ſentiunt alij Doctores ſuprà *numer.* 102. relati. Neque in eo caſu neceſſitatem talis iudicij, quòd ſaltem propter auctoritatem Doctorum illam aſſerentium, & ſequentium probabilis ſit opinio, dicens non eſſe reſtituendum, poteſt negare Paſqualigius, (alioqui iuxta eam operans non poſſet formare iudicium practicum ſe non peccare, ſi non reſtituat,) imò admittit apertè, dum ait, *d. numer.* 3. ſat eſſe ad rectè operandum iuxta aliorum opinionem, ſi quis videat eam apud alios viros doctos eſſe probabilem, & ſibi perſuadet, quòd ipſi prudenter, & rationabiliter moueantur ad ſic opinandum, & operandum: & *numer.* 9. debere aſſumi vt probabilem, & præſupponi vt probabilem, ad hoc vt ſit menſura rectè operandi. etenim videre, ſibi perſuadere, aſſumere, præſupponere vt probabilem, non poſſunt eſſe niſi actus intellectus, quo iudicat, ſeu exiſtimat, vel credit probabilem eſſe aliorum opinionem ſaltem ob auctoritatem aſſerentium, licèt ipſe ex principiis intrinſecis veriſimilibus, non tamen ſibi euidentibus, & omnino certis illam iudicet eſſe falſam; & *deciſ.* 21. idem Paſqualigius, ait, virum doctum contra propriam ſequi poſſe in praxi alienam opinionem probabilem, quam putat falſam ex principio aliquo intrinſeco, ſeu aliqua ratione, quæ ſibi videtur inſolubilis, quia ob auctoritatem Doctorum illam aſſerentium poteſt captiuando intellectum ſuum credere, quòd ſit probabilis, licèt ſibi talis non appareat, & quòd illa ratio non ſit inſolubilis apud alios. Quare quod Salon, Valentia, Lopez, Sayrus, Garzias locis ſuprà *numer.* 85. relatis aiunt, vt quis poſſit ſequi opinionem probabilem, debere ſcilicet eam iudicare eſſe veram, nam ſi iudicaret falſam, eam ſequendo ageret contra conſcientiam: ſi velint debere iudicare eſſe probabiliter veram ſaltem ex principio extrinſeco, ſcilicet, quia alij viri docti talem iudicant, benè loquuntur, ſi verò velint debere iudicare probabiliter veram ex principiis intrinſecis, non bene ſentiunt, quia licèt putet falſam ob rationem probabilem, poteſt ſequi illam, ſcilicet probabilem ob aliorum auctoritatem, vt conſtat ex dictis *num.* 85. *&* 106.

Secundò obiicitur contra idem dictum, tum, quia 136.
in dubiis tutior pars eſt ſequenda, *cap. iuuenis, de ſponſalibus, cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti* 2. *de homicidio.* Tum, quia *in cap. Capellanus, de ferijs,* Summus Pontifex ſecutus eſt opinionem ſecundo loco poſitam, eo, quòd, vt inquit, idem Pontifex meliore, & ſubtiliore ratione nitebatur. Sed ad primam partem reſpondetur axioma ad ſummum procedere in dubiis formaliter: probabilis autem opinio non eſt dubia, cùm includat aſſenſum circa vnam partem, licèt cum dubitatione, ſeu formidine partis oppoſitæ. Ad ſecundam partem reſpondetur, ex facto illo, & ratione Pontificis non induci neceſſitatem, & obligationem ſequendi opinionem probabiliorem, ſed vel tantùm oſtendi in amplectendis

opinionibus eſſe habendam rationem fundamenti earundem,& haberi dum eligitur minus probabilis, quia adhuc conſideratur, vnde habeat probabilitatem, (ita reſpondet Paſqualigius *d.deciſ.5.n.16.*) vel iudicare tantùm nos debere ſequi ex conſilio opinionem, quæ meliori, & ſubtiliori ratione nitatur. ita reſpondet Palaus *d p.2.n.3.fine.* Quòd verò illud axioma, ſiue illa regula, in dubiis tutiorem partem eſſe eligendam, ad ſummum intelligatur in dubio rigoroſo,tradunt Azorius *p.1.lib.2.c.12.fine,* & *c.17.q.vltimo, fine.*Sanchez *d.c.9.num.14.*& alij Doctores *num.127.*relati. Quemadmodum,& aliam regulam, quòd in dubiis melior ſit conditio poſſidentis, in dubio formali, & non in opinionibus eſſe intelligendam,tradunt Vaſquez 1.2.*diſp.63. fine.* Sanchez *d c.9.num.53.* Villallobos *d. tract.1. diff.5. num.3.& diff.9.num.1.* Ioannes Sancius *diſp.44.num.54.verſic. nec obſtat regula.* Salas *d. diſp. vnica, num.95.* & alij Recentiores.

137. Tertiò, quia operans iuxta probabilem minus tutam,relictâ probabili, vel probabiliori tutiori,exponit ſe periculo violandi legem Dei, & peccandi, vel committendi grauius peccatum, quod periculum deuitare debemus. Reſpondetur eum, qui ſequitur opinionem probabilem, relicta tutiori, vel ſequitur contrariam ſuæ opinioni, etiamſi re ipſa ſit fortaſſe prohibitum quod ſequitur,vel falſa opinio, quam amplectitur, non ſe exponere periculo peccandi formaliter,ſcilicet,vt peccatum illi, aut culpa aliqua imputetur,quia prudenter, & rationabiliter, id eſt, ratione probabili motus operatur; ſed materialiter, nempe faciendi id, quod à parte rei eſt prohibitum,ad eum modum,quo qui ex ignorantia neſciens eſſe diem Veneris comedit carnes, facit rem in ſe prohibitam, ſed non peccat. Vnde inter opiniones probabiles, (vt Ioannes Sancius, & Palaus, quos ſequitur Paſqualigius *deciſ.359.* rectè obſeruant,)nulla datur formaliter, (ſcilicet reſpectu periculi incidendi in culpam,)tutior, & ſecurior altera, cùm enim operans iuxta opinionem probabilem non offendat Deum, nec eius legem formaliter tranſgrediatur,quia operans operatur ſecundùm rationem, ſeu conformiter rationi omnes opiniones verè, probabiles æquè ſecuræ ſunt, & æquè tutam conſcientiam reddunt, quando ſecuritas opinionis in eo ſita ſit,vt eam in praxi ſequens Deum non offendat. Quare quod ſuprà *num.*101.dixi,& communiter aiunt Doctores tam *d. num.*101. quàm in aliis numeris præcedentibus allegati, vnam opinionem eſſe ſecuriorem,& tutiorem alia,non eſt intelligendum de ſecuritate formali, ſed materiali, nempe vt ſequens in praxi opinionem probabiliorem, & tutiorem, quæ, v.g. aſſerit eſſe reſtituendum, non ſolùm non incidit in culpam aliquam, ſeu non peccat formaliter, ſed nec poteſt materialiter, ſcilicet non poteſt admittere id, quod à parte rei ſit materialiter peccatum, ſeu re ipſa prohibitum, cùm nulla diſſonantia ad legem, vel mentem Dei nec formalis, nec materialis reperiri poſſit in reſtituendo; ille verò qui operatur iuxta probabilem opinionem minus tutam, quæ, v.g. dicit non eſſe reſtituendum, licèt non peccet formaliter, cùm nulla adſit diſſonantia formalis;poteſt tamen peccare materialiter,quia in non reſtituendo poteſt reperiri diſſonantia materialis, vt ſi non reſtituere fortè eſſet in illo caſu à parte rei contra legem, & diſſonam menti diuinæ, quæ dictabat in tali caſu reſtitutionem eſſe faciendam. Non tenemur autem in praxi ſequi, quod in re tutius eſt, & in quo nulla poteſt eſſe diſſonantia, neque etiam materialis, ſed ſolùm obligamur ſequi rectam conſcientiam, qualis eſt probabilis. Nam etſi iuxta legem Dei, quæ à parte rei eſt, omnes actiones morales regulentur quoad bonitatem, & malitiam obiectiuam,& materialem; quoad formalem tamen malitiam, nempè imputabilitatem ad culpam regulantur, & menſurantur iuxta conſcientiam operantis, vt conſtat ex dictis de conſcientia recta,& erronea. Neque obſtat,ſi quis dicat, diſtantem à fouea,vel fluuio per quatuor paſſus remotiorem eſſe à periculo incidendi, quàm diſtantem per duos;& ita etiam in opinionibus magis diſtare à periculo incidendi in culpam,qui reſtituit, & è contra minus diſtare qui non reſtituit. Reſpondet enim,& benè Sancius, quòd licèt in phyſicis hæc vera ſint, non tamen in moralibus, in quibus voluit Deus, (vt ex dictis conſtat,) nullum periculum incidendi in culpam incurrere operantem iuxta opinionem probabilem. Quapropter ita remotus à periculo incidendi in flumen foret diſtans per quatuor paſſus, ac ille, qui per duos, ſi vterque omnino ſecurus eſſet promiſſione diuina, nequaquam in flumen eſſe lapſurum, cùm tunc ſecuritas non incidendi à cauſa æqualiter protegente, nempe à Deo oriretur.

Ad maiorem autem confirmationem ſententiæ communis,& refutationem aliarum, aduertendum tanquam certum omnino, hominem, (vt ſuprà *num.130.in fine,* dictum eſt,) non teneri ſemper euitare periculum peccandi materialiter, ſeu faciendi id, quod à parte rei, & in ſe malum eſt, & prohibitum,ſed tali periculo poſſe ſe licitè exponere; quod euidenter probatur. Primò, quia alioqui nunquam eſſet licitum operari ſecundùm vllam ſententiam, quantumcumque illam quis tanquam certam ex principiis intrinſecis iudicaret, ſi non eſſet abſoluta certitudo,& euidentia phyſica excludens omnem prorſus formidinem oppoſitæ ſententiæ, quæ ab aliis viris doctis tutior iudicaretur, quia tunc operans iuxta illam ſententiam, licèt habitam tanquam moraliter certam ex principiis intrinſecis, exponeret ſe periculo peccandi materialiter, ſeu faciendi rem in ſe malam, & prohibitam, quo admiſſo non poteſt dari caſus, in quo liceret rectè operari, niſi adeſſet certitudo omnimoda, quòd actio re ipſa non ſit mala, nec prohibita. ſi ergo licet operari ſecundùm ſententiam moraliter tantùm certam, non obſtante formidine aliqua oppoſiti, & periculo peccati materialiter; ergo etiam licet ſequi opinionem probabilem de honeſtate actionis, licèt minus tutam, neque probabiliorem, neque certam moraliter; parum enim refert, quòd ſit periculum paulò maius, vel minus, modò verè ſubſit periculum. Si ergo non obſtante periculo illo faciendi rem in ſe malam, licitum eſt ſequi opinionem moraliter tantùm certam, & etiam probabiliorem,vel probabiliſſimam,non tamen carentem aliqua formidine oppoſiti: licitum etiam eſt ſequi opinionem probabilem quamcunque de honeſtate actionis,vel omiſſionis; vel non eſt licitum operari niſi cum iudicio abſolutè certo, & euidenti quod liceat operari; quod dicere eſt abſurdum, cùm citra omne dubium excedat captum, modumque agendi humanum, iuxta ſuprà dicta, multa enim cum difficultate miſeri, poſſumus ſcire, quid ſit probabile, vix docti diſcernere poſſunt quid ſit probabilius. Certi autem, præter articulos fidei, vix quicquam eſt in rebus humanis, vbi multa falſa ſunt probabiliora veris, vt verè dixit Ariſtoteles *locis ſuprà allegatis.* quod ſufficienter probant tantæ virorum, etſi doctiſſimorum inter

ſe

ſe diſſenſiones, & de rebus omnibus opinionum diuerſitates: quare non debuit, nec prudenter potuit exigi alia humanorum actuum regula, quàm opinio probabilis, cùm & ipſa proponat ſufficienter obiectum ſub ratione boni; vnde etiam apparet eum qui operatur opinione probabili ductus, non amare periculum, iuxta Eccleſiaſticum, ſed operari tutò iuxta conditionem, & prudentiam humanam. Secundò, quia iuxta Doctores communiter, (vt ex dicendis infrà conſtabit,) poſſeſſor bonæ fidei in dubio, & vbi ſunt hinc inde opiniones probabiles, an res à ſe poſſeſſa ſit ſua, vel aliena, non tenetur ad illam alteri, de quo dubitat, an ſit eius, reſtituere, & tamen non reſtituendo exponit ſe periculo faciendi id, quod re ipſa ſit prohibitum, (nempe retinendi rem alienam,) non minus quàm qui in alia materia ſequitur opinionem minus tutam: cùm enim non ſit certus rem poſſeſſam eſſe ſuam, certè non reſtituendo exponit ſe periculo faciendi rem in ſe prohibitam. Item qui ex præcepto, vel voto tenetur hodie recitare diuinum Officium, iuxta omnes Doctores per ſe loquendo non obligatur ſtatim ſummo manè recitare, ſed ſi nullam grauem occupationem veſperi timet, poteſt licitè illud differre vſque ad veſperam, & tamen tunc ſe exponit periculo faciendi rem prohibitam, cùm non ſit omnino certus ſe non ægrotaturum veſperi, vel non recordaturum, (quibus in caſibus deberet manè recitare,) licèt probabile ſit, ſe non ægrotaturum, neque paſſurum obliuionem. Quare ſicut in huiuſmodi caſu non obligatur homo ad eam anticipationem tutiorem, ita neque in aliis debet obligari ad ſequendam tutiorem ſententiam, quia reuera ille ſine peccato iuxta tradita ſequitur minus tutam, licèt non certam, tamen vel probabiliorem, vel probabilem.

Sed obiicient Aduerſarij, præſertim Doctores primæ ſententiæ, eum qui ſequitur opinionem probabilem minus tutam, exponere ſe periculo peccandi formaliter, ſicut qui in dubio practico, an hîc, & nunc operando peccet, ſi operatur, exponitur periculo peccandi formaliter, & ideo peccat. Probatur aſſumptum, nam qui ſequitur opinionem, ſeu iudicium tantùm probabile quòd hîc, & nunc liceat operari amplectendo partem minus tutam, non poteſt eſſe certus, ſeu habere iudicium certum, quòd non peccet ſic operando, (quia ſi poſſet habere, maximè inde, quia cuique licitum eſt ſequi illam opinionem probabilem, quæ ſibi apparet probabilis hîc, & nunc, licèt ſit minus tuta; hoc autem principium, quòd liceat ſequi opinionem probabilem minus tutam, eſt ſub dubio, & non omnino certum, ac proinde homo tunc non poteſt inde formare iudicium certum, quod ſequendo in praxi talem opinionem non peccet;) ergo operando ſecundùm illam opinionem probabilem minus tutam, exponit ſe periculo peccandi, non ſolùm materialiter, ſed etiam formaliter, & ita verè peccat. Probatur hoc conſequens, quia ſi non habet, nec habere poteſt iudicium certum ſaltem virtuale, vel reflexum, quòd nullo modo peccet, & incurrat offenſam Dei, ſed tantùm id probabiliter putet, ſeu opinetur, cùm omnis opinio probabilis poſſit re ipſa eſſe falſa, ſequitur vt ſe exponat periculo formaliter peccandi, non minus, quàm is, qui dubitans an hîc, & nunc peccatum ſit operari, operatur, & ita verè peccat, & operatio ei ad culpam imputatur, iuxta illud Eccleſiaſt. 3. *Qui amat periculum, in illo peribit.*

Reſpondetur primò, ſi argumentum hoc habet aliquam vim, probare etiam eum, qui operando ſequitur opinionem probabiliſſimam minus tutam, & etiam moraliter certam, niſi abſolutè, & phyſicè certa ſit, quòd hîc, & nunc liceat operari, vel omittere aliquid, exponere ſe periculo formali peccandi, ſeu peccandi formaliter, quia cum tali opinione, ſeu iudicio poteſt conſiſtere, & adeſt formido probabilis peccati, & eſt fallibilis, & re ipſa talis opinio, cùm non excludat omnem formidinem probabilem, poteſt eſſe falſa, ac proinde qui operatur, vel omittit operationem ea ſola ductus, non poteſt eſſe certus, ſeu habere iudicium certum, ſe eam ſequendo non peccare; nam quòd in ea ſit minor formido, minuſque periculum falſitatis, quàm in opinione minus probabili, & minus tuta, reuera tamen probabili, & conſequenter etiam minus periculum peccati, parum refert ad euitandum omne periculum peccati, & ad formandum iudicium omninò certum, quòd ſequendo eam quis non peccet: nam, vt ſuprà dictum eſt, parum refert ſiue ſit paulò maior, vel minor formido, periculúmve paulo maius, vel minus falſitatis, & peccati, modò reuera adſit probabilis formido, ſubſitque periculum falſitatis ſo iudicio, & periculum peccati in operando, vel omittendo operationem; quod totum probat argumentum, vel nil probat; ex quo ſequeretur non eſſe licitum operari niſi cum abſoluta, & phyſica certitudine, ſeu niſi haberemus iudicium omninò certum, & euidens, operationem, vel omiſſionem hîc, & nunc eſſe licitam. quod, (vt dictum eſt,) excedit modum agendi humanum. igitur.

Reſpondeo ſecundò negando aſſumptum. ad eius probationem dico, vt quis operetur licitè debere illum eſſe moraliter certum, ſeu habere iudicium reflexum virtuale, vel expreſſum, determinatum, & certum, ſeu debere certò & determinatè credere, & exiſtimare ſe in operando non peccare, & offenſam Dei non incurrere, & non ſufficere exiſtimare, ſeu credere, ſolùm probabile eſſe quòd non peccet, vt probat ratio ad probandum conſequens prædicti aſſumpti. & tradunt Suarez *de actibus humanis diſp.* 12. *ſect.* 4. Ariaga 1.2. *tom.* 1. *diſput.* 23. *num.* 15. *& quatuor ſeqq.* (idque tantùm ſi bene conſiderentur ab eo tradita voluit Leſſius *lib.* 1. *de iuſtit. cap.* 1. *dubitat.* 5. dum ait ad honeſtè operandum, requiri iudicium certum, ſeu certitudinem de honeſtate operationis, ſcilicet, requiri, quòd operans ſit certus, ſeu certò, & abſque formidine oppoſiti iudicet, expreſsè, vel virtualiter ſe hîc, & nunc honeſtè agere, & non peccare, ſeu offendere Deum; non verò voluit requiri certum iudicium, quòd à parte rei actio ſit licita, & minimè prohibita,) & ſupponunt alij Doctores, nec contrarium ſentit Vaſquez 1.2. *diſput.* 62. *cap.* 5. licèt hoc illi attribuat Ariaga: ibi enim Vaſquez contra Caietanum, & alios ſolùm aſſerit, quod dixi ſuprà *n.* 118. ſcilicet ad rectè operandum non requiri iudicium practicum certum, quòd hîc, & nunc liceat operari, ſed ſufficere iudicium practicum probabile, ſiue ex principiis intrinſecis, ſiue ex extrinſecis quòd hîc, & nunc licita ſit operatio, licèt cum formidine oppoſiti, non verò dicit, quòd ad licitam operationem, & euitandum peccatum ſufficiat habere iudicium tantùm probabile quòd operando iuxta illud iudicium practicum non peccet, nam cum illo iudicio practico probabili, quòd hîc, & nunc operatio ſit licita, cum formidine oppoſiti conſiſtere poteſt, & ſtat certitudo, ſeu iudicium reflexum virtuale, vel expreſſum, determinatum, & moraliter certum, quod operan-

do iuxta illud judicium practicum probabile de honeſtate operationis nulla incurratur culpa, ſeu offenſa Dei, vt mox explicabitur. Dico ergo, quòd non obſtante, quòd opinio probabilis, ſeu iudicium probabile, quòd actio, ſeu omiſſio hîc, & nunc ſit honeſta, & licita, ſit fallibilis, ſeu fallibile, & re ipſa actio, vel omiſſio poſſit eſſe mala, nihilominus ſuppoſita talis operationis, ſeu iudicij probabilitate, ſiue actio, vel omiſſio in ſe ſit bona, ſiue mala iuxta talem opinionem, ſeu iudicium certus eſt, ſeu formare poteſt, & format ſaltem virtualiter iudicium practicum moraliter certum, quòd nullo modo peccet, neque actio ei ad culpam imputetur; primò, quia innititur illo principio, quòd licitum ſit, ſequi opinionem probabilem tam propriam ex principiis intrinſecis, quàm ex extrinſecis, ſeu graui auctoritate aliorum peritorum etiam minus tutam, relicta probabiliori. quod principium nunc non poteſt dici eſſe ſub dubio, ſed moraliter certum; quia ſententia aſſerens licitum eſſe ſequi opinionem probabilem minus tutam, relicta etiam tutiori, & probabiliori, imò probabiliſſima, & nititur melioribus fundamentis, quàm oppoſita, & ſic communis Doctorum Recentiorum, quorum auctoritas, quia expenderunt rationes omnes antiquorum, maioris eſt ponderis, ac proinde non ſolùm & probabilis, & longè probabilior, ſed etiam poteſt cenſeri, & eſt moraliter, & practicè certa, vt ſuprà dictum eſt. Et quia, (vt ſuprà *num.* 118. & in pluribus ſequentibus dictum eſt,) qui ſcit ſe prudenter agere, certus eſt, ſe non peccare, quæ propoſitio videtur ex terminis nota, & ab omnibus admittitur, nam ex parte intellectus nil aliud requiritur ad actum bonum moraliter, quàm vt fiat prudenter, ſeu iuxta dictamen, & iudicium prudens. Vnde ab Ariſtotele 6. *Ethicor. cap.* 5. prudentia deſcribitur, *recta ratio agendorum, ſeu agibilium.* Vnde etiam omne peccatum eſt actio practicè imprudens; at qui opinionem probabilem, ſeu iudicium probabile, quòd hîc, & nunc actio ſit honeſta, ſequitur in operando, prudenter operatur, ſeu certus eſt ſe prudenter operari, etſi fortè opinio ſit falſa, vt ſuprà *d. num.* 118. 130. *&* 131. oſtenſum eſt, quia operatur prudenter, qui operatur conformiter rationi, & motus non leui, ſed graui ratione, vel auctoritate, & ſequitur iudicium prudens: omnis autem opinio probabilis, qua talis eſt, innititur non leui, ſed graui ratione, vel authoritate, eſtque prudens, & à iudicio prudente, ſeu prudentum oritur; communiter enim dicimus prudenter aliquid opinari, vel credere, cùm mouemur graui ratione, vel auctoritate, etſi reuera falſum ſit quod credimus; & nemo negare poteſt prudentem eſſe, ſeu actum prudentiæ exercere, qui probabiliter diſcurrit, & opinatur, (prudentiæ ſiquidem eſt, & ſæpè magnæ ex tot opinionibus, quibus res humanæ expoſitæ ſunt, probabilem deligere,) ſicut è contra imprudenter diſcurrit, & opinatur, qui improbabiliter. Quòd verò opinio non ſit probabilior, ſeu maximè probabilis, non arguit imprudentiam, ſed ad ſummum efficit, ne ſit maxima prudentia, quæ poteſt eſſe; aliud autem eſt, non habuiſſe ſummam prudentiam, aliud verò fuiſſe imprudentem: quare vt opinio, ſeu conſcientia probabilis ſit prudens, ſeu actus prudentiæ non debet neceſſariò dictare rem certam eſſe, vel etiam veram ſimpliciter, ſeu probabiliorem, ſed ſufficit dictet probabilem, ſeu probabiliter veram. Cùm ergo omnis opinio probabilis ſit prudens, & actus prudentiæ, licèt, quia non eſt ſummè probabilis, non ſit ſummè prudens, ſeu actus ſummæ prudentiæ, neceſſariò infertur, vt qui ſcit ſe in operando ſequi opinionem verè probabilem, & conſequenter prudentem, certus ſit, ſe prudenter operari, atquè adeò etiam certus eſt ſe hîc, & nunc non peccare vllo modo; & ex his non ſolùm euertitur fundamentum primæ ſententiæ ſuprà *num.* 108. relatæ, quòd opinio probabilis non poſſit eſſe iudicium, & dictamen prudens, ſeu actus prudentiæ, qualis ad actum bonum requiritur, ſed etiam contra illam retorquetur; nam omne dictamen, ſeu iudicium prudens, omniſve actus prudentiæ ſufficit ad actum moraliter bonum, nec aliud requiritur tam ad bene, quàm prudenter operandum ex parte intellectus, vt oſtenſum eſt, at opinio probabilis quòd hîc, & nunc honeſta, & licita ſit operatio, (quæ eſt idem, quod conſcientia probabilis,) eſt dictamen prudens, actuſque prudentiæ, vt manifeſtè ex dictis conſtat, ergo eſt ſufficiens ad actum moraliter bonum. Vnde etiam ex his, & aliis adductis ad probandam ſententiam communem clarè patet opinionem, ſeu conſcientiam probabilem, licèt quatenus cognitio, & reſpectu obiecti, circa quod verſatur, poſſit eſſe fallibilis, quia illi non repugnat falſitas, quatenus tamen probabilis eſt directiuè infallibilis, ſcilicet eſt certa, & infallibilis regula, & menſura actuum bonorum, quia ſemper qui illam regulam ſequitur, prudenter operatur, (vt probatum,) atquè adeò bene, & laudabiliter; neque reuera, quamdiu illam regulam quis ſequitur, exponit ſe morali periculo peccandi; ſiue imprudenter apprehendat, timeatque periculum, ſiue non, quod non eſt curandum, vt etiam iudicat Leſſius *d. lib.* 1. *de iuſtit. cap.* 1. *dub.* 1. *n.* 5. Ex quo patet reſponſio ad obiectionem, quam faciunt Doctores eiuſdem primæ ſententiæ, ſcilicet, opinionem, ſeu conſcientiam probabilem eſſe fallibilem, cùm poſſit eſſe falſa, ac proinde non poſſe eſſe directiuam actus boni. Reſpondetur enim opinionem probabilem in ſe, & vt cognitio, & ſpeculatiue, ſcilicet reſpectu ſui obiecti eſſe fallibilem, quia à parte rei reuera aliter res ſe habere poteſt, quam per opinionem aſſeritur, tamen practicè, & directiue, & quatenus regula actus, eſt certa, & infallibilis modo explicato.

Quòd ſi contra dicta quis obiiciat, Ariſtotelem 6. *Ethicor. cap.* 4. reiicere opinionem à ratione virtutis intellectualis, adeoque prudentiæ. Reſpondetur Ariſtotelem reiicere à virtute intellectuali opinionem ſolùm ob rationem ab eo ibi allatam, ſcilicet, quatenus non repugnat illi falſitas, & ſic ſolùm, quatenus eſt cognitio fallibilis reſpectu ſui obiecti; non autem reiicit, quatenus probabilis, & directiuè infallibilis, & certa regula actus boni, modo ſuprà explicato. Addo Ariagam 1. 2. *tom.* 1. *diſp* 34. *num.* 5. contra Ariſtotelem aſſerere opinionem ex eo etiam capere, quòd illi non repugnet falſitas, & fieri poſſit, vt per ipſam erremus, non debere excludi à ratione virtutis intellectualis, quia (inquit,) in multis rebus vbi haberi non poteſt ſcientia, videtur ſine dubio magna perfectio intellectus cognoſcere probabiliter, imò multæ ſcientiæ, (addit,) videntur maxima ex parte coaleſcere habitibus probabilibus. Confirmat, quia prudentia eſt abſolutè virtus, & tamen ferè ſemper habet concluſiones ſolùm opinatiuas, vt idem Ariaga *eadem diſp.* 34. *ſect.* 3. probat poſt Tannerum.

Ex quibus colligitur Henriquez *in allegato proœ-* 138.
mio ſuæ ſummæ, rectè dixiſſe, quòd *errare cum Platone, aut inſigni Theologo, dum latet ignota veritas ſpeculatiua,*

tiua, non nocet in praxi; in quo Theologus differt à corporali Medico, qui ſi morbi vim, quamuis ſine culpa, ignoret, necis occaſio eſſe ſolet, ſed qui ſapientum, ac prudentum ſententiæ probabili acquieſcit, nullum patitur periculum conſcientiæ, Deus enim ita nobis ignorantibus indulget, vt eam ſententiam confirmet ad ſalutem, vt per medium ſpirituale ſanet etiam vulnera quæ inculpabili ignorantia ignota ſunt. ita Henriquez

Colligitur ſecundò non malè locutos Iaſon. *in l. diem, num. 34. ff. de officio aſſeſſor.* & Ioannem Garziam *de nobilitate, initio num.* 12. (quos ad id refert, & ſequitur Aug. Barboſa *d. collect. ad cap. 4. de feriys num. 4.*) dum dixerunt violationem legis diuinæ habentis varios intellectus, non eſſe peccatum, quia poſito, quòd duo intellectus ſint probabiles, licet quemlibet ſequi in praxi, iuxta dicta.

139. Colligitur tertiò non rectè ſe gerere eos, qui dum id, quod ſub opinione verſatur, ſit nec ne peccatum, tale eſſe ſemper decernunt, vel conſulunt, quia exiſtimant, ita ſe agere ſecutiùs, nam ſuppoſito, quòd vtraque opinio ſit probabilis, & fulta ſufficienti fundamento rationum, vel Doctorum grauium authoritate, & eam ſequens in praxi nulli exponatur periculo conſcientiæ, ſeu incidendi in culpam, nulla adeſt ratio cogens ad aſſerendum, vel conſulendum eſſe peccatum. An verò de conſilio aliquando ſit ſequenda, & conſulenda aliis opinio obiectiuè, & materialiter tutior, explicatur infrà *num. 1123. & ſeqq.*

140. Colligitur quartò, vt liceat alicui in praxi ſequi opinionem probabilem, non requiri, quòd illi euidenter conſtet eſſe probabilem, ſed ſolùm ex veriſimili ratione, & fundamento ſufficienti, vt prudenter, & non temerè illi aſſentiatur, quamuis oppoſita ſit euidenter probabilis, id quod etiam in terminis tenet Paſqualigius contra Merollam *tom. 1. diſp. 1. cap. 4. dub. 1. corroll. 3. verſic. quod enim.* Breſſerum *lib. 3. de conſcient. cap. 5. num. 64.* aientes debere conſtare euidenter eſſe probabilem, quando oppoſita eſt euidenter probabilis; contra Baldellum *part. 1. Theolog. mor. d. 10. n. 5.* dicentem, vt quis poſſit operari ſecundùm opinionem probabilem, debere eſſe certum de probabilitate ipſius. & contra Granadum 1. 2. *controu. 2. tract. 12. ſect. 4.* aientem, vt opinio probabilis ſit recta regula actuum, neceſſarium eſſe habere iudicium formale, vel virtuale, quo iudicetur id certò, & euidenter probabile, quod idem videtur ſentire Ariaga 1. 2. *tom. 1. diſp. 23. num. 16.* patet corollarium, quia iuxta Doctores præallegatos communiter licet operari iuxta opinionem probabilem, ſcilicet eam, in qua ex motiuo ſufficienti, & veriſimiliter, ac probabiliter vero, iudicatur prædicatum in eſſe ſubiecto, quia ſic operatur prudenter, & ratione motus, & ſic conformiter rectæ rationi; neque ex eo, quòd oppoſita ſit euidenter probabilis, dummodo non certa, ſed remanens intra limites opinionis probabilis, ſcilicet non eatens aliqua formidine oppoſiti tollit, quin altera opinio ſit etiam probabilis, & de eius probabilitate conſtet probabiliter ex altero motiuo ſufficienti, licèt non ita euidenti. & hoc idem poſtea docuit etiam Breſſerus *d. lib. 3. c. 96.* vbi aſſerit Confeſſarium debere abſoluere pœnitentem iuxta eiuſdem pœnitentis opinionem, etſi non ſit certum, & verum, ſed tantùm probabile, eſſe probabilem. Quòd ſi oppoſita eſſet certa, & talem quis eam iudicaret, tunc non poſſit iuxta alteram opinionem operari, quia neque etiam probabiliter poſſet iudicare eſſe probabilem, ſed exiſtimaret falſam, vt conſtat ex dictis ſuprà *num. 105. 106. & 131.* & de hac re etiam infrà *num. 2356.* contra Candidum Philalethum. Demum ex dictis colligitur, quem poſſe oppoſitas opiniones probabiles in praxi amplecti, ſcilicet modò operari iuxta vnam, modò iuxta aliam; quia ſuppoſito, quòd vtraque iudicetur probabilis, ſiue ex principiis intrinſecis diuerſis, vel diuerſimodè applicatis, iuxta dicta ſuprà *num. 102. & ſequentibus,* ſiue vna ex principiis intrinſecis, altera ex motiuo extrinſeco auctoritatis; formare poteſt iudicium practicum, quòd liceat iuxta vtramque operari, cùm vtraque ſit probabilis, & liceat ſequi opinionem probabilem: confirmatur ex dictis ſuprà *num. 125.*

Vtrùm liceat ſequi opinionem parum probabilem, non tamen apertè falſam, & omni probabilitate deſtitutam, ſed aliqualem, & minimam tantùm probabilitatem habentem: vbi an cùm non adeſt tempus conſulendi libros, vel Doctores, poſſit quis ſequi illam opinionem, quæ hîc, & nunc ſibi videtur probabilis.

SEd quid ſi opinio ſit parum probabilis, vel alicui parum probabilis videatur, eo quòd pro ipſa ſtent, vel appareant rationes aliquantulum probabiles, ſed tamen valde debiles, & cum maxima formidine oppoſitæ partis? Prima reſponſio, ſi opinio hîc, & nunc probabilis videatur ex aliqua ratione, licèt debili, ſed non omninò improbabili iudicata, & inſtet neceſſitas operandi, vel conſulendi iuxta eam, & adhibita omni diligentia, quæ in tali caſu neceſſitatis adhiberi moraliter poteſt, adhuc non colluceat maior lux veritatis, ſeu probabilitatis, Doctores communiter affirmant in tali caſu licere operari, & conſulere iuxta opinionem, quæ tunc parum probabilis apparet, & non iudicatur porſus improbabilis, & falſa. ita Salas *d. diſp. vnica ſect. 5. num. 44.* Hieronymus Pharao *tract. 1. ſect. 3. caſu 4.* Sanchez *d. cap. 9. num. 25. & cap. 10. num. 5.* Breſſerus *de conſcient. lib. 3. cap. 4. num. 49.* Suarez *de conſ. diſp. 4. ſect. 5. num. 13.* Palaus *d. part. 2. num. 5.* & alij relati à Sanchez, & Paſqualigio *deciſ. 20. num. 1. deciſ. 24. n. 3.* & conſtat ex dictis ſuprà *num. 120.* in ſimili enim caſu cùm ſit adhibita diligentia tunc moraliter poſſibilis indagandi exactè veritatem, ignorantia manet inuoluntaria, & opinio non apparet deſtituta omni probabilitate; ac proinde ſufficit quòd tunc quiſque reſoluat, prout poteſt, & probabiliter iudicat reſoluendum, cùm nemo ad impoſſibile teneatur, & quod tunc facit rectè fit, quia ita operatur ex iuſta, & rationabili cauſa, & prudenter quantum poteſt, & ita ſecundùm dictamen rectæ rationis. Hinc ſi Confeſſarius deberet abſoluere confitentem in articulo mortis habentem caſus difficiles, & intricatos, & ipſe non ſit in rebus moralibus ita verſatus, vt ſciat quid circa illos caſus tradant Doctores, tunc reſoluere poteſt iuxta id, quod ſibi eo tempore probabile, vel aliquo modo probabile videtur, vt ex eiſdem Doctoribus colligitur. Dato autem, quòd caſus non eſſet ita vrgens, quin poſſit conſulere libros, aut Doctores, ad huiuſmodi diligentiam teneretur, antequam quicquam determinaret, cùm ita in rebus grauibus agendis, vel fugiendis maturè, & prudenter procedendum ſit, iuxta dicta ſuprà *num. 112.* atque adeò in eligenda opinione inquirendum diligenter, quid liceat, vel non. Aduertit autem Breſſerus in eo caſu vrgentis neceſſitatis non permittentis tempus ad diligentem veritatis inueſtigationem non licere alicui relicta probabiliori ſuo iudicio ſequi tantùm probabilem exiſtimatam 142.

parum probabilem,quia adhuc non ſcit, an illa verè
ſit probabilis abſolutè, vt in caſu ſupponitur.
142. Reſponſio ſecunda. Si omnibus nempe auctori-
tatibus, & rationibus exactè ponderatis, & poſt
omnem,& magnam diligentiam adhibitam opinio
adhuc parum probabilis appareat, vel quia talis à
parte rei ſit,vel quia talis ex errore iudicetur,& non
ſit, ſeu non appareat falſa, & deſtituta omni proba-
bilitate, tunc etiam in graui neceſſitate licere ſequi
in praxi, & conſulere talem opinionem,docent Sa-
las, Palaus *vbi ſuprà.* Sanchez *d. num.25. & lib.2. de
matr. diſp.36. num. 8.* Petrus Sotus *de tegendo ſecreto.
membro 3.quæſt.2. concl.3.* Villalobos *d.tract.1.diff.8.*
Layman *lib.1.tract.1. cap. 5. num. 13. fine*, ego ipſe *in
tract. de contractu matr. cap. 2. num. 28.* Nauarrus, &
plures recentiores à me *ibidem* allegati, & alij,quos
Paſqualigius *d.deciſ.20.num.3.* refert qui rem expli-
cant pluribus exemplis, nempe primò infantis ſta-
tim morituri, cuius tantùm digitus in vtero, vel ex
vtero matris apparet, quem in eodem digito tan-
tùm licet baptizari. Secundò moribundi, qui ab-
ſente Sacerdote dedit ſigna contritionis, is enim
poteſt licitè à Sacerdote ſuperueniente,& præſente
abſolui. Tertiò mulieris quæ contraxit bona fide
matrimonium inualidè ob impedimentum occul-
tum dirimens,& poſtea non poteſt nouum conſen-
ſum expreſſum à marito extorquere, quo caſu ei ad
conualidandum matrimonium licebit, & ſufficiet
acceſſus maritali affectu, vt *dicto meo tract. de contr.
matr. allegato num.*78. oſtendi. Quartò, ſi quis putat
iudicem legitimè interrogare de crimine alicuius
grauis, & honeſtæ perſonæ, & Reipublicæ non me-
diocriter neceſſariæ, non tamen ſibi omninò con-
ſtar, ſed habet aliquam formidinem oppoſitæ partis
cum aliqua apparenti probabilitate, tunc poteſt,
(ex Soto,Villalobos,& Palao *locis citatis*, & aliis in-
frà *num.* 306. allegandis,) tacere, neque ad ſenſum
Iudicis reſpondere, iudicans in tali caſu probabile
eſſe,ſe poſſe licitè tacere ; nam periculum graue,(in-
quit Sotus,) ne digniſſima perſona præter ius occi-
datur, facit, vt in moralibus formido habens appa-
rentem probabilitatem præponderet opinioni.Qua-
re ratio vniuerſalis prædictorum, & doctrinæ præ-
fatorum auctorum eſt, quòd grauiſſima neceſſitas
opinionem aliàs parum probabilem reddit proba-
bilem, & ſecuram quoad culpam euitandam, ſeu
reddit licitum, quod aliàs extra talem caſum eſſet
143. illicitum. † Sed contra hanc doctrinam,& præfatos
auctores obiicit Paſqualigius *d.deciſ.50.num.4.* quia
ſi abſolutè, & extra caſum illum vrgentis neceſſita-
tis,& imminentis damni non eſt licitum ſequi opi-
nionem parum probabilem, neque etiam erit lici-
tum in tali caſu,quia periculum imminentis damni
non facit, quòd fiot licita, quæ alioquin ex natura
ſua illicita ſunt ; ac proinde ſi aliàs, & abſolutè lo-
quendo, atque ex natura rei non eſt licitum ſequi
opinionem parum probabilem, ſeu quæ habet, vel
apparet habere minimum gradum probabilitatis,
neque erit licitum eam ſequi ratione imminentis
damni,& ſi eſt licitum ſequi ex natura rei, erit ſem-
per licitum, niſi adſit ſpecialis prohibitio. Confir-
matur ; quia periculum imminentis damni non va-
riat motiuum, in quo fundatur probabilitas illius
opinionis, atque adeò, cùm tota probabilitas ſit ex
motiuo, non poteſt dici, quòd imminente periculo
ſit probabilior, & rationabilior, quàm in ſe ſit, &
hoc idem ſentit Baſilius Pontius *de matr. lib.4.c.25.
num.8 initio, & num.10.* vbi dicit quòd ſi aliqua opi-
nio probabilis eſt in praxi in caſu vrgentis neceſſi-
tatis, etiam extra caſum neceſſitatis poſſumus illa
vti, & illi nos conformare. † Igitur idem Paſquali- 144.
gius *ibid.num.6. & ſequentibus*, cum Breſſeto *lib.3. de
conſcient. cap.7. num.77.* aſſerit abſolutè licitum eſſe
in praxi ſequi opinionem parum probabilem,etiam
contra oppoſitam probabiliſſimam.Probat ea ratio-
ne,quòd licèt opinio habeat minimum gradum pro-
babilitatis, adhuc tamen illam habet, ſeu gradum
probabilitatis attingit,& verè eſt probabilis;quem-
admodum ſi in pariete ſit minimus gradus albedi-
nis,adhuc verè paries albus eſt,& ſi in anima ſit mi-
nimus gradus gratiæ, verè ſancta, & iuſta eſt ; ergo
verè eſt ſecundùm rectam rationem,& poſſumus li-
citè eam ſequi iuxta ſupradicta, quia poſſumus eam
amplecti vt probabilem, & conſequenter vt rectam
menſuram humanæ operationis;etenim opinio pro-
babilis non facit, quòd operatio ſit honeſta, quia
habeat tantam,vel tantam probabilitatem,ſed quia
probabilis eſt, ac proinde id præſtat ratione proba-
bilitatis ſecundùm ſpeciem.Neque ſequi huiuſmodi
opinionem continet, (addit Paſqualigius,) pericu-
lum peccati ; nam dato quòd à parte rei non habe-
ret ſufficientem probabilitatem, eligitur tamen vt
probabilis : qui verò operatur iuxta opinionem
probabilem,certus eſt quòd non peccet,etiamſi pu-
tatiuè tantùm ſit probabilis,cùm tunc excuſet erro-
nea conſcientia non culpabilis. ita Paſqualigius,qui
deſumpſit ex Breſſeto *lib.3. de conſcientia cap.6.n.77.*
vbi ita habet,ſcilicet, quantumuis probabilitas opi-
nionis non conſiſtat in indiuiſibili, ſed detur non
tantùm maior, & minor, ſed & minima probabili-
tas, vti etiam maxima : ſi non tantùm minus, ſed
minimè probabilis ſit, id eſt, habeat minimum gra-
dum probabilitatis,licitum eſt eam ſequi,modò ve-
rè probabilis ſit, id enim probant rationes allatæ,
(ſcilicet ad probandam communem ſententiam,
quod liceat ſequi opinionem probabilem, etſi mi-
nus tutam.) Vnde ſequitur, propriè loquendo, non
poſſe dari caſum, quem habet Sanchez *num.* 25. &
definit, quòd aliquando opinio ita parum probabi-
litatis habeat, vt eam ſequi non liceat, niſi vrgeat
periculi grauis vitandi neceſſitas, vel res non patia-
tur moram ; nam quantumuis habeat parum pro-
babilitatis, modò eam habeat, ſemper licet eam ſe-
qui. † Sed hæc aſſertio Paſqualigij, Breſſeri ac Ba- 145.
ſilij licèt in eo ſenſu, quo ab ipſis parua probabili-
tas accipitur, non careat probabilitate, & videatur
admittenda : nihilominus ſuſtinendo doctrinam
aliorum communem,quòd contra probabiliſſimam
opinionem liceat in caſu grauiſſimæ neceſſitatis,
ſequi opinionem parum probabilem, non apertè
falſam, neque deſtitutam omni probabilitate, non
autem extra talem caſum, & quando ſine graui de-
trimento proprio,vel aliorum poteſt ſequi probabi-
liſſimam,attentis auctoritate, & rationibus. Ad ar-
gumentum contra præfatam doctrinam reſpondee-
tur, grauiſſimam neceſſitatem facere licitum, quod
aliàs minimè liceret,vt latè oſtendi *d.cap.5. num.78.*
mei tract. de contractu matrimonij, & patet tum
cùm infans baptizatur in digito tantùm ob immi-
nens mortis periculum, aliis partibus non extanti-
bus,& cùm moribundus abſoluitur, qui abſente Sa-
cerdote oſtendit ſigna contritionis; tum quia in du-
bio formali aliquid liceat nec ne, ex cauſa graui,&
magno detrimento vitando licet eligere vnam par-
tem, ſicut etiam ex ſimili cauſa vrgentis neceſſita-
tis, & imminentis periculi poteſt licitè quis eligere
partem dubiam omiſſa parte tutiori, & certa, quod
aliàs, & ſecluſa tali neceſſitate non liceret, vt tra-
dunt Sanchez *d.cap.10.num.5. & 8.* Layman *d.cap.5.
eodem num.13.* Gordonus *lib.1.Quæſt.quæſt.24.* Salas
d.

Digitized by Google

*d.num.*44.& alij relati à Layman; quia vrgente graui neceſſitate damni euitandi in ſe, vel in alio, poteſt formare dictamen rationis quòd tunc ſibi liceat eligere alteram partem, de qua ſpeculatiuè dubitat, vel dubiam, relicta tutiori, & certa: quia in tali caſu non agit temerè, ſed ex graui cauſa; & ita etiam cùm inſtat grauis neceſſitas, licitum eſt relicta probabiliſſima opinione ſequi parum probabilem, non deſtitutam omni probabilitate, neque apertè falſam, quia tunc homo non agit temerè, ſed ex cauſa. Ad confirmationem reſpondetur, imminens periculum damni grauis non variare motiuum intrinſecum probabilitatis, neque augere probabilitatem intrinſecè, eſſe tamen ſufficientem rationem formandi iudicium practicum, quòd liceat talem opinionem parum probabilem amplecti tunc, licèt aliàs non liceret, quia in tali caſu homo non operatur temerè, ſed ex cauſa, & ita prudenter, & honeſtè. Dixi autem, *opinionem parum probabilem, non apertè falſam, & omni probabilitate deſtitutam.* quia ſi appareret falſa, & carens omni probabilitate, neque etiam in caſu neceſſitatis liceret eam in praxi amplecti. & hoc probant rationes Paſqualigij, & colligitur ex Doctoribus ſuprà *num.*141.*&* 142.*& in d.cap.*2.*n.*78. *mei tract. de contr. matr.* allegatis, qui, (vno excepto Palao,) loquuntur de opinione parum probabili, habente aliqualem probabilitatem, eo quòd habeat rationes aliquantulum probabiles, & id in terminis obſeruat Villalobos *vbi ſuprà.* & patet, quia neque in graui neceſſitate licet facere, quod apertè indicatur malum, & nullo modo apparet licitè fieri poſſe, vnde non admitto dictum Palai citati *num.*5. vbi ait ratione grauis neceſſitatis, & periculi opinionem aliàs parum probabilem, vel nihil probabilitatis habentem reddi maximè probabilem, & ſecu-
146. ram. † Ad aſſertum autem Paſqualigij, & Breſſeri, quòd licitum ſit abſolutè, & etiam extra caſum neceſſitatis contra probabiliſſimam opinionem, ſequi opinionem parum probabilem, & minimum probabilitatis gradum habentem, quia adhuc eſt verè probabilis, ſicut eſt verè albedo, & verè gratia minimum intenſionis gradum habens. Reſpondetur quòd cùm opinio parum probabilis ſit, & dicatur illa, quæ caret firmo, & efficaci, ſeu magni alicuius momenti fundamento, & magni ponderis auctoritate, ſed valde debili, & leuibus rationibus aliqualiter tantùm probabilibus, vel auctoritate parui ponderis, v. gr. parum docti, nititur, videtur quid medium inter opinionem abſolutè, & ſimpliciter probabilem, & inter opinionem ſimpliciter improbabilem, & apertè falſam, magis propè accedens ad improbabilem, quàm ad probabilem, vnde etiam ob modicam probabilitatem dicitur ferè improbabilis, vt illam appellat Sanchez *in ſummario d. cap.*9. *n.*25. vel dici poteſt non probabilis abſolutè, ſed ſecundùm quid, & ſemiplenè tantùm, ac proinde etiam qui extra caſum neceſſitatis, & abſque vrgenti cauſa iuxta eam contra oppoſitam probabiliſſimam operaretur, diceretur temerè, & imprudenter operari, vtpote leui motiuo, ſeu debiliſſima ratione, vel authoritate parui ponderis ductus. Doctores autem in præcedentibus allegati aſſerentes abſolutè licitum eſſe ſequi opinionem probabilem, loquuntur, & intelligendi ſunt, de opinione ſimpliciter, & abſolutè probabili, ſcilicet ea, quæ aliquo firmo fundamento, & ratione, vel auctoritate alicuius non parui momenti fulta eſt, cùm ita definiant opinionem probabilem, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.*83. non de ea, quæ tantùm ſecundùm quid, & ſolùm ſecundùm quid, & aliqualiter probabilis eſt, & non apertè falſa apparet ob aliquam rationem aliquantulum tantùm probabilem viſam. & hoc idem tandem videtur approbare Breſſerus *d.num.*77. vbi verbis ſuprà ex eodem adductis addit: *vera tamen eſt hæc reſponſio*, (ſcilicet Sanchez) *de opinione non quidem probabili, ſed ſemiprobabili, vel prope ad improbabilitatem accedente, qualis eſſet, quæ niteretur ratione non magni, ſed alicuius momenti, vel auctoritate eiuſdem ponderis, v.gr. viri mediocriter docti.* ita Breſſerus ſubdens Sanchez nil aliud intelligere.

Quando imminet aliquod inconueniens, aut periculum grauis damni ſpiritualis, vel temporalis, quam opinionem teneamur ſequi, ſeu eligere.

EX his autem, & ex ſupradictis infertur non ſo- 147.
lùm iuxta opinionem probabilem, quem poſſe operari licitè relicta probabiliori, ſed etiam aliquando, nempe in caſu grauis neceſſitatis, vt ad euitandum aliquod graue inconueniens, aut notabile detrimentum proximi, teneri in praxi amplecti opinionem minus probabilem, etiam parum probabilem, & minimam probabilitatem habentem, quod indicant Nauarrus, Petrus Sotus, & Sanchez *locis citatis*, & in terminis tradunt etiam Villalobos *d. diffic.* 8. Bonacina *de præceptis diſp.*2. *quæſt.*4. *part.* 9. *num.*5. Reginald. *d.lib.*13. *num.* 98. Palaus *d. num.*5. Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.*42.*num.*12.*verſic. imò in aliquibus caſibus.* & Paſqualigius *deciſ.*30.& patet ex doctrina *num.*142.*&* 146. tradita, & ex exemplis *eod. num.*142. adductis, nempè Baptiſmi conferendi infanti in digito tantùm ob imminens mortis periculum, abſolutione danda moribundo, qui dedit ſigna contritionis abſente Sacerdote, & de teſte putante iudicem legitimè interrogare de crimine alicuius grauis perſonæ Reipublicæ notabiliter neceſſariæ, cum formidine tamen partis oppoſitæ non omnino ſcrupuloſa, ſed probabili. in quibus caſibus, ſaltem ex charitate ad euitandum graue damnum ſpirituale, vel temporale proximi, & etiam Reipublicæ obligatur amplecti opinionem minus probabilem, quæ etiam tunc eſt magis tuta, licèt minus probabilis, & vrgens, illa neceſſitas quoque reddit illam ſecuram in conſcientia, vt oſtenſum eſt; imò in caſu, in quo imminet aliquod graue damnum, quod ex charitate, vel ex iuſtitia impedire obligamur, ſi id poſſumus, opinio, ex cuius amplexu damnum poſſet ſequi, iam non eſt amplius practicè probabilis, cùm aduerſetur illi principio vniuerſaliſſimo, dictanti eſſe impediendum damnum proximi, quando poſſumus, deducto ex alio vniuerſaliori principio, *Diliges proximum ſicut te ipſum.* Plura alia ad probandum hoc corollarium congerit Paſqualigius, quæ apud ipſum videri poſſunt.

SVMMARIVM

§§. Decimi octaui, & decimi noni.

149 *Vir doctus in praxi ſequi licitè poteſt ſuam opinionem ſingularem minus tutam, quam contra communem aliorum rationabiliter probabiliorem putat; ſecus ſi temerè, & leui ratione ductus contra communem ſentit, & num.*149.

150 *Opinioni communi præferenda eſt in iudicando opinio vnius Doctoris melioribus, & validioribus munita rationibus.*

Iudex

Iudex quandònam poſſit recedere à communi ſententia, ibid.

151 *An liceat in foro conſcientiæ ſequi opinionem vnius Doctoris, etiam contra communem cæterorum Doctorum, referantur variæ opiniones, ad 154.*

155 *Licitum cuique eſt operari iuxta opinionem vnius Doctoris inſignis, quæ non habet contradictionem.*

156 *Opinionem vnius Doctoris circa rem à nullo alio, vel à paucis pertractatam, quilibet alius poteſt in praxi ſequi.*

157 *Licitum eſt in praxi amplecti opinionem ſingularem vnius Doctoris periti, & probi rationabiliter inuentam, & ſuſcitatam, cui opponitur communis cæterorum Doctorum.*

158 *Cuique, ſeu diſcipulo licitum eſt in praxi ſequi opinionem ſui Præceptoris, qui ſit, vel fuerit Doctor excellens, & valde in literis verſatus, num. 160. & 163.*

Iudex, qui in iudicando recedit à communi opinione, non facit litem ſuam, & excuſatur ab expenſis, ſi ſequatur opinionem ſui Præceptoris, aut alicuius alterius inſignis Doctoris, d.num.158.

159 *etiam in his, quæ ſunt iuris diuini, relicta communi licitum eſt ſequi opinionem vnius Doctoris inſignis, & periti minus tutam.*

160 *Vir imperitus quam opinionem ſequi poſſit tuta conſcientia: & an vnius Doctoris ſingularem, & quam reperit legendo librum vnius, aut alterius Doctoris, & 162. & 163.*

161 *Auctoritas Doctoris quid ſit, & vnde oriatur.*

Vir imperitus ſecuriùs poteſt in praxi ſequi opinionem vnius Doctoris ore ab eo exceptam, quàm traditam in ſcriptis typis mandatis, d.n.163.

Opinio vnius Doctoris typis conſignata præſumitur magis probabilis, quàm ſi ore tantùm tradit, d. num.163. & 166.

An liceat ſequi opinionem vnius Doctoris, quando à Neotericis communiter habetur tanquam improbabilis, vel eius oppoſita habetur tanquam certa, num.85. & 162. fine.

Confeſſarij parum docti, & alij viri imperiti in caſibus ſaltem difficilioribus non confidant ſuo ingenio, & lectioni alicuius auctoris, ſed adeant peritiores, & magis exercitatos in rebus moralibus, vt ab ipſis inſtruantur, d.num.163.

164 *Confeſſarij ignari, & minus exercitati in ſtudijs, & rebus moralibus ſi fidentes ſuis ingenijs & ſummulis tantùm exponant ſe audiendis confeſſionibus quarumcunque perſonarum, non poſſunt a peccato excuſari.*

165 *Doctores, & Auctores debent in ſuis ſcriptis docere opiniones, quas probabiliores putant.*

166 *Ad libros imprimendos, reuiſendos, & approbandos deputari debent viri docti in ſtudijs Theologicis, & ſcientia morali, ciuili, & canonica verſati, & qui ſe ad tale munus ob imperitiam inhabiles agnoſcunt, peccant illud acceptando, ſicut & peccant, qui tales indoctos viros deputant.*

Reuiſores, & approbatores librorum continentium materias fidei, & agendorum, vel fugiendorum, totam doctrinam in illis comprehenſam tenentur diligenter expendere, ibid. fine.

169 *Doctrinæ, quamuis à multitudine Doctorum traditæ, & apprehenſæ, non eſt acquieſcendum, ſi conſtet continere errorem.*

Vir doctus, an, & quomodo ſequi poſſit in praxi opinionem ſingularem vnius Doctoris ſoli illius auctoritati innixus, ſi illam ex principijs intrinſecis putet improbabilem, & oppoſitam ſolam, quam ſcit eſſe communem, cenſet probabilem, ibid. ad 174.

175 *Qui ſequitur in praxi opinionem vnius Doctoris, vel plurium reputatam probabilem, excuſatur à peccato, ſi poſtea reperit eſſe falſam.*

Conſulens Doctorem boni nominis, poteſt iuxta illam operari, quamuis ſuſpicetur Doctorem decipi, ibidem.

176 *A communi ſententia ob opinionem vnius Doctoris non eſt facilè, & crebrò recedendum, niſi opinio ſingularis appareat firmiori fundamento fulcita.*

§. XVIII.

Vtrùm vir doctus poſſit licitè ſequi ſuam opinionem ſingularem contra communem aliorum Doctorum, & iuxta illam alijs conſilium dare.

ANgelus *verb.opinio num. 1.* Sylueſter *eodem, q 2.* 148.
aiunt ſequendam eſſe communem ſententiam, neque ab ea recedendum in praxi, niſi quis contra eam habeat rationem certam, & conuincentem. & forſan fundatur in eo, quòd communis ſententia rem ita certam reddat, vt contraria non ſit probabilis.

Sed dicendum virum doctum, & in literis non 149.
parum verſatum poſſe ſuam opinionem ſingularem etiam minus tutam contra aliorum Doctorum communem ſequi licitè in praxi, & iuxta eandem aliis conſilium dare, ſi adhibita ſufficienti diligentia, ſcilicet viſis & exactè examinatis omnibus rationibus contrariæ partis illam probabiliorem iudicauerit, conſtat ex dictis ſuprà *num.* 121. poſitis enim his conditionibus, quòd ſit vir doctus, in ſtudiis verſatus, & quòd omnes rationes oppoſitæ partis expenderit diligenter, & exactè, & eas adhuc iudicauerit debiles, & minus ſufficientes, ipſe non temerè, neque imprudenter aget, iuxta ſuam ſingularem opinionem operans, vel aliis conſilium dans, quia in tali caſu non leuiter, & temerè, ſed maturè, & ſufficienti ratione motus, (attentis rebus moralibus, quæ certæ non ſunt, ſed ſub opinione,) iudicat, & ſæpè multitudo Doctorum amplectitur aliquam opinionem ob ſolam auctoritatem priorum, non expenſis exactè rationibus; contra quos deinde alius Doctor inſignis auctoritatis, ſeu doctrinæ, opinionem aliquam maturè excogitatam in ſcholas introducere poteſt, vt tradit Vaſquez *loco mox citando,* & oſtendunt dicta ſuprà *num.* 86. quòd ſi non maturè, ſed leui tantùm ratione duceretur, nec adhibito diligenti examine ad opinandum contra omnes, ſeu cæteros Doctores, tunc peccaret amplectendo in praxi opinionem propriam, & ſingularem minus tutam, vt conſtat ex traditis ſuprà *num.* 122. & docent auctores *ibidem* allegati. Confirmatur poſitum dicendum, tum quia licitum eſt operari iuxta opinionem probabiliorem, etſi minus tutam, vt oſtenſum eſt ſuprà *n.*121. & 128. cuique autem ſua opinio probabilior eſt, vt allegato *num.*121. dixi: tum, quia vbi quis habet veram, & concludentem rationem, cui neſcit reſpondere, in nullo eſt periculo, nec in dubio, ſed in certo, & ſecuro ſtatu quo ad ſe, nam licèt ex parte rei ſit eius opinio falſa, quia tamen id apertè non conſtat, imò putat ex vrgenti ratione talem opinionem veram eſſe, propter probabilitatem non peccat ſequendo id, quod ſibi vel verius, vel ſaltem verum videtur quando habet rationes vrgentes, & ita ſentiunt Doctores communiter, Ioannes Valerus *verb. opinio, diff.*1. *num.*2. & 3. Vaſquez *d. diſp.*2.

Digitized by Google

diſp. 62. *cap.* 4. *num.* 12. Saytus *lib.* 1. *clauis part.* 6. *num.* 8. Azorius *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *queſ.* 6. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 9. *num.* 9. Fauentinos, Villalobos, Ioann. Sancius, Palaus, Sa *locis ſuprà num.* 86. *allegatis*, Bonacina *d.* §. 9. *num.* 12. Paſqualigius *deciſ.* 2. idem ſentit Corduba *lib.* 1. *Queſtionar. queſt.* 17. §. 13. vbi dicit opinionem non continuò eſſe temerariam, quia ſit contra communem Doctorum, ſi res ex ſe certa non
150. eſt, & nititur opinio illa ſufficienti ratione. † Idem ſentiunt Doctores aientes communi opinioni poſſe in iudicando præferri opinionem vnius Doctoris inſignis, vel paucorum ſententia, quæ ſit fulcita ſubtiliori, & meliori, ac validiori ratione, licèt non ſit inconuincibilis. Hi ſunt Angelus *conſil.* 150. (vbi ait eſſe inhærendum ſententiæ melioribus rationibus fundatæ,) Baldus *in cap. cum tanto, de conſuetudine, & in cap. accedens, in fine, vt lite non conteſtata*, (vbi dicit, vt iudex poſſit recedere à communi in iudicando, ſufficere vnum bonum motiuum, licèt non ſit inconuincibile.) Antonius Maria Corotius *de communi opinione lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 6. *fine, & tit.* 9. *num.* 8. Mazagoanus Azoguidus *de communi opinione lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. *n.* 24. Ioannes Valerus *verb. opinio. diff.* 1. *num.* 3. & vltra plures alios ab iiſdem Doctoribus, & Cæuallo *vbi ſuprà* allegatus, Ioannes Neuizanus *in ſylua nuptiali lib.* 5. *de communi opinione num.* 67. *fine.* vbi ait iudicem poſſe recedere à communi, ſi contra eam adducantur noua fundamenta, quæ veriſimiliter non fuiſſent viſa per tenentes eandem communem. Imò iidem Angelus *d. verb. opinio num.* 2. & Sylueſter *eod. queſt.* 1. dicunt ſequentem in praxi, v. gr. in iudicando opinionem alicuius Doctoris non ſubtiliter inueſtigatam, & ſui Præceptoris, excuſari à culpa, & ab expenſis, licet poſtea appareat falſa. quod aſſerunt etiam alij magis communiter, vt ex dicendis conſtabit. Aduerto autem quòd licèt in propoſito dicendo dixerim, *& illam probabiliorem iudicauerit*, pro vt plures ex præallegatis Doctoribus loquuntur: idem tamen dicendum ſi eadem ſufficienti diligentia adhibita, & omnibus exactè expenſis, & maturè conſideratis graui aliquo fundamento, efficaciore ratione oſtenderit, probauerit, & iudicauerit probabilem, licèt non probabiliorem communi; eo enim ipſo, quo opinio non temerè, & leui fundamento, ſed matura conſideratione probata, & confirmata eſt à viro docto, & in arte verſato, eſt verè probabilis, & prudens dictamen, & ita licet eam in praxi ſequi, & conſtat ex dictis §. 17. *num.* 130. 131. *&* 137. & ita ſentiunt Azorius, Villalobos, Ioannes Sancius, & alij ex Doctoribus allegati tum hoc *num.* 150. tum *num.* 86. dum aſſerunt eam dici, & eſſe opinionem probabilem, quam quis doctus probabilem aſſerit, & firma ratione fulcit, licèt contra communem. & idem procul dubio puto ſentire alios *hoc numero, & d. n.* 86. allegatos, cùm velint cuique licitum eſſe in praxi ſequi opinionem probabilem etiam minus tutam, relicta probabiliori, prout eos allegaui ſuprà *num.* 128. quare ſi nonnulli dixerunt, *& illam probabiliorem iudicauerit*, per hoc tamen noluerunt negare viro docto non licere ſequi ſuam opinionem bene fundatam contra communem, etſi non probabiliorem iudicatam.

***

§. XIX.

An cuilibet liceat etiam contra communem aliorum ſequi opinionem ſingularem vnius Doctoris firma aliqua ratione ab eo confirmatam, vbi quam opinionem debeat, aut poſſit licitè ſequi vir illiteratus, & imperitus.

151. Portel, (vt notaui ſuprà *num.* 87.) *in dubijs reg. verb. opinio eligenda, num.* 4. ait licere in foro conſcientiæ ſequi opinionem ſingularem vnius Doctoris inſignis, aut proprij Magiſtri in caſu non ab aliis non diſputato, ſecus in caſu à multis aliis ventilato, & pluribus rationibus ab auctoribus munito.

152. Adrianus *quodlib.* 4. *art.* 1. *litera N. verſic. ex hoc patet.* & Corduba *lib.* 2. *queſt.* 3. *in ſolut. ad* 2. *confirm.* 1. *argum.* aiunt non licere in his, quæ ſit iuris diuini, ſequi in praxi opinionem vnius Doctoris, licèt inſignis, contra communem ſententis; ſecus in his quæ ſunt iuris humani, & poſitiui, quia, inquiunt, in indaganda veritate circa ea, quæ ſunt iuris humani, non tanta diligentia requiritur, ac circa ea, quæ ſunt iuris diuini, ac proinde in his non eſt recedendum à communi, quia præſupponitur ſtabilita præmiſſa diligenti diſcuſſione, & examine.

153. Maior *in* 4. *queſt.* 2. *prologi concl.* 5. dicit virum indoctum, & imperitum debere ſequi opinionem, quam ipſe putat magis communem eſſe, quando oppoſita pars non eſt tutior, nam ſi ſit tutior, illam etſi minus communem, licitè poterit ſequi, iuxta eundem, maiorem; à qua maioris ſententia non videtur multum diſſentire Corduba *lib.* 2. *queſt.* 3. *in reſolutione queſtionis dicto* 4. vbi affirmat indoctum, & ignarum excuſari à peccato, ſi vel tutiorem, aut minus tutam ſequatur, dummodo illam docti probabiliorem eſſe iudicent, ratio iuxta hos Doctores eſt, quia aliâqui temerè operabitur, ſi ex ſe neſciens momenta opinionis expendere, magis communem, & probabiliorem ſententiam deſerat, & oppoſitam vnius Doctoris, vel paucorum, & etiam minus tutam ſequatur. Et hanc eandem ſententiam videtur ſequi Michaël Salon 2. 2. *queſt.* 63. *art.* 4. *controuerſ.* 2. *notabili vltimo.* vbi ait, eos, qui in rebus moralibus parum verſati ſunt, non poſſe tuta conſcientia, quod in vno, aut altero Doctore inuenerunt, ſequi, quia poteſt illis probabilis videri ea ſententia, cùm tamen apud peritos non talis habeatur.

154. Henricus *quodlib.* 4. *queſt.* 33. Conradus *de contractibus queſt.* 100. *concl.* 2. Corduba *lib.* 2. *queſt.* 3. §. 1. *ad ſecundam confirmationem*, & Azorius *part.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. *queſ.* 5. aiunt virum doctum, & peritum non ſtatim, ac apud Auctores, vel aliquem Auctorem reperit aliquam ſententiam poſſe iuxta illam operari, ſed priùs debere opinionum rationes, & pondera examinare, & excutere vt prudenter agat: at verò, vt vir rudis, & imperitus prudenter agat, ſatis eſſe, ſi boni, & docti viri conſilium, & opinionem ſequatur, quia eius non eſt opinionum fundamenta diſcutere, cùm neſciat. Quod idem docuit Corduba *in illa* 2. *ſolutione.* In hac controuerſia ſit

155. Prima concluſio. Cuique tam docto, quàm imperito licitum eſt ſequi opinionem vnius Doctoris inſignis, quæ non habet contradictionem, ſeu contradictorem, ita Gomeſius *in* §. *pœnales num.* 21. *in fine, Inſtit. de actionibus*, Menochius *præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. & Cæuallos *comm. cont. comm. in præfat. num.* 43. vbi etiam tenent iudici non licere à tali

vnius

vnius Doctoris opinione recedere. quod tradunt etiam Marzar. *de fideicomm. part. 2. quæſt* 8. *num.* 3. Surdus *conſil.* 613. *num.* 45. *lib.* 3. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 3. *cap.* 531. *num.* 19. & prius docuerunt Iaſon *in l. penult. col. penult. ff. de pactis.* & Riminal. iunior *conſ.* 639. *num.* 150. *lib.* 6. Patet concluſio. nam opinio Doctoris alicuius nominis, & cui non reperitur ab aliis contradictum, neque opponitur aliquid vrgens, procul dubio eſt probabilis, iuxta dicta *num.* 83. & ita quilibet eum ſequens prudenter operatur.

156. Secunda concluſio. Si vnus grauis Doctor in literis verſatus in caſu à nullo alio pertractato, vel à paucis re rectè, & diligenter examinata ei parti adhæſerit, quæ ex firma, vel ſufficienti ratione ſibi probabilis viſa eſt, tunc ſicut ipſe, ita etiam alius licitè poteſt in praxi eam opinionem ſingularem ſequi. ita Azorius *d. cap.* 17. *quæſ.* 6. Villalobos *part.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 4. *num.* 17. Palaus *part.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *punct.* 1. *num.* 3. Portel *vbi ſuprà.* Paſqualigius *deciſ.* 2. *num.* 3. & à fortiori Doctores tenentes licitum eſſe contra communem ſequi opinionem vnius grauis Doctoris; & videtur res certa, etenim etiam huiuſmodi opinio licèt vnius ſolius Doctoris, periti tamen, & poſt diligens rei examen ex ſufficienti, & veriſimili ratione illam aſſerentis citra omne dubium eſt cenſenda probabilis, vt proinde tam ipſe, quàm alij iuxta illam licitè operari poſſint, vt conſtat ex dictis *num.* 83. & 87.

157. Tertia concluſio, licitum eſt etiam contra plurium, & communem opinionem in praxi ſequi eam opinionem, quam vnus vir doctus in literis verſatus, & probus, non audax, neque præceps in ferenda ſua ſententia, neque ex aliquo ſpeciali affectu ductus, diligenter vtrinſque partis fundamentis à ſe expenſis, contra eandem communem ſuſcitauit, & firma aliqua ratione confirmauit, atque probabiliorem iudicauit, conſtat ex dictis ſuprà *num.* 86. & *num.* 149. ex eo enim quòd ſit opinio vnius Doctoris contra alios anteceſſores non efficitur, vt ſit temeraria, vel improbabilis, quando Doctor eſt grauis, & in arte peritus, & non temerè, ſed diligenter omnibus fundamentis vtriuſque partis ponderatis ob rationem ſufficientem, & firmam, ab aliis non excogitatam, vel ſaltem non benè perceptam, & expenſam illam aſſeruit, vt oſtenſum eſt ſuprà *d. n.* 87. & 88. ſed imò potiùs opinio à magno, & inſigni aliquo Doctore contra communem inuenta, attentis efficacia, & valore rationum poteſt ſæpe non ſolùm adæquare probabilitatem communis opinionis, ſed etiam ſuperare; ac propterea quilibet iuxta eam operans relicta communi, rectè, & prudenter, ac conformiter rationi aget. Confirmatur. nam ſi ipſimet Doctori licitum eſt ſequi ſuam ſingularem opinionem ſufficienti ratione munitam contra communem, & iuxta eam aliis conſilium dare, vt dixi ſuprà *num.* 149. ergo & alij tam docti, quàm imperiti relicta communi poterunt iuxta eandem opinionem licitè operari. & ita hanc concluſionem tradunt Valentia 2. 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 12. *part.* 4. *quæſt.* 4. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 7. 8. & 9. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 533. Fauentinus, Sà, Ioannes Sancius, Diana *locis ſuprà d. num.* 86. *relatis*, Azor. *d. cap.* 17. *quæſ.* 4. & 6. Villalobos *part.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 4. *num.* 17. & *diffic.* 9. Palaus, Paſqualigius *locis num. præcedenti allegatis.* Vaſquez *d. diſp.* 62. *cap.* 4. *num.* 12. & *cap.* 9. *num.* 42. Ioann. Valerus *d. diff. verb. opinio diff.* 1. *num* 3. *initio.* Sayrus *d. cap.* 6. *num.* 8. & *cap.* 8. *num.* 2. Bieſſerus *de conſcientia lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. & *cap.* 4. *num.* 52. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 24. *ſect.* 3. & communiter alij recentiores Theologi, eandem concluſionem aſtruunt ex Iuriſperitis, Angelus, Baldus, Neuizanus, Antonius Maria Carotius, Azognidus *locis ſuprà num.* 150. dum aiunt iudicem contra communem impunè ſequi opinionem vnius magni Doctoris validiori ratione munitam, vel habentem bonum motiuum, licèt non inconuincibile. Ex Canoniſtis Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 288. (vbi ait in foro conſcientiæ ad effectum non peccandi ſat eſſe eligere opinionem eius, quem meritò cenſemus eſſe virum idonea ad id ſcientia, & conſcientia præditum. Panormitanus (cuius doctrinam ſecuti ſunt Angelus, & Syluester *locis ſuprà num.* 150. *allegatis,*) *in cap. Capellanus, de ferijs*, (vbi ait, quòd ſequens opinionem alicuius Doctoris non ſubtiliter inueſtigatam, quæ poſtmodum apparet falſa, excuſatur à peccato, quamdiu non apparuerit falſa,) & alij apud relatos auctores. & apud Ioannem Valerum *verb. opinio diff.* 1. *num.* 3. † Pro hac eadem concluſione 158. facit doctrina, quam tradunt communiter auctores, quòd quilibet, ſeu diſcipulus poteſt tutè in praxi ſequi opinionem ſui Præceptoris. Hi ſunt ex Theologis S. Thomas *quodlib.* 3. *art.* 10. Azorius *d. cap.* 17. *q.* 4. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 7. Villalobos *d. diff.* 7. & poſt plures alios Paſqualigius *deciſ.* 28. ex Summiſtis Syluester, & Angelus *vbi ſuprà.* Ex Canoniſtis & Iuriſperitis Panormitanus *in cap.* 1. *num.* 25. *de poſtulat. Prælatorum*, Felinus *in cap.* 1. *num.* 56. *de conſtitutionibus*, Neuizanus *in d. ſylua nuptiali lib.* 5. *num.* 58. & 63. Antonius Maria Carotius *d. tract. de com. opin. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 29. & 30. Menoch. *d. præſumpt.* 71. *num.* 51. & poſt plures alios tum à ſupradictis auctoribus, tum à ſe relatos Hieronymus Cæuallos *in d. præfat. tract. comm. contra comm. num.* 19. 20. & 21. qui omnes aiunt iudicem à communi opinione in iudicando diſcedentem non facere litem ſuam, & excuſari ab expenſis, ſi ſecutus fuerit opinionem traditam à ſuo Præceptore, qui ſit, vel fuerit Doctor excellens, & celebris, & valde in literis verſatus: ſentientes ſecus dicendum, & non excuſari, ſi talis Præceptor fuerit imperitus. Imò Decius *in d. cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. num.* 79. dicit, quòd cuiuſcunque ſolemnis Doctoris auctoritas excuſat ab expenſis iudicem aduersùs opinionem communem iudicantem, quod dixiſſe etiam Angelum refert Cæuallos *d. num.* 71. vbi idem ſentit. Ex quibus Doctoribus tum hoc numero, tum præcedenti allegatis, clarè conſtat iuxta eoſdem authoritatem vnius Doctoris excellentis valde in literis ſuæ profeſſionis verſati, & probi affirmantis aliquam opinionem, etiam contra communem reddere eam probabilem, vt quilibet poſſit licitè illam ſequi, prout ſuprà *num.* 86. & *ſeq.* oſtenſum eſt. Probabile enim eſt, quod omnibus, aut pluribus, aut cuique ſuæ artis perito videtur, ex Ariſtotele *loco ſupra num.* 83. *allegato*; cuius dictum approbant Doctores *eodem num.* 83. citati. Azorius *d. quæſ.* 4. Villalobos *d. diff.* 6. & alij communiter. Et opinionem probabilem omnes eam aſſerunt, quæ non leui motiuo, aut fundamento fulcitur, iuxta dicta *eodem num.* 83. auctoritas verò viri docti in ſtudiis verſati, & pij, timorataæve conſcientiæ non eſt leue fundamentum. Nam ſi dictum alicuius viri grauis, & pij aſſerentis aliquid Romæ contigiſſe exiſtimatur magni momenti, vt illi prudenter credamus, etiam in rebus moralibus, quæ non ſunt certæ; aſſertio viri pij, & in illis docti, & non parum verſati, cenſenda eſt magni momenti, vt prudenter illi credere poſſimus: licèt autem in hac tertia concluſione dixerim, *atque probabiliorem iudicauerit*, & ita loquantur aliqui ex allegatis Doctoribus,

Digitized by Google

ctoribus, tamen procedit concluſio, & idem ob eaſdem rationes dicendum, etiamſi tantùm probabilem, & non probabiliorem iudicauerit, dummodo iudicauerit, & firmo, ac ſufficienti fundamento poſt diligentem conſiderationem probauerit eſſe verè probabilem, id quod ſuprà *num. 86. circa finem* contra Breſſerum probaui, & colligitur ex dictis *num.* 150. *in fine*, & ſentiunt Doctores *num. præcedenti*, & allegati *num.* 86. Qui ferè omnes ſolùm aiunt vnius Doctoris grauis dictum, ſi firma ratione muniatur, ſufficere ad probabilem opinionem contra communem. quod an intelligi debeat, etiam quando ego ex principiis intrinſecis puto ſolam opinionem communem probabilem, & alteram ſingularem oppoſitam improbabilem, explicabitur infrà *num. 169. & ſeqq.*

Ampliatur concluſio, vt etiam in ijs, quæ ſunt iuris diuini, liceat relictâ communi ſequi opinionem vnius Doctoris grauis, & probi.

159. POrrò concluſio ampliatur, vt etiam in iis, quæ ſunt iuris diuini, relictâ magis communi, liceat ſequi opinionem ſingularem vnius Doctoris periti, & probi minus tutam; infertur ampliatio ex dictis, nam authoritas viri non mediocriter in ſua arte verſati, & periti, & pij ſemper, & in omnibus, ſcilicet, tam iuris diuini, quàm humani cenſetur magni ponderis, & momenti, & etiam in his, quæ ſunt iuris diuini probabilitas opinionis vnius Doctoris, qui maturè, & re ſufficienter examinata illam contra communem introduxit, poteſt eiuſdem communis probabilitatem adæquare, vel etiam ſuperare, etſi ad indagandam veritatem in ſpectãtibus ad ius diuinum maior exigatur diligentia, vt Breſſerus *d. cap. 4. num.* 50. quod ſolum oſtendit virum doctum maturiùs debere procedere in rebus iuris diuini. & ita in terminis contra Adrianum, & Cordubam docent Sanchez *d. cap. 9. num. 7.* Filliuc. *d. num.* 133. Breſſerus *d. c. 3. n.* 39. Paſqualigius *deciſ.* 3. & colligitur ex aliis Doctoribus pro omnibus præcedentibus concluſionibus allegatis, qui abſque tali diſtinctione eorum, quæ ſunt iuris diuini, aut humani, illas tradunt.

Ampliatio ſecunda, quòd etiam vir indoctus poßit contra communem ſequi opinionem vnius Doctoris ſingularem minus tutam ſoli auctoritati Doctoris innixus: vbi quam opinionem poßit vir indoctus ſequi in praxi; & an quis poßit ſequi opinionem ſui Præceptoris, & quam in vno, aut altero auctore graui, & docto legendo reperit.

160. AMpliatur ſecundò eadem tertia concluſio contra auctores *num.* 153. relatos, vt ſcilicet etiam vir indoctus, & imperitus, qui neſciat fundamenta intrinſeca opinionum expendere, poſſit licitè in praxi contra communem ſequi opinionem vnius Doctoris periti, & probi, non expenſis illius motiuis, licèt non ſit magis, ſed minus tuta, quàm communis; quod etiam in terminis tradunt Henricus, Conradus *locis ſuprà num.* 154. *allegatis.* Azorius *d. cap. 17. quæſ. 4.* Vaſq. *d. cap.* 8. Sayrus *allegato cap. 8. n. 3.* Salas 1. 2. *quæſt. 21. diſp. vnica num. 74.* Sanchez *d. c. 9. n.* 10. Villalob. *c. 1. diffic.* 6. Filliuc. *d. num.* 133. Ariaga 1. 2. *tom. 1. diſp. 24. num.* 10. & alios recentiores allegans Paſqualig. *deciſ.* 29. ex quibus Henricus, Conradus, Azorius, Vaſquez, Sayrus, Salas, Villalobos vniuerſaliter aiunt viro indocto ad rectè operandum ſatis eſſe, ſi ſequatur opinionem illam, quam probabilem eſſe putat, & quam probi, ac in ea arte periti viri ſequuntur, quod idem videntur dicere Syluester *d. verb. opinio, quæſt. 1. in fine*, & Nauarrus *d. c. 27. n.* 288. item Azorius, Villalobos, Sanchez, & Paſqualigius dicunt vniuerſaliter, eum, qui nauat operam legendis auctoribus, vt doctrinam ſibi comparet, poſſe licitè ſequi opinionem, quam reperit in legendis libris vnius, vel alterius Doctoris probati, & grauis. Hanc eandem ampliationem admittunt alij Doctores ſuprà relati aſſerentes abſolutè, & indiſtinctè diſcipulum ſequi poſſe opinionem voce, vel in ſcriptis traditam à ſuo Magiſtro perito, & in ſtudiis verſato, cùm, vt inquit Carotius *loco ſuprà num.* 158. *allegato*, diſcentem oporteat credere, non examinare dicta ſui Præceptoris. eadem ampliatio apertè colligitur ex D. Antonino 1. *p. tit. 3. c. 1. §. 10. verſiculo, reuertendo ad quartam omiſſam*; vbi etiam refert hoc Alberti Magni dictum, nempe quòd frater ſimplex, vel quilibet homo cum ſalute poteſt ſequi in conſiliis quamcunque opinionem voluerit, dummodo alicuius Doctoris magni opinionem ſequatur. Probatur ampliatio ex dictis tum *n.* 149. tum 157. etenim ſi contra communem opinionem vir doctus poteſt ſuam ſingularem ſequi, & iuxta eam aliis conſilium dare, & ſi eandem ſingularem opinionem vnius Doctoris grauis alter vir doctus, & peritus, qui eam omnibus perpenſis iudicat probabilem, relicta communi poteſt amplecti, & eam aliis proponere ſequendam: ergo etiam vir imperitus, qui de docto aliquo viro, & pio, attenta eius doctrina, & probitate habet prudenter bonam opinionem, nimirum exiſtimat eſſe Doctorem auctoritatis, & doctrinæ, ac prudentiæ, ſatis prudenter operatur ſequendo illius ſententiam etiam contra communem, formans dictamen hoc ſibi licere, non enim tenetur ad hunc, & illum excurrere: alioqui in eis pagis, aut oppidis, vbi non niſi vnus eſt parochus, non poſſent imperiti deponere ſuos ſcrupulos, ſed tenerentur pro eorum ſolutione peregrinari huc illuc; hanc autem obligationem ei inducere duriſſimum eſt. † Confirmatur, 161.
quia cùm auctoritas Doctoris efficiat illius opinionem, ſeu ſententiam probabilem, & credibilem, ac dignam, vt in praxi adhibeatur: nam auctoritas nil aliud eſt, quàm opinio, qua quis putatur imitatione dignus: vt poſt Ioan. Paul. Lancell. *in diſputatione, an, & quando communis opinio attendenda ſit, in ſecundo requiſito communis, in principio*, tradit Ant. Maria Carot. *d. tract. de com. opin. lib. 1. tit. 2. n. 6. & tit. 5. n. 1.* & eadem auctoritas Doctoris ex ſcientia, ſeu peritia, ſeu doctrinæ excellentia, & ex morum honeſtate, ac animi probitate oriatur, vt latè Carot. *d. tit. 5. à n. 1. ad 7.* probat pluribus iurium allegationibus, & ea ratione quòd ſtatim atque apparet ſcientia, vel doctrina in aliquo cum probitate coniuncta, rapimur, & trahimur quodam naturæ inſtinctu ad illum amandum, colendum, & imitandum, iuxta dictum Platonis relatum à Cicer. *lib. 1. offic.* eo ipſo quòd quis prudenter habet opinionem bonam de doctrina, nempè, credit eſſe virum pollentem doctrinâ & probitate, licitè poteſt iuxta illius opinionem operari, prudenter credens illam eſſe probabilem, & dignam, vt poſſit in praxi adhiberi ſiue ab ore Doctoris, ſui præceptoris, vel à ſe conſulti audierit, ſiue in libro Doctoris Claſſici, ſeu auctoritatem habentis legendo reperit.

Quamuis hoc, quod dicimus, & auctores ſuprà 162.
citati docent, quempiam ſcilicet, etiam indoctum tuta conſcientia poſſe ſequi opinionem, quam legendo reperit apud auctorem doctum, & probatum

declarati, & intelligi maximè debeat de auctore Neoterico, & moderno ſcriptore docto, & probo; nam ſi auctor fuerit antiquus, cùm multæ opiniones antiquorum ſint iam antiquatæ, & à ſubſequentibus ſcriptoribus reiectæ tanquam falſæ, qui nouam aliquam rationem conuenientem, aut legem aliquam, aut decretum aliquod nouum contra illas aduerterunt, (vt ſuprà *num.*85. dixi,) vir indoctus, & in moralibus minimè, vel paruo verſatus, non ſtatim, ac apud aliquem auctorem antiquum legit aliquam opinionem, poſſet tutè iuxta illam operari, ſed debet conſulere doctiores, qui poſſint nouiſſe, an fuerit antiquata, nempe an, nec ne contra ipſam adſit lex aliqua, vel decretum nouum, aut ratio ita fortis, & conuincens, cui reſponderi non poſſit; & ita in terminis rectè obſeruant Sanchez *d.num.* 10. Palaus *d. diſp.*2.*part.*1.*num.*4. & poſt alios recentiores Paſqualigius *d.deciſ.*29. & indicat Villalobos *d.difficultate* 6. *num.*1. Quòd ſi iterum vnus Doctor Neotericus tradat opinionem iam antiquatam, & communiter à Neotericis habitam tanquam improbabilem, vel tradat opinionem, cuius oppoſita à Neotericis communiter habetur pro certa, an tunc vir indoctus, qui neſcit expendere, nec agnoſcere vim rationum, quibus poterit Doctor ille vnicus moueri ad aſſerendam ſuam opinionem ſingularem, innixus ſola auctoritate huius vnici Doctoris poſſit reputare prudenter talem opinionem eſſe probabilem, & iuxta illam licitè operari, non obſtante, quòd ſciat oppoſitam communiter haberi pro certa, latè actum eſt ſuprà *num.*85.

163. Animaduertendum quoque virum indoctum, & minus peritum ſecuriùs ſequi opinionem ſingularem ſui Præceptoris, vel alterius grauis Doctoris ſibi ab eo voce traditam, & explicatam, quàm traditam, & aſſertam in libro impreſſo: nam etſi opinio vnius Doctoris typis edita videatur deberi ex impreſſione præſumi magis probabilis, quàm ſi voce tantùm tradita, vt innuit Sanchez *d.num.*10. & poſt Breſſ.*lib.*3.*de conſcientia cap.*3.*n.*36. expreſsè ait Paſq. *deciſ.*372. eo quòd res typis mandandæ maiori ab auctore expendantur conſideratione, & illis accedat approbatio eorum, qui ſunt ad libros imprimendos reuiſendos deputati, ad quoſque ſpectat declarare nihil eſſe aduersùs bonos mores, & concedere facultatem vt imprimātur, & euulgentur, ad quod munus approbationis librorum typis mandandorum, præſumendum eſt deputari ſolùm viros doctrinâ præditos; nihilominus viri imperiti, & Confeſſarij in literis, & rebus moralibus parum verſati dum libros auctorum typis editos legunt, debent cautè procedere in amplectendis opinionibus, nec ſibi multum confidere, quia fieri poteſt, vt ſibi perſuadeant ſe percipere verum ſenſum Doctoris, & tamen ſæpe, aut reuera non benè illius doctrinam, & opinionem percipient, aut caſui particulari applicare neſcient: vt Sanch. *d n.*10. Saytus *d.c.*8.*n.*4. Villal. *d.diff.*6.*n.*1. & Paſqualig. *d.deciſ.*28. *n.*4. notarunt. Quapropter iuxta eoſdem Doctores, & meam etiam ſententiam in caſibus ſaltem difficilioribus conſultiùs facerent, ſi peritiores, ac magis exercitatos in rebus moralibus conſulerent, vt ab eis voce inſtruantur, & doceantur, quænam ſit opinio probabilis, & quæ tuta conſcientia tenenda, & ſequenda ſit, vel amplecti poſſit, & ad id teneri exiſtimo, prout etiam expreſsè aiunt Saytus, & Villalobos, & priùs docuit Emmanuel Sà *verb. Confeſſor, prope finem*, cuius verba libet hîc ponere. *Confeſſor*, (inquit,) *in grauioribus dubitationibus non poteſt quamcunque opinionem, quæ illi*, (per errorem forſitan,) *probabilis videri poſſit, amplecti, ſed doctiores pioſque Confeſſarios conſulere tenetur, ne temeritate ductus animabus periculum creet, ſibique exitium infelix*, ex Sal. *in* 2.2.*q.*63.*a.*4.*cont.*2. *non eſt hæc indoctus, & audax Confeſſarius hoſtis potius, quàm medicus animarum, & reſipiſcat.* Ita Sà. † Quare non poſſunt à culpa 164.
excuſari Confeſſarij parum docti, & minus exercitati in ſtudiis, & rebus moralibus ſe exponentes audiendis confeſſionibus perſonarum cuiuſcunque generis, qui vel fidentes ſuis ingeniis, vel contenti lectura vnius, aut alterius ſummulæ, (quam quoque multoties memoria non retinent, cùm illi ſolùm ſtuduerint, vt poſſent ſe examini exponere,) nunquam peritos, & exercitatos conſulunt; quia in re tanti momenti, quanti eſt audire cuiuſcunque generis perſonarum confeſſiones, in quibus paſſim occurrunt difficiles, & intricati caſus, nec prudenter, nec rationabiliter operari cenſentur, ſibi, & ſummulis tantùm fidentes, & exponunt ſe euidenti periculo malè reſoluendi dictos caſus, maléque adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ. ita Saytus *d. num.* 4. Paſqualigius *deciſ.* 24. *num.* 5. & ego ipſe, aliis relatis, *in tractatu de triplici Iubilæi priuilegio ſect.*3.*caſu* 2. *num.*124. & omnetis antecedentibus, & ſubſequentibus latè. & plura ſcribo contra huiuſmodi Confeſſarios ignaros ſe exponentes ad audiendas indiſtinctè omnium Confeſſiones, & contra ſuperiores illos ſic approbantes.

Ex dictis ſequitur debere Doctores in ſcholis, 165.
& auctores in ſuis ſcriptis docere, præſertim in rebus grauibus, & ad fidem, aut mores pertinentibus, niſi eas opiniones, quas poſt adhibitam debitam diligentiam putant probabiles. de qua re S. Thomas *præallegato quodlib.*3. *art.*10. Nauarrus *in d.cap ſi quis autem, de pœnit.d.*7. *à num.*43.*ad* 48. & Sotus *de iuſt. lib.*3.*quæſt.*6.*art.*5.*ad quartum*, & latiùs infrà *num.*212. vbi agitur an teneantur docere opiniones, quas putant probabiliores.

Sequitur ſecundò, debere deputari ad libros reui- 166.
ſendos, & approbandos perſonas præditas doctrinâ, & verſatos in ſpectantibus ad fidem, ad ſcientiam moralem, ciuilem, & canonicam: quia ſicut ſcriptores non debent in libris tradere opiniones improbabiles, vel falſas circa res fidei, & morum, ita neque reuiſores librorum poſſunt ſimiles opiniones approbare, (cùm ipſorum approbatio conferat ad hoc, vt ſaltem à legentibus ignaris, vel parum doctis concipiatur opinio, quòd tales opiniones à reuiſoribus approbatæ, & permiſſæ, vt typis mandentur, ſint probabiles, & tenendæ, ac ſequendæ,) quod præſtare nequibunt, niſi ſint ea inſtructi doctrina, vt poſſint de illis rectum facere iudicium. Quapropter puto non carere graui culpa tam eos, qui perſonas minus doctas, & parum verſatas in ſtudiis, & inhabiles ad tale munus deputant, quàm ipſos deputatos, qui tales, & inhabiles ad tale munus ſe agnoſcentes illud ſuſcipiunt, cùm voluntariè ſe exponant periculo admittendi, & approbandi ſententias falſas in rebus fidei, & morum, ſeu agendorum, ex quibus animæ, & proximo præiudicium inferri queat. Ex his etiam fit, vt reuiſores, & approbatores librorum de materiis fidei, & agendorum teneantur totam doctrinam in illis comprehenſam diligenter expendere, cùm non poſſint prudenter approbare à ſe minimè, vel ſolùm perfunctoriè viſa.

Cæterùm dato, quòd Doctores, ſcribentes, Magi- 167.
ſtri, & librorum approbatores, & multitudo errent in opinionibus tradendis, ſi id conſtaret, non eſt illis acquieſcendum. *Ne ſequaris*, inquit Deus, Exodi 23. *turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.* vbi Hebræi pro

turba

turba exponunt, *multitudinem*, & pro *plurimis*, *Magiſtros*, & *Doctores*. Præterea *ad Galatas* 1. dicitur, *ſed licèt nos, aut Angelus*, &c. quod dictum videtur per hyperbolem. Sicut 1. *Corinth.* 13. de eo, qui ardear, & omnia diſtribuat in pauperes ſine charitate. ſic exponit Claudius Antiſiodorenſis, quem alij nominant Taurinenſem.

Ampliatio tertia, vt etiam vir doctus non expenſis motiuis poſſit ſequi in praxi opinionem plurium, vel vnius Doctoris ſingularem.

168. TErtiò dicta ſuprà *num.* 156. in prima, & ſecunda concluſione contra Doctores ſuprà *num.* 154. adductos ampliatur, vt etiam vir doctus probabilem opinionem ſingularem vnius Doctoris periti, & probi non expenſis fundamentis, (vel quia tunc non poteſt, vel quia non vult ſtudere,) ſola eiuſdem vnici Doctoris auctoritate nixus, illam amplecti vti probabilem, & iuxta illam operari licitè poſſit; vt etiam in terminis tradunt Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 8. Villalobos *part.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 6. *num.* 3. Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia cap.* 3. *num.* 39. & Paſqualigius *deciſ.* 22. *num.* 10. & indicant Antonius Maria Carotius *de comm. opin. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 129. & Ioann. Valerus *de diff. in vtrumque forum, v. opinio diff.* 1. *num.* 3. aientes excellénti Doctori poſſe eredi etiamſi nihil alleger. Ratio eſt, nam quamuis inter virum doctum, & indoctum in opinionibus eligendis hoc videatur intercedere diſcrimen, vt doctus, quo prudenter agat, rationes ponderare debeat; indoctus verò non, ſed ſufficiat ſi viri docti conſilium ſequatur, nihilominus ſaltem vbi opoſita non eſt communiter recepta, & approbata, ſed verſamur in re dubia, vel à nullo alio, vel à paucis ventilata, poteſt prudenter exiſtimare vir doctus ex hominis, ſeu Doctoris periti, & pij ſententia opinionem illius ſingularem reddi probabilem, præſertim cùm talis, ac tanta poſſit eſſe huius vnici Doctoris auctoritas doctrinæ, & prudentiæ, vt ſæpè maioris ſit ponderis etiam apud virum doctum, quàm aliqua veriſimilis ratio quæ ei ad probabilitatem ſufficeret.

An quando quis doctus ex principijs intrinſecis putat improbabilem opinionem vnius Doctoris, contra communem cæterorum Doctorum firmatam poſſit licitè, & tuta conſcientia operari, iuxta eam, ſi ſit minus tuta.

169. SEd difficultas eſt, an, quando non verſamur in re dubia, vel à nullo alio, vel à paucis ventilata, ſed opinio ſingularis vnius Doctoris, ſeu viri periti minus tuta eſt contra communem aliorum Doctorum, & alius vir doctus eam ex propriis principiis intrinſecis conſideratam iudicat improbabilem, & ſolam oppoſitam, quæ eſt communis, probabilem, an iſte vir doctus contra propriam opinionem, & communem, quam ſolam probabilem ex principiis intrinſecis putat, poſſit nixus ſola auctoritate illius vnici Doctoris talem opinionem ſingularem prudenter exiſtimare probabilem, vt illam in praxi licitè ſequi, & aliis, vt iuxta eam operentur, conſulere. Et negant Vaſquez *d. diſp.* 61. *num.* 17. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 9. *fine*, & alij Neoterici à Paſqualigio *deciſ.* 23. relati, eam adducentes rationem, quòd quando opinio ſingularis alicuius Doctoris ex propriis, & intrinſecis illius fundamentis conſiderata, alicui viro ſimiliter docto non probatur, ſed oppoſita communis, & videt aliam ſolùm Doctoris illius auctoritate inniti, non videtur illi cenſenda ſufficienter probabilis, vt ſecundùm eam poſſit prudenter operari, & aliis conſilium dare contra propriam, & communem omnium ſententiam, (quamuis oppoſita ſuo auctori ſit probabilis, iuxta dicta ſuprà *n.* 86. & in præcedenti tertia concluſione probanda,) quia reſpectu viri docti ex principiis intrinſecis credentis eam eſſe improbabilem, & oppoſitam veram, ſola auctoritas docentis, & affirmantis talem opinionem ſingularem debile fundamentum prudenter reputatur, tot doctorum virorum authoritatibus, & motiuis intrinſecis in contrarium præponderantibus.

At contra Vaſquez, Sanchez, & alios affirmant 170.
Paſqualigius *d. deciſ.* 23. Ariaga *t.* 2. *tom.* 1. *diſp.* 24. *ſect.* 3. *num.* 10. & apud eundem Tannerus: id Paſqualigius probat. Primò; quia vir doctus in re dubia, quoad eligendam opinionem, quam in operando ſequatur, poteſt ſe gerere tanquam indoctum, ac proinde ſequi alterius periti auctoritatem, & non proprium iudicium, vt aiunt Doctores pro negatiua citati, & alij magis communiter; ergo etiam quando vnius Doctoris grauis, (ſcilicet, qui communiter cenſetur habere auctoritatem doctrinæ, & prudentiæ in aliis ſufficientem, vt eius iudicio quis acquieſcere poſſit,) opinionem non putat probabilem, ſed oppoſitam, quæ eſt communis cæterorum Doctorum, poteſt proprium iudicium ſubmittere iudicio illius auctoris, & ex motiuo extrinſeco, ſeu auctoritate amplecti illam opinionem, & tunc rationabiliter operabitur, quia ſequetur iudicium prudentis viri. Secundò, quia iſte vir doctus habet ſufficiens motiuum iudicandi talem opinionem vnius Doctoris eſſe probabilem, nempe auctoritatem eiuſdemmet Doctoris, quem ſicut in cæteris, ita in hoc caſu, in quo contra communem aliquid aſſerit, debet præſumere rationabiliter duci ad ita ſentiendum, huiuſmodi enim auctoritas in genere auctoritatis poteſt aliquid operari, atque adeò vt motiuum extrinſecum conferre opinioni aliquam probabilitatem; & ita cùm liceat ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, poteſt vir doctus iuxta illam operari, vtpote habentem aliquam probabilitatem, ex motiuo extrinſeco, licèt ipſe ex motiuo intrinſeco putet improbabilem. Tertiò vir ille doctus poteſt ſuam ſingularem opinionem communi cæterorum Doctorum opinioni oppoſitam in praxi ſequi, & iuxta eam aliis conſilium dare; ergo etiam alius doctus, qui ex principiis intrinſecis illam putat improbabilem, cùm poſſit ſe gerere tanquam indoctum neſcientem iudicare de probabilitate, & ſequi iudicium alterius viri periti & prudentis.† Demum 171.
ſi talem opinionem contra communem affirmarent, non vnus tantùm, ſed tres, vel plures Doctores, non obſtãte, quòd ex principiis intrinſecis quis non putaret ipſam probabilem, poſſet nihilominus ſequi, tanquam probabilem ex auctoritate; ergo etiam ſi vnus tantùm illam tradat, quia pluralitas Doctorum, ſeu auctoritatum accedens, ſeu ſuperueniens auctoritati prioris Doctoris, non facit probabilitatem extrinſecam orientem ex auctoritate, (cùm ſupponat in primo auctore inchoatam,) ſed tantùm auget, ſicut ſecundus gradus caloris non facit calidum, ſed magis calidum, & conſequenter licèt ſit opinio vnius tantùm Doctoris, adhuc poterit amplecti vt probabilis probabilitate extrinſeca. Aliter probat Ariaga, ſed eius ratio oſtendit ſolum virum doctum exiſtimantem opinionem alicuius vnici contra

communem probabilem, improbabilem poſſe re meliùs conſiderata ex principiis intrinſecis iudicare probabilem, & ſic illam ſequi etiam propter alterius auctoritatem, quod eſt verum: ſed quæſtio eſt quando ex principiis intrinſecis iudicat omninò improbabilem, & falſam.

172. At retenta negatiua Sanchez, & aliorum, ad primum negatur conſequens, nam in caſu antecedentis, quando res eſt dubia, vel opinio vnius non adnerſatur ſententiæ, pro qua ſtent cæteri omnes Doctores, vir doctus nihil cogitans, ſit, nec ne talis opinio probabilis ex principiis intrinſecis, vel etiam ex eiſdem intrinſecis principiis, dubitans de illius probabilitate, vel etiam iudicans improbabilem, prudenter putat probabilem ex motiuo extrinſeco auctoritatis doctrinæ, & prudentiæ alterius Doctoris grauis, & periti in arte; quia tunc nil graue auctoritati talis Doctoris vnici obſtat, ſeu præponderat minuens probabilitatem extrinſecam, quæ à tali auctoritate oriri poteſt, & ſic vnius Doctoris auctoritas non cenſetur debile fundamentum, & conſequenter vir doctus poteſt ſuum iudicium ſubmittere iudicio talis Doctoris. At in caſu conſequentis, in quo vnici Doctoris opinio eſt contra communem cæterorum, quam ſolam ex principiis intrinſecis alter vir doctus putat probabilem, & oppoſitam ſingularem improbabilem, non poteſt prudenter exiſtimare illam eſſe probabilem ex ſola auctoritate illius vnici Doctoris, cui obſtant, & cognitio ipſius de improbabilitate intrinſeca, & tot auctoritates cæterorum omnium Doctorum, quibus proinde valde minuitur probabilitas extrinſeca ex eiuſdem vnici Doctoris auctoritate, & efficitur, vt eadem vnici Doctoris auctoritas prudenter reputetur quaſi non auctoritas, & debile fundamentum, & non ſufficiens ad reddendam probabilem opinionem mihi, qui puto illam improbabilem, (atque adeò non poſſum me gerere tanquam indoctum,) & ſcio oppoſitam eſſe communem cæterorum Doctorum. Vnde meritò poſſum potiùs exiſtimare virum alioqui doctum hallucinaſſe, & in hoc caſu contigiſſe illud, *quandoque bonus dormitat Homerus*, quàm ſufficiente ratione, ſeu motiuo ductum ad ita ſentiendum. Quare

173. Ad ſecundum reſpondetur auctoritatem vnius Doctoris in noſtro caſu non eſſe ſufficiens motiuum iudicandi illius ſingularem opinionem contra communem eſſe probabilem, nec debet in hoc caſu, ſicut in cæteris, præſumi ſufficienti ratione duci ad ita ſentiendum, ſed potiùs non bene omnia aduertiſſe; & dato quòd ſit aliqua auctoritas, tamen mihi iudicandi oppoſitam opinionem communem ſolam eſſe probabilem, eſt auctoritas valde modici momenti, quam, ſi volo prudenter iudicare, debeo exiſtimare debile fundamentum, ac proinde non ſufficiens ad tribuendum ſimpliciter probabilitatem, ſed ad ſummum tantùm ſecundùm quid, ſcilicet aliqualem, & minimam, quæ in agendis, & vitandis pro nihilo exiſtimari debet, nec ſufficit ad prudenter agendum, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 145. *&* 146. iunctis dictis *num.* 85.

Ad tertium negatur conſequens, & ratio negationis patet ex dictis ad primum, & ſecundum.

Ad vltimum quoque negatur conſequens, quia quando ſunt plures docti ſentientes contra communem, licèt eorum ſententiam ex principiis intrinſecis iudicem improbabilem, poſſum tamen prudenter ex motiuo extrinſeco, ſeu auctoritate cenſere eſſe mihi probabilem ad effectum operandi iuxta eam, quia concurſus plurium virorum doctorum, qui rem exactè examinauerint, auget notabiliter auctoritatem in ordine ad tribuendam probabilitatem opinioni, ita vt poſſim prudenter exiſtimare, non eſſe debile fundamentum, ſed ſufficiens ad tribuendam probabilitatem ſimpliciter, & prædictos Doctores aliqua ratione ſufficienti ad prudentem aſſenſum fuiſſe motos ad ita ſentiendum; ſecus verò quando vnus tantùm ſentit contra cæterorum omnium Doctorum communem opinionem, quam ſolam ego ex motiuo intrinſeco puto probabilem. nec ad rem facit exemplum caloris, nam minimus gradus caloris facit calidum ſimpliciter, & abſolutè, minima autem auctoritas, & probabilitas non facit opinionem ſimpliciter probabilem, vt iuxta eam quis licitè operari poſſit, nam qui ductus debili fundamento, & leuiſſima probabilitate operaretur, non cenſeretur prudenter, ſed potiùs temere operari eligendo partem minus tutam, & minima auctoritas, ac minima probabilitas in rebus agendis, & vitandis, meritò cenſetur non auctoritas, & non probabilitas.

Hinc ego putarem virum doctum, qui ex principiis intrinſecis putat probabilem ſolam opinionem communem cæterorum omnium Doctorum, cui opponitur ſingularis opinio vnius Doctoris, tunc ſolùm ad ſummum poſſe hanc ſingularem iudicare ex motiuo extrinſeco auctoritatis probabilem ad effectum, vt poſſet prudenter & licitè iuxta eam operari, quando Doctor iſte vnius à ſe, & ab aliis omnibus exiſtimaretur tanti ingenij, tantæque doctrinæ, prudentiæ, & probitatis, vt meritò iudicaretur eius auctoritatem æquiualere auctoritati plurium Doctorum, iuxta dicta ſuprà *num.* 85. nam tunc illius auctoritas poteſt prudenter cenſeri non debile fundamentum, & tantum virum tantæ doctrinæ, prudentiæ, & probitatis prudenter, & ſufficienti ratione fuiſſe motum ad ita ſentiendum contra communem, licèt eius ſententia ex principiis intrinſecis mihi non probetur, & ita meum iudicium poſſum prudenter ſubmittere illius iudicio, & hoc idem ſentit Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia cap.* 3. *numer.* 31. 174.

Infertur ex dictis tam virum indoctum, quàm virum doctum, & peritum, qui in praxi ſequitur opinionem alicuius Doctoris, vel plurium, non expenſis motiuis intrinſecis, ſed ſola Doctoris auctoritate ductus, ob quam putat, & credit probabilem, excuſari à peccato, ſi poſtea reperit falſam, dummodò poſtquam apparuerit falſa, ampliùs iuxta eam non operetur; id quod in terminis tradunt Panormitanus, Angelus, Syluester *locis ſuprà num.* 157. *fine relatis*, & Ioann. Valerus *de diff. v opinio, diff.* 1. *num.* 3. & conſtat corollarium ex *ibidem* dictis, & ex dictis *num.* 160. 161. *&* 169. Qui enim innixus auctoritate alicuius viri docti, & periti, vel plurium peritorum credit aliquam opinionem eſſe probabilem, & iuxta eam operatur, non temerè, ſed prudenter, & rationabiliter credit, & operatur, iuxta ſuprà dicta. Aduertit inſuper Ioannes Saucius *diſp.* 44. *num.* 54. *verſic. conſulenſque*, eum, qui conſulit Doctorem boni nominis, iuxta illius opinionem poſſe licitè operari, quamuis idem rogans conſilium ſuſpicetur ipſum Doctorem decipi, dum tamen id certò non cognoſcat, quia valde diuerſum, (inquit,) eſt certò cognoſcere Doctorem falli, & aliud ſuſpicari, eum deceptione falli. Quod admitto ſi conſulens ſit vir indoctus; & etiam ſi ſit doctus, ſed ſuſpicio oriatur ex leui motiuo. At ſi ex motiuo alicuius momenti, (niſi vrgeret aliqua grauis neceſſitas operandi,) virum doctum rogantem conſilium puto teneri ante 175.

vſum

vſum opinionis priùs diligentiam adhibere ad inueſtigandam veritatem, iuxta dicta in præcedentibus, qua præſtita ſi adhuc maneat ſola ſuſpicio, poterit iuxta illam opinionem operari, vt dicit Sancius.

176. Hinc demum aduertendum, quod ſuprà *num.* 88. monui, nempe non crebrò, & paſſim ob vnius Doctoris ſententiam recedendum à communi in operando, vel iudicando, aut conſulendo, ſed quando prudenter iudicatur melioribus, & validioribus rationibus, firmiorive fundamento illam eſſe fulcitam, vt tradunt Azorius *d. cap.* 17. *quæſ.* 6. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 9. & Doctores relati *d. num.* 88. *&* *n.* 150.

SVMMARIVM

§§. Vigeſimi, & vigeſimi primi.

178 *Doctorem aliquid affirmantem non cum exacto examine, & diſputatione ad partes, ſed obiter in diſcurſu, vel in aliquo argumento facere opinionem, & numerum in commum, affirmat abſolutè vna ſententia.*

179 *Altera plures caſus diſtinguit, & in aliquibus affirmat, in aliquibus negat, Doctorem obiter tantùm aſſerentem facere opinionem, & numerum in communi.*

Tertia ſententia negat abſolutè auctorem abſque exacto examine rationum vtriuſque partis, ſed ſolùm obiter, & incidenter aliquam propoſitionem proferentem facere opinionem, & debere connumerari pro communi, num 177. *&* 183.

181 *Opinionem vnius Doctoris contra communem cæterorum obiter, & incidenter tantùm ab eo traditam multis in caſibus poſſe prudenter cenſeri probabilem, ob auctoritatem aſſerentis, quidam aſſerunt.*

183 *Contrarium tanquam verius reſoluitur, & aſſeritur vnius Doctoris opinionem contra communem non poſſe prudenter cenſeri probabilem, niſi re agitata ex inſtituto omnibus pro vtraque parte facientibus perpenſis illam firmauerit, & tribus ſequentibus. Officio ſuo fungi, qua ratione quis præſumatur, num.* 178. *&* 186.

187 *Opiniones, ſeu concluſiones, præſertim nouæ & aduerſus communem, quæ apud ſimplices Summiſtas, collectarios, & compendiorum compilatores reperiuntur, an ob ſolam eorum auctoritatem prudenter cenſeri poſſint probabiles, & quid prærequiratur antequam viri, ſiue docti, ſiue indocti eas in praxi amplectantur.*

Expediréne ſi ſimplices ſummæ, collectanea, & compendia typis non mandarentur, niſi forent Doctoris clari, & excellentis ſcientia, & conſcientia præditi, ibid.

Doctori claro, & excellenti ac probo, nihil allegañti, eſſe credendum affirmant aliqui, communis opinio negat, ibid. fine.

188 *Conditiones requiſitæ in Auctore, ſeu Doctore ad hoc, vt eius ſingularis opinio contra communem ſit, & prudenter cenſeri poſſit probabilis, quæ ſunt, vt bene calleat facultatem, in qua opinatur, non ſit audax, & præceps, neque ad opinandum ex aliqua affectione moueatur, ad* 194.

191 *Non requiritur, vt ſit ad gradum doctoratus promotus, nec etiam Licentiatus, imò & ſcholaris excellentis ingenij, & peritia, poteſt probabilitatem ſingulari opinioni tribuere, ſicut & facere numerum pro commum, &* 191.

Doctoratus laurea in aliqua Vniuerſitate inſignitus præſumitur peritus, d. num. 191.

Si tamen verè eſt imperitus, non poteſt facere opinionem ſingularem probabilem, ibid.

In actibus, in quibus habetur ratio doctrinæ, non conſideratur laurea doctoratus, d. num. 192.

Scholaris doctus præferri debet Doctori ignoranti, ibid.

194 *Opinio à Doctore tradita in lectura, vel tractatu ad faciendam communem opinionem præfertur traditæ ab eodem Doctore in conſilio facto in aliqua cauſa particulari, & ad partis inſtantiam.*

Doctor ad conſulendum in particulari cauſa, & ad inſtantiam partis præſumitur inductus aliquo affectu amicitiæ, vel lucri, ibid.

Limitatur, ſi Doctor ſit inſignis, & notæ probitatis, & præſertim ſi rogatus ſit conſulere tantùm pro veritate, & foro conſcientiæ, ibid.

195 *Ad probabilitatem opinionis abſolutam non ſufficit auctoritas cuiuſlibet Profeſſoris, aut lectoris, vel ſcriptoris.*

Qualiſnam Doctoris, ſeu Confeſſarij, aut paſtoris auctoritas ſufficiat, ibid.

§. XX.

An, vt opinio alicuius Doctoris vnici contra communem ob ſolam illius auctoritatem cenſeatur probabilis ad effectum, vt alij poſſint licitè eam amplecti in praxi, ſufficiat, ſi illam incidenter, perfunctoriè, & obiter tradat, ſeu affirmet in ſuis ſcriptis; an verò requiratur, vt ex profeſſo, & exactè examinatis vtriuſque partis fundamentis illã firmet.

Antonius Maria Carotius *de comm. opin. lib.* 1. *tit.* 6. *à num.* 1. *ad* 18. tractans illam difficultatem, an vt Doctor aliquis faciat opinionem, ſeu concurrat ad faciendum communem opinionem, ſeu numerum in communi, requiratur, vt rem examinando, & ad partes diſputando opinionem firmet, an verò ſufficiat, ſi aliquid aſſertiuè dicat, licet perfunctoriè, obiter, & incidenter, plures refert circa hanc difficultatem ſententias. 177.

Prima, quam *num.* 2. refert, aſſerit abſolutè Doctorem non facere opinionem niſi in eo, quod examinando, & diſputando firmauit. Cuius ſententiæ ſunt Panormitanus *in cap. bona num.* 2. *&* 3. *de poſtulatione Prælat.* Alciatus *de præſumpt reg.* 1. *præſumpt.* 51. *num.* 4. *& lib.* 4. *parerg. cap.* 17. Sylua nuptialis *lib.* 5. *num.* 29. plures alij ab eodem Carotio *d. num.* 2. relati, & alij infrà allegandi.

Secunda ſententia ab eodem Carotio *num.* 6. relata, (& pro qua idem Carotius allegat Socinum *conſil.* 73. *num.* 4. Hieronymum Butrig. & Tobiam Noni.) è contrario affirmat abſolutè ad faciendam opinionem, & vt in communi numeretur, ſatis eſſe, ſi Doctor aliquid perfunctoriè, & obiter aſſerat. Huius ſententiæ fundamentum eſt primò; quia facere opinionem conſiſtit in ſola voluntate Doctoris aliquid volentis ſiue verum, ſiue falſum; obiter autem aſſerens aliquid, id velle cenſetur. Secundò, quia diſputatio non exigitur ad opinionis ſubſtantiam, quæ ſola Doctoris voluntate perficitur, ſed ad bene eſſe ipſius opinionis, vt conſtet, fuiſſe adhibitam diligentiam in perquirenda veritate. Tertiò, quia admiſſo diſputationem requiri ad faciendam opinionem, quando Doctor ſententiam aliquam ſimpliciter refert, obiter illam aſſerens, præſumitur adhibuiſſe diſputationem, licèt non præmiſerit: nam Doctor qui veritatem dicere profitetur, nihil temerè dicere cenſetur, cùm vnuſquiſque præſumatur fun- 178.

ctus officio ſuo, per tradita ab Alciato *de præſumpt. reg.* 3. & patet exemplo ſententiæ iudicis, in qua ſimplex deciſio ponitur, & tamen Iudex præſumitur non niſi poſt factam diligentiſſimam diſquiſitionem ita pronunciaſſe.

179. Tertia ſententia, (quam ponit, & tenet Carotius *à num.* 10. *ad* 17. quamque ſequitur Farinacius *q.* 14. *Repert. Iudic. num.* 32. *& ſeqq.* prout ad id eum refert Paſqualigius *deciſ.* 368. *num.* 2.) continet tria dicta. Primum, ſi Doctor non eſt ſolitus diſputare, vt gloſſa, & alij Doctores antiqui, & communium opinionum collectores, & qui faciunt additiones, facit opinionem, & numerum in communi, licèt non diſputet, ſed obiter aliquid ſimpliciter aſſerat, quia ſimplici aſſertione, inquit Carotius, oſtendit enixam voluntatem circa rem aſſertam: ſecus verò ſi diceret aliquid ſolùm ad indicandum, ſubdit idem Carotius, v.gr. quando dicit, ſed de hac re videas Doctores in hoc, vel illo loco, quia tunc ceſſat voluntas. Secundum dictum, ſi Doctor ſemper diſputat, vt interpretes in lecturis, & ſimiles Doctores, non facit opinionem, & numerum in communi obiter aliquid dicens, & ſine examine, & diſputatione, quia ex eo quòd ſemper diſputando reſoluit, cùm aliquid obiter, & perfunctoriè dicit, non cenſetur illud approbare, ſed ad ornatum protuliſſe, niſi alioqui vel conſtaret Doctorem illud obiter dictum approbare, puta, quia dicit, & id verum puto, vel placet: vel in eo, quod abſque diſputatione aſſerit, fundetur reſolutio, & deciſio quæſtionis, & quo ſublato deciſio ipſa corrueret, vel quia id, quod obiter traditur pro claro, & vero ab eo, vel ab omnibus, ſeu ab aliis ſupponitur, eo quòd nunquam de eo antea fuerit dubitatum. Tertium dictum, ſi Doctor aliquando diſputet, aliquando non, vt multi repetentes, conſulentes, & conficientes tractatus; tunc ſi abſque examine, & diſputatione aliquid Doctor firmet, de quo principaliter agit, facit opinionem, & numerum in communi, quia cenſetur omnia conſideratè proferre, & ita omninò velle, & ſentire; ſi verò de eo principaliter non agit, ſed illud obiter dictum eſt extra principalem materiam, non facit opinionem, cùm multa dicantur ad vbertatem, & ornatum potius, quàm ad neceſſitatem materiæ; ac proinde in tali caſu non præſumitur debita adhibita diligentia tradidiſſe, & conſequenter etiam præſumitur illud non verè ſenſiſſe.

180. Paſqualigius *dicta deciſ.* 368. pertractans difficultatem propoſitam, an auctoritas vnius Doctoris obiter in ſuis ſcriptis aſſerentis aliquid, ſeu aliquam opinionem, faciet illam probabilem, vt alij præſertim indocti poſſint illam ſequi, ponit ſequentia dicta.

Primum *num.* 4. poſitum. Doctor, ſeu auctor, qui non diſputat, ſed tantùm compilat, vt Summiſtæ, ſi aliquid obiter dicat, & non traditum ab aliis Doctoribus, nec proponit motiuum aſſentiendi, non facit opinionem probabilem: quia tales Summiſtæ vtplurimum carent ingenio apto ad nouas opiniones excogitandas, & benè fundandas, & quòd ſint bene fundatæ, ex ſimplici compilatione non apparet. At quando conſtat Doctorem non pollere ea ſcientia, vt valeat rationabiliter nouas ſuſcitare opiniones, illius auctoritas non ſufficit ad tribuendam extrinſecam probabilitatem opinioni, neque apud doctos, neque etiam apud indoctos, qui in hoc virorum doctorum iudicium ſequi debent.

181. Secundum dictum, (quod ponit *num.* 5. *& ſeqq.*) comprehendit doctrinam ſecundi, & tertij tertiæ ſententiæ *num.* 179. relatæ, nempè, quòd ſi Doctor, qui non eſt compilator, ſed ſuam profert ſententiam ſiue diſputando, ſiue non, aliquid obiter, ſed concernens ad doctrinam, ſeu deciſionem principaliter intentam dicit, ſiue in ſolutione alicuius argumenti contra aliquam concluſionem, ſeu reſolutionem poſitam, ſiue in probatione alicuius propoſitionis in ordine ad illam concluſionem, ſeu reſolutionem; vel quomodocunque obiter dictum à Doctore in diſcurſu ſit connexum cum principali doctrina, id ſufficit ad faciendam opinionem probabilem, quia in hoc caſu Doctor, (vt dicebatur *num.* 179. *fine*,) cenſetur dictum proferre, quia ita ſentit, & etiam præſumitur conſideratè, & ex ſufficienti motiuo ita ſenſiſſe, & protuliſſe, quod ſufficit, vt opinio ſit probabilis. Si verò obiter dictum non concernit principaliter doctrinam intentam; tunc, vel à Doctore ſupponitur tanquam verum, & ita facit opinionem probabilem, quia non ſupponeret, niſi examinaſſet, & ita ſentiret ob aliquod motiuum ſufficiens intrinſecum, vel extrinſecum auctoritatis: vel inſinuat aliquam rationem ſui dicti ſaltem leuiter tactam; & hoc quoque caſu, niſi quis velit rationem expendere, auctoritas Doctoris eſt ſufficiens fundamentum iudicandi opinionem probabilem, & iuxta illam operandi, quia præſumitur, quòd docendo procedat ſecundùm rectam rationem, ſeu motus rationabili, & ſufficienti motiuo. Quòd ſi ex tribus prædictis nihil adſit, dictum obiter non facit opinionem probabilem, quia licet dubitare, quòd non aſſerat deliberatè, & conſequenter, quòd non examinauerit, an ſit rectæ rationi conformę.

Quòd ſi aduersùs primum dictum, & vltimam 182.
partem ſecundi dicti obiiciatur etiam Summiſtas diſcernere doctrinam ſequendam, & reprobandam, & ita cùm tradunt aliquid de nouo, illud tradere cum deliberato iudicio, & ſic vt maturè expenſum, ac proinde ſufficere ad faciendam opinionem probabilem. Reſpondet Paſqualigius, id verum eſſe de Summiſtis doctis, & percipientibus doctrinas, & pondera rationum, non verò de non percipientibus, & multoties colligentibus doctrinas alienas à ſenſu Doctorum, à quibus illas ſumunt; vnde dum aliquid de nouo ex proprio marte ſcribunt, non debent præſumi rationabiliter procedere, niſi aſſignata ratione, expendenda tamen an ſit probabilis.

Cæterùm abſolutè dicendum, Doctorem, ſeu Au- 183.
ctorem, licèt grauem, & doctum, & rectè opinetur, ſeu ſuam opinionem ſingularem contra cæteros, & communem aſſenſum faciat probabilem, & vt alij illam probabilem rectè iudicent, debere rem, de qua controuertitur, maturè, & exactè rationibus hinc inde expenſis examinare, & diſputando reſoluere, & nullo modo ſufficere, vt illius opinio contra communem probabilis cenſeatur, ſi re non exactè, & ex profeſſo agitata, tantùm perfunctoriè, obiter, & incidenter, aut occaſione aliqua argumenti dictum contra communem ſententiam protulerit, ſeu ſcripſerit. Ratio eſt, quia quæ obiter, & incidenter dicuntur, potius ad colorem, aut ad ornatum, quàm ad probationem dicuntur, & multoties ſine debita conſideratione, & ſufficienti motiuo proferuntur, vt dixi ſuprà *num.* 89. ac proinde non adeſt ſufficiens fundamentum, vt præſumantur prudenter, & rationabiliter aſſerta, maximè contra communem cæterorum. & ita in noſtris terminis ob eandem rationem docent Vaſquez, Sanchez, Ioannes Sancius, Palaus ſuprà *num.* 89. relati. hoc idem docet Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia cap.* 4. *num.* 53. Idem omnino ob eandem rationem ſentiunt Iuriſperiti, & Canoniſtæ,

niſtæ, qui aſſerunt abſolutè Doctorem non facere opinionem, nec numerum in communi opinione, ſeu non poſſe coonumerari prò communi opinione, ſi abſque examine, & diſputatione ad vtramque partem ſolùm perfunctoriè, & obiter in diſcurſu, vel ſolutione argumentorum aliquid dicat, ſeu aſſerat: quam ſententiam præter Auctores ſuprà *num.* 177. relatos, & alios plures, & magis communiter allegatos à Carotio *d.tit.6. num.2. & num.* 105. tenent etiam Naoarrus *in man.cap.27.num.189. & in cap. ſi quis autem, de pœnit.d.7.num* 53. Menochius *de præſumpt.lib.2.præſumpt.*71. *n.*39. Maſcardus *concl.*1143. *num.*11. Cæuallos *com.cont.com.in præfat.num.*13. ante quos quoque ita proculdubio ſenſit Calcaneus *conſ.39.in finem,* (quem refert, & approbat Neuzanus *lib.5.Syl.num.29.initio,*) vbi dicit non curandum de opinione Doctoris non deliberata, & appenſata, ſed ſic in diſcurſu poſita. Sed dato etiam, quòd dictum vnius Doctoris obiter, & incidenter prolatum in ſuis ſcriptis, præſertim in caſibus explicatis ſuprà in dictis tertiæ ſententiæ, & in duobus dictis Paſqualigij ſufficeret, vt talis Doctor poſſet connumerari ad faciendam communem; non tamen ideo aſſerendum eſt, ad conſtituendam rectè opinionem probabilem contra cæteros omnes, & communem, ſufficere ſi aſſertio, ſeu opinio ſingularis vnius Doctoris contra eandem communem ſit obiter, & incidenter tantùm, & nullo propoſito ſufficienti motiuo tradita. Nam proculdubio res longè maioris momenti eſt facere opinionem ſingularem, contra communem eſſe, vel debere, vel rectè poſſe cenſeri probabilem, vt iuxta illam alij docti, & indocti licitè operari poſſint, quàm facere opinionem, & numerum in communi, quo caſu poteſt facilè præſumi Doctorem obiter aliquid, (quod etiam à pluribus aliis aſſeritur,) tradentem ſupponere vti probabile ex aliorum auctoritate, vel ex motiuis intrinſecis ab aliis prædeceſſoribus auctoribus rectè examinatis, & ponderatis.

184. Neque obſtant fundamenta ſecundæ, & tertiæ ſententiæ, & alia allata à Paſqualigio. Nam ad primum ſecundæ ſententiæ, & ad dicta tertiæ ſententiæ, & Paſqualigij, reſpondetur ad hoc, vt ſingularis opinio vnius Doctoris contra cæteros prudenter cenſeatur probabilis, non ſufficit, ſi conſtet Doctorem hoc, vel illud velle, & ſentire, ſed inſuper exigitur, quòd conſtet ipſum prudenter, & rationabiliter, ſeu ex ſufficienti, & firmo fundamento id velle, & ſentire, quòd non contingit quando aliquid obiter tantùm tradit, ſiue conſueuerit, ſiue non conſueuerit diſputare, & ſiue explicet, ſe tenere, vt verum, vel ſibi placere, quod obiter contra communem dicit, ſiue obiter dictum contra eandem communem ab ipſo ſupponitur tanquam clarum, (quod tamen vix contingere non poteſt, quando dicit aliquid contra communem, niſi ipſam communem ignoret,) ſiue in obiter dicto contra eandem communem fundetur reſolutio quæſtionis propoſitæ, & ſiue obiter dictum contra communem aliorum concernat id, de quo principaliter agitur, vel cum eo aliquo modo ſit connexum, ſiue non. nam eo ipſo, quòd dicto vnius Doctoris ſingulari opponitur communis, & auctoritas tot Doctorum, & aduerſantur rationes pro eadem communi ab aliis, & tot viris doctis examinatæ, & approbatæ, tale ſimplex dictum non poteſt prudenter, & rectè cenſeri conſtituere opinionem probabilem ob ſolam dicentis auctoritatem, quæ in ſimili caſu eſt valde diminuta, nec prudenter exiſtimari poteſt ſufficiens, ſed potiùs cenſeri debet debiliſſimum fundamentum probabilitatis. Quòd ſi Doctor tradendo obiter doctrinam ſingularem contra communem ponat rationem doctrinæ, quæ non leuis, licèt fortaſſe paucis explicata, appareat, tunc poſſent alij illam vt probabilem opinionem cenſere, & amplecti, iuxta dicta ſuprà *num.* 90. quia tunc adeſt fundamentum ſufficiens probabilitatis, & præſumendi quòd priùs rem omnibus expenſis examinauerit.

185. Ad ſecundum ſecundæ ſententiæ negatur minor, examen enim, & exacta ponderatio motiuorum vtriuſque partis exigitur ad probabilitatem faciendam contra communem, quia ſine examine rationum vtriuſque partis neque ipſi opinanti contra communem, neque aliis poteſt innoteſcere ratio ſufficienter firma aſſentiendi prudenter tali opinioni, vel rectè cenſendi illam eſſe probabilem.

186. Ad tertium eiuſdem ſententiæ ſimiliter negatur debere præſumi fuiſſe adhibitam diligentiam, & conſiderationem, nam facta non præſumuntur, iuxta *l.in bello.§. facta, ff.de capt. & poſtl. reuerſ.* adhibitam verò, vel non adhibitam eſſe debitam diligentiam ad inueſtigandam veritatem librorum reuolutione, vel interna conſideratione eſt quid facti. *l.bonæ fidei, §.pen. ff. de acquirendo rerum dom.* Alciatus autem loquitur de præſumptione, quòd aliquid hoc, vel alio modo ſit factum, non verò an ſit factum, vel non. ita reſpondet Carotius *d.tit.6.num.9.* Quod adducitur de ſententia iudicis non vrget, quia ſpeciale eſt in iudice, (prout idem Carotius animaduertit *eodem num.9.*) vt non præſumatur pronunciaſſe abſque cauſæ cognitione, *cap. Abbate, de verborum ſign.* Alciatus *in d.reg.3. præſumpt.9. num.4.* & ratio eſt, quia cùm poſt ſententiam detur ſyndicatus, vel appellatio, ſi ferret iudex ſententiam abſque cognitione, exponeret ſe euidenti periculo grauis præiudicij, ſeu damni, non eſt autem præſumendum, quem voluntariè exponere ſeſe probabili periculo grauis damni proprij.

187. Ex dictis infertur non omnem propoſitionem, ſeu concluſionem, aut doctrinam, quæ in Summiſtis, Collectariis, & compendiis ex aliis Doctoribus compilantibus nulla reddita, ſeu allata ratione eorum, quæ ſcribunt, inuenitur, poſſe prudenter exiſtimari, & credi probabilem in ordine ad operationem, ex eo ſolùm, quòd à talibus auctoribus tradatur, & maximè, cùm apud tales reperitur doctrina noua, cui communis cæterorum Doctorum grauium, & peritorum opponitur. Multi enim, vt dicebatur, ex huiuſmodi Summiſtis, & Collectariis, & Compilatoribus non ſunt tali ingenio præditi, & ea instructi ſcientia, vt alienas doctrinas, præſertim difficiles, rectè percipiant, & ſæpe ſine vlla fallentia, aut limitatione, vel declaratione, ſed abſolutè, ſimpliciter, & indiſtinctè ponunt concluſiones, quæ patiuntur plures fallentias, & limitationes, aut declarationes, cum quibus etiam traduntur ab auctoribus, qui de eis ex inſtituto, & exactè pertractant; & etiam ex aliis Doctoribus ſæpe colligunt ineptè nouas concluſiones, quas nec vlla ratione, vel ſaltem leuiſſima, aut non bene percepta firmant. Quapropter viri docti, qui de propoſitionibus, ſeu opinionibus apud ſimiles auctores repertis, non poſſunt ex cognitione aliunde iam habita ferre iudicium de illarum probabilitate, antequam iuxta illas operentur, debent priùs ſufficientem adhibere diligentiam circa earundem propoſitionum probabilitatem inueſtigandam ſtudendo, & legendo alios auctores claſſicos, & communiter approbatos, ac receptos, aut de illis ex inſtituto diſputantes, & pertractantes. Viri verò imperiti, & indocti ſuper ſimi-

libus propoſitionibus apud eoſdem Summuliſtas,
& ſimplices Collectarios lectis, quas neſciunt eſſe
apud doctos receptas, debent peritiores conſulere,
vt de probabilitate talium propoſitionum inſtruan-
tur. Et certè huiuſmodi Summuliſtæ, & ſimplices
Collectarij, ſeu compendiorum compilatores Con-
feſſariis imperitis illas legentibus occaſionem,
(quantum potui experientià conijcere,) non tarò
præbent in multis errandi, & malè ſuum munus
exercendi, & pœnitentiæ ſacramentum admini-
ſtrandi, tum ratione caſuum reſeruatorum, tum diſ-
poſitionum ipſorum pœnitentium, tum caſuum re-
ſtitutionis. Quare puto fore longè conſultius, ſi
præfatæ ſummulæ, ſeu talia collectanea, & compen-
dia non permitterentur typis mandari, niſi fortaſſe
eſſent alicuius Auctoris claſſici doctrina, prudentia,
& probitate inſignis, & magni, ac apud omnes ce-
lebris, quem propterea poſſemus rectè præſumere
alienas doctrinas, quantumcunque difficiles intelle-
xiſſe, ſine errore ſummariè collegiſſe, & cum oppor-
tunis fallentiis explicaſſe, nec quid noui, niſi benè,
& maturè priùs conſideratum addidiſſe, & Doctori
excellenti, & claro ſcientia, & conſcientia prædito
credendum eſſe, licèt nihil alleget, tradunt Anto-
nius Maria Carotius *de comm. opin. lib. 2. tit. 9. n. 130.*
& Ioannes Valerus *de differentijs in vtroque foro, v.
opinio, diff. 1. num. 3. initio.* nam, inquit Carotius, tales
Doctores cenſentur moueri iure, & ratione, licèt
non adducant; addit tamen Carotius minus credi,
quàm ſi allegaret. Quamuis communis opinio Bald.
in l. republica. C. ex quibus cauſ. maior. Curtij *conſil. 66.
num. 2.* Rolandi a Valle *conſil. 1. num. 187. lib. 2.* Fari-
nacij *in repert. ind. quaſt. 14. num. 2.* & aliorum, quos
latè referunt idem Carotius *d. num. 129.* & Farina-
cius *d. num. 2.* teneant contrarium, & Doctori etiam
excellenti nihil alleganti nihil debere credi, quæ
communis opinio confirmat concluſionem poſi-
tam *num. 183.*

§. XXI.

*Quas conditiones, ſeu qualitates habere de-
beat auctor, vt eius opinio ſingularis con-
tra communem cenſeri prudenter poßit pro-
babilis.*

CVm ad hoc, vt aliqua ſingularis opinio contra
communem prudenter cenſeri, ſeu præſumi
poſſit probabilis, debeat eſſe alicuius viri auctori-
tatem habentis, vt conſtat ex dictis ſuprà, præſertim
num. 86. & 161. & ex traditis a Carotio *d. tract. de
comm. opinione, lib. 1. tit. 2. & tit. 5. à num. 1. ad 7.* & au-
ctoritas oritur ex ſcientia, prudentia, & probitate
viri, vt dictum eſt ſuprà *dicto n. 161.* & locis modò
citatis latè tradit idem Carotius.

188. Prima conditio requiſita in aliquo, ſeu in aucto-
re, ad hoc vt faciat ſuam opinionem ſingularem
contra communem eſſe probabilem, aliique eam
tanquam probabilem prudenter in praxi ſequi poſ-
ſint, eſt ſcientia, ſcilicet, vt ſit, & à doctis habeatur
vir doctus, & peritus in arte, & verſatus in ea mate-
ria, circa quam ſuam ſingularem opinionem fir-
mat, & tradit, ita omnes Doctores *d. num 86.* relati.
deficiente enim ſufficienti peritia, non poſſet rectè
rem examinare, & agnoſcere ſufficientia motiua aſ-
ſentiendi, & ita temerè, & imprudenter ſuæ ſingu-
lari opinioni contra aliorum oppoſitam aſſenſum
189. præberet. † Vt autem cenſeatur doctus, & ſufficien-
ti peritia artis præditus, non eſt neceſſe, vt ediderit
volumina, vel tractatus, neque vt actu in ſcholis,
ſeu Vniuerſitate, vel Collegio, ſeu publicè profitea-
tur, vel ſit profeſſus ſcientiam, ſeu facultatem illam,
ad quam ſingularis eius opinio ſpectat: ſed ſufficit,
& requiritur, vt ſit & cenſeatur aptus ad profiten-
dum, ſeu docendum ſpectantia ad talem materiam,
in qua ſuam tradit opinionem ſingularem; ſiqui-
dem nouam tradere opinionem ſpectat ad actum
docendi, ac proinde qui non tanta pollet ſcientia
artis, vt ſit aptus ad illam profitendam, & ad docen-
dum alios in ea, ineptus eſt ad tribuendam nouæ
opinioni ſingulari probabilitatem, nec ab aliis pru-
denter cenſeri poteſt opinari probabiliter, ſed po-
tiùs temerè. † Quare etiamſi actu profiteretur pu- 190.
blicè facultatem, ſi ob defectum ſufficientis ſcien-
tiæ verè non eſt ad tale munus idoneus, (vt multo-
ties in Academiis contingit,) eius opinio ſingularis
nec eſſet, nec cenſeri poſſet probabilis, quia neſci-
ret diſcernere inter opiniones, nec earum motiua,
ſeu fundamenta rectè examinare, & agnoſcere.
† Neque etiam requiritur, vt ſit conſequutus lau- 191.
ream, ſeu gradum Doctoratus in aliqua Vniuerſi-
tate, ſicut nec gradus Doctoratus ſine peritia in ar-
te, ſeu facultate ſufficit, vt ſingularis opinio Docto-
ris ſit, aut cenſeri poſſit probabilis. Quòd non ſuffi-
ciat gradus Doctoratus abſque ſufficienti doctrina,
probatur; quia etſi laurea Doctoratus faciat præ-
ſumptionem doctrinæ, & peritiæ Doctoris ob pu-
blicam atteſtationem eorum, qui ad Doctoratus
gradum illum promouerunt; vnde Doctor præſumi-
tur peritus, & in facultate verſatus, vt tradunt Al-
ciatus *tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 19. num. 2.*
Maſcardus *concl. 593. & concl. 1143. num. 2.* & Caro-
tius *de comm. opin. lib. 1. tit. 2. num. 5. & tit. 6. num. 124.*
& colligitur ex *l. vnica, C. de profeſſ. qui in Vrbe Conſt.
lib. 12. & l. 1. §. ſed cum neceſſarium, C. de Inſtit. Cod.
Confirm.* tamen ſi verè caret ſufficienti doctrina, &
conſtet de eius imperitia, & illum non eſſe idoneum
ad docendum alios in ſua facultate, eſſéque nomi-
ne, & titulo tantùm Doctorem, cui dici poſſit, Aue
Doctor ſine doctrina, & libris eius, Aucte libri ſine
Doctore, (quales multi reperiuntur ad Doctoratum
promoti, ſcilicet parum docti, & vix retinentes ali-
qua, quæ ex aliis didicerunt minus apti ex ſe ad exa-
minandas res difficiles, & circa eas ſine errore diſ-
curtendum,) non poſſet firmare opinionem nouam,
& ſingularem contra alios viros doctos, quæ eſſet,
vel prudenter cenſeri poſſet probabilis, quia non
poſſet momenta rationum pro vtraque parte ex-
pendere, & conſequenter abſque periculo erroris
non valeret aliquid noui contra alios aſſerere.
Quòd verò gradus Doctoratus non requiratur,
oſtenditur, quia authoritas Doctoris ad faciendam
opinionem non oritur ex Doctoratu, ſed ex ſcien-
tia, quam præſumitur habere, (vt conſtat ex dictis,
& latiùs tradit Carotius *locis citatis*,) multi autem
laurea Doctoratus non inſigniti reperiuntur valdè
inſignes doctrina, & peritia in vnaquaque faculta-
te, & tales ab aliis, vel ob libros ſeria doctrina re-
fertos ab eis editos, vel ob literarias functiones
diſputando, conſulendo, docendo ab eis habitas
cognoſcuntur, ac proinde etiam ſunt, & ab aliis re-
putantur idonei ad probabiliter opinandum, etiam
aliquid de nouo in materiis, in quibus conſtat eſſe
eos verſatos, & exercitatos. † Quapropter Caro- 192.
tius, (quem approbat Farinacius *in repert. ind. q. 14.
num. 33.*) *d. tit. 6. num. 122. & tribus ſeqq.* reſoluit Li-
centiatos tantùm abſque gradu Doctoratus, de
quorum doctrina conſtat, vel ex voluminibus ab
eis ſcriptis, vel ex aliis actibus literariis, ab eiſdem
geſtis facere numerum, & auctoritatem pro com-
muni.

Digitized by Google

muni. Imò *num.* 130. *& ſeqq.* addit etiam ſcholarem peritum in aliqua facultate firmantem in eadem materia aliquam opinionem, illamque iuribus, aut rationibus, vel auctoritatibus confirmantem facere numerum in communi: & prædictorum rationem eſſe ait, quia in actibus, in quibus habetur ratio doctrinæ, non conſideratur laurea Doctoratus, & idem ait Farinacius *num.* 34. Vnde etiam ſcholarem peritum præferri debere Doctori ignoranti, colligitur ex *l.* 1. *iuncta gloſſa* 1. *C. de annonis ciuilibus, lib.* 11. & tradunt Mandoſios *ad reg. Cancell. reg.* 16. *q.* 17. *num.* 2. Ant. Theſ. *in compend. error. notat. cap.* 23. *num.* 2. & idem Carotius *d. tit.* 6. *num.* 131. & ita etiam Licentiatus, & etiam ſcholaris ingenio, & doctrina inſignis, de cuius ſcientia claré ex eius actibus literariis conſtat, tradens aliquid de nouo poteſt prudenter cenſeri probabiliter opinari, licèt eius opinioni opponatur communis aliorum, ſi cæteræ conditiones mox explicandæ in eo concurrant.

193. Secunda conditio, vt non ſit audax, & præceps in iudicando, ſed prudenter, & maturè procedens, conſtat ex dictis ſuprà *d. num.* 86. & in terminis tradit Villallobos *part.* 1. *tract.* 1. *diff.* 4. *num.* 14. & nouiſſimè Paſqualigius *deciſ.* 171. & apertè indicant alij Doctores ſuprà *d. num.* 86. allegati. & ratio eſt, quia viri audaces, licèt alioqui docti, multoties, & facillimè errant in ſuis diſcurſibus, & iudiciis tam de rebus merè ſpeculatiuis, quàm de agendis, & fugiendis; & potiùs temerè, & quia ſic ſibi placet, quàm quia recta ratione ducantur, plura affirmant, & tradunt quare eorum aſſertiones, & doctrinæ nouæ, & contra aliorum opinionem iam approbatam, non poſſunt prudenter cenſeri probabiles.

194. Tertia conditio, vt intuitu ſolius veritatis, non aliquo affecto, puta amicitiæ, vel odij, vel lucri inductus ſit ad doctrinam nouam, & communi opinioni oppoſitam aſſerendam, & ſcribendam, vt ſæpe faciunt conſulentes in cauſa aliqua particulari, & ad inſtantiam partis: conſtat etiam hæc conditio ex dictis ſuprà *dicto num.* 86. *&* 97. & ex auctoribus *ibidem* allegatis, & conuincitur, quia cùm affectus, & inordinata paſſio, præualet, mouet, & applicat intellectum ſtudio ſiue rerum ſpeculabilium, ſiue agibilium, non amor, deſiderium, & intentio veritatis aſſequendæ, iudicium eiuſdem intellectus caligine affectionis obtenebrati non poteſt eſſe ſincerum, vel ſaltem præſumi meritò poteſt non eſſe ſincerum, nec conforme rectæ rationi, & ita inſufficiens eſt ad faciendam probabilitatem. Quare Antonius Maria Carotius *d. tit.* 6. *num.* 147. *& tribus ſequentibus*, Mazagnanus Azoguidus *de communi opinione, lib.* 3. *cap.* 15. & cum aliis Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. *num.* 48. *&* 49. aiunt, cùm Doctor aliquis oppoſitas opiniones ſecutus eſt, vnam legendo, aut in commentariis, vel tractatu aliquo, alteram conſulendo in aliqua à parte requiſitus, dicunt ad faciendum numerum pro communi, attendendam eſſe priorem, & non poſteriorem opinionem, idque ob tactam rationem, ſcilicet, quòd Doctor nullo affectu amicitiæ, vel lucri, ſed ſola veritate inſpecta præſumitur magis in lectura, vel tractatu opinionem elegiſſe, & tradidiſſe, quàm in conſilio. Id tamen limitandum puto in Doctore perito inſignis, & maximæ probitatis aliis notæ, qui etiam in conſulendo in particulari cauſa, & à parte requiſitus meritò præſumendus eſſet non ſolo affectu, ſed potiùs ex ſincero rationis dictamine duci ad proferendam ſuam ſententiam. Quæ præſumptio inſuper fortiùs haberet locum, ſi rogatus eſſet ad conſulendum, tantùm pro veritate, & foro conſcientiæ, & in ordine ad rectè operandum. quo caſu non conſulendo iuxta ſincerum, & rectum rationis dictamen, ſed ex aliqua affectione peccaret, ac proinde ad excludendum in viro docto, & notæ probitatis peccatum, præſumendum eſt rectè conſuluiſſe. † Ex dictis, præſertim in prima, & ſecun- 195.
da conditione, colligitur ad probabilitatem opinionis abſolutam non ſufficere auctoritatem cuiuſcunque publici Profeſſoris, ſeu Lectoris, cùm conſtet aliquos iſti muneri non ſatisfacere, vel quia non ſatis docti, vel quia in delectu opinionum nimis præcipites ſunt, ac ſingulares; & idem ob eandem rationem dicendum de ſcriptoribus, nempe cuiuſcunque ſcriptoris auctoritatem non conſtituere probabilitatem opinionis abſolutam; cùm etiam conſtet manifeſtè varios libellos prodire in lucem non ſatis eruditos, ſeu elaboratos, quorum proinde auctoritas vix eſt maior, quàm rationum, quas afferunt, ideo in ſcholis allegari non ſolet. Quod tamen præcipuè intelligitur de ſcriptore, qui ſolo motu, & iudicio proprio ſcribit, quæ vult. Aliud ſiquidem iudicium faciendum de eo, qui nec ſcribit niſi iudicio, & beneplacito Superiorum, nec edit in lucem, niſi ſeriò examinata, & approbata à viris in ea facultate verſatis; cuius ſcriptoris auctoritas propterea quaſi virtualiter eſt multiplex, ſcilicet, tot, quot Reuiſores docti librum approbarunt.

Colligitur etiam, vt quis reddat opinionem probabilem, vt alij illam, tanquam talem credere, & ſequi poſſint, ſufficere non tantùm docere publicè, v. g. ſcientiam Canonum, vel Theologiam moralem, ſed illi ſtuduiſſe, ac profeciſſe, ita vt ab aliis communiter vir peritus, & doctus habeatur; & præſertim ſi ex officio, ſcilicet, Confeſſarij, aut Paſtoris illi incumbat alios Chriſti fideles inſtruere. Ex quibus, & aliis *in* §. 19. traditis ſequitur Parochianos tutò credere, & ſequi opinionem, tanquam probabilem, Paſtoris ſui, & Pœnitentes Confeſſariorum ordinariè loquendo; ſecus enim eſſet, ſi quis Doctor Canonum, aut Profeſſor Theologiæ habeat Paſtorem, aut Confeſſarium multo ſe indoctiorem; vel ſi quis alius proponeret caſum in materia, qua ſciret ſe doctiorem Confeſſario. v. g. Mercator in materia Cambij; tali enim ſola auctoritas Confeſſarij reſponſionem eius non faceret probabilem, nam nemo prudenter alteri credit, quod ipſo meliùs nouit; & ſi poſſunt, imò debent Chriſti fideles credere, non promoueri ad eiuſmodi officia, niſi idoneos, ſatiſque doctos, ſi non habeant vrgentes coniecturas aliter iudicandi, ſeu præſumendi.

SVMMARIVM.

196 *An Confeſſario, vel alteri Doctori conſulto liceat in qualibet materia, etiam iuſtitiæ præbere conſilium ſequendo opinionem aliorum minus probabilem, ſiue deobliget, ſiue obliget petentem conſilium. Referuntur tres ſententiæ, vna abſolutè negans, altera affirmans de opinione deobligante, tertia abſolutè affirmans, ad* 203.

198 *Sæpè expedit conſulere iuxta opinionem minus probabilem ad tollendos ſcrupulos, vel cauendum peccandi periculum.*

199 *Doctor interrogatus expreſſè de ſua opinione non ſemper tenetur iuxta illam conſilium dare.*

Doctor conſultus poteſt licitè præbere conſilium modò iuxta vnam, modò iuxta oppoſitam opinionem, dummodo vtraque putetur, & ſit probabilis, licèt

conſultius

conſultius ſit ſemper conſulere iuxta vnam, & præſertim propriam, & 491.

203 *Si conſulens expreſſè inquirat, an ſit aliqua opinio deobligans, & excuſans à culpa, vel reſtitutione, conſultus debet vel abſtinere à conſilio dando, vel indicare opinionem excuſantem.*

205 *Confeſſarius, ſeu alius Doctor aliquando tenetur erga pœnitentem, aut interrogantem vti opinione deobligante.*

206 *Doctor conſultus certò credens aliorum opinionem eſſe falſam, an poſſit illam conſulenti proponere, & docere licitum ei eſſe eam in praxi amplecti.*

207 *Confeſſarius in danda abſolutione poteſt ſe conformare opinioni pœnitentis ab alijs viris peritis, vt probabili reputatæ, quamuis ipſe eam falſam iudicet.*

208 *Doctor conſultus putans aliquam opinionem improbabilem, aut falſam, & ſciens alium Doctorem illam reputare probabilem ex ignorantia alicuius legis, aut fundamenti contra eam, an poſſit conſulentem remittere ad talem Doctorem, & 209.*

210 *Confeſſarius, & alius vir doctus conſultus, quid debeat facere antequam reſpondeat, præſertim in caſu magni momenti, & quòd non debet eos pudere, ſi non reſpondeant ex tempore, ſed petant tempus ad ſtudendum, & deliberandum.*

Indoctus, & interrogans Confeſſarium, vel alium virum doctum, ſi rationabiliter dubitet de ſufficienti eorum auctoritate, & doctrina, debet ſe de ea informare, ibid.

211 *Magiſtri, & Doctores Cathedratici an teneantur in omnibus ſcientijs, & artibus docere opiniones probabiliores. Affirmatiua.*

212 *Negatiua ſi probabiliores taceant ex aliqua cauſa.*

213 *& quid ſi abſque vlla cauſa doceant minus probabiles, & opiniones minus tutas, & clariores, quæ poſſunt præbere infirmioribus anſam peccandi, vel perſeuerandi in peccato.*

214 *Præceptores, & Cathedratici ex malitia, vel culpabili ignorantia docentes improbabiles, aut falſas opiniones non ſolùm in rebus ad fidem, & mores ſpectantibus, ſed etiam in rebus parui momenti, & merè ſpeculatiuis, puta, Logica, Grammatica, &c. grauiter peccant, & ad tollendam deceptionem, & reſarcienda damna inde ſecuta, tenentur, & 215.*

Ex officio docere veritatem tenentur, Doctor, Confeſſor, Prædicator, Aduocatus, Cathedraticus, &c. ibid. fine.

217 *Sequens temerè in aſſenſu opiniones improbabiles, & falſas in rebus parui momenti, nempè Grammatica, Logica, &c. per ſe loquendo non peccat, vel ſolùm leuiter. At temerè, & ex ignorantia culpabili amplectens in aſſenſu opiniones improbabiles, aut falſas in rebus fidei & morum, peccat mortaliter.*

218 *An, & qua ratione liceat, vel non liceat plures Doctores conſulere, donec inueniatur, qui ad nutum, & placitum reſpondeat. v.g. non eſſe obligationem reſtituendi.*

§. XXII.

An vir doctus, vel Confeſſarius interrogatus poſſit conſulere alijs opinionem alienam probabilem minus tutam, contra propriam opinionem, quam ipſe probabiliorem putat.

196. PRima opinio abſolutè aſſerit eum, qui conſulitur, teneri ad reſpondendum ſecundùm propriam opinionem, non ſecundùm opinionem aliorum, quam etiam probabilem putat. quia qui interrogat Doctorem aliquem, non interrogat de opinione aliorum Doctorum, ſed opinione ipſius, quem interrogat ob exiſtimationem eius doctrinæ, & boni nominis, ac proinde ſi reſponderet ſecundùm opinionem aliorum, videretur quodammodo decipere interrogantem. Confirmatur, quia alioqui Doctor interrogatus nunc poſſet amico reſpōdere, non teneri ad reſtitutionem ſequendo opinionem probabilem alicuius Doctoris, nunc inimico tener, ſequendo item opinionem probabilem aliorum, quod videtur omnino inordinatum. ita Filliuc. *tom. 2. tr. 21. cap. 4. num.* 149. & pro hac eadem opinione à Sala *1. 2. tract. 8. diſp. vnica, num.* 69. allegantur Sotus *in 4. d. 18. q. 2. art. 5. ad finem.* & Henriquez *lib. 4. de Pontifice & leg. cap.* 18. vbi videntur docuiſſe non eſſe licitum conſilium dare iuxta opinionem minus probabilem, ob eam rationem, quòd conſultus eſt Doctor veritatis, & ideo tenetur illam docere. Declarat tamen Filliucius conſultum poſſe aliquando reſpondere ſecundùm probabilem ſententiam aliorum, puta, ſi propriam ſententiam nolit dicere, vel quia ſingularis eſt, vel quia dubia, vel alia iuſta de cauſa, tunc poteſt reſpondere dari talem, vel talem ſententiam probabilem Doctorum, qui dicunt teneri, vel non teneri ad reſtitutionem, nam ſic qui conſuluit, & interrogauit, agnoſcet eam ſententiam tanquam aliorum, non vt eius, qui conſulitur.

Secunda ſententia affirmat virum doctum, vel 197.
Confeſſarium conſultum poſſe dare conſilium iuxta aliorum opinionem probabilem, ſi hæc ſit conſulenti fauorabilior, & illum deobliget; ſecus verò ſi non ſit fauorabilior, ſed onerosa, & in illius damnum, nempè obliget, v.g. ad reſtituendum, vel quid ſimile, ſi conſulens non eſſet reſtiturus, ſi ſciret non eſſe opinionem conſilium dantis, ſed aliorum tantùm, & ſola auctoritate eiuſdem conſilium dantis conuictus reſtitueret. Hæc ſecunda pars negatiua huius ſententiæ probatur, quia iniquum eſt ficta auctoritate conuincere alium. Prima autem pars affirmatiua eiuſdem ſententiæ conſtabit ex mox dicendis. ita Vaſquez 1. 2. *diſp.* 62. *num.* 47. Fagundez *de præcept. Eccl. præcept. 2. lib. 3. cap. 4. num.* 3. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 4. num.* 42. Diana *p. 1. tract. 13. reſol.* 14. Salas *d. diſp. vnica, num.* 84. & 85. (licèt *n.* 95. contrarium doceat,) pro hac eadem ſententia videtur poſſe allegari Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. num.* 9. dum dicit Doctorem alteri conſilium dare poſſe non ſolùm ex propria, ſed etiam ex oppoſita probabili aliorum ſententia, ſi fortè hæc illi fauorabilior, ſeu exoptatior ſit. pro eadem videtur poſſe allegari etiam Villallobos *part. 1. tract. 1. diff. 12. num.* 2. vbi ait quòd quando Confeſſarius tenet vnam opinionem probabilem, & ſcit eſſe alteram item probabilem, quæ fauet pœnitenti, eidem pœnitenti ignotam, debet hanc pœnitenti fauorabilem ſequi, quia pœnitens eſt reus, cui fauendum eſt: ac proinde cùm adeſt opinio probabilis liberans à reſtitutione, non debet Confeſſarius imponere reſtitutionem, nam illa opinio fauet animæ, poſſeſſioni, & reo, præterquam quòd difficillima res eſt reſtituere: ita Villallobos. Addit autem Salas virum doctum conſultum poſſe conſilium petentem abſolutè obligare ex propria opinione, ſi abſolutè interrogarut, quid agere debeat; ſi verò interrogetur, an aliqua ratione excuſari poſſit à reſtitutione, debere explicare opinionem aliorum probabilem, interroganti fauorabilem, aut abſtinere à conſilio dando,

niſi ratione officij teneatur ei conſilium dare, vt tenetur,(inquit,)quilibet Confeſſarius cùm à pœnitente interrogatur.

Tertia ſententia, cui adhæreo, abſolutè docet virum doctum, & Confeſſarium conſultum, & abſolutè interrogatum in qualibet materia, etiam iuſtitiæ, poſſe conſulere, & reſpondere ſecundùm alienam opinionem, etiam minus probabilem, (dummodo ſit, ſeu putetur probabilis,) non ſolùm interroganti fauorabilem, illumque deobligantem, ſed etiam illum obligantem ad reſtitutionem, vel ad quid ſimile.

Prima pars quòd poſſit conſulere ſecundùm opinionem aliorum etiam minus probabilem, deobligantem, (quam etiam præter Auctores numero præcedenti relatos aſſerunt Sanchez *lib.1. ſumm.c.9. num.19.* Salas non ſolùm locis citatis, ſed & *num.69.* Reginaldus *lib.13. num.97.* Saytus *lib.1. clauis cap.6. num.11.* Gordonus *lib.1. ſumm. q.9. num.33. Corollario 2.* Bonacin. *de peccatis d.2. q.4. part.9. num.6.* Caſtrus Palaus *part.1. tract.1. diſp.2. part.3. num.1.* Portel *in dubijs reg. v. opinio, num.7.* Ioann. Baptiſta Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipub. part.2. lib.4. diſp.10. num.201.* & alij Recentiores communiter,) probatur, nam ſi licitum eſt operari, & regulare proprias actiones ſecundùm opinionem aliorum probabilem etiam minus tutam, vt conſtat ex dictis *num.130. & 131.* idem ad eorum actiones regulandas licebit aliis conſulere abſque peccato, dummodo opinio, quam quis conſulit, ſit probabilis, & conſultus non mentiatur in ſuis reſponſis, ſicut non mentitur reſpondens iuxta aliorum opinionem minus probabilem, nam conſulit id, quod probabiliter eſt verum, nec tenetur reſpondere hoc, vel illud, ſuper quo interrogatur, eſſe probabilius, ſed eſſe licitum. Item qui abſolutè interrogat, non tam inquirit conſulti, vel aliorum opinionem, quàm quid ipſi licitum ſit operari, ſiue ex conſulti, ſiue ex aliorum opinione: immò non ſolùm licitum eſt, ſed ſæpè expedit reſpondere, & conſulere iuxta aliorum opinionem probabilem, etiam minus tutam, vt ſi perſona, quæ conſilium petit, ſit valde ſcrupuloſa, vel remedium dandum ſecundùm opinionem probabiliorem ſit valde difficile, ac proinde prudentia dictet hîc, & nunc conſulendum eſſe iuxta opinionem minus probabilem, in qua datur facilius remedium ad iſtum curandum; vt cùm ex conſilio dando pendet homini ſæculari reiteratio confeſſionum totius vitæ, vel magna reſtitutio facienda, quam difficillimè implebit, & tamen adeſt opinio etiam minus probabilis, quæ liberet ipſum ab his duobus, prudentia tunc dictabit licitum eſſe huic conſulere iuxta opinionem minus probabilem relicta probabiliore, & tutiore. Et in vniuerſum Confeſſarius, aut quiuis alius vir doctus prudenter faciet opinionem minus probabilem conſulendo, quando probabiliorem difficilem fore pœnitenti, aut conſilium petenti iudicauerit, quia ſic infirmitati eorum proſpiciunt, & peccandi periculum in eis cauent. ita in terminis Sanchez, & Portel, & indicant omnes alij Doctores
199. hoc numero, & præcedenti allegati. † Ex quibus etiam colligitur, etiamſi is, qui interrogat Doctorem, vel Confeſſarium, interrogaret expreſsè de opinione ipſius, adhuc non ſemper teneri illam manifeſtare, ſeu iuxta illam reſpondere, puta, ſi fomentum ſcrupulorum peccandi, vel in peccato perſeuerandi periculum, aut aliquod aliud inconueniens inde orireтur, vt etiam in terminis notauit Palaus
200. *num.1.* † Infertur quoque ex dictis virum doctum, vel Confeſſarium interrogatum poſſe conſulere modò ſecundùm vnam, modò ſecundùm aliam oppoſitam ſententiam, id eſt, modò iuxta propriam, modò iuxta aliorum opinionem probabilem: quia ſicut ex eo, quòd vtraque eſt, & reputatur probabilis, ipſe poteſt in praxi modò vnam, modò alteram etiam minus probabilem in praxi ſequi, vt oſtenſum etiam eſt ſuprà *num. 140. fine*, ita poteſt licitè, & abſque inordinatione, quòd ſit peccatum, aliis conſulere modò vnam, modò alteram; vt etiam docent in terminis Vaſquez, Saytus, Salas, Sanchez, Portel, Bonacina, Layman, Fragoſus & alij. qui tamen aduertunt melius eſſe ſi ſemper conſilium maximè in ſcriptis præbeat iuxta eandem opinionem, præſertim iuxta propriam, ne varius, & inconſtans deprehendatur, quam tamen varietatis, aut inconſtantiæ deprehenſionem, ſeu reprehenſionem vitabit, ſi in conſilio, quod in ſcriptis, vel voce præbet, aſſerat, quamuis contraria opinio probabilior ſit, hanc quoque tanquam probabilem poſſe tuta conſcientia amplecti. ita Sanchez. Porrò in propoſitione huius partis dictum eſt, in qualibet materia etiam iuſtitiæ, v. g. reſtitutionis, ad excludendam limitationem Valentiæ 2.2. *diſp.5. queſt.7. part.4. verſic. reſp. dupliciter, & dub.3.* poſt dictum tertium, vbi vult Doctorem, vel Confeſſarium tam in confeſſione, quàm extra conſultum in materia iuſtitiæ teneri conſulere iuxta opinionem, quam probabiliorem putat, eo quia cõſultus eſt iudex in foro conſcientiæ, ac proinde ſicut iudex fori externi tenetur ſententiam ferre iuxta probabiliorem ſententiam, (vt tenent plures, de quibus infrà,) ita hîc conſulere. Addit Valentia, quòd cùm cauſa illius, cui fauet probabilior opinio, ſit dignior, videtur committi perſonarum acceptio, ſi iuxta probabiliorem ſententiam non præbeatur conſilium; quam limitationem non ponunt alij Doctores ſuprà allegati, loquentes indiſtinctè, & in terminis excludunt Vaſquez 1.2. *diſp.65. cap.1. initio.* Sanchez *d. cap.9. num.22.* & Palaus *d. num.1.* & conuincunt argumenta allata, & alia etiam infrà poſita ad probandam ſecundam partem huius ſententiæ. Neque obſtat illud de iudice, tum quia contrarium plures ſentiunt, vt infrà dicitur, tum quia admiſſa altera ſententia infrà approbanda, dicendum eſt diſparem eſſe rationem iudicis fori externi, & interni, ſcilicet, quòd ille ſit iudex inter partes, & ita conſtituitur à Republica, vt ſecundùm id, quod magis æquum credit, ſententiam ferat: at hic eſt in foro pœnitentiæ iudex, quod iudicium eſt medicinale, nec inter partes, ſed inter hominem, & Deum, atque adeò ſat eſt Confeſſario, & Doctori conſulto efficere, vt in ordine ad Deum rogans rectè componatur, quod præſtant ſequendo in conſulendo opinionem probabilem.

Secunda pars huiuſmet tertiæ ſententiæ, quòd 201.
ſcilicet Doctor, vel Confeſſarius abſolutè conſultus, & interrogatus poſſit relicta opinione, quam probabiliorem credit, conſulere iuxta opinionem aliorum minus probabilem etiam obligantem, ſeu imponentem obligationem reſtituendi, vel aliam obligationem, aſſeritur à Sanchez *d. cap.9. num.21.* Salas *d. diſp. vnica, num.95.* Bonacina *vbi ſuprà*, qui in terminis aiunt, Doctorem conſultum poſſe ſequi alienam opinionem minus probabilem, non ſolùm quando interrogantem deobligat, ſed etiam quando obligat. eandem partem aſſerere videntur Saytus, Reginaldus, Gordonus, Portel *locis allegatis*, dum abſolutè, & abſque vlla diſtinctione docent licere in conſulendo ſequi opinionem aliorum minus
probabilem. † Eandem partem tradit Villallobos 202.

d.

d.tract. 1. *diſſ.* 5. *n* 3. *& diſſ.* 9. *num.* 1. vbi ſecutus ſententiam traditam à Sanchez *de matr. lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 30. & ab Azorio 1. *part. lib.* 2. *cap.* 16. *quaſ.* 2. *§. vt in hac re.* ait, quamuis in dubio melior ſit conditio poſſidentis, & ſeqoenda ſit opinio fauens poſſidenti, tamen quando ſunt diuerſæ, ſeu oppoſitæ opiniones circa rem aliquam, nulla eſt obligatio ſequendi opinionem poſſeſſioni, ſeu poſſidenti fauenti, cùm non teneatur magis fauere poſſidenti, quàm alteri, vt docet etiam Vaſquez *d. num.* 14. nec etiam judex judicando tenetur eidem poſſidenti fauere, quia tantùm in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & illi fauendum, iuxta notata ſuprà *num.* 136. at in propoſito caſu non eſt dubiuio ex parte Doctoris, vel iudicis, ſed probabilis opinio hinc inde, ſeu Doctor, vel iudex probabiliter opinetur; in rebus autem moralibus juxta communem ſententiam ſatis eſt ſequi opinionem probabilem. ita *locis citatis* Villallobos, quod idem tradit Salas *d. num.* 95. aſſerens quòd licèt in dubio etiam opinatiuo melior ſit conditio poſſidentis comparatione ipſiuſmet poſſidentis, ita vt ille, quamdiu eſt in ea tali dubio, non teneatur reſtituere, ſed poſſit ſequi opinionem ſibi fauentem, eandem tamen opinionem ſibi fauorabilem Confeſſarius, aut Doctor non tenetur ipſum docere, cùm abſolutè interrogat, quid debeat facere. Sicut etiam iudex non tenetur opinionem illi fauentem ſequi, ſed poterit ſaltem ſecundùm probabiliorem opinionem ipſum expoliare. ita Salas.

103. Probatur hæc ſecunda pars à Sanchez, & Bonacina, quia ſi Doctor iuxta opinionem probabilem poteſt interrogantem deobligare, non eſt, cur etiam non poſſit obligare, cùm in vtroque Doctor rectè, & iuxta opinionem, quam probabilem putat, conſulere teneatur, & in vtroque petens conſilium de opinone eius interroget, & ea verè ſit eius opinio, cùm tanquam probabili illi aſſentiatur; vnde nec conſilium petẽtem decipit; cùm eadem opinio obligans non ſit falſa, ſed probabilis: & ſæpe etiam iuxta prudentiam expediat non explicare opinionem probabiliorem excuſantem à reſtitutione, vel alia obligatione, tum ne detur anſa incidendi in peccatum, cui occaſionem ſæpe poteſt præbere opinio excuſans à culpa, & ab obligatione; tum quia opinio Doctoris excuſans ſit ſingularis, nec vulgaribus, & tritis innixa fundamentis, ac proinde aliis etiam doctis, ea ignorantibus videri poſſit improbabilis, & ſcandalum paritura. Neqoe obſtat, quòd conſilium petens non eſſet reſtituturus, ſi haberet notitiam opinionis excuſantis, quam Doctor probabiliorem iudicat. nam idem, inquit, & rectè Sanch. accideret, ſi ſciret Doctorem reputare minus probabile, tutum tamen, & probabile non obligari ad reſtitutionem, nullus autem obligat Doctorem, vt hoc interroganti, ſeu pœnitenti manifeſtet: & expreſsè Salas *d. num.* 85. ait Doctorem abſolutè interrogatum, poſſe interrogantem abſolutè obligare ſequendo propriam opinionem probabiliorem.

Hæc tamen ſecunda pars, & tota doctrina præcedens à Sala, Sanchez, Reginaldo, & Bonacina declaratur, vt non procedat, ſi interrogans, ſeu conſilium petens expreſsè petat, & inquitat, an aliqua ratione excuſari valeat à reſtitutione, v. g. facienda; nam tunc omnes aiunt, Doctorem, vel Confeſſarium conſultum teneri, aut à conſilio dando abſtinere, aut aliorum opinionem probabilem excuſaotem de-
104. clarare. † Hanc eandem partem, & Doctorem conſultum poſſe ex aliorum opinione obligatiooem conſulere, admittit Caſtrus Palaus allegato *punct.* 3. *num.* 1. cum hac declaratione, ſcilicet, ſi conſilium petens intelligat ſolùm ex probabili opinione ſibi eſſe obligationem conſultam, nam tunc veritatem manifeſtat, neque illi iniuriam facit, ſiquidem tacitè dicit contrarium eſſe probabile, & poſſe illud tutò ſequi. At ſi is qui conſuluit, intelligat id ſibi vt indubitatum conſuli, iniuriam (inquit Palaus,) illi facit, ſi ab ignorantia non remoueat, & veritatem non manifeſtet. Præterea, addit idem Palaus, omnes petentes conſilium, eſto expreſsè non rogent, an aliqua ratione excuſari poſſint à reſtitutione, tacitè rogant, cùm dicunt, an obligati ſint reſtituere; ſi ergo cùm expreſsè rogant, an aliqua ratione à reſtitutione excuſentur, tenetur Doctor conſultus manifeſtare aliorum, vel propriam probabilem ſententiam excuſantem, ſic tenetur cùm abſolutè de obligatione interrogant, cùm nullus præſomi debeat ſibi velle imponere obligationem, quando ab illa poteſt excuſari; ſed contra hanc Palai declarationem eſt, quia reſpondens iuxta opinionem probabilem, non explicans, vel indicans adeſſe aliam opinionem probabilem, quando de ea non eſt interrogatus, nec ſuam reſponſionem aſſerit eſſe indubitatam, verè manifeſtat veritatem, cùm opinio ſit probabilis, & conſequeoter etiam non decipit interrogantem, nec illi facit iniuriam, eſto idem interrogans accipiat reſponſiooem, vt indubitatam. Dato etiam quòd petens abſolutè conſilium tacitè, & interpretatiuè velit ſibi explicari opinionem eum ab obligatione eximentem, cùm quilibet cupiat deobligari, tameo hæc tacita petitio, ſeu voluntas interpretatioa, & exteriùs non expreſſa, non habet eandem vim, ac ſi expreſsè indicaretur ei, à quo conſilium petitur: ſiquidem taciti, & expreſſi non eſt eadem vis, vbi agitur de obligatione, vel de actus nullitate, vt oſtendi *in tractatu de contractu matrimonij, cap.* 10. *num.* 25. & colligitur ex traditis à Vaſquez 1.2. *diſp.* 30. c. 4. *num.* 24. *&* 25. & à Sanchez *lib.* 4. *ſumm. cap.* 2. *num.* 6. *& duobus ſequentib.*

Quare exiſtimarem Doctorem, vel Confeſſa- 205.
rium abſolutè conſultum, tunc ſolùm debere conſilium dare iuxta opinionem deobligantem, quando id agnoſceret neceſſarium ad liberandam petentem à ſcrupuſis eum notabiliter vexantibus, vel à periculo peccati, in quod incideret, vel perſeueraret, puta, quia ſi ei reſponderetur iuxta opinionem obligantem ad reſtitutionem, non eſſet reſtituturus, vel quàm difficillimè reſtitueret, in his, aut ſimilibus caſibus conſulens ſaltem ex charitate teneretur conſilium petenti ſuccurrere, proponendo ei opinionem deobligantem, & iuxta hoc poſſet intelligi, (ne alioqui dicamus ſibi eſſe contrarium, paucis interiectis.) Villallobos *ſuprà num.* 197. allegato, ſcilicet, quòd Confeſſarius debeat erga pœnitentem vti opinione illi fauorabili, ſcilicet fauente pœnitenti, quatenus pœnitens eſt, cuius conſcientiæ, & animæ proſpicere debet, & conſequenter illum liberare à vexatione ſcrupulorum, & perplexitate, & à periculo peccandi, quantum ſaltem commodè poteſt, quod contingit quando habet opinionem probabilem deobligantem.

Quod autem addit Villallobos, ſequendum ſcilicet eſſe id, quod fauet reo, verum eſt in iudice vbi ſunt diuerſæ opiniones æquè probabiles, vel æquales facti probationes, vt latè explicatur infrà *n.* 495. 496. 500. 501. *&* 516.

An autem teneatur Confeſſarius ſequi opinionem pœnitentis, explicatur *infrà.*

Doctor conſultus certò credens aliorum opinionem eſſe falſam, an poßit illam conſulenti proponere, & docere ei licitum eſſe iuxta eam operari.

206. SEd quid ſi Doctor conſultus puret opinionem aliorum eſſe falſam, an poſſit roganti illam proponere, & docere ſe poſſe illam in praxi amplecti? Sanchez *d. cap. 9. num.* 19. ait non licere Doctori conſulto in conſulendo ſequi opinionem alienam, quam credit eſſe falſam. Et addit hoc eſſe certum; quia, inquit, quis nequit, quod credit eſſe falſum, conſulere, & dicit in hoc caſu tantùm loqui Sotum loco ſuprà *num.* 196. allegato, & hoc idem aſſerit Fragoſus *d. num.* 201. At non diſplicet, quod tradit Layman *d. cap. 5. eodem num.* 9. nimirum licitum eſſe Doctori conſulto ſignificare conſulenti opinionem à quibuſdam viris doctis tanquam probabilem defendi, quam proinde ſequi ipſi liceat; quamuis idem Doctor eiuſmodi ſententiam ſpeculatiuè falſam eſſe certò ſibi perſuadeat, vt proinde ipſemet in praxi eam ſequi non poſſit: & ratio eſt, iuxta eundem Layman, quia cùm conſulens in re dubia ius habeat ſe conformandi opinioni, quæ à quibuſdam viris doctis defenditur, nil obſtante, quòd aliqui alij contradicant, & ſpeculatiuè ſententiam improbabilem iudicent: hoc ipſum ius Doctor non prohi-
207. betur conſulenti iudicare. † Confirmatur hæc doctrina Layman ex alia doctrina, quam contra Manuelem 1. *tom ſum. in 2. edit. c. 62. num.* 11. tradunt poſt Sotum *allegato art. 5. ad fin* Valentiam 2. 2. *diſp. 5. q. 7. part. vltima fine*, idem Sanchez *allegato cap. 9. num.* 30. Bonacina *d. puncto 9. n.* 8. & ipſemet Layman *num.* 10. ſcilicet Confeſſarium poſſe quoad abſolutionem impendendam ſe conformare opinioni pœnitentis, quamuis ipſe eam eſſe improbabilem, aut falſam exiſtimet, modò ſciat illam tanquam probabilem reputari à Doctoribus peritis, & probatæ auctoritatis; nam talis opinio eſt verè probabilis, nec tenetur pœnitens ſententiæ Confeſſoris potius, quàm aliorum acquieſcere; ac proinde eſt bene diſpoſitus abſolutioni recipiendæ: addit idem Sanchez, quòd tunc Confeſſarius eatenus dicitur ſe conformare opinioni pœnitentis, quatenus illam ei permittit, non autem quaſi ſequatur illam.

Quando Doctor conſultus putat aliquam opinionem eſſe falſam, aut improbabilem, & ſcit alium, vel alios Doctores illam reputare probabilem, an poßit conſilium petentem ad illum, vel illos remittere?

208. QVid etiamſi Doctor conſultus iudicet opinionem deobligantem improbabilem, aut falſam, an licebit ei mittere conſilium petentem ad alium Doctorem, quem ſcit illam, vt probabilem ſuſtinere ex inuincibili ignorantia alicuius legis contra talem opinionem, vel alicuius fundamenti, per quod ſibi talis ſententia deobligans eſt euidenter falſa. Reſpondent negatiuè Vaſquez *d. cap. 9. num.* 23. Salas *d. diſp. vnica, num. 84. fine*, Sanchez *d. c. 9. num.* 23. & Palaus *d. diſp. 2. puncto 3. num. 5. fine.* eam afferentes rationem, quòd quamuis ille alius Doctor abſque peccato conſilium præberet ratione inuincibilis ignorantiæ; at remittens veritatis conſcius, & improbabilitatis, ac falſitatis illius opinionis apud alios peritos, vel apud ſe, non poteſt à culpa excu-
209. ſari. † Addit tamen Sanchez poſſe remittere, quamuis eam opinionem improbabilem, & falſam cenſeret, ſi alius Doctor non ex ignorantia legis alicuius, vel fundamenti, per quod eidem conſulto euidenter falſa videtur ductus, ſed aliis rationibus, quæ tali Doctori, & aliis viris doctis probabiles videntur, opinionem illam, quam ipſe falſam putat, defenderet; quia poteſt conſilium petens ſequi in praxi opinionem Doctoris illius, ad quem remittit, cùm reuera ſit probabilis, quamuis remittenti improbabilis videatur, vt colligitur ex dictis ſuprà *n.* 85. & 207. Hanc additionem non poſſe ſubſiſtere ait Palaus, quia, inquit, vel illam ſententiam, quam ille alius Doctor defendit, alter doctus conſultus euidenter iudicat falſam, vel non iudicat euidenter, ſi euidenter ſimul etiam iudicare debet defendentem illam ignorantia laborare, ac proinde reuera defendi non poſſe; non ergo poterit eſſe occaſio, vt aliquis eam in praxi ſequatur. Quòd ſi non euidenter iudicat improbabilem, & falſam, imprudenter ſe gerit, ſi eam vt probabilem non reputat ſaltem per principia extrinſeca; & ita poterit rogantem remittere ad illum Doctorem fauorabilem, ſicut & ipſe poterat ſecundùm opinionem illius Doctoris interroganti reſpondere; ſed neſcio an hic diſcurſus in aliquo feriat Sanchez, & non videtur continere, niſi ipſius Sancij doctrinam. Mihi videtur, quòd quoties non ſciret illum alium Doctorem errare ob ignorantiam alicuius legis claræ contra ſententiam a ſe, & ab aliis reputatam probabilem, Doctor conſultus exiſtimans etiam certò eſſe falſam opinionem ab alio Doctore vnà cum aliis Doctoribus iudicatam probabilem, ob alias rationes illis viſas probabiles, poſſet abſque peccato interrogantem ad talem Doctorem remittere, ſicut & ipſe poſſet eidem interroganti eandem opinionem proponere, iuxta dicta ſuprà *n.* 206. ex reſponſione Layman, & licet vna ratio pro ſua ſententia ſibi videatur certa, & euidens, & inuincibilis, ſeu talis, cui reſponderi non poſſit, non ideo tamen opinionem oppoſitam, quam alij viri docti ob alias rationes, ab ipſis probabiles reputatas, defendunt, debet exiſtimare improbabilem, vt dixi ſuprà *num.* 84. fortè enim alij illam tandem ſoluent.

Cæterùm cùm antequam iudicetur, ſeu deligatur 210.
aliqua opinio tanquam probabilis in rebus, in quibus agendis periculum eſt peccati, præmittenda ſit debita diligentia, & maior in re magni momenti, quàm in re parui momenti; Confeſſarius, & quiuis alius vir doctus interrogatus, ſeu conſultus circa agenda, non reſpondeat iuxta ſuam, vel aliorum opinionem, niſi eam adhibita ſufficienti diligentia per principia intrinſeca, vel extrinſeca exiſtimet probabilem, iuxta ſuprà dicta: & ſi interrogetur de reſtitutione magni momenti, v.g. aliquot millium, non reſpondeat iuxta quamlibet exiſtimationem, qua quomodocunque putet probabile nil debere reſtitui, ſed reuideat à ſe notata ſi habet, vel reuideat, & conſulat auctores, qui de ea, vel ſimili materia bene, & exactè ſcripſerunt, eorumque rationes diligenter expendat, vel pondus auctoritatis ſcribentium, & poſtea reſpondeat, id quod omnibus perpenſis, & bene conſideratis iudicauerit eſſe vel certum, vel probabile. quòd ſi ageretur de reſtitutione parui momenti, v.g. paucorum ſcutorum, tunc minor, & exigua diligentia prærequireretur, & faciliùs ex tempore poſſet reſpondere, an reſtituendum eſſet, necne. Ad veriorem etiam reſponſionem indagandam, & conſulenti dandam, etſi non neceſſarium, conſultiſſimum tamen eſt, viris etiam doctiſſimis conſulere ipſum quoque Spiritum ſanctum, ſaltem animo in Deum eleuato: anima enim viri ſancti (vt verè

Eccleſiaſticus c.37.) enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Non deſinam etiam aduertere neminem, quamuis virum doctum, debere pudere, ſi in caſu alicuius momenti non reſpondeat ex tempore, ſed petat tempus aliquod antè ſtudendi, ac deliberandi; ſæpè enim caſus pendent ex aliqua circunſtantia, lege, aut Canone, qui facile excidit è memoria; quare hoc eſt maturæ prudentiæ. E contra valde imprudenter Confeſſarij pœnitentes ſuos periculo exponunt, & maiori ſe ipſos, qui fortè ne non videantur ſatis docti, tenent tempus deliberandi petere ad caſum meliùs examinandum. Tenerentur ſiquidem illi ipſi etiam ad reſtitutionem, ſi falsò non præmiſſa debita diligentia dicerent nil eſſe reſtituendum, & peccarent verè, & formaliter iuxta tradita ſuprà *n.124.* etſi pœnitentes tantùm materialiter, qui iuxta dicta in præcedentibus, præſertim *§.19. & §.21.* prudenter acquieſcunt eorum conſilio tanquam probabili, quamuis falsò.

Aduerto denique indoctos, & interrogantes, ſeu petentes conſilium ſuper caſu aliquo conſcientiæ reſtitutionis, vel ſimili, ſi contingat eos habere aliquam rationem, ſeu coniecturam ſufficientem dubitandi de ſufficienti auctoritate, & doctrina Confeſſarij, alteriuſve à ſe conſulti, debere ſe de ea plenè informare, ſi caſus ſit magni momenti; leuior verò informatio ſufficiet in caſu parui momenti.

Magiſtri, & Cathedratici an teneantur in omni ſcientia, & diſciplina docere opiniones probabiliores, an verò ſatis ſit, ſi probabiles, & qualiter peccent docendo opiniones falſas, aut improbabiles, & ad tollendam deceptionem teneantur.

211. SEd quid dicendum de Præceptoribus, & Magiſtris, & Cathedraticis, ſeu Rectoribus alicuius Cathedræ, an nimirum debeant, & teneantur docere opiniones, quas probabiliores putant, maximè in rebus grauibus, & ad fidem, & mores pertinentibus.

Affirmant abſolutè Filliucius *tom. 1. tract. 2. cap. 4. n.148.* Becanus *2.2. tract. 1. cap. 4 q. 9. num. 14.* & alij tacitis nominibus relati à Sala *d. diſp. vnica, num. 69. paulo poſt initium.* Rationem eſſe, ait Filliucius, quia ideo illis tale munus docendi, & tradendi diſciplinas, ac ſcientias commiſſum eſt, vt diſcipulos doceant probabiliora in rebus, quarum certitudo non eſt. Becanus ait Præceptores teneri docere ſententias, quas credunt probabiliores, & adhibere moralem diligentiam, vt veritatem aſſequantur, quia alioqui iniuriam faciunt diſcipulis, & exponunt illos periculo erroris, præſertim ſi res pertineant ad fidem, & bonos mores. Filliucius pro hac ſententia allegat Nauarrum *in ſum. cap. 25. num. 57.* vbi tamen ſolum ait, peccare eum, qui ſciens, aut ſcire debens falſa in alicuius notabile damnum ſpirituale, vel temporale docet, vel ſubtilia magis, quàm vtilia docendo auditorio notabiliter nocet: ſentit autem ita in ſpectantibus ad fidem, & mores, tradendis, Gordonus *d. lib. 1. quaſt. 9. n. 33. fine.* vbi ſic habet, *ſed nec verum eſt, quod aliqui dicunt, teneri Doctorem in ſcholis docere ſemper opinionem, quæ ipſi videtur probabilior, poteſt enim ſuam quam magis probat, reticere ſequens communem, & magis probatam, excipio res ad fidem, & bonos mores ſpectantes.*

212. Sed verius eſt præfatos Doctores inter legendum in ſcholis non teneri opiniones, quas iudicant probabiliores, docere, vt tradunt Salas *d. n. 69.* Sanchez *d. c. 9. n. 26.* & Caſtrus Palaus *d. puncto 3. n. 7.* & ita videtur ſentire etiam Breſſerus *de conſcientia lib. 3. cap. 6. num. 73. verſ. confirmatur*, eo quòd quæ probabiliora videntur, ſæpè ſint ſingularia, & minus recepta, ac probata, quæ proinde euulgata ſcandalum generarent, atque adeò expedit illa tacere; & prætetea graue iugum videretur Magiſtris impoſitum, ſi obligationem haberent docendi, quæ ſibi probabiliora apparent: tum, quia ex huius obligationis vigore deberent ſemper antequam doctrinam aliquam traderent, inueſtigare diligenter rationes pro vtraque parte: tum, quia cùm ſæpè opinio, quæ probabilior heri apparuit, hodie minus probabilis appareat, cogerentur quotidie docere contraria, & mutare in ſcriptis ſententiam. Sufficit ergo, ſi opiniones, quas adhibita ſufficienti diligentia iudicant probabiles, doceant. † An verò ſi abſque vlla cauſa 213.
doceant opiniones minus probabiles tacitis probabilioribus, peccent, nihil de hoc dicit Salas, Sanchez eos excuſat à mortali cùm doceant opinionem quam verè probabilem putant; dicit tamen, (& in hoc eum ſequitur Hieronymus Pharao *in prompt. tract. 1. ſeſſ. 3. caſu 1.*) peccare venialiter, quia non fideliter docent, quod ſentiunt, ac aliquam iniuriam diſcipulis irrogant, Palaus autem eos excuſat etiam à culpa veniali, eo quòd ſemper adeſt ratio excuſans, ſcilicet graue iugum, quod Doctoribus imponeretur, & obligatio mutandi ſæpe ſententiam. Ego exiſtimo, vt ſaltem imprudentiæ notam euitent, eos debere cauere à tradendis opinionibus minus probabilibus, minuſque totis, & a paucis receptis, quando ſunt ex laxioribus, & quæ facile parum timoratis occaſionem peccandi, vel perſeuerandi in peccato præbent; qualis apud me eſt opinio, quòd furantes minuta a diuerſis, etiamſi magnam collegerint quantitatem, non teneantur ſub mortali ad reſtitutionem, ſi nulli damnum notabile intulerint: & qualis eſt opinio, quòd fœmina, vel monialis, quæ fornicata eſt, ad cauendam infamiam poſſit abijcere ſemen, vel fœtum nondum anima rationali informatum, & ſimiles opiniones, ex quibus ſpiritu infirmi, & parum timorati homines facillimè ſumunt anſam labendi in peccatum, vel illud reiterandi.

Quòd ſi præfati Doctores, ſeu Magiſtri falſas, 214.
ac improbabiles opiniones doceant, vel ex malitia, vel ex ignorantia culpabili, ob non adhibitam debitam diligentiam, ſi ſit in rebus ad fidem, & mores pertinentibus, certum eſt eos peccare mortaliter, vt Sanchez, & Palaus aiunt, cùm occaſionem grauiſſimam errandi in rebus tam neceſſariis præbeant, ac diſcipulos in re graui decipiant, & ita etiam Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipub. p. 2. lib. 4. diſput. 10. num. 203.* At ſi opiniones improbabiles tradant in rebus parui momenti, & merè ſpeculatiuis, Logicæ, ſcilicet, vel Grammaticæ, aut Phyſicæ, videri poſſet nullum eſſe peccatum, vel ſaltem eſſe tantùm veniale, ex auctoritate S. Auguſtini *in cap. in quibus 21 quaſt. 2.* relata ſuprà *num. 125.* quæ his continetur verbis, *in quibus nihil intereſt ad capeſſendum regnum Dei, vtrùm credatur, aut non, vtrùm vera putentur, aut falſa, in his errare, aliud pro alio putare, non eſt arbitrandum eſſe peccatum, aut ſi eſt, minimum eſt, atque leuiſſimum*; & ita vel nullum eſſe peccatum, vel tantùm veniale, tenent Salas *d. diſput. vnica, num. 44.* Hieronymus Pharao *d. ſeſſ. 3. caſu 2. fine.* & Fragoſus *d. num. 203.* Nihilominus dicendum cum Sanchez, & Palao eſſe peccatum mortale, niſi leuitas materiæ excuſet; tum quia non ſatisfaciunt ſuo officio Magiſtri, quod eſt docere veritatem, & errores depellere: tum

quia

quia ſiue ex officio, ſiue non ex officio exerceant munus docendi, grauem iniuriam Auditoribus inferunt in eorum intellectibus falſa dogmata, &
215. errores ſeminando. † Confirmatur ex doctrina, quam Caietanus *in ſumma verb. reſtitutio, cap.* 7. & cum plùribus aliis Petrus Nauarrus *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 2. *dubit.* 10. *num.* 3. tradunt, ſcilicet, eum, qui docuit proximum falſam doctrinam, ſiue ſpectantem ad fidem, (v. gr. hæreſim,) ſiue ſpectantem ad mores,) puta aliquid tanquam licitum, quod reuera eſt peccatum,) ſiue ſpectantem ad alias ſcientias, diſciplinas, & artes, (Philoſophiam, Grammaticam, & alias artes,) teneri ad reſtitutionem, ſeu ad reſarciendum damnum inde ſecutum, & ad tollendum errorem, ſiue ex officio, ſiue non ex officio doceat, cum hac tamen differentia, quòd ſi non teneatur ex officio docere veritatem, aiunt eum teneri ex iuſtitia reuocare proximum ab errore, admonendo eum, falſa eſſe, quæ docuit; & rationem afferunt, nimirum, quia dolo, & fraude, infert iniuriam proximo; ſi verò tenebatur ex officio, (& ex officio teneri Doctorem, Confeſſorem, Prædicatorem, Aduocatum, Cathedraticum, & ſimiles, ait Petrus Nauarrus *vbi ſuprà*,) docere veritatem fidei, morum, aut alterius ſcientiæ, vel artis aſſerunt eum non ſolùm teneri admonere deceptum, & reſarcire damna ſecuta ex falſa doctrina, ſed etiam teneri iterum veram doctrinam docere,
216. quia ad id ex officio tenebatur. † Neque dictis obſtat auctoritas Diui Auguſtini, qui non loquitur de docente publicè, ſed de ſequente, & amplectente in aſſenſu, ac defendente opiniones falſas, vel improbabiles in merè ſpeculatiuis, ſcilicet, Logica, Grammatica, & ſimilibus ſcientiis, & artibus, vt conſtat ex verbis eiuſdem Auguſtini, & tradunt Salas & Palaus *locis citatis*, ac proinde, qui in prædictis diſciplinis improbabiles opiniones, non vt magiſter, ſed vt particularis Doctor in aſſenſu ſequeretur, & cauſa ingenij exercendi defenderet, aut nullum, aut leue peccatum admitteret, vt oſtenſum eſt ſuprà *d. num.* 124. & præter Salam, & Palaum do-
217. cet etiam Villallobos *loco allegato in d. n.* 124. † Vbi etiam dictum Salæ *eodem n.* 44. aientis per ſe loquendo in ſolo aſſenſu ſequi temerè opiniones probabiles circa res morales non eſſe peccatum mortale, ſecluſo ſcandalo, & proprio periculo, eas in praxi amplectendi, ſed tantùm veniale reieci, & cum aliis Doctoribus ibidem relatis oſtendi eſſe mortale, tum ex auctoritate Diui Auguſtini à contrario ſenſu; tum ex probabilitate periculi eas ſequendi in praxi; tum demum, quia ex ſe graue malum videtur ex malitia, vel culpabili ignorantia de rebus tam neceſſariis, quales ſunt ad fidem, & mores ſpectantes, malè & peruersè ſentire.

An liceat conſulere alios, & alios Doctores, donec inueniatur qui reſpondeat ad placitum.

218. CÆterùm ſupereſt alia difficultas, an ſicut Doctor conſultus poteſt iuxta oppoſitas ſententias conſulere, vt dictum eſt *num.* 200. ita petens conſilium, poſtquam conſuluit vnum Doctorem, vel alterum, qui ei non reſpondet ad placitum, poſſit alios, & alios conſulere, vt inueniat, qui ei reſpondeat iuxta id, quod ſibi placet. v. g. non eſſe obligationem reſtituendi. Nauarrus *in man. cap.* 17. *num.* 82. *&* 83. ait non excuſari à reſtitutione, & à peccato furti, & detentionis eius, quod alteri debitum eſt, tum eum, qui conſuluit eos, quos ſibi placita reſponſuros credit, & niſi hoc crederet, eos non conſuleret, tum eum, qui conſuluit multos, qui dixerunt illi ipſum ad reſtituendum teneri; & ab aliis conſulendis non deſtitit, donec aliquem reperiat, qui reſpondeat ipſum non teneri, & huic potius, quàm reliquis fidem adhibet. quod quoad vtrumque dictum deſumpſit ex Adriano *in* 4. in materia *de reſtitutione quæſt.* 88. quæ eſt de reſtitutione *dub. vltimo, verſic. His præmiſſis*, vbi dicit eos non excuſari à reſtitutione, & peccato furti, ac detentionis rei alienæ qui ad peritos recurrunt, quos veriſimiliter ſecum ſentire præſumunt, & tot accerſunt, quoad vnum ſolum reperiant, qui ſecundùm eorum affectum conſulit, & hunc ſolum magni pendunt; & hic, (ſubdit Adrianus) locum habet illud Apoſtoli, *erit tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi Magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*, 2. ad Timotheum 4. ſic 3. *Regum* 22. de Achab legibus. *Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum, Michææ filius*, &c. ſicut nec excuſatur à nece ſui ipſius, qui vt impenſis parcat, vel certè, vt in medicina recipiat, quæ amat, dulcia, aut ſimilia, ſemetipſum credit mulierculis imperitis, & medendo corpori, toxica quædam adhibet pro remedio; ſed oportet ſincerè vtrobique incedere: hìc ſufficienter ſanitatem quærere, & in noſtro propoſito veritatem iuſtitiæ edoceri; hæc Adrianus. Nauarrum, & Adrianum ſequitur Hieronymus Pharao *in prompt. in appendice de Sacramentis ſeſſ.* 26. *caſu vnico.*

Dicendum eum, qui conſulit aliquos, quos iuxta 219.
voluntatem ſuam reſponſuros nouit, vel præſumit, alioqui non petiturum conſilium, vel conſulit data opera, & ſcienter imperitos, vel alios, & alios, vt tandem reperiat imperitum, qui iuxta ſuam affectionem conſilium præbeat, procul dubio non excuſari à peccato; vt optimè Adrianus, & Nauarrus aiunt, quia iſte non intendit operari iuxta rectam conſcientiam, ſed ſecundùm ſuam volunta-
tem. † Si quis autem poſt conſultum vnum, aut al- 220.
terum virum doctum, cuius reſponſum non placuit, conſulat alios, & alios viros doctos, vt inueniat aliquem, qui placitam reſponſionem præbeat, & id faciat bona intentione, ſcilicet, animo agnoſcendi, an opinio ſibi fauens ſit probabilis, & firmo propoſito nil mali efficiendi, ſed id ſolum, quod ſibi licere repererit, ac proinde interroget eos viros, quos attenta eorum peritia, & probitate credit reſponſuros probabilia, immunis erit à culpa, vt etiam docent Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 24. Zummel 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *diſp.* 4. *fine.* Bonacina *d. puncto* 9. *num.* 10. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 44. *num.* 54. *verſic. ob quod certum.* Caſtrus Palaus *d. puncto* 3. *num.* 6. Paſqualigius *deciſ.* 33. & alij Recentiores communiter. Et ratio eſt, quia cùm licitum ſit ſequi in praxi opinionem probabilem, qui plures viros doctos, & probos tantùm probabilia reſponſuros animo ab eis agnoſcendi, an probabile ſit, in tali caſu ſibi liceat aliquid facere, vel omittere, vtitur iure ſuo, & nil aliud in tali inueſtigatione intendit, quàm cognitionem illius, quod ſibi ſit, vel non ſit licitum, vt poſtea operetur id tantùm, quod ſibi licere reſponſum fuerit. Aduertunt tamen aliqui ex præallegatis Doctoribus in tali inueſtigatione timendum periculum errandi, & ne lateat anguis in herba, ſcilicet, ne fortè quis putans quærere lumen, verè quærat tenebras, & ex vehementi affectu inueniendi placitam reſponſionem, tandem non præmiſſa debita diligentia agnoſcendi hominem recur-

rat ad Doctorem cœcum, & lumine ſcientiæ carentem, qui eum in foueam deiiciat, quòd ſi poſt adhibitam debitam diligentiam eirca qualitates Doctoris, putans eſſe virum peritum, & probum, ad ipſum pro conſilio accedat, & ille ob imperitiam, vel malitiam reſpondeat non probabilia, peccabit quidem Doctor, ſed idem conſulens, qui inculpabiliter credens eum eſſe virum doctum, & probum, illum bona fide conſuluit operando iuxta reſponſionem ſibi propoſitam, vt probabilem, ratione ignorantiæ inculpabilis excuſatur, nihilque ei ad culpam imputabitur, etiamſi poſtea cognoſcat reſponſionem non fuiſſe probabilem, & ſolùm ſi à Doctore fuerat deobligatus à reſtitutione aliqua, tenebitur reſtituere, vel abſtinere ab operatione ſibi malè, & minus probabiliter conſulta, ſi habet tractum ſucceſſiuum abſtinere.

SVMMARIVM.

222 *An Confeſſarius tam proprius, & ordinarius, quàm delegatus, & non proprius in abſolutione danda pœnitenti poſſit, ac debeat ſe conformare opinioni probabili pœnitentis, tres opiniones reprobantur, & 223. & 224.*

225 *Approbatur ſententia aſſerens quemcunque Confeſſarium in omni materia etiam iuſtitiæ, & vbi agitur de reſtitutione poſſe ſe conformare opinioni pœnitentis probabili.*

226 *Quilibet Confeſſarius audita, vel iam inchoata pœnitentis confeſſione tenetur eundem contra propriam opinionem abſoluere ſe illius opinioni conformando.*

Contrà quoad Confeſſarium delegatum, n. 228.

227 *Pœnitentem volentem amplecti opinionem Confeſſarij, & relinquere propriam, quæ ſit probabilis, Confeſſarius proprius tenetur audire, non autem delegatus, & non proprius.*

Vbi quòd Confeſſarius ordinarius tenetur audire pœnitentem, & illum abſoluere, quoties diſcretè, & prudenter id petit.

229 *Qua ratione Confeſſarius poſſit dici ſuperior pœnitentis.*

Ratio diuerſitatis, cur iudex in foro contentioſo non teneatur ſequi opinionem rei, ſed è contra reus debeat obedire iudici, Confeſſarius verò in foro pœnitentiali teneatur ſequi opinionem pœnitentis, ibid.

230 *Quando inter pœnitentem, & Confeſſarium eſt diuerſitas opinionis de re non ſe tenente ex parte pœnitentis, ſed de re ſe tenente ex parte Confeſſarij, v. gr. de iuriſdictione, vel approbatione, an etiam tunc Confeſſarius obligetur abſoluere pœnitentem, ſequendo illius opinionem, negant aliqui.*

Contrarium aſſeritur, num. 131.

232 *Regularis opinans priuilegium Bullæ Cruciatæ abſoluendi à reſeruatis non prodeſſe Regularibus ad effectum eligendi Confeſſarium, non tenetur audire, & abſoluere Regularem ſentientem prodeſſe.*

233 *Si Confeſſarius pœnitenti præcipiat reſtituere aliquid, quod idem pœnitens ſecundum propriam opinionem reſtituere non tenetur, an tunc obligetur, vel obligari poſſit pœnitens ex vi ſatisfactionis ſacramentalis.*

234 *Sit ne peccatum mortale, an veniale, negare abſolutionem pœnitenti ex eo ſolùm, quòd non vult ſequi opinionem Confeſſarij, & relinquere propriam quæ ſit probabilis, ſiue confeſſio ſit de mortalibus, ſiue de venialibus facta. Et an aliquando Confeſſarius negans excuſetur ab omni culpa; referuntur variæ opiniones, & reſoluitur difficultas, ad 241.*

242 *Quilibet Confeſſarius in articulo mortis tenetur contra propriam opinionem abſoluere pœnitentem, qui nullum peccatum confeſſus dedit ſigna pœnitentiæ.*

243 *Pœnitens ex aliorum opinione probabili credens contractum aliquem eſſe licitum, abſoluendus eſt, tametſi Confeſſarius talem opinionem non ſequatur.*

244 *Si pœnitens putet illicitum aliquem contractum, qui ſit licitus iuxta probabilem opinionem, Confeſſarius debet illum monere de opinione aſſerente eſſe licitum.*

245 *At ſi ex errore culpabili amplectens opinionem improbabilem, aut falſam, credat eſſe licitum contractum, qui eſt illicitus, tunc monendus omninò eſt de errore, nec abſoluendus, ſi nolit errorem deponere.*

246 *Si autem erret ex inculpabili ignorantia, relinquendus in bona fide, & abſoluendus, ſi admonitio non ſit profutura.*

In dubijs Confeſſarius debet benigniorem partem ſequi in fauorem pœnitentis, ibid.

247 *Non rectè faciunt Confeſſarij, qui veriti confitentem contra propriam opinionem abſoluere, eundem remittunt ad alium Confeſſarium, quem ſciunt tenere oppoſitam opinionem probabilem.*

248 *Confeſſarij Regum, & Principum, an teneantur inquirere de illorum ſtatibus, & Principatibus, quando ſciunt illos conſuluiſſe alios Doctores pro gubernandis ſtatibus.*

249 *Confeſſarius, præſertim indoctus, excipiens confeſſionem viri docti, abſque alia inquiſitione ſe poteſt conformare illius opinioni.*

§. XXIII.

An Confeſſarius poſſit, ac debeat in abſoluendo pœnitente, contra propriam opinionem ſe conformare opinioni probabili eiuſdem pœnitentis.

SÆpè contingit inter Pœnitentem, & Confeſſa- 221.
rium eſſe diuerſitatem opinionum, eo quòd pœnitens tenet ſententiam aſſerentem operationem eſſe licitam, vel non eſſe obligationem reſtituendi, aut caſum non eſſe reſeruatum, vel quia ipſe pœnitens ſit vir doctus, qui ex ſufficientibus rationibus illam probabilem, & veriſimilem iudicet, vel quia ſi non eſt eadem ſententia, quam idem pœnitens ſequitur, à quibuſdam aliis Doctoribus tanquam probabilis, ac tuta aſſeritur, & defenditur. E contra verò Confeſſarius, ſiue ordinarius, ſiue delegatus eandem ſententiam ſpeculatiuè improbabilem cenſet; controuertitur, an Confeſſarius, non obſtante ſua perſuaſione poſſit, aut teneatur in praxi ſe conformare opinioni pœnitentis, illique abſolutionem conferre: in qua controuerſia variè ſunt opinati Doctores, quorum opiniones referuntur ab Azorio, Vaſquez, Sala, Sayro, & Sanchez *locis infrà allegandis.*

Prima opinio eſt Adriani *in 4. queſt. 5. de confeſſ.* 222.
dubitat. 7. §. de ſecundo, qui tria dicit. Primò ſi pœnitens habet opinionem probabilem, ſiue quia doctus, ſiue quia doctos conſuluit; & ea opinio eſt in damnum tertij, vt ſi agatur de reſtitutione, tenetur Confeſſarius illum auertere à dicta opinione, ſi ſit

ſpes

ſpes futurum, vt illam ipſe dimittat, quia alioqui videretur cauſa, quòd pœnitens non reſtituat, quod aliàs fortaſſe reſtitueret, & ſic non admonendo pœnitentem eſſet cauſa damni tertij. Secundò, ſi non ſit ſpes auertendi, poterit illum dimittere in illa opinione, & abſoluere contra propriam opinionem. Tertiò idem dicit in genere, quando opinio non eſt in damnum tertij; qoia non agitur de re alteri reſtituenda, tunc etiam Confeſſarius poteſt in abſolutione danda opinionem pœnitentis contra propriam ſequi. Ratio præfati ſecundi, & tertij iuxta Adrianum eſt, qoia, quando non eſt ſpes correctionis, nec ex eius omiſſione ſequitur damnum tertij, aut ipſius pœnitentis, aut proximi, non tenemur proximum corrigere. Contra hanc opinionem eſt, quia quamuis opinio pœnitentis ſit in damnum tertij, ſufficit Confeſſario, quòd ſit probabilis, nec eſt euidens pœnitentem in errore verſari, vt proinde ſit opus correctione, & ſicut pœnitens ipſe ſecutus ſuam opinionem probabilem non reſtituens non peccat, nec etiam Confeſſarius illum abſoluens ſe eiuſdem pœnitentis opinioni conformando, nec Confeſſarius debet magis proſpicere bono alterius, in cuius fauorem opinatur, quàm bono pœnitentis, in cuius fauorem opinantur alij, ſed pœnitentis conſcientiæ proſpicere debet, & curare, ne indiſpoſitus abſoluatur, quicquid ſit de damno tertij, præterquam qoòd in dubio melior eſt conditio eius, qui bona fide poſſidet.

223. Secunda opinio diſtinguit de Confeſſario ordinario, ac proprio, & de delegato; & de proprio aſſerit teneri dare abſolutionem pœnitenti, ſi pœnitens nolit ſuam opinionem deſerere; delegatum verò non poſſe abſoluere, ſed debere ſequi propriam opinionem. Probat, quia ordinarius Confeſſarius, & qui eſt proprius Paſtor, tenetur ouibus ſuis petentibus ſacramenta miniſtrare, ſi poteſt, quod contingit, quando pœnitens ſequitur opinionem probabilem, ob quam excuſatur à culpa; at delegatus non tenetur audire confeſſionem pœnitentis, illive pœnitentiæ ſacramentum miniſtrare, & conſequenter etiamſi neget abſolutionem ſequendo propriam opinionem non infert iniuriam pœnitenti. ita D. Antoninus 3. *part. tit.* 17. *cap.* 20. §. 1. Syluester *v. confeſſio* 3. 7. Conradus *de contractibus, quæſt. vltima, concl.* 3. & apud D. Antonin. & Syluestrum Goffredus *quodlib.* 9. Sed contra hanc opinionem eſt, quia huius diſcriminis inter Confeſſarium proprium, & delegatum ſaltem quoad hoc, vt ille poſſit ſe opinioni pœnitentis conformare, non verò hic, non reddunt rationem, nec videntur poſſe reddere; nam ſi proprius poteſt licitè abſoluere pœnitentem ſequentem probabilem opinionem, quia opinio eius probabilis eum à culpa excuſat; ita ob eandem rationem licitè poterit eum abſoluere delegatus Confeſſarius.

224. Tertia opinio eſt Ioannis Medinæ *C. de confeſſione, quæſt.* 19. quæ eſt de confeſſione dimidiata iteranda, §. *ſequitur iam.* vbi dicit tria. Primò licèt opinio ſit in damnum tertij, proprius, & ordinarius Sacerdos debet abſoluere, ſi pœnitens ſequitur opinionem probabilem. Secundò Confeſſarius delegatus non poteſt abſoluere, ſi opinio pœnitentis ſit in damnum tertij. Tertiò, ſi non ſit in damnum tertij, vterque Confeſſarius poteſt abſoluere. Et hanc opinionem quoad ſecundum dictum videtur ſequi Sà *v. abſolutio, n.* 15. vbi dicit, quòd Confeſſor poteſt iubere pœnitenti, vt contrariam ſuæ, probabilem tamen, ſententiam ſequatur, & ad id probandum allegat Ioannem Medinam *loco citato.* Sed contra ſecundum dictum eſt, tum qoia, ſi poteſt Confeſſarius delegatus abſoluere pœnitentem, qui habet probabilem opinionem, de quauis alia materia, cur non etiam in damnum tertij, cùm pœnitens opinionem probabilem ſequendo in iſta ſit tutus in conſcientia; tum quia, ſi Confeſſarius proprius poteſt abſoluere propter probabilitatem, qoæ eſt in opinione pœnitentis, cur non etiam delegatos, cùm quicunque Doctor extra confeſſionem poſſit contra propriam opinionem operari, & conſilium dare, vt ſuprà latè oſtenſum eſt.

Quarta, & vltima opinio de quocunque Confeſſario affirmat in omni materia poſſe contra propriam ſpeculatiuam in abſolutione danda ſe conformare opinioni probabili pœnitentis, etiam minus tutæ, quæ opinio tanquam verior tenenda eſt, & illam probant rationes adductæ contra præcedentes opiniones, & aliæ quibus ſuprà demonſtratum eſt virum doctum contra propriam opinionem operari, & conſiliom dare ſequendo opinionem aliorum peritorum, etiam minus probabilem, & minus tutam. ita Angelus *v. confeſſio* 4. *n.* 2. Palud. *in* 4. *d.* 17. *q.* 2. *art.* 1. Sotus *d.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *ad* 5 *in fine.* Nauarrus *in man. cap.* 26. *num.* 4. & *c.* 27. *n.* 180. & *in cap. ſi quis autem, de pœnit. d.* 6. *num.* 66. & *ſeqq.* Victoria *in ſumma num.* 178. quos ſecuti ſunt Barth. Medina 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *dub. antepenult.* Michaël Salon 2. 2. *q.* 63. *art.* 4. *cont.* 2. *concl.* 4. Valentia *ibidem, diſp.* 5. *q.* 4. *part.* 4. *in fine.* Henriquez *lib.* 6. *ſumm. cap.* 26. *num.* 6. Antonius Perez *certam.* 10. *ſchol. à num.* 91. Suarez *de pœnitentia* 32. *ſect.* 5. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 62. *cap.* 7. Sayrus *lib.* 1. *clauis cap.* 9. Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica ſect.* 9. Azorius *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 10. Fagundez *de prac. Eccleſ. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. Filliuc. *tom.* 1. *part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 12. *num.* 368. Reginald. *lib.* 13. *num.* 97. Gordonus *lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 33. Villallobos 1. *part. tract.* 1. *diff.* 12. Coninch *de ſacram. diſp.* 8. *num.* 135. Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap* 5. *num.* 10. Baſilius Pontius *de matr. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 8. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 33. *num.* 54. & *diſp.* 44. *num.* 10. *verſic. ſed valde notandum eſt*; Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *puncto* 4. Bonacina *de peccatis, diſp.* 2. *q.* 4. *part.* 9. *num.* 9. & *de pœnitentia q. vltima, part.* 4. §. 2. *ſub finem n.* 27. Monteſinus 1. 2. *q.* 5. *diſp.* 29. *num.* 193. Ouadus *in* 4. *d.* 17. *propoſit.* 33. Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia c.* 48. *num.* 91. & *ſeqq.* Ioannes Lugo *de pœnit diſp.* 22. *ſect.* 2. §. 2. *per totum.* Ioannes Valerus *de differentijs in vtrumque forum, verb. opinio, differentia* 2. *n.* 2. Rodriquez *in ſum.* 2. *edit. cap.* 62. *num.* 11. Toletus *lib.* 3. *cap.* 20. *num. vltimo,* Corriolanus *de caſibus reſeruatis p.* 1. *ſect.* 2. *art.* 3. *n.* 2. Polancus *in directorio Confeſſorum, cap.* 1. §. *de prudentia Confeſſoris*, Poſſeuinus *de offic. curati cap.* 7. *num.* 52. Diana *part.* 1. *tract.* 13. *reſolut.* 11. & plures alij, quos Salas, Sanchez, Ioannes Sancius, Palaus, & Diana referunt. Dixi verò, *contra opinionem propriam ſpeculatiuam.* nam ſi Confeſſarius practicè iudicaret non eſſe ſibi licitum contra propriam opinionem abſoluere pœnitentem, peccaret, ſi abſolueret, vt notauit etiam Perez: tamen poteſt contra proprium iudicium ſpeculatiuum formare iudicium practicum, quòd ſibi liceat abſoluere ob opinionem aliorum probabilem. 225.

Addunt in terminis Paludanus, Sotus, Victoria, 226.
Nauarrus, Vaſquez, Sayrus, Salas, Suarez, Fagundez, Filliucius, Coninchius, Azorius, Reginaldus, Gordonos, Layman, Pontius, Valerus, Ioannes Sancius, Bonacina, Caſtrus Palaus, Toletus, Corriolanus, Diana, Villallobos, Breſſerus, & ferè omnes præallegati Doctores, Confeſſarium tam pro-

prium, & otdinarium, quàm delegatum teneri con-
tra propriam opinionem abſoluere pœnitentem
amplectentem opinionem Doctotum probabilem,
eum hac ramen differentia, quòd vtetque quidem
poſtquam audiuit Confeſſionem,tenetur ex iuſtitia
abſoluete pœnitentem, quia Confeſſarios qnilibet
audita confeſſione non poteſt abſolutionem negate
pœnitenti rectè diſpoſito, nullumque peccati obi-
eem ponenti, cùm ad illam habeat ius, & ſicut pœ-
nitens tenetur obedire Sacetdoti in ſactamento Pœ-
tnitentiæ prudenter iubenti,ita Sacerdos tenetur ab-
ſulyete illum prudenter, & ſufficientet diſpoſitum;
pœnitens autem ſequendo opinionem probabilem
non peccat, ac ptoinde quatenus eſt ex hoc capite,
eſt rectè diſpoſitus, & conſequentet illi negari non
poteſt abſolutio,& alioqui eidem pœnitenti gtauis
irtogatetur iniuria, qnia eogetetur abſque ſua cul-
pa eum ſui confuſione, & verecundia bis ptoptia
peccata confiteri;quod gtauamen eſt,& iniutia non
patua. quod habere locum, etiamſi opinionem pœ-
nitentis, quam Doctotes periti probabilem, & tu-
tam in conſcientia iudicant, & tuentur, ipſe Con-
feſſarius, ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſpeculatiuè
imptobabilem, & falſam exiſtimet, contra Manue-
lem tradunt Sanchez,Bonacina,Layman,Breſſerus,
& alij Doctores ſuprà *num*.207.relati.quia etiam in
hoc caſu pœnitens cùm ſequatut opinionem pro-
babilem, ex hac parte caret culpa,& eſt bene diſpo-
227. ſitus ad abſolutionem.† At vetò nondum audita,aut
inchoata confeſſione,ſeu ante illam, poteſt delega-
tus non audire pœnitentem,& illi denunciare,quod
illum non abſoluet, niſi velit ſuæ acquieſcere ſen-
tentiæ, quia cùm non teneatut eius Confeſſionem
audire, in eo quòd nolit pœnitentis opinioni ſe
confotmare, nullam ei facit iniutiam. Otdinarius
autem, vt Parochus, tenetur etiam ipſum audite,
quoties opportunè, & ex iuſta eauſa pœnitens id
petit,eo quòd iuxta magis communem,& veriotem
ſententiam ptoprius, ſeu ordinatius Sacerdos de-
beat ex officio excipere confeſſiones ſuotum ſubdi-
torum, non ſulùm quando illi confiteri tenentut,
ſed quoties prudentet, & ex iuſta cauſa ipſi volue-
tint eonfiteri, & ſint benè diſpoſiti, vt in præſenti
caſu, cùm pœnitens ſequitur opinionem ptobabi-
lem, & aliàs integrè, & cum dolore ſufficienti, &
cum propoſito cauendi in poſtetum peccata, pata-
tus eſt confiteri; & iuſta cauſa eonfitendi eſt ſem-
228. per, vt liberetur ab aliquo peccato mottali. † Cæ-
tetùm non caret ptobabilitate, quòd Confeſſarius
delegatus, etiam poſt auditam eonfeſſionem poſſit
licitè negare abſolutionem pœnitenti nolenti ſuæ
ſe eonformare opinioni, licèt pœnitens ipſe alleget
opinionem oppoſitam tanquam ptobabilem, & tu-
tam ab aliis Doctoribus aſſertam, ſi id faciat ex ali-
qua iuſta, & tationabili cauſa teſpiciente bonum
pœnitentis, qualis eaoſa eſſet, ſi Confeſſatius pru-
denter, & veriſimilitet iudicet pœnitentem facilè
lapſurum in idem peccatum, ſi illum abſolueret
illius opinioni ſe eonformando. v.gt. quia pœni-
tens ſequeretut opinionem aſſerentem non eſſe
obligationem reſtituendi ſub mottali, cùm quis
furatus eſt magnam quantitatem, ſurripiendo ta-
men quid minimum à diuetſis, vel aſſetentem ta-
lem caſum non eſſe teſetuatum, vel non eſſe pecca-
tum ptocurare abactionem fœtus nondum anima
rationali infoimati ad euitandam magnam infa-
miam, vel ptoptiam, vel etiam totius familiæ, &
eonfeſſatius delegatus oppoſitum opinatetur, & at-
tenta qualitate pœnitentis ipſiuſve infirmitate, ani-
maduertetet eundem pœnitentem, ſi eum abſolue-
ret iuxta eiuſdem opinionem, facilè eadem peceata
reitetatutum, negata verò abſolutione, & temit-
tendo eum ad Ordinarium ptobabilitet putet pœ-
nitentem non teitetaturum eadem peccata,vel non
ita frequentet, & facilè. Probatur hoc, tum quia
Doctotes *num*.223. telati, & Polancus vniuerſalitet
dicunt Confeſſatium non proprium non teneri
contta propriam opinionem abſoluere pœniten-
tem; tum quia minot eſt obligatio Confeſſatij de-
legati, quàm ordinatij etga pœnitentem, cui non
tenetur Pœnitentiæ ſacramentom adminiſtrare, &
eùm audit illum, audit voluntariè, & ptoinde com
bona fide audiuit pœnitentis Confeſſionem, quem
non audiſſet, ſi putaſſet eundem pœnitentem non
ſe confotmatutum ſuæ opinioni, videtut poſſe pœ-
nitenti, nolenti eiuſdem Confeſſarij opinionem
amplecti, ſed oppoſitam aliotum Doctorum, nega-
re abſolutionem abſque iniuria,ſaltem quando ne-
gat, putans ſe ita proſpicete bono ipſiuſmet pœni-
tentis; & ad id faciunt tradita à me *in tractatu de
triplici Iubilai priuilegio,ſect.2.caſu 34.n.5.& 8.*

At retenta communi, & ptobabiliori ſententia, 229.
quòd Confeſſarius ordinatius, & delegatus debeat
audita confeſſione abſolutionem impendete con-
fotmando ſe pœnitentis opinioni ptobabili: ſi ad-
uersùs eam obiiciatut Confeſſarium eſſe pœniten-
tis ſupetiorem, & conſequenter pœnitentem de-
poſita propria opinione, teneri amplecti opinio-
nem Confeſſarij præcipientis. Reſpondetut non
eſſe ſuperiorem ſimpliciter, neque habere ius præ-
cipiendi in omnibus, ſed ſolùm in ordine ad pecca-
ta ad ttibunal pœnitentiæ deducta, pœnitens verò
non peccat, (vt dictum eſt,) ſequendo opinionem,
quæ a Doctoribus probabiliter aſſeritur, & defen-
ditur, ac proinde nihil illi Confeſſarius in hac cau-
ſa tanquam ſubdito ptæcipere poteſt. Si etiam ob-
iiciatur reum in foto iudiciali extetno teneri ſequi
opinionem iudicis, ac ptoinde etiam reum, ſeu pœ-
nitentem debete ſequi in foro interno opinionem
Confeſſarij. Reſpondetut eſſe differentiam inter
iudicem fori eontentioſi, & iudicem fori pœni-
tentialis, & ratio diuerſitatis eſt, quòd in foro
pœnitentiali iudicium non redditut in inuitum,
ſed non niſi in voluntarium,& ſpontaneum,totum-
que quod ibi agitut, eſt in fauotem pœnitentis, &
ideo non mirum ſi Confeſſarios teneatur ſe con-
fotmare opinioni pœnitentis probabili. At iudi-
cium fori contentioſi tedditur in inuitum, quia
velit,nolit,reus tenetur ſequi opinionem,& ſenten-
tiam iudicis, ſi aliàs eſt iuſta, & ptobabilis, niſi ex
cauſa ab ea appellet, quo in caſu etiam tenebitur
tantundem obedite,& ſubdere ſe iudicio,& opinio-
ni,quam ſequitur iudex ſupetiot.

Pottò Pontius *d.n*.8. Ioannes Sancius *d.diſp*.44. 230.
num.10. *verſic. ſed valde notandum*, & Palaus *num*.4.
declarant Confeſſarium contta propriam opinio-
nem tenere abſoluere pœnitentem ſequentem opi-
nionem ptobabilem, quando opinio probabilis
pœnitentis eſt de re, quæ ſe tenet ex parte pœni-
tentis, ſcilicet de aliqua re facta, vel efficienda ab
ipſo pœnitente; ſecus vetò ſi eſt de te, quæ ſe te-
net ex patte Confeſſatij, qualis eſt de iuriſdictione,
vel apptobatione Confeſſarij: vt, v.gr. ſi pœnitens
ſequatut opinionem, quòd Confeſſarius ab vno
Epiſcopo, nempe loci, vel originis ſimpliciter ap-
ptobatus poſſit in Bullæ Ctuciatæ, aut Iubilæi, vel
alterius priuilegij vbique terrarum licitè, & validè
eligi in Confeſſarium, (quam opinionem cum plu-
ribus aliis tenui *in tractatu de triplici Iubilai priui-
legio ſect*.3. *caſu* 2. *num*. 215. *& ſeqq.* & veram putat
Ioannes

Ioannes Sancius *d. diſp. 44. num. 1. verſic. in primis, & num. 10.*) & Confeſſarius teneat oppoſitam opinio-
nem, non tenetur iſte Confeſſarius, (iuxta præfatos
Doctores) abſoluere pœnitentem, & ſe illius opi-
nioni conformare. Probant, quia quando opinio eſt
de re ſe tenente ex parte Confeſſarij, abſolutio ne-
gata à Confeſſario exiſtimante ſe carere iuriſdictio-
ne, ſeu debita approbatione, non arguit indiſpoſitio-
nem, & indignitatem abſolutionis in pœnitente,
ſed defectum iuriſdictionis in Confeſſario, ac pro-
inde idem Confeſſarius non abſoluendo, nullam
pœnitenti iniuriam irrogat, ſed potiùs ſibi, cùm
nolit vti opinione, qua alij vtuntur: & à Sancio
non diſcordat Ioann. Lugo *d. diſputat. 22. num. 45.*
vbi diſputans, an Confeſſarius teneatur ſequi opi-
nionem pœnitentis probabilem, quam ipſe Con-
feſſarius iudicat non eſſe probabilem, diſtinguit in-
ter opinionem, quæ verſatur circa ipſum Sacramen-
tum Pœnitentiæ conficiendum, & opinionem quæ
verſatur circa alias obligationes pœnitentis; & ait
ſi verſetur circa ipſum Sacramentum, certum eſſe,
quòd quantumque pœnitens iudicet, vel opinetur
poſſe fieri Sacramentum, ſi Confeſſarius non putet
ſaltem probabilem eſſe talem opinionem, non po-
terit ſe conformare opinioni pœnitentis. v. gr. ſi
Confeſſarius iudicat pœnitentem non habere ſuf-
ficientem diſpoſitionem, vel non feciſſe ſufficiens
examen, vel ſe non habere iuriſdictionem, non po-
terit abſoluere, licèt pœnitens contrarium opinetur,
niſi Confeſſarius ſaltem exiſtimet opinionem pœ-
nitentis eſſe probabilem. Ratio, (inquit idem Lugo,)
eſt clara, quia tunc non ſolùm agitur de permitten-
da pœnitenti ſua opinione, ſed de amplectenda illa
in operatione propria, vt Confeſſarius operetur iux-
ta illam, quod non poteſt facere, niſi iudicet illam
eſſe probabilem: ſi verò opinio pœnitentis verſe-
tur circa obligationes ipſius pœnitentis, nimirum,
reſtituendi, vel non retinendi plura beneficia; tunc,
ait idem Lugo, Confeſſarium opinionem pœniten-
tis probabilem ſequi tenere, licèt ipſe illam putet
improbabilem, dummodo non conſtet manifeſtè
231. eſſe improbabilem. ita Ioann. Lugo. † Sed contra
hanc declarationem, ſeu limitationem eſt, quia
etiam in hoc caſu, quando diuerſitas opinionum in-
ter Confeſſarium, & pœnitentem eſt de re ſe tenen-
te ex parte eiuſdem Confeſſarij, nimirum de ipſius
iuriſdictione, aut approbatione, vel etiam de ſuffi-
cientia diſpoſitionis ad Sacramentum poſt audi-
tam, vel inchoatam Confeſſionem pœnitentis,
(quem Confeſſarius fortè non reflectendo ſuper
ſuam opinionem, vel bona fide putans pœnitentem
eſſe ſubditum Epiſcopi approbantis,) habet locum
ratio *num. 226.* allata, ſcilicet quia pœnitenti bene
diſpoſito, & nullum ponenti obicem, audita Con-
feſſione, Confeſſarius tenetur abſolutionem impen-
dere cùm poteſt; hic autem pœnitens eſt bene diſ-
poſitus, quia ſequendo opinionem aſſerentem
Confeſſarium habere iuriſdictionem, vel approba-
tionem ſufficientem, vel diſpoſitionem eſſe ſuffi-
cientem, non peccat, ſicut non peccaret Confeſſa-
rius voluntariè vtendo in praxi eadem opinione,
iudicans per principia intrinſeca illam eſſe probabi-
lem, & ob id licitè adhiberi poſſe in praxi; ex quo
etiam patet Confeſſarium poſſe pœnitentem licitè
abſoluere, non obſtante propria opinione contraria;
ſecus verò ſi Confeſſarius eſſet formaliter dubius
de ſua iuriſdictione, vel approbatione. Quare ratio
prædictorum Doctorum ſolùm oſtendit, Confeſſa-
rium non proprium in tali caſu diuerſitatis opinio-
num de iuriſdictione, vel approbatione ante in-
choatam Confeſſionem non teneri audire pœniten-
tem, vt conſtat etiam ex dictis *num. 227.* † Et ita 232.
Confeſſarius opinans priuilegium Bullæ Cruciatæ
non prodeſſe Regularibus ad effectum eligendi
Confeſſarium, & abſoluendi à reſeruatis, non tene-
tur audire Confeſſionem Regularis oppoſitam
ſententiam amplectentis, vt rectè locis citatis Ioan-
nes Sancius, & Palaus aiunt. Quare ad fundamen-
tum Ioann. Lugo reſpondetur Confeſſarium etiam
in operatione propria poſſe licitè ſequi opinionem
aliorum probabilem, contra propriam, qua ſpecula-
tiuè exiſtimat eſſe improbabilem, & falſam, (vt con-
ſtat ex dictis ſuprà *num. 106. 131. & 135. & toto §. præcedenti,*) in quo probatum eſt, virum doctum con-
tra propriam opinionem ſpeculatiuam poſſe opera-
ri ſequendo opinionem aliorum peritorum minus
probabilem, & minus tutam; nam contra proprium
iudicium ſpeculatiuum poteſt, (vt dictum eſt,) for-
mare iudicium practicum, ſeu conſcientiam, quòd
ſibi liceat operari iuxta aliorum opinionem proba-
bilem, & ita Confeſſarius poteſt practicè iudicare
ſibi licere abſoluere pœnitentem ob opinionem
ipſius pœnitentis, vel aliorum peritorum proba-
bilem.

Addit quoque Monteſinus *loco citato*, quòd ſi 233.
Confeſſarius præciperet reſtituere aliquid quod pœ-
nitens ſecundùm propriam opinionem reſtituere
non tenetur, etſi non obligabitur pœnitens reſti-
tuere ex vi reſtitutionis, poſſet tamen obligari ex vi
ſatisfactionis ſacramentalis; ſed hoc, vt bene ob-
ſeruat Ioann. Sancius *d. diſp. 34. num. 54.* intelligi de-
bet, quando pœnitentia reſtituendi eſſet propor tio-
nata peccatis, nam ſi ſolùm aliqua venialia eſſent
confeſſa, & quantitas reſtituenda eſſet magna, non
teneretur acceptare, vt rationabilem pœnitentiam.

*Poſt auditam, aut inchoatam Confeſſionem ne-
gare abſolutionem pœnitenti ſequenti opi-
nionem probabilem, & nolenti ſe conformare
opinioni Confeſſarij, an ſit peccatum venia-
le, vel mortale.*

SEd cùm iuxta communem ſententiam Confeſſa- 234.
rius proprius, & non proprius audita Confeſſio-
ne obligetur abſoluere pœnitentem iuxta illius opi-
nionem, vt oſtenſum eſt; an obligetur ſub mortali.
Azorius, Reginaldus, Layman, Portel, Coninch,
Valer. & nonnulli alij aiunt Confeſſarium teneri ab-
ſolutionem impendere, nihil aientes, an ſub morta-
li, vel veniali. † Vaſquez dicit negare tunc abſolu- 235.
tionem pœnitenti eſſe tantùm veniale; quia mate-
ria videtur leuis, & addit etiam communiter excu-
ſari poſſe à culpa huiuſmodi Confeſſarios, qui no-
lunt ſic abſoluere pœnitentes, quia id ſemper effi-
ciunt bona fide ex zelo ſuæ opinionis. † Sayrus, & 236.
Coriolanus exiſtimant Confeſſarium, qui nollet
contra propriam opinionem abſoluere pœniten-
tem, non ſemper peccare mortaliter, quia nonnun-
quam excuſatur Confeſſarius tam proprius, quàm
non proprius, ſi propter propriam opinionem pœ-
nitentem abſoluere noluerit, dummodo id bona
fide, & ex cauſa iuſta faciat, & idem quod Vaſquez,
& Sayrus ſentire videtur Salas. † Perez (pro vt il- 237.
lum refert Salas,) ait, quòd ſi Confeſſarius ſuam
opinionem cenſeret longè probabiliorem, poſſet
abſque culpa abſolutionem ſuſpendere, vt opinio
ſecurior inciperet præualere, quamuis ob id non
eſſet neganda abſolutio tempore, quo pœnitens ex
præcepto Dei, aut Eccleſiæ communicare tenetur,

Digitized by Google

quia tunc habet ius ad abſolutionem, quæ iniuſtè ei
negaretur, cùm careat obice. Et in hoc caſu etiam
Salas admittit abſolutionem poſſe ſuſpendi pro
breui tempore; negat tamen poſſe ſuſpendi nota-
biliter, quia eſſet damnum, & onus pœnitenti ſine
238. cauſa ſufficiente imponere.† Suarez, Sanchez, Ioan-
nes Sancius, Bonacina, Breſſerus docent etiam Con-
feſſarium non proprium teneri ſub mortali contra
propriam opinionem abſoluere pœnitentem, ſi
Confeſſio facta ſit de mortalibus, nam grauis iniu-
ria videtur irrogari pœnitenti, ſi ei ritè confeſſo,
& diſpoſito negetur abſolutio, & graue onus impo-
ni, dum ſine legitima cauſa obligatur ad iterum
aperienda peccata ſua alij Confeſſario; vnde & me-
239. ritò grauiter conqueri poteſt.† Ratione autem par-
uitatis materiæ, vt ſi Confeſſio eſſet ita breuis, vel
de ſolis venialibus facta, fore tantùm veniale pec-
catum, ſi Confeſſarius contra propriam opinionem
nolit abſoluere, ait expreſsè idem Sanchez; nam
in hoc caſu cogere pœnitentem iterum fateri pec-
cata alij Confeſſario, non eſſet graue onus, nec gra-
uis iniuria, quod idem innuont Suarez, & Bonaci-
na, dum aiunt, à mortali excuſari Confeſſarium ne-
gantem abſolutionem, quando non eſt valde incom-
modum pœnitenti alium Confeſſariom adire. Idem
ſentire videtur Ioannes Sancius, & Diana, cùm
Confeſſio eſt de ſolis venialibus. Addunt etiam
Sanchez, & Bonacina ſæpe excuſari Confeſſarium
240. ob bonam fidem. † Denique Caſtrus Palaus *d.p.4.
num.6.* putat probabilius ſemper eſſe mortale pec-
catum negare abſolutionem ritè diſpoſito in tali
negatione non conſentienti, ſiue Confeſſio ſit de
mortalibus, ſiue de venialibus facta, & quando eſt
de mortalibus, ait, eſſe clarum, ob rationem à Sua-
rez, Sanchez, Ioann. Sancio, & Bonacina allatam:
quando verò Confeſſio eſt de ſolis venialibus, pro-
bat: nam abſolutionis negatione, priuatur pœni-
tens magno beneficio Sacramenti, ad quod habet
ius; ergo Confeſſarius illam negans peccat graui-
ter. Neque ex eo, quòd huiuſmodi priuationem pœ-
nitens poſſit facilè reparare eadem peccata venialia
iterum confitendo, excuſat Confeſſarium à peccato,
ſicut, (inquit Palaus,) quempiam à graui iniuſtitia
non excuſaret, ſi dignum aliquo beneficio Eccle-
ſiaſtico, illo priuaret, ſciens facillimo negotio ali-
quid æquè bonum poſſe conſequi, quia ad grauita-
tem culpæ non debet attendi, an poſſit damnifica-
tus damnum reparare, ſed ſufficit ſi damnum fa-
ctum ſit graue, vt in hoc caſu contingit; etenim pri-
uatio abſolutionis, & fructus Sacramenti in Con-
feſſione venialium eſt graue damnum, & grauis
materia, vt conſtat ex eo, quòd ſi ex voto quis te-
neatur Confeſſionem venialium efficere, & omit-
teret, abſque dubio grauiter peccaret, quod eſt ſi-
gnum, eſſe materiam grauem obligare pœnitentem,
vel carere fructu ipſius confeſſionis, vel illam ite-
241. rum efficere. † Ego exiſtimo cum Sanchez, & aliis
non eſſe peccatum mortale, quoties Confeſſio facta
fuit de venialibus tantùm, & pœnitens ſine notabili
dilatione, & abſque graui incommodo poteſt alteri
confiteri iterum eadem peccata, & abſolui. quia in
hoc caſu negare abſolutionem, maximè cum ali-
quali cauſa, communiter non exiſtimatur grauis in-
iuria, neque graue damnum inferri: quod ſecus con-
tingit, quando quis priuatur beneficio Eccleſiaſtico,
etiamſi præuideatur facilè aliud æquè bonum poſſe
obtinere; neque etiam ex eo, quòd Confeſſio ve-
nialium ſit grauis reſpectu voti, ac proinde votum
non adimplens grauitèr peccare cenſeatur, neceſſa-
riò infertur eſſe graue damnum, negare abſolutio-
nem venialium, quando hoc damnum poteſt ſtatim,
ſeu breui reparari: ſecus fortè ſi pœnitens difficilè,
& cum multo incommodo alij Sacerdoti confiteri
poſſet eadem peccata. Quando verò Confeſſio fue-
rit de mortalibus, licèt breuis, per ſe loquendo, eſſet
mortale negare abſolutionem pœnitenti habenti
pro ſe opinionem probabilem; quia cogere abſque
legitima cauſa pœnitentem ritè diſpoſitum, & bene
confeſſum ad repetendum alteri Confeſſario Con-
feſſionem mortalis, communiter exiſtimetur onus
graue, & grauis iniuria. Non diſplicet tamen, quod
aiunt Doctores *num.* 135. 136. *&* 137. relati. Et tan-
dem videntur admittere Doctores *num.* 238. *&* 239.
allegati, ſcilicet, communiter, vel ſaltem ſæpe huiuſ-
modi Confeſſarios nolentes contra propriam opi-
nionem abſoluere pœnitentes, excuſari ſaltem à
mortali, eo quòd id efficiunt bona fide, & putantes
ſic conſulere propriæ conſcientiæ, & bono animæ
ipſius pœnitentis.

Ex dictis ſequitur teneri quemlibet Confeſſa- 242.
rium, ſeu Sacerdotem, etiam non proprium, abſol-
uere contra propriam opinionem in extremo mor-
tis articulo eum, qui nullum confeſſus peccatorum
Confeſſario exhibuit per ſe, vel per alium ſignum
pœnitentiæ, cùm contraria opinio ſit nedum pro-
babilis, ſed & probabilior, & in quocunque caſu, in
quo adeſt probabilis opinio quòd liceat abſoluere
pœnitentem in articulo mortis conſtitutum, contra
propriam opinionem tenetur quilibet Sacerdos ab-
ſoluere; nam certè nimis crudele eſſet negare id,
quod licitè fieri poteſt, in tanta neceſſitate. ita etiam
in terminis Vaſquez, & alij ex prællegatis Docto-
ribus, & latiùs oſtendi *in tractatu de triplici Iubilei
priuilegio, ſect.* 4. *caſu* 19. *§.* 6. *&* 7. & confirmo infrà
hoc titulo *num.* 363. *cum pluribus ſeqq.* Quare per
hæc, & per dicta ſuprà *num.* 231. contra Ioann. San-
cium reiicitur etiam quod dicit Ioannes Lugo *d.
§.*2. *num.*45. ſcilicet ſi Confeſſarius ipſe opinionem
pœnitentis probabilem iudicet non eſſe probabi-
lem ſi verſetur opinio circa ipſum Pœnitentiæ Sa-
cramentum, non poſſe ſe conformare opinioni pœ-
nitentis.

Sequitur ſecundò, ſi pœnitens exiſtimet contra- 243.
ctum aliquem ſibi licere ex probabili opinione alio-
rum Doctorum iudicantium eſſe licitum, Confeſſa-
rium debere illum abſoluere poſteaquam illum in
Confeſſione audiuit; quod etiam in terminis tra-
dunt Villalobos, & Palaos. † Imò ſi pœnitens ex 244.
ignorantia aliquem contractum licitum putaret il-
licitum, & vellet illum exercere, licèt non poſſet ab-
ſoluere talem pœnitentem, dum in tali errore per-
maneret, quia eſſet indiſpoſitus, & ſic abſolutione
indignus: nihilominus tenetur ſaltem ex charitate
Confeſſarius pœnitentem monere licitum eſſe ſe-
cundùm aliquorum opinionem, vt ſic à periculo
peccandi eum remoueat: vt rectè poſt Salon 2. 2.
*quæſt.*62. *tract.* 2. *contr.* 4. paulo ante ſolutionem ar-
gumenti docent Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 31. & Palaus
d. punct. 4. *num.* 7. † Quòd ſi è contra idem pœnitens, 245.
ſequens opinionem improbabilem, aut falſam, pu-
tet eſſe licitum aliquem contractum, qui verè eſt il-
licitus, illumque exerceat, & velit iuxta ſuam opi-
nionem abſolui, tunc ſi id putet prouenire ex igno-
rantia culpabili, Confeſſarius non debet tunc, nec
poteſt illum abſoluere, ſed tenetur illum monere, &
docere veritatem, etiamſi non ſperet vllam emen-
dationem, quia talis pœnitens eſt indiſpoſitus. id
quod docent etiam Bartholomæus Cadena *in ſum.
tit. de ſacr. pœnit. diff.* 4. Villalobos *d. diffic.* 12. *num.* 4.
Coninch *d. diſp.* 8. *num.* 136. Filliuc. *d. cap.* 12. *num* 136.

&

& quòd in tali caſu teneatur Confeſſarius pœnitentem monere, etiamſi aduertat monitionem non profuturam, latè oſtendi *in meo tract. de contract. matrim.*
246. *c. 2. n.* 88. † Si verò exiſtimet licitum ex ignorantia inculpabili, ſeu ſequatur opinionem improbabilem ex inuincibili ignorantia, perpendat Confeſſarius, an interdum pœnitens ſit relinquendus in ſua ignorantia cum bona fide, puta, an admonitio ſit profutura ad emendationem, nec ne; & ſi non ſperet profuturam, relinquat, & abſoluat in ſua ignorantia, vt tradunt Nauarrus *in cap. ſi quis autem, num.* 69. *de pœnit. d.* 7. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 26. *dicto n.* 6. Valerus, Villalobos, Coninch *locis ſuprà num.* 225. *allegatis.* Ego ipſe *in d. cap.* 2. *num.* 90. *& duobus ſeqq.* Confeſſarius enim non eſt iudex inter partes, ſed inter Deum, & hominem, vt ſuprà dictum eſt. Rectè etiam aduertunt Henriquez, & Ioannes Valerus, Confeſſarium cùm præter officium iudicis ſit Medicus, pater ſpiritualis, & pius Aduocatus, debere in dubiis benigniorem partem ſequi, in fauorem pœnitentis.

247. Sequitur tertiò ſaltem vtplurimum non rectè facere Confeſſarios, qui timentes pœnitentem contra propriam ſententiam abſoluere, eundem remittunt ad alium Confeſſarium, qui oppoſitam opinionem probabilem tenet; nam ſi ille alter abſoluere poteſt, cur non & ipſe? aut cur ipſius Confeſſarij ſpeculatiua perſuaſio pœnitenti obeſſe debet? Quamuis, vt dictum eſt, ſæpè excuſentur Confeſſarij, dum ad alium Confeſſarium remittunt, ſeu negant abſolutionem, præſertim ſi ſint Confeſſarij non proprij, & faciant ob finem *n.* 128. explicatum.

248. Quartò Ouadus *d. propoſit.* 33. ex dictis infert Confeſſarios Regum, & Principum non teneri ſemper inquirere de illorum ſtatibus, & principatibus, ex quo ſciunt illos petiiſſe aliorum Doctorum conſilium pro gubernandis ſtatibus, niſi aliqua eſſent adeò manifeſtè mala, & iniuſta, quòd eſſet de illis meritò inquirendum. Sed iuſtè conqueritur Ioan. Sancius *d. num.* 54. his miſeris temporibus audacia neceſſaria inopes eſſe aliquos Confeſſarios ad conquirendum, & obiurgandum de manifeſtè iniuſtis, & abſolutionem non eſſe auſos negare dominis indignis.

249. Demum ex dictis ſequitur, ſi pœnitens ſit vir doctus, & multo magis, ſi ipſo confeſſario doctior ſit, poſſe Confeſſarium abſque aliqua inquiſitione ſe conformare opinioni talis pœnitentis, maioréque obligatione teneri ad illam ſequendam in danda abſolutione, vt poſt Sotum *vbi ſuprà*, adnotauit Villalobos *d. diff.* 12. *num.* 1.

SVMMARIVM.

250 *Subditus contra propriam opinionem, qua putat præceptum ſuperioris eſſe de re illicita, poteſt operari iuxta opinionem, & preceptum ſuperioris.*

251 *In dubio an mandatum ſuperioris ſit licitum, nec ne, ſubditus conſtringitur obedire, ſi alioqui nec ſibi, nec alteri immineat periculum graue detrimenti, vel valde difficile, & moleſtum ſit obedire, & num.* 254. *&* 301.

Subditus ex propria, vel aliorum Doctorum ſententia opinans rem imperatam eſſe illicitam, an teneatur obedire, cùm ſine graui incommodo, vel præiudicio proprio, aut alterius obedire poteſt; negatiua. Affirmatiua, num. 161. *& ſeqq.*

Dubitans inæqualiter, an res imperata ſit illicita, vel extra limites poteſtatis ſuperioris, tenetur obedire, num. 279. *fin.*

Vt ſubditus opinans, vel dubitans rem preceptam eſſe illicitam, poſſit licitè obedire, an requiratur, vt iudicet opinionem ſuperioris eſſe probabilem, vel ſatis ſit ſibi non conſtare certò eſſe malam, num. 280.

Subditus à ſuo Principe vocatus ad bellum tenetur obedire, licèt opinetur bellum eſſe iniuſtum, & quamuis ſubditus non vult obedire ſuo ſuperiori, vel Principi, cùm ei non conſtat certò de iniuſtitia precepti, poteſt ab ipſis puniri, num. 281.

Si ſubditus ex propria, vel aliena opinione probabiliter iudicet id, quòd iubetur excedere poteſtatem ſuperioris, an teneantur obedire, negatiua, n. 282. *affirmatiua ibid. & num.* 283.

Subditus dubitans, vel opinans ſuperiorem non moueri iuſta cauſa ad præcipiendum, tenetur obedire, num. 84.

In dubio formali, vel opinatiuo de legitima electione, ſeu promotione ſuperioris, ſeu Prælati, an ſubditus teneatur obedire, ſi ſuperior ſit in quaſi poſſeſſione ſuperioritatis, negatiua, num. 285. *& duobus ſeqq. affirmatiua, num.* 286.

Si daretur opinio probabilis docens ſubditum in aliquo caſu non teneri obedire, an tunc ſubdito eſſet licitum non obedire, affirmatiua, num. 290.

Negatiua, num. 296. *ad* 300.

253 *Nec votum, nec iuramentum, nec lex diuina, aut humana obligat quoties omnibus circunſtantiis ſpectatis probabile eſt aliquid ſub materia voti, aut iuramenti, aut legis non comprehendi, &* 278.

Nemo obligatur legi, de qua dubitatur, an ſit lex, num. 285. *fine.*

Non eſt obligatio confitendi peccatum, quod quis probabili ratione putat non eſſe mortale, aut eſſe iam confeſſum, d. num. 253.

262 *In dubio iuſtitiæ belli, & quoties ſubdito certò moraliter non conſtat bellum eſſe iniuſtum, poteſt, & tenetur ſubditus obedire Regi, ſeu Principi ad bellum vocanti, &* 271.

Rex, ſeu Princeps poteſt licitè rectum ordinem bellandi ſic ſtatuere, nimirum, vt in omnibus caſibus dubiis belli emergentibus id executioni mandetur, quod maior Ducum pars efficiendum iudicauerit, non obſtante, quòd alij contrarium ex probabili ratione ſentiant, num. 272.

Quoties non eſt certum id, quod ſuperior iubet, eſſe contra Dei preceptum, tenetur ſubditus obedire, ſi nulla ſit alia cauſa legitima excuſans, d. num. 262. *&* 263.

285 *Nulla maior nullitas actus, v. gr. præcepti, aut legis, quàm defectus poteſtatis in agente.*

Prohibitum cenſetur omne id, ex quo ſequi poteſt inconueniens, & quòd malignandi occaſionem præbet, num. 287.

286 *Princeps creatus per electionem, ex ipſa electione præcisè non habet poteſtatem condendi leges, ſed opus eſt conceſſione facta per populum, & num in dubio Princeps habeat ius ferendi leges, ibidem.*

292 *In dubio formali, vel opinatiuo, quod vectigal, ſeu tributum à Principe ſtatutum ſit iniuſtum, ſubditi non tenentur illud ſoluere, &* 311.

Delinquens, ſeu reus in cauſa ſanguinis, aut omnium bonorum, aut perpetuæ infamiæ, aut triennium in perpetuum an negare poſſit licitè veritatem criminis, ſi ei conſtet iudicem interrogare legitimè ex præhabita ſemiplena probatione delicti, affirmatiua, num. 192. 307. *&* 309.

Negatiua. num. 308.

303 *Prælato præcipienti rem valdè difficilem, v. gr. longum iter, quotidie ieiunare in pane, & aqua, &*

quid

Digitized by Google

quid ſimile valde auſterum , non tenetur ſubditus obedire.

Coniux dubitans de ſeruitute alterius, quem liberum putabat , an teneatur obedire Eccleſiæ præcipienti reddere debitum, & etiam reddere alteri exigenti abſque præuio Eccleſiæ præcepto, negatiua n.303. affirmatiua, ibid.

304 *Reus de proprio , aut teſtis de tertij crimine à iudice interrogatus ex cuius Confeſſione , & probatione periclitatur fama, vel vita ipſius delinquentis, aut tertij, ſi non omnino temerè dubitet iudicem non legitimè interrogare , poteſt , & teſtis debet tacere delictum, ſi non eſt in publicam perniciem, &* 305.

306 *Secus ſi criminis detectio , & punitio ſit neceſſaria ad euitandum damnum publicum.*

310 *Si Prælatus præcipiat ſubdito ne det panem pauperi graui famis neceſſitate laboranti , & ſubditus dubitet an iure præcipiat, non obligatur obedire.*

312 *Si par , aut grauius incommodum ſequeretur ex non obediendo, in dubio ſubditus tenetur obedire.*

313 *Differenda in dubio eſt obedientia , quando minus malum timetur ex dilatione , quàm ex prompta executione.*

Obedientia ſuperſedendum ob vitandum ſcandalum , etiamſi ſuperior aliquid iuſtum præceperit, ibid.

§. XXIV.

An quando ſubditus probabiliter , ſeu iuxta opinionem probabilem id aſſerentem exiſtimat eſſe illicitum, quod ſuperior illi præcipit, poßit , & teneatur contra propriam opinionem probabilem, iuxta oppoſitam opinionem probabilem docentem eſſe licitum ſuperiori, præcipientis præcepto parere.

250. OMnes Doctores infrà allegandi contra Adrianum *quodlib.2.punct.3.* (vbi aſſerit nullum ſubditum obedire poſſe ſuperiori contra ſuam propriam opinionem, ſicut vniuerſaliter docuit neminem contra propriam opinionem poſſe operari , vt dixi *ſuprà num.* 110. *&* 131.) conueniunt licere ſubdito contra propriam opinionem operari iuxta probabilem ſententiam ,& præceptum ſuperioris , id quod colligitur ex dictis *d.num.* 131. vbi oſtenſum eſt vnicuique fas eſſe contra propriam opinionem ſpeculatiuam amplecti in praxi aliorum probabilem ſententiam, neque tunc agere contra conſcientiam, quia format, ſeu formare poteſt prudenter iudicium practicum , quòd ſic agendo non peccet , quia licitum eſt opinionem probabilem ſequi, præſertim ſui ſuperioris, quod confirmatur ex auctoritate D. Auguſtini relata *in can.quid culpatur 23. q. 1.* ibi, *Vir iuſtus ſi fortè etiam ſub Rege , & homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare , ciuica pacis ordinem ſeruans, cùm quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit, certum non eſt* ; ex quibus verbis iuxta mentem Auguſtini conſtat poſſe ſubditum ſuperiori obedire , quoties illi certò non conſtat eſſe contra Dei præceptum.

251. Conueniunt etiam ferè omnes , ſi ſubditus non probabiliter opinetur , ſed tantùm dubitet , an res à ſuperiore imperata ſit licita, nec ne, ſubditum, vbi nec ſibi , nec tertio ex præcepto imminet notabile incommodum, ſeu detrimentum, teneri obedire. & auctores illud aſſerentes latè referunt Sanch. *lib. 6. ſumm.cap.3.num.3.* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.33. num.37.* Palaus *tom.1. tract.2. diſp.3. part.13. num.2.* Peirinis , & Hieronymus Rodericus *locis infrà allegandis* ; tunc enim cùm non conſtet illi euidenter rem præceptam eſſe malam , & illicitam, poteſt , & debet formare iudicium practicum ſe poſſe , & teneri operari iuxta ſuperioris præceptum, illique obedire, quando præceptum ſuperioris in dubio præſumi debeat iuſtum, *d.cap.quid culpatur.* & aliis iuribus allegatis, Couarruuias *reg. peccatum part. 1. num. 5. fine.* de qua re latè infrà , vbi de conſcientia dubia,
ſeu de dubio.† Difficultas ergo eſt, quando ſubditus 252.
ex propria, (quia ſit vir doctus,) vel ex aliorum virorum doctorum ſententia id aſſerente probabiliter opinatur rem à ſuperiore imperatam eſſe illicitam, teneatur ſuperioris præcepto obedire , an verò ob probabilitatem opinionis aſſerentis rem imperatam eſſe illicitam, eximatur ab obligatione obediendi , licèt illi non ſit euidenter certum rem eſſe illicitam, & non teneri obedire, ſuſtinent Leſſius *de iuſtitia lib.2. cap.41. num.76. fine*, Ioann. Sancius *in ſelectis diſp.33. num.32.* iunctis antecedentibus , & ſequentibus, Caſtrus Palaus *tom.1. tract.1. diſp.2. puncto 5. num.5. & ſeqq.* Ledeſma *tract.de ſtatibus*, vbi de Religioſis in communi, *cap. 4.* à Sancio relatus, & Diana *part.2.tract.13.reſolut.10. & part.4.tract.4.miſcell.reſolut.31.* Probatur primò, quia Confeſſarius in foro pœnitentiæ eſt ſuperior , & tamen pœnitens non tenetur illius opinionem ſequi , ſeu illius præcepto obedire contra propriam opinionem probabilem, vt oſtenſum eſt; ergo, &c. Secundò vnuſquiſque poteſt ſe conformare probabili ſententiæ , nec tenetur contra propriam operari, iuxta dicta *ſuprà*; ergo neque ſubditus tenetur iuxta ſuperioris opinionem operari, cùm de hoc non appareat ſpecialis ratio, nec reperiatur præceptum aliquod , neque in Decalogo, neque in iure Canonico, neque alibi, & ſi dicatur eodemmet præcepto , quo obligatur ſubditus obedire , obligari etiam iuxta opinionem ſuperioris operari, & illam ſequi, hoc probandum eſt, quod à nullo Doctore vſque modò videtur præſti-
tum. † Tertiò nec votum, nec iuramentum, nec ipſa 253.
lex diuina, aut naturalis , aut poſitiua etiam Eccleſiaſtica obligat, quoties omnibus circunſtantiis ſpectatis probabile eſt , ſeu quis probabiliter iudicat rem aliquam ſub materia voti, iuramenti, aut à lege præcepta non contineri ; ſicut, v.gr. quis non tenetur confiteri peccatum , quod probabili ratione putat non eſſe mortale, vel eſſe iam confeſſum, vt contra Salam 1.2.*tract.8. diſp.vnica num.60.* tradit multis aliis allegatis Sanchez *lib.1.ſumm.cap.10.num.76.* cuius ratio eſſe videtur; quia licèt præceptum de Confeſſione integrè facienda poſſideat , ab illo tamen excuſatur ſequendo opinionem probabilem, quia in tali caſu probabiliter exiſtimat non poſſidere ; ergo (ne cogamur dicere præceptum ſuperioris fortius obligare , quàm Deus , aut Chriſtus Dominus , aut Eccleſia ſuis legibus ,) neque præceptum ſuperioris obligabit ſubditum probabiliter opinantem rem imperatam eſſe illicitam , & ita probabiliter non contineri ſub illius poteſtate ; nam licèt ſuperior habeat ius præcipiendi , quia tamen non habet ius certum præcipiendi , quod eſt probabiliter illicitum, ſed ſolùm habet ius probabile , ideo ſub-
ditus probabiliter deobligatur. † Quare ſi dicatur 254.
primò ſubditum contra ſuam opinionem teneri obedire, quia ſuperior non tantùm habet ius præcipiendi res, quas ſubditus ſcit eſſe licitas, & iuxta limites ſuæ poteſtatis, ſed etiam res vniuerſas probabiliter honeſtas , quas & ſubditus non cognoſcit euidenter illicitas , & vltra poteſtatem ſuperioris. Reſpondet Ioann. Sancius *num.37.* hoc verum eſſe,

quando

quando ineuidentia, & incetta cognitio, quòd vi-
delicet tes imperata ſit illicita, oritur ex dubio, quod
habeat ſubditus, quo caſu fateodum eſt, (inquit,)
teneri obedire, quia in dubiis melior eſt conditio
poſſidentis, & ne ius dubium ſupetet ius cettum.
Quando verò ineuidentia, & incertitudo oritur non
ex dubio, ſed ex opinione, tunc ſubditus habet ius
non parendi, quamuis illi non ſit euidens eſſe illi-
citum, quod præcipitut; ſufficir enim probabiliter
opinari, cùm fas ſit vnicuique opinione probabili
vti. Haud diſſimili modo reſpondet Palaus *num. 6.*
dicens ſuperiorem habere ius ptæcipieodi, quod eſt
licitum certò, & indubitabiliter, quod vetò ſub opi-
nioue rautùm eſt licitum, etiam ſub opinione ius
habet: qua de cauſa D. Auguſtinus, (ſubdit Palaus,)
loco ſuprà num. 250. *allegato* non dixit teneri ſubdi-
tum Regi ptæcipienti obedire, quoties certum ſibi
non eſt eſſe contra Dei præceptum, ſed poſſe obedi-
re, tacitè inſinuans contingere poſſe caſum, in quo
255. eiſi poſſit obedire, non teneatur. † Quòd ſi dicatut
ſecundò ſubditum teneri efficere, & exequi omne
illud, ſi imperetut, quod poteſt opetari ſine peccato;
etgo ſi ſubdito licet ſine peccato efficere, quod ſu-
perior exiſtimat probabiliter eſſe licitum, illi præ-
cipit, ſi ſuperioris opinionem ſequi velit, & vniuer-
ſalitet poteſt ſine peccato obedire ſuperiori præci-
pienti, quoties ſibi certum non eſt, eſſe contra Dei
ptæceptum, tenetut etiam ad operandum iuxta ſu-
petioris opinionem, & ad obediendum illius præce-
pto. Reſpondet Ioann. Sancius *num.* 44. quòd omne
illud tenetur ſubditus exequi, ſi impetetur, quod po-
teſt efficere ſine peccato abſolutè, non tamen omne
illud, quod poteſt efficere ſine peccato ſolùm pro-
babiliter; nam cùm oppoſita ſit ſententia docens
quoque probabilitet non poſſe mandatum ſupetio-
tis executioni mandari ſine peccato, illi quoque
adhærere fas erit, cùm liceat vnicuique, qua malit,
256. opinione vti. † Si dicatur tertiò quòd data huiuſ-
modi opinione aſſerentem ſubditum non conſtrin-
gi obedite, quoties ſuperior illi præcipit rem, quam
ipſe ptobabiliter illicitam ex propria, vel aliotum
ſententia iudicat, daretur occaſio multis ſcandalis,
& confuſioni, ac perturbationibus in communitate,
nam ſæpe ſubditi attiperent quamuis opinionem,
vt dicetent Ptælatum non poſſe iubete. Reſpondet
Ioannes Sancius *num.* 42. primò ex inobedientia ſub-
diti opinione ptobabili ducti non poſſe ſcandalum
ptoprium otiri; nam (inquit,) ſcandalum ptopriè
inueuitut, quando quis actionem malam agit, aut
malæ ſpeciem habentem ſine cauſa, ex quo alij
exemplum attipiunt ad iniquè operandum: ſubdi-
tus autem non obediens opinione probabili ſuffnl-
tus actionem malam non opetatur, nec malæ ſpe-
ciem habentem, nec ex eo quòd alij non obediant
opinione quoque probabili ducti iniquè operantur,
& conſeqnenter tunc ſcandalum propriè non inue-
nietur. Secundò dicit idem Sancius, non eſſe præ-
ſumendum, quòd perturbatio communitatis ema-
net ſi notæ ſint opiniones ſuperiotis, & ſubditi: et-
enim nullus mitabitur, nec iuſtè conqueretut, quòd
ſuperior præcipiat, & ſubditus non obediat, cùm
quilibet ius ſuum illæſum conſeruare contendat,
quod iure naturæ licet; diſplicentia autem ſupetio-
ris, quæ timeri poteſt, ex eo quòd ſuo præcepto non
obediatur, potius natutalis eſt, quàm iniuſtè ſumpta.
Quòd ſi ſuperiori nota non ſit ſubditi opinio, ait
Sancius, teneri ſubditum illam declarare, ne non
obediendo detut occaſio ſuſpicandi ſe ſupetioris
præceptum contemnere. Addit idem Saucius non
adeò pluta eſſe, quæ poſſint ſuperiores præcipere, &
in quibus verſentur opiniones, an ſint licitæ, vel
non, quòd crebrò turbatio illa timeri poſſit, ſed ſe-
mel ex millibus. Eodem modo reſpondet Palaus
num. 3. *verſic. hanc ſententiam.* † Si dicatur quartò, 257.
non poſſe negari illum inferre iniuriam, & com-
mittere iniuſtitiam, qui alterum ſpoliat re, quam
iuſtè poſſidet, licèt probabiliter putet eſſe ſuam, ſed
ſuperior præcipiens licitum ex opinione probabili
iuſtè poſſidet actionem, ſeu ius ad præcipiendum;
ergo ſpoliate eum ab huiuſmodi iure, iniurioſum,
& iniuſtum etit, & conſequenter peccatum. Re-
ſpondet Ioann. Sancius *eodem num.* 41. *verſic, ſed eſto*,
ſpoliantem inferre iniutiam, quando ſpoliat ali-
quem te, quam poſſidet iuſtè abſolutè, ſeu omnibus
modis iuſtè, non tamen quando ſpoliat re, quam
iuſtè probabiliter poſſidet; nam cum eo, quod iuſtè
probabiliter poſſidet, compatitur ſimul iniuſtè
etiam probabiliter poſſidete iuxta opinionem ſub-
diti; nec inde datur bellum iuſtum materialiter ex
vttaque parte; ſed ex vna erit iuſtum materialiter,
& formalitet ſimul, ex alia verò ſolùm fotmaliter,
nam à parte rei, & coram Deo, aut iuſtè præcipit
Ptælatus, aut iniuſtè. Quare quando ſubditus ductus
opinione ptobabili non paret ſupetiori iuxta pro-
babilem itidem opinionem præcipienti, non datur
bellum tei iuſtæ aduersùs rem iuſtam in opinione
ſubditi, ſed tei iniuſtæ probabiliter aduersùs rem in-
iuſtam probabiliter; & quamuis ſupetior tunc præ-
cipiens non inferat iniuriam formalitet ſubdito,
facit tamen materialiter ptobabiliter, hoc eſt, ſe-
cundùm opinionem ſubditi: ad propulſandam au-
tem iniutiam materialem quicunque habet ius, cùm
iure naturæ cuicunque conceſſum ſit ius ſuum il-
læſum ſeruare. † Secundò idem Sancius *eodem n.* 42. 258.
verſic. at hac obiectio. reſpondet quòd ſubditus, dum
opinione probabili ſuffultus obedire non vult ſu-
periori, non aufert ab illo aliquid, quod poſſideat,
ſed ſuam libertatem ad non obediendum uatam ex
opinione probabili tuetur; & ſicut ſuperior ſua
opinione ductus arbitratur à ſe auferri poſſeſſio-
nem iuriſdictionis, quando ſubditus illi non obedit,
eodem modo ſubditus ſuæ quoque opinioni inni-
xus putat ſuperiorem à ſe auferre poſſeſſionem li-
bertatis ſuæ ad non parendum; vnde hic caſus, (in-
quit idem Sancius,) differt à caſu, in quo verus do-
minus, vel qui probabiliter credit ſe eſſe dominum,
propria auctoritate aufert à fure, vel ab alio illam
poſſidente, nam in actione hac auferendi non de-
fendit à ſemet non auferri aliquid quod poſſideat,
ſed è contra recuperat id, quod ipſe modò poſt re-
cuperationem poſſidet, & antea non poſſidebat, ſed
ſpoliatus, & fortè nunquam poſſedit, vt ſi inſtitu-
tus, vel legatarius per teſtamentum minus ſolemne
innixus opinione probabili aſſerente teſtamentum
valete propria auctoritate rem illam teſtamento
ſibi relictam, ſeu legatam auferret à poſſidente. &
in his, & ſimilibus caſibus illicitum eſt tem à poſ-
ſidente, etiam fure auferre, ne ſeditio, & mors, vel
illius periculum inter poſſidentem, & intendentem au-
ferre tem oriatur, ob quam rationem ius naturæ di-
ctat potius tem propriam non eſſe à fute auferen-
dam ob vitæ amittendæ periculum, quàm deper-
dendam: quod non contingit cùm ſubditus ob opi-
nionem probabilem non paret ſuperioti, quia tunc
non aufert aliquid, quod ſuperior poſſideat, ſed
ſuam libertatem ad non obediendum ratione pro-
babilis opinionis defendit, vt dictum eſt: quod au-
tem quis tem à ſe poſſeſſam defendat, non eſt ſcan-
daloſum, neque ſeditioſum; ita prædictus Ioann.
Sancius, qui alia pluta congerit pro confirmatione,
&

Digitized by Google

& defenſione huius opinionis, quæ infrà *numer.* 290. ponuntur, & *num.* 308. *&* 310. reiiciuntur.

259. Ex quibus idem Ioann. Sancius *num.* 46. infert non teneri obedire non ſolùm quando ipſe opinatur eſſe illicitam rem imperatam, ſed etiam quando ipſe iudicat eſſe licitam, dum tamen ſciat adeſſe Doctorum ſententiam probabilem, docentem rem illam eſſe illicitam; eo quòd (inquit) licitum eſt cuilibet aliorum opinionem ſequi, propriam deſerendo.

260. Item *num.* 43. infert non poſſe iuſtè ſuperiorem punire ſubditum non obedientem, ductum ad id probabili opinione; quia cùm tunc non obediendo minimè delinquat, & nullus dignus ſit pœna niſi ob culpam, ſequitur tunc ſuperiorem non habere ius puniendi ſubditum, ſicut idem Ioannes Sancius *diſp.*44. *num.* 27. docet nequire Epiſcopum punire Confeſſarium, qui ab altero Epiſcopo proprij domicilij, vel originis iam approbatus abſque eius approbatione in illius diſtrictu excipit, ſequendo opinionem probabilem aſſerentem, (de qua ego *in tractatu de triplici Iubilei priuilegio ſect.* 3. *caſu* 2. *à n.* 209. *ad* 223.) Confeſſarium approbatum ab vno ordinario vbique virtute Iubilei, aut Bullæ poſſe eligi in Confeſſarium, & Pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare, quod ego quoque arbitror, ſi Epiſcopus non prohibuerit audire in ſua diœceſi Confeſſiones omnibus Sacerdotibus à ſe non approbatis: ſecus verò ſi Epiſcopus adhærens fundamentis contrariæ opinionis, & declarationi S. Congregationis, quam dicto *caſu* 2. *num.* 213. refero, id prohibuiſſet, tunc enim in foro conſcientiæ Confeſſarius ab altero Ordinario approbatus validè, & licitè audiret, poſſet tamen eum Epiſcopus abſque iniuſtitia punire in foro exteriori, vt *ibidem num.* 222. oſtendi. Hæc quoad hanc opinionem.

Contraria ſententia approbatur.

261. CÆterùm communis, & verior ſententia, & in praxi ſeruanda aſſerit ſubditum, non obſtante quòd ex probabili opinione propria, vel aliorum exiſtimet rem imperatam eſſe illicitam, teneri ſuperiori ſecundùm opinionem probabilem præcipienti obedire. ita in terminis Corduba *lib.* 3. *quæſtionarij quæſt.* 9. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 62. *cap.* 6. Suarez *de cenſuris diſp.* 4. *ſect.* 6. *num.* 6. *de relig. tom.* 4. *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 21. *&* *de legibus lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 6. *circa finem*, (vbi dicit eſſe communem doctrinam, & in praxi neceſſariam,) Garzias *de beneficijs part.* 21. *c.* 5. *num.* 366. Sayrus *lib.* 1. *clauis cap.* 12. *num.* 2. *&* *ſeq.* Sanchez *lib.* 6. *ſumm. cap.* 3. *num.* 2. *&* *ſeqq.* Azorius 1. *part. lib.* 2. *cap.* 17. *quæſ.* 9. Antonius Perez *certam.* 10. *ſcholaſt. num.* 115. Salas *d. diſp. vnica, num.* 76. Torres *de iuſtit. diſp.* 50. *dub.* 5. *num.* 9. Granado 1. 2. *tract.* 12. *diſp.* 4. *ſect.* 3. *num.* 27. Lorca *ibid. diſp.* 41. §. *ex quo infero.* Layman *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Villalobos 1. *part. ſumm. tract.* 1. *diffic.* 11. *num.* 3. Gordonus *in ſumma lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 35. *lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 101. *verſic alterum hic caput. &* *quæſt.* 11. *num.* 23. *verſic. ad quid.* Lezana *qq. reg. tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. Breſſetus *de conſcientia lib.* 3. *cap.* 16. Portel *in dubijs reg. verb. obedientia num.* 6. 7. *&* 8. ita quoque Valentia 2. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *part.* 2. Miranda *tom.* 1. *man. Præl. art.* 1. *concl.* 1. *&* 2. Rodriquez *in ſumm. part.* 2. *cap.* 9. *concl.* 5. Lezana *tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. Reginaldus *in praxi fori pænit. lib.* 13. *num.* 100. *&* *lib.* 17. *num.* 233. *&* 234. Hieronymus Rudericus *in compendio quæſt. reg. reſolut.* 101. *num.* 4. Peirinis *de ſubdito Religioſo quæſt.* 1. *cap.* 7. *concl.* 1. Qui omnes aſſerunt ſubditum teneri obedire ſuperiori, ſeu Prælato præcipienti quoties illi non conſtat euidenter turpe, & malum eſſe, vel extra illius auctoritatis limites, quod præcipitur; quod idem aiunt innumeri alij Doctores à Sanchez *num.* 3. *&* 6. à Ioanne Sancio *diſp.* 33. *num.* 37. & à Roderico, & Peirinis allegati: quoties verò ſubditus ſolùm probabiliter opinetur rem præceptam eſſe malam, non conſtat illi certò eſſe malam, hanc eandem ſententiam in praxi ſequendam eſſe ait Diana 2. *part. tract.* 13. *reſolut.* 9. etſi poſtea loco *num.* 252. citato ſententiam mutauerit.

262. † Probatur hæc ſententia primò ex illa auctoritate D. Auguſtini *in cap. quid culpatur* 23. *quæſt.* 1. relata ſuprà *num.* 1. vbi licèt non dicat expreſsè, & ſub his verbis, ſubditum teneri obedire Regi præcipienti, & indicenti bellum, quoties ſibi certum non eſt eſſe contra Dei præceptum, ſufficienter tamen indicat, vt apertè conſtat ex toto contextu verborum: quæ ſunt, Quid culpatur in bello? an quia moriuntur quandoque morituri? aut dominentur in pace victuri? hoc reprehendiſſe timidorum eſt, non religioſorum; nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſimilia. hæc ſunt, quæ in bellis iure culpantur. Quæ plerunque, vt etiam iure puniantur aduersùs violentias reſiſtentium, (ſiue Deo, ſiue aliquo legitimo imperio iubente,) gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur ab omnibus bonis, cùm in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere aliquid tale, vel in talibus obedire iuſtè ipſe ordo conſtringit. Vnde neque Ioannes ab armis iubet diſcedere milites, & Chriſtus tributa Cæſari monet reddenda, quia propter bella neceſſariò militi ſtipendium præbetur: ordo autem naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas, atque conſilium penes Principes ſit; ſed etſi humana cupiditate bellum geritur, non nocet Sanctis, in quos non habet quiſquam poteſtatem, niſi deſuper datam, non enim poteſtas niſi à Deo, ſiue iubente, ſiue ſinente: ergo vir iuſtus, ſi fortè etiam ſub Rege, & homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare ciuicæ pacis ordinem ſeruans, cùm quod ſibi iubetur vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrùm ſit certum non eſt, ita vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi. In illis enim verbis, vel in talibus obedire iuſtè ipſe ordo conſtringit; & in illis, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi. indicat Auguſtinus iure naturali conſtringi ſubditum obedire Regi, dum illi apertè non conſtat de iniuſtitia belli, ordo enim ille naturalis obediendi, & ſeruiendi manifeſtè importat obligationem. Idem apertè indicat in illis verbis, *vt ſuſcipiendi belli auctoritas, atque conſilium ſit penes Principes.* ſi enim ſubditus ob ſuam opinionem probabilem, vel dubietatem de iniuſtitia belli non teneretur obedire Regi indicenti bellum, iam auctoritas, & conſilium ſuſcipiendi belli non eſſet penes Principes, ſed penes ſubditos. Quare dum idem Auguſtinus ait, *rectè poteſt illo iubente bellare,* non vtitur verbo *poteſt*, vt indicet poſſe dari caſum, vt ſubditus poſſit quidem obedire, & bellare, non tamen teneatur, etiamſi illi certò non conſtet bellum, ſeu præceptum eſſe iniuſtum, & contra Dei præceptum, vt dicebat Palaus, ſed vt indicet non obſtante iniquitate Regis præcipientis, ipſum obediendo,

diendo, & bellando non poſſe peccare, cum ſemper excuſante ordine naturali, ſeu obligatione ſeruiendi, & obediendi, vbi certum non eſt id, quod iubetur, eſſe contra Dei præceptum.

263. Secundò probatur ex D. Bernardo *lib. de diſpenſatione, & præcepto, in initio.* vbi, *Quamobrem*, ait, *quicquid vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum, diſplicere Deo, haud ſecus omninò accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus.* Et infrà *ipſum proinde, quem pro Deo habemus, tanquam Deum in his, quæ aperte non ſunt contra Deum, audire debemus.* in quibus locis notandæ ſunt illæ particulæ, *certum*, & *apertè*, quibus conuenit cum D. Auguſtino; non eſt autem certum, neque apertè conſtat eſſe contra Deum, quando ex parte ſubditi eſt tantùm opinio, vel dubietas.

264. Tertiò probatur ex illo Matthæi 23. *Omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite*, & illo ad Coloſſ. 3. *Filij obedite parentibus per omnia.* vbi notanda illa verba, *omnia quæcunque*, & *per omnia*, ſcilicet, quæ ſine Dei offenſa executioni mandari poſſunt, & quæ iuſtè, & honeſtè ſuperior præcipit; ſi enim ſubditus ratione proprij iudicij, aut dubietatis poſſet non parere præcepto legitimi ſuperioris, & legitimè præcipientis, certe non teneretur ſeruare quæcunque dixerit Prælatus, neque obedire per omnia contra præceptum Christi Domini, & Pauli. Præterea idem Paulus *ad Heb.* 13. ait, *Filij, obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant tanquam rationem pro animabus veſtris reddituri.* quibus verbis Apoſtolus indicat ad ſuperiores maximè ſpectare, vt peruigilent, ſeu videant, quid non agere expediat, bonumque ſit, tanquam ij, qui in die iudicij reddituri ſunt pro nobis rationem de iis, quæ ex eorum iuſſu fecerimus: non ergo iuxta Paulum debet, aut poteſt ſubditus ob ſuam opinionem reſiſtere præcepto ſuperioris, quia ſecundùm eundem Apoſtolum non ad ſubditum, ſed ad ſuperiorem ſpectat videre, an licita iubeat; & ad ſubditum ſpectat obedire. Paulo concordat Bernardus *loco ſuprà allegato*, vbi poſt verba *num. præcedenti* relata, ſequitur. *Quòd homines poſſunt falli, quid hoc tua refert, qui conſcius non es, præſertim cùm teneas de Scriptura, quia labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Deuenio ad rationes.

265. Igitur quartò probatur, quia quando ſuperior iuxta propriam, (ſi ſit vir doctus,) vel aliorum Doctorum opinionem exiſtimans aliquid eſſe licitum, illud ſubdito præcipit, poteſt etiam idem ſubditus contra oppoſitam opinionem, & propriam illud licitè agere, & abſque peccato formando ſibi iudicium practicum, id ſibi licere, quia licet ſequi opinionem probabilem aliorum, & quia licet ſubdito obedire ſuperiori præcipienti, quoties non conſtat apertè eſſe contra Dei præceptum, vt conſtat ex præallegatis locis Diui Auguſtini, & D. Bernardi, & ex dictis *num.* 250. & tanquam certum admittunt aduerſarij; ergo non obſtante opinione probabili, quòd res imperata ſit illicita, tenetur ſubditus obedire; conſequens probatur, quia quoties ſubditus iubente ſuperiore aliquid licitè, & abſque peccato efficere poteſt, illud etiam debet exequi, quia tunc ſuperior legitimè, & iuſtè præcipit, alioqui quandonam tenebitur ſubditus obedire ſuperiori præcipienti, ſi non tenetur, quando poteſt licitè obedire, & ſuperior legitimè imperat? Confirmatur, quia Prælatus, ſeu ſuperior in ſuis præceptis non debet dependere à iudicio, & opinione ſubditi, ſed habet ius præcipiendi, & iubendi quæcunque ab ipſo, & ab aliis prudenter licita exiſtimantur, cuiuſmodi ſunt ea, quæ ipſe ex propria, vel aliorum opinione iudicat licitè, licèt adſit etiam probabilis opinio oppoſita, & nullus dicet ſuperiorem poſſe præcipere ſolùm ea, quæ ſubditus opinetur eſſe licita, vel conſtet clarè, & apertè eſſe licita; ergo etiam ex parte ſubditi debet eſſe obligatio illa exequendi, cùm ius præcipiendi, & obligatio obediendi ſint correlatiua, quorum vno poſito, ponitur aliud; & alioqui fruſtratorium eſſet illud ius præcipiendi, ſi ſubditus non teneretur obedire. Confirmatur ſecundò ex D. Auguſtino, & D. Bernardo, & aliis Sanctis Patribus, & Doctoribus, communiter ſubditus conſtringitur obedire Prælato, ſeu ſuperiori præcipienti, quoties ſibi non eſt certum & apertum eſſe malum, & contra Dei præceptum, quod iubetur. † Neque aduersùs præ- 266.
dicta, iuuat prima euaſio Ioannis Sancij, de qua ſuprà *num.* 255. nempe ſubditum teneri omne illud exequi ſibi à ſuperiore imperatum, quod poteſt agere ſine peccato abſolutè, non verò quod poteſt efficere ſine peccato ſolùm probabiliter. Nam ſubditus obediendo ſuperiori præcipienti iuxta opinionem probabilem, operatur ſine peccato ſimpliciter, & abſolutè, & ita tutum quoad ſtatum animæ, & ad Deum, ac ſi euidenter illi conſtaret rem præceptam eſſe licitam, cùm nullo exponatur periculo peccandi formaliter, & vna opinio probabilis quoad excuſandum à peccato non ſit tutior, & ſecurior altera, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 137. & docet idem Sancius *diſp.* 44. *num.* 66. vbi etiam *verſic. vnde concludimus*, aſſerit inter opiniones probabiles vnam opinionem non eſſe tutiorem alterâ quoad imputabilitatem, & formale peccati; ſed neque etiam quoad materiale peccati incurrendum, quia, inquit, eſſe magis, vel minus tutam, quoad imputabilitatem deſumi debet, non quoad materiale peccati. Quare iuxta eiuſdem Sancij doctrinam ſubditus conformans ſe opinioni probabili ſui ſuperioris, operatur ſine peccato abſolutè, ſimpliciter, & omnibus modis, ac proinde tenetur contra propriam opinionem obedire. Præterea ſi vrgeret euaſio, etiam quando ſubditus non opinatur, ſed ſolùm dubitat de honeſtate rei imperatæ, non teneretur parere, dici enim poſſet obſtringi ad parendum, cùm poteſt ſine peccato abſolutè, non verò cùm poteſt ſine peccato dubitabiliter, & tamen idem Sancius vult in dubio formali eſſe parendum. † Neque ſecundò iuuat alia 267.
euaſio Palai, de qua ſuprà *num.* 254. videlicet, ſuperiorem habere ius præcipiendi, quod eſt licitum certò, & indubitabiliter; quod verò ſub opinione tantùm eſt licitum, habere ius ſub opinione. Nam etſi res ſit licita, non euidenter, ſed ex opinione probabili, ex hoc tamen non infertur ſuperiorem non poſſe, & abſolutè rem præcipere, nam eo ipſo, quòd res eſt licita, ſeu à ſubdito licitè fieri poteſt, eſto hoc non proueniat ex euidentia, & certitudine, ſed ſolùm ex probabilitate honeſtatis rei, ſuperior poteſt abſolutè, & ſimpliciter rem præcipere, & obligare ſubditum ad obediendum, quia poteſt legitimè, & iuſtè, vt ex dictis patet: igitur, vt notarunt etiam Corduba, Rodriquez, & Miranda locis infrà *numer.* 282. & 283. allegandis ex eo, quòd dubium, vel opinio, an ſuperior poſſit aliquid præcipere, eo quòd ſit dubium, vel opinio illud eſſe illicitum, vel extra iuriſdictionem eiuſdem ſuperioris, non rectè infertur ſubditum certò, & abſolutè non teneri obedire,

dite, aut ſuperiorem non poſſe abſolutè illud præ-
cipere, & certò obligare ſubditum ad obedien-
dum, nam plena poteſtas, & certitudo obligan-
di, & obligatio obediendi, prouenit ex eo, quod
ſuperior iuſtè, & legitimè, & prorſus abſque pec-
cato ex parte honeſtatis rei imperatæ præcipit, &
ſubditus prorſus abſque peccato poteſt obedire.
268. † Demum non iuuat illa euaſio Ioann. Sancij, de
qua *eodem num.* 254. nimirum cùm certum, aut eui-
dens non eſt rem imperatam non eſſe illicitam,
teneri ſubditum obedire, quando ineuidentia, &
incertitudo prouenit ex dubio ſubditi, non verò
quando oritur ex opinione probabili eiuſdem ſub-
diti. Etenim primò hoc aduerſatur doctrinæ S.
Auguſtini, & D. Bernardi, qui abſolutè, & ſine
vlla diſtinctione docent ſubditum obſtringi ad
obediendum præcepto ſuperioris, cùm ſibi cer-
tum non eſt eſſe contra Dei præceptum. Secundò
reiicitur euaſio; quia quòd in tali caſu ſuperior
habeat abſolutè ius præcipiendi, & ſubditus te-
neatur obedire, ratio non eſt, quòd ineuidentia,
aut incertitudo oriatur ex dubio, vel ex opinione,
ſed quia tunc ſubditus poteſt prorſus ſine peccato
obedire, & ſuperior legitimè, & iuſtè imperat,
nam quando poſſumus licitè, & abſque peccato
obedire ſuperiori præcipienti, tenemur, vt oſten-
ſum eſt, & omnes docent, niſi fortè aliunde excu-
ſemur, iuxta dicenda infrà à *num.* 301.
269. Quintò probatur, quia propter opinionem, quam
habet ſubditus, ſuperior, ſeu Prælatus non amittit
ius ſuæ ſuperioritatis ad præcipiendum ſicut ante
illam habebat, (alioqui poteſtas ſuperiorum de-
penderet ex capite, ſcientia, vel ignorantia, aut
ex vario iudicio ſuorum ſubditorum, & modò il-
lam haberet, modò non, circa eandem rem, prout
variè ſubditi de illius honeſtate variis temporibus
opinarentur, & haberet erga aliquos, & non erga
alios, prout ipſis oppoſitæ eſſent opiniones de ea-
dem re, vel aliqui ſcirent eſſe opinionem, quòd
res imperata ſit illicita, alij ignorarent,) ſed ſi ſub-
ditus ignoraret illam opinionem, vel idem ſimul
cum Prælato ſentiret, procul dubio teneretur obe-
dire; ergo & opinans oppoſitum tenebitur ſimili-
ter obedire.
270. Sextò probatur, nam cùm ſubditi ad bellum à
Rege, ſeu Principe vocantur, & bellare iuben-
tur, nec conſtat illis certò de iniuſtitia belli, licèt
fortè de ea dubitent dubio formali, vel opinatiuo,
poſſunt, & debent obedire; & ſimiliter Rex, ſeu
Princeps licitè poteſt rectum ordinem bellandi ſic
ſtatuere, quòd talia præcepta in bellando ſeruen-
tur, nimirum, quòd ſi caſus dubius emerſerit, an ſic
agendo ſit contra præceptum Regis, & alter opi-
netur quòd ſic, alter quòd non, tunc non obſtante
ſua cuiuſque opinione propria quilibet ſequatur
maioris partis Ducum opinionem, & iudicium,
idemque fiat in quocunque dubio ad bellum ſpe-
ctante, quo caſu minor pars, ſi illi alioqui non con-
ſtet certò eſſe contra Dei præceptum, licèt contra
opinetur, tenetur obedire præcepto Regis, & iuxta
deliberationem maioris partis bellare; ergo etiam
in cæteris quibuſlibet, ſubditus, cui certò non con-
ſtat de turpitudine rei imperatæ, etſi dubitet, vel
opinetur eſſe turpem, non ſolùm poteſt, ſed &
debet obedire, conſequens patet. Antecedens quo-
ad vtramque partem probatur, tum quia alioqui
auctoritas, & conſilium ſuſcipiendi belli non eſſet
penes Principes contra dictum S. Auguſtini ſuprà
num. 262. relatum. Tum quia ex oppoſito, etſi
milites ſuis opinionibus poſſent excuſari à ſuſci-
piendo bello, vel à bellando, & quilibet ſuum ſen-
ſum ſequi, cederet in perniciem boni publici, &
Reipublicæ, quæ ſic non eſſet ſecura, quia depen-
deret à ſingulorum opinionibus; & exercitus in
belli neceſſitate, vel non poſſet coadunari, in nu-
mero militum ſufficienti, vel iam congregatus ob
varias opiniones militum diuiſus, ſibique contra-
rius deperiret. † Tum demum, quia idem antece- 271.
dens, quoad primam partem tradunt communiter
Doctores. Victoria *relect. de iure belli.* Sylueſt. *v. bel-
lum.* Graſſius *part. 2. deciſ. aur. lib. 2. cap. 20. num.* 25.
Nauarr. *in man. cap.* 25. *num.* 15. Vaſquez, Sanchez,
Salas, Sayrus, Gordonus, Corduba *locis ſupr. allegatis*,
Ludouicus Molina *de iuſtit tom* 1. *tract.* 2. *diſp.* 113. &
alij, quos latè referunt Sanchez *d. cap.* 3. *num.* 5. &
Salas *d. diſp. vnica ſect.* 8. *num.* 77. qui omnes aſſerunt
ſubditos, cùm à Principe ſuo ad bellum vocantur,
& illis non conſtat certò de iniuſtitia belli, poſſe
licitè, & debere obedire, idque ob rationes mox al-
latas, & prællegatam S. Auguſtini auctoritatem.
ex quibus
Septimò probatur, quia magna alioqui rerum 272.
naſceretur confuſio, communitatis perturbatio, or-
dóque Hierarchicus deperiret ſi ſtandum eſſet ſen-
tentiæ ſubditorum, & quilibet prætextu probabilis
opinionis propriæ excuteret obligationem obe-
diendi ſuperioribus, quando probabile eſt, quod
præcipiunt eſſe licitum, vel ſubditis non conſtat eſſe
illicitum. Frequentia enim, non abſque magno
ſcandalo, eſſent litigia, iurgia, & diſceptationes cir-
ca obligationem, & deobligationem obediendi in-
ter ſubditos, & Prælatos, ſeu ſuperiores, à quibus
etiam ſæpe de operibus iniunctis ratio foret redden-
da contra præceptum, ſeu documentum omnium
patrum ſpiritualium, aientium ſubditi non eſſe liti-
gare de poteſtate ſuperioris ad præcipiendum, &
obligandum, neque exquirere rationem operis in-
iuncti, ſed humiliter obedire. Neque verum hoc
fore euenturum ex millibus ſemel, vt dicunt Ioan-
nes Sancius, & Palaus, nam data præfata opinione,
quòd ſubditus prætextu propriæ opinionis poſſet
obedientiæ reſiſtere, inde ſubditi quoties moleſtum,
& ingratum eſſet obedire, facillimè arriperent oc-
caſionem ſubterfugiendi obedientiam, & litigandi
cum ſuperiore de eius poteſtate obligandi ad exe-
quendam rem præceptam.
Octauò probatur, quia propter dubium formale, 273.
vel opinionem quòd ſit ſua res, quam alter paci-
ficè, & legitimè, ac iuſtè poſſidet, nemo propria
auctoritate poteſt poſſidentem ſpoliare, vt tra-
dunt communiter Doctores, cùm potior ſit con-
ditio poſſidentis, & per tale ſpolium iniuſtitia
committeretur, & poſſidenti grauis iniuria irro-
garetur; ergo neque ſubditus ob ſuam opinionem
de turpitudine rei imperatæ poteſt ſpoliare ſupe-
riorem actione, ſeu iure ad præcipiendum, quic-
quid à ſubdito licitè effici poteſt, & auctoritatis
ſuæ limites non excedit, cùm tale ius à ſuperiore
tam ante, quàm poſt ſuperuenientiam opinionis
ſubditi legitimè, & iuſtè poſſideatur ratione ſub-
iectionis ſubditi, vel abdicationis voluntatis eiuſ-
dem ſubditi in eundem ſuperiorem, ac proinde
abſque iniuria, & iniuſtitia non poteſt ab eo au-
ferri. † Si dicatur primò cum Ioanne Sancio *d.* 274.
diſp. 33. *num.* 30. *verſic. regulam illam, potiorem eſſe
conditionem poſſidentis*, habere locum in dubiis, &
non in opinionibus, atque adeò quando quis non
eſt certus rem ab alio poſſeſſam eſſe ſuam, non
poſſe fieri ſpolium propria auctoritate, ſi incerti-
tudo oriatur ex dubio, poſſe autem fieri ſi oriatur
ex

ex poſſeſſione probabili. contrà eſt, nam etiam in opinionibus eſt potior conditio legitimè, & iuſtè poſſidentis ſaltem quoad hoc, vt propria auctoritate non poſſit ſpoliari, alioqui Reſpublica repleretur ſcandalis, ſeditionibus, homicidiis, furtis, & rapinis, & ſimilia ſcandala, & ſeditiones, & rixæ orirentur ſi ſubditus ratione ſuæ opinionis, & prætextu ſolùm defendendi ſuam libertatem ad non obediendum in tali caſu reſiſteret obedientiæ, quicquid non rectè ſecus dicat idem San-
275. cius loco ſuprà *num.* 258. allegato. † Quamuis etiam minus verum ſit id, quod idem Sancius ait *loco eodem num.* 58. *relato*, nempe ſubditum opinione probabili, quòd res præcepta ſit illicita, vel vltra limites auctoritatis ſuperioris, ductum non obedientem non auferre aliquid quod ſuperior poſſideat, ſed defendere rem à ſe poſſeſſam, ſcilicet ſuam libertatem ad non obediendum ex ratione probabili natam; nam id eſt quod controuertitur, an propter ſuperuenientiam opinionis vindicet libertatem non obediendi, quam antea circa rem illam præceptam non habebat, & iam oſtenſum non poſſe vindicare, tum quia alioqui plena poteſtas præcipiendi, & obligatio obediendi penderet ex ignorantia, vel cognitione, ſeu capite, & ſenſu ſubditi, tum quia inde naſceretur diſſolutio ordinis Hierarchici; & confuſio, & perturbatio Reipublicæ, & communitatis, & frequens litigium inter ſuperiorem, & ſubditum, non abſque graui ſcandalo. Præterea ſuperior ab initio ſubiectionis ſubditi, & abdicationis eius voluntatis in eundem ſuperiorem habet, & poſſidet plenum ius in voluntatem, & libertatem ſubditi quoad omnia opera, quæ à ſubdito licitè fieri poſſunt, non excedentia limites ſuæ auctoritatis, vt ſuprà oſtenſum eſt. ergo ſi ob ſuperuenientiam opinionis renuit obedire, non tuetur rem poſſeſſam, nempe ſuam libertatem ad non obediendum, quam iam non habebat, ſed verè ſpoliat ſuperiorem quaſi poſſeſſione eiuſdem ſuæ voluntatis, & libertatis, quam habebat ſuperior, ſeu aufert actionem, & ius ſuperioris in voluntatem, & libertatem eiuſdem ſubditi, vt ſibi obediatur, quoties legitimè, & iuſtè, ac rationabiliter illi aliquid
276. præcipit. † Neque etiam verum eſt, quod idem Sancius loco ſuprà *num.* 257. allegato dicebat, ſcilicet, cùm ſubditus ratione ſuæ opinionis probabilis recuſat obedire, non committere iniuſtitiam, neque irrogare ſuperiori iniuriam formaliter, quia non priuat illum eo, quod iuſtè abſolutè poſſidet, ſed quod poſſidet tantùm iuſtè probabiliter: tum quia oſtenſum eſt ſuperiorem habere abſolutè, & plenè poteſtatem, ſeu ius præcipiendi, vt ſibi obediatur quoad omnia, quæ ſubditus poteſt efficere ſine peccato omninò, & abſolutè, quod in præſenti caſu contingere iam demonſtratum eſt. tum quia etiamſi tantum iuſtè probabiliter poſſideret ius, vt ſibi obediretur, adhuc propria auctoritate ſubditi non poteſt ſpoliari, & quia eſt potior conditio poſſidentis, & inde litigia, iurgia, & ſeditiones inter ſuperiorem, & ſubditum, & ſcandala in communitate orirentur, ad quæ euitanda ius naturale
277. prohibet tale ſpolium. † Item non eſt verum dictum eiuſdem Sancij *eodem num.* 252. relatum, nempe ſuperiorem iuxta ſuam opinionem probabilem præcipientem ſubdito, oppoſitum probabiliter opinanti, inferre illi iniuriam, non quidem formaliter, ſed materialiter probabiliter, hoc eſt, ſecundùm opinionem ſubditi, ad quam propulſandam quilibet habet ius à natura conceſſum pro conſeruando ſuo iure illæſo. Etenim cùm ſuperior in huiuſmodi caſu præcipiat id, quod ſubditus licitè poteſt efficere, & conſequenter habeat ius præcipiendi, & iuſtè omninò præcipiat, nullam ſubdito infert iniuriam neque formalem, neque materialem. Præterea ſuperior præcipiens ſequendo opinionem probabilem, etiamſi à parte rei contingeret rem præceptam eſſe contra legem Dei, non incurrit peccatum, neque quoad formale, neque quoad materiale, iuxta eundem Sancium, cùm *diſp.* 44. *præallegato num.* 66. *verſic. vnde concludamus*, dicat non dari vnam opinionem tutiorem altera, quoad materiale peccati incurrendum; ergo neque infert ſubdito iniuriam materialem. Deinde ſuperior non poteſt inferre iniuriam materialem abſque formali, niſi bona fide præcipiat rem, quæ à parte rei ſit contra Dei præceptum; hoc autem ſcire non poteſt ſubditus, ſi tantùm opinetur, & potiùs debet credere ſe errare, quam ſuperiorem, cùm præſumptio ſtet pro ſuperiore, argum. *dict. cap. quod culpatur* 23. *quæſt.* 1. & ipſe, vt dicebat D. Bernardus *loco ſuprà allegato*, cuſtodiat ſcientiam, & ſit Angelus Domini exercituum; ergo tunc ſolùm cùm ſubdito certò, & euidenter conſtaret rem imperatam eſſe illicitam, & ſuperior ignorantia inuincibili ductus illam præciperet, eidem ſubdito irrogaretur à ſuperiore iniuria materialiter, quam poteſt propulſare, quia in tali caſu non tenetur, neque poteſt obedire, & conari debet, vt ab errore eruat ſuperiorem præſtando id per ſe, ſi ſit vir doctus, vel per alios peritos vtens ſemper debita reueren-
tia, & modeſtia erga eundem ſuperiorem. † Si di- 278.
catur ſecundò opinari de turpitudine rei imperatæ, & opinari de legitima poſſeſſione ſuperioris ad præcipiendum eſſe idem, cùm nullus ſuperior poſſit poſſidere, ſeu quaſi poſſidere ius præcipiendi rem illicitam: ac proinde ſi ſubdito probabile eſt rem imperatam eſſe illicitam, probabile etiam eſt ſuperiorem non poſſidere ius imperandi, & conſequenter dicendum, ſubditum non teneri obedire, & non obediendo non ſpoliare ſuperiorem aliqua poſſeſſione. Reſpondetur, ſi hoc argumentum vrgeret, haberet locum etiam quando ſubditus ſolùm dubitat eſſe illicitum, quod à ſuperiore præcipitur, nam etiam dubitaret de poſſeſſione ſuperioris, ſeu poteſtate præcipiendi talem rem, & ita non teneretur obedire, nec ſpoliaret ſuperiorem ſua poſſeſſione, quod tamen non admittunt aduerſarij volentes in dubio de honeſtate rei præceptæ teneri ſubditum obedire. Igitur admitto ſubditum opinantem de turpitudine rei præceptæ, indirectè etiam opinari de poteſtate ſuperioris illam præcipiendi, ſed hinc non inferri poteſt, ipſum non teneri obedire, ſeu non eſſe certum, ipſum non teneri obedire; nam non obſtante tali opinione ſubditi, ſuperior legitimè, & iuſtè præcipit, & idem ſubditus poteſt licitè obedire, ea autem quæ legitimè præcipiuntur, & à ſubdito licitè fieri poſſunt, cadunt ſub obedientia, vt ſuprà oſtenſum eſt, & conſequenter à ſubdito exequenda ſunt, & ſi obedientiam neget, illa ſpoliat ſuperiorem, ſeu ſpoliat ſuperiorem iure, quod in ipſius obedientiam, ſeu voluntatem poſſidet, circa ea quæ ab eodem ſubdito licitè fieri poſſunt, & à ſuperiore proinde iuſtè, & legitimè præcipiuntur.

Demum huic communi ſententiæ non obſtant fundamenta oppoſitæ ſententiæ aduerſariorum *ſup.*

num. 252. & 253. relata. Non primum, quia Confeſſarius, (vt *ſuprà num.* 229. dixi) reſpectu pœnitentis non eſt ſuperior ſimpliciter, neque habet ius præcipiendi in omnibus, ſed ſolùm in ordine ad peccata ad tribunal pœnitentiæ deducta, & pœnitens ſequendo opinionem probabilem non peccat, vt ibi dictum eſt. Non obſtat ſecundum, nam ex dictis apparent ſpeciales rationes, cur ſubditos contra propriam opinionem, licèt probabilem, imò etiam probabiliorem, & magis tutam, (vt infrà contra Suarez oſtenditur,) teneatur in obediendo mandatis ſuperioris ſe conformare opinioni eiuſdem ſuperioris, quæ rationes ducuntur ex iure naturali, & diuino. Non obſtat tertium, nam probabiliter opinans aliquid non comprehendi ſub materia voti, iuramenti, aut præcepta à lege ſiue naturali, ſiue diuina, aut Eccleſiaſtica, non obligatur ad illud implendum, quia probabiliter etiam iudicatur ad illud non fuiſſe extenſam vouentis, aut iurantis intentionem, neque extendi intentionem, & voluntatem legiſlatoris, Dei videlicet, vel Eccleſiæ. & ita non cadere ſub obligatione; in noſtro autem caſu conſtat de intentione, & voluntate ſuperioris præcipientis, qui ideo præcipit, quia vult, vt ſibi obediatur.

279. Sed neque admittenda eſt limitatio Suarez *d. num.* 6. aientis teneri quidem ſubditum obedire ſuperiori, ſeu Prælato, quando æquè ſunt rationes probabiles pro vtraque parte, non verò obſtringi obedire, ſi ſit, vel à ſubdito prudenter putetur longè probabilius rem præceptam eſſe illicitam, vel extra limites auctoritatis ſuperioris. Etenim hæc declaratio, ſeu limitatio meritò reiicitur ab alijs; nam maior probabilitas opinionis ſubditi non tollit incertitudinem, & ineuidentiam turpitudinis mandati, aut carentiæ auctoritatis ſuperioris; neque conſtituit oppoſitam in eſſe improbabilitatis, ſeu non obſtat, quo minus ſubditus poſſit abſque peccato obedire, quia cuique, relicta probabiliori, & tutiori ſententia, licitum eſt in praxi amplecti opinionem minus probabilem, & minus tutam, iuxta dicta ſuprà *num.* 130. & 131. Quare reiecta præfata limitatione dicendum eſt ſuperiori, ſeu Prælato præcipienti ſecundùm opinionem probabilem teneri ſubditum obedire etiam contra propriam probabiliorem, magiſque tutam. quod in terminis tradunt Vaſquez *num.* 32. Sanchez *num.* 6. Salas, Villalobos, & Layman *locis citatis*, & alij Doctores *num.* 261. relati. qui omnes aſſerunt eſſe obediendum Prælato, quoties ſubdito non conſtat certò, & euidenter mandatum eſſe illicitum, aut extra eiuſdem ſuperioris iuriſdictionem, & id conuincunt omnia fundamenta allata in præcedentibus deducta, tum ex auctoritate diuinæ Scripturæ, Sanctorum Auguſtini, & Bernardi, tum ex varijs rationibus, quæ vrgent ſiue opinio ſubditi ſit minus probabilis, ſiue magis probabilis, & magis tuta, quàm oppoſita, quia in vtroque caſu, & quoties non ſibi conſtat certò rem imperatam eſſe illicitam, poteſt abſque peccato obedire, & conſequenter cùm obedientia cadat ſuper omnia licita, ſeu quæ licitè à ſubdito effici queunt, tenetur ſubditus obedire, niſi fortè ex tali obedientia maius malum, & graue præiudicium, ſeu damnum ſibi, vel alteri immineret, iuxta dicenda infrà *num.* 301. Vnde etiam fit, vt eiſdem fundamentis, & rationibus multo magis conuincatur, etiamſi ſubditos non æqualiter dubitet de vtraque parte, ſed veriſimilius dubitet quòd imperata ſit illicita, non eximi ab obligatione obediendi, vt tradunt omnes Doctores pro hac eadem ſententia relati; exceſſus enim ille, ſeu maior veriſimilitudo dubij vnius partis non eximit rem à dubio, & relinquit incertitudinem, nec reddit opinionem ſuperioris improbabilem, de qua re etiam infrà *de conſcientia dubia*, ſeu *de dubio*.

Cùm autem, vt ſuprà dictum eſt, ad hoc vt ſubditus contra proprium dubium, aut propriam opinionem ſpeculatiuam, quòd res imperata ſit illicita, poſſit licitè obedire, debet efformare iudicium particulare, & practicum ſaltem probabile, ſcilicet, ſaltem probabiliter iudicare hîc, & nunc ſibi eſſe licitum obedire, quia alioqui contra propriam conſcientiam practicam, & regulantem ageret; Vaſquez, Azorius, Sayrus, Villalobos aiunt, vt ſubditus poſſit tale iudicium practicum efformare, & non agere contra propriam conſcientiam, eum debere iudicare, ſeu exiſtimare, quod iubetur eſſe iuxta opinionem probabilem, ſeu credere probabilem eſſe ſuperioris ſententiam, & non tantùm ex eo, quòd ſit ſuperior, ſeu præcipiat, (cùm dignitas præcipientis ſola non faciat probabilem opinionem eius, quod præcipit,) ſed quia aut ſubditus ſcit ab alijs Doctoribus illud vt probabile haberi, vel ſuperiorem doctum, & prudentem eſſe, qui niſi probabiliter ductus rem illam non præciperet, quod ſemper exiſtimandum eſt, quotieſcunque de iniuſtitia præcepti non conſtat. At Sanchez ait non eſſe neceſſe, vt ſubditus iudicet probabilem eſſe opinionem ſuperioris præcipientis, ſed vt teneatur obedire ſatis eſſe, quòd idem ſubditus dubitans, vel opinans mandatum eſſe malum, vel extra limites iuriſdictionis non habeat eius certitudinem; quod videntur dicere etiam multi alij ex Doctoribus *n.* 261. allegatis: ſed exiſtimo hos Doctores in re non diſcrepare, ſed omnes velle, vt ſubditus opinans, vel dubitans eſſe malam rem imperatam poſſit efformare iudicium particulare, quod hîc, & nunc illi liceat ſuperiori obedire, & conſequenter teneatur, non ſufficere quòd ſuperior ſit, & præcipiat, quia ſolùm præceptum rem aliàs illicitam, non facit licitam, ſed requiri, vt illi non conſtet eſſe malam, ac proinde licèt dubitet, vel opinetur eſſe malam, poſſit etiam contra ſuum dubium, aut opinionem ſpeculatiuam ex principiis intrinſecis, vel aliorum Doctorum auctoritate deductam ex alio capite, nempè, quia ſuperior illam præcipit, putare eſſe licitam, & poſſe abſque peccato executioni mandari, eo quòd præſumi debeat eundem ſuperiorem prudenter, & iuſtè duci ad præcipiendum, iuxta *dict. cap. quid culpatur*, 23. *quæſtion.* 1. 280.

Porrò ex præallegato *cap. quid culpatur*, & ex rationibus ſuprà poſitis, probatur ſubditos poſſe, & debere obedire Principi euocanti eos ad bellum de cuius iniuſtitia ipſis non conſtat, licèt de ea habeant probabilem opinionem, & aſſerunt præallegati Doctores. Infertur etiam ex dictis contra Ioannem Sancium, & Dianam, à ſuperiore, ac à Principe puniri poſſe ſubditos ſi non obediant, eſto quòd ipſi formaliter coram Deo non peccarent, eo quòd contrariam ſententiam putarent probabilem, quia ſuperior vtitur iure ſuo in puniendo, vt in mandando, & in foro externo, ob rationes allatas, meritò præſumerentur inobedientes, ac rebelles. Quemadmodum à iudicibus multi iuſtè damnantur in ciuilibus, ac criminalibus, etſi immunes à formali peccato, idque ob ſententiam probabilem vel vere, vel 281.

credi

crediram. Alia verò eſt ratio de pœnitente, quem in illo foro interno Confeſſarins debet abſoluere, quandocunque coram Deo abſolotionis eſt capax, etſi ratione ſententiæ falſæ modò veræ, vel creditæ probabilis, iuxta ſuprà dicta.

Ex dictis etiam haud difficile reſolui poterunt nonnullæ aliæ difficultates: quarum, quando ſunt opiniones oppoſitæ, ſit nec ne res imperata vltra limites auctoritatis ſuperioris, ſeu Prælati, an obligetur ſubditus obedire, quando conſtat rem eſſe licitam.

282. PRima eſt ſi ſuperior, ſeu Prælatus, qui verus & legitimus eſt, & vt talis à ſubdito haberur, præcipiat rem apertè licitam, ſed ſubditus ex propria, vel aliorum Doctorum ſententia probabiliter opinetur excedere limites auctoritatis, ſeu eſſe ſupra poteſtatem præcipientis, an tunc cùm illi non conſter certò excedere iubentis iuriſdictionem, teneatur ſubditus obedire, ſaltem ſi ſine graui ſui, vel alterius præiudicio mandatum ſuperioris exequi poteſt. Negant Leſſius, Ioann. Sancius, Diana, & Palaus *locis ſuprà num.* 252. *allegatis.* & idem videtur ſentire Sayrus *d. cap.* 12. *num.* 6. vbi docet ſubditum, cùm opinatur, vel dubitat, an ſuperior poſſit aliquid præcipere, non obligari ad parendum, quod præter rationes ſuprà *num.* 252. *& ſeqq.* adductas aliis rationibus infrà *num.* 291. *&* 292. referendis probat Ioann. Sancius. At affirmandum eſt teneri, prout in terminis ex Doctoribus *ſupr. num.* 261. allegatis docent Vaſquez *num.* 34. (vbi ait teneri ſubditum contra propriam opinionem obedire ſuperiori præcipienti, quoties non dubitatur de eius legitima electione, ſed de eius iuriſdictione, & poteſtate, nempe quòd ſit verus ſuperior, & Prælatus liquidò conſtat,) Sanchez *num.* 4. Salas, Suarez, Reginaldus, Gordonus, Layman, Villalobos *locis ibidem citatis.* & idem ſentiunt Corduba *d. lib.* 3. *quæſt.* 6. Miranda *d. quæſt.* 26. *art.* 2. Rodriquez *tom.* 3. *qq reg. quæſt* 9. *d art.* 4. Portel *d. v. obedientia num.* 8. Lezana, Hieronymus Rodericus & Peirinis *locis d. num.* 261. *relatis*, dum aiunt ſubditum teneri obedire quoties ei certò non conſtat rem præceptam eſſe illicitam, vel ſupra regulam, & excedentem Prælati iuriſdictionem, & ex obedientia non immineat ſibi, vel alteri graue præiudicium, aut damnum temporale, vel ſpirituale. Deducitur apertè ex dictis; nam cùm ex parte ſubditi opinio, vel dubium eſt de turpitudine rei imperatæ, certè etiam ſubditus dubitat, vel opinatur rem eſſe extra limites auctoritatis ſuperioris, quando nil magis poſſit ſuperare poteſtatem ſuperioris, quàm id quod turpe, & illicitum eſt; ergo ſi ſubditus ſolùm opinans rem imperatam eſſe illicitam, & malam: tenetur obedire, multo magis obligatur obedire quando res imperata apertè eſt licita, & ſolum dubium eſt, aut opinio, quòd limites iuriſdictionis excedat. Quare hanc affirmatiuam probant, & conuincunt omnes auctoritates, & rationes à *num.* 262. *ad* 273. allatæ, ad probandum conſtringi ſubditum obedire Prælato, etſi opinetur id, quod iubetur eſſe malum. Præſumptio enim iuſtitiæ ſtat pro ſuperiore, arg. *d. c. quid culpatur*; ſuperior legitimè, & iuſtè prorſus præcipit, & ſubditus obedire abſque peccato poteſt & abſque graui ſuo præiudicio, aut alterius, vt ſuppono; ergo tenetur ſi in huiuſmodi caſu ob ſubditi opinionem Prælatus amitteret ius præcipiendi, poteſtas ſuperioris præcipiendi, & obligatio obediendi à capite, ignorantia, cognitione, & ſenſu ſubditorum dependeret, vt dictum eſt *num.* 269. item Prælatus, & quilibet ſuperior teneretur rationem reddere ſubditis ſuorum præceptorum, quod aduerſatur perfectæ obedientiæ, (quæ debet eſſe cœca, nec habere oculos,) & rectæ gubernationi, maximè quando conſtat eſſe licitum id, quod præcipitur, non enim expedit Reipublicæ, aut rectæ gubernationi, quòd ſubditi omnia ſciant; alioqui etiam inter ſubditum, & ſuperiorem frequentia orirentur litigia, & iurgia, & tota Reſpublica, & Hierarchicus ordo deperiret, ſæpe enim ſubditi cuinis opinioni adhærerent, vt dicerent Prælatum non poſſe iubere; & ratione incertæ cognitionis ſubditi ſuperior ſpoliaretur iure ſuo in voluntatem, & obedientiam eiuſdem ſubditi in ordine ad exequenda omnia mandata licita, quod idem ſuperior ante talem cognitionem legitimè poſſidebat, quod abſque iniuria fieri nequit, iuxta dicta *num.* 273. † Quòd ſi obliciatur 283. cùm dubium, vel opinio eſt, quòd res præcepta non cadat ſub poteſtate ſuperioris ad præcipiendum dubium, & opinio etiam eſt, quòd non cadat ſub obdientia, & ſub obligatione inferioris ſubditi ad obediendum: ſunt enim hæc duo correlatiua, quæ eodem modo ſe habent, ac inuicem conſequuntur, nam vno poſito, ponitur & alterum, altero verò ſublato, aufertur & reliquum; ergo in tali caſu ſubditus non tenebitur obedire, cùm dubitat, aut opinatur non habere poteſtatem. Reſpondent Corduba, Rodriquez, & Miranda, non obſtante dubio, vel opinione de poteſtate ad præcipiendum, certum eſſe ſubditum teneri obedire; & ad obiectum, concedentes illa duo eſſe correlatiua, dicunt, quod correlatiua eodem modo ſe habent quoad eſſe, & quoad non eſſe, & vt dicitur poſita ſe ponunt, atque perempta ſe perimunt, non tamen quo ad modum, ſeu quo ad conditionem eſſendi, etenim ſtat Prælatum culpabiliter præcipere, (vt ſi præcipiat mala intentione,) & ſubditum laodabiliter obedire, vt ex *d. cap. quid culpatur,* 23. *quæſt.* 1. conſtat: & ita in propoſito ſtar dubium, aut opinio de poteſtate ſuperioris præcipientis cum certitudine obligationis obediendi in ſubdito, nam dubium de poteſtare Prælati ad præcipiendum non eſt dubium de obedientia, nec de obligatione obediendi, (vt prætendit argumentum,) ſed eſt dubium alia de re, nempe de poteſtare Prælari, & in tali dubio, (dummodo abſit periculum notabilis damni proprij, vel alterius, iuxta dicenda infrà,) certiſſimum eſt eſſe obediendum; vnde inquiunt Corduba, & Rodriquez ſe non dixiſſe, nec dicere quòd quando eſt dubium, quòd tale quid cadat ſub obedientia, tunc certum ſit eſſe obediendum; ſed quòd quando eſt dubium an ſuperior id poſſit præcipere, tunc certum eſſe quòd eſt obediendum, aut quòd cadit ſub obedientia, & in hoc nullam eſſe contradictionem, hócque valde differre ab illo. ſed an etiam quando daretur dubium, vel opinio non obligari ſubditum obedire teneatur exequi ſuperioris mandatum, examinatur infrà difficultare tertia à *num.* 290.

284. Et ex his manifeſtè colligitur etiam, quando ſubditus dubitat, an iuſta cauſa præcipiendi ſubſit, ſeu opinatur ſuperiorem non moueri iuſta cauſa ad præcipiendum, omninò teneri obedire, cùm idem ſit opinari rem licitam imperatam fuiſſe non exiſtente iuſta cauſa aut eſſe extra limites poteſtatis præcipiendi. & ita etiam notauit in terminis Layman.

in ſuis quæſtionibus aureis, quæſt.67.num.3. & num.4. fine. Præterea confirmatur, quia in hoc caſu pacificæ quaſi poſſeſſionis prælationis ſuperiorem fuiſſe legitimè promotum, & eſſe verum, ac legitimum præſumitur, donec contrarium conſtet, aut probetur, iuxta doctrinam Vaſquij *loco citato*, deſumptam ex gloſſa communiter approbata *in l. ſiue poſſidetis, & in l.cùm res, C.de probationibus*; & ad id facit etiam *d.cap.quod culpatur 23.quæſt.*1. Tertiò contra Doctores ſuſtinentes ob dubium, vel opinionem, quòd res præcepta ſit extra limites auctoritatis ſuperioris, non eximi ſubditum ab obligatione obediendi, confirmatur hæc eadem affirmatiua argumento à parte ad totum, (quod habere vim, quando eſt eadem ratio vtriuſque, tradit Euerardus *in Top. loco à toto ad partem num.7.& 8.*) nam ſi dubium, aut opinio, quòd poteſtas ſuperioris non ſe extendat ad talem rem, non impedit quo minus ſuperior illam abſolutè præcipiat, nec liberat ſubditum ab obligatione obediendi; ergo idem omninò dicendum, quando eſt ſolum dubium, vel opinio, an in vniuerſum ſuperior habeat legitimum titulum, ſeu poteſtatem præcipiendi, ſi ſit in quaſi poſſeſſione ſuperioritatis, ſeu poteſtatis, cadem enim videtur ratio vtriuſque, nec
288. diſparitatis vmbra apparet. † Dictum eſt autem, *ſi ſuperior ſit in quaſi poſſeſſione ſuperioritatis*, nam poſitis dubio, aut opinione, quòd non ſit legitimus ſuperior, & non exiſtentia eiuſdem in quaſi poſſeſſione, contrarium dicendum eſt, & ſic dubitantem, aut opinantem non teneri ad obediendum tali ſuperiori, ſi illi aliquid præciperet, quia tunc cùm illi nondum actu illi ſit ſubiectus, nec alter habeatur vt ſuperior in ordine ad actuale exercitium iuriſdictionis & ſuperioritatis, liber eſt adhuc ab obligatione obediendi, ſeu poſſidet adhuc libertatem, quæ per ſe, & ſemota ſubiectione illi conuenit.

289. Prædictis autem non obſtant argumenta prioris ſententiæ negatiuæ. Nam primum Ioannis Sancij procedit ſolùm vbi conſtaret de nullitate tituli legitimi, & ſuperiorem eſſe omnino intruſum. Ad ſecundum Palai reſpondetur nos ſupponere ſuperiorem habere certam, & non litigioſam, & minus pacificam poſſeſſionem ſuperioritatis, ex eo autem quòd non conſtet certò, ſed tantùm probabiliter, ipſum habere legitimum titulum, & ius, ſeu iuriſdictionem præcipiendi, non ſequitur ſubditum non teneri certò, ſed tantùm probabiliter obedire, aut ſuperiorem legitimè quaſi poſſidentem ſuperioritatem non poſſe certò præcipere, & abſolutè obligare ſubditum ad obediendum, vt conſtat ex dictis *num. 286. 266. & ſequentibus*, & eo ipſo quòd ſuperior eſt, & cenſetur legitimus ex probabili opinione, vel non, conſtat certò illum eſſe illegitimum, & eſt in quaſi poſſeſſione prælationis, ius naturæ ad euitanda inconuenientia, dictat illi eſſe obediendum, vt oſtenſum eſt *num.* 287. Ad tertium Leſſij ſuppoſita quaſi poſſeſſione ſuperioritatis pacifica, patet poſſeſſionem libertatis non ſtare pro ſubdito, ſed pro ſuperiore ſtarè poſſeſſionem iuris obligandi ad ſibi obediendum donec de illegitimitate prælationis, ſeu promotionis ad ſuperioritatem certò non conſter. Nec iuuat exemplum de lege, quia lex nunquam poſſidet, niſi certò conſtet fuiſſe latam, nec ex illius inobſeruantia ob dubium, an ſit lex, imminet probabile periculum inconuenientis, aut ſcandali; procedit autem ratio Leſſij, quando certò moraliter non conſtat ſubdito eſſe ſuum legitimum ſuperiorem, nec iſte eſt in pacifica quaſi poſſeſſione ſuperioritatis.

Si daretur opinio probabilis ex parte ſubditi, quòd non tenentur obedire, an tunc foret illi liberum obedire, vel non obedire.

Tertia difficultas, an ſi daretur talis diuerſitas 290.
opinionum, ſcilicet, quòd vna opinio probabilis aſſerat in aliquo caſu non teneri ſubditum obedire, & altera etiam probabilior oppoſitum teneat, liberum ſit ſubdito priorem opinionem amplectenti obedire, vel non, an verò teneatur ſuperiori iuxta alteram præcipienti obedire. In hoc caſu poſſe quidem ſubditum tutò obedire, non autem teneri, docent non ſolùm Leſſius, Ioannes Sancius, Diana, & Palaus *locis num. 252. citatis*; ſed & Sayrus *loco ſuprà num.285. allegato*, & Sanchez *d.lib.6. ſum. cap.3. num.7.* Hanc eandem ſententiam videntur indicare Corduba, Rodriquez, & Miranda *locis ſuprà n.282. relatis*, in reſponſione ad argumentum ſuprà *n.283.* poſitum, eandem tenet Pharao *in promptuario tract.1. ſeſſ.4.caſu* 19. à Ioanne Sancio etiam *d. diſp.33.n.28.* pro hac ſententia allegatur Torres *de Iuſtit. dub.50. dub.5. num.9.* & à Palao allegatur Petrus Nauarrus *de reſtit.lib.3.cap.1.part.3.dub.12.num.70.* vbi tamen non loquitur in his terminis, ſed docet, cùm ſint oppoſitæ opiniones, an gabellæ ſint, necne iniuſtæ, Principem non peccare exigendo dictas gabellas ob opinionem tenentem non eſſe iniuſtas, & etiam ſubditum ſequendo alteram opinionem quòd ſint
iniuſtæ, non peccare defraudando. † Ex qua tamen 291.
doctrina Ioannes Sancius hanc confirmat ſententiam; igitur præter rationem ſuprà *num.252.* allatam, quòd quilibet poſſit ſe in operando conformare opinioni probabili etiam minus tutæ. Probat primò Ioannes Sancius *d.diſp.33.num.35.* quia opinio probabilis tenet tributum, quod probabiliter exiſtimatur iniuſtum, non obligare ſubditum, & ideo ſubditus non tenetur illud ſoluere, ſed poteſt defraudare, vt docent Petrus Nauarrus *loco citato*, Sanchez *d.n.6.* Corduba *in ſumm q.95.ad dub.*1. Lopez 1.*part.inſtructorij cap.*184. Vaſquez *opuſc.de reſtit.cap* 6.§ 3.*dub.*5. *num.76.& 78.* Malderus *de virtutibus, lib.2.c.6.dub.4.* Leſſius *de Iuſtitia lib.2. cap. 33. num. 67.* & plures à Ioanne Sancio relati. ergo etiam quando probabilis opinio aſſerit ſubditum non teneri obedire ſuperiori, non obligabitur obedire, licèt ſuperior poſſit licitè præcipere, ſicut in priori caſu poteſt Princeps licitè exigere tributum, quod non conſtat euidenter eſſe iniuſtum, ſed probabiliter iuſtum cenſetur: vtrobique enim res verſatur inter ſubditum, &
ſuperiorem. † Secundò probat Ioannes Sancius 292.
num.34. quia reus in cauſa ſanguinis non tenetur fateri ſuum crimen ſemiplenè probatum, quia probabilis opinio multorum Doctorum tenet, eum ad id non obligari, licèt etiam iudex iuxta probabilem opinionem poſſit illum licitè interrogare, & tormentis cogere ad confitendum, vt tradunt plures Doctores, quos idem Sancius allegat *diſp.43.n.29. & 30.* quamuis ipſe *num.32.* velit iudicem in tali caſu non poſſe Reum tormentis cogere ad fatendum crimen etiam ſemiplenè probatum; ergo quilibet ſubditus non obligatur obedire ſuperiori quoties probabilis opinio aſſerit ipſum ad id non teneri. ſi dicatur in hoc caſu Reum non teneri mandato iudicis obedire ob magnum præiudicium, quod inde pateretur, nimirum quia inde morte plecteretur. Reſpondet Sancius hoc non obſtare, nam id, (inquit,) quod proximè excuſat reum à reſponſione, non eſt timor, ſeu periculum grauis damni incurrendi, ſed quòd ſciat ipſe dari opinionem probabi-

lem excuſantem à reſponſione, quamuis fundamentum talis opinionis inde ſumptum ſit, quòd nemo teneatur ſui damni authorem fieri: quemadmodum etiam altera opinio docens ſubditum non teneri obedire, ſiue docens rem præceptam eſſe illicitam, ſiue extra iuriſdictionem præcipientis, ſiue ſuperiorem non eſſe legitimum, ſuum quoque fundamentum habebit, quod diſcutere ad ſubditum non ſpectat, dummodò illi aliàs conſtet, opinionem, quam ſequitur, eſſe iuxta aliquorum Doctorem mentem.

293. † Tertiò probat Sanchez *d. num.* 7. quia in hoc caſu non præponderat poſſeſſio certa ſuperioris, ſicut in caſu, in quo ſubditus probabiliter putat rem imperatam eſſe malam, aut extra limites auctoritatis, quia eo ipſo, quòd ſit opinio probabilis, dicens ſubditum non teneri in tali caſu obedire, vocatur in dubium poſſeſſio ſuperioritatis in ſubditum, ac proinde non ſupponitur ea poſſeſſio, vt præponderet contra libertatem, quam habet ſubditus ad ſequendam quamcunque opinionem earum, quæ ſunt immediatæ regulæ operationum: ſi dicatur etiam eo ipſo quòd ſubditus probabiliter opinatur rem eſſe malam, aut excedentem limites iuriſdictionis ſuperioris, ſequi, vt probabiliter opinetur ſe non teneri obedire, & ita quoque vocari in dubium poſſeſſionem ſuperioris ad præcipiendum, nam ſuperior nunquam eſt in poſſeſſione, ſeu nunquam habet ius præcipiendi illicitum, aut excedens limites ſuæ poteſtatis. Negat Sanchez id ſequi, quia ſuperior, (vt ſuprà dictum eſt *num.* 265.) habet ius præcipiendi non tantùm res licitas, & comprehenſas ſub poteſtate ſua iuxta opinionem, ſeu iudicium ſubditi, ſed vniuerſas, quas ſubditus non cognoſcit euidenter eſſe illicitas, & extra ſuperioris poteſtatem, atque adeò non obſtante aſſenſu opinatiuo ſubditi de turpitudine, vel exceſſu, certum eſt eun-

294. dem ſubditum teneri obedire. † Sicut ſubdit idem Sanchez habenti opinionem probabilem, imò probabiliorem dicentem ſuam eſſe rem ab altero poſſeſſam, non licet alterum ſpoliare ſua poſſeſſione, quia dum non eſt certitudo, non eſt probabile poſſe fieri ſpolium authoritate propria: at ſi haberet etiam opinionem minus probabilem, dicentem fas eſſe ſpoliare alterum, poſſet illum ſpoliare ſequendo opinionem illam probabilem, quam doctrinam approbat quoque Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 18.

295. *num* 20. † Quare cùm in hoc eodem caſu ſuperior poſſit licitè præcipere ratione opinionis oppoſitæ, & conſequenter probabiliter obligare ad obediendum, ait Sanchez, dari bellum ex vtraque parte iuſtum ob ignorantiam inuincibilem veritatis, ratione cuius vterque, ſcilicet ſuperior præcipiendo, & ſubditus non obediendo, vt vnuſquiſque tuetur ius, quod putat ſibi probabiliter competere, à culpa excuſatur, quemadmodum in litibus Patroni cauſarum, ignorantia veritatis excuſantur ratione probabilis opinionis ſibi fauentis: etenim prudenter agunt Aduocati probabilem iuſtitiam tuendo; ſicut & quando ſunt opiniones probabiles circa tributum à Principe impoſitum dum vna dicit eſſe iniuſtum, & non obligare, altera verò eſſe iuſtum, & obligare, tunc ratione ignorantiæ, & probabilis opinionis, & ſubditus non ſoluendo, & Princeps exigendo à peccato excuſantur.

296. Verùm etiamſi daretur opinio probabilis aſſerens ſubditum in aliquo caſu non teneri obedire, longè probabilius mihi videtur conſtringi ſubditum obedire, niſi deobligetur ratione maximè difficultatis alicuius grauis præiudicij, aut temporalis, aut ſpiritualis ex obedientia ſibi imminentis, iuxta dicenda infrà, & ita tenet Salas *d. diſp. vnica, num.* 78. & ſentire omnino videntur Layman, Villallobos & Gordonus *locis ſup. num.* 261. *relatis*, cùm abſolutè dicant, cùm inter ſubditum, & ſuperiorem datur diuerſitas opinionum, ſubditum conſtringi obedire, & Gordonus ſolùm excipit, ſi opiniones eſſent de iuriſdictione, ſcilicet, an ſit legitimus ſuperior. idem puto opinari Vaſquez *d. diſp.* 62. *cap.* 6. cùm in varietate opinionum exiſtimat ſubditum ab obligatione obediendi limitarè, quando dubitatur de electione Præpoſiti. & hanc ſententiam mihi videntur probare omnia argumenta quibus ſuprà *à num.* 262. *& ſeqq. & num.* 282. *& num.* 286. *&* 287. oſtenſum eſt, ſubditum obligari obedire ſuperiori præcipienti, non obſtante opinione eius probabili de turpitudine rei, aut illius exceſſo vltra poteſtatem præcipientis, aut de illegitimitate ſuperioritatis. Nam primò in hoc caſu non conſtat certò ſubdito, ſe non teneri obedire; ergo ad id tenetur iuxta doctrinam S. Auguſtini, & D. Bernardi *d. num.* 262. relatam. Secundò etiam in hoc caſu ſuperior habens pro ſe opinionem probabilem, poteſt licitè præcipere; ergo etiam poteſt abſolutè, & ſimpliciter obligare ſubditum, & ſubditus conſtringitur abſolutè obedire,

iuxta dicta *à num.* 265. *ad* 269. † Si dicatur cum Palao ſuperiorem in hoc caſu iuſtè quidem præcipere, 297.

non ita tamen vt ſubditus teneatur obedire, quia non vndequaque iuſtè præcipit, ſed probabiliter, ac proinde ſubditus probabiliter tantùm obligatus erit obedire, & probabiliter deobligatus, nam ex ignorantia, & diuerſitate opinionum hæc diuerſitas in operando oritur, ratione cuius datur bellum iuſtum ex vtraque parte, iuxta dicta *num.* 295. contrà eſt, quia, vt dictum eſt *num.* 267. ex eo, quòd non euidenter, & certò, ſed tantùm probabiliter conſtet ſuperiorem poſſe licitè, & iuſtè præcipere, non infertur, eum non poſſe abſolutè præcipere, & certò obligare ſubditum, ac ſubditum non teneri certò obedire, ſed tantùm probabiliter teneri, & probabiliter deobligari: nam, vt ſuperior poſſit abſolutè præcipere, & ſimpliciter, & certò obligare, & teneatur abſolutè ſubditus obedire, ſufficit, vt eidem ſuperiori licitum ſit præcipere, ſiue illi liceat ex probabili opinione, ſiue euidenter, nam eo ipſo quòd licitè, & iuſtè aliquid præcipit, & ſubditus licitè efficere poteſt, cadit abſolutè ſub obedientia, vt conſtat ex dictis *num* 265. *&* 266. id enim poſtulat naturalis ordo, & ratio ſubiectionis, iuxta D. Auguſtinum, alioqui neſciretur, quando ſubditus teneatur obedire, ſi ab obedientia, cùm aliquid licitè præcipitur, & abſque peccato effici poteſt, excuſaretur, præſertim ratione ſui proprij iudicij, quod variabile eſt, & ſæpe iuxta affectum, vel odium erga rem præceptam, vel præcipientem variari contingeret; atque adeò modò teneretur ſubditus obedire, modò non iuxta ſuum caput, & ſæpe occaſionem arriperet non obediendi, dicens, eſſe opinionem probabilem ſe non teneri obedire, vnde frequentia litigia, & iurgia inter ſuperiorem, & ſubditum orirentur, & confuſio Reipublicæ, & communitatis, diſſolutio ordinis Hierarchici, & alia ſcandala, & inconuenientia, ad quæ euitanda aſſerendum eſt, licèt in aliis liberum ſit vnicuique operari, iuxta opinionem probabilem, vbi tamen agitur de ſpectantibus ad obedientiam ſubditorum ius naturæ dictare, eſſe obediendum ſuperiori licitè, & iuſtè præcipienti, non obſtante quòd aliqua opinio probabiliter dicat non teneri ſubditum obedire; quia, vt ſuprà *num.* 287. dictum eſt, non debet permitti id, quod præbet occaſionem malignandi, & ex quo ſequi

poteſt

poteſt inconueniens, ex qoibus apertè patet hanc ſententiam probari argumentis quinto, ſexto, &
298. ſeptimo ſuprà *n.269.& tribus ſeqq.* adductis. † Tertiò probator hæc ſeotentia octauo argumento ſuprà *num.* 273. addocto. ſcilicet, quòd propter opinionem ſubditi probabilem, ſuperior non poteſt à ſubdito propria eius auctoritate ſpoliari iure, quod legitimè habet, & poſſidet præcipiendi, & obligandi ſubditom. Neque dicatur cum Sanchez hoc ius præcipiendi, & obligandi in hoc caſu, in qoo eſt opinio, quòd ſubditus non reneatur obedire, non eſſe certum, (ſicut in caſibus, in quibus datur opinio, quòd res ſit illicita, aot vltra limites poteſtatis,) ſed dubium; nam contta hanc reſponſionem Saochez eſt; etenim ptimò data hac reſponſione, neque etiam, quando eſt opioio, quòd res imperata ſit illicita, aur excedens limites poteſtatis, teneretut ſubditus obedite, nam etiam tunc, (vt argumentatur Salas,) poſſet dici, in dubium vocari poteſtatem, & poſſeſſiunem ſuperiotis præcipiendi, licèt ad alia habeat liquidam iotiſdictionem, & poſſeſſiooem, nam eo ipſo quòd qois optoatur rem illicitam eſſe, vel vltra limites poteſtatis, opioatur etiam ſuperiotem non habere ius, & poſſeſſionem præcipiendi, cùm poteſtas ſupetiotis non ſe extendat ad illicita, & non comptehenſa ſub illius iuriſdictione. Secundò, quia ex eo, quòd ſolùm ex opinjooe probabili appareat ſupetiorem poſſe aliquid præcipere, non poteſt inferri ipſum non poſſe abſolutè ptæcipere, & cettò obligare ſubditum, vt ex dictis conſtat. Tertiò ob opinionem ſubditi ſuperior non deſinit habere ius, & legitimam poſſeſſionem ptæcipiendi, & obligandi illi competentem ratione oppoſitæ opiniouis, eò quia non conſtat euidenter, & certò, non teneri obedire, vt ſupponimus; ergo ſubditos ptoptia authoritate ſua taotùm opinione fretus non poteſt illum ſpoliare; tum quia legitimè poſſidet; tum quia præſumptio iuſtitiæ ſtat pto ipſo ſupetiore, vt ſæpiùs dixi, & cooſtat ex *d. cap. quid culpatur* 23, *q.* 1, tum demum, quia alioqui ſequerentur inconuenieotia, & ſcandala, dum ſuperior vellet ſibi obedientiam præſtari, & ſubditus denegaret: vnde ſaltem ad euitanda inconuenientia litigiorum, cooſuſionis, & perturbationis in Republica, aut communitate, cogimut aſſetere ius naturæ in hoc caſu pro-
299. hibere ſpolium, & dictate eſſe obediendum. † Vnde ad illud, quod idem Sanchez ſuprà *num.* 294. dicebat, nempè habentem opinionem etiam minus probabilem aſſerentem eſſe licitum ſpoliare alterum re, quam etiam ſaltem ex opinione probabili putat eſſe ſuam: Reſpondetur ſi ſermo ſit de ſpolio manifeſto, ex quo vtplurimum ſequeretur inconueniens, ant ſcandalum aliqood, prohiberi tale ſpolium, *§ ſed nedum talia, Inſtit. vi bonorum raptorum l. ſi quis* 7. *C. vnde vi, & l. extat* 13. *ff. quod met. cauſ.* Si verò ſermo ſit de ſpolio occulto, admiſſa illa opinione, de cuius probabilitate nolo diſputare, ex ea non licet inferre ad caſum noſtrum: etenim ſubditus non poteſt, ſaltem vtplurimum, occultè ſubtrahere obedieotiam ſuperiori præcipienti, ac proinde Rex denegatione obedientiæ, dum eoidenter non conſtar ſupetiotem non habere ius præcipiendi, aot minus legitimè, & iuſtè præcipere, ſemper ſeqoi poſſunt inconuenientia, & communiter ſemper cenſeretur inferri iniuria eidem ſuperiori, pro quo
300. ſtat iotis præſomptio, vt dictum eſt. † Demom in ſpecie contra Sanchez probatur hæc ſententia, ſiquidem non apparet quibus in caſibus iuxta ipſum poſſit habere locum hæc eius ſententia, ſeu doctrina, quòd ſubditos non teneatur obedire, quando opinio probabilis docet ſubditum non teneri obedire, nam in ipſius opinione locum non habet, quando opinio docet eſſe illicitam rem imperatam, aut excedentem limites auctoritatis, vt conſtar ex dictis *num.* 261. *& num.* 282. nec quando docet ſuperiorem non eſſe legitiomum, ſeu non eſſe legitimam eius electionem, aut confirmationem; in nullo igitur caſu videtur habere locum, cùm nullus alios ex prædictis videatur poſſe excogitari, vel ipſe explicet. Quòd ſi dicatur habere locum, cùm obedire eſt ſubdito valde difficile, & moleſtum, ac oneroſum, aut ipſi, vel alteri ex obedientia immineret notabile damnum temporale, vel ſpirituale, iam iſte caſus ab eodem Sanchez *d cap.* 3. *num* 24. *&* 25. ponitur vt diſtinctus, & diuerſus ab eo, de quo nunc controuertimur, & cur tunc liceat non obedite, mox explicabitur, & ex explicatione patebit reſponſio ad duo argumenta Ioannis Sancij *num.* 291. *&* 292. relata.

In dubio formali, vel opinatiuo ex parte ſubditi, quòd res imperata ſit illicita, vel excedens limites authoritatis ſuperioris, aut quòd ſuperior non ſit legitimus, aut quòd idem ſubditus non teneatur obedire, an idem ſubditus eximatur ab obligatione obediendi, ſi res præcepta ſit valde difficilis, & moleſta, aut ex obedientia immineat periculum grauis præiudicij proprij, vel alterius.

IGitur quod *numeris* 261. 282. 286. *&* 296. dictom, 301.
& probatum eſt, ſcilicet, in dubio non ſolùm formali, ſed etiam opinatiuo de turpitudine rei imperatæ, aut exceſſu vltra poteſtatem præcipientis, vel de illegitimitate prælationis teneri ſubditum obedire, intelligi debet, quoties id efficere poteſt abſque ſuo graui incommodo; & certò moraliter illi conſtat hoc ſibi, vel tertiæ perſonæ notabiliter nocere non poſſe; ſecus verò ſi in prædictis dubiis, aut diuerſitatibus opinionum obedire, eſſet ſibi valde difficile, ac moleſtum, ſeu abſque graui incommodo non poſſet obedire, aut ex obedientia periculum, aut præiudicium graue ſpirituale, aut temporale in perſona, rebus, fama, ſeu bonore ſibi, vel alteri immineat, & ex inobedientia nihil incommodi metuendum ſit, tunc enim non tenetur ſubditus obedire, (immò nec licitè poteſt, vbi tertio immineret graue damnum ſiue temporale, ſiue ſpirituale, & ſibi damnom ſpirituale,) quouſque de dubio, aut opinione, ſcilicet, bonitate rei præceptæ, vel poteſtate præcipiendi, aut obligatione præcepti, & obediendi ſit ſufficienter edoctus, vel de abſentia talis periculi, ſeu præiudicij, ita communiter Doctores. Sotus *de reg. ſecreto, membro 3 quaſt.* 2. Carolus Tapia *in Auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. ipſo ingreſſu, num.* 48. *&* 49. Aragou 2. 2. *quaſt.* 63. *art.* 2. *ad* 2. *arg.* Medina 1. 2. *queſt.* 19. *num.* 6. *§. ex his principijs.* Saytus *d. lib.* 1. *clauis cap.* 13. *num.* 41. Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica, num.* 155. 158. *&* 159. Suarez *tom.* 4 *de religione lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 25. Rodriquez *locis ſuprà n.* 261. *&* 282. *relatis, & de ordine iudiciario, cap.* 7. *num.* 12. Leſſius *d. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 10. & latiùs *cap* 41. *n.* 76. *verſic. aduertendum,* & ex Doctoribus ſuprà *num.* 261. allegatis Corduba *d. lib.* 3. *quaſt.* 6. 8. *&* 9. Miranda *d. quaſt.* 26. *art.* 6. Sanchez *d cap.* 3. *num.* 23. *&* 24 Layman, Gordonus, Peirinis, Hieronymus Rodericus *locis eodem num.* 261. *citatis.* Diana *part.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 9. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *punčto* 13. *num.* 15.

Villalio

Villallobos *part.1.tract.1.diff.26. num.1.& 2.* Atiaga *t.2.tom.1. diſp.26. num.*14. & alij, quos latè cumulant Saytus, Sanchez, & Hieronymus Rodericus. Probant Cotduba, Roderiquez, & Miranda, quia nullos ſe poteſt alicui ſuperiori obligare, neque ei obedire tenetur in præiudiciũm tertij, neque cum periculo ſpirituali cuiuſcunque, etiam ſui ipſius: nec regulariter ius diuinum, vel humanum, neque ipſe homo per voluntariam ſubiectionem, aut per votum obedientiæ intendit obligare, vel obligari ad valde difficilia, & moleſta vltra communem aliorum ſui ſtatus obligationem, niſi ſpecialiter aliquo iure, vel voto, alioqui ad ea obligentur. Quare in dubio ſiue formali, ſiue opinatiuo, ſcilicet, cùm certò moraliter non conſtat, rem imperatam eſſe licitam, & præceptum hîc, & nunc eſſe obligatorium, non debet iure, ſeu naturali, ſeu diuino, ſeu humano præſumi auctoritas ſuperioris valere in alterius graue præiudicium, cùm nihil incommodi notabilis ex non obediendo ſequitur, aut ſequi poteſt. Confirmant Sotus, Corduba, Leſſius, Sanchez, Sayrus, & Palaos, quia quamuis ſuperior ſit in poſſeſſione ſubditorum abſolutè, & ita ſubditus non ſit in poſſeſſione ſuæ libertatis, eſt tamen in poſſeſſione ſua, videlicet, famæ, & aliorum bonorum ſuorum, ſeu in poſſeſſione ſuæ ſecuritatis, ſeu iuris, quo poteſt in rebus periculoſis ſe conſeruare, & æquum non eſt illum obligare hoc ius, ſeu hanc poſſeſſionem amittere in rebus magni momenti ob obedientiam, de qua dubitat, an debeatur, etenim poſſeſſio ſubditi, vel alterius tertij eſt omninò certa, quæ proinde præualere debet iuri, & poſſeſſioni aliquo modo dubiæ ſuperioris: & ideo quando præceptum eſt in præiudicium alicuius, etiam ſui ipſius, tunc in eam partem eſt inclinandum, vbi minus periculi, & præiudicij eſt, & ita non obediendum præcipienti cum maiori, vel certiori periculo grauis damni proprij, vel tertij, quàm ſit incommodum, quod ex non obediendo ſuperior pati poteſt, donec moraliter certò conſtet de bonitate, & iuſtitia præcepti, ſeu præceptum eſſe obligatorium. Præterea confirmatur, quia in dubio fauendum eſt Reo, & ei, de cuius damno agitur: in hoc autem caſu ſubditus eſt reus, & exiſtens (vt dictum eſt,) in poſſeſſione ſuorum bonorum, & illa in periculis conſeruandi, ac proinde non tenetur in ea ſe conijcere, cùm non conſtat moraliter de obligatione præcepti, & obediendi; & idem videtur dicendum ſi ſuperioris præceptum ſubdito ſit nimis moleſtum, & durum, & non niſi cum magna difficultate poſſit illud implere, quia rationi aduerſari videtur, ſubditum onus graue obedientiæ ſubire, de quo dubitat, an ſibi poſſit imponi, iugum enim Chriſti ſuaue eſt, & leue; quod tale non videretur, ſi ſubditum dubitantem de poteſtate ſuperioris præcipientis obligaret, in graues anguſtias conijci ob ſeruandam eius poſſeſſionem dubiam; vnde non obſtat, ſi dicatur ſuperiorem eſſe in poſſeſſione præcipiendi, ac proinde etiam vt ſibi obediatur quoad rem præceptam licèt difficilis, & moleſta, cùm moleſtia non diſtinguatur à re ipſa præcepta; nam reſpondetur poſſeſſionem ſuperioris in re dubia ſeruandam non eſſe cum graui onere, & moleſtia; cùm neque etiam ius diuinum, aut Eccleſiaſticum ad valde grauia, & difficilia obligare ſoleant: & ita proculdubio tenent præallegati Doctores omnes, & præſertim Medina, Aragon, Rodriquez, Salas, Sanchez *vbi ſuprà*, & Palaus *d. part.* 13. *num.* 18. licèt prædictis omnibus minus probabiliter contradicat Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.* 43. *num.* 28. *&* 29. aſſerens ſubditum in dubio formali, & rigoroſo de poteſtate ſuperioris ad præcipiendum teneri obedire, etiamſi ex obedientia timeatur graue damnum proprium, vel alienum in honore, fama, vel diuitiis, vt euenit, (quod eſt exemplum eiuſdem Sancij,) ſi ſuperior, ſeu iudex interroget ſubditum de delicto proprio, vel alterius, & ſubditus dubius ſit, an iuridicè interroget, vult enim Sancius, quòd teneatur dicere veritatem, ſuppoſito, quòd teneatur ad illam aperiendam, ſi ſciret certò ſe iuridicè interrogari, & mouetur Sancius ea potiſſimum ratione, quia ſi ſubdito certò conſtet ſuperiorem, ſeu iudicem iuridicè præcipere, ſeu interrogare, tenetur veritatem aperire; ergo etiam cùm dubitat, an iuridicè præcipiat, tenetur, quia in vtroque caſu eſt in poſſeſſione præcipiendi, cùm hac priuari non debeat ob dubium ſubditi. Confirmatur, quia ſubditus præſumere debet ſuperiorem iuſtè præcipere, ne ſit iudicij temerarij Reus: ſed ad rationem ex dictis reſpondetur, ſuperiorem in vtroque caſu iuridicè præcipere, & poſſeſſionem præcipiendi habere, at ſubditum non eſſe obligatum, cum ſuo, vel alterius graui detrimento obedire in dubio, quia illius, vel alterius poſſeſſio certa in bonis fortunæ, honoris, & corporis, præualet ſuperioris poſſeſſioni de materia dubia. Et præterea pro ſuperiore eſt iudicandum, & non pro ſubdito, cæteris paribus, quod in præſenti caſu non contingit, cùm damnum ſubdito, vel alteri ex obedientia imminens ſit graue, & certum, ſuperiori verò ferè nullum obueniat ex eius obedientiæ omiſſione. Ad confirmationem reſpondetur, etſi ſubditus præſumat ſuperiorem iuſtè præcipere, cùm tamen de hoc non ſit moraliter certus, non tenetur poſſeſſionem certam in his bonis amittere, vt ſeruet ſuperioris poſſeſſionem in materia dubia. Confirmantur omnia prædicta, quia totum ius quod Prælatus, ſeu ſuperior in huiuſmodi caſu habere poteſt, deſumitur ex ceſſione ipſius ſubditi, dum ſe illi per obedientiam ſubiecit, at ſubditus certè non debet cenſeri ſe ſubiecisse, vt in eo dubio patiatur eius, vel proximi fama, &c. ergo tunc Prælatus non habet ius præcipiendi.

Ex quibus plura inferuntur corollaria.

Primum, ſi Prælatus inferiori præcipiat aut lon- 302.
gum iter, aut longam abſtinentiam, vt quotidie ieiunare, & multo magis ieiunare quotidie in pane, & aqua, aut aliud opus valde auſterum ſine vlla alia rationabili cauſa, ad id, videlicet, niſi præcipiat in vim pœnitentiæ pro aliqua graui culpa, aut ob aliquam aliam cauſam, quam eſſe iuſtam certò moraliter conſtet, non teneri ſubditum obedire, quia hæc ſunt valde difficilia, & moleſta, ac proinde ſubditus excuſatur ab obedientia, quoties probabiliter dubitat, an iuſtè præcipiat. ita Soto, Corduba, Roderiquez *vbi ſuprà*. Tapia *d. num.*49. & Sanchez *dict. num.*23.

Secundum Corollarium, quod ex prædictis ali- 303.
qui Doctores inferunt, eſt, coniugem dubitantem de ſeruitute alterius coniugis, quem liberum putabat, dum contraxit, non teneri obedire Eccleſiæ præcipienti reddere debitum, ob damnum ſibi imminens ratificandi ea copula matrimonium, quod irritum erat, & ſic cadendi iure illius diſſoluendi, ita Sotus *d. quæſt.*2. & plures alij, quos refert Sanchez *de matr. lib.*1. *diſp.*43. *num.*2. & fore tenendum ſi tale damnum ſequeretur, dicit idem Sanchez *d. dict. cap.*3. *num.*23. Dicta tamen *diſp.*43. *num.*5. *&* 8. ſuſtinet talem coniugem in huiuſmodi dubio ſeruitutis teneri reddere debitum, & quando Eccleſia, ſeu iudex præcipit, & etiam eo non præcipiente, quia pu-

tat

Digitized by Google

tat nullum inde damnum imminete, nam detecta
ſetuitute poſſet ab illo matrimooio tecedete, cùm
inualidum fuerit, nec illa copula ratificatum, dum-
modo non acceſſerit animo tatificandi, ſed tantùm
intentioni obedieodi iudici, vel alteri coniugi exi-
genti, de qua te infrà vbi de conſcientia dubia.
304. Tertium Corollatium. Cùm ſuperior, aut iudex
intettogat Reum de proprio, aut teſtes de tertij cri-
mine, ex cuius manifeſtatione, ſeu confeſſione, aut
ptobatione periclitatut fama, aut vita delinquentis,
vel tertiæ perſonæ, & ctimen non eſt in publicam
perniciem, ſi dubium probabile ſit, an interueniant
infamia, iodicia, & alia ſufficientia ad interrogan-
dum iuridicè ſubditum, ſeu Reum, non teneri obe-
dire, & ſe ptodere, & teſtem non teneti, nec poſſe
licitè contra ipſum teſtificari; cùm ſit maius malum,
periculum, & damnum illud imminens, ſcilicet, vt
homo perpetuò fama priuetut, vel occidatur con-
tra ius, quàm ſemel non obedire; & hæc iuncta cum
dubio illo probabili præpondetent iuti ſupetiotis.
ita Soto *d. quæſt.* 2. Leſſius *d. §. aduerte tamen.* Salas
d. num. 155. Saytus *d. num.* 41. Sanchez *d. num.* 24. &
305. alij à Salas & Sayto telati. † Ex quo etiam Sotus,
Saytus, & Salas benè inferunt, id quod ſuprà *n.* 142.
cum aliis traditum eſt, nempè ſi iudex, vel Prælatus
legitimè inquirat, ſeu intertoget contra perſonam
aliquam digniſſimam, cuius vita, vel fama ſit pre-
tioſa Reipublicæ, quamuis intettogatus opinetur,
& probabilius ſit iudicem legitimè intettogare, ſi
tamen etiam non ſine omni fundamento dubitat,
ſeu ptobabile putat conttatium, ſcilicet non legiti-
mè intettogare, non tenetur crimen manifeſtare;
quia in dubio periculum illius perſonæ præponde-
rat præcepto ſuperioris, & periculum graue, ne per-
ſona digniſſima, & magnæ auctoritatis præter ius
occidatur, facit, vt in motalibus formido præpon-
deret opinioni, vt citato *num.* 142. dictum eſt. Qui-
bus, vt ex ſupradictis conſtat, non obſtat Prælatos,
& iudices eſſe in poſſeſſione legitima reſpectu ſub-
ditorum, nam ex alia parte etiam ſubditus eſt in
poſſeſſione ſuæ famæ, & ſuorum bonorum, & ma-
ius periculum, ſeu damnum eſt, reuelare crimen fra-
tris cum perpetua eius infamia, ſi illius fama ſit ali-
306. cuius valoris, quàm ſemel non obedire. † Quòd ſi
detectio criminis, & punitio ſit neceſſaria commu-
ni bono, vt in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis,
& aliis ſimilibus ſolet contingete, in dubio eſt pa-
rendum; vt ſi dubios ſit teſtis proptet aliquam pro-
babilem cauſam, an in ctimine hæreſis Inquiſitor
iuſtè intettoget, debet ſine vlla dubitatione crimen
reuelare, quia damno priuato communis ſalus, cum
præcepto ſuperioris in dubio præponderat, & quia
in re dubia minus periculum eſt eligendum; minus
autem periculum eſt, ſi aliquis priuatus etiam in-
iuſtè occidatur, quàm vt Reſpublica, aut Eccleſia
damnum patiatur, & nemo tenetut cum damno bo-
ni communis ſeruare vitam alterius, aut fidem illi
datam, (quod etiam cum plutibus allegatis probaui
in tractatu *de contract. matrimonij, cap. 7. num.* 276.)
cùm membra poſthabenda ſint capiti, & ita in du-
bio eſt inclinandum in periculum potius boni pri-
uati, quàm publici. ita Sotus, Salas, Saytus *locis cita-
tis,* Salon 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 1. *contrאו.* 3. & alij à Sala
307. & Sayto allegati. † Quid verò, ſi Reo certò conſtet
iudicem iutidicè intetrogate ex præhabita ſemiple-
na delicti ptobatione pet teſtes, & ſufficientia indi-
cia, an idem Reus teneatut fateri veritatem ſui de-
licti, ob quod confeſſum, eſſet morte plectendus,
aut ad triremes, præſertim in perpetuum, aut ad
longum exilium, aut ad bonorum omnium amiſſio-
nem foret damnandus, an verò etiam in hoc caſu,
non obſtante, quòd illi notum ſit iuridicè intetto-
gari, poſſit licitè negare crimen? Satis probabile
eſſe, Reum non eſſe obligatum fateri delictum, vi-
detur colligi ex dictis. Quia, quamdiu eſt ſpes eua-
dendi prædictas grauiſſimas pœnas, eo quòd non-
dum ſit delictum plenè probatum, præceptum illud
fatendi criminis videtur nimis difficile, & repu-
gnans hominis naturæ vehementer, ad ſui, ſuorum-
que bonorum conſeruationem, & defenſionem
propenſæ, atque adeò neque ſatis accommodatum
humanæ imbecillitati, ſiquidem vix è centum vnus
repetiretur, qui, ſi ſperet negatione delicti ſe poſſe
euadere mortem, aut aliam ſimilem grauiſſimam
pœnam temporalem, non ſit crimen negaturus;
præcepta autem, vt obligent, debent eſſe conſenta-
nea conditioni humanæ, ſicut & leges, & ſicut ius
naturæ, aut diuinum noo obligat ad nimis difficilia,
quæ ſpectata hominis natura, & eius imbecillitate,
vix, aut ferè nunquam implerentur, ita neque homo
per ſuum præceptum ad talia poteſt obligare, vt
dictum eſt *num.* 301. Præterea inclioatio illa natura-
lis propriæ vitæ tuendæ, & defendendæ, quæ eſt
quoddam ius naturæ, propter quod in extrema ne-
ceſſitate famis poteſt homo aliena ſurripere, vide-
tur etiam ſuadere, licere negare crimen, ex cuius
confeſſione vita foret amittenda. Et ita in hoc caſu
Reum, cui conſtat iudicem iuridicè procedere, &
inquirere, ac intettogare, non teneri fateri crimen,
aſſerunt Panormitanus *in cap. cum ſuper, de confeſſis.*
Syluester *v. confeſſio delicti, quæſt.* 1. Angelus *eodem
num.* 1. Fumus *num.* 8. Petrus Nauarrus *lib. 2. de reſtit.
cap. 4 num.* 32. & 34. Sà *v. iudicialis actus*, vbi de reo,
num. 1. Salzedo ad Diaz *cap.* 129. olim 126. *verſic.
decimò illud perpetuæ memoriæ.* & plures alij, quos
Ioannes Sancius *diſp.* 43. *num.* 29. refert, & ſequitur.
& probabile putant plures Recentiores ab eodem
Sancio relati, & præſertim Leſſius *d. lib.* 2. *cap.* 31.
num. 16. † Etſi *num.* 12. contrarium, & in tali caſu 308.
teneri Reum fateri crimen cum periculo etiam vi-
tæ probabilius putet, quod aſſerit magis communis
ſenteotia Doctorum, quos latè referunt idem Leſ-
ſius *eodem num.* 12. & Sayrus *lib.* 12. *clauis reg. cap.* 16.
num. 1. vbi ad id comprobandum plures affert ra-
tiones; quarum præcipua eſt, quòd cùm iudex ha-
beat ius, & poteſtatem puniendi commiſſa delicta
ob bonum publicum, ita etiam ex conſequenti ha-
bet ius, & auctoritatem vtendi mediis licitis, & ne-
ceſſariis ad punitionem, ac proinde cogendi, & com-
pellendi delinquentem ad delictum commiſſum
confitendum, ſine cuius confeſſione punitio non
poteſt habere locum; ergo ex conſequenti etiam
Reus legitimè interrogatus tenetur fateri verita-
tem, aliuqui faceret contra ius, & auctoritatem ſu-
perioris bonum publicum reſpicientis, & idem ius
ſuperioris omninò inutile, & fruſtatorium redde-
retur. † Hinc ad argumentum Ioann. Sancij *ſuprà* 309.
num. 292. poſitum patet reſponſio: nam primò dici
poteſt contrariam ſententiam teneri magis com-
muniter à Doctoribus. Præterea apparet ex dictis
ſpecialis ratio, cur Reus in cauſa capitis poſſit ſequi
illam opinionem, & non teneatur obedire iudici le-
gitimè interroganti, quæ ratio non militat, cùm
ſubdito præcipitur aliquid cuius executio non eſt
valde difficilis, nec humanæ conditioni, ſeu natu-
rali inclinationi vehementer repugnans, & ex qua
ſubditus non poteſt pati damnum ſaltem notabile.
Deinde inobedientia Rei reſpectu iudicis eſt occul-
ta, at in aliis ſubditis, vt plurimum, non poteſt eſſe
occulta, ſed ferè ſemper nota ſuperiori; atque adeò
non

Digitized by Google

non poteſt contingere ſine graui ſcandalo, ſcilicet, iurgiia, & diſceptationibus inter ſubditum & ſuperiorem, ad quæ inconuenientia euitanda dici debet ius naturæ dictare eſſe obediendum.

310. Quartum Corollarium. Si ſubditus videat pauperem graui neceſſitate laborantem, & Prælatus præcipiat, ne ei conferat panem, & dubitet, an iuto præcipiat, oon tenetur obedire, cùm maius damnum ſit, quòd moriatur homo, quàm quòd Prælato ſemel, aut iterum quis non obediat. ita Saytus, & Medioa *vbi ſuprà*.

311. Quiotum Corollarium. In dubio formall, vel opinatiuo, quòd gabella, ſeu vectigal, aut tributum à Principe impoſitum ſit iniuſtum, non tenetur ſubditus obedire donec ſibi conſtet de iuſtitia, quia agitur de graui eius præiudicio, & ſi Princeps ſit in poſſeſſione præcipiendi reſpectu ſubiectorum, non eſt tamen dominus abſolutus rerum ſubditorum, ſed ſolùm illis vti poteſt concurrentibus legitimis vtendi cauſis, ſed idem ſubditus eſt dominus, & eſt in poſſeſſione illorum, ſeu illa tuendi, & conſeruandi. ita Leſſius *d. verſic. Aduerte tamen*, & alij tenentes ſubditum noo obligari ſoluere vectigalia, quando ex opinione probabili exiſtimantur iniuſta, qui Doctores relati ſont *num.* 291. præter alios, quos latè allegat, & ſequitur Iuannes Sancius *ibidem* relatus, ex quo quoque manet ſolutum argumentum eiuſdem Sancij *eodem n.* 291. adductum. ratio enim grauia præiudicij, & etiam poſſeſſionis ſtantis pro ſubdito, deeſt in aliis, in quibus non agitur de vllo intereſſe, ſeu præiudicio quoad res temporales, puta, facultates, honorem, vitam, vel quoad ſpiritualia propria, vel alterius perſonæ, neque reperitur magna difficultas exequendi ſuperioris præceptum, ac proinde cadunt ſub obedieotia, non obſtante dubio, vel opinione probabili, quòd ad talia ſe extendat ſuperioris authoritas. Addo quòd ſubtractio vectigalium, ſeu tributorum à ſubdito non ſit niſi occultè, & ita non poſſunt oriri ſcandala, & inconuenientia; ſubtractio verò obedientiæ in aliis non poteſt, ſaltem vtplurimum, eſſe occulta, & ita frequenter ex ea ſequerentur inconuenientia, & ſcandala, ſcilicet, iurgia, & contentiones inter ſubditos, & ſuperiorem, & arriperentur facilè occaſionea denegandi obedientiam, quoties ſubdito non eſſet gratum obedire. Non reticebo etiam Suarez *lib.* 5. *de legibus cap.* 18. *num.* 19. *&* 20. oon admittere indiſtinctè, quòd ſubditus non teneatur ſoluere tributum quod probabili iudicio putat iniuſtum, ſed ſuppoſito in primis, vt Princeps poſſit iuſtè imponere, & præcipere tributum, oon requiri in eo certitudinem, ſeu euidentiam iuſtitiæ, ſeu cauſæ tributi, ſed ſufficere vt poſt prudentem conſultatiunem probabiliter, ſeu ex probabilibua rationibus iudicet cauſam, & impoſitionem eſſe iuſtam, (id quod docent etiam Petrus Nauarrus *lib.* 3. *de reſtit. cap.* 1. *num.* 267. Vaſquez *opuſc. de reſt. cap.* 6. *§.* 3. *num.* 76. & Leſſius *allegato lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 65.) eo quòd frequenter impoſſibile ſit hominibus certiorem cognitionem adipiſci, maximè in rebus moralibus, quæ ex coniecturis, & pluribus circunſtantiis pendent. Hoc, inquam, ſuppoſito, ait duobus modia poſſe ſubditum probabiliter opinari tributum eſſe iniuſtum, primò habeudo definitiuum iudicium probabile de iniuſtitia tributi ex defectu cauſæ, vel formæ, & ignorando omninò, an contrarium ſit probabile, ſcilicet, Principem fuiſſe ductum iuſta cauſa, & hoc pacto ait Suarez poſſe ſubditum ſequi ſuum probabile iudicium, cùm ita moraliter, & humano modo illi conſtet legem tributi eſſe iniuſtam, quia habet definitiuum iudicium probabile ſine reſiſtentia contrarij, & in hoc caſu non tenetur præſumere pro iuſtitia Principis, eo quòd non teneatur tantum deferre auctoritati Principis, vt contra proprium iudicium probabili ratione innixum ſine alia ratione probabili pro illa præſumat. Altero modo poteſt ſubditus ita opinari tributum eſſe iniuſtum, vt etiam iudicet contrarium eſſe probabile, & tunc idem Suarez cenſet, non poſſe ſubditum excuſari ab obligatione legia, ſeu ſoluendi tributi propter illam opinionem probabilem, quia licèt illud iudicium (inquit,) ſit probabile ſpeculatiuè, nihilominus practicè poteſt certè iudicare legem eſſe iuſtam, nam vt hoc ſit certum, ſatis eſt, vt conſtet legiſlatorem ductum eſſe, vel potuiſſe duci probabili, & ſufficienti ratione ad illam ferendam; ergo obligatur ſubditus ad parendum tali legi, cùm non poſſit dari bellum iuſtum ex vtraque parte. Neque obſtat quòd interueniente ignorantia dari poſſit, quia hoc, (reſpondet idem Suarez) habet locum, vbi cætera ſunt paria, hîc autem non eſt ita, quia cæteris paribus præfertur ius ſuperioris, maximè quando conſtat illum iuſtè præcipere. Quare vt contraria ſeotentia in praxi ſit ſecura, ait, videri intelligendam quando rationes contra iuſtitiam tributi ſuut valde vrgentes, & præſertim ſi iuuantur publico rumore, & fama, vel ſuſpicione etiam virorum ſapientium, vel quando aliæ circunſtantiæ concurrunt. Non obſtare etiam addit Suarez illud principium de vſu opinioois probabilis, quod hîc, inquit, non rectè applicatur, quia illius vſus non habet locum, quando ſit contra aliquod maius ius, ita Suarez. Et idem quod Suarez ſentire videtur ex propria ſententia Vaſquez *d. §.* 3. *num.* 78. *initio*, vbi ait, ſemper pro Rege imponente tributum, præſumendum eſſe, cùm non conſtat de iniuſtitia. idem ſentit Breſſerus *d. cap.* 16. *num.* 169. *verſic. ex dictis*, tum ob dictas rationes, tum quia, inquit, iudicium, an vectigal, ſicut & bellum ſit iuſtum, nec ne, ſpectat ad Principem, non ad ſubditos, tum quia aliàs nimis facilis, & frequens daretur ſubditis occaſio rebellionis. Ad quæ tamen ex Leſſio dici poteſt in tali dublo opinatiuo meliorem eſſe conditionem ſubditi poſſidentis; & illud dictum, *in dubio præſumendum pro ſententia, ſeu auctoritate ſuperioris*, intelligendum eſſe, quando non agitur de intereſſe, ſeu damno inferioris; neque dari occaſionem rebellionis, quia adhuc à Principe facilè cogi poſſunt ad ſoluendum tributum, licèt ipſi in foro conſcientiæ beneficio propriæ opinionis probabilis quòd ſit iniuſtum, ab omni culpa excuſentor, ſi illud noo ſoluant, & occultè ſubtrahant.

Demum ex dictis colligitur ſi par, vel grauius 312.
damnum, ſeu incommodum ſequeretur ex non obediendo, in dubio teneri ſubditum obedire, vt ſi graue damnum publicum, vel priuatum impendens non poſſit aliter impediri, vt de teſte interrogato in cauſa hæreſis, aot læſæ maieſtatis, ſeu proditionia dictum eſt *num.* 306. vel interrogato in cauſa impedimenti dirimentis matrimonium ad impediendum matrimonium alioqui nulliter contrahendum, iuxta dicta io præfato meo tractato *de contractu matrim. d. cap.* 7. vtrimque igitur incommoda ſunt expendenda, & illis paribus etiam in dubio obediendum, quia tunc præiudicium ſubditi non præponderat præcepto ſuperioris. ita in terminis Leſſius *d. §. aduerte tamen.* & apertè iunnum locis *num.* 301.
allegatis Corduba, Salas, Saytus, & Sanchez. † Qui 313.
num. 25. ex eiſdem infert in dubio iuſtitiæ præcepti, cùm executio rei præceptæ differri poteſt, ac minus

damnum

damnum timetur ex dilatione, quàm ex prompta executione, differendam eſſe executionem, donec appareat de iuſtitia præcepti, ſeu examinetur, an obediendum ſit. quod prius tradidère poſt Adrianum *quodlib.2.* Soto *d.q.2.concl.1.& 2.* Martinus Nauarrus *in cap.inter verba 11.q.3.coroll.53.* & Couarruuias *reg. peccatum part.1. num.5. fine.* quo numero etiam ait ſuperſedendum eſſe obedientiæ ſuperioris ob vitandum ſcandalum, etiamſi ſuperior præceperit aliquid iuſtum,& iniunxerit obedientiam non obſtante ſcandalo aliorum, quia ratio vitandi ſcandali operatur, vt tunc ceſſet lex dictans eſſe obediendum ſuperioribus, & minus malum ſit, potiuſque Reipublicæ expediat, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd ſcandalum oriatur, cùm aliter fieri nequeat, nec ex malitia, (nam ſcandalum malitioſum minimè eſt conſiderandum, quoties tendit in læſionem eorum, qui malitiam, & iniquum animum habent,) procedat. Neque ſuperior poteſt præcipere ſubdito, vt aliquid efficiat non obſtante ſcandalo, cùm ſit contra charitatem, quæ eſt finis debitus præcepti.quod docent etiam Panormitanus *in cap. Inquiſitioni, de ſenten. excom. num 5. & in cap. ſi quando, de reſcriptis.* Angelus *v. obedientia, num.2.* Syluer. *eodem num.5.* Reginaldus *d.lib.17. num.337.* & Peirinis *loco ſuprà num. 161. citato.* & conſtat ex *cap.cùm teneamur, de præbendis.* vbi ſolam rationem ſcandali euitandi Romanus Pontifex cenſet ſufficere ad hoc, vt in ſpecie, de qua ibi, eius literis minimè obtemperetur; & idem ex aliis textibus colligit Couarruuias *d. num 5.* Sed quibus aliis in caſibus ſubditus teneatur, vel non obligetur obedire, vide apud Graffium *1. part. deciſ. aur. lib. 2. cap. 57. & 2.part lib 3.cap.25.* Reginaldum *d.lib.17. à n.230.* Ioann.Sancium *d.diſp.33.num.47.* Syluestrum, Angelum, Peirinem *locis citatis*, Lezanam *tom.1.cap.4.* Sanchez *dict. lib.6. ſumm. citato cap.3.* & apud alios *ſup.num.261.* relatos, & quos *d.cap.3.& ſeqq.* allegat Sanchez.

SVMMARIVM.

314 *Opiniones probabiles de eadem re oppoſitæ aliæ verſantur ſolùm circa præciſam honeſtatem, aut turpitudinem operationis, aliæ verſantur circa factum, ſeu facti naturam, conditionem, aut modum, damnum inſequendum.*

Quando opiniones oppoſitæ ſunt ſolùm de præciſa honeſtate actus, & an liceat aliquid effici, vel omitti, licitum eſt in omni materia in praxi ſe cuilibet conformare etiam minus probabili, & minus tutæ, ibid & num.396.

Secus ſi ſint de facti natura, & modo, & agatur de periculo damni ſequendi, n.317.& 396.

315 *Sacramentorum valor, & irritatio dependet, vel tantùm ex requiſitis ad illius conſtitutionem ex inſtitutione diuina, vel etiam ex requiſitis ex lege, & inſtitutione Eccleſiæ, & quæ differentia inter vtramque dependentiam.*

316 *Tam circa ea à quibus iure diuino, quàm circa ea, à quibus ex ſolo iure Eccleſiaſtico Sacramentorum valor pendent, poſſunt aliquando ex vna parte eſſe opinio, & ex altera certa ſententia, aliquando ex vtraque parte opiniones ſolùm.*

317 *Sententia aſſerens in adminiſtratione Sacramentorum extra neceſſitatem, & vrgentem cauſam non eſſe licitum vti opinione probabili minùs tuta, relicta ſententia certa, aut probabiliori, ſeu ſecuriori.*

318 *Differentia inter opinionem probabilem de iure, & opinionem probabilem de facto quoad excuſandum, vel non excuſandum à culpa operantem ſecundùm talem opinionem.*

321 *Sententia docens in adminiſtratione Sacramentorum, quoad materiam, & formam, ac reliqua dubia, tutiorem partem, quando eſt probabilior, vel æquè probabilis, eſſe amplexandam, ſi verò pars minus tuta ſit probabilior tutiori, licere ſequi minùs tutam.*

322 *Sententia aſſerens, quando pro vna parte non datur certa ſententia, ſed pro vtraque parte, ſunt tantùm opiniones probabiles circa requiſita ad valorem Sacramenti eſſe licitum in illius adminiſtratione ſequi opinionem minùs probabilem, relicta opinione probabiliori; ſi verò pro vna parte datur certa ſententia valori Sacramenti fauens ſacrilegium committere miniſtrum adminiſtrantem Sacramentum iuxta probabilem opinionem, relictâ certâ, & 326.*

338 *Sententia probabilior, & approbanda docens etiam in adminiſtratione Sacramentorum ex natura actus, & quantum eſt ex parte reuerentiæ debitæ Sacramento, licere vti opinione probabili relictâ certâ, aut probabiliori, & ſecuriori.*

340 *Si tamen ex tali vſu opinionis probabilis periculum alicuius grauis damni ſuſcipienti Sacramentum immineat, huiuſmodi vſus erit illicitus, & contra charitatem, aut etiam iuſtitiam, & n.405.*

341 *& quid ſi ambiguitas, ſeu defectus ſe teneat ex parte ſuſcipientis, an tunc peccet contra charitatem miniſter conformando ſe opinioni probabili relictâ certâ.*

In adminiſtratione Sacramentorum non licet vti opinione probabili quoad formam, & materiam, aut alia requiſita, vbi id ab Eccleſia per conſuetudinem, aut ſpeciale præceptum prohibitum eſt, num.350.

347 *Baptiſmus extra caſum neceſſitatis non poteſt conferri extra caput, aut alia aqua quàm elementari, nec aliis verbis quam illis,* Baptizo te in nomine Patris, *&c. ita quod neque ex conſenſu ſuſcipientis poteſt conferri illis verbis,* Baptizo in nomine Genitoris, *&c. & 351.& 352.*

351 *Eucharistiam conficere in pane ex typha, ſeu ſecala, vel amylo confecto ſaltem extra vrgentem neceſſitatem non licet; ſecus extra neceſſitatem, ibid.*

352 *In calicis conſecratione peccaret mortaliter Sacerdos ſi haberet intentionem conſecrandi ſolùm per illa verba,* Hic eſt calix ſanguinis mei, *n.353.*

354 *Item peccaret grauiter miniſter data opera vellens non habere intentionem formalem conficiendi Sacramentum, ſed tantùm virtualem.*

355 *In adminiſtratione Sacramentorum vti materia, aut forma iuxta probabilem opinionem contra conſuetudinem, aut præceptum Eccleſiæ, eſt peccatum contra religionem non tamen contra religionem intrinſecam, & quaſi naturalem Sacramento.*

356 *Fallit vrgente cauſa, & grauiſſima, aut extrema neceſſitate propria, vel proximi, nec alio modo poſſit Sacramentum adminiſtrari, & numer. 326. 327.*

357 *Confirmationis Sacramentum poteſt conferri cum ſimplici oleo, vbi non eſt copia balſami.*

358 *Baptiſmus in extrema neceſſitate puero periclitanti poteſt conferri in quacunque minima corporis parte, etiam cum gutta aquæ, vel cum aqua reſoluta ex ſale, & cum forma incerta, n.361.*

& quid ſi Tyrannus cogeret baptizare pueros ſub nomine Genitoris, &c. ibid.

359 *Remoto periculo puer baptizatus in parte corporis dubia, vel ablutione dubia, v g. cum minima aqua*

gutta, aut aqua non elementari, ſed alia dubia, nempe reſoluta ex ſale, vel ex herbis, &c. vel forma dubia, rebaptizari debet ſub conditione.

360 *Limitant aliqui, vt nec ſub conditione ſit rebaptizandus, ſi fuit ablutus in pectore, vel in ſcapula, alij verò volunt eſſe rebaptizandum, quoties caput non fuit ablutum, quod eſt tutius.*

Quænam corporis partes ſint ſubiectum Baptiſmi dubium, quæ ablutio dubia, & quæ aqua ſit dubia materia Baptiſmi tantùm iuxta opinionem ſufficientes, ibid. & 316.323.348.359.

362 *Abſolui poteſt pœnitens præſenti Sacerdoti confitens per nutus, & ſigna in articulo mortis.*

363 *Moribundus, ſeu exiſtens in articulo mortis ſenſibus deſtitutus, qui antequam in talem ſtatum incideret abſente Sacerdote oſtendit coram alijs voluntatem confitendi, vel poſtulando confeſſionem, vel per alia ſigna doloris, & voluntatis confitendi expreſſione, à Sacerdote vocato, vel ſuperueniente, abſolui poteſt non ſolùm quando coram infirmo, ſed etiam in eius abſentia ij qui audierunt, vel viderunt, teſtimonium dant Sacerdoti vocato, aut ſuperuenienti, & 370. & ſeqq.*

364 *Immò in tali caſu Sacerdos præſens tenetur talem moribundum abſoluere, & 365.*

366 *Poteſt abſoluere abſolutè, & ſine vlla conditione appoſita.*

367 *Secus ſi formaliter dubium foret, an ſigna eſſent ſufficienter indicatiua contritionis, ſeu attritionis, & voluntatis confitendi, nam tunc abſolutio ſub conditione dari deberet, ibid.*

Vt Sacerdos poſſit, & debeat abſoluere, ſat eſt, quòd vnus det teſtimonium de prædictis ſignis à ſe viſis, vel auditis, etiamſi non iuret.

368 *Etiamſi non ſit Catholicus, ſed hæreticus, vel infidelis.*

Sicut teſtimonio vnius eſt miniſtrandum Baptiſma in articulo mortis adulto, qui illud petijt, d. n. 367.

& *etiam defunctus, alioqui ſepultura priuandus, ſepeliri debet ob teſtimonium vnius quòd ſigna contritionis dederit, ibid.*

Vnius dicto ſtatur, quando non agitur de præiudicio alterius, modò iuret, d. num. 368.

373 *Si Sacerdos ſuperueniens inueniat moribundum ſenſibus deſtitutum annotaſſe ſua peccata in ſchedula ad ea integrè confitenda, an poſſit, & debeat illum abſoluere.*

374 *Signa contritionis debent oſtenſa eſſe in ordine ad Sacramentalem abſolutionem ad hoc, vt moribundus poſſit, ac debeat abſolui, & 377.*

376 *Regulariter præſumuntur ordinata ad abſolutionem.*

377 *Si formaliter ſit dubium, an fuerint ad faciendam confeſſionem directa, abſoluendus eſt moribundus ſub conditione, num. 377.*

378 *Sacerdos qui audiuit ægrotum, & non abſoluit, ſi paulo pòſt ad eundem redeat, reperiat ſenſibus deſtitutum, debet eum abſoluere.*

379 *Sacerdos, qui celebrando poſt factam confeſſionem generalem in fine introitus decedat ſenſibus deſtitutus, & moriturus, non poteſt abſolui, ſi nullum aliud ſignum deſiderium confeſſionis indicans dederit.*

380 *Si nullus vidit, ſeu teſtetur moribandum dediſſe ſigna contritionis in ordine ad confeſſionem, tametſi verè dederit, non poteſt Sacerdos ſuperueniens illum abſoluere abſolutè, aut ſub conditione.*

381 *etſi quis non vidiſſet, aut audiſſet, & falſum teſtetur, abſolutio data non prodeſſet.*

382 *Moribundum vſu rationis carentem, qui antea nullum externum ſignum deſiderij confitendi exhibuit, aliqui dixerunt poſſe abſolui ſacramentaliter ſub conditione.*

383 *Sed videtur certum non poſſe.*

Decretum Clementis Octaui damnans propoſitionem illam, licere confiteri peccata Sacerdoti abſenti, & ab eo abſente Sacramentalem abſolutionem recipere, debere intelligi in ſenſu diuiſiuo, non in ſenſu complexiuo, & ita damnare etiam ſolam confeſſionem abſenti Sacerdoti factam, licèt abſolutio ab eo præſente recipiatur, aliqui affirmant, n. 369.

Sed alij verius tenent intelligi in ſenſu complexiuo, ſeu particulam & ſtare complexiuè, n. 371.

Sacramentum pœnitentiæ non poteſt dari inter abſentes, ſed abſolutio, vt valeat, debet impertiri à Sacerdote præſente, n. 369. & 371.

Extra caſum neceſſitatis, & vbi nulla eſt iuſta cauſa aliter faciendi, confeſſio de præcepto Eccleſiaſtico eſt facienda ore ipſi Sacerdoti præſenti, ex cauſa autem poteſt licitè fieri ſcripto Sacerdoti præſenti tradito, vel nutibus, n. 372.

Ex præcepto Eccleſiaſtico reſultante ex vſu Eccleſiæ communi Sacerdos abſoluens ſacramentaliter debet dicere, Abſoluo te, *non verò, remitto tibi peccata tua, num. 372.*

Pœnitens non reiterans confeſſionem informem, vel tacens circunſtantias notabiliter intra eandem ſpeciem aggrauantes fidens opinioni probabili aſſerenti non eſſe neceſſariam talem iterationem, vel confeſſionem circunſtantiarum validè, & cum effectu gratiæ recipit Sacramentum abſolutionis, ſi nil aliud deſit, num. 325. 346.

Attritio cognita an ſit ſufficiens diſpoſitio ad valorem, & effectum ſacramenti Pœnitentiæ, n. 329. 330. 331.

In articulo mortis pœnitens conſcius culpæ mortalis accedendo ad ſacramentum Pœnitentiæ, an teneatur ſub mortali curare contritionem, & an Confeſſarius poſſit illum abſoluere volentem ſe abſolui cum ſola attritione cognita, n. 329. 331. & 343.

Extra articulum mortis nullum eſt peccatum accedere ad ſacramentum Pœnitentiæ cum ſola attritione cognita, num. 334.

Confeſſarius an teneatur admonere de incertitudine Sacramenti, vel illius pœnitentem ignarum qui vult recipere abſolutionem cum ſola attritione cognita, num 345.

Pœnitens, qui ſequens opinionem probabilem aſſerentem quempiam non teneri confiteri tale peccatum, ſi illud taceat in confeſſione, an peccet, & confeſſio ſit nulla, affirmant aliqui, verius contrarium, n. 333.

Cùm matrimonium in facie Eccleſiæ contractum fuit nullum ex aliquo occulto impedimento, an ſi alter coniugum poſtea factus ſit conſcius impedimenti, poſſit ſola renouatione ſui conſenſus non admonito altero coniuge de nullitate prioris matrimonij, reualidare matrimonium, idque etiam extra caſum vrgentis neceſſitatis, num. 348.

& *an teneatur ita reualidare in caſu neceſſitatis ad euitandum imminens aliquod periculum notabilis damni prolis, vel ſcandali, num. 349.*

Alia ſummaria vide poſt num 383.

§. XXV.

An in adminiſtratione Sacramentorum, quando agitur de eorum valore, ſcilicet, quando ſunt opiniones de materia, vel forma, vel alijs requiſitis, (puta de poteſtate, ſeu iuriſdictione,) quibus poſitis, vel à parte rei non exiſten

Digitized by Google

exiſtentibus conſiſtit, vel non ſubſiſtit Sacramenti ſubſtantia, aut eſſentia, liceat vti opinione probabili, etiamſi ſit minus probabilis, & minus tuta, relicta ſententia certa, aut tutiori, vel probabiliori.

314\. QVando ſunt oppoſitę opiniones, an liceat hoc, vel illud agere, aut omittere inſpecta rei, ſeu actionis, vel omiſſionis bonitate, vel malitia morali cuilibet licere in praxi eligere quam maluerit opinionem, neque ſe periculo morali errandi exponere, ſuprà *à num.* 128. latè oſtenſum eſt. & doctrina ibi tradita, (vt notarunt Vaſquez 1.2. *diſp.* 63. *n.* 1. & Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *p.* 5. *num.* 1. & Ioann. Lugo *de pænit. diſp.* 7. *num.* 275.) habet locum in omnibus, & quauis materia, quoties varietas opinionum de eadem re eſt ſolùm & præciſè, vtrum hoc, vel illud agere ſit licitum, nec ne. Sed quia in variis materiis variæ ſunt opiniones, quæ non verſantur præciſè circa hoc, an operatio ſit licita, an verò mala, & prohibita, ſed circa aliquod prius, nempe circa factum, ſeu facti naturam, conditionem, & modum, an ſcilicet res hoc, vel illo modo facta integrè fiat, & valeat, nec ne, an inde dánum ſequatur, vel damni periculum, quod ex iuſtitia, vel charitate vitare teneamur, an in hoc, vel illo caſu ius aliquod huic, vel alteri competat, vel non, ideo etiam in huiuſmodi ſpeciatim in ſequentibus examinandum eſt. An liceat ſequi opinionem probabilem minus tutam, & magis incertam, relicta probabiliori, tutiori, & certiori, vel etiam omninò certa; & hoc paragrapho ſolum diſcutiendum, quam ſententiam ſequi debeamus in adminiſtratione Sacramentorum, quando ſunt oppoſitæ ſententiæ de Sacramenti valore.

315\. Porrò Sacramenti valor, (vt obſeruarunt etiam Villallobos *part.* 1. *tract.* 13. *diff.* 13. *n.* 5. Palaus *d. p.* 5. *num.* 2. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *Miſcell. reſolut.* 14. Ioann. Sancius *in ſelectis diſp.* 44. *num.* 1. & 3. & colligitur quoque ex traditis à Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 20. *num.* 4. *fine, & diſp.* 12. *num.* 65. & à me *in tract. de triplici Iubilæi priuilegio, ſect.* 3. *caſu* 2. §. 4. *num.* 150.) vel pendet ex iis, quæ iure diuino, & ex vi inſtitutionis à Chriſto Domino factæ ad Sacramenti eſſentiam, & conſtitutionem requiruntur, qualia ſunt materia, & forma cuiuſlibet Sacramenti à Chriſto determinata; vel pendet etiam ex iis, quæ iure humano ab Eccleſia ſtatuta ſunt, vt ſine illis Sacramentum validè effici non poſſit; vt ſunt præſentia proprij Parochi, & duorum teſtium, quoad matrimonium, & poteſtas iuriſdictionis in pœnitentibus, quoad ſacramentum Pœnitentiæ; ſeu quoad abſolutionem à peccatis: inter ea autem, quæ iure diuino, & ea, quæ iure ſolùm Eccleſiaſtico ad Sacramentorum valorem præſcripta ſunt, & exiguntur, eſt differentia; quòd ſi aliquid priorum, puta materia, aut forma à Chriſto Domino definita in adminiſtratione alicuius Sacramenti deſit, ſed alia adhibeatur, ſemper Sacramentum eſt inualidum, quanquam opinio probabilis Doctorum aſſereret, cum tali materia validè effici, nec Eccleſia poteſt defectum talis materiæ, aut formæ ſupplere: ſi autem aliquid poſteriorum, dum Sacramentum adminiſtratur, à parte rei deficiat; quia v. g. Parochus aſſiſtens matrimonio verè non eſt Parochus, aut Parochus proprius, vel Sacerdos abſoluens hìc, & nunc caret omni iuriſdictione ordinaria, vel delegata, poteſt ab Eccleſia ſuppleri, & de facto ſuppletur, quando cum titulo præſumpto adeſt communis error, vt latè explicaui *d. caſu* 2. §. 2. & oſtendit etiam Sanchez *d. diſp.* 12.

Præterea oppoſitæ ſententiæ tam de iis, quæ iure diuino, & Chriſti inſtitutione ad valorem Sacramentorum deſiderantur, & nullo modo pendent ab Eccleſia, ſeu Summo Pontifice, quàm de iis, quæ ſolùm humano iure ſtatuta ſunt, & pendent ab Eccleſia, ſunt in duplici differentia, etenim aliquando pro vna parte eſt tantùm opinio, ex altera verò eſt ſententia certa, ſeu certitudo: vt, v. g. quòd Baptiſmus ſi adminiſtretur ſub hac forma, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, certum eſt validè conferri, quòd verò ſit validum Baptiſmi Sacramentum adminiſtratum ſub forma illa, *Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & procedentis ab vtroque*, eſt tantùm opinio, quæ ſi non ſit vera, Sacramentum verè eſt nullum. Item certum eſt valere Baptiſmum abluto capite hominis, opinio verò eſſe validum, ſi puer baptizetur, ſeu abluatur in brachio, vel in digito tantùm: ſimiliter certum eſt ſubſiſtere Baptiſmum, adminiſtratum cum aqua naturali, nempe maris, fluminum, fontium, aut puteorum, & ſimili; quòd autem validè poſſit adminiſtrari etiam cum aqua ex ſale, aut niue, aut glacie reſoluta, aut etiam cum aqua artificiali, v. g. roſacea, aut cum aliis liquoribus expreſſis ex plantis, vel herbis, aut pomis, eſt opinio ſolùm deducta ab aliquibus ex eo, quòd putent huiuſmodi aquas, & liquores non differre ſpecie ab aqua naturali. Item quòd Confirmationis Sacramentum valeat, ſi conferatur adhibito Chriſmate ex oleo oliuarum, & balſamo, certa ſententia eſt, opinio tantùm, ſi oleum ſolum adhibeatur; item certum, & citra omnem controuerſiam eſt panem triticeum eſſe materiam Euchariſtiæ, an verò ſufficiat panis confectus ex hordeo, aut ſpelta, aut typha, ſeu ſecale, Italicè *legala*, Hiſpanicè *centeno*, aut ex amylo, opinio eſt. Item certum eſt ſubſiſtere matrimonium contractum coram proprio Parocho, in propria Parochia, at ſi Parochus aſſiſtat in aliena diœceſi, aut Parochia, hinc inde opinio eſt, an valeat. Item confeſſio facta ſimplici Sacerdoti in articulo mortis abſente proprio Sacerdote, citra omne dubium valet: ſi autem præſens ſit proprius Sacerdos, opinio eſt. & alia plura exempla ſimilia adduci poſſent. Aliquando verò pro vtraque parte ſunt ſolùm opiniones, v. g. quòd quis in articulo mortis non valens alio modo confiteri per nutus, & ſigna præſente, vel abſente Sacerdote exhibita abſolui à Sacerdote præſente poſſit, ſub opinione tantùm eſt. & etiam ſolùm ſub opinione eſt, quòd non poſſit abſolui; quamuis modò poſt Rituale Sacramentorum adminiſtrandorum à Paulo V. editum ſit ferè certum poſſe, & debere abſolui, vt infrà oſtendetur & declarabitur: ſimiliter opiniones tantùm ſunt, an confeſſio informis iteranda ſit necne, & an circunſtantiæ notabiliter in eadem ſpecie aggrauantes ſint materia neceſſaria confeſſionis affirmantibus probabiliter quibuſdam, aliis verò negantibus, & nihil circa vtrumque certò conſtat, & alia exempla innumera adduci poſſent. Difficultas ergo eſt, an in adminiſtratione Sacramentorum tam eorum, quorum valor, ac nullitas pendet à ſolo iure diuino, ſeu à Chriſto, quàm eorum, quorum valor, aut irritatio pendet à iure Eccleſiaſtico, ſeu ab Eccleſia, liceat relicta certa, & ſecura ſententia, aut etiam probabiliori, vel ſecuriori, vti quacunque opinione probabili, & minus tuta, & ſecura reſpectu valoris Sacramenti, ſeu in cuius vſu periculum eſt conficiendi Sacramentum irritum, & nullum, quamuis, & potiſſima controuerſia ſit de vſu opinionis, quando relinquitur certa ſententia, & iuxta quam ſi adminiſtratur Sacramentum, certum omnino eſt validè, & ritè adminiſtrari. 316.

Digitized by Google

317. Igitur prima ſententia generaliter aſſerit Sacramenta extra caſum grauis neceſſitatis, aut vrgentis cauſæ eſſe adminiſtranda iuxta ſententiam certam, vel tutiorem, & ſecuriorem, & non licere ſequi partem minus tutam licèt probabiliorem, ſeu vti materia, aut forma, vel alia re reſpectu valoris Sacramenti, dubia, licèt iuxta probabiliorem opinionem ſufficienti. ita Suarez *tom. 3. in 3. p. diſp. 16. ſect. 2. diſp. 20. ſect. 4. ad finem, diſp. 45. ſect. 1. in fine, & diſp. 60. ſect. 1. in fine, & tom. 4. de pœnit. diſp. 26 ſect. 6. n. 5.* (vbi generaliter dicit in rebus, ſeu opinionibus, quæ ad factum pertinent, ſcilicet, ex quibus pendet valor rei, ſeu quòd res fiat, vel non fiat, eligendam ſemper eſſe viam tutiorem, & certam probabili, & probabiliorem minus probabili eſſe præferendam,) Salas *1. 2. tract. 8. diſp. vnica, ſect. 5. num. 56. & ſect. 10. n 97.* Filliucius *tom. 2. tract. 21. c. 4. n. 138.* (vbi vniuerſaliter ait, quando ſunt plures opiniones de opere faciendo, vel conditione ipſius operis vt integritate Sacramenti, validitate, &c. opinionem minus probabilem, & tutiorem probabilius ſequendam eſſe relicta probabiliore minus tuta, Layman *lib. 1. tract. 1. c. 5. n. 13.* (vbi dicit in materia, & forma incerta iuxta probabilem opinionem non licere Sacramentum extra caſum neceſſitatis adminiſtrare,) Coninch *de Sacramentis q. 74. art. 3. num. 53.* (vbi ait graue peccatum eſſe in confectione Euchariſtiæ vti materia dubia iuxta probabilem opinionem, qualis eſt panis confectus ex ſecali, aut ſpelta, aut ex amylo; addens quòd cum Euchariſtiæ Sacramentum non ſit abſolutè neceſſarium ad ſalutem, ſicut Baptiſmus eſt multis neceſſarius, vix poteſt occurrere caſus, in quo ea materia Sacerdos licitè vtatur.) Bonacina *de preceptis diſp. 2. q. 4. p. 9. n. 19.* (vbi dicit quoties ſunt diuerſæ opiniones circa validitatem Sacramenti, non eſſe licitum illud adminiſtrare iuxta opinionem probabilem relicta probabiliori, & magis tuta, exceptis caſu neceſſitatis, & caſu in quo defectus ſe tenet ex parte ſuſcipientis,) Reginaldus *lib. 13. n. 95.* (vbi aſſerit cùm periculum eſt alicuius notabilis irreuerentiæ erga res ſacras in operando, tutiorem opinionem eſſe ſequendam,) Gregorius de Valentia *tom. 4. diſp. 6 q. 2. part. 1.* (vbi ait eſſe peccatum vti materia dubia in adminiſtratione Sacramentorum.) Petrus Soto *de inſtruct. Sacerdotum, lectione 2. de Euchariſtia, in principio.* Dominicus Soto *in 4. diſt. 9 q. 1. art. 3. ad 3.* (vbi aiunt in Sacramentis tenenda eſſe certa, & relinquenda incerta, & grauiter peccare, qui in conficienda Euchariſtia vtitur materia incerta, ſcilicet, pane ex ſpelta, farre, aut ſimilagine, vel ſecale, aut ex amylo,) & id priùs expreſſe docuit Durandus *in 4. diſt. 17. q. 13. n. 6. & 7.* vbi ait in tangentibus ſalutem, vel damnationem animæ valde periculoſum eſſe committere ſe dubio, & quod tutius eſt, ſemper eſſe tenendum. Pro hac eadem ſententia ſtat Scotus *4. diſt. 3. q. 2. §. 3.* vbi circa adminiſtrationem Sacramentorum, quando adeſt dubium de iis, quæ ſpectant ad valorem dicit tria. Primum ſi poſſibilitas adeſt, viam tutiſſimam eſſe eligendam. Secundum, ſi non adeſt viæ tutiſſimæ poſſibilitas, viam tutiſſimæ proximam eſſe eligendam. Tertium ceſſante impoſſibilitate cautè ſupplendum eſſe, quòd impoſſibilitas prohibebat, & *d. 11. q. 6. §. hic breuiter,* ait, cùm dubium ſit an amylum ſit ſufficiens materia Euchariſtiæ, & pars negatiua ſit probabilior, non ſine peccato aliquem ſe exponere tali dubio. & alij pro hac eadem ſententia allegantur à Ioann. Sancio *d. diſp. 44. num. 1.* & Palao *d. diſp. 5. num. 3.* & eandem tenent Malderus *1. 2. diſp. 86. concl. 6.* & Breſſerus *lib. 3. de conſcientia, cap. 10. num. 111.*

Probatur hæc ſententia loquendo de adminiſtra- 318.
tione extra neceſſitatem, & vrgentem cauſam: primò, quia eſt quædam irreuerentia contra Sacramentum exponere illud periculo, ne inualidè adminiſtretur, huiuſmodi verò periculum imminet, quoties relicta certa, vel tutiori ſententia quis Sacramentum adminiſtrat iuxta opinionem probabilem, & minus tutam, v. g. vtens materia, vel forma ſufficienti ſolùm ex opinione probabili, & conſequenter dubia, & incerta. Vnde Suarez *allegata diſp. 26. de pœnit. ſect. 5. n. 5.* ait valdè diſtare inter iudicium de iure, ſcilicet, quando dubitatur an aliquid ſit licitum, nec ne, & iudicium de facto, nempe, an res hoc modo facta valeat, nec ne, quòd priùs ordinem ad operantem dicat, atque ita omne malitiæ periculum, quod forſan eſt in re ipſa, tollit; poſterius verò dicat ordinem ad rem ipſam, nec periculum irritationis rei tollit: ac proinde in priori caſu excuſatur à culpa, ſequens opinionem probabilem, non autem in poſteriori, etenim quantumuis opinio ſit probabilis, non ceſſat periculum irritationis, & nullitatis, & conſequenter nec ceſſat periculum irreuerentiæ. Confirmatur, quia prudenter non agit, qui viam certam ad aliquid operandum deſerit, & abſque cauſa, & ſufficienti neceſſitate incertam eligit; item confirmatur, quia ſi quis debitum certò contractum, v. g. centum aureos ſolueret in moneta dubia, quoad valorem non ſatisfacere creditori, quia debito certò non poteſt ſatisfieri in moneta, quæ extra controuerſiam non ſit valoris: at miniſter Sacramentorum debet illa integrè miniſtrare, cùm ad hunc finem ab Eccleſia ſit deputatus; ergo non ſatisfacit, ſi miniſtrat ſub opinione, cùm poſſit Sacramentum certò miniſtrari.
† Secundò probatur, quia in ſpectantibus ad animæ 319.
ſalutem, peccatum graue eſt certis incerta præponere, ex D. Auguſtino *lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas c. 3.* Tertiò probatur ex Sala *n. 97.* quia vſus Eccleſiæ prohibens, ne forma, & materia minus certa variis in Sacramentis Baptiſmi, Confirmationis, & Euchariſtiæ adhibeatur, ex aliquo fine prohibet, & non ex alio, niſi ex reuerentia Sacramentis debita, & ita vti materia, aut forma contra vſum, & conſuetudinem Eccleſiæ non erit malum propter contrarium vſum Eccleſiæ, ſed vſus Eccleſiæ abſtinentis à tali materia, vel forma fundatur in malitia, quam ſecundùm naturam rei habet vſus ille. † In caſu autem 320.
neceſſitatis grauis, aut vrgentis, & iuſtæ cauſæ licet adminiſtrare Sacramentum iuxta opinionem minus probabilem, & minus tutam ſecundùm præfatos Auctores; tum quia extrema neceſſitas, præſertim ſpiritualis, cogit extrema quæque tentare; tum quia ex duobus malis, ſeu incommodis minus eligendum, minus autem malum eſt, cùm aliqua vrgens neceſſitas, aut cauſa exigit, Sacramentum aliquod adminiſtrari, & cùm id, quod certum eſt, deficit, conficere Sacramentum adhibendo id, quòd eſt probabiliter ſufficiens ad illius valorem, quàm omnino carere Sacramento; ac proinde in tali caſu neceſſitatis ceſſat periculum irreuerentiæ formalis contra Sacramentum, quia fit certiori modo, quo tunc poteſt moraliter fieri. & miniſtrans in huiuſmodi caſu, moraliter loquendo, non ſe exponit periculo, ſed potiùs patitur, ſeu permittit aliquod periculum, quod vitare non poteſt, vt Sacramentum conficiat ſaltem probabile; tum demum, quia ſi ſemper quis in praxi teneretur ad tutiorem, & probabiliorem partem ſequendam, id eſſet nimis durum, & rigoroſum, & ſæpè Miniſtri Sacramentorum conijcerentur in varias anguſtias, & perplexitates. Ideoque in praxi adhibenda eſt

pruden

prudentia, & circumſtantiæ ſunt expendendæ, & quando omnibus penſatis aliud melius non occurrit, pars minus probabilis, & minus tuta eſt amplexanda. Notat etiam Breſſetus in ſpecie *num.* 111. ad tollendum contemptum, & irreuerentiam aliàs ſacramento irrogandam per vſum opinionis minus probabilis, & minus tutæ ſufficere cauſam, licèt non adeò grauem, dummodo rationabiliter iuſta iudicetur reſpectu ſuſcipientis Sacramentum, qui alioqui incommodum alicuius momenti pateretur, ſi illi iuxta opinionem probabilem non adminiſtraretur, ac proinde licere pœnitenti ſolùm attrito recipere, & dare abſolutionem, quia eſſet reuera alicuius momenti incommodum, onuſque pœnitenti ſemper debere elicere contritionem non adeò facilem, vel elicitu, vel cognitu: atque adeò ob huiuſmodi cauſam Sacramentum (inquit) quaſi cedit iure ſuo, adeò vt in ſimilibus caſibus potius ſit eligenda opinio fauorabilis ſuſcipienti, quàm ipſi Sacramento.

321. Secunda ſententia eſt Fauentini *in* 4. *d.* 14. *q.* 1. *diſp.*6.*n.*63. *&* 64. aientis in adminiſtratione Sacramentorum, cùm adeſt dubium circa materiam, vel formam, & circa reliqua dubia, quæ occurrere poſſunt proportionaliter, tutiorem partem, quando eſt probabilior, vel æquè probabilis, eſſe ſemper amplexandam; quando verò pars minus tuta eſt probabilior tutiori, licere ſequi minus tutam: & hanc ſententiam dicit eſſe Scoti *citata quæſtione* 2. §. *tertio*, et ſi potiùs illam iudicet *d. quæſt.* 6. §. *hic breuiter*, primam partem ſui dicti, ſcilicet, quòd nunquam liceat viam minus tutam, & ſimul minus probabilem ſequi, probat Fauentinus ratione primo loco adducta pro priori ſententia, ſcilicet, quia ſequens opinionem minus tutam, & ſimul minus probabilem, licèt habeat aliquam probabilitatem, ſe exponit periculo irritum faciendi Sacramentum, & ſic peccat peccato ſacrilegij, & videtur etiam propriam ſalutem contemnere, dum ſe periculo illam amittendi committit: ſecundam partem dicti, quòd quando pars minus tuta eſt probabilior tutiori, liceat illam ſequi; probat, tum quia poteſt adeſſe aliqua impoſſibilitas, vel aliqua grauis neceſſitas, propter quam recta ratio tunc dictet non obligare præceptum, ad illam partem tutiorem eligendam, tum quia ratio recta, & probabilis in vniuerſum ſuadet, illam ſequi, non eſſe facere contra præceptum, & proinde licèt adſit aliqua formido, non tamen eſt verè, & propriè dubitatio. Sed hæc ſententia, vel non differt à præcedenti, vel etiam quando pars eſt minus tuta, licèt probabilior, nunquam liceret adminiſtrare Sacramentum iuxta illam, quia etſi ſit probabilior, non eſt tamen certa, & ſic adminiſtrans Sacramentum illam ſequens exponit ſe periculo faciendi Sacramentum irritum, & ita committendi ſacrilegium.

322. Tertia ſententia eſt Ioannis Sancij *dicta diſp.* 44. *num.* 1. *verſic. quando ergo. & verſic. & quidem, & numer.* 10. *verſic. Dixi per principia extrinſeca ductus, & ſequentibus numeris*, qui attenta diſtinctione de ſententiis circa ea, à quibus pendet valor, & nullitas Sacramentorum, dicit duo.

Primum ſi non datur pro vna parte certa ſententia, in fauorem valoris Sacramenti, ſed pro vtraque parte inueniuntur tantùm opiniones, licitum eſſe in adminiſtratione Sacramenti vti opinione minus probabili, relicta opinione probabiliori, nec miniſtrantem tunc peccaturum contra religionem, nec contra charitatem, nec contra iuſtitiam. Probat dicto verſiculo *quando ergo*, primò, quia ſicut in quacunque alia materia, quando opiniones non verſantur circa factum, naturámve, & conditionem actus, ſcilicet, an fiat validè, vel non; ſed ſolùm circa honeſtatem actus, nempe an ſit peccatum eum efficere, licitum eſt ſequi quamcunque opinionem etiam minus probabilem relicta probabiliori, ita etiam erit licitum in materia Sacramentorum, quia quæcunque opinio efficit actum infallibiliter, videlicet, quòd non ſit peccatum, & vna non eſt magis certa, quàm alia. Sed hæc ratio non facit ad rem, nam hìc controuerſia eſt, quando opiniones ſunt de valore actus, & non de præciſa honeſtate, & vna reſpectu valoris, vel nullitatis Sacramenti, eſt certior altera, licèt non ſit omninò certa, nam qui opinantur etiam in articulo mortis non eſſe licitum abſoluere eum, qui tantùm ſigna contritionis abſente, vel præſente Confeſſario dedit, ideo id aſſerunt, quia putant talem confeſſionem non eſſe materiam ſufficientem Sacramenti, quæ opinio reſpectu nullitatis eiuſdem Sacramenti eſt certior, quàm ſit oppoſita reſpectu valoris, iuxta quam Sacramentum exponitur periculo irritationis, etenim ſi iuxta Chriſti inſtitutionem talis Confeſſio non eſt materia ſufficiens, abſolutio à parte rei erit nulla. † Idem in materiis dubiis 323. Baptiſmi, v. gr. aqua ex ſale reſoluta, vel ex floribus, herbis, aut plantis per artem extracta, & de paruiſſima quantitate aquæ, puta minima gutta; de quibus variè opinantur Doctores, an ſint materia Baptiſmi, iuxta Chriſti Domini inſtitutionem, alij affirmantes, alij negantes; opinio enim negatiua certior eſt reſpectu nullitatis, quàm affirmans ſit reſpectu valoris: immò inter materias Baptiſmi opinatiuè tantùm ſufficientes ad Baptiſmum, vna reſpectu valoris poteſt eſſe certior altera, v. gr. minima aquæ naturalis gutta, eſt certior materia, quàm artificialis extracta ex roſis, & aliis floribus, quia etſi ex vna parte ſit dubia materia, eo quòd per eius infuſionem non videatur poſſe dici corpus moraliter ablui, & ablutio ſit proxima materia Baptiſmi, (qua de cauſa Sotus 4. *diſt.* 3. *q. vnica, art.* 7. Melchior Zambranus *c.* 1. *de Baptiſmo dub.* 4. Suarez *d. diſp.* 20. *ſect.* 2. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 4. *q.* 1. *part.* 2. Layman *lib.* 5. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. *coroll.* 3. & alij negant minimam aquæ guttam ſufficere ad Baptiſmum. licèt contrarium opinentur Henriquez *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *& cap.* 21. *num.* 4. Vaſquez *in* 3. *part. diſp.* 145. *cap.* 4. & plures alij, quos referunt, & ſequuntur Diana *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 5. & Paſqualigius *deciſ.* 74. & videtur ſentire etiam Filliucius *tom.* 1. *tractat.* 2. *cap.* 3. *num.* 34. vbi dicit ad Baptiſmum ſufficere illam aquæ quantitatem, quæ poteſt contingere corpus, & ſucceſſiuè fluere per partem ſufficientem corporis, quod ait facere poſſe exiguam quantitatem aquæ. Quare ratio huius poſterioris opinionis eſt, quia etiam per minimam aquæ quantitatem ablui poteſt corpus, quia quælibet parua quantitas aquæ defluere poteſt per partem corporis ſufficientem;) nihilominus ex alia parte certum eſt, eſſe aquam, quam Chriſtus inſtituit tanquam materiam remotam Baptiſmi, ac proinde in caſu neceſſitatis ſi forent liquores, & exigua quantitas aquæ ad certius, quantum fieri poſſet, vitandum periculum irritationis Sacramenti minima aquæ gutta potius, quàm liquor arte ex floribus extractus, eſſet adhibenda. † Item quod ad opiniones circa confeſſionem 324. informem iterandam, vel non iterandam, & circa circunſtantias notabiliter intra eandem ſpeciem aggra

aggrauantes conſtat opiniones eſſe de materia neceſſaria, ſcilicet, an iteratio præcedentis confeſſionis infotmis, & confeſſio circunſtantiarum notabiliter aggrauanrium ſit nec ne materia neceſſaria confeſſionis, ſeu ſactamenti Pœnitentiæ, & ita an valeat, vel non, & ſequens opinionem aſſerentem eſſe matetiam neceſſatiam nulli ſe exponit periculo irritationis, cui ſe exponit ſequens negariuam, & conſtat affitmatiuam teſpectu valoris Sacrameoti
315. eſſe certam, nedum certiorem negatiua. † Et licèt, vt fortè prædictis occurreret Ioannes Sancius, ſecundò probet ſuum dictum; qoia, inquit, in huiuſmodi caſu vtens opinione minus ptobabili, relicta probabiliori, non ſe exponit ob id periculo culpabili irritandi Saeramentum, nam cùm nulla earum opinionum probabilium cettitudinem infallibilem contineat, de valore Sactamenti, ſed quælibet cum formidine aſſentiatur, nulla iniuria ſit Sacramento, neque ſuſcipienti illud, quod iuxta vnam, vel iuxta alteram opinionem adminiſtretur, etenim quòd aliquantulum cerrius Miniſter agat, dum opinionem probabiliotem amplexatur, non inducit præceptum iuxta illam miniſtrandi, quia ille maior exceſſus, cùm dubium valoris non excludat, non erit conſiderabilis ad præceptum inducendum miniſtrandi iuxta ptobabiliorem opinionem, & non iuxta minos probabilem: præſertim cùm ptobabilior ſæpe poſſit eſſe à parte rei magis falſa; vt illa opinio, quod in articulo mortis eum, qui tantùm ſigna doloris dat, nec aliam poteſt facere confeſſionem, poſſe, & debere abſolui eſt probabilior, vt infrà patebit, & fortè talia ſigna à parte rei non ſunt materia proxima ad valorem Sacramenti à Chriſto Domino inſtituta. Quapropter genetalem illam doctrinam Suarex ſuptà *n.* 318. relatam, quòd videlicet in omnibus quæſtionibus ad rem ſpectantibus, quando inde valor rei pendet, non ſatis eſſe opinionem probabilem ſequi, idem Sancius ait eſſe falſam, ſi intelligatur, quando fit comparatio de opinione ad aliam veram, non verò ſi intelligatur quando fit comparatio de opinione ad ſententiam certam, nihilominus contta hanc ratinnem eſt, quia ſæpe vna ſententia non ſolùm eſt probabilior, ſed etiam ſecutior reſpectu nullitatis, aut valoris: vt opinio, quòd ſigna doloris abſque alia confeſſione in articulo mortis non ſint ſufficiens materia Sacramenti, certior eſt, teſpectu nullitatis, quàm oppoſita reſpecto valoris, & qui hanc ſequitur, verè ſe exponit periculo faciendi Sacramentum irritum, ſicut, qui relicta certa ſententia, amplectitur probabilem; vnde ſicut tatio periculi irritationis Sacramenti, iuxta eundem Sancium facit, vt vſus opinionis probabilis relicta certa, ſit intrinſecè malus, & ſacrilegus: ita etiam vſus opinionis minus certæ, relicta certiori reſpectu nullitatis erit, per ſe loquendo, malus, & ſacrilegus, cùm eidem periculo irritationis ſit expoſitus, ac ſi relinqueretur certa ſententia ſimiliter; opinio, quòd parua aquæ quantitas, v.gr. gutta ſit materia Baptiſmi ſufficiens, reſpectu valoris Baptiſmi eſt certior, quàm opinio aſſetens eſſe ſufficientem materiam aquam artificialem ex floribus, vel herbis exttactam, vt dixi *numero præcedenti*: ac ptoinde ſi ratio reuerentiæ erga Sacramentum, & charitatis erga baptizatum, quando poteſt haberi materia omnino certa, exigit vt illa adhibeatur, relicta dubia, & probabili; ita etiam qoando non poteſt haberi certa materia, exiget, vt certior, quoad fieri poteſt, adhibeatur, nec poteſt dici inconſiderabilis exceſſus certitudinis in re tanti momenti, ſcilicet, in qua agitur de euitanda irritatione, & irreuerentia Sactamenti & damnatione animæ pueri baptixandi. Immò ex opinionibus ptobabilibus vna poteſt continere certitudinem valoris Sacramenti, ſi adhibeatur in ptaxi, altera tantùm ptobebilitatem; vt qui iuxta opinionem affirmantem iterationem confeſſionis informis, vel confeſſionem circunſtantiarum aggrauantium intra eandem ſpeciem eſſe neceſſatiam ſuſcipit ſactamentum Pœnitentiæ, & adminiſtrat, ex hac parte ſcit futurum validum Sacramentum; pœnitens verò, & Minister, qui ſciunt opinionem probabilem eſſe dictam itetationem confeſſionis informis, & confeſſionem circunſtantiarum notabiliter aggrauantium, eſſe materiam neceſſatiam pœnitentiæ, iuxta inſtitutionem à Chriſto factam, ſcienter iuxta contrariam opinionem Sacramentum perficiunt, illud periculo irritationis exponunt. Et non iuuat id, quod idem Sancius *d. num.* 10. *verſic. vnde optimè*, ſcilicet quamuis in re circunſtantiæ notabiliter aggrauantes, & peccata iam confeſſa in confeſſione informi, ſint materia neceſſatia ex Chriſti inſtitutione, non ob id contratiæ opinioni fidens, & illas confeſſioni non ſubdens irritam reddit confeſſionem, nam ad valorem Sacramentorum neceſſe ſolùm eſt materias proximas, & formas eorum in re adhibere, non tamen remotas, cuiuſmodi ſunt peccata; nam hoc verum eſt, quando ex ignorantia, vel aliqua rationabili cauſa, aliqua peccata tacentur; hîc verò loquimur, quando pœnitens, & miniſter agnoſcunt peccata, & nulla eſt iuſta cauſa illa tacendi, niſi fortè illa opinio negans eſſe fatenda, quæ non poteſt excuſare, ſi vera eſt illa ſententia, quam ſequitur idem Sancius, quòd ex natura rei ſit malum, & ſacrilegum in adminiſtratione Sactamentorum non vti via certa, ex qua ſcimus certò Sacramentum futurum validum, quia alioqui Sacramentum exponitur periculo irritationis, & certum eſt ſacramentum Pœnitentiæ poſſe teddi irritum etiam ex omiſſione materiæ remotæ neceſſariæ. Quod autem Vaſquez à Sancio allegatus dicit *d. diſp.* 63. *num.* 13. pœnitentem ſequentem opinionem probabilem dicentem non eſſe repetendam confeſſionem priorem informem, ſi cætera requiſita adſint, facere confeſſionem validam, & obtinere effectum gratiæ, quia ſufficienter confitetur, & integrè formaliter, quia priorem confeſſionem non repetit ex bona fide, & abſque culpa, non fauet Sancio; nam ideo Vaſquez id aſſerit, quia exiſtimat, non eſſe ex natura rei malum, & ſacrilegum ſequi opinionem probabilem circa materias, & formas Sacramentorum, relictâ viâ certâ: ſed hæc quoad primum dictum Sancij.

Secundum dictum, quod habet *d. num.* 1. *verſic. & quidem*, *& num.* 10. *verſic. Dixi per principia*, eſt, 326.
Miniſter iure religionis tenetur iuxta certam ſententiam Sacramenta adminiſtrare, aut perficere, & ſacrilegium committit, ſi relictâ certâ ſententiâ, iuxta probabilem, & incertam illa conficit. Probat Sancius ratione, & confirmationibus ſuprà *num.* 318. adductis, & aliis, de quibus infrà.

Si primò contra hoc dictum, & alia duo præce- 327.
dentia obiiciatur ex Vaſquez *d. diſp.* 63. *cap.* 1. *num.* 9. videlicet, quia ſi ex natura rei, & intrinſecè, ac ratione periculi ſacrilegij, quia fortè inde efficeretur Sactamentum irritum, vſus opinionis probabilis, ſeu materiæ, aut formæ probabilis, relictâ certâ, eſſet malus, & illicitus, neque etiam propter quamcunque neceſſitatem, aut vtilitatem liceret, quod non admittunt Auctores prædictarum ſententiarum,

neque

neque vllus dicet; nam quis inficiabitur poſſe in extrema neceſſitate conferri Baptiſmum in digito, vel abſolutionem exiſtenti in articulo mortis non valentis confiteri niſi per ſigna, & nutus, licèt in vtroque caſu materia non ſit certa, ſed tantòm probabilis? In huiuſmodi caſibus Miniſter non ſolùm poteſt, ſed debet conferre Sacramentum iuxta opinionem probabilem, cùm iuxta certam non poſſit; ſequela probatur, quia quod ex ſe eſt illicitum, non poteſt licere alicui propter neceſſitatem, vel vtilitatem, quia cum periculo faciendi ſacrilegium non eſt occurrendum alicui neceſſitati, aut vtilitati, & ſic vſus opinionis etiam in extrema neceſſitate eſſet illicitus, quod confirmat Vaſquez; quia ſic res eſſet dubia circa materiam, aut formam Sacramenti, etiamſi inſtaret aliqua neceſſitas, aut vtilitas, deberemus propter euitandum periculum irritationis ſequi tutiorem partem, nec liceret minus tutam partem eligere, quia ex ſe non licebat ſine vtilitate, aut neceſſitate Sacramentum exponere, & nulli neceſſitati, aut vtilitati cum tali periculo ſuccurrere licet. Ad hanc obiectionem Suarez illa *diſp. 16. ſect. 2. verſ. dices ergo*, reſpondet iuxta notata ſuprà *num.* 320. ſcilicet, vti materia probabili voluntariè omiſſâ certâ, eſſe intrinſecè malum, & nonquam licere, quia propriè eſt ſe exponere periculo; vti verò materia probabili, quando certa non poteſt adhiberi, interdum licere propter neceſſitatem, aut aliquam vrgentem cauſam vtilitatis, vt, inquit, ſi Epiſcopus in adminiſtrando Sacramento confirmationis vteretur oleo ſimplici à ſe, aut ab alio Epiſcopo benedicto, quod eſt tamen materia probabilis, cùm poſſet adhiberi Chriſma confectum ex balſamo, & oleo, & ab Epiſcopo conſecratum, quod eſt materia certa, ſacrilegium committeret propter rationem periculi: non verò eſſet malus, aut ſacrilegus talis vſus, ſi non poſſet alicuius balſami copiam habere, nam tunc, moraliter loquendo, non ſe exponit periculo, ſed potiùs patitur, ſeu permittit aliquod periculum, quod vitare non poteſt, vt Sacramentum perficiat ſaltem probabile, cùm minus malum hoc ſit, quàm omnimoda carentia Sacramenti, cui, vt *d. num.* 320. dicebatur, nulla fit iniuria, aut irreuerentia, eo quòd fiat certiori modo, quo poteſt. Reſponderi etiam poteſt, ex dictis tum *d. num.* 320. tum ſuprà *num.* 142. 146. *&* 147. tum *in tract. de contractu matrimonij cap. 2. num.* 78. multa licitè fieri ex cauſa, quæ tamen ſecluſa cauſa ſufficienti illicitè fiunt, quia grauis neceſſitas, & vrgens cauſa facit licita, quæ aliàs eſſent illicita, & ita, vt *locis citatis* cum Sanchez, & aliis Doctoribus, ex vrgenti aliqua neceſſiate ad vitandam infamiam, ſcandalum, vel aliud graue malum imminens dixi licitum eſſe in matrimonio, & aliis Sacramentis, & in aliis vti opinione minus tuta, & etiam parum probabili, ſic etiam ad vitandam æternam damnationem conferendum eſſe puero periclitanti Baptiſmum in extremitate digiti, & oſtendenti ſigna contritionis, etiam abſente Sacerdote exiſtenti in articulo mortis abſolutionem debere à Sacerdote poſtea præſente impendi; quibus fauet etiam Iaſon *in l. 1. num. 56. C. de ſum. trin.* vbi ait, in dubiis præferendam eſſe ſententiam animabus fauentem.

328. Si ſecundò obiiciatur ex eodem Vaſquez *d. c.* 2. attritionem cognitam non eſſe omnino certam materiam proximam Sacramenti Pœnitentiæ, ſed probabilem, nam quamuis Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. cap.* 4. definiat contritionem imperfectam, quam vocamus attritionem, eſſe ſufficientem diſpoſitionem, vt cum Sacramento Pœnitentiæ quis iuſtificetur, tamen non definit an hoc intelligatur de attritione cognita, & putata attritione, an de exiſtimata contritione, ac proinde illud eſt ſub opinione, & tamen eſt licitum adminiſtrare, & ſuſcipere Sacramentum Pœnitentiæ cum ſola attritione cognita, abſque contritione vera, aut exiſtimata; vt tradit Azorius *part. 1. lib. 2. cap. 12. ad finem*, & ſentiunt magis communiter Doctores; ergo etiam licet adminiſtrare quodlibet aliud Sacramentum, iuxta opinionem probabilem, licèt minus certam, & tutam, relictâ certâ, aut certiori.

Reſpondet primò Suarez *d. diſp. 16. ſect. 2. verſic.* 329.
ſed vrgebit, attritionem notam non eſſe materiam Sacramenti dubiam, ſed diſpoſitionem ad effectum gratiæ dubiam, quia attritio ſupernaturalis etiam nota, eſt ſufficiens ſine dubio & certa materia, licèt ſit dubium, an ſit ſufficiens diſpoſitio: & ideo, qui cum attritione nota accedit ad Sacramentum, non ſe exponit periculo irritationis Sacramenti, ſi aliàs integrè materialiter, vel formaliter confiteatur, quia ſic materiam certam Sacramenti præbet: ſi vrgeas cum eodem Vaſquez eſſe peccatum vti diſpoſitione incerta, quia eſt exponere ſe periculo fruſtrandi Sacramentum ſuo effectu, quòd non videtur minus malum, quàm exponere ſe periculo non conficiendi Sacramentum. Reſpondet idem Suarez reprehenſione dignum eſſe, qui ſic accedit, præſertim ſi poſſit abſque magna difficultate contritionem procurare; vt enim ait Auguſt. loco ſuprà *num.* 319. citato, *in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus hoc ipſo grauiter quis peccat, quòd certis incerta præponit.* Et quidem ſi articulus ſit extremæ neceſſitatis, vt in articulo mortis, non excuſarem, inquit idem Suarez, hominem à graui culpa, propter graue periculum æternæ damnationis, quod eſt irreparabile, cui ſe exponeret; extra hunc verò articulum excuſari poteſt, præſertim ob difficultatem habendi contritionem; quia quod attinet ad reuerentiam Sacramenti, iam ille accedit cum diſpoſitione practicè ſufficienti, cùm ſequatur opinionem probabilem aſſerentem attritionem notam eſſe ſufficientem diſpoſitionem: quod verò pertinet ad effectum Sacramenti, etiamſi verum ſit, ſe exponere periculo illum non obtinendi, tamen cùm ille non ſit tunc ſimpliciter neceſſarius ad ſalutem, & poſtea poſſit aliis viis ſuppleri, ſi fortè tunc non obtineatur, non erit illa ſufficiens ratio mortalis culpæ. ita Suarez, contra quæ replicat Vaſquez primò, quia dictum Sancti Auguſtini videtur extra rem, etenim ibi tantùm dicit, *Quamquam ſi dubium haberet non illic rectè accipi, quod in Catholica rectè accipi certum haberet, grauiter peccaret, in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus, vel eo ſolo, quòd certis incerta præponeret*; contendit autem Auguſtinus ſuadere, ne vllus accipiat Baptiſmum apud Hæreticos Donatiſtas, quamuis apud eos conficiatur Sacramentum; & præter rationem aliam, quam ibi fusiùs proſecutus fuerat, ſubiungit eam, quam verbis citatis expreſſit, in quibus non loquitur, quando ſunt diuerſæ opiniones, ſed quando de vna parte dubius eſt, qui operatur, de altera certus, in quo caſu tutior pars ſequenda eſt in adminiſtratione Sacramenti; quando verò eſt opinionum varietas, non eſt neceſſe tutiorem partem ſequi, etiam in adminiſtratione Sacramenti. Addit Vaſquez D. Auguſtinum non loqui de peccato contra religionem, & reuerentiam Sacramenti, ſed contra obligationem, qua quis debet remedium ſalutis ſuæ prouidere; hic autem controuertitur de peccato contra reuerentiam, quod nullum eſſe ſuſtinetur, quando quis operatur ſecundùm opinionem probabilem minus tu-

tam : ſecundò replicat idem Vaſquez,ſi quoad obligationem pertinentem ad reuerentiam Sacramento debitam , ex teligione nullum committit peccatum it,qui accedit cum attritione ſcita ad Sacramentum Pœnitentiæ, & qui tale Sacramentom admioiſtrat; cùm tamen ſit periculum in re,an tale Sacramentum careat effectu;ergo idem etiam fateri oportet,quando quis ſeqoitur opinionem probabilem circa formam,aut materiam,aut quid aliud oeceſſariò requiſitum ad validè perficiendom Sacramentum,etiamſi in re ſit periculum efficiendi Sacramentum irritum; nullom enim poteſt aſſignari diſcrimen inter materiam, & formam, & inter diſpoſitionem. Propterea

330. Fauentinus *d. diſp. 6. num.*64. Salas *d. diſp. vnica, num.*57. *fine* , *& num.* 93. *ac* 98. & Layman *d. cap.*5. *num.* 14. reſpondent eſſe moraliter certum quòd attritio nota ſufficiat ad conſtitutionem , & ad effectum Sacramenti : tum quia Concilium Tridentinum videtur loqui de attritione nota, oam attritio putata contritio non habetur vt imperfecta contritio ,ſed reputatur contritio perfecta; ſed ſcita attritio eſt,quæ eſt, & habetur pro imperfecta contritione; tum quia , inquit Layman, opinio negans eam eſſe ſufficientem materiam, aut diſpoſitionem, videtur valde improbabilis, quia ſequeretur hominem nunquam iuſtificari per ipſam ſuſceptionem Sacrameoti Pœnitentiæ , cùm iam antè per contritionem eum oporteret eſſe iuſtificatum ; quòd tanquam improbabile communiter reiicitur , ſicut autem in cæteris ad rectè operandum ſufficit moralis certitudo bonitatis,& non exigitur phyſica,vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 108. *&* 121. ita etiam vbi agitur de valore Sacramenti , aut diſpoſitione ad eios effectum , oon ſemper requiritur exacta certitudo, ſed ſufficiet magna probabilitas, & quaſi moralis certitudo,ita vt oppoſita ſententia oegans,v.g. talem materiam eſſe ſufficientem quaſi nihil probabilitatis habere videatur. Sed contra hanc reſponſionem adhuc vrget inſtantia , quòd offerens ſolam attritionem notam Sacramento Pœoitentiæ abſque contritione, omittit materiam , quam certò omninò ſcit eſſe ſufficientem,& qua poſita ſine vllo prorſus dubio Sacramentum eſt validum,& eligit viam , quæ omninò non caret periculo irritationis, cùm verè etiam poſt Tridentinom attritio nota à pluribus viris doctis non cenſeatur certa materia, aut diſpoſitio,ac proinde hoc non poſſit dici improbabile;quare ſi ratio periculi irritationis reddit malum vſum materiæ , aut formæ non certæ , ſed probabilis ; qoantumuis ſit magna probabilitas alicuius materiæ , illius vſus extra neceſſitatem , aut vrgentem cauſam erit malus , qoia illa maior probabilitas non aufert periculum efficiendi Sacramentum nullum , cùm aliàs quis potuiſſet vti materia omninò certa. ideo

331. Salas *d. num.*98. ſecundò reſpondet,admiſſo,quòd nunc , & ante Tridentinum attritio cognita non ſit materia,aut diſpoſitio certa,ſed dubia, adhuc dicendum eſſe non teneri hominem extra caſum neceſſitatis extremæ , vel grauis contritionem adhibere, quia contritio difficile haberi , & difficiliùs cognoſci poteſt , & ideò ſine verè ſit neceſſaria materia, aut diſpoſitio ad gratiam,ſiue non,Chriſtus ad eam habendam noluit obligare ex præcepto religionis, aut charitatis extra neceſſitatem extremam,aut grauem. Sed contrà vrgeri poteſt , quia noo videntur cohærere hæc duo,ſcilicet, quòd Chriſtus ex vi inſtitutionis Sacramenti voluerit contritionem eſſe neceſſariam materiam , aut diſpoſitionem ad effectum Sacramenti , & noluerit obligare homines ad illam habendam , cùm ad Sacramentum perficiendum accedunt , ſaltem ſi illam ſine magna difficultate habere poſſunt. † Suppoſito autem quòd non 332. ſolùm contritio,ſed etiam attritio ſcita ſit materia, & diſpoſitio ſufficiens,& altera earum ſit neceſſaria diſpoſitio,vti verè eſt,approbandum id,quòd obſeruat idem Salas *d. diſp. vnica, num.* 58. *verſic. ex dictis*, ſcilicet,quòd qnamuis Confeſſarius non credat peccatori pœnitenti dicenti ſe afferre ſufficientem diſpoſitionem , videlicet , contritionem , vel attritionem,ſed dubitet,debet illum ſimpliciter, & abſolutè abſoluere, quia eſſet magnum inconueniens, vel non conferri io illo dubio abſolutionem , vel dari ſub conditione rectæ diſpoſitionis, quia quotidie eſſent confeſſiones repetendæ propter dubium de coodirionis poſitione neceſſaria ad valorem abſolutionis, vode vſus obtiouit, vt ſine conditiooe detur abſolutio exiſtente ea dubitatione ; ad quod facit textus *in cap. à nobis* 2. *de ſent. excomm.* vbi ita habetur, *iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper nititur , ſed iudicium Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur , quare & fallere ſæpe contingit , & falli.*

Si tertiò obiiciatur , quando ſunt opiniones , an 333. quis teneatur confiteri tale peccatum oec ne,ſi confiteatur, vtitur materia certa, quia certum eſt Confeſſionem eſſe integram ; ſi verò oon confiteatur, materia eſt dubia,ſeu probabilis, quia dubium, ſeu opinio tantùm eſt,an confeſſio ſit integra:& tamen licitum eſt , non confiteri illud ; ergo ex natura rei licitum eſt, vti materia dubia , & oon ſemper vtendum certa.

Reſpondent Suarez *d. verſic. ſed vrgebit.* & Salas *d. num.*58. ſicut reſpondet Ioannes Sancius *num.* 10. *d. verſic. vnde optime.* confutatus ſuprà *num.* 325. ſcilicet, dicunt Suarez, & Salas in hoc caſu materiam eſſe certam , quia confeſſio eſt integra moraliter formaliter,& ex intentione,non enim eſt dimidiata ex intentione,& induſtria,ſeu malitia, neque ex negligentia culpabili , quia licitum eſt ſequi opinionem practicè probabilem , qualis eſt illa, & certum eſt confeſſionem integram formaliter eſſe materiam ſufficientem. Verùm , vt *d. num.* 325. dicebam aduerſùs Ioannem Sancium, id eſt, quòd quæritur, ſeu controuertitur , nempe quomodo illa opinio poſſit excuſare taciturnitatem talis peccati in confeſſione, ſi ſemper in adminiſtratiooe Sacramentorum eſt eligenda materia certa, cùm poteſt adhiberi , ne Sacramentum contra Chriſti inſtitutionem conficiatur , & ſic periculo irritationis voluntariè, & abſque vlla cauſa exponatur. † Quare Salas *ibidem* 334. ait poſſe ſecundò reſponderi, quando ſunt opiniones , an aliquod peccatum, vel circunſtantia debeat neceſſariò in confeſſione explicari,debere pœnitentem illam explicare , ſi id abſque notabili incommodo facere poteſt , aliàs non ; & ſimiliter ſi probabile putat , ſe commiſiſſe aliquod peccatum, licèt probabilius putet ſe illud noo commiſiſſe , teneri illud confiteri,ſi commodè,& abſque notabili incommodo poteſt ; vnde ait ſibi diſplicere doctrinam Gerſonis *Alphabeto* 41. *litera F. §. quæritur, ſermone de pœnit.* ita aientis. *Aut homo credit magis,quòd peccauerit in hoc facto, & ſic tenetur , vel deponere conſcientiam ; aut dubitat ex æquo , & ſic ſimiliter obligatur ; aut credit magis,quòd non peccauerit,cum dubio tamen de oppoſito,& hoc dicitur ſcrupulus,& pro hoc dubio non tenetur , niſi aliunde teneatur.* Fallitur enim Gerſon, inquit Salas, in eo , quòd dicit minorem illam credulitatem eſſe ſcrupulum;nam ſi probabiles habeat

Digitized by Google

beat rationes, eſt opinio, & non eſt ſatis ad tacendum peccatum mortale, quod probabile eſt, patratum eſſe: nam traditio, & vſus ita interpretari videntur, vt peccata mortalia certa, tanquam certa, & dubia, vt dubia Confeſſario aperiantur; ſed ſi hæc reſponſio foret admittenda, multi inde oriren-tur ſcrupuli circa valorem Confeſſionis, & Sacramentum Pœnitentiæ valde oneroſum redderetur, quod enim modò probabile non videtur, facile poſtea tanquam probabile apparet, & ſæpe etiam quod tanquam probabile, & veriſimile repræſentatur, eſt tantùm ſcrupulus, vnde multoties homines cogerentur confiteri, quando non tenerentur, vel confiteri tanquam peccata, quæ non ſunt, vel facta vna Confeſſione, ſtatim, cùm volunt ſacram Euchariſtiam recipere, iterum confiteri, prout aliud, & aliud motiuum apprehenderent, propter quod veriſimile ſibi videretur tale peccatum commiſiſſe.

335. Si quartò obiiciatur, quia ſi in adminiſtratione Sacramentorum ſequendum eſſet ſemper id, quod certum eſt, ne alioqui Sacramentum periculo irritationis exponatur, non poſſet pœnitens licitè confiteri Sacerdoti, quem probabiliter tantùm putat habere iuriſdictionem, neque è contrario poſſet ipſe Sacerdos licitè abſoluere, ſaltem ſi alius Sacerdos habens certam iuriſdictionem commodè adiri poſſit, ne ſe exponant periculo efficiendi Sacramentum Pœnitentiæ irritum; ſequela autem videtur contra praxim, & communem Doctorum. Reſpondet Salas *d. diſp. vnica num.* 58. *verſic. ex dictis, & num.* 110. ſi quis commodè poſſit confiteri Sacerdoti habenti certam, & indubitatam iuriſdictionem, per ſe loquendo hunc eſſe eligendum, nec eſſe licitum adire alium habentem iuriſdictionem probabilem tantùm, & dubiam, ſecus ſi non poteſt commodè confiteri niſi habenti iuriſdictionem dubiam, ſeu probabilem, & aliqua grauis cauſa confitendi intercederet; vnde ſi quis, inquit Salas, poteſt confiteri approbato à proprio ordinario, non licebit ei per Bullam eligere alium ab alio Epiſcopo approbatum, licèt ſit multorum opinio probabilis approbatum ab vno Ordinario poſſe vbique, & à quocunque eligi in Confeſſarium virtute Bullæ, quia incertum eſt, an talis abſolutio valeat; & hunc dicendi modum ſecuriorem, & certiorem, ait etiam Suarez *de pœn. d. diſp.* 26.
336. *ſect. 6. num.* 6. † Quia tamen arduum, & præter conſuetudinem etiam timoratorum eſſe videtur ad hoc obligari; ideo idem Suarez *num.* 7. reſpondet ſecundò dici poſſe, non obſtante opinionum varietate ſemper fieri Sacramentum, eo quòd cùm exiſtit probabilis opinio de iuriſdictione, tunc Eccleſia tacitè iuriſdictionem confert, eo modo, quo eadem Eccleſia ſupplet iuriſdictionem in habente titulum coloratum cum communi errore, prout latè oſtendi *in tract. de triplici Iub. priuileg. ſect. 3. caſu 2. à num.* 143.

337. † Verùm quia hoc idem Suarez probabile tantùm putat, ac proinde incertum, (ſicut incertum exiſtimant etiam Salas *dict. num.* 110. Breſſerus *d. cap.* 10. *num.* 114. Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 10.) atque adeò non ſufficere ad ſolutionem difficultatis de periculo efficiendi Sacramentum nullum; propterea aliter reſpondendo dicit ſemper fieri Sacramentum; quia Sacerdos à mortalibus non reſeruatis, vel antea confeſſis, vel à venialibus, quæ regulariter ſimul cum aliis in Confeſſione explicantur abſoluere poteſt; & ideo Sacramentum certò erit validum; ſed contrà Salas *d. num.* 110. & Breſſerus *d. num.* 114. obiiciunt etiam eſſe incertum, quòd quilibet Sacerdos poſſit à venialibus, vel à mortalibus iam confeſſis abſoluere, & ex hoc capite non eſſe licitum confiteri Sacerdoti habenti dubiam iuriſdictionem circa alia, niſi confitendo venialia, vel mortalia antea confeſſa: item non ſolùm videri exponere ſe abſque neceſſitate periculo irritandi Sacramentum omninò, ſed etiam irritandi ex parte. Quare Breſſ. *d. n.* 114. ait Confeſſario de ſua iuriſdictione ſub dubio non licere audire Cōfeſſiones niſi ſaltem grauis, vel iuſta cauſa id exigat, quòd v. g. ægrè poſſit inueniri alius; in hoc autem caſu aſſerit licere, quia, quo ſententia probabilior eſt, quòd valeat abſolutio, (vt in hoc caſu,) eò minor cauſa requiritur, vt eam liceat ſequi. contra hanc etiam reſponſionem facere poſſunt dicta ſuprà *num.* 325. *&* 333. contra Ioannem Sancium, & contra eundem Suarez, & Salam: propterea Salas *eodem num.* 110. *fine*, dicit, vel retinendam priorem reſponſionem, vel fatendum iuxta infrà dicenda, non eſſe peccatum mortale etiam ſine cauſa exponere ſe periculo efficiendi irritum Sacramentum, ſi non ſit aliud periculum, dummodo adminiſtretur iuxta opinionem probabilem.

RESOLVTIO.

IGitur ſententia longè probabilior, & approban- 338.
da eſt, in adminiſtratione quoque Sacramentorum, etiam eorum, quorum valor, aut irritatio ex ſola Chriſti inſtitutione, & non ab Eccleſia ob conferendam iuriſdictionem, vel ſolemnitatem contractui adhibendam pendet, per ſe loquendo, & ſecundùm rei naturam, ſeu intrinſecè non eſſe malum, & ſacrilegium contra religionem, & reuerentiam Sacramenti, ſed licitum, ſicut in aliis materiis, vti opinione probabiliori, vel probabili etiam minus tuta relicta ſententia certa, aut tutiori, & probabiliori, non obſtante irritandi Sacramenti periculo. ita Bartholomæus Medina 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *dub. penult.* Michaël Salon 1. 2. *quæſt.* 63. *art.* 4. *controu.* 2. *concl.* 4. *in reſponſ. ad* 3. Vaſquez *d. diſp.* 63. *cap.* 2. Sayrus *lib.* 1. *clauis cap.* 7. *num.* 3. Sanchez *lib.* 1. *ſumm. cap.* 9. *num.* 33. *& lib.* 3. *de matr. diſp.* 20. *num.* 4. Becanus *part.* 2. *ſumm. Theol. tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. Antonius Perez *certam* 10 *ſchol. cap.* 12. *&* 13. Baſilius Pontius *de matr. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 8. *&* 9. Villalobos *part.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 13. *num.* 2. Ferdinandus Palaus *d. tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *part.* 5. *num.* 5. Diana *part.* 1. *tract.* 13. *reſol.* 2. *& tract.* 15. *reſol.* 29. *& part.* 4. *reſolut.* 4. Hieronymus Phatao *in prompt. animæ tract.* 1. *ſect.* 3. *caſu* 13. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 24. *ſect.* 4. Ioann. Lugo *de Sacramentis in genere diſp.* 8. *ſect.* 9. *num.* 141. Ego ipſe *in tract. de contractu matrimonij cap.* 4. *num* 21. & plures alij recentiores, & probabile putant Salas, Filliucius, & Ioann. Sancius *locis ſuprà allegatis*. Probatur ex dictis *d. cap.* 4. *num.* 21. quia ſi ex ſui natura eſt intrinſecè malum, & ſacrilegium, maximè ratione irreuerentiæ Sacramenti, quod exponitur periculo irritationis; ſed hoc non vrget, quia miniſtrans Sacramentum, iuxta propriam, vel aliorum opinionem probabilem, nulli culpabili periculo irritandi Sacramentum ſe exponit, nullamque moralem irreuerentiam erga Sacramentum committit, nam quoties ſequitur opinionem probabilem, prudenter putat illum conuenientem modum adminiſtrandi eſſe, & nulli ſe contrauenire præcepto, nec irritare Sacramentum; ſicut enim iudicans probabiliter aliquid non eſſe contra præceptum diuinum, & ob id illud agens minimè irrogat iniuriam præcepto; ita nec irrogat iniuriam Sacramento, qui probabiliter credit illum eſſe conuenientem modum miniſtrandi, & quamuis ſit periculum irritandi Sacramentum

in

in re, & effectu fruſtrandi, non ob id committitur mortalis irreuerentia contra Sacramentum, cùm miniſter prudenter iudicet à ſe irritum non fieri. Et licèt Sacramentum habeat ius, quòd validè miniſtretur, illi iuri ſit ſatis, dum miniſtratur iuxta probabilem opinionem, iuxta quam inculpabiliter arbitratur Miniſter, validè à ſe confici Sacramentum, nec tenetur ſemper operans cum euidentia operari, vt obſeruat Vaſquez *d. cap.2. num.* 5. vt dictum eſt ſuprà *num.* 121. *&* 130. Neque etiam tenemur ſemper ſequi quod melius, & perfectius eſt, vt oſtenſum eſt *d.n.*130.*fine.* & cum ex opinionibus probabilibus, quoad imputabilitatem ad culpam vna non ſit ſecurior altera, ſed ambæ æquè tutæ, vt oſtenſum eſt ſuprà *n.* 137. tam bene operatur qui vnam, quàm qui alteram in praxi ſequitur. Præterea probatur, quia ſi in adminiſtratione Sacramentorum eſſet ſemper ſequendum id, quod certum eſt relicto probabili, nimis graue onus miniſtrantibus, & recipere volentibus Sacramenta imponeretur, nam primò, ad Sacramentum Pœnitentiæ non liceret pœnitenti cum attritione cognita accedere, neque Sacerdoti abſolutionem impendere, cùm hæc non ſit omnino certa materia, vt ex dictis ſuprà *num.* 328. patet. Secundò, cùm iuxta opinionem probabilem confeſſio informis ſit repetenda, pœnitens cognoſcens ſe effeciſſe Confeſſionem informem, teneretur illam repetere, & ſi nollet illam repetere, non liceret Confeſſario Sacramentum miniſtrare, iuxta dicta ſuprà *num.* 325. *&* 334. Demum omiſſis aliis exemplis, non liceret Sacerdoti habenti iuriſdictionem tantùm probabiliter, neque ſimplici Sacerdoti in articulo mortis præſente proprio Sacerdote abſoluere pœnitentem, neque pœnitenti abſolutionem recipere, neque licitè poſſent coniuges contrahere matrimonium præſente proprio Parocho non Sacerdote, vel exiſtente in alia Parochia, quia in iis caſibus, ſicut & in aliis multis adhiberetur materia probabilis relictâ certâ, & ſecurâ, vt conſtat tum ex dictis ſuprà *num.* 336. *&* 337. tum *d. cap.4 de contractu matrimonij*, tum infrà titulo quarto; ad euitanda igitur huiuſmodi grauamina miniſtrantium, & ſuſcipientium Sacramenta nimis onerosa, & apta etiam plures parere ſcrupulos, dicendum eſt, ex rei natura, & ex præciſa religione, ſeu ratione reuerentiæ debitæ Sacramentis fas eſſe illa adminiſtrare iuxta opinionem probabilem, nempe adhibendo materiam, vel formam probabilem, relictâ omninò certâ, & ſecurâ; quia, vt oſtenſum eſt, ſic miniſtrans prudenter operatur, cùm non exponatur culpabili periculo irritandi Sacramentum, ſed viam moraliter certam teneat, & probabiliter credat fieri Sacramentum.

339. Quare ad primum argumentum ſententiæ adductum ſuprà *num.* 318. reſpondetur ex dictis miniſtrantem Sacramentum iuxta opinionem probabilem, non ſe exponere morali, id eſt, culpabili periculo irritandi illud, ac proinde non inferre iniuriam Sacramento, nec offendere Deum, qui ſolùm exigit, vt Miniſter prudenter, & inculpabiliter procedat, procedit autem, quando ex opinione probabili operatur, ſi aliud Eccleſia non præcipiat; ſecus ſi præciperet, iuxta ea, quæ infrà explicantur. Ad primam confirmationem etiam ex dictis patet reſponſio, nempe prudenter agere miniſtrantem Sacramentum ex opinione probabili, quia non vtitur via incerta, ſed certa moraliter, cùm vtatur probabili. Ad ſecundam confirmationem eiuſdem primi argumenti, reſpondetur, ſimiliter ex dictis, Miniſtrum Sacramentorum non eſſe obligatum operari abſque vllo periculo irritandi Sacramentum, ſed obligatum eſſe operari abſque periculo morali, & culpabili irritationis; qui autem cum probabili opinione operatur, ſeu miniſtrat Sacramentum, nulli ſe periculo morali, culpabilive exponit, atque adeò integrè ſatisfacit; neque ex eo quòd à parte rei contingeret fieri Sacramentum irritum, Deo, qui noſtris non indiget, aut Sacramento, quod eſt res inanimata, aliquod damnum prouenit, ſicut emanaret, ſi debito certò contracto in moneta dubia quis ſatisfaceret, nam exponeret ſe periculo non ſoluendi, quod re vera debet, ac proinde inferendi damnum ſuo proximo, & ita contra iuſtitiam peccaret. Ad ſecundum argumentum eiuſdem primæ ſententiæ, reſpondetur ex dictis, qui opinionem probabilem certæ præponit, non incertum, ſed certum moraliter præponit certo. & D. Auguſtinus non loquitur quando ſunt diuerſæ opiniones, ſed quando de vna parte eſt formaliter dubius, qui operatur, & de altera certus, vt dictum eſt ſuprà *num.* 329. præterea D. Auguſtinus, vt etiam *num.* 329. dictum eſt, non loquitur in communiter contingentibus, ſed in caſu grauis neceſſitatis, ac proinde non loquitur de peccato irreuerentiæ, ſeu contra religionem, & reuerentiam Sacramenti, de quo modò eſt controuerſia, ſed de peccato contra charitatem, ſcilicet contra obligationem, qua quis debet ſibi remedium ſuæ ſalutis prouidere, de qua re infrà. Ad tertium patet ex dictis, vſum materiæ, vel formæ probabilis ex ſe, & intrinſecè non eſſe malum, Eccleſia autem in aliquibus caſibus prohibet vti materia, & forma probabili, relictâ certâ, non tam ob reuerentiam Sacramenti, quàm ob alios fines, tum religionis, & expreſſionis ſignificationis, tum neceſſitatis fidelium: & dato quòd in aliquibus ob ſpecialem reuerentiam Sacramenti ſit ita præceptum, non inde præceptum ad omnes caſus debet abſque manifeſta ratione extendi. & hæc quidem attenta natura actus, & præciſa ratione reuerentiæ Sacramento debitæ; ſed quid ſi reſpiciatur obligatio charitatis, & vſus Eccleſiæ?

In adminiſtratione Sacramentorum, quamuis ex natura actus non ſit illicitum, nec contra religionem, vti opinione probabili minus tuta, relictâ certâ, eſt tamen contra charitatem, aut iuſtitiam, ſi inde aliquod graue damnum ſuſcipienti immineat.

ITaque in propoſitione præfatæ ſententiæ dixi, 340.
per ſe loquendo, & ſecundùm naturam actus, nam attenta obligatione charitatis, & miſericordiæ erga proximum, ſeu prouidendi proximo remedium per Sacramentum, non eſſe licitum, ſed peccatum contra charitatem miniſtrare Sacramentum iuxta probabilem opinionem, & minus tutam, relictâ certâ, aut ſecuriori, ſi inde aliquod damnum ſuſcipienti Sacramentum imminet, tradunt communiter Doctores, & ratio diuerſitatis inter obligationem religionis, & obligationem charitatis eſt, quòd miniſtrans Sacramentum iuxta opinionem probabilem aſſerentem hoc, vel illo modo fieri validum, & integrum Sacramentum, & cum effectu, nullam facit iniuriam Sacramento, neque Deo, (quibus etiam nullum emanat damnum ſi in re fiat Sacramentum irritum, aut ſine effectu, vt *num. præcedenti* in reſponſione ad ſecundam confirmationem primi argumenti dictum eſt,) cùm probabiliter credat adeſſe omnia ad valorem, & effectum neceſſaria, & ita ex tali credulitate poſſit deduci prudens, & rectum conſcientiæ iudicium de licita operatione, vt *duobus*

numeris

Digitized by Google

numeris præcedentibus oſtenſum eſt; nam ſicut ad obſeruanda reliqua præcepta ſatis eſt ſe probabiliter gerere, etiamſi ſint iuſtitiæ erga proximum, ita etiam ad obſeruandum debitum honorem Sacramento; ex hoc autem non ſequitur eodem modo poſſe adhiberi remedium proximo; nam præceptum charitatis, & miſericordiæ expoſcit, vt in his ſaltem, quæ à nobis pendent, præcaueamus periculum notabilis damni, præſertim ſpiritualis ex carentia remedij animæ prouenientis, quantum poſſumus; & ita erit peccatum contra charitatem, ſi relictâ certâ, aut ſecuriori materiâ, aut formâ, qua facile poteſt vti, Miniſter conferat Sacramentum, adhibendo formam, aut materiam probabilem, aut minus ſecuram, quia ſic miniſtrans exponit ſe periculo irritandi Sacramentum, & conſequenter inferendi damnum notabile ſuſcipienti, cùm ex irrito Sacramento gratia non cauſetur; & ſi Baptiſmus miniſtretur inualidè, inhabile reddit ſubiectum ad cætera Sacramenta validè ſuſcipienda. quæ ratio (vt Vaſquez, Sanchez, & alij mox citandi notarunt,) procedit ſiue Sacramentum miniſtretur pueris, ſiue adultis, nam etſi adultus alio remedio, nempe proprio contritionis actu poſſit gratiam obtinere, id tamen eſt difficillimum, & cùm ſit ignarus periculi irritationis Sacramenti, illud non curabit, & ſi Sacramentum collatum ſit Baptiſmus, ſi fuerit inualidus, non poterit tolli inhabilitas ad alia Sacramenta; prætcrquam quòd ſi miniſter certum, & ſecurum remedium poteſt ſine difficultate indigenti ſiue puero, ſiue adulto miniſtrare, charitati omnino repugnare videtur, ſi velit dubium, & incertum adhibere, cum periculo illum fruſtrandi Sacramento, & illius effectu, vt ſolùm ſuam opinionem ſequatur, ita omnes Doctores relati ſuprà *num.* 317. Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 12. ex Doctoribus *num.* 338. relatis in terminis tradunt Vaſquez, Sanchez, Becanus, Perez, Pontius, Diana, Villalobos, Ariaga, Ioannes Lugo, Hieronymus Pharao, ego ipſe *d. c.* 4. *num.* 21. faciunt omnes Doctores aſſerentes in quæſtionibus damni, id eſt, quando non agitur de præciſa actus honeſtate, ſed de damno inſequente, ſi ſit via certa, & tuta, aut tutior, licèt minus probabilis, eam eſſe ſequendam, relictâ etiam probabiliori minus tutà, ex qua damnum graue tertiæ perſonæ immineat, ij ſunt Bannes 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 1. *dub.* 3. *concluſ.* 4. Aluarez 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *diſp.* 80. *concl.* 2. Gordonus *lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 30. *&* 34. quod in terminis quoque tradunt Becanus *d. cap.* 4. *num.* 7. Reginaldus *d. lib.* 13. *num.* 95. & Filliuc. loco ſuprà *n.* 317. allegato. Præfatam doctrinam à Vaſquez, & aliis traditam, quòd in adminiſtratione Sacramentorum non ſit adhibenda pars probabilis, ſi contraria ſit charitati, & miſericordiæ proximi. Palaus quoque *diſp.* 5. *num.* 8. ait eſſe veram, & legitimam, licèt cum Monteſino 1. 2. *diſp.* 19. *quæſt.* 5. *num.* 232. addat ſibi non videri neceſſariam, eo quòd, inquit, nullus ſibi ſe offerat caſus, in quo ob charitatem proximi quis teneatur ſententia omninò certa, & ſine periculo irritandi Sacramentum, cùm aliàs poſſet non vti. Dixi *ex obligatione charitatis*, &c. quia præallegati Doctores videntur ſentire miniſtrum vtentem opinione probabili, & minus tuta, ex qua immineat periculum damni ſpiritualis non peccare contra iuſtitiam, ſcilicet contra ſuum munus, quaſi minus fideliter id exercens, eo quòd talis vſus non ſit temerarius, neque imprudens, ob rationes *num.* 338. allatas: & ita expreſsè aſſerit Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 41. *fine.* Quamuis oppoſitum, & etiam contra iuſtitiam, peccare rectè dici poſſe videatur, eo quòd ex obligatione ſui officij, & ita ex obligatione iuſtitiæ miniſter Sacramentorum, ſiue ordinarius, & proprius, ſiue non proprius teneatur ſecuriori medio proſpicere ſaluti, & bono ſpirituali ſuſcipientis Sacramentum, id quod magis confirmant dicta infrà *num.* 391. & ita tenet Breſſerus *lib.* 3. *d. cap.* 10. *num.* 116. *& cap.* 11. licèt non rectè ſentiat eſſe tantum vnum ſimplex peccatum, & ſi ſit contra plures virtutes, nempe contra charitatem, & iuſtitiam; nam ſi contra vtramque virtutem eſt, certè duplicem malitiam ſortitur. Admitto autem cum eodem *d. citato cap.* 11. in Confeſſione non opus eſſe explicare diſtinctè vtramque malitiam, ſed ſufficere dicere, v. gr. *dubia materia, vel forma baptizaui*, quia ex tali Confeſſione ſatis colligitur grauitas peccati.

Miniſtrare Sacramenta iuxta opinionem probabilem relictâ tutiori, aut certâ, quando ambiguitas, ſeu defectus ſe tenet non ex parte Miniſtri, ſed ſuſcipientis, an liceat?

Declarant autem Vaſquez, Sanchez, Sayrus, 341.
Pontius, Diana, & Hieronymus Pharao eandem doctrinam, quòd relictâ certâ, aut tutiori ſententiâ, iuxta quam ſit certò Sacramentum validum, non liceat ratione obligationis charitatis illud adminiſtrare iuxta probabilem, & minus tutam cum periculo irritationis, procedere ſolùm, quando opinio probabilis, ſeu ambiguitas, & incertitudo cum probabilitate verſatur circa ea, quæ ſe tenent, ex parte Miniſtri, ſeu exhibenda ſunt à Miniſtro; ſecus verò ſi verſetur circa ea, quæ ſe tenent ex parte ipſius ſuſcipientis Sacramentum, quod idem ait Bonacina loco *num.* 317. citato, vbi poſt reſponſionem negatiuam à ſe datam, quòd ſcilicet non ſit licitum adminiſtrare Sacramentum iuxta opinionem probabilem, & minus tutam, ſi miniſter poteſt adminiſtrare iuxta opinionem magis tutam, & probabiliorem, dicit hoc intelligi, quando defectus ſe tenet ex parte Miniſtri, eſſe verò licitum in adminiſtratione Sacramentorum ſequi opinionem probabilem relictâ tutiore, quando defectus prouenit ex parte ſuſcipientis, in quo tamen non videtur ſibi cohærere, nam ipſe probat ſuam reſponſionem negatiuam, quia eligens opinionem probabilem, relictâ probabiliori, & magis tuta, ſubiret periculum faciendi Sacramentum irritum, quod (inquit) non eſt conforme dictamini rationis, & prudentiæ, quæ ratio (licèt non vrgeat, quia ſequens opinionem probabilem non ſe exponit periculo morali & culpabili, & operatur prudenter, & conformiter rectæ rationi, cùm ad rectè operandum non requiratur euidentia, vt ex dictis conſtat,) habet locum etiam quando ambiguitas, ſeu defectus ſe tenet ex parte ſuſcipientis, nam etiam tunc miniſtrans ſubiret voluntariè periculum faciendi irritum Sacramentum, vt latiùs oſtenſum eſt ſup. *num.* 330.

Ex hac declaratione inferunt præallegati Docto- 342.
tes, quòd etſi contritio vera, aut attritio putata contritio ſit materia certa pro valore, & effectu Sacramenti Pœnitentiæ, attritio verò cognita ſit incerta, & probabilis tantùm, vt tradunt ipſi, & conſtat ex dictis ſuprà *num.* 329. *&* 330. nihilominus Confeſſarius non peccabit contra charitatem, ſi pœnitentem habentem tantùm attritionem cognitam abſoluat, quia cùm dolor ſit quid requiſitum ad Sacramentum ex parte pœnitentis recipientis Sacramentum, ſi ipſe vult accedere cum ſola attritione nota, cùm poſſet accedere cum contritione, non ſit contra charitatem, ei debitam, ſi ei hoc modo

do

343. do diſpoſito confeatur abſolutio. † Hoc tamen intelligendum iuxta Doctores mox citandos eſt extra mortis articulum, nam pœnitens exiſtens in articulo mortis non curans contritionem, cùm poſſet, ſed ſola attritione cognita contentus vellet abſolui, mortaliter contra propriam charitatem peccaret, ob graue periculum gratiam non ſuſcipiendi, & exinde incurrendi æternam damnationem, cui voluntariè ſe exponeret, vt docent Suarez *d. tom.* 3. *in* 3. *part. diſp.* 16. *ſect.* 2. *§. ſed obycies, verſic. ſed vrgebit, &* *tom.* 4. *d.* 15. *ſect.* 4. *num.* 19. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 34. Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 13. *verſic. rurſus.* Zambranus *de caſibus in artic. mortis cap.* 4. *num.* 4. *dub.* 1. Leſſius *de iuſtitia lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 34. Breſſerus *dict. cap.* 10. *num.* 113. *verſic. atque hinc.* Granado 1. 2. *tract.* 12. *diſp.* 4. *ſect.* 4. *num.* 35. *&* 37. & conſequenter iuxta eoſdem Doctores etiam Sacerdos ſcienter abſoluens huiuſmodi pœnitentem ſolùm attritionem notam habentem mortaliter peccaret, quia miniſtraret Sacramentum non rectè diſpoſito, ſcilicet exiſtenti in peccato mortali. Verùm etiam in articulo mortis conſtitutum non teneri ſub mortali ex præcepto charitatis propriæ, alióve præcepto habere, vel procurare contritionem, ſed illi ſufficere veram attritionem, etiam cognitam, ad hoc vt ritè confiteatur, & abſoluatur, atque abſolui debeat, præter Fauentinum, & Layman locis ſuprà *n.* 330. relatis, docent Salas *d. diſp. vnica, num.* 97. *&* 98. Fagundez *de præceptis Eccleſiæ, præcepto* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. *&* 14. Coninch *de Sacrament. diſp.* 4. *dub.* 1. *num.* 5. Diana *part.* 2. *tract.* 4. *reſol.* 98. Ioannes Lugo *de pœnit. diſp.* 7. *d. ſect.* 13. *per totam*, Becanus, & Turrianus ab iiſdem Diana, & Lugo relati. Primò, quia non fit ſub opinione, attritionem cognitam eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ, & etiam ad effectum gratiæ ſanctificantis per idem Sacramentum obtinendum, ſed certum ſaltem moraliter, ita vt prudenter poſſimus nobis perſuadere, nullum iam de eo eſſe periculum, cum Concilium Tridentinum *dict. ſeſſ.* 14. *allegato cap.* 4. *§. & quamuis*, apertè dicat contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur cum Sacramento Pœnitentiæ, ſatis eſſe ad iuſtificationem, & quamuis id de fide non definiat, tamen tanquam certum, & indubitatum pronunciat, vt ex eius verbis patet. quæ ita ſunt clara, vt ſine aperta violentia non poſſint aliter explicari, nec videatur admittenda vllo modo illa gloſſa Suarez, & Vaſquez, quòd Tridentinum loquatur de attritione exiſtimata contritione, non verò cognita vt attritione, nam loquitur indiſtinctè, & abſque vlla limitatione, neque aliunde in Scriptura talis gloſſæ indicium reperitur. Secundò, quia ſi ob incertitudinem ſufficientiæ attritionis cognitæ ad effectum gratiæ in Sacramento Pœnitentiæ obtinendum, ex præcepto charitatis propriæ homo conſcius peccati mortalis ſacramentaliter confitens in articulo mortis obligaretur ad eliciendum, vel procurandum perfectæ contritionis actum, ne ſe exponeret periculo damnationis; ob eandem rationem ſequeretur lapſum in peccatum mortale teneri ſtatim omninò, vel ſaltem ante ſomnum conteri, quia fieri poteſt vt paulo pòſt, vel ſaltem inter dormiendum ſubitò moriatur; quare ſi ſtatim non conteratur, exponit ſe periculo æternæ damnationis; imò (inquiunt Coninch, & Lugo,) teneretur ſtatim confiteri, quia non eſt ei certum, quòd habeat perfectam contritionem: & addit Coninchius hanc obligationem eſſe magis probabilem, eo quòd certius videatur, quòd attritio cognita cum Sacramento Pœnitentiæ iuſtificet, quàm communiter quis certus eſſe poſſit, quòd aut etas viuet, aut quòd ſit verè contritus, etiam cùm maximè ſibi contritus eſſe videatur; obligare autem ad conterendum, vel confitendum, ſtatim poſt lapſum in peccatum mortale certum eſt, eſſe contra communem ſenſum fidelium. Tertiò probat Lugo, quia quando ſunt opiniones probabiles non ſolùm circa valorem Sacramentorum, ſed etiam circa vſum licitum talis materiæ, vel formæ, tunc poteſt quis licitè ſequi ſententiam probabilem, dicentem vſum eſſe licitum. v. gr. Quæritur inter Doctores, an ſit validum Sacramentum Baptiſmi, vel Ordinis quando formæ prælatio non coexiſtit phyſicè abſolutioni, vel contractui materiæ, ſed ſolùm moraliter, quatenus ſtatim poſt formæ prolationem effunditur aqua, vel tangitur hoſtia, & calix à Sacerdote ſuſcipiente aliis negantibus, aliis communiter affirmantibus. Item quæritur, an ſtante illa opinionum diuerſitate ſit obligatio repetendi ſub conditione Baptiſmum, & Sacerdotium collatum ſine vlla phyſica coexiſtentia materiæ, & formæ, aliis ſimiliter affirmantibus, aliis communiter negantibus, eo quòd ſententia negans valorem Sacramenti, non habeat fundamentum ſufficiens ad moraliter dubitandum. Hanc igitur ſententiam, cùm ſit probabilis, poſſet quis practicè ſequi, quia non ſolùm affirmat eſſe validum Sacramentum, ſed etiam negat obligationem illud reiterandi: ſimiliter ergo in præſenti caſu, licèt agatur de ſalute, ad quam adhibere debemus remedia certa, & non probabilia ſolùm; cùm tamen quæſtio non ſit, an attritio cum Sacramento ſit remedium, vel non, ſed an ſit obligatio adhibendi aliud remedium contritionis propter incertitudinem illius, & ſit ſententia probabilis multorum aſſerentium non dari tali obligationem, non obſtante ſententia negante attritionem cum Sacramento ſufficere ad iuſtificationem, poteſt ſe conformare quis priori ſententiæ deobliganti. Quartò probatur ex Fagundez, quia ex oppoſita ſententia deterioris conditionis eſſent docti, quàm indocti, nam obligatio conterendi in articulo mortis efficeret ſolos doctos, qui ſcire poſſunt diuerſitatem opinionum, & exiſtimare non eſſe certam attritionem cognitam cum Sacramento ſufficere ad iuſtificationem. Alia argumenta congerit Ioann. Lugo, quæ à Doctoribus prioris ſententiæ, & ex mox dicendis facilè ſolui, & reiici poſſunt; & iuxta hanc ſententiam Confeſſarius pœnitenti exiſtenti in articulo mortis confitenti mortalia ſolùm attrito, etſi cognito, teneretur abſolutionem impertire; quod idem aſſerit Breſſerus *d. cap.* 10. *num.* 110. *initio*, (licèt probabilius eſſe exiſtimet pœnitentem in eo articulo mortis exiſtentem teneri ſe excitare ad contritionem,) eo quòd Confeſſarius teneatur ſequi opinionem probabilem pœnitentis, qualis eſt illa, quæ affirmat attritionem cum Sacramento ſufficere ad effectum gratiæ diuinæ, & negat obligationem conterendi in eo etiam articulo. Addit tamen, quòd Confeſſarius teneretur conari ad excitandum pœnitentem ad contritionem, ſed ſi non poſſet excitare, peccaret, & contra charitatem, ſi non abſolueret; confirmat Breſſerus, quia moraliter vix continget, vt Confeſſarius, atque etiam ipſe pœnitens certus ſit ſe attritum, nec tamen contritum, cùm difficile ſit homini illos actus, eorumque motiua diſcernere, & non ſit dubium (inquit,) quin veri contriti ſint, qui ex humilitate, vel ſcrupulo ſe vix attritos dicunt, & putant; ſicut è contra, ne quidem attriti ſunt, qui ſe contritos exiſtimant. Quare ex hoc

eapite

capite ſaltem concludit Breſſetus videri, quòd te-
neatur pœnitens in articulo mortis ſe excitare ad
contritionem, ne fortè ſi illam habere non co-
netur, ne quidem habeat veram attritionem. At
quamuis hæc poſterior ſententia ſit probabiliſſi-
ma, tamen cùm non ſit certa, nec certum ſit etiam
poſt Concilium Tridentinum attritionem cogni-
tam, & non exiſtimatam veram contritionem eſſe
ſufficientem diſpoſitionem ad obtinendum ſacra-
menti Pœnitentiæ effectum, ſcilicet, gratiam iu-
ſtificantem, cùm tot doctiſſimi viri, qui poſt Tri-
dentinum ſcripſerunt, quot ſunt allegati pro prio-
ri ſententia, & alij etiam recentiores id negent,
in praxi cùm agatur de ſumma rerum, non vide-
tur recedendum à priori ſententia, atque adeò
pœnitentem conſcium peccati mortalis exiſten-
tem in articulo mortis confitentem non debere
eſſe contentum ſola attritione cognita, ſed ſi ad-
uertat, ſe eſſe tantùm attritum, debere conari, vt
contritionis actum eliciat; vt quantum eſt ex ſe
certam faciat ſuam ſalutem, neque exponat ſe pe-
riculo damnationis, quod poteſt, ſi vult, euitare.
Dixi *debere conari*, &c. quia non eſt neceſſe, vt cer-
tò ſciat ſe elicere, vel elicuiſſe actum contritionis
perfectæ, (cùm talis certitudo phyſica, & euidens
ſine ſpeciali Dei reuelatione haberi non poſſit, &
moralis etiam non ita facile habeatur, & dignoſ-
catur,) ſed ſatis eſt, excitare ſe, quantum cum au-
xilio Dei, & præſenti capacitate ipſius pœniten-
tis & humana conditio, & fragilitas patitur ad
contritionem habendam, per huiuſmodi enim
diligentiam moralem ſatis videtur propriam ſa-
lutem procurare; & quoties talis moralis diligen-
tia, ſeu conatus adhibetur ad contritionis actum
eliciendum, præſumi poteſt dolorem de peccatis,
qui præuia tali diligentia concipitur, eſſe veram
contritionem, quamuis fortè aliter ipſi pœniten-
ti videatur; nam facienti quod in ſe eſt, Deus non
denegat gratiam ſuam. Quòd ſi pœnitens attri-
tus non poſſet à Confeſſario induci ad procuran-
dam veram contritionem, (quod vix continge-
re credo in fideli mediocriter cupido ſuæ ſalutis,
ſi quidem omnes in extremis de ſua ſalute cogi-
tantes ſolent maximè admoniri à Confeſſario ſe
excitare ad perfectiorem peccatorum dolorem,
quàm conſueuerint antea habere in ſuis confeſ-
ſionibus, & procurant dolere, quantum poſſunt,)
vel Confeſſarius animaduerteret eundem pœ-
nitentem attritum, non eſſe capacem habendi
contritionem, ſeu ſe excitandi ad illam; tunc, vt
dixit Breſſetus, cenſeo abſolutè Confeſſarium li-
citè poſſe, & teneri ad impendendam abſolutio-
nem tali pœnitenti moribundo bona fide proce-
denti, & non exiſtimanti ſe peccare, ex eo quòd
in tali articulo non habeat, nec procuret veram
contritionem, ne & ipſe alioqui exponat ipſum
pœnitentem periculo damnationis, ſi decedat ſi-
ne Sacramento, per quod de attrito contritus effi-
ceretur; cùm enim contraria ſententia ſit proba-
biliſſima, & ex parte pœnitentis nullus alius obex
gratiæ ſupponatur, poteſt licitè, & tenetur eun-
dem pœnitentem abſoluere, & præſertim ſi pœ-
nitens ob ruſticitatem, vel morbi grauitatem non
eſſet capax eliciendi, vel procurandi perfectio-
rem dolorem, prætерquam, quòd non ita facile
dignoſci poſſit perfectio, & qualitas doloris, ſci-
licet, ſit ne ſola attritio, an verò etiam pertin-
gat ad attritionem, vt idem Breſſetus notauit.
Ad fundamenta autem poſterioris ſententiæ qua-
tenus prædictis obſtant, reſpondetur ad primum,
probabiliſſimum quidem eſſe attritionem co-
gnitam ſufficere cum Sacramento ad iuſtifica-
tionem, non autem eſſe certum omninò, cùm tot
Doctores contrarium ſentiant. Ad ſecundum re-
ſpondetur periculum mortis, de quo ibi, eſſe
valde remotum, & ideo non inducere præfatam
obligationem ſtatim conterendi, vel confitendi:
in præſenti autem caſu articuli mortis pericu-
lum eſt proximum. Ad tertium opinio illa de
neceſſitate coexiſtentiæ phyſicæ materiæ, & for-
mæ eſt iam antiquata, & certum omnino eſt ta-
lem coexiſtentiam phyſicam non eſſe neceſſariam
ad valorem Sacramenti, alioqui vix poſſet fieri
aliquod Sacramentum in ſolo vſu conſiſtens, vel
ſaltem vix poſſet ſciri eſſe factum validè, vnde ex
neceſſitate concluditur ſolam coexiſtentiam mora-
lem ſufficere. Ad quartum non eſt inconueniens,
neque mirum, aut nouum, quòd vir doctus per acci-
dens obligetur ad aliquid, ad quod non obligaretur
indoctus, quòd ille meliùs, quàm iſte agnoſcat ſuam
obligationem: ſicut etiam in confeſſione plures cir-
cumſtantias tenetur explicare homo doctus, quàm
ruſticus, qui eas neſcit diſcernere. † Licèt verò iux- 344.
ta priorem ſententiam in illo articulo obligemur
præcepto charitatis curare, vt habeamus contritio-
nem, illam autem habere aliis temporibus extra il-
lum articulum ſpeciali præcepto non tenemur; nam
ſicut non obligamur proximo ſubuenire niſi in ex-
trema neceſſitate conſtituto, ita nec conſtringimur
nobis conſulere, niſi extremè indigentibus. ita tra-
dunt iidem Doctores modò citati. † An verò extra 345.
mortis articulum ſi pœnitens ignarus accedat cum
ſola attritione nota, cùm poſſit habere contritionem,
Confeſſarius ſaltem obligetur præcepto charitatis
illum admonere de incertitudine Sacramenti, & il-
lius effectus, ac proinde vt curet ante abſolutionem
habere contritionem, affirmant Salas *d. diſp. vnica n.*
97. Villalob. *d. tract.* 1. *diff.* 13. *n.* 3. *fine*, addens, ſi idem
pœnitens admonitus nihilominus petat cum ſola
attritione nota abſolui, tunc Confeſſarium poſſe il-
lum abſoluere, nec id fore contra charitatem. Sed de
huiuſmodi obligatione ex præcepto charitatis præ-
mittendi talem admonitionem nil alij præallegati
Doctores dicunt, & puto ea non conſtringi Confeſ-
ſarium loquendo in adminiſtratione ſacramenti
Pœnitentiæ extra extremam neceſſitatem articuli
mortis; & ratio eſt quia lege charitatis, & præcepto
correctionis, (vt notat Palaus *d. p.* 5. *num.* 9. *circa
medium*,) non tenemur ab intellectibus hominum
depellere ignorantias, quæ non obſtant medio
neceſſario ad ſalutem; at pœnitens monitus à Con-
feſſario de incertitudine opinionis, ſeu ſacramen-
ti Pœnitentiæ, ſi cum ſola attritione nota ſuſci-
piatur, non tenetur curare contritionem, vel ab-
ſtinere à receptione Sacramenti, vt cum præallega-
tis Auctoribus idem Villalobos docet; ergo illa
ignorantia incertitudinis non eſt de aliquo medio
neceſſario ad ſalutem, atque adeò nec Confeſſarius,
nec quilibet tenetur ex charitate illam docere, &
monere; teneretur verò ex charitate docere, & mo-
nere pœnitentem ignarum exiſtentem in extremis,
cùm tunc idem pœnitens monitus teneretur contri-
tionem curare iuxta ſuprà dicta, & priorem ſenten-
tiam & admiſſa etiam poſteriori ſententia ſaltem ex
concilio, Confeſſarius pœnitentem moribundum
mortalis peccati conſcium, quem agnoſceret eſſe
ſolum attritum, deberet excitare ad habendam con-
tritionem iuxta eiuſdem pœnitentis capacitatem.

Ex eadem declaratione *num.* 341. tradita infert 346.
Vaſquez *d. diſp.* 63. *num.* 13. non facere, ſeu peccare

contra charitatem proximo debitam, Confeſſarium abſoluentem pœnitentem tacentem, ſeu non repetentem præcedentem confeſſionem informem, quia confeſſio ſe tenet ex parte pœnitentis, quamuis addat aliam peculiarem rationem, nempe, quòd pœnitens, qui in tali caſu fidens opinioni aliorum, vel Confeſſarij dicto probabili, quòd talis confeſſio ad valorem, & integritatem confeſſionis non ſit neceſſaria non reiterat, non repetendo non peccat, & ita certiſſimum eſt, ſi reliqua neceſſaria adſint, Sacramentum eſſe validum, & gratiam recipere, quia ſufficienter, & integrè formaliter confitetur, & ob eaſdem duas rationes nullum erit peccatum contra charitatem abſoluere pœnitentem, qui probabili opinione, vel Confeſſarij conſilio ductus tacet in confeſſione circunſtantias intra eandem ſpeciem notabiliter aggrauantes. Neque in prædictis caſibus tenetur Confeſſarius admonere pœnitentem ignarum, & illum docere ſolùm eſſe opinionem, non verò certum, quòd confeſſio informis, aut circunſtantia notabiliter aggrauans non ſit materia neceſſaria confeſſionis, (licèt ad id obligari iudicet Villalobos *dict. num.* 3.) tum ob rationem numero præcedenti allatam, tum quia ſi cætera ad Sacramentum requiſita adſint, certum eſt, fieri verum Sacramentum cum effectu gratiæ; quare nec in articulo mortis eſt vlla obligatio inſtruendi pœnitentem circa prædicta.

347. Ex eadem quoque declaratione infert Baſilius Pontius *dict. cap.* 25. *numer.* 8. Miniſtrum Baptiſmi poſſe ſe conformare opinioni probabili, quæ docet ſubiectum Sacramenti Baptiſmi eſſe quamcunque partem hominis baptizandi, quia defectus ſe tenet ex parte ſuſcipientis: ſed cùm ſit valde incertum, an fiat validum Baptiſmi Sacramentum, ſi quis baptizetur in ſolo digito manus, aut pedis extremo, vel in alia minima tantùm parte corporis, parua aquæ gutta; dicendum Miniſtrum peccare mortaliter contra charitatem, ſi, cùm poſſit baptizare in capite, aut pectore, aut alia ſimili parte præcipua corporis, notabili aquæ quantitate, baptizet in digito, vel manu puerum, quia vtitur remedio dubio, & incerto, quod fortaſſe carebit omni effectu, cùm poſſit adhibere certum; & ita exponit baptizatum periculo non conſequendi gratiam regenerationis, & perpetuæ inhabilitatis ad alia Sacramenta; & ita ſi infans moriatur, in æternum pereat. Quare doctrina illa, quòd in adminiſtratione Sacramentorum non ſit contra charitatem proximi, nec peccatum vllum, vti opinione probabili in his, quæ tenent ſe ex parte ſuſcipientis, procedit, quando ſuſcipiens ſponte talia exhibet, nec tunc tenetur exhibere ea, quibus certum eſt fieri Sacramentum cum effectu, vt conſtat ex duobus numeris præcedentibus. Quare neque adultum, non ſolùm ignarum incertitudinis Baptiſmi, ſed neque conſcium poterit miniſter baptizare in digito, aut manu, quia baptizandus petens, vel valens ſuſcipere Baptiſmum in digito, aut manu, potens ſuſcipere Baptiſmum certum, peccaret contra propriam charitatem propter graue damnum ſaltem inhabilitatis ad alia Sacramenta ſuſcipienda, cui ſe voluntariè exponeret.

348. Idem Pontius *num.* 10. ex dictis *à num.* 340. infert in caſu, quo coniuges contraxerunt matrimonium nullum ratione occulti impedimenti dirimentis, & poſtea alter tantùm, v.gr. vxor nouit impedimentum, & ſecretò obtinuit diſpenſationem, licèt verior, & ſecurior ſententia affirmet ad reuocandum validè matrimonium non ſufficere nouum conſenſum, expreſſum, vel tacitum, (v.gr. per copulam affectu maritali habitam,) ipſius vxoris, ſed inſuper requiri vt maritus ignarus fiat conſcius impedimenti, & etiam ipſe de nouo conſentiat, vt oſtendi *in tractatu de contractu matrimonij cap.* 2. *num.* 74. *& ſeqq.* nihilominus cùm alia opinio ſit plurium Doctorum, aſſerentium non eſſe neceſſarium admonere coniugem ignarum nullitatis præcedentis matrimonij, ſed ad illud reualidandum ſufficere nouum conſenſum alterius coniugis, ſeu vxoris habitum poſt obtentam impedimenti diſpenſationem, vel alio modo dicto impedimento ceſſante, vt ex *eodem cap.* 2. *num.* 72. conſtat; infert, inquam, ſi ad renouandum præfatum matrimonium coniugi, ſeu vxor nullitatis conſcia poſt ſublatum impedimentum non ſolùm in vrgenti neceſſitate vitandi periculi vitæ, aut grauis infamiæ, aut ſcandali, (iuxta dicta *citato cap.* 2. *num.* 78. & ſuprà *num.* 143. *&* 147.) ſed etiam extra talem neceſſitatem ſequatur hanc poſteriorem opinionem minus probabilem, & minus tutam, nullum fore peccatum, ſuppoſito quòd illam iudicet probabilem, (putat enim Pontius nullo modo eſſe probabilem, nec etiam in caſu neceſſitatis poſſe adhiberi in praxi,) per principia intrinſeca. Probat illationem, ſeu corollarium ex dictis, quia iuxta talem opinionem ſolo ſuo nouo conſensu renouans matrimonium nullam iniuriam infert Sacramento matrimonij, vt oſtenſum eſt, nil etiam facit contra legem charitatis, aut miſericordiæ. Nam licèt, cùm Sacramenta ſunt neceſſaria neceſſitate medij, agat contra legem charitatis, qui adhibet proximo remedium incertum, cùm poſſit vti certo: attamen in hoc caſu cùm Sacramentum matrimonij non ſit neceſſarium neceſſitate medij, non infert ſpirituale, aut temporale detrimentum, ex charitatis præcepto vitandum. Nocumentum enim poteſt attendi, vel in priuatione effectus Sacramenti, & iſte effectus non eſt neceſſarius, aut in periculo illiciti vſus coniugij, & hic vſus quoque caret culpa, cùm coniux accedat bona fide, & ignorantia excuſetur, vel in periculo illegitimitatis prolis; ſed neque huiuſmodi damnum ſequitur, quia Eccleſia ſemper iudicabit illam prolem legitimam, cùm matrimonium fuerit contractum in facie Eccleſiæ, & cum bona fide vtriuſque, vel alterius coniugis, quod ſufficit, vt proles cenſeatur legitima, iuxta text. *in cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi.* ergo nullum erit peccatum vti tali opinione etiam extra caſum neceſſitatis, ſi iuxta generalia principia eſt probabilis. Hæc Pontius. quæ ſunt probabiliter dicta, nec obſtant traditis à me *dicto cap.* 2. *num.* 78. vbi aſſerit in caſu grauiſſimæ neceſſitatis poſſe coniugem nullitatis conſcium, vti hac poſteriori ſententia, & nihil dicitur de vſu extra neceſſitatem, tum quia ibi explicatum eſt tantùm id, quod certum, vel ferè certum eſt, poſſe licitè fieri, tum quia nolui ibi examinare an extra neceſſitatem in adminiſtratione Sacramentorum liceat ex natura actus vti probabili opinione, circa materiam, & formam, relictâ certâ ſententiâ: tum quia ſicut ibi hæc eadem poſterior ſententia viſa eſt parum probabilis, ita eius vſum excuſari à culpa ſolùm ex cauſa grauiſſimæ neceſſitatis, iuxta *ibidem, & ſuprà à num.* 141. *ad* 147. tradita. † Addit Pontius 349.

eodem

eodem numer. 11. in caſu neceſſitatis imminente periculo notabilis damni, v. gr. prolis, vel ſcandali inter coniuges, aut eorum conſanguineos non ſolùm licere coniugi prædicto, conſcio nullitatis præcedentis matrimonij, vti præfata poſteriori opinione, & iuxta eam in renouatione matrimonij vti forma probabili, ſed etiam eum teneri ea vti, vt ſi fortè ea ſufficiat, validum efficiat Sacramentum, id quod colligitur ex dictis ſuprà *dicto num.* 142. *& numeris* 320. *&* 337. formam enim, aut materiam certam in Sacramentis relicta dubia, ſeu probabili ad ſummum tenemur adhibere eùm poſſumus, at quando viget caſus neceſſitatis ad curandum quantum poſſumus ſpirituale, vel temporale damnum proximi, ſi non poſſumus certam adhibere, tenemur ex lege ſaltem charitatis adhibere probabilem, imò etiam parum probabilem, dummodo non ſit omninò improbabilis, & falſa, vt conſtat ex dictis allegatis *num.* 147. 320. *&* 327.

In adminiſtratione Sacramentorum non licet vti materia, aut forma, aut alia re tantùm iuxta opinionem probabilem ad Sacramenti valorem ſufficienti in caſibus, in quibus id ab Eccleſia per conſuetudinem, vel per ſpeciale præceptum vetitum eſt.

350. PRæterea in propoſitione eiuſdem ſententiæ *numer.* 338. poſitæ dixi, *per ſe loquendo, & ſecundùm actus naturam eſſe malum, & illicitum vti opinione probabili, relicta certa, & ſecuriori, ac probabiliori in adminiſtratione Sacramentorum.* Nam quamuis nec contra religionem, neque contra charitatem (vbi damnum proximi ſpirituale non imminet ex lege charitatis præcauendum) ſit in materia Sacramentorum vti materia, aut forma dubia, ſequendo opinionem probabilem minus tutam relicta certa; erit tamen illicitum ſequendo opinionem, vti materia, & forma probabili, & dubia contra conſuetudinem, aut ſpecialem legem Eccleſiæ præcipientis in hoc, vel illo Sacramento vti materia, aut forma certa, ex cuius vſu nullum periculum, nec etiam inculpabile irritandi Sacramentum contingere poſſit, vt locis *dict. num.* 338. allegatis Salon, Vaſquez, Perez, Sanchez, Sayrus, Villalobos, Palaus, Hieronymus Pharao tradunt. quod idem docent Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *diſput.* 45. *ſect.* 1. *fine, & diſputat.* 60. *ſect.* 1. *fine*, Salas *dict. diſputat. vnica num.* 69. Coninch *de Sacram. quæſt.* 78. *art.* 3. *num.* 37. & alibi, Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia cap.* 10. *num.* 106. Ioann. Lugo *dict. diſput.* 8. *num.* 141. ego ipſe *de contractu matrimon. cap.* 4. allegato *num.* 21. Doctores relati ſuprà *num.* 316. & alij omnes. Quare licèt adſit varietas ſententiarum circa materiam, aut formam quorundam Sacramentorum, aut quid aliud de quo controuertitur, an requiratur, vel ſufficiat ad valorem Sacramenti, ſemper tamen in praxi attendenda eſt generalis Eccleſiæ conſuetudo, quæ vim legis habet, (vt Sanchez, Vaſquez, Ioannes Sancius, & alij præallegati Doctores aiunt,) vel lex ſpecialis, & expreſſa eiuſdem præcipientis in adminiſtratione alicuius Sacramenti talem materiam, & formam, & non aliam eſſe adhibendam; ac proinde erit peccatum mortale contra religionem in materiis, aut formis Sacramentorum adhibendis ſequi opinionem probabilem, relictis certis, & determinatis, ſeu præſcriptis ab Eccleſia per conſuetudinem, vel ſpeciale decretum, idque, (vt Salon, & Sanchez, & alij notarunt,) non ex defectu opinionis, ſeu quia ſic miniſtrans relinquat ſententiam certam, aut probabiliorem, & ſecuriorem, neque ratione periculi, & irreuerentiæ Sacramenti; ſed ex præcepto Eccleſiæ, quia nimirum agit contra ſpeciale decretum, vel contra communem vſum Eccleſiæ vim præcepti habentis. † Quapro- 351.
pter quamuis ſit probabile tum typham, ſeu ſecale ſpecie non differre à tritico, & amylum non eſſe triticum corruptum, ac proinde panem confectum ex ſecale, vel ex amylo eſſe materiam Euchariſtiæ ſufficientem; tum omnia verba conſecrationis calicis non eſſe de eſſentia conſecrationis; tum aquam ex herbis extractam non differre ſpecie ab elementari; tum partem minimam corporis eſſe ſufficiens ſubiectum; tum illa verba, *Baptizo te in nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab vtroque*, eſſe ſufficientem formam eiuſdem Baptiſmi; nihilominus ſi, (cauſa ſaltem ad id non vrgente) in pane ex typha, vel amylo confecto conſecraretur, vel omnia verba conſecrationis calicis modo conſueto non proferrentur, vel minima pars in Baptiſmo ablueretur, vel in eo adhiberentur aqua roſacea, aut illa verba, *Baptizo te in nomine Genitoris*, &c. delinqueretur grauiter non contra naturam Sacramenti, ſeu illius validationem, (cùm probabiliter miniſter putet validè conſecrari, aut fieri Baptiſmum,) ſed contra præceptum extrinſecum Eccleſiæ, aut præſcriptam conſuetudinem, & communem vſum eiuſdem Eccleſiæ, quæ tales materias, vel formas probabiles nunquam adhibuit, aut permiſit in Sacramenti adminiſtratione extra vrgentem cauſam, ſed ſemper adhibuit, & voluit adhiberi tum materiam certam, vt in Euchariſtia panem ex farina tritici; in Baptiſmo aquam naturalem infuſam ſuper partem corporis principalem, nempe caput; tum formam certam, nempe in conſecratione calicis omnia verba illa, *Hic eſt calix ſanguinis mei noui, & veteris Teſtamenti*, &c. & in Baptiſmo illa verba, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Vnde etiam Miniſter aliter conferens prædicta Sacramenta ab Epiſcopis puniretur, non obſtante quòd fuerit ſecutus opinionem probabilem. Et quod dictum eſt de prædictis ſpectantibus ad duo prædicta Sacramenta Euchariſtiæ, & Baptiſmi dicendum de aliis tum ad eadem, tum ad ea alia Sacramenta pertinentibus, circa quorum materias, aut formas ſit aliqua opinio probabilis, cui præceptum, vel generalis vſus Eccleſiæ contrarierit, nec in hac materia certa regula præſcribi poteſt, ſed per ſingula Sacramenta examinandum eſt, quæ ſint ab Eccleſia ratione conſuetudinis, vel ſpecialis præcepti prohibita, quæ non; & vbi ſit opinio probabilis de re, circa quam nullum ſit Eccleſiæ præceptum, vel communis vſus Eccleſiæ, licitum erit ſequi opinionem illam relictâ certâ, aut probabiliori, & magis tuta, ſeruato tamen charitatis præcepto. † Ex quibus Palaus allegato *punct.* 5. 352.
num. 7. rectè infert nullo modo licere Sacerdoti conferre adulto ſub nomine Genitoris, Geniti & Procedentis ab vtroque, quantumcunque ipſe id petierit, & conſentiat, quia vſus illius formæ non ſolùm ex charitate debita proximo eſt debitus, & adhibendus, ſed ex præcepto Eccleſiæ, ob publicationem fidei, & notitiam claram ipſius, vt communiter tradunt Doctores agentes de Baptiſmo; etenim cùm Baptiſmus ſit ianua Eccleſiæ, oportebat in illo notitia Trinitatis elatioribus verbis expri-

mi. Vnde minus bene contarium ſenſerunt Petez,
& Salas *d. num. 96.* dicentes, quòd Miniſter bapti-
zando *ſub nomine Genitoris*,&c. literatos, aut doctos,
cùm ipſi peterent, aut cunſentirent, non peccaret,
quia illi poſſunt, & ſciunt adhibere alia remedia, &
ſi voluor ſe exponete periculo non recipiendi gra-
tiam ſactamentalem, vel etiam gloriam, ſibi impu-
353. tent. † Sicut etiam minus verum eſt, quod iidem
Perez,& Salas addunt, nempe quòd, ſi quis Sacerdos
dicens totam formam conſecrationis calicis, vellet
conſecrare ſolis illis verbis, *Hic eſt calix ſanguinis
mei.* non peccare mortaliter, cùm probabile ſit illa
verba ſufficere,& nullum damnum immineat ex eo,
quòd conſecratio ſit irrita, vt ſupponitur. Quòd
enim foret grauiter peccaturus Sacerdos conſe-
crans calicem, & limitans intentionem ad illa ſola
verba, reliquis verbotenus prolatis, colligitur aper-
tè ex dictis; quia iſte Sacerdos ageret contra præ-
ſcriptionem, & vſum communem Eccleſiæ nomine
Chriſti illa dicentis, & intendentis omnibus illis
conſecrationem fieri, quia fortè omnia illa neceſſa-
ria ſunt, & ita in terminis ſentit etiam Palaus *dict.*
354. *num.7.* † Quemadmodum etiam ſi in adminiſtratio-
ne Sacramentorum, quis data opera vellet non ha-
bere intentionem formalem conficiendi Sacramen-
tum, ſed tantùm virtualem, eum peccaturum con-
tra conſuetudinem Eccleſiæ præſcriptam, ait Ioan-
355. nes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 26. † Eſſe autem pecca-
tum contra Religionem (vt *num.* 350. dictum eſt)
forma, aut materia præſcripta, & conſueta ab Ec-
cleſia non vti, docent in terminis Salas *num.92.* Pa-
laus *d.num.7.* Breſſerus *d.cap.*10.*cum.*107.& Ioannes
Sancius *d.num.26. fine*, eo quòd tale præceptum, vel
conſuetudo Eccleſiæ circa materiam religioſam,
tanquam circa obiectum verſetur, non tamen erit,
(vt etiam notarunt Breſſerus, & Sancius *vbi ſuprà*,)
contra religionem intrinſecam, & quaſi naturalem
Sacramento, ſeu contra religionem ex natura rei,&
Sacramenti, cùm vtens opinione probabili, non fa-
ciat actum ex natura ſua malum, & contra religio-
nem, ſed conuenientem, & rationabilem modum
adminiſtrandi Sacramentum, illius natura, ſeu præ-
ciſa ratione reuerentiæ illi debitæ conſiderata adhi-
beat, vt *num.*338.350.*&* 351.

*Ex cauſa vrgente, & in grauiſſima, aut ex-
trema neceſſitate propria, aut proximi licet
adminiſtrare, vel ſuſcipere Sacramentum
vtendo forma, aut materia, vel alia re
dubia iuxta probabilem opinionem ſuffi-
cienti ad valorem Sacramenti, quando
alio modo non poteſt Sacramentum admi-
niſtrari.*

356. PRædicta autem intelliguntur extra caſum ne-
ceſſitatis, nam ex cauſa vrgente, & in grauiſſi-
ma, aut extrema neceſſitate propria, vel proximi li-
citum eſt, (cùm alio modo Sacramentum non po-
teſt adminiſtrari,) vti forma, aut materia dubia, &
probabili, non obſtante præſcriptione, & conſuetu-
dine Eccleſiæ contraria extra neceſſitatem, & vr-
gentem cauſam; vt conſtat ex dictis *num.*327.& tra-
dunt omnes Doctores præallegati; quia cùm pro-
ximo exiſtenti in grauiſſima, aut extrema neceſſita-
te ſpirituali non poſſumus ſuccurrere remedio cer-
to, & ſine vllo dubio, & periculo ſuccurrendum eſt
remedio probabili, quod iuuare poteſt, & forſan
iuuabit, ſi talis ſit Chriſti inſtitutio; & tunc non
eſt ſe exponere propriè periculo, ſed potiùs pati, ſeu
permittere aliquod periculum, vt fiat Sacramen-
tum probabile, quod fortè erit validum, & melius
ſit exponere ſe periculo, quàm carere omnino Sa-
cramento, quod vel ſit medium ſalutis neceſſa-
rium, vel valde vtile, & Sacramento nulla fiat iniu-
ria, eo quòd in tali neceſſitate ſit certiori modo, quo
tunc fieri poſſit. † Quare, (vt Suarez *tom.* 3. *in* 3. 357.
part. diſputat. 16. *citata ſect.* 2. *verſic. dices ergo*, Salas
dict. diſput. vnica num. 56. & alij bene docent,) in
confirmationis Sacramento adminiſtrando licitum
eſſet vti oleo ſimplici benedicto, (quod eſt materia
probabilis,) vbi non eſt copia balſami, ex qua cum
oleo fit chriſma, quod eſt materia certa. † Secundò 358.
licitum eſt in conferendo Baptiſmo puero pericli-
tanti ſe conformare opinioni probabili aſſerenti
ſubiectum Baptiſmi eſſe quamlibet partem homi-
nis baptizandi, etiam extremum digitum manus,
aut pedis, & ad valorem ſufficere ablutionem per
minimam aquæ guttam, aut factam cum aqua re-
ſoluta ex ſale, ſi non poſſit ablui caput, vel alia
pars corporis principalis, nec haberi niſi parua
aquæ quantitas, aut aquæ naturalis, & elementa-
ris. ita Doctores infra citandi. † Verum quidem 359.
eſt, quòd quoties in neceſſitate Baptiſmus fuerit
collatus puero in parte dubia, (vt communiter ha-
bentur, pes, manus, digiti,) vel cum materia du-
bia, (vt talis communiter cenſetur aqua reſoluta ex
ſale, talem etiam alij, quos referunt Coninch *de
Sacrament. quaſt.* 66. *art.* 4. *dub.* 1. & latè Paſquali-
gius *deciſ.* 77. *&* 78. putant liquores expreſſos ex
plantis, herbis, & floribus, quos iuxta Philoſo-
phiam exiſtimant non differre ſpecie ab aqua ele-
mentari; talem etiam alij, quos Coninchus *vbi ſu-
prà*, & Paſqualigius *deciſ.* 71. *&* 72. allegat, aiunt,
grandinem, niuem, pruinam, glaciem nondum li-
quefactam) vel cum ablutione dubia, qualis com-
muniter exiſtimatur ablutio cum minima aquæ gut-
ta; ſub conditione erit rebaptizandus, ſi poſtea re-
moto periculo fieri poſſit; quia Baptiſmus iuxta
probabilem opinionem collatus fortè eſt irritus,
ſi illa ſententia in re non ſit vera, ac proinde ſal-
tem ex charitate aderit obligatio rebaptizandi, &
adhibendi remedium certum; vt colligi poteſt ex
dictis *num.* 340. & tradunt Alenſis *part.* 4. *quaſt.* 17.
*num.*3. Coninch *dict. dub.* 1. Layman *lib.* 5. *tract.* 1.
*cap.*3. *num.*3. Ioann. Sancius *dict. num.* 26. Sanchez,
& Vaſquez locis mox allegandis, & alij, quos Ioan-
nes Sancius refert, & ita habet communis vſus
Eccleſiæ, qui ſeruandus eſt, vt ſuprà oſtenſum eſt.
† An verò ſi in extrema neceſſitate in adminiſtra- 360.
tione Baptiſmi abluatur ſolùm pectus, aut ſcapula,
ſit ſub conditione reiterandus Baptiſmus cum ab-
lutione capitis, ſi poſtea fieri poſſit; & ſine du-
bio, & certò validum eſſe Baptiſmum non ſolùm
ſi abluatur caput, (quod eſt pars hominis præci-
pua,) ſed etiam ſi abluantur ſcapulæ, aut pectus,
cùm etiam hæ ſint partes principales hominis, &
conſequenter non eſſe ſub conditione reiteran-
dum Baptiſmum remoto periculo, docent Sotus
4. diſtinct. 3. *quaſt. vnica, art.*7. *in* 3. *arg.* Suarez *tom.* 3.
in 3. *part. diſputat.* 20. *sect.* 2. *in medio*, Vaſquez
tom. 2. *in* 3. *part. diſputat.* 145. *cap.* 4. *num.* 27. *&
quaſt.* 68. *art.* 11. Layman *dict. num.* 3. Coninch
dict. quaſt. 66. *art.* 7. *dub.*2. *num.* 79. & alij. E
contra verò quoties non abluitur caput bapti-
zandi, in quo ſunt omnes ſenſus, non fieri cer-
tò validum Sacramentum, ſed tantùm dubiè,
& probabiliter, atque adeò quoties puer peri-
clitans in ventre matris nondum egreſſus ſecun-
dùm ſe totum, vel ſecundùm caput, ſed tantùm
ſecundùm

ſecundùm aliquas alias partes, baptizatur in aliqua parte corporis extra caput, ceſſante periculo eſſe iterum ſub conditione rebaptizandum, aſſerunt Paludan. *in 4. diſtinct. 6. quaeſt. 1. art. 1. concl. 2.* Syluester *verb. Baptiſmus queſt. 1. num. 2. fine*, Armilla *eodem num. 27.* Victoria *in ſumm.* vbi de Baptiſmo, *num. 31.* & plures alios allegans Ioann. Sancius *d. num. 26.* & videtur expreſſa ſententia S. Thomæ *3. part. dict. queſt. 68. art. 11. ad 4.* vbi ita habet, *Ad quartum dicendum, quòd expectanda eſt totalis egreſſio pueri ex vtero ad Baptiſmum, niſi mors immineat, ſi tamen primò caput egrediatur, in quo fundantur omnes ſenſus, debet baptizari periculo imminente, & non eſt poſtea rebaptizandus, ſi eum perfectè naſci contigerit: & videtur idem faciendum, quæcunque alia pars egrediatur, periculo imminente, quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitæ conſiſtit, ſicut in capite, videtur quibuſdam quòd propter dubium, quacunque alia parte abluta, puer poſt perfectam natiuitatem ſit baptizandus ſub hac forma: Si non es baptizatus, ego te baptizo.* Et hoc cùm ſit tutius, & conſtituat puerum in certitudine gratiæ, & effectus ſacramentalis, mihi videtur in praxi ſeruandum tum ratione charitatis proximi, exigentis, vt remedium omninò certum adhibeatur cùm fieri poteſt; tum quia vſus Eccleſiæ videtur talis, vt quoties adeſt aliquod dubium de valore Baptiſmi, in neceſſitate collati non ſeruatis; quæ extra neceſſitatem ex præſcripto, vel conſuetudine Eccleſiæ ſeruari debent, Baptiſmum
361. ſub conditione iteretur. † Tertiò qui ignorat certam formam Baptiſmi, poſſet in neceſſitate extrema paruuli vti forma incerta repetendo poſtea ſub conditione Baptiſmum, ſi periculum ceſſet, & ſuperueniat notitia formæ certæ. ita Salas *d. diſput. vnica num. 56.* Quartò ſi tyrannus volens introducere illam formam Baptiſmi ſub nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque, minatur Sacerdoti mortem, niſi in ea pueros baptizaret, poſſet id facere, ſi tyrannus ad id non cogeret ex contemptu Eccleſiæ, aut Sacramenti, quia non tenetur cum tanto ſuo detrimento illis conſulere, neque præceptum Eccleſiaſticum de adhibenda forma certa, relicta probabili, obligatorium eſt cum tantu incommudo, & periculo. ita Perez loco ſuprà *num. 358.* citato. Salas *d. diſp. vnica num. 96.* Ioannes Sancius *d. diſp. 44. num. 12. verſic. at obycies,* & Diana allegata *part. 1. tract. 13. reſol. 2.*

362. Quintù licèt ſola ſigna contritionis ab exiſtente in articulo mortis, non valentis alio modo confiteri, exhibita Sacerdoti ſint tantùm materia probabilis, attamen in eo articulo extremæ neceſſitatis licitum eſt conferre Sacramentum abſolutionis pœnitenti in tali articulo petenti illud per ſola contritionis ſigna, vt tradunt Vaſquez *dict. diſputat. 63. num. 9. & diſp. 62. num. 40.* Marchinus *de bello diuino part. 3. cap. 13. num. 4.* Salas *dict. diſputat. vnica num. 56. & 96.* Fauentinus loco ſuprà *num. 321.* allegato, Pontius *d. cap. 25. num. 8.* Breſſerus *de conſcient. lib. 3. cap. 8. num. 97.* Ioannes Sancius *d. diſp. 44. num. 32. & 34.* ego ipſe *in tract. de triplici Iubilei priuilegio ſect. 4. caſ. 19. num. 6.* Hieronymus Pharao *in prompt. tract. 1. ſeſſ. 16. caſu 15.* Ioann. Lugo *de pœnitent. diſputat. 17. ſect. 1. num. 8. & ſeqq.* & alij recentiores communiter à Sancio relati, & infrà allegandi.

363. Imò cùm non ſolùm ſit opinio probabilis, ſed etiam probabilior materiam ſufficientem Sacramenti Pœnitentiæ eſſe ſigna contritionis in ordine ad confeſſionem data, etiam relata; & non viſa poterit licitè Sacerdos præſens abſoluere moribundum ſenſibus, & vſu rationis deſtitutum, qui eo abſente coram aliis, de hoc eidem Sacerdoti atteſtantibus, contritionis ſigna dedit, petens confeſſionem, ſeu indicans ſe velle confiteri, vt docent Suarez *de pœnitent. diſp. 21. ſect. 4. num. 4. & ſeqq. & diſp. 23. ſect. 1. num. 32.* Vaſquez *de pœnitent. quaeſt. 91. art. 2. dub. 1. num. 4. & 5.* Valentia *tom. 4. diſpat. 7. quaeſt. 11. punct. 1.* Henriquez *lib. 6. cap. 10. num. 7.* Hieronymus Pharao *caſu 16.* Coninch *de Sacram. diſput. 7. num. 98. 99. & ſeqq.* Filliuc. *tom. 1. tract. 7. cap. 1. num. 18. & cap. 5. num. 122.* Bonacina *diſp. 5. de Sacrament. quaeſt. 5. ſect. 2. part. 2. §. 4. num. 10.* Baſilius Pontius *dict. cap. 25. num. 8.* Breſſerus *dict. num. 97.* Marchinus *num. 8.* Reginaldus *dict. lib. 8. num. 28.* Villalobos *part. 1. ſumm. tract. 9. diffic. 33. num 6. in fine.* Benzonius *lib. 3. ſumm. cap. 8. num. 21 ad finem.* Alexander Pezantius *in 3. part. ad quaeſt. 84. diſput. 1.* Toletus *lib. 3. ſumm. cap. 8. num. 2.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 3. num. 9. fine, & cap. 8. num. 4.* Auctor vitæ P. Suarez, quæ habetur *initio primi tomi eiuſdem de gratia.* Zerola *in praxi de pœnitent. cap. 13. quaeſito 2. verſic. dico ſecundo.* Zambranus *de caſibus tempore mortis cap. 4. dub. 2. ſect. 5. num. 31.* Fernandez *in modula part. 1. cap. 6. §. 6. num. 3.* Eſcobar *in ſua Theolog. morali tract. 7. de Sacrament. examine 4. cap. 5.* Ioann. Lugo *d. diſpat. 17. ſect. 4. per totam,* innumeri alij recentiores, quos referunt, & ſequuntur, Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcepto 2. lib. 3. cap. 1. num. 16.* Ioannes Sancius *d. cap. 44. num. 34.* & Diana *part. 3. tract. 3. reſolut. 4.* ego *d. caſu 19. num. 7. & 8.* & ex Doctoribus antiquioribus Angelus *verb. confeſſio 4. nam 4.* Syluester *v. Confeſſor. 4. quaeſt. 13.* D. Antoninus *in ſumma defecerunt, in tertia parte interrogatory cap. de infirmis 17. in principio, & 3. part tit. 10. cap. 2.* & alij quos Henriquez, Fagundez, Marchinus, Sancius, & Diana allegant; & conſtat ex *can. is qui, 26. quaeſt. 6.* vbi ita habetur. *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos inuitatus venit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam.* idem ex Concilio Arauſicano *cap. 12. & cap. 26. quaeſt. 6.* Concilio Carthaginenſi III. *cap. 34.* & quodam decreto Euſebij Papæ, & ex Epiſtola D. Leonis *quaeſt. 1. ad Theodorum Epiſcopum Forolimenſem,* probant Fagundez, Coninch, Sancius, Lugo & Diana, qui Canones, & Concilia, ac Patres a Doctoribus à me dicta *ſect. 4. caſu 19. num. 8.* & à Fagundez, Coninch, Sancio, & Diana relatis contrarium ſentientibus, & ab Aluarez *1. 2. quaeſt. 19. diſpat. 80. in appendice poſt num. 15.* non rectè explicantur de abſolutione a cenſuris, quæ etiam inuito dari poteſt, non de abſolutione ſacramentali; quia præſertim *in d. cap. is qui pœnitentiam*, nulla fit mentio cenſurarum, & præallegata iura, ſeu decreta Conciliorum loquuntur de omnibus, qui ex infirmitate ſubitò obmuteſcunt, qui non niſi temerè poſſunt generaliter præſumi ligati eſſe aliquibus cenſuris. Idem expreſſè habetur in Rituali Romano iuſſu Pauli V. edito, *tit. de Sacramento pœnitentiæ, rubrica Ordo miniſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, verſic. quòd ſi inter confitendum,* vbi decernitur infirmum carentem ſenſibus, qui per alios confitendi deſiderium oſtenderit Confeſſario, omnino debere abſolui, & ita ſemper mos fuit Eccleſiæ, quæ cùm ſit pia mater, filio extremè periclitanti fauet, & ſuccurrit, eo modo quo poteſt, & in tali caſu concurrunt neceſſaria, & ſufficientia ad validam abſolutionem à præſente Sacerdote dandam; eſt enim præſens pœnitens vnà cum Sacerdote, & verificatur illa particula, *Ego te abſoluo*, reperitur etiam

certa materia peccatorum, ſaltem in communi fundata in voluntate, quam pœnitens manifeſtauit, Confeſſarium, vel confeſſionem expreſsè per verba, aut tacitè per ſigna ſufficientia poſtulando, licèt præſente Sacerdote manifeſtare non poſſit; adeſt etiam dolor, & datur non ſolùm voluntas confitendi, ſed actualis confeſſio vera quaſi per interpretem (vt dari poteſt,) nam aſtantes funguntur vice interpretis, vel internuncij, dum moribundo voluntatem, & deſiderium confitendi, & confeſſionem peccatorum in communi ab eo factam verè, vel per ſigna, atteſtantur. Neque obſtat, quòd confeſſio definiatur accuſatio propriorum peccatorum, facta coram Sacerdote iuriſdictionem habente; tum quia huiuſmodi definitio comprehendit tantùm ordinarium modum confitendi, non autem caſus extraordinarios, qualis eſt iſte, de quo eſt ſermo; tum quia, vt dictum eſt, moribundus eſt præſens, & materiam abſolutionis vtcunque dedit, ſcilicet, in communi, & cenſetur confiteri per interpretem. Et quòd talis confeſſio peccatorum in communi ſufficiat ad valorem abſolutionis confirmatur, quia peccatum in genere poteſt eſſe materia partialis in confeſſione, vt cùm quis recordatur ſe peccaſſe mortaliter, ſed oblitus eſt, cuius ſpeciei fuerit, tenetur enim tunc dicere ſe peccaſſe mortaliter, ex S. Thoma 4. *d.* 21. *quæſt.* 2. *art.* 1. *ad* 1. Nauarro *in man. cap.* 10 *num.* 7. & à Filliucio *dict. num.* 121. relatis: materia autem, quæ eſt partialis, quando aliæ partes adhiberi non poſſunt, poteſt eſſe totalis, & ſufficiens. Neque etiam obſtat decretum Clementis VIII. editum 21. Iunij 1602. ab Aluarez dicta Appendice *num.* 20. relatum, in quo damnauit hanc propoſitionem, ſcilicet, licere per literas, aut internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere. quia, vt patet ex ipſis verbis, caſus in decreto damnatus eſt diſtinctus à præſenti, de quo loquimur, vt magis conſtabit ex dicendis infrà *num.* 371. Quare idemmet Clemens Octauus interrogatus, an moribundus in caſu, de quo loquimur, deberet ſacramentaliter abſolui, reſpondit debere abſolui, & ſe eum abſoluturum, neque huiuſmodi caſum ſuo decreto vllo modo comprehendi, vt anno 1608. 16. Aprilis teſtati ſunt ſe ex eo audiuiſſe Cardinalis Bellarminus, & Archiepiſcopus Armacanus; addens etiam ſe puniturum Parochum ſibi ſubiectum, qui in ſimili euentu pœnitenti moribundo negaſſet abſolutionem; & prætereà literas de hac re teſtimoniales ſua manu ſubſcriptas dedit Prouinciali in Belgio Franciſco Florentino è Societate IESV, & P. Leonardo Leſſio Romæ tunc temporis exiſtentibus, quæ omnia referunt locis ſuprà citatis Coninchus, & Ioann. Sancius.

364. Ex quibus rectè infertur in huiuſmodi euentu, & multò magis quando coram Sacerdote dedit ſigna contritionis, & tacitè per aliquem nutum, ſeu aliquod ſignum oſtendit voluntatem confitendi, ſed non potuit, abſolutionem poſſe licitè à Sacerdote vocato, ſeu præſente abſolui, & debere abſolui, ſeu teneri Sacerdotem abſolutionem impendere, vt colligitur ex Rituali Romano, iuſſu Pauli V. edito loco ſuprà citato, & indicatur etiam in canonibus, & Conciliis ſuprà allegatis, & in terminis tradunt Vaſquez *d. diſp.* 62. *num.* 40. *&* *diſp.* 63. *num.* 9. *fine.* Coninch *d. diſp.* 7. *num.* 106. Filliuc. *d. cap.* 5. *num.* 123. Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 35. *verſic. aduertendum maximè.* Suarez *dict. diſput.* 23. *ſect.* 1. Marchinus *num.* 13. Lugo *dict. diſp.* 17. *num.* 8. & ego ipſe allegato *caſu* 19. *num.* 7. Bonacina & alij ab ipſo, & a Ioanne Sancio relati. Nam cùm in prædictis duobus caſibus non ſolùm ſit opinio probabilis, ſed etiam probabilior pœnitentem poſſe licitè abſolui, & nulla fiat iniuria Sacramento, tribuendo abſolutionem iuxta opinionem probabilem, & ex alia parte non abſoluendo moribundus exponitur periculo æternæ damnationis, qui fortè ſaluabitur, ideo Sacerdos tam proprius, quam non proprius in prædictis caſibus ſaltem ex charitate debet, & tenetur abſoluere, vt quantum fieri poteſt, moribundo pœnitenti extremè indigenti ſuccurrat, illiuſque ſaluti proſpiciat. Imò ſi ſit proprius Sacerdos, tenebitur etiam ex iuſtitia; facit etiam doctrina generalis, quòd in vrgenti, vel grauiſſima neceſſitate conſtituto, & indigenti, cùm poſſumus ſuccurrere ſequentes opinionem probabilem, debemus etiam ei ſuccurrere. nam qui licitè poteſt, etiam debet ſaltem ex charitate, vt tradit in terminis Vaſquez *dict. diſput.* 63. *num.* 10. & conſtat ex dictis ſuprà *num.* 347. Et præſertim ad dandam abſolutionem tenebitur quilibet Sacerdos, quando moribundus pœnitens confeſſus eſt quantum potuit, & acceſſit Sacerdos ad hunc effectum, debet enim ſequi opinionem pœnitentis, cùm probabilis ſit, & in eius fauorem, vt docent in his terminis Vaſquez *dict. diſput.* 62. *num.* 40. & Filliucius *d. num.* 123. & conſtat ex dictis ſuprà *num.* 226. *&* 242. Quare Sacerdos opinans per nutum, & ſigna nullum poſſe abſolui, & credens oppoſitum eſſe falſum, tenetur tali iudicio ſpeculatiuo non obſtante, formare conſcientiam practicam, quòd ſibi liceat, & teneatur abſoluere, ad ſubueniendum extremæ neceſſitati pœnitentis, qui forſan ita ſaluabitur, & negata abſolutione damnabitur in æternum; imò etiamſi Confeſſarius iſte non poſſet deponere conſcientiam, quia credit eſſe ſacrilegium ob Sacramenti irritationem in tali caſu abſoluere, adhuc ob pœnitentis ſalutem in tuto ponendam tenebitur abſolutionem impertiri, vt ait Ioannes Sancius *dict. diſputat.* 44. *num.* 31. nam quoties aliquis eſt perplexus inter duo præcepta ſimul occurrentia, ſtrictiùs obligans, & ex cuius obſeruantia maius malum euitatur, eſt adimplendum, (vt ſuprà *num.* 54. oſtenſum eſt, & latè tradit idem Sancius *diſputat.* 41. *num.* 27.) at magis obligat charitas, quàm religio, & minus malum eſt exponere Sacramentum periculo irritationis, quàm proximum periculo æternæ damnationis.

Prætereà infertur opinionem Aluarez *in dict.* 365.
appendice, Soti, & aliorum (quos partim allegaui ego *dict. caſu* 19. *num.* 8. partim allegant Fagundez, Ioannes Sancius, & Diana *locis citatis*,) aſſerentium non eſſe licitum, nec poſſe moribundo in prædictis duobus caſibus *num.* 362. *&* 363. explicatis dari abſolutionem ſacramentalem non eſſe practicè probabilem, vt in terminis aiunt Ioannes Sancius, & Filliucius locis numero præcedenti allegatis, & colligitur ex aliis Doctoribus *ibidem* citatis, iam enim abſque peccato non poteſt adhiberi in praxi, & iuxta eam negari abſolutio, & pietati, ac charitati illius praxis aduerſatur.

Similiter ex dictis infertur in prædictis duobus 366.
caſibus Sacerdotem poſſe abſoluere moribundum abſolutè, & nulla oppoſita conditione in mente retenta ſi ſit capax abſolutionis, quia licet abſolutè adminiſtrare Sacramenta, quando adminiſtrans ſequitur

quitur opinionem probabilem, vt conſtat ex dictis *num.* 338. & in iis terminis, quaodo Sacerdori moraliter eonſtar per ſigna à ſe viſa, vel ab aliis relata, moribundum eſſe contritum, vel attritum, & oſtendiſſe voluntarem eonfitendi, ſeu petiiſſe confeſſionem, affirmant Breſſerus *d.lib.* 3.*c.*8. *n.*99. & Lugo *d. diſp.*17.*n.*90. indicat Ioannes Sancius *d n.*35. & ſentire videntur alij Doctores ſuprà iiſdem *num.* 362. *&* 363. relati, qui ferè omnes aiunt, tunc moribundum poſſe licitè abſoloi, & debere. Quando enim Doctores aiunt in dubio valoris Sacramenti, etiam in extrema neceſſitate eſſe adminiſtrandum ſub conditione, id intelligitur in dubio formali, & ſtricto, non quando circa valorem verſantur opiniones probabiles, alioqui nimis ſæpè adminiſtranda eſſent Sacramenta conditionatè præter morem Eecleſiæ. Quamuis nil vetet, quin etiam in dubiis opinatiois, & latè ſumptis, ea adminiſtrans poſſit ſecum concipere conditionatam intentionem, etſi non teneatur. Quòd ſi ambiguum, & formaliter dubium foret, num ſigna à moribundo exhibita præſente Sacerdote, vel eo abſente, eſſent ſufficienter indicatina doloris, nempe contritionis, vel attritionis, & voluntatis eonfitendi; quia, v.g. non poſſet diſcerni, num ex vero dolore peccatorum, & deſiderio recipiendi ſacramentum Pœnitentiæ fuerint orta, vel ex angore, & anguſtiā mortis, tunc, (vt etiam obſeruat Ioanu. Sancius *d. num.* 35.) abſolutio non eſſet abſolutè impertienda, ſed ſub illa eonditione: *ſi verum eſt, te ſigna pœnitentiæ oſtendiſſe, abſoluo te à peccatis*; expedit autem, & videtur cadere ſub obligatione abſolutio conditionata in tali caſu dubij formalis, cùm prodeſſe poſſit infirmo, & non obeſſe Sacramento, etenim prædicta eouditione, vel alia ſimili. (v. gr. ſi es capax) appoſita vitatur ſacrilegij periculum.

367. Cùm verò moribundus ſigna doloris, ſeu eontritionis, & deſiderij confeſſionis ſacramentalis dedit abſente Sacerdote, vt à voeato, vel ſuperoeniente Sacerdote abſolui poſſit, & debeat, ſufficit vnicum teſtimonium, ſeu vnius teſtis fides Sacerdoti atteſtantis, eum ſigna pœnitentiæ dediſſe, vt præallegati Doctores Breſſerus, Ioannes Sancius *locis ſuprà allegatis*, Diana *d.tract.* 3.*reſolut.*8. Lugo *d diſp.*17.*n.*82. & alij. quia agitur de re animæ fauorabili, & nemini præiudiciali; ſicut moriens non confeſſus, neque communicatus ſemel in anno, qui iuxta *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* & Rituale Romanum *tit. de exequijs*, earere debet Eccleſiaſtica ſepultura, niſi in morte oſtenderit ſigna contritionis, & emendationis, & quilibet alius defunctus, qui alioqui priuandus eſt ſepultura, niſi in mortis articulo exhiboerit ſigna manifeſta pœnitentiæ clamando Presbyterum, vel pœnitentiam; vel præbendo alia ſigna certa, ſi fortè iam amiſerat loquelam, poſſit, & debeat ſepeliri in loco ſaero, ad probandum eum dediſſe talia ſigna pœnitentiæ, ſufficit vnus teſtis 26.*quæſt.*6. *can. qui recedunt.* D. Raymundus *in ſum. tit. de ſepult.* §.2.*verſic. item prohibetur.* Syluester *v ſepultura*, *quæſt.*9. *verſic. Quarto.* Nauarrus *conſil.*6. *de pœnit.* & Iulius Lauorius *Variarum lucubrationum*, *tit.*1.*cap.*12.*num.*22. & alij communiter, vt *loco citato* teſtatur Raymundus. Facit etiam quòd teſtimonio vnius in articulo mortis ſit miniſtrandum Baptiſma adulto, qui illud periit; vt latè Zambranus *de caſibus in articulo mortis, cap.*4.*dub.*2. & Ioann. Sancius *diſp.*34.*num.*8. & quod habet Felinus *in cap. veniens* 1. *num.*18. *de teſtibus.* vbi concludit ſtandum eſſe dicto vnius, qoando non agitur de præiudicio alterius, modò iuret. Et in his terminis docent Gloſſa *in can. is qui* 26.*quæſt.*6.*verb. eam audierunt*; Ioannes Sancius *d. diſp.*44. *num.*35. & Diana *d. tract.* 3. *reſolut.* 5. aientes etiam in hoc eaſu non eſſe neceſſarium iurate, quia maximè impium eſſet mentiri: & verum eſt, quia hîc verſamur in foro animæ, in quo non requiritur iuramentum. † Addunt quoque non 368.
oporrere teſtem eſſe Catholieum, ſed poſſe etiam eſſe hæreticum, & infidelem; ſicut ſi paganus, vel Iudæus affirmaret aliquem adultum infidelem in artieulo mortis exiſtentem Baptiſma poſtulaſſe, credendum illi aiunt Zambranus *vbi ſuprà*, Ioann. Sancius, & Lugo *locis ſuprà citatis*; addentes vrgentiori ratione infideli credendum, quàm fideli, nam Paganus potiùs vellet Baptiſmum non miniſtrari, & ita etiam io hoc eaſu de hæretico, aut infideli non poteſt præſumi falſum affirmare, vt fiat Sacramentum Pœnitentiæ, ſed potiùs præſumendum eſſet non teſtarnros ſigna pœnitentiæ eſſe tradita, oe miniſtraretur Sacramentum.

Cùm quis non coram moribundo, ſed alibi indicauit Confeſſario illum petyſſe confeſſionem, vel ſigna contritionis dediſſe in ordine ad confeſsionem, an Sacerdos tunc ſuperueniens, & præſens poſſit, & debeat illum abſoluere.

QVamuis autem Diana *d.tract.* 3. *reſol.*7. ad hoc 369.
vt moribundo, qui in abſentia Sacerdotis dedit ſigna eontritionis, & tacitè, vel expreſsè deſiderium eonfeſſionis ſacramentalis coram aliis oſtendit, poſſit licitè, & debeat Sacerdos illum abſoluere aliquo hoc eidem Sacerdoti atteſtante, requirat, vt teſtis coram infirmo ipſo, ſeu moribundo atteſtetur Sacerdoti vocato ad eum abſoluendum, illum petiiſſe confeſſionem, vel ſigna pœnitentiæ dediſſe; ac proinde ſi quis non eoram infirmo, ſed in eius abſentia indicauit Confeſſario illum poſtulaſſe confeſſionem, vel ſigna contritionis dediſſe, & Confeſſarius ſuperueniens illum adhue viuum inueniat, ſed ſenſibus omninò deſtitutum, non poſſe illum ſacramentaliter abſoluere. Ad quod aſſerendum mouetur, quia, inquit, iſte eaſus differt à præcedenti, in quo Confeſſarius inuenit moribundum ſenſibus deſtitutum, & adſtantes teſtifieantur illum confeſſionem petiiſſe, vel ſigna contritionis exhibuiſſe: nam dum tales adſtantes Sacerdoti præſenti, ſcilicet coram moribundo pœnitentiam, & deſiderium einſdem moribundi explicant, inſtar interpretum ipſius confeſſionem Sacerdoti exponunt, atque ipſe per hos Sacerdoti præſenti eonfitetur, ae proinde tam confeſſio, quàm abſolutio exercetur Sacerdote præſente. At cùm in abſentia moribundi ab aliquo, qui andiuit, vel vidit, exponitur Confeſſario illum petiiſſe confeſſionem, vel ſigna contritionis dediſſe, idem moribundus eonfitetur Sacerdoti abſenti per nuncium; confeſſio autem ſacramentalis facta per internuncium, aut per litteras Sacerdoti abſenti, & illicita, & nulla eſt, quia de neceſſitate ſacramentalis confeſſionis eſt, vt efficiatur in præſentia Saeerdotis, vt docent plures Doctores, præſertim ex Dominicanorum familia, & eonſtat ex decreto Clementis VIII. ſuprà *num.*363. allegato, in quo non ſolùm damnat abſolutionem abſente Sacerdore, ſed etiam confeſſionem. ita quòd dum damnat illam propoſitionem, licere per literas, aut per internuncium Confeſſario abſenti ſacramentaliter peccata confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, particula *&*, ſter diuiſiuè, non

autem complexiuè. Quemadmodum accipi diuiſiuè, ſenſúmque diuiſiuum ſignificare, ita vt S. Pontifex damnet etiam vtramque partem illius propoſitionis hypotheticæ, ſeorſim ſumptam, tradunt Aluarez loco ſuprà *num.* 363. citato, & plures alij, quos allegat, & ſequitur idem Diana *d. reſolut.* 7. quamuis nonnulli, præſertim Fagundez *precept.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. ab eodem Diana allegatus rectè intelligi poſſit de confeſſione, & abſolutione ſimul in abſentia pœnitentis. Addit Diana Silicium 3. *part. q.* 9. *art.* 3. *poſt concl.* 4. ex Cardinali Bellarmino teſtari Clementem VIII. intellexiſſe ſuum decretum in ſenſu diuiſo, & id poſtea die 14. Iulij 1605. declaraſſe ſacram Congregationem Cardinalium. Demum idem Diana aliis allegatis aſſerit eundem Clement. VIII. dicto decreto non ſolùm declaraſſe tam confeſſionem, quàm abſolutionem in abſentia eſſe illicitam, ſed etiam inualidam, & nullam, & ita etiam in caſu extremæ neceſſitatis non poſſe licitè, & validè infirmum periclitantem confiteri per interpoſitam perſonam Sacerdoti abſenti, vt poſtea ab illo superueniente, & eum ſenſibus deſtitutum

370. reperiente poſſit abſolui in præſentia. † Quamuis, inquam, ita ſentiat Diana; nihilominus indubitatum mihi videtur præfatum moribundum, qui confeſſionem petiit, vel ſufficientia contritionis ſigna in ordine ad confeſſionem ante aduentum Sacerdotis dedit aliis audientibus, vel videntibus, poſſe, & debere abſolui à superueniente Sacerdote illum adhuc viuum, ſenſibus tamen deſtitutum, inueniente, non ſolùm quando coram infirmo, ſed etiam in eius abſentia aliquis eorum, qui petitioni Confeſſarij, vel ſignis contritionis in ordine ad confeſſionem ab infirmo datis interfuerit de tali petitione, vel præmiſſis ſignis ore, ſeu viua voce, vel per litteras teſtimonium exhibet, ſeu illa manifeſtat, ſic in terminis Ioannes Sancius *d. diſp.* 40. *num.* 15. §. *quod ſi eueniat.* Marchinus *d. cap.* 13. *num.* 15. Ioannes Lugo *d. diſp.* 17. *num.* 85. & 86. & ita etiam prorſus ſentiunt reliqui Doctores omnes relati ſuprà *num.* 363. & alij, quos latè citant Suarez, Ioannes Sancius, & Fagundez locis *d. num.* 363. allegatis, cùm abſolutè, & ſine diſtinctione aſſerant ſigna contritionis à moribundo in ordine ad confeſſionem exhibita à Confeſſario non viſa, ſed ſibi ab his, qui infirmo adſtabant, dum illa dedit, relata eſſe materiam ſufficientem ſacramenti Pœnitentiæ, ac proinde Sacerdotem, cui talia ſigna ab aliquo, qui infirmo illa exhibenti aſtitit, manifeſtantur, poſſe licitè, & teneri illum abſoluere, ſi superueniens omninò ſenſibus deſtitutum dummodo viuum illum inueniat; neque obſtare in tali caſu, quòd Confeſſario fiat abſenti, & per alium, quia pœnitens infirmus ſufficienter manifeſtauit, licèt per alium, & non præſente Sacerdote, & cùm Sacerdos ſit præſens, dum abſolutionem impendit, nihil deſit ex iis, quæ requiruntur ad eſſentiam, & effectum Sacramenti. Quare omnes præallegati Doctores, cùm infirmus abſente Sacerdote petit confeſſionem, vel dat ſigna doloris in ordine ad confeſſionem aliquibus adſtantibus, qui poſtea Sacerdotem superuenientem conſcium faciunt, ſemper ſupponunt confeſſionem factam abſenti Sacerdoti, & in abſentia etiam ſi illum certiorem reddant aſtantes lecto moribundi, & ſenſibus omninò deſtituti; & ideo controuerſia erat, an caſus comprehenderetur in decreto Clementis Octaui ſuprà eodem *num.* 363. relato, vt conſtat ex Aluarez appendice ſuprà allegata *num.* 21. 22. & 54. Suarez *d. diſp.* 21. *ſect.* 4. *num.* 10. Coninch, Ioanne Sancio, Filliucio, Auctore vitæ Suarez, & aliis ex recentioribus *dicto num.* 363. relatis: ac proinde ex hoc, quòd in tali caſu confeſſio ab infirmo fiat abſenti Sacerdoti per interpoſitam perſonam quaſi per internuncium, vel interpretem, nempe per atteſtantes, qui petitioni confeſſionis, vel ſignis doloris in ordine ad confeſſionem ab eodem infirmo datis interſuêre, plures ex Dominicana præſertim familia aiebant in tali etiam caſu impotentiæ, & extremæ neceſſitatis non eſſe licitum Sacerdoti, qui non vidiſſet pœnitentiæ ſigna ab infirmo exhibita illum abſoluere propter illud Clementis Octaui decretum, quo putant damnari non ſolùm complexiuè, ſed etiam diuiſiuè illam propoſitionem, quòd liceret confiteri abſenti Sacerdoti per literas, aut internuncium, & ab eo abſente recipere abſolutionem, & Sacramentum ſemper eſſe nullum, ſiue fiat confeſſio in abſentia, ſiue abſolutio ſola detur ab abſente Sacerdote, vel vtraque contingat in abſentia: cuius contrarium alij Doctores magis communiter aſſerebant, nempe licere, nec caſum comprehenſum eſſe in illo decreto Clementis VIII. qui propterea ſuper hoc fuit conſultus, & reſpondit moribundum in tali caſu fore abſoluendum, nec caſum in hoc decreto comprehendi, iuxta dicta allegata *num.* 363. Quare ſi opinio Patris Dianæ foret admittenda, nec etiam quando aſtantes in cubiculo moribundi, iam ſenſibus omnino deſtituti, & propè ipſum exiſtentes Sacerdoti accerſito teſtimonium de petitione confeſſionis, vel ſignis pœnitentiæ in ordine ad confeſſionem in eius abſentia datis exhibent, liceret Sacerdoti moribundum abſoluere, quia tunc verè confeſſio à pœnitente moribundo facta eſt Sacerdoti abſenti, ſeu in abſentia Sacerdotis; etenim cùm ſupponamus infirmum moribundum in aduentu, & præſentia Sacerdotis eſſe omninò ſenſibus deſtitutum, & carentem totali vſu rationis, quòd aſtantes propè eundem moribundum exiſtentes Sacerdoti præſenti manifeſtent petitionem confeſſionis factam, vel ſigna contritionis data ab infirmo abſente Sacerdote, non efficit, vt idem infirmus tunc per eoſdem aſtantes confiteatur, vel cenſeri debeat coram Sacerdote confiteri, quia nullo modo ipſi Sacerdoti oſtendit, ſeu oſtendere poteſt, ſe approbare id, quod aſtantes eidem Confeſſario aperiunt, (quòd non contingit, cùm quis, cuius idioma Confeſſarius ignorat, confitetur eidem Confeſſario præſenti per interpretem, ſua enim præſentia approbat confeſſionem, ſeu explicationem ſuorum peccatorum, quæ fit per interpretem à ſe voluntariè adhibitum,) cùm nullo polleat vſu rationis; & reſpectu teſtimonij confeſſionis à ſe petitæ, vel ſignorum pœnitentiæ exhibitorum, dum adhuc vſum rationis, & ſenſum habebat, ſe habeat, ac ſi non eſſet, & veluti cadauer, ſed iidem aſtantes ſolùm explicant, & notam faciunt Sacerdoti præſenti confeſſionem à moribundo in eius abſentia factam. Præterea ſententia eiuſdem P. Dianæ videtur apertè repugnare iis, quæ habentur in Rituali Romano à Paulo V. edito loco ſuprà *num.* 363. relato: vbi Confeſſario vocato ad adminiſtrandum infirmo Pœnitentiæ Sacramentum, præſcribitur ſequens inſtructio, videlicet, quòd ſi inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loquela ægrum deficiat, nutibus, & ſignis conetur, quoad eius fieri poterit, peccata pœnitentis cognoſcere, quibus vtcunque in genere, vel in ſpecie cognitis, vel etiam ſi confitendi deſiderium ſiue per ſe, ſiue per alios oſtenderit, abſoluendus eſt. illis ſiquidem verbis *ſiue per alios*, indicat Summus Pontifex ſe velle abſolutè ægrum debere abſolui, quoties Confeſſario per alios,

Google

alios, (quando per ſe non potuit æger Confeſſario præſenti oſtendere,) conſtet oſtendiſſe deſiderium confitendi, ſiue hi alij coram infirmo, & in eius cubiculo, ſiue alibi tale teſtimonium Confeſſario exhibeant, verba enim generaliter, & indiſtinctè prolata à legiſlatore generaliter intelligenda ſunt. Ex quibus etiam, & ex dictis in aliis præcedentibus infertur Sacerdotem poſſe, & debere abſoluere moribundum, etiamſi ij, qui teſtantur de ſignis contritionis, voluntatéque, & petitione confeſſionis expreſsè, vel implicitè ab eodem moribundo facta, non audierint hoc ab ipſo infirmo, ſed ab aliis, ſintque teſtes mediati, non immediati, vt etiam in terminis notauit Lugo *d. diſp.* 17. *num.* 81. nam etiam qui per teſtes mediatos manifeſtat ſigna contritionis, & deſiderium confeſſionis, per alios manifeſtat, quod eſt, quod Rituale dicit, & notitia mediata ſufficienter manifeſtat Confeſſario accuſationem infirmi, & in multis aliis, teſtis de auditu alieno ſufficit ad teſtimonium fide dignum, vt pluribus exemplis oſtendit Lugo: quod vrgentius debet procedere in hoc caſu, in quo de nullius præiudicio agitur: vnde & talis teſtis mediatus eſt ſufficienter idoneus. & licèt *in cap. is qui*, & Concilio Carthaginenſi relatis ſuprà *num.* 363. dicatur, *dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiant pœnitentiam.* id

371. dictum fuit, quia communiter ita contingit. † Ad illud autem decretum Clementis Octaui damnantis propoſitionem præfatam, ſcilicet, licere per literas, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eo abſente abſolutionem obtinere. quibus verbis Aluarez, Diana, & nonnulli alij ab eodem Diana allegati putant damnari vtrumque membrum, ſcilicet, licere confiteri, & licere abſoluere: & declarari, & eſſe nullam confeſſionem factam Sacerdoti abſenti, & abſolutionem ab eodem abſente impenſam. Reſpondetur ex dictis *num.* 363. eundem Clementem Octauum declaraſſe hunc caſum, in quo infirmus moribundus, qui abſente Sacerdote petiit confeſſionem, vel confitendi deſiderium oſtendit abſente Sacerdote, & poſtea ab eodem Sacerdote inuenitur ſenſibus deſtitutus, & abſoluitur, non comprehendi ſuo decreto. Quare Clemens voluit damnare ſolùm opinionem aſſerentem poſſe pœnitentiæ Sacramentum dari inter abſentes, vt colligitur ex verbis eiuſdem decreti, ex reſponſione, ſeu declaratione poſtea data ab eodem Clemente, & ex his quæ habent Suarez *d. diſp.* 23. *ſect.* 1. *diſp.* 21. *ſect.* 3. *fine. & diſp.* 19. *ſect.* 19. & alij recentiores relati allegato *num.* 363. & in terminis aiunt Suarez *d. diſp.* 21. *ſect.* 4. *num.*.. Eſcobar *d. cap.* 5. & Filliuc. *d. tract.* 7. *cap.* 1. *num.* 20. vbi etiam addunt particulam *&*, eſſe ſumendam copulatiuè, non diuiſiuè: quia ſi diuiſiuè, potiùs Summus Pontifex vſus fuiſſet particula *vel*, item quia damnat hanc propoſitionem, (licere per literas ſeu, &c. Confeſſario abſenti, &c. ab eo abſente, &c.) ac proinde conſtat damnari ſolam hypotheticam propoſitionem per modum vnius, ſcilicet, propoſitionem ex vtroque membro coaleſcentem, quòd in terminis, ait etiam Villallobos *dicta difficultate* 37. *num.* 6. *verſic. con todo eſſo.* & virtualiter tradunt alij recentiores *d. num.* 363. relati. illa enim erat controuerſia, de qua tunc tractabatur, (vt obſeruat Suarez *d. num.* 10.) ſcilicet, an poſſet dari valida abſolutio, & validum Sacramentum inter abſentes. & ſola opinio illa aſſerens dari poſſe, ab vſu Eccleſiæ aliena eſt, non verò hæc aſſerens à Sacerdote præſenti poſſe abſolui moribundum, qui abſente eodem Sacerdote confitendi deſiderium oſtendit.

ideo omnes Doctores citati, ſicut & Fagundez *dict. cap.* 10. *num.* 5. volunt in omni caſu etiam extremæ neceſſitatis nullum fieri ſacramentum Pœnitentiæ, ſi abſolutio impendatur à Sacerdote abſente, eo quòd forma ratione illius particolæ *te*, ad ſolam perſonam præſentem dirigatur. Scio Ioann. Lugum *d. diſp.* 17. *ſect.* 4. *num.* 72. ad finem eiuſdem ſectionis aliter explicare, ſeu intelligere decretum Clementis, & concordare illud cum doctrina Leonis Papæ, decretorum, & Conciliorum, de quibus ſuprà *n.* 363. Notat enim duplicem dari confeſſionem, vnam in ſtricta ſignificatione, quæ eſt, quando Reus coram iudice explicitè confitetur iuridicè ſua delicta; alteram latè, & in magis vniuerſali ſignificatione, quæ nihil aliud eſt, quàm deſiderium, ſeu votum confitendi, delicta voce viua, vel aliis ſignis externis expreſſum, ſiue hoc deſiderium manifeſtetur coram iudice, ſiue in illius abſentia. Dicit ergo primò Clementem Octauum in ſuo decreto loqui ſolùm de confeſſione ſacramentali ſtricta, & qua explicitè delicta, ſeu peccata iuridicè aperiuntur iudici, eo quòd cùm decretum ſit odioſum, debet in ſenſu magis ſtricto intelligi, & quia ideo confeſſio ſacramentalis requirit præſentiam Confeſſarij, quia per illam ſatisfacit pœnitens obligationi, quam ex Chriſti præcepto habet ſiſtendi ſe coram legitimo iudice, & confitendi delicta ſua; hæc autem obligatio non eſt niſi ad confeſſionem ſtrictam, & explicitam, quæ iuxta leges, etiam eſt actus partialis, qui fieri debet coram iudice comparendo perſonaliter in iudicio: confeſſio verò ſecundo modo, & in vniuerſali ſignificatione accepta, ſeu voluntas, deſideriumve confitendi, cùm ſit quid antecedens & præparatoria, non requirit talem præſentiam, & vult Clementem loqui in ſenſu diuiſo, ita vt inhibeat non ſolùm dari abſolutionem ſacramentalem in abſentia, ſed etiam fieri confeſſionem ſacramentalem in abſentia Confeſſarij, loquendo de hac confeſſione ſacramentali ſtricta, & explicita. Dicit ſecundò Leonem, Concilia, & decreta *d. num.* 363. adducta loqui de confeſſione latè ſumpta, & magis vniuerſali, quàm pœnitens facit, dum ad finem confitendi vocat Confeſſarium, quæ etiam in aliquo ſenſu poteſt dici iudicialis, cùm ordinetur ad iudicium pœnitentiale, & ſit pars Sacramenti, & materia illius, & à Sanctis Patribus, Conciliis, & Paulo V. appellata deſiderium, ſeu voluntas confitendi, vt meliùs diſtingueretur à confeſſione ſtricta. Sed contra hanc explicationem, ſeu intelligentiam eſt: nam vel illud deſiderium confitendi voce, vel nutibus, & ſignis contritionis expreſſam in abſentia Confeſſarij eſt vera confeſſio ſacramentalis, vel non; ſi non, certè Confeſſarius vocatus, & certior factus de tali deſiderio, non poterit infirmum ſenſibus deſtitutum abſoluere, quia nulla præceſſit vllo modo confeſſio, & accuſatio peccatorum; ſi eſt vera confeſſio ſacramentalis, vt verè eſt; quia qui vel ore dicit ſe velle confiteri, vel aliis ſignis oſtendit voluntatem confitendi in ordine ad abſolutionem habendam, eo ipſo dicit, & confitetur ſe habere peccatum, & illud cùm non poſſit in actu ſignato, & explicitè ac in ſpecie fateri, fatetur in actu exercito, & in genere, quæ eſt vera confeſſio ſacramentalis: ſicut, ſi quis non eſſet conſcius niſi peccati in genere ſiue venialis, ſiue mortalis, v. gr. habuiſſet propoſitum in genere committendi aliquod veniale, vel mortale, dicendo ſe peccaſſe venialiter, vel mortaliter, vt ſacramentaliter abſolueretur, hæc confeſſio eſſet verè ſacramentalis, licèt ſit tantùm in genere; dato autem quòd ſit confeſſio verè ſacramentalis,

mentalis, vt idem Lugo aſſerit: iam vera confeſſio ſacramentalis poteſt licitè,& validè fieri in abſentia Confeſſarij, & ita vel decretum Clementis comprehendit etiam hunc caſum, vel debet intelligi collectiuè,non diuiſiuè; tam enim eſt confeſſio verè,& ſtrictè ſacramentalis illa,quæ in ordine ad abſolutionem fit ſolùm in genere, cùm alio modo ob impotentiam phyſicam, vel moralem explicitè, & in ſpecie fieri nequit, quàm quæ fit explicitè, & in ſpecie. Neque Patres, Concilia, & Paulus V. certè aliud volunt, dum decernunt moribundum, qui oſtendit deſiderium confitendi ipſimet Confeſſario,vel in eius abſentia, debere abſolui à Sacerdote; volunt enim ipſam oſtenſionem deſiderij confitendi factam coram, vel abſente Sacerdote eſſe confeſſionem ſacramentalem verè, & ſtricte iuxta inſtitutionem factam à Chriſto Domino, alioqui non potuiſſent decernere infirmum fore abſoluendum. Et aduertendum ipſam petitionem Confeſſarij, vel confeſſionis eſſe oſtenſionem deſiderij confitendi, & habendi abſolutionem; vnde non vrget quod ex Rituali obiicit idem Lugo *num. 73.* vbi ex eo quod Rituale ita habet, *Si antequam incipiat confiteri vox, & loquela ægrum deficiat, ſi confitendi deſiderium ſiue per ſe, ſiue per alios oſtenderit, abſoluendus eſt.* infert, his verbis ſignificari ipſum deſiderium confitendi per ſe, vel per alios non fuiſſe confeſſionem ſtrictè acceptam, alioqui, inquit, eſſet repugnantia, quòd *antequam confiteri incipiat, & loquela deficeret*, deſiderium confitendi oſtendiſſet, ſi hoc ipſum oſtendere tale deſiderium eſſet confeſſio ſtrictè ſumpta; nam eo ipſo quòd vocaſſet Confeſſarium, iam incepiſſet confiteri; ſupponitur ergo, quòd nondum confeſſio, ſcilicet, ſtrictè ſumpta incepta ſit. reſpondetur enim iuxta idem Rituale oſtenſionem deſiderij confeſſionis, & abſolutionis ſacramentalis factam ab infirmo, ſiue per vocationem Confeſſarij, ſiue per alia ſigna contritionis eſſe confeſſionem veram, & ſtrictam, iuxta Chriſti Domini inſtitutionem. Et illa verba, *antequam incipiat confiteri*, importare confeſſionem explicitam, & in ſpecie inchoatam, ante quam, quomodocunque æger, ſiue per vocationem Confeſſarij, ſiue per alia ſigna oſtenderit deſiderium confitendi ſacramentaliter, vult Rituale illi poſtea ſenſibus deſtituto tanquam verè, & propriè, ac ſtrictè confeſſo iuxta CHRISTI inſtitutionem, licet non explicitè, & in ſpecie peccatum aliquod Confeſſario aperuerit, à Sacerdote vocato eſſe abſolutionem impendendam.

372. Verùm quidem eſt quòd extra caſum neceſſitatis confeſſio videtur facienda Sacerdoti præſenti, vt habet Eccleſiæ conſuetudo; & colligitur ex *c. quem pœnitet*, & aliis, *de pœnit. d. 1. & cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.* & docent Suarez *tom. 4. in 3. part. diſp. 21. ſect. 3.* Fagundez *d. cap. 10.* Filliuc. *d. cap. 1. num. 14. & 17.* Coninch *diſp. 6. dub. 1. num. 3.* Layman *d. tract. 6. c. 6. num. 3. & cap. 8. num. 4. verſ. Alterum notandum*, qui, ſicut & alij communiter, aiunt, niſi neceſſitas, aut rationabilis cauſa aliter cogat, confeſſionem ſemper eſſe Sacerdoti præſenti faciendam ore iuxta communem Eccleſiæ vſum, quem dicunt ſatis per ſe obligare, ſicut etiam obligat, vt abſoluens dicat, *Ego te abſoluo*, non autem, *Ego remitto tibi peccata tua*, quia modus confitendi ore eſt conuenientiſſimus, & aptiſſimus ad obtinendum confeſſionis finem, ſcilicet, peccatorum veniam; quapropter iuxta eoſdem Doctores hæc obligatio videtur grauis, quamuis nullum ſit expreſſum præceptum vel diuinum, vel humanum ad id obligans; vt poſt alios notarunt Suarez, & Coninch *locis citatis*, & iudicant Filliuc. & Layman. ex neceſſitate autem, aut rationabili aliqua cauſa aiunt poſſe licitè fieri confeſſionem ſcripto eidem Confeſſario præſenti tradito, vel nutibus, vt nimirum propter nimiam verecundiam in explicandis ore peccatis, vel impotentiam ſe tenentem, vel ex parte pœnitentis, vel ex parte Confeſſarij, qui fortè ſit ſurdus, vel habeat durum auditum, vel ſi pœnitens ore confiteatur, periculum ſit, ne adſtantes audiant.

Ex quibus rectè colligitur Sacerdotem ſuperuenientem poſſe, & debere abſoluere pœnitentem moribundum, ſeu morti proximum ſenſibus omninò deſtitutum, non ſolùm quando in eius abſentia, & ante eius aduentum petiit confeſſionem, aut ſigna contritionis in ordine ad ſacramentalem confeſſionem dedit, ſed etiam quando peccata ſua in ſchedula illum ad ea integrè confitenda annotaſſe eidem Sacerdoti conſtaret, quod in terminis etiam notat Layman *dict. tract. 6. cap. 3. in fine.* 373.

Vt moribundus ſenſibus omninò deſtitutus à Sacerdote ſuperueniente poſſit abſolui, requiritur eum expreſsè, vel tacitè petyſſe confeſſionem, ſeu oſtendiſſe doloris ſigna in ordine ad abſolutionem ſacramentalem recipiendam, & quid in dubio, an fuerit ad abſolutionem directa.

Dixi verò ſemper à ſuperueniente Sacerdote abſolui poſſe, & debere infirmum morti proximum ſenſibus deſtitutum, qui ante aduentum eorum aliis petiit confeſſionem, ſeu iuſſit vocari Confeſſarium, vel ſigna pœnitentiæ in ordine ad confeſſionem ſacramentalem dedit, de quibus ij qui fuerunt præſentes, Confeſſario atteſtantur. Nam vt moribundus huiuſmodi ſenſibus omninò deſtitutus poſſit, & debeat à ſuperueniente Sacerdote ſacramentaliter abſolui, neceſſe eſt, vt antea petierit ſacramentalem confeſſionem, ſeu abſolutionem, vel expreſsè verbis, vel tacitè ſignis, vt in terminis Suarez *d. diſp. 23. ſect. 1. num. 13.* Layman *d. cap. 8. n. 4. verſic pro plenore*, & Breſſerus d. *lib. 3. cap. 8. num. 78.* Ioann. Lugo *de pænit. d. diſp. 17. ſect. 2. num. 28.* & colligitur ex Conciliis, Patribus, & aliis Doctoribus *num. 363.* allegatis, loquentibus ſemper de moribundo, qui priùs ſaltem generaliter ſacramentaliter confeſſus eſt abſente Sacerdote, ſcilicet, petiit confeſſionem, vel deſiderium confitendi ſignis declarauit; & apertè à Paulo V. in illa inſtructione ſui Ritualis indicatur, in qua non dicitur, ſi doloris ſigna oſtenderit, ſed, *ſi confitendi deſiderium ſiue per ſe, ſiue per alios oſtenderit.* 374.

† Quare non ſatis eſt ſi infirmus ante mortis periculum, vel in ipſo periculo ſignum aliquod pietatis, aut deuotionis, vel contritionis exhibuerit, niſi in ordine ad claues exhibuerit, ſeu niſi talis manifeſtatio doloris interni ordinata fuerit, ad ſacramentum Pœnitentiæ perficiendum, ſiue ad abſolutionem ſacramentalem, vt *ibidem* Suarez, & Layman. Et ratio eſt, quia abſolutio ſacramentalis impendi non poteſt, niſi adſit ſufficiens materia Sacramenti, quæ eſt confeſſio, ſiue accuſatio coram Sacerdote, vt habente claues, ſeu tanquam iudice, atque adeò neceſſe eſt, vt pœnitens ſe accuſet de peccatis, ea intentione, vt per ſententiam iudicis in foro interno abſoluatur, & ex conſequenti contritio, ſiue eius manifeſtatio per ſe non eſt ſufficiens materia ſacramenti Pœnitentiæ, ſed vt directa ad claues, & ad ſacramentalem accuſationem, & abſolutionem, 375.

lutiooem, ſeu quatenus informat aliquam confeſſionem, cum qua perficit accuſationem ſacrameotalem.

376. Notat autem Layman *eodem num.* 4. *verſic. ſed benè*, poſt Zambranum *cap.* 4. *dub.* 2. *ſect.* 4. & Capeaūille *de modo adminiſtr. ſacram. cap.* 3. *quaſt.* 10. *&* 11. quos ſequuntur in hoc etiam Hieronymns Pharao *in prompt. tract. de pœnitentia* 1. *ſect.* 16. *caſu* 15. Diana *part.* 3. *tract.* 3. *reſol.* 2. & Ioannes Lugo *d. ſect.* 2. *n.* 29. *&* 30. quòd ſigna pœnitentiæ ab exiſtente in mortis periculo edita cenſeri debent, ordinata ad ſacramentalem abſolutionem, cùm in tali ſtatu conſtituti ſecurius animi remedium cupere ſoleant, ac proinde licèt infirmus in phreneſim lapſus abſolui non poſſit, tametſi cùm ſanus eſſet, & nihil de mortis periculo cogitaret, pectus ſecundùm morem percuſſerit, aut ſublatis in cœlum oculis dixerit, *Miſerere mei Deus*, nihilominus ſi talia ſigna edidit morti vicinus, cùm plura verba proferre non poſſet, præſumptio regulariter fieri poteſt, quòd ſacramentalem abſolutionem petierit. Qua de cauſa fortaſſe plures ex Doctoribus ſuprà *num.* 363. relatis abſolutè dicunt poſſe & debere abſolui ægrum, qui agnoſcens ſe in mortis periculo conſtitutum abſente, vel præſente Sacerdote aliquod pœnitentiæ

377. ſignum dedit. † Item ſi conſideratis circunſtantiis, & interrogatis his, coram quibus talia ſigna infirmos morti proximus exhibuit, res dubia videatur, abſolutio tribui poterit, & debebit ſub conditione, ſi talis materia confeſſionis ſit capax ſacramentalis abſolutionis, quia in dubio fauendum animæ, & ita etiam Layman *vbi ſuprà*; Diana *d. tract.* 3. *reſolut.* 3. Ioannes Sancius *in ſelect. d.* 44. *num.* 35. *fine*,

378. & Lugo *d. tract.* 2. *num.* 31. † Quemadmodum etiam Sacerdos, qui ægri confeſſionem paulò antequam in mortis periculum incideret, aut vſum rationis admiſiſſet, audiuit, & non tributa abſolutione diſceſſit poſtea ſuperueniens, & reperiens viuum, ſed ſenſibus omninò deſtitutum poteſt, & debet illum abſoluere, ſi non conſtet ei certò illum mutaſſe voluntatem, quia non debet præſumi illam mutaſſe, ob tactam rationem, ſcilicet, quia in tali ſtatu periculi mortis optimum ſuæ animæ remedium deſiderare ſolent, id quod etiam notarunt Capeauille *quaſt.* 13. Zambranus *d. dub.* 2. *ſect.* 7. *num.* 41. Diana *part.* 3. *tract.* 3. *reſolut.* 6. & Ioannes Lugo *d. diſp.* 17. *ſect.* 1. *num.* 6.

379. Ex quibus ad dubiom ſi Sacerdos ſanus corpore, nihil de mortis periculo cogitans Miſſam inchoaſſet, & in fine introitus decidat ſenſibus deſtitutus, an à peccatis ſacramentaliter abſolui poſſit, ex eo ſolùm, quòd generalem confeſſionem ad Deum coram Miniſtro, & Eccleſia fecit. Reſpondet rectè Layman *d. num.* 4. *verſic. de eo autem*, certum eſſe, non poſſe abſolui, ſi nullum aliud ſignum, quod confeſſionis ſacramentalis deſiderium indicaret, oſtendit, quia huiuſmodi generalis confeſſio non eſt ſacramentalis, vtpote non directa ad accipiendam abſolutionem ſacramentalem, ſeu in foro pœnitentiæ: vnde non rectè ſentit Marchinus *d. cap.* 13. *n.* 19. contrarium aſſerens.

Infirmo moribundo, qui ſigna doloris in ordine ad confeſſionem ſacramentalem dedit, non poteſt conferri abſolutio abſolutè, aut ſub conditione, ſi nullus vidit, aut teſtetur.

380. EX dictis quoque infertur, quòd ſi contingat infirmum ſigna doloris in ordine ad ſacramentalem abſolutionem dediſſe, ſi tamen nullus id vidit, aut teſtetur, non poterit Confeſſarius eum abſoluere abſolutè, aut ſub conditione dicendo, *Abſoluo te, ſi fortè ſigna*, &c. *præſtitiſti*. ita in terminis Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *num.* 35. *verſic. quod euenit*, & apertè innuunt Concilia, Patres, & Doctores *num.* 363. *& ſeqq.* allegati, dum dicunt, aſtantes, qui audierunt petitionem confeſſionis ab infirmo factam, vel doloris, & deſiderij confeſſionis ſigna ab eodem edita, debere Sacerdoti ſuperuenienti teſtimonium dare, & Rituale Romanum à Paulo V. editum in præallegata inſtructione ait, moribundum fore abſoluendum, ſi confeſſionis deſiderium per ſe, vel per alios Sacerdoti oſtenderit; & ratio eſt, quia non quælibet peccatorum confeſſio eſt materia ſufficiens abſolutionis ſacramentalis, & Sacramenti Pœnitentiæ; ſed ea ſolùm, quæ Confeſſario per ſenſum auditus, vel viſus innoteſcit, & ſic ſolùm confeſſio, quæ Confeſſario fit à pœnitente per ſe ore proprio, aut ſcripto Confeſſario oblato, aut nutibus, aut per alium, vt pœnitentis interpretem, vel quaſi interpretem, vel internuncium; cùm enim Confeſſarius ſit iudex in foro pœnitentiæ, non poteſt ferre ſententiam, nempè abſolutionem ſacramentalem, niſi cauſa cognita. † Aduertit etiam, & 381
rectè Ioannes Sancius *ibidem*; nec infirmo, qui in re ſigna doloris, & deſiderij confeſſionis exhibuit, ſi aliquis de illis Confeſſario mendaciter teſtetur profuturam abſolutionem ab eodem Confeſſario tributam, quia in hoc caſu à pœnitente moribundo peccatorum Confeſſio Sacerdoti non fieret per ſe, neque per alium, cùm teſtis mendax habeatur, vt non teſtis, nec pœnitens, poſſit dici confiteri per alium, qui eius confeſſionem nullo modo nouit, nulloque ſenſu percepit, atque adeò non ſubeſſet ſufficiens materia abſolutionis.

Moribundus ſenſibus omninò deſtitutus, qui antea nec confeſſionem petijt, nec dedit aliquod externum ſignum doloris, & indicans deſiderium abſolutionis ſacramentalis, an poſſit abſolui ſub conditione.

HInc inſuper colligitur, quid dicendum ad illud 382.
quæſitum, an Confeſſarius poſſit abſoluere ſub conditione moribundum, ſenſibus deſtitutum, qui neque aliquod peccatum in genere, vel in ſpecie ſibi confeſſus eſt, neque confeſſionem petiit, neque aliquod exhibuit pœnitentiæ ſignum, ſeu indicium, ex quo actus contritionis, vel attritionis, & confeſſionis deſiderium argui poſſit. Ad quod quæſitum nonnulli reſpondentes docuerunt poſſe abſolui, modò talis infirmus moribundus benè, fideliter, & vt bonus Chriſtianus viueret, & talis haberetur. ita Noſter D. Homobonus *de examine part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 18. *quaſt.* 84. & Molfeſius *in ſumma tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 48. *&* 49. aiens etiam hanc ſententiam tenuiſſe Gabrielem Lothetium Sacerdotem ſuæ religionis, Patrem Salmeronem Societatis IESV, & Patrem Lupum Capucinum. Qui id probant, quia in tali caſu poteſt eſſe, (prout in dubio præſumitur,) vt quis ſit memor ſalutis æternæ, & deſideret abſolutionem ſacramentalem à ſuis peccatis, & ſimul in corde concipiat aliquam efficacem attritionem, qua rectè diſpoſitus ſit recipere ſacramentalem abſolutionem, ita vt de attrito fiat contritus. Confirmatur primò, quia in neceſſariis ad ſalutem tutior pars eſt amplectenda, & certiori periculo occurrendum, & irreuerentiæ Sacramenti, vel ſacrilegij periculum, tum conditione appoſita, tum auctoritate

Doctorum

Digitized by Google

Doctorum hanc ſententiam tenẽtium ceſſat. Confirmatur ſecundò ex facto Clem. Octaui, de quo refertur, quòd cùm quidam ex fabrica D. Petri præceps fuiſſet, & illum cadentem Pontifex vidiſſet, abſolutionem ei dedit, dicens, *ſi es capax, abſoluo te à peccatis tuis*. Hanc eandem ſententiam Diana *d. tract. 3. reſolut. 8. verſic. unde ego*, dicit tenuiſſe aliquos Patres Societatis IESV, & ſuæ religionis, & dicit ſaltem ex principio extrinſeco ſibi videri probabilem; addens dici poſſe in hoc caſu adeſſe aliquo modo materiam, quæ per teſtificationem, & bonam famam probitatis dicti moribundi efficitur præſens, cùm probus vir ſupponatur omni die actus contritionis, & ſigna doloris elicere. Affert idem Diana pro hac ſententia confirmanda præallegatam inſtructionem Ritualis Pauli V. quæ tamen (vt conſtat ex dictis) loquitur in caſu, quo moribundus Sacerdoti per ſe, vel per alios deſiderij confeſſionis ſigna oſtenderit. Dicit etiam Diana ita docuiſſe Antonium de Literatis *in ſua ſum part. 1. cap. 35. num. 7.* & ſi ibi Antonius ſolùm dicit, infirmo moribundo bonæ opinionis, qui vt bonus Chriſtianus viuebat, & ſingulis annis confitebatur, & communicabat, licèt Sacramentum non petierit, nec ſit confeſſus, eo quòd non potuit, quia ex inſperato loquelam amiſerit, vel in phreneſim inciderit, eſſe à proprio Sacerdote miniſtrandum Sacramentum Eucharistiæ, niſi timeatur de eius expuitione, aut vomitu. pro eadem ſententia refert Ioann. Lugo *d. diſp. 12. ſect. 3. n. 41. & 42.* Bartholomæum à S. Fauſto *tom. 1. Theolog. quæſt.* 204. & Iacobum Baium Louanienſem *inſtit.*
383. *Relig. Chriſt. lib. 2. cap. 91.* † Verùm mihi certum videtur talem moribundum ſenſibus deſtitutum, qui antea nec confeſſionem petiit, nec contritionis, & doloris indicia dedit, non poſſe abſolui etiam ſub conditione, & ita proculdubio ſentiunt non ſolùm Suarez, Layman, Breſſerus, & Ioannes Sancius locis *num. 372. 379. & 380.* relatis, ſed etiam Concilia, Patres, & reliqui Doctores *num. 363.* & communiter alij Doctores, dum dicunt ſolùm quando moribundus ſenſibus deſtitutus in abſentia Confeſſarij confeſſionem petiit, vel deſiderium confitendi per ſigna pœnitentiæ edita oſtendit coram aliis, qui Sacerdoti teſtimonium dant, poſſe, & debere abſolui; & in his terminis ita ſentiunt Naldus *in ſumm. verb. confeſſio, num. 32. fine.* Lugo *d. ſect. 3.* plures alios allegans, & alij quos Diana *d. reſolutione 8. verſic. verum his non obſtantibus*, refert, & ſequitur principiis intrinſecis attentis. Quod probatur tum ratione illa generali, quòd quodlibet Sacramentum eſt quid ſenſibile, eſſentialiter conſtans non ſolùm ex forma ſenſibili, ſed etiam ex materia proxima, & immediata ſenſibili; ac proinde actus interiores pœnitentia non poſſunt eſſe ſufficiens materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, niſi quatenus exteriùs manifeſtantur per aliquod ſignum, ſeu informant actu externam confeſſionem, & accuſationem; tum quia (vt *num. 380.* dictum eſt) confeſſio peccatorum, quæ eſt materia proxima ſufficiens, & neceſſaria Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu abſolutionis ſacramentalis, debet eſſe non ſolùm ſenſibilis in ſe, ſed etiam ipſi Confeſſario, ſcilicet, debet aliquo ſenſu auditus, vel viſus percipi ab eodem Confeſſario, qui in foro pœnitentiæ ſe habet tanquam iudex laturus ſententiam abſolutionis, cauſa cognita, ac proinde confeſſio ipſa debet eſſe actus iudicialis, ſcilicet, accuſatio, ſeu coram Confeſſario tanquam iudice in foro illo pœnitentiæ, ad quod requiritur, vt confeſſio eadem ipſimet Confeſſario innoteſcat, & fiat vel per ipſum pœnitentem ore, vel ſcripto, aut aliquo alio ſigno, vel per alios vicem eiuſdem pœnitentis gerentes, ſcilicet, tanquam interpretes, aut internuncios, qui eidem Confeſſario illam manifeſtent, tanquam ab eodem pœnitente aliquo ſenſu ab ipſis perceptam. Ex quibus patet fundamenta Doctorum alterius ſententiæ nullius eſſe momenti, nec poſſe conſtituere probabilitatem vllam, licèt pauci illi Doctores illam aſſerant, quia carent omni fundamento. Quare ſi aliqui eam ſententiam in praxi adhibeant, indiſcretè, & ignoranter, & irrationabiliter omninò faciunt. Ad factum autem Clementis Octaui, ſi verum eſt, neceſſe eſt dicere Summum Pontificem tunc non voluiſſe impendere abſolutionem ſacramentalem à peccatis, ſed à cenſuris, & à pœnis peccatorum per applicationem plenariæ indulgentiæ, ſi ſubiectum erat capax, ſcilicet in ſtatu gratiæ.

Quòd ſi quis Sacerdos oppoſitum probabile exiſtimet, credo eum teneri talem moribundum abſoluere, iuxta dicta ſuprà *num. 264.*

SVMMARIVM.

384 *Opinio probabilis an tribuat iuriſdictionem certam, ſicut communis error, vt quando eſt opinio probabilis, quòd Sacerdos habeat iuriſdictionem aſſiſtendi matrimonio, vel abſoluendi, vel quòd iuriſdictio ſe extendat ad talem caſum reſeruatum, aut cenſuram, vel licentiam abſoluendi, aut eligendi Confeſſarium conceſſam à Papa, vel ab Epiſcopo eſſe legitimam, vel non reuocatam: negant aliqui, num. 387.*

Alij veriùs affirmant, & videtur certum, d. n. 384. & 390.

Dubium etiam formale de legitimitate ſuperioris tribuit certam iuriſdictionem, n. 386.

385 *Opinio, & dubium tribuit titulum, & conſtituit in bona fide, & 386.*

Ad communem errorem, & conſequenter ad ius tribuendum ſufficit binus actus, d. n. 385.

388 *Errorem facti tantùm, non verò errorem iuris aliqui volunt tribuere iuriſdictionem.*

390 *Sed veriùs etiam errorem iuris tribuere.*

391 *Sacerdos tam proprius, quàm non proprius volens abſoluere pœnitentem, vel aſſiſtere matrimonio vtendo iuriſdictione probabili, ſeu iuxta opinionem probabilem, an peccet contra charitatem, & iuſtitiam ſi priùs de Sacramenti incertitudine non moneat eundem pœnitentem: affirmatiua, & 392.*

Negatiua verior, num. 395.

392 *Sacerdos qui approbatus ab alio Epiſcopo, quàm loci vbi excipit confeſſiones, nullo modo peccat, & 393.*

Sicut nec ſimplex Sacerdos in articulo mortis abſoluens præſente proprio, ibid.

Nec qui approbatus ab Epiſcopo cum clauſula, abſque præiudicio Parochianorum ſine licentia Parochi audit confeſſiones Parochianorum, ibid.

Nec qui abſoluit à reſeruatis ex opinione probabili, aut approbatus pro certo loco, alibi, & aliorum confeſſiones habentium facultatem eligendi Confeſſarium approbatum audit, ibid.

Nec Parochus excipiens confeſſiones in aliena Parochia ſuorum ſubditorum, vel aliorum habentium facultatem eligendi approbatum, vel aſſiſtens matrimonio ſuorum in aliena Parochia, ibid.

Nec qui abſoluit ex opinione probabili, quòd priuilegium conceſſum non ſit reuocatum, ibid.

393 *Correctionis, & adminiſtrationis præceptum non obligat,*

obligat, quando correctus, ſeu monitus non tenetur parere correctioni, ſeu monitioni, & 345.

394 *Sacrificium Miſſæ oblatum pro pluribus, an proſit æquè ſingulis, an vni.*

Sacerdos qui pro iuſto ſtipendio, vel alio titulo iuſtitiæ tenetur pro vno applicare ſacrificium, non poteſt applicare ſimul pro alijs, etiam ex liberalitate: & ſi id faciat, peccat contra iuſtitiam, & charitatem, ibid. & numer. 396. & ſeqq.

399 *Poſſidens rem, quam ex opinione probabili, vel probabiliori putat eſſe Petri, ſed etiam probabiliter putat eſſe ſuam, non tenetur reſtituere illam Petro, num. 399.*

400 *Sacerdos vnica Miſſa non ſatisfacit obligationi celebrandi plures Miſſas à diuerſis perſonis petitas oblatione congruorum ſtipendiorum pro ſingula Miſſa.*

401 *Sacerdos, qui accepit iuſtum ſtipendium, vt celebret Miſſam, & applicet ſacrificium pro erogante, vel eius amico, an poſſit ſimul pro alijs offerre, & applicare ex gratitudine, vel charitate, aut liberalitate: affirmatiua.*

Negatiua, & in praxi ſeruanda, ibid. & numer. ſeqq.

403 *Hinc Noſtri Sacerdotes quibus diebus iuxta conſtitutionum ordinationem, & ſuperiorum intentionem debent applicare ſacrificium pro defunctis Ordinis, fundatoribus, & benefactoribus, non poſſunt ſimul applicare pro alio, à quo acceperint ſtipendium.*

410 *An Regulares Sacerdotes, ijs diebus, quibus iuxta religionis ſtatuta, & Prælatorum præceptum, ſeu intentionem debent celebrare Miſſam, & applicare ſacrificium pro defunctis Ordinis, pro fundatoribus, & benefactoribus peccant mortaliter, & contra iuſtitiam, ſi applicant pro alia intentione, ſeu pro alijs, abſque intentione ſupplendi. Affirmatiua, ad 413.*

414 *Incertum eſt an fructus ſacrificij Miſſæ ex opere operato ſit triplex, generalis, medius, & ſpecialiſſimus, & ſeqq.*

415 *Incertum quoque eſt, an Sacerdoti ſacrificanti correſpondeat duplex fructus ſacrificij ex opere operato, alter vt offert in perſona Chriſti, alter quatenus offert, vt perſona priuata ſicut cæteri coofferentes, & ſeq.*

Suppoſito quòd detur, quomodo differant hi duo fructibus, ibid.

Datis prædictis diuiſionibus, quem fructum debeat Sacerdos applicare dantibus congruum ſtipendium, dict. numer. 415. & ſequentib. ad 418.

419 *& an poſſit fructum ſpecialiſſimum, & ſibi, & priuato offerenti debitum alteri applicare, & 421.*

420 *& quanta ſit quantitas præfati fructus ſpecialiſſimi.*

Communicans an poſſit fructum S. Communionis ex opere operato offerre pro altero, ſeu alteri applicare, d. num. 419. fine.

Sacerdos fructum ſacrificij, quoad ſatisfactionem, & impetrationem ſibi correſpondentem ex opere operantis, quatenus offert vt priuata perſona poteſt alijs etiam excommunicatis non toleratis applicare, 422. & 423.

425 *Sacerdos obligatus ſacrificium offerre pro aliquo ratione ſtipendij iuſti accepti, aut alterius tituli iuſtitiæ, non poteſt tali obligationi ſatisfacere applicando tantum fructum ſpecialiſſimum ſibi debitum, & 426.*

Vnica Miſſa an poſſit Sacerdos ſatisfacere pluribus ſtipendijs congruis acceptis à diuerſis perſonis, qui Miſſas diuerſarum rationum petierunt, nempe alter de Spiritu ſancto, alter pro defunctis, aut pro remiſſione ſuorum peccatorum. Affirmatiua, num. 427.

Negatiua in praxi ſeruanda, num. 428.

§. XXV.

An opinio probabilis circa iuriſdictionem abſoluendi, aut an ſe extendat ad talem caſum, vel circa durationem priuilegij abſoluendi, vel circa authoritatem aſſiſtendi matrimonio tribuat iuriſdictionem certam, ſicut facit communis error cum titulo colorato, & ita geſta citra omne dubium valeant.

SEd proſequendo explicationem ſententiæ ſu- 384.
prà *numer.* 338. poſitæ, dixi in propoſitione eiuſdem ſententiæ, *etiam in adminiſtratione Sacramentorum, etiam eorum quorum valor, aut irritatio ex ſola Chriſti inſtitutione, & non ab Eccleſia pendet.* Nam quando ſunt diuerſæ opiniones probabiles circa ea, ex quibus Sacramentorum valor pendet ſolùm ex inſtitutione, ſeu lege Eccleſiæ, puta circa iuriſdictionem, aut ſolemnitatem contractui adhibendam, an, nimirum, quis ſit legitimus Miniſter confeſſionis, vel vt aſſiſtat matrimonio, vel licentia illi conceſſa à Papa, vel Epiſcopo ſit legitima, vel reuocata, vel extendatur ad eum caſum, tunc ferè certum videtur licitè operari, & non peccare vtentem opinione probabili affirmante adeſſe iuriſdictionem, &c. quia licèt fortè in re ſit falſa, & opinio oppoſita vera, non tamen ſe exponit vllo periculo irritandi Sacramentum confeſſionis, aut matrimonij, eo quòd tunc, licèt non habeat iuriſdictionem ex vero, & legitimo titulo, aut ex priuilegio; habet tamen tacito conſenſu, & ratihabitione de præſenti Eccleſiæ, quæ in tali caſu ratione probabilis opinionis, dum veritas latet ſupplet defectum conferendo certam iuriſdictionem ob publicum bonum ſpirituale, & ad euitanda incommoda, quæ ſequerentur, ſi actus eſſent irriti. ita Suarez *de pœnitentia diſputat.* 26. *ſect.* 6. *numer.* 7. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſputat.* 20. *num.* 4. *& diſputat.* 22. *numer.* 65. *& lib.* 1. *ſumm. cap.* 9. *numer.* 35. Leſſius *de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 29. *numer.* 66. Baſilius Pontius *de matrimon. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 8. *& cap.* 20. *num.* 7. Villalobos *tom.* 1. *ſumm. tractat.* 1. *diff.* 13. *numer.* 5. Coninch *de Sacrament. diſputat.* 8. Filliucius *tom.* 1. *tractat.* 7. *cap.* 9. *numer.* 227. Bonacina *de Sacrament. diſputat.* 5. *quæſt.* 7. *part.* 5. §. 4. *numer.* 4. *& tractat. de legibus, & præceptis, diſputat.* 2. *quæſt.* 4. *part.* 9. *numer.* 18. Palaus *tom.* 1. *tractat.* 1. *diſputat.* 1. *puncto* 5. *numer.* 9. Diana *parte* 1. *tract.* 15. *reſolut.* 29. *part.* 3. *tractat.* 2. *reſolut.* 3. *& part.* 4. *tractat.* 4. *reſolut.* 4. Ioannes Lugo *de Sacramentis in genere, diſputat.* 8. *ſect.* 9. *numer.* 141. & alij ab eodem relati. Qui omnes aiunt opinionem probabilem Doctorum efficere, vt Eccleſia (etiamſi fortè opinio illa ſit falſa) det iuriſdictionem, ſicut dat, quando adeſt communis error cum titulo

præſumpto, iuxta *l. Barbarius, ff. de officio Præto-*
ru, ac proinde quando eſt probabilis ſapientum
opinio, Sacerdotem habere iuriſdictionem abſol-
uendi, vel aſſiſtendi matrimonio, vel licentiam illi
conceſſam à Papa, vel ab Epiſcopo eſſe legitimam,
vel non reuocatam, vel extendi ad talem caſum
reſeruatum, aut cenſuram, quamuis oppoſita opi-
nio negans adeſſe iuriſdictionem, aut liceotiam
non eſſe ſufficientem, aut priuilegium, quo licen-
tia concedebatur, eſſe reuocatum, ſit re ipſa ve-
ra, dum tamen latet veritas, confeſſiones factaa
tali Sacerdoti, vel matrimonia coram eodem con-
tracta, & abſolutionem datam ab eodem virtu-
te talis licentiæ, aut priuilegij valere, Eccleſia ſup-
plente defectum, ſi ſubſit. quod idem tenui etiam
ego *in tractat. de triplici Iubil. priuilegio, ſect.* 3. *ca-*
ſu, §. 4. *num.* 150. & priùs docuit Henriquez *lib.* 5.
ſumm. cap. 14. *numer.* 3. & 4. vbi in commentario
littera G. refert ita ſenſiſſe quoſdam recentio-
res. addens ad tribuendam iuriſdictionem, & va-
lorem actibus, non minus potentem eſſe opinio-
nem ſapientum, quàm errorem vulgi. Et proba-
tur tum, quia cùm licitum ſit operari ex opinio-
ne probabili, ſi omnia iuxta illam geſta eſſent ir-
rita, grauiſſima incommoda, & ſcandala ſeque-
rentur, atque adeò ad illa euitaoda Eccleſia con-
fert iuriſdictionem, ſicut tribuit quando eſt error
communis cum titulo præſumpto ad præcauenda
grauiſſima inconuenientia, quæ ſequerentur de-
tecta nullitate tituli, ſi forent irrita geſta per iu-
dicem putatiuum: vt conſtat ex *dict. l. Barbarius*,
& latè oſtendi *dict. caſu* 2. *num.* 144. tum quia opi-
nio probabilis, donec latet veritas, conſtituit com-
munem errorem, & exiſtimationem, & ſupponi-
tur titulus præſumptus à legitimo ſuperiore, im-
mò ipſa opinio probabilis ſufficit ad titulum præ-
ſumptum, (vt iodicant Henriquez *vbi ſuprà*, &
385. alij Doctores citati. † Et conſtat ex doctrina Pu-
tei *deciſ.* 15. *num.* 6. *lib.* 3. & Cæſaris de Graſſis *de-*
ciſ. 10. *num.* 7. aientium, dubium ſeruire de titulo, &
bona fide, ſeu tribuere titulum, & conſtituere in
bona fide, quam doctrinam videtur approbare Gar-
zias *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 307. vbi etiam ex
Antonio Gabriele *comm. concl. lib.* 1. *tit. de probatio-*
nibus concl. 8. *num.* 2. & Rota *deciſ.* 313. 1. *part. diuer-*
ſorum. addit ad communem errorem, & conſequen-
ter ad ius tribuendum ſufficere bonum actum;) er-
go Eccleſia io ſimili caſu confert iuriſdictionem,
386. & valent geſta, ex *dict. l. Barbarius.* † Addunt Leſſius
d. num. 68. & Sanchez *dict. diſputat.* 22. *num* 56. poſt
Abbatem *in cap. nihil* 44. *de electione*, Roſellam
v. Confeſſor 3. *in fine*, Syluestrum *eod.* 1. *quæſt.* 19.
Tabienam *Abſolutio* 1. *numer. vltimo*, & Henri-
quez *vbi ſuprà*, non ſolùm valere geſta, quan-
do eſt error communis, aut opinio probabilis de
legitimitate ſuperioris, ſed etiam quando eſt du-
bium formale, videlicet, ſi populus dubitet, an
ſuperior ſit officio priuatus, careátve iuriſdictio-
ne; quia cùm antè fuerit habitus ſuperior, & le-
gitimos, non debent propter dubium ſuperueniens
eum reiicere, cùm in officio perſeueret; in dubio
ſiquidem nemo eſt ſuo iure ſpoliandus, quia me-
lior eſt conditio poſſidentis, quod idem tradidi
ego quoque *dict. caſu* 2. *dict. numer.* 140. vbi con-
tra Pontiom oſtendi quoad tribuendum valo-
rem actibus, ſcilicet, confeſſionibus, & matri-
monio, &c. ex tacito conſenſu Eccleſiæ defe-
ctum ſupplentis, ſi ſubſit, idem operari dubium
formale iuriſdictionis, quod operatur opinio pro-
babilis, & error communis; quod confirmatur
ex præallegata doctrina Putei, & de Graſſis.

At contra prædicta, & ratione opinionis pro- 387.
babilis Eccleſiam non conferre iuriſdictionem
ad efficiendos actus validos, ſi fortè opioio ſit
falſa, & ſubſit defectus, ſicut confert ratione er-
roris communis, ſentiunt Nugnus *in* 3. *part. quæ-*
ſtion. 60. *art.* 4. *circa finem*, Peregrinus *in commen-*
tarijs ad conſtit. ſuæ religionis, part. 1. *cap.* 5. & *in*
addit. ad eaſdem conſtitutiones, part. 3. *quæſt.* 6. Sa-
las 1. 2. *tractat.* 8. *diſputat. vnica, numer.* 286. Breſ-
ſerus *lib.* 3. *de conſcientia, cap.* 10. *numer.* 114. Gar-
zias *dict. cap.* 4. *numer.* 305. & Ioann. Sancius *in*
ſelect. dict. diſputat. 44. *numer.* 10. ducti ſequenti-
bus rationibus: primò, quia quòd ob commu-
nem errorem certa iuriſdictio adſit, ſtatutum eſt
expreſsè *dict. l. Barbarius.* nullo autem iure repe-
ritur ſancitum quòd ex probabili opinione con-
feratur; & quamuis in errore, & opinione pro-
babili procederet par ratio, in voluntate ſupe-
rioris ſitum eſt, errori fauere, & non opinioni:
ſecundò, quia non eſt eadem ratio, ſed longè vr-
gentior ad conferendam iuriſdictionem Confeſ-
ſario habenti titulum ex communi errore, quàm
habere ex ſola opinione probabili. nam, inquit
Sancius, habens errorem, nulla via illum vince-
re poteſt, ac proiode æquum non eſſe pœniten-
tem quaſi punire, auferendo iuriſdictionem à
Confeſſario, vt inde fieret irritum Sacramen-
tum, & pœnitens fructu gratiæ priuaretur, &
opus eſſet illi omnia mortalia tempore erro-
ris confeſſa iterum confiteri; at pœnitens ha-
bens opinionem, quòd poſſit eligere talem in
Confeſſarium, vel quòd Confeſſarius habeat in
tali caſu iuriſdictionem abſoluendi, poterit, ſi
velit, quærere Confeſſarium qui indubiè habeat
iuriſdictionem; quod ſi nolit, ſibi imputet, quòd
inualidè confeſſio fiat. Alio modo rationem di-
uerſitatis probat Salas, ſcilicet, quòd cùm Sacer-
dos abſoluit ex opinione probabili aſſerenti il-
lum iuriſdictionem habere, non poteſt haberi
certitudo carentiæ iuriſdictionis, & ideo nullum
eſt periculum inconuenientis, ſcilicet, repeten-
di confeſſiones detecta earum nullitate. Quare
extra neceſſitatem vrgentem, inquit Salas, vti
iuriſdictione dubia, vel probabili in adminiſtra-
tione ſacramenti Pœnitentiæ, eſt periculoſum,
& malum, & contra vſum ſapientum, & timo-
ratorum, vel ſi licitum, non ideo, quia Eccleſia
conferat, ſed quia liceat ſequi opinionem pro-
babilem circa materiam, formam, & iuriſdictio-
nem in adminiſtratione Sacramentorum. † Ter- 388.
tiò, quia diſpoſitio *l. Barbarius*, quòd error con-
ferat iuriſdictionem, procedit ſolùm, quando
eſt error circa factum, non verò quando eſt cir-
ca ius, ex Federico de Senis *conſil.* 112. Franciſ-
co Niconutio *in repetitione Rubrica, de nouis ope-*
ris nunciat. numer. 224. & Maſcardo *de probat. con-*
cluſ. 649. *numer.* 100. quos ſequitur Garzias *dicto*
cap. 4. *numer.* 304. vbi poſt eundem Maſcardum
addit etiam Caietanum, & alios Doctores à ſe
numer. 28. & à me *dicto caſu* 2. *numer.* 144. rela-
tos, docentes geſta ab eo, qui communi errore
exiſtimatur Prælatus, & habet titulum coloratum,
valere ex *dict. l. Barbarius*, loqui expreſsè de erro-
re facti. Quando autem quis ex opinione proba-
bili exiſtimans ſe habere iuriſdictionem admini-
ſtrat ſacramentum Pœnitentiæ, ſi talis opinio ſit
in re falſa, ex errore iuris procedit, non facti, &
ita Eccleſia non ſupplet defectum, conferendo
iuriſdictionem. † Quartò, & vltimò addit Salas 389.
quòd

quòd nec Eccleſia poteſt commodè facere, vt ſemper iuriſdictio ſit certa, quia ex variis capitibus oriuntur quotidie opiniones contrariæ circa hanc iuriſdictionem audiendi confeſſiones, & abſoluendi, ac eligendi Confeſſarium, & circa alias. Et eſto, ſubdit idem Salas, Eccleſia tacitè conceſſiſſet, & generaliter, vt quoties ſunt Doctorum opiniones de iuriſdictione, reuera Sacerdos haberet iuriſdictionem; non tamen id concederet, quando eſt priuata opinio alicuius in re, de qua Doctores vel non ſunt opinati, vel id neſcit is, qui de iuriſdictione dubitat; & ita in hoc caſu viget tota difficultas, an liceat ſequi in praxi ſuam opinionem probabilem circa iuriſdictionem. Inſtat præterea Salas, quòd qui in hac re vtuntur opinione probabili, non nituntur illi reflexæ propoſitioni, quod quando opinio eſt probabilis, Eccleſia concedit iuriſdictionem, nec talis propoſitio eſt certa, eſto detur eſſe probabilem; ergo ea ſolùm via inſpecta, non eſt licitum vti iuriſdictione alioqui dubia. Declarat autem Breſſerus hanc ſententiam procedere, vbi non adeſſet grauis, vel iuſta cauſa; ſecus verò ſi talis cauſa adeſſet, v. gr. ægrè poſſet inueniri alius Confeſſarius, tunc enim ait, quòd poſſet Confeſſarius licitè audire confeſſiones, etſi non eſſet certus de iuriſdictione, ſed probabiliter opinaretur ſe illam habere.

390. Verùm ad primam rationem reſpondetur, caſum noſtrum comprehendi in decreto *dict. l. Barbarius*, cùm etiam opinio probabilis conſtituat communem errorem, vt dictum eſt, & non minora inconuenientia, & ſcandala poſſint ſequi, ſi geſta ex opinione probabili in re falſa, eſſent irrita, quàm ſi forent irrita geſta à Prælato, ſeu ſuperiore tantùm putatiuo, qui communi errore legitimus exiſtimetur; & cùm vtrobique eadem omninò militet ratio neceſſitatis, & vtilitatis publicæ, & euitationis ſcandalorum, alioqui oriundorum; ne Eccleſia deficeret in bono regimine, oportuit, vt tam quando eſt ſolus error, id eſt, non ortus ex opinione probabili, ſed ex ſola populi exiſtimatione, quàm quando eſt error ex opinione probabili proueniens, ſuppleret defectum, vbi illa poteſt, conferendo iuriſdictionem certam, prout habetur *d. l. Barbarius.*

Ad ſecundam negatur eſſe diſparem rationem, & ad probationem Ioannis Sancij reſpondetur, quòd etiam quando pœnitens ignorat Confeſſarium abſoluere iuxta opinionem probabilem, non poteſt vincere errorem. Præterea cùm quilibet poſſit licitè operari iuxta opinionem probabilem etiam in adminiſtratione, & receptione Sacramentorum, & conſequenter habentes opinionem probabilem, quòd Sacerdos ſit legitimus Miniſter Confeſſionis, vel matrimonij, ei licitè confiteantur, & coram eo matrimonio ineant, de facto contingere poteſt, & ſæpiſſimè euenit, vt tali confiteantur, & eum matrimoniis adhibeant; quare ſi huiuſmodi confeſſiones, & matrimonia non valerent, ſi vera non eſſet opinio, & poſtea falſitas detegeretur, orirentur plurima incommoda, & inconuenientia ſpiritualia, & temporalia propter neceſſitatem reiterandi præteritas confeſſiones, & ob matrimonij nullitatem; immò etiam ſi falſitas opinionis non detegeretur, adhuc tamen præberetur occaſio ſcrupulis, & dubiis, an confeſſiones factæ tali Sacerdoti eſſent irritæ, & reiterandæ, & an matrimonia valida; ex quibus ſcrupulis, & dubiis apta ſunt oriri alia inconuenientia, quibus malis omnibus non eſt credibile Eccleſiam noluiſſe prouidere, cùm facilè poſſit, tribuendo iuriſdictionem in talibus caſibus.

Ad aliam probationem Salæ patet ſolutio ex modò dictis: nam, & opinionis falſitas poteſt detegi, & etiam ex non detecta eſſe poteſt locus inconuenientibus, & incommodis grauibus, & ſufficit ad ſupplendam iuriſdictionem, quòd ſit error communis, qui ſemper eſt connexus opinioni ſapientum probabili, & eſt ſimul titulus coloratus, vt ex dictis *n.* 384. *&* 385. conſtat.

Ad tertiam rationem reſpondetur ex dictis, eandem omnino eſſe rationem, quando eſt error iuris, nempe error ex probabili opinione oriens, ac quando eſt merus error facti proueniens ex ſola communi exiſtimatione legitimi tituli, atque adeò vtrique caſui debuiſſe prouideri, & effici, vt geſta valerent collata neceſſaria iuriſdictione, & ita prouiſio facta *in d. l. Barbarius* in vtroque habere locum; neque ex eo, quòd plures Auctores loquuntur expreſsè in caſu erroris circa factum, ſequitur quòd excludant caſum erroris iuris, in quo eſt par ratio. Addo ex errore iuris naſcentis ex opinione probabili conſurgere facilè errorem facti.

Ad quartam negatur aſſumptum; nec refert quòd ex variis capitibus multiplicentur opiniones oppoſitæ, dummodo ſint probabiles, ac proinde ſit probabilis error, ſicut etiam vt Eccleſia conferat iuriſdictionem, nil refert, quòd opinio ſit vnius tantùm, ſi prudenter iudicetur probabilis; nam ſi ex vſu huius opinionis à parte rei non ſit vera, geſta eſſent irrita, eadem inconuenientia, quoad iterationem confeſſionum, & nullitatem matrimoniorum, ſequi poſſent, quæ Eccleſia præcauet ſupplendo defectum: quòd ſi non eſt omninò certum Eccleſiam conferre iuriſdictionem, quando eſt opinio probabilis, ſi fortè à parte rei non ſit vera, ſaltem eſt ferè certum, cùm Doctores magis communiter id aſſerant, & videatur conuinci ex *dict. l. Barbarius*, & ex ratione euitandi grauia incommoda tam ſpiritualia, quàm temporalia.

Confeſſarius tam proprius, quàm non proprius volens abſoluere pœnitentem, vel aſſiſtere matrimonio iuxta opinionem probabilem, quoad iuriſdictionem, ſeu vtendo iuriſdictione tantùm probabili, & incerta, an teneatur priùs admonere pœnitentem de incertitudine Sacramenti, & ſi non admoneat, an peccet contra charitatem, & contra iuſtitiam.

ET ex prædictis colligitur non ſubſiſtere plura 391.
tradita à Ioanne Sancio *dict. diſput.* 44. *num.* 13. *verſ. fateor ingenuè, & à numer.* 14. *ad* 24. vbi aſſerit Confeſſarium, ſeu Miniſtrum confeſſionis, aut matrimonij peccaturum mortaliter non ſolùm contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, ſi ex ſola opinione probabili iuriſdictionis Sacramentum miniſtret, non admonito priùs ſuſcipiente de incertitudine Sacramenti, vt poſſit, ſi velit, quærere alium miniſtrum habentem certam iuriſdictionem, cui, & non ſibi, ſi ſciret non habere iuriſdictionem, omninò certam fateretur; eſt enim, inquit, contra charitatem ſuſcipientis miniſtrare Sacramentum dubium, & expoſitum periculo irritationis, cùm idem ſuſcipiens poſſet, & vellet, ſi admoneretur, recipere certum, & non expoſitum periculo, & dicit in tali caſu non ſolùm Parochum, qui ex officio tenetur miniſtrare Sacra-

menta, peccate cootta iuſtitiam, ſed quemcumque alium miniſtium. nam eſto ex iuſtitia non teneatot miniſtrate, ſuppoſito tamen, quòd miniſtret, certa via tenetut miniſtrate, ex pacto nimirum tacito interueoiente inter ſuſcipientem Sactameotum, & miniſtrum, quòd, ſcilicet, certa ſeotentia miniſtrandi vtatut, vel ſi nolit, ſuſcipienti Sacramenum defectum opinionis aperiat, vt poſſit, ſi velit, alium ſibi quætete miniſtrum, vel ſibi imputet defectum incertæ adminiſtrationis; ſicut, inquit, Confeſſarius non proprius non tenetut ex iuſtitia eoufeſſiones audite, ſuppoſito tamen quòd audiat, ex iuſtitia tenetur pœnitentem rectè diſpoſitum abſoluere, vt ſuprà dictum eſt; & quamuis (addit Sancius) non impediens damnum, quando ex iuſtitia non tenetur, ſolùm peccet contta charitatem, inferens tamen poſitiuè damnum contra iuſtitiam delioquit; miniſtraos verò via probabili, & incerta Sacramentum, quantum in ſe eſt, damoum irritationis infert, ſi opinio in te ſit falſa: ex qua doctrina idem Ioannes Sancius infert plures caſus, in quibus miniſter abſolutionis, aut mattimonij peccaturus eſt, ſi ſuſcipientes Sactamentum, vel conttaheotes non moneat.

392. † Et ptimò ſi Sacerdos obtenta approbatione ab alio ordinario, quàm loci, in quo miniſtrat Sacramentom, excipiat confeſſiones; ſecundò ſi ſimplex Sacerdos præſente Sacerdote proptio, vel approbato, abſoluat exiſtentem in mottis articulo. Tertiò ſi approbatus ab Epiſcopo cum clauſula, abſque præiudicio Parochianorum, ſine licentia Parochi audiat coofeſſiones Parochianorum non habentium Bullas, cùm ſub opinione ſit, an tunc valeat confeſſio, vel non; aliquibus, inter quos ipſe Sancius *dict. diſputat.* 44. *num.* 29. aientibus non valere, eo quòd illud ablatiuum abſolutum ſine præiodicio impottet conditionem, aliis, inter qnos Bonacina *de Sacrament. diſputat.* 5. *quaſt.* 7. *part.* 4. §. 1. *numer.* 18. aſſerentibus valere: eo quòd Sacerdos approbatus per illum modum loquendi tantùm admonetur de modo, quem debet ſaltem ex æquitate ſeruare, & ita non impottet conditionem. Quartò, ſi Sacerdos abſoluat à reſeruatis ex opinione probabili. Quintò, ſi approbatus pro certo loco, aut pro certis perſonis alibi, & aliorum auſcultet confeſſiones. Sextò, ſi Parochos excipiat in aliena diœceſi confeſſiones abſque noua approbatione. Septimò, ſi quis abſoluat ex opinione probabili, quòd priuilegium ſemel obtentum non ſit reuocatum. Octauò, ſi Parochus aſſiſtat matrimonio Parochiani in aliena Parochia, vel ſi aſſiſtat cùm non ſit Sacerdos, vel aſſiſtat ſuis ſubditis per metum reuerentialem purum, & ſine minis conttahentibus. In prædictis, inquam, caſibus omnibus aſſerit Sancius miniſtrantem peccaturum contra charitatem, & contta iuſtitiam ob periculum irritationis Sacramenti, cui ſe exponit vtendo opinione probabili, relicta certa ſententia. Addit tamen in prædictis caſibus abſolutionis ab omni culpa fore immunem Sacerdotem abſoluentem, ſi pœnitens aliquod peccatum veniale cum mortalibus confiteatur; nam cùm circa venialia ſit certum, & non ſub opinione quemlibet Sacerdotem iuriſdictionem habere, efficitur, abſoluentem de peccatis venialibus, verum conficere Sacramentum gratiam conferens, & conſequenter remittere omnia mortalia, & ſic nullum damnum, nullámve iniuriam pœniteoti irrogari.

393. Cæterùm præfata doctrina Sancij cum ſuis collatiis reiicitur ex dictis: nam primò ferè certum eſt, in prædictis caſibus miniſtrum abſoluentem, vel aſſiſtentem matrimonio, nulli periculo irritationis exponere Sacramentum ob defectum iuriſdictionis, quæ, vt oſtenſum eſt, ab Eccleſia tuoc confertur. Secundò, quia vel pœnitens nouit miniſtrum habere tantùm iuriſdictionem ex opinione probabili, vel ignorat, ſi primum imputet ſibi, ſi Sacramentum irritum, vel minus validum recipiat, cùm poſſit quærere miniſtrum habentem omninò certam iuriſdictionem, & accedat ad habentem dubiam: ſi ſecuodum, non ideo tamen miniſter conſtringitur monere illum, tum quia miniſtro aliud onus iniungendum non videtur, quàm vt miniſtret Sacramentum omni certitudine, qua poteſt; quia autem habet iuriſdictionem ſolùm ex opinione probabili, ſolùm ex illa poteſt adminiſtrare: tum quia, cùm ipſe mioiſter non cogat ſuſcipientem ad ſe accedere, & accedenti confert Sacramentum omni certitudine, qua poteſt, non apparet, cur ipſe magis obligetur monere pœnitentem de incertitudine Sacramenti, quàm quilibet alius fidelis: tum demum, quia (vt ſuprà *numer.* 345. dictum eſt) non adeſt obligatio monitionis, ſeu correctionis, quando monitus, ſeu correctus non tenetur parere mooitioni: pœnitens autem monitus à Confeſſario de incertitudine opinionis, non tenetur alium miniſtrum certiorem iuriſdictionem habentem adire. Demum cuntra eundem Sancium eſt, quia ille modus aſſecurandi Sacramentum abſolutionis per confeſſionem venialium noo eſt omninò certos, tum quia etiam incertum eſt, quòd quilibet Sacerdos poſſit abſoluere à peccatis venialibus, vel à mortalibus iam confeſſis, iuxta Salam loco ſupra *numer.* 337. allegato; tum quia dato, quòd poſſit, adhuc non eſt certum fieri Sacramentum, cùm ſæpe dolor à pœnitente conceptus de venialibus culpis non ſit ita purus, & perfectus, atque adeò propter vtramque rationem ſemper eſſet monendus pœnitens: tum, quia cùm Confeſſarius non ſciat, quæ peccata ſibi pœnitens ſit dicturos, & an veniale aliquod, cuius dolorem habeat, manifeſtaturus, teoeretur ſemper Confeſſarius monere pœnitentem de incertitudine Sacramenti, quod ſanè eſſet graue onus miniſtris Sacramenti confeſſionis imponere, & contra communem ſententiam vſu receptam.

Miſſæ ſacrificium, quoad fructum tam impetrationis, quàm ſatisfactionis applicatum pluribus, an tantum proſit ſingulis, ac vni; & an qui ratione congrui ſtipendij tenetur applicare pro vno, poſſit licitè applicare etiam pro alijs.

EX ſupradictis hoc paragrapho, & in præcedentibus infertur, cùm certum ſit, & citra omnem 394.
controuerſiam ſacrificium Miſſæ quoad meritum, ſeu impetratiooem, & etiam ſatisfactionem ex opere operato vni applicatum prodeſſe illi totaliter; ſub opinione verò, an, præſertim quatenus ſatisfactorium, pluribus applicatom tantum proſit ſiogulis, ac ſi vni tantùm applicaretur: nam prodeſſe ſingulis, ac ſi pro vno tantùm applicaretur, affirmat Caietanus 3. *part. quaſt.* 79. *art.* 5. & *tom.* 2. *opuſcul. tract.* 3. *quaſt.* 2. Syluester *v. Miſſa, quaſt.* 9. Angelus *eodem* §. 52. Petrus Sotus *lect.* 7. *de Euchariſtia.* Petrus Nauarrus *lib.* 2. *de reſtit. c.* 2. *num.* 268. Viguer.

inſtit.

*inſtit. Theolog. cap.*13. *ad* 10. Corduba *lib.* 1. *quaſt.*2.
opinione 5. *concl.*2. & 3. Beia *part.*1. *reſp. caſu* 12. Arta-
gon *de iuſtitia, & iure quaſt.*85. *art.*3. Ioannes Bapti-
ſta Conradus *part.* 1. *caſuum*, *q.*266. Vaſquez *tom.*3.
in 3. *part. diſp.*231. *cap.*3. Ioann. Dominicus Monta-
gnolus *diſp de valore Miſſa, cap.*3. & *ſeq* Noſter Phi-
libertus Marchinus *de Ordine tract.*3. *part.*2. *cap.*13.
*num.*9. & *ſeqq.* & nonnulli alij, quos Vaſquez, &
395. Marchinus referunt. † At verò non prodeſſe mul-
tis, ſicut vni, aſſerunt Alanus *de Euchar. ſacrif.* c.35.
Martinus Nauarrus *in man. cap.*25. *num.*92. & alibi.
Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſa* 13. *initio, num* 55. Co-
uarruuias *in cap. altera mater part.*1. §.1. *num.*9. Azo-
rius *part.*1. *lib.*10. *cap.*20. *quaſ.*8. & 9. Megala *reſolut.
mor. part.*2. *reſolut.*179. *num.*13. Suarez *tom.*3. *in* 3. *part.
diſp.*79. *ſect.*12. & *diſp.* 80. *ſect.* 4. Scortia *de ſacrif.
Miſſa lib.*2. *cap.*9. Fraxinellus *de Sacerdotum obliga-
tionibus ſect.*3. *pranot.*4. §.1. & *ſect.*4 *concl.*2. Fagundez
de praceptis Eccleſia, pracepto 1. *lib.*3. *cap.*2. *num.*9. *c.*6.
*num.*8. *cap.*8. *num.*10. Coninch *de Sacram. quaſt.*83.
num. 186. 191. & 192. Layman *lib.*5. *tract.*5. *cap.*1.
*num.*13. Filliuc. *tom.*1. *tract.*5. *cap.*3. *num.*90. Villalo-
bos *part.*1. *ſumm. tract.*8. *diff.*13. *num.*9. Ioannes Lugo
*de Euchar. diſp.*19. *ſect.*12. & innumeri alij à Fagun-
dez, Fraxinello & Layman relati. Ex quibus plures
loquuntur non ſolùm de fructu ſatisfactionis, ſed
etiam de fructu impetrationis proueniente à ſacri-
ficio quatenus illud Sacerdos offert in perſona
Chriſti, ſcilicet ſacrificium Miſſæ etiam quoad hu-
iuſmodi fructum impetrationis, & meriti non pro-
deſſe multis, quantum prodeſt vni. ita Fagundez,
Coninch, Fraxinellus, Layman, & alij relati à Fa-
gundez *d. cap.*6. *num.*8. & à Fraxinello, etſi plerique
alij id tantùm ſentiant de fructu ſatisfactionis, ſeu
remiſſionis temporalis, quod iudicat etiam Ioann.
Lugo *d. diſp.*19 *ſect.*12. *num.*242. Infertur, inquam,
ex dictis Sacerdotem, qui accepit iuſtum ſtipen-
dium pro ſacrificio celebrando ad inſtantiam alicu-
ius, non poſſe illud applicare pro multis, ſiue ab his
etiam aliud, vel alia ſtipendia acceperit, ſiue ex ſola
liberalitate, & charitate pro illis etiam applicet, &
ſi id faciat, peccare mortaliter, & teneri ad reſtitu-
tionem ſtipendij accepti, vt tradunt non ſolùm Do-
ctores mox citati, ſed etiam Vaſquez *d. diſp.* 231.
*num.*27. & 40. qui licèt ſuſtineat, vt dictum eſt, Sa-
crificium oblatum pro pluribus tantùm ſingulis
prodeſſe, ac applicatum pro vno, ratione tamen in-
certitudinis opinionis aſſerit adeſſe obligationem
applicandi illud totaliter eroganti ſtipendium iu-
ſtum pro celebratione, quod ob eandem rationem
certitudinis affirmat Ioannes Sancius *in ſelectis d.*
396. *diſp.*44. *num.*13. *verſic. ex his infertur.* † Igitur proba-
tur corollarium, nam licèt quando opiniones pro-
babiles ſunt de præciſa honeſtate, vel turpitudine
actus, vel de obligatione ad operandum, vel non
operandum, liceat ſequi in praxi opinionem etiam
minus probabilem, & minus tutam, relicta proba-
biliori, & tutiori, vt ſuprà §.17. *à num.*118. & §.25.
*num.*338. dictum eſt, tamen quando opiniones non
ſunt de præciſa honeſtate, ſed de facti natura, & con-
ditione, aut modo periculóve damni notabilis à
nobis, vel proximo incurrendi, quod ex iuſtitia, vel
charitate quis tenetur vitare, tunc ſi adeſt via cer-
ta, quam ſi in praxi ſequamur, nullum timeri, aut ſe-
qui damnum, illam ſequi debemus relicta quacun-
que etiam opinione probabiliori, ex cuius amplexu,
quia in re poteſt eſſe falſa, ſequi poteſt damnum, vt
tradunt Doctores non ſolùm citati ſuprà *num.* 142.
147. & 341. Sed etiam in terminis Becanus *part.* 2.
*tract.*1. *cap.*4. *quaſt.*9. *num.*7. & *ſeqq.* Bagnes 2.2. *q.*10.
*art.*1. *dub.*3. *concl.*4. Aluarez 1.2. *q.*19. *art.*6. *diſp.*80.
*num.*9. Reginaldus *tom.*1. *lib.*13. *num.*95. & 98. Gor-
donus *in ſum. lib.*1. *quaſt.*9. *num.*30. & 34. & alij com-
muniter, quos allegat Gordonus *d. num.*34. qui id
oſtendunt tum exemplo miniſtri conferentis Ba-
ptiſmum cum materia, aut forma dubia, & incerta,
cùm poſſit vti certa, & Medici exhibentis ægroto
medicinam dubiam, cùm poſſit certam, qui ſic vten-
tes opinione probabili relicta via certa lethaliter
peccant: tum ratione, ſcilicet, quia non agit pruden-
ter, vbi timetur graue damnum, aut graue pericu-
lum, qui ſequitur viam incertam, cùm poſſit habere
certam, & charitas obligat nos, vt quantum in no-
bis eſt, faciamus, ne ex noſtra operatione ſequatur
damnum aliquod graue proximo; & ſimiliter ad
idem obligat iuſtitia, ſi ea teneamur proximi bo-
num temporale, vel ſpirituale procurare. At Sa-
cerdos qui iuſtum ſtipendium accipit ab aliquo,
vt ſacrificium pro illo, vel alio iuxta propriam
intentionem celebret, & applicet, pro aliis et-
iam applicat vtens opinione, quòd proſit tan-
tum multis, quantum vni, ſequitur viam incer-
tam, & ex qua ſequi poteſt damnum notabile, ſci-
licet, priuatio debiti fructus ſacrificij eidem offe-
renti ſtipendium, vel illi pro quo voluit Sacrificium
applicari, cùm opinio illa à parte rei poſſit eſſe, &
fortè ſit falſa. ergo grauiter peccat contra pruden-
tiam, charitatem proximi, & iuſtitiam. † Et quidem 397.
contra iuſtitiam, quia Sacerdos accepto iuſto ſti-
pendio ab aliquo, vt pro illo, vel alio Sacrificium
celebret, & applicet, tenetur ex iuſtitia pro tali ap-
plicare, & ita, vt faciat illum participem totius, &
integri fructus ſacrificij, & quantum eidem ſacrifi-
cium prodeſſe poteſt; cùm inter offerentem iuſtam
eleemoſynam, & Sacerdotem intercedat contra-
ctus, & actus iuſtitiæ, Do vt facias, vel vt appli-
ces, & idem dans eleemoſynam, ſeu ſtipendium pe-
tit, vult, & intendit ſibi, vel ei, pro quo obtulit ſti-
pendium, prouidere remedium animæ certum, &
applicari totum ſacrificij fructum, ſeu ſacrificium
quantum prodeſſe poteſt; ergo Sacerdos etiam illud
pro aliis applicans peccat contra iuſtitiam, & ero-
ganti ſtipendium infert iniuriam, remanetque ob-
noxius reſtitutioni ſtipendij, quia inuitè priuat, vel
ſaltem exponit ſe probabili periculo inuitè priuan-
di ſuo merito, & debito ſacrificij fructu eundem, qui
elargitus eſt ſtipendium, vel illum, aut illos pro quo,
vel quibus petiit, & voluit ſacrificium offerri, cùm
tamen accepto iuſto ſtipendio teneatur ita appli-
care ſacrificium, vt dans ſtipendium, vel is, pro quo
datur, certò, & non dubiè participet integrum ſa-
crificij fructum, & quantum illi ſacrificium poteſt
prodeſſe, vt ex mox dictis conſtat. Confirmatur,
nam ſi erogans ſtipendium iuſtum pacto, ſeu con-
tractu expreſſo conueniret, & diceret, Do tibi hoc
ſtipendium ſub conditione, quòd mihi, vel talis,
aut talibus animabus Purgatorij ſolùm ſacrificium
applices, & non applices alteri vtendo opinione
aſſerente ſacrificium pro multis applicatum pro-
deſſe tantum ſingulis, quantum vni, ſi pro illo ſolo
celebretur, tunc certò omnes fatebuntur oriri obli-
gationem iuſtitiæ applicandi ſacrificium, tantum
elargienti eleemoſynam, aut ei, pro quo elargitur;
at tale pactum, ſeu talis contractus ſemper tacitè
interuenit, quia qui exhibens ſtipendium iuſtum
petit Miſſam pro ſe, vel pro amico viuo, vel defun-
cto, intendit (*vt dictum eſt,*) habere totam Miſſam,
& vult ſibi, vel amico applicari integrum, & tota-
lem fructum ſacrificij, v.g. ſatisfactionis, & non par-
tem tantùm, & ſi ſciret Sacerdotem pro aliis etiam

Digitized by Google

ratione ſtipendij accepti, aut ex libera voluntate celebraturum,eandem Miſſam,idémque ſacrificium applicaturum cum periculo ptiuaodi ſe,aut amicum totali fructu eiuſdem ſactificij,non daret illi ſtipendium, ſed alium Sacetdotem quæreret, vt manifeſtum videtur, & poſt Viguetium *de ſacram. Euchariſtia, verſic.*16. tradit Fraainellus *d. concl.*2. *num.*2. *verſic. ſecundò quia.* ergo ſemper ex iuſtitia interueniet obligatio offerendi Miſſam, tantùm pro eleemoſynam exhibente, vel pro eo,pro quo dans eleemoſynam petit Miſſam; & cunſequenter ſi pro aliis offerat,& applicet,facit, & peccat contra iuſtitiam, vt pet ſe patet; cùm agatut de graui dettimeoto io bono ſpirituali, & quidem in re graui, vt pet ſe patet,cùm cõtta pactum priuet, vel exponat ſe ſponte, & ſcienter periculo probabili priuandi elargientem eleemoſynam,vel illum,pro quo elargitus eſt,bono ſpirituali, ſcilicet, notabili fructu, & merito ſacrifi-
398. cij ſibi debito. † Ea quo etiam ſequitur facere contra charitatem, quia, (vt rectè Fraxinellus *d. ſect.*4. *concl.*3.*num.*1.*verſic. conſequentia demonſtretur,*) facere iniuſtum, ſeu contra iuſtitiam eſt alteri iniuriam, aut nocumentum inferre, quælibet autem iniuria, & quodcunque nocumentum alteri illatum charitati repugnat, & ſi ſit graoe, inducit culpam mortalem contra charitatem; & præſertim Sacerdos multis applicans ſacrificium,peccabit grauiter contra charitatem, ſi Miſſa ex intentione dantis eleemoſynam ad id fortè, etiam ex teſtamento, vel legato obligati erat Miſſa dicenda,& ſacrificium quoad fructum ſatisfactionis, aut impetrationis applicandum in remedium vnius, vel alterius ea animabus Purgatorij, quæ grauiſſimis pœnis afficiuntor, & in eatrema conſtitutæ ſunt neceſſitate, cùm ipſæ ſe ipſas non poſſint iuuare, & ex illis eximere, ſed tantùm pati; fortè enim anima, pro qua erat applicandum ex iuſtitia ſacrificium, non liberabitur ab illis grauiſſimis pœnis, ea eo quòd certum remedium,quod Sacerdos illi adhibere debebat, non exhibuit,volens iuxta opinionem tantùm probabilem operari, & applieare etiam pro aliis ſacrificium. & quidem ſi quis ex Auctoribos, qui putant Miſſæ ſacrificium prodeſſe æquè multis, ac vni applicatum, & non eſſe contra iuſtitiam, aot charitatem, ſi Sacerdos accepto iuſto ſtipendio, vt vni applicet ſacrificium, etiam pro aliis applicat, præſertim ex liberalitate,& oullo alio ſtipendio accepto, reperiretur io Purgatorio illis grauiſſimis pœnis cruciatus, & viuens reliquiſſet, vel dediſſet eleemoſynas, vt pro ſe defuncto dicerentur Miſſæ, & applicaretur Miſſæ ſacrificiom, neſcio an foret eaiſtimaturus ſibi inferri iniuriam,& notabiliter lædi charitatem, ſi ſacrificium ſibi non applicaretur certo modo, vt infallibiliter, quantum eſt ex parte Sacerdotis Miſſam celebrantis, non eſſet participaturus totum, & integrum ſacrificij fructum, & ita diutius in purgatorio igne manſurus: igitur mi Sacerdos,qui accipis ſtipendium iuſtum. d celebrandum pro vno Miſſæ ſacrificium, quantumuis ſis doctus, & maximè probabile tibi videatur ſacrificium eſſe infiniti valoris intenſiuè, & extenſiuè, ac applicatum pro multis, tantùm prodeſſe ſingulis,ac ſi pro vno tantùm foret applicatum, quod tibi nolles fieri, alteri ne facito.
399. † Quòd ſi quis obiiciat ſequi ea dictis hoc corollario,& *num.*341. habentem opinionem aliquid eſſe reſtituendum Petro, teneri reſtitutionem facere, quantumuis oppoſitam opinionem aſſerentem non eſſe reſtituendum, cenſeat eſſe probabilem; quia certum eſt ex vna non reſtitutione facta damnum irrogari Petro, & ea opinione probabili aſſerente non eſſe reſtituendum habetur ſolùm probabiliter damnum noo inferri, ac proinde ſequendo hanc opinionem probabilem exponit ſe periculo non reſtituendi id, quod verè ea iuſtitia debitum eſt Petro, & conſequenter peccabit contra iuſtitiam, & charitatem. Reſpondetur ex dictis ſuprà *num.* 202. & traditis à Vaſquez 1. 2. *diſp.*63. *num.* 14. io ſimili de Doctore, ſeu Confeſſario conſulto circa reſtitutionem faciendam, quando ſunt opiniones probabiles, quarum vna aſſerit eſſe obligationem reſtituendi, altera negat: ſicut enim Doctor in tali caſu poteſt reſpondere, & iuxta opinionem deobligantem, & iuxta opinionem obligaotem, prout ſibi libuerit; quia non tenetur potius proſpicere poſſidenti,ſeu reſtituenti,quàm alteri, ſeu ei cui facienda eſſet reſtitutio, vt præfato *num.* 202. dictum eſt, & tradit allegato *num.* 14. Vaſquez. ita etiam debitor non tenetur ex iuſtitia, vel charitate reſtituere, ſed poteſt non reſtituere iuata opinionem probabilem deobligantem, quia non magis obligatur proſpicere booo Petri,quàm bono proprio. Quare licèt non reſtituendo exponat ſe periculo inferendi damnum Petro, reſtitoendo tamen exponit ſe periculo irrogandi ſibi,vel pauperibus, ſi opinio probabilis cenſeret illis, aut alteri perſonæ eſſe reſtituendam rem, quoties autem ex amplexu ſententiæ, ex qua alicui prouenit commodum, vel damnum, præcauetur æquale, vel propè ſimile damnum operanti ioxta illam ſententiam, vel alij tertiæ perſonæ, nulla adeſt obligatio ea charitate ſequendi illam ſententiam, relicta oppoſita opinione probabili, eo quòd cum ootabili detrimento noſtro non conſtringamur ex charitate aliorum bono proſpicere: in noſtro autem caſu,Sacerdos poſt acceptum iuſtum ſtipendium pro Miſſæ celebratione, & ſacrificij applicatione ea iuſtitia eroganti eleemoſynam, vel ei, pro quo erogat,tenetur proſpicere,& procurare ſua applicatione integrum fructum ſacrificij, & conſequenter tenetur ea iuſtitia, & ex charitate eligere viam certam,relicta probabili,dubia,& incerta;ſicut etiam miniſter conferens Sacramenta tenetur proſpicere bono ſpirituali ſuſficientis, & ita adminiſtrare iuxta viam certam, cum poteſt, iuxta ſuprà dicta.

Sacerdos vnâ Miſſa non poteſt ſatisfacere pluribus congruis ſtipendijs à diuerſis plures Miſſas petentibus, acceptis.

ET ex dictis in explicatione, & confirmatione 400.
huius corollarij, primò reprobatur doctrina Ioannis Dominici Montaguoli *in d. diſp. de valore Miſſæ cap.*26. aientis Sacerdotem poſſe licitè ſecluſo ſæcularium ſcandalo ſatisfacere multis ſtipendiis pro pluribus Miſſis dicendis à diuerſis perſonis receptis: quam doctrinam reprobant etiam omnes Doctores communiter tam *num.* 394. relati, & alij quos Fraxinellus *d ſect.*4.*concl.*1. *& ſeqq.* & Marchinus *vbi ſuprà cap.*16. *num.*9. referunt, qoi omnes aſſerunt Sacerdotem, qui pro vna Miſſa dicenda accepit ab aliquo iuſtum ſtipendium, non poſſe pro eadem Miſſa accipere aliud, vel alia, eo quòd licèt detur ſacrificium pluribus applicatum, prodeſſe æquè ſingulis, ac vni,nihilominos ſtipendium non datur pro fructu,quia foret ſimonia, cùm ſit res ſpiritualis, ſed pro Sacerdotis ſuſtentatione, vel etiam ad ſummum ſecundùm aliquos etiam pro obligatione celebrandi,quod ſtipendium iuſtum, tam pro ſuſtentatione, quàm pro obligatione celebrandi, ſicut

Digitized by Google

ſicut potuit lege, vel conſuetudine taxari, & ſtatui,
ſeu definiri, ita vbique reperitur ab Epiſcopis lege,
vel in Synodo ſtatutum, vel conſuetudine rece-
ptum, vt Fraxinellus *ſect.* 3. *pranot.* 5. §. 2. & alij com-
muniter, & hac de cauſa fortè in decreto auctori-
tate Sanctiſſimi D. Vrbani Octaui de celebratione
Miſſarum edito anno 1625. ſacra Congregatio pro-
hibuit vnquam vnica Miſſa duobus ſtipendiis Sa-
cerdotem poſſe ſatisfacere, & cum onere reſti-
tuendi.

*Sacerdos, qui ratione ſtipendij iuſti tenetur pro
vno offerre Miſſam, & applicare ſacrifi-
cium, non ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi idem
ſacrificium ſimul applicet pro alio, vel alijs
ex liberalitate, ſeu charitate, vel ſi ſit Re-
gularis ex obligatione ſuarum conſtitutio-
num decernentium certis diebus Miſſam ce-
lebrandam pro defunctis Ordinis, ac pro
Fundatoribus, ac benefactoribus. vbi, an Re-
gularis Sacerdos peccet mortaliter, ſi præfa-
tis diebus non vult pro eiſdem defunctis,
&c. applicare ſacrificium.*

401. SEcundò ex dictis in eodem corollario reiicitur
doctrina noſtri Marchini *d. tract.* 3 *part.* 2. *cap.* 17.
tum *num.* 1. & 2. vbi ait Sacerdotem, qui accepit iu-
ſtum, & adæquatum ſtipendium, vt celebret Miſſam
pro erogante, vel alio iuxta erogantis intentionem
poſſe ſimul pro aliis offerre, & applicare ex grati-
tudine, charitate, vel liberalitate idem ſacrificium,
cùm Sacerdos, inquit, ſolùm prohibeatur plura ad-
æquata ſtipendia recipere pro vna Miſſa, non autem
eandem Miſſam pro pluribus offerre, cùm æquè
omnibus poſſit prodeſſe, ac proinde dans ſtipen-
dium non poſſit eſſe rationabiliter inuitus, & id
videatur fauorabile animabus præſertim Purgato-
rij; tum *num.* 3. vbi docet Regulares iis diebus, qui-
bus ex ſuis conſtitutionibus titulo charitatis, vel
grati animi ſignificatione offerunt Miſſam pro de-
functis ſui Ordinis, pro benefactoribus, pro ſtudio-
rum progreſſu, & huiuſmodi, non peccare, ſi idem
ſacrificium eodem die offerant pro alio, à quo elee-
moſynam, ſeu ſtipendium acceperint; quod nititur
probare ex eadem ratione deſumpta ex infinitate
extenſiua valoris ſacrificij, & quòd ſolùm vetitum
ſit, eandem Miſſam dicere pro multis, quibus ex iu-
ſtitia Sacerdos ratione ſtipendij accepti tenetur,
non verò offerre pro vno, cui debet ex iuſtitia, &
ſimul pro altero ex ſola liberalitate, & charitate:
reiicitur, inquam, præfata doctrina ex dictis *n.* 396.
& duobus ſequentib. ex quibus apertè conſtat Sacer-
dotem ratione iuſti ſtipendij accepti obligatum ce-
lebrare, & applicare Miſſam pro vno, teneri ex iu-
ſtitia ita celebrare, & applicare pro illo, vt certò, &
non cum incertitudine totus, & integer fructus ſa-
crificij, quantum eſt ex parte eiuſdem Sacerdotis
offerentis poſſit participari à dante mercedem, vel
ab eo pro quo merces data eſt, quod non præſtat,
quando offert etiam pro aliis, ſiue ratione alterius
ſtipendij offerat, ſiue ex liberalitate ob incertitudi-
nem opinionis, quod ſacrificium æquè proſit om-
nibus, pro quibus applicatur, ac ſi vni tantùm appli-
caretur, quæ poteſt eſſe, & forſan eſt falſa, & ita
peccat contra iuſtitiam, & charitatem, (vt *num.* 397.
& 398. oſtenſum eſt,) non adimplens contractum
initum, cum erogante ſtipem, & exponens ſe peri-
culo illum priuandi debito fructu ſacrificij, & fortè
illum priuans, qui proinde rationabiliter eſt inui-
tus, cùm ſine iactura, vel ſaltem probabili periculo
notabilis detrimenti ſpiritualis Sacerdos non poſ-
ſit ſimul idem ſacrificium pro aliis applicare, qua-
cunque de cauſa applicet, ſiue ex ſtipendio accepto,
ſiue ex mera liberalitate, & charitate, aut gratitu-
dine, ſiue ex ſola obligatione conſtitutionum ſui
Ordinis: ex quo etiam patet præfatam doctrinam
non eſſe animabus Purgatorij fauorabilem, ſed per-
nicioſam, quæ (ſi pro aliqua, vel aliquibus ipſarum
ex ſpeciali obligatione ob iuſtam eleemoſynam ad
id acceptam Sacerdos teneatur ſacrificare) iuxta il-
lam defraudantur, vel ſaltem exponuntur proba-
bili periculo, vt defraudentur integro, & debito
fructu ſacrificij, & ita diutiùs grauiſſimis Purgato-
rij pœnis ſuſtinere debeant. † Nec deeſt alius mo- 402.
dus ſuccurrendi aliis animabus, quibus ratione ſti-
pendij Sacerdos non obligatur offerre; puta, ſi priùs
ſpecialiter, & abſolutè ſacrificium offerat, & appli-
cet pro eo, aut pro eis, pro quo, vel quibus ſpeciali
obligatione iuſtitiæ ratione ſtipendij accepti, aut
Capellaniæ, aut beneficij, aut conſtitutionum reli-
gionis tenetur, deinde intentione conditionata ſi
omnibus prodeſſe poteſt, iuxta diuinam diſpoſitio-
nem applicet pro aliis, & pro omnibus viuis, & de-
functis, quem modum offerendi, & applicandi Miſ-
ſæ ſacrificium docuit Corduba *in quæſtionario lib.* 1.
quæſt. 3. *in quæſtione principali, opinione quinta, poſt
quartam concluſionem, §. 2. ſequitur.* † Patet quoque 403.
Regulares, qui illis diebus, quibus ex decreto ſua-
rum conſtitutionum debent offerre Miſſæ ſacrifi-
cium pro defunctis Ordinis, pro benefactoribus,
& fundatoribus viuis, & defunctis, ſi iidem offe-
runt pro alio, à quo mercedem acceperint non ſa-
tisfacere neque obligationi iuſtitiæ erga dantem
mercedem, neque obligationi conſtitutionum, qua-
rum conditiones voluerunt illis diebus integrum
fructum ſacrificij debere applicari defunctis Or-
dinis, benefactoribus, & fundatoribus, atque adeò
inferre iniuriam eroganti mercedem, & ſui Ordi-
nis defunctis, benefactoribus, & fundatoribus. An
verò iis diebus, quibus pro ſtudiorum progreſſu,
& huiuſmodi cauſis, pro quibus ex intentione con-
ſtitutionum videtur applicari debere ſacrificium
ſolum quoad fructum impetrationis, Regularis Sa-
cerdos iiſdem diebus poſſit aliis, qui dederit in-
ſtum ſtipendium, ſatisfacere, applicando ſacrifi-
cium quoad fructum ſatisfactionis, conſtabit ex
dicendis.

Neque benè ſuam tuetur doctrinam Pater Mar- 404.
chinus dicens in quacunque materia cuiuſcunque
virtutis, etiam iuſtitiæ, & religionis prudenter age-
re, & conſequenter non peccare eum, qui ſequitur
opinionem probabilem, etſi minus tutam, licèt for-
te à parte rei ſit falſa. Nam, vt ex dictis conſtat,
hoc procedit ſolum, quando agitur de præciſa ho-
neſtate, vel turpitudine operationis, aut obligatio-
ne operandi, vel non operandi; ſecus quando agitur
de damno ſequendo, quod operans ex iuſtitia, vel
ex charitate erga proximum vitare tenetur. † Sed 405.
contra hanc reſponſionem inſtat idem Marchinus
nitens probare eſſe ſaltem dubium, vel incertum,
quòd ex præcepto charitatis ſit eligenda ea opinio,
quæ non exponit periculo ſalutem proximi, quia,
inquit, iuxta Doctores *num.* 338. & *ibidem* dicta, po-
teſt Sacerdos in adminiſtratione ſequi opinionem
probabilem, licèt minus tutam, & expoſitam peri-
culo irritationis Sacramenti, non obſtante obliga-
tione, qua Sacramentis reuerentiam debemus: ergò
idem licebit in adminiſtratione ex obligatione

charitatis, vel miſericordiæ, vel etiam iuſtitiæ; tum primò, quia ſi charitas, vel iuſtitia erga proximum obligat me ad præbendum illi certum ſalutis remedium, minus expoſitum periculo damni ſpiritualis, vel corporalis, non minus virtus, ſeu præceptum religionis me obligabit ad conficiendum Sacramentum minus expoſitum periculo illud irritandi, vel fruſtrandi ſuo effectu, cùm non minor ſit obligatio religionis, quàm charitatis. Tum ſecundò, quia maiorem charitatis obligationem habet quis erga ſe ipſum, quàm erga proximum, ſed aliquis poteſt accedere ad Sacramentum cum ſola attritione cognita, cùm poſſit habere contritionem, & abſolui, vt ſuprà oſtenſum eſt; & tamen hæc opinio eſt minus tuta, & expoſita periculo non conſequendæ iuſtificationis; ergo etiam licebit Sacerdoti ſequi opinionem probabilem minus tutam, & cum hac proximo Sacramentum miniſtrare, non obſtante periculo damni proximo ſecuturi, ſi opinio in re
406. ſit falſa. † Verùm ad hanc inſtantiam reſpondetur negatione conſequentis, cuius duplex probatio nullius eſt momenti, nihilque vrget, vt conſtat ex dictis ſuprà *num. 329. & duobus ſequentibus, num. 340. n. 342. & 343.* Quare ad primum reſpondetur ex dictis allegato *num.* 340. eſſe diſparem rationem obligationis religionis, & obligationis charitatis: nam cùm Deo damnum nullum eueniat, nec Sacramento quod irritum fiat à parte rei, ex eo quòd miniſter probabiliter credit, ſe validè illud perficere, caret culpa, (vt *d. n. 340. & duobus præcedentibus* latè oſtenſum eſt,) etenim Deus, & Sacramentum nihil aliud poſtulat à miniſtro, niſi quòd, dum Sacramentum perficit, prudenter, & inculpabiliter procedat; quod autem à parte rei validè fiat, vel non, nec Deo, qui noſtris non indiget, nec Sacramento, quod eſt res inanimata, aliquod accreſcit emolumentum, vt præfato *num.* 340. dixi. At quòd irritum Sacramentum fiat, vel non, ſuſcipienti prouenit maximum damnum, vel commodum; quare miniſtrans illud iuxta opinionem relicta ſententia certa, ſeu via, qua validè poſſet perficere, ex eo ſcienter ſe exponit periculo probabili inferendi damnum ſuſcipienti Sacramentum, quod vitare tenetur ſaltem ex charitate, & ſæpe etiam ex iuſtitia, quoties ex vitatione ſibi magnum detrimentum in vita, vel bonis non imminet, ſequi ve poteſt; & tunc ſicut & in aliis quibuſcunque quis non poteſt relicta certa via, ex qua nullum damnum proximo ſequi poteſt, ſequi viam dubiam, & incertam, ex qua poteſt emanare damnum notabile proximo, quod ex charitate, vel ex iuſtitia, & charitate ſimul vitare tenetur, vt in caſu noſtro de applicatione ſacrificij Miſſæ, iuxta ſuprà
407. notata. † Ad ſecundam rationem eiuſdem conſequentis reſpondetur primò extra articulum extremæ neceſſitatis præceptum charitatis erga ſe ipſum non obligare ad contritionem, vt ex dictis *num.* 329. 331. 343 *&* 344. patet: & licèt extra dictum articulum quis poſſit licitè cum ſola attritione agnita ſequendo opinionem probabilem recipere abſolutionem ſacramentalem cum periculo non recipiendi effectum Sacramenti, ideo euenit, quia poteſt quis ſibi præiudicare, & priuare bono, quod aliàs conſequi poſſet, ſi vellet; non autem poſſumus eo inuito proximum priuare bono, vel periculo priuationis exponere, quando charitas, vel iuſtitia, vel vtraque obligat nos ad illi tale bonum noſtra operatione procurandum; & ideo cùm adeſt via certa obtinendi illi huiuſmodi bonum temporale, vel ſpirituale eidem debitum, non poſſumus relicta certa, eligere viam ſolùm probabilem dubiam, & incertam, ex qua probabiliter ſequi poteſt boni priuatio, & detrimentum, Sacerdos autem etſi ante acceptam æquam eleemoſynam non teneatur ad aliquid, ea tamen accepta ab aliquo pro Miſſæ celebratione, & ſacrificij applicatione pro eo, aut amico facienda ex iuſtitia obligatur ita celebrare, & applicare ſacrificium, vt quantum eſt ex parte ipſiuſmet Sacerdotis eidem proſit, quantum poteſt prodeſſe, & totum, ac integrum fructum communicet, vt oſtenſum eſt, & ita obligatur eligere viam certam relictâ incertâ, & periculo priuationis totalis fructus expoſita.

Ar admiſſo quòd charitas in adminiſtratione Sa- 408.
cramentorum obliget ad ſequendam viam certam, rurſus dupliciter arguit idem Marchinus *n. 8. & 9.* nam primò, inquit, ideirco charitas obligat miniſtrum ad adminiſtrationem Sacramenti certam, & non expoſitam periculo, quia tale Sacramentum erit proximo neceſſarium neceſſitate medij; at fructus ſacrificij non eſt neceſſarius neceſſitate medij, iuxta omnes Theologos. Secundò, aliud eſt (ait idem Marchinus) offerre ſacrificium pro aliquo, & liberalitate, charitate, naturali pietate, vel gratitudine, aliud eſt offerre ſacrificium ex præcepto charitatis, vel miſericordiæ ad culpam lethalem obligante: *Nos*, inquit, *non tenemur hoc ſecundo modo ad offerendum, pro benefactoribus, fundatoribus, & defunctis noſtri Ordinis, ſed tantùm ex quadam congruitate, vel ex noſtris conſtitutionibus, quæ neque ad veniale obligant; & ideo neque tenemur ad tutius remedium eligendum, neque ad ſequendam opinionem minus periculo*
expoſitam. † Sed neque hæc argumenta reiectam 409.
doctrinam fulciunt; & ad primum reſpondetur etiam in adminiſtratione Sacramentorum, quæ non ſunt neceſſaria neceſſitate medij, v. g. confirmationis, Extremæ vnctionis, Euchariſtiæ, & Ordinis miniſtrum ex charitate, & iuſtitia (ſi ſit proprius, & ordinarius miniſter,) vel ſaltem ex charitate erga proximum teneri, in his ſaltem, quæ ſe tenent ex parte ipſius, ſequi viam certam, quoties poteſt, relicta via incertitudini Sacramenti expoſita, vt tenent Doctores ſuprà *num.* 340. *&* 396. relati, & oſtendunt tradita *eodem num.* 340. *&* 406. Præterea ſicut certa via tenetur miniſter adminiſtrare Sacramenta neceſſitate medij neceſſaria, quia charitas erga proximum, vel etiam iuſtitia ratione officij tunc obligat; ita etiam eroganti iuſtum ſtipendium pro Miſſa ſibi applicanda, tenetur applicare ſacrificium iuxta certam ſententiam, iuxta quam certò eidem eroganti emanet integer fructus ſacrificij, cùm ad id ex iuſtitia teneatur, & conſequenter etiam ex charitate, vt latè ſuprà *num.* 397. *&* 398.
oſtenſum eſt. † Ad ſecundum reſpondetur primò, 410.
eſto quòd Sacerdos ex noſtris ex ſola liberalitate, & gratitudine debeat offerre ſacrificium pro defunctis noſtri Ordinis benefactoribus, & fundatoribus, & non ex aliqua obligatione charitatis, aut iuſtitiæ, vel obedientia ſub aliqua culpa adſtringente ex conſtitutionibus reſultante; nihilominus quoties accipit iuſtum ſtipendium ab aliquo, vt pro illo, aut eius amico viuo, aut defuncto Miſſam celebret, & ſacrificium applicet, ex obligatione iuſtitiæ ad id tenetur, vt conſtat ex dictis, & conſequenter non poteſt pro eo, & ſimul pro defunctis Congregationis, &c. eodem die applicare ſacrificium, ne veniat aduersùs contractum, & iniuſtum, ac contra
iuſtitiam illum priuet integro ſacrificij fructu. † Se- 411.
cundò reſpondetur ſacrificium benefactoribus, & fundatoribus collegiorum eſſe applicandum ex iuſtitia ratione virtualis contractus initi inter ipſos

benefa

benefactores, & fundatores, & inter ipſam Religionem, vt ſingulariter notauit Fagundez dicto primo præcepto *lib. 3. cap. 10. num. 5. & 6.* vbi ait aliquas eſſe Miſſas, & orationes, quas ſuperiores religionis iniungunt ſubditis faciendis propter fundatorea religionum, & propter alios benefactores, qui vel Eccleſias, & domus fundarunt, vel aliqua bona applicarunt in reditus annuales pro ſuſtentatione Religioſorum, & has Miſſas, & orationes teneri Sacerdotes religionis celebrare, & facere, quando ſuperiores iuxta religionis ſtatuta præſcribunt eſſe celebrandas, & faciendas, & ſi ſecus faciant, & pro aliis celebrent, ſeu applicent illis diebus, quibus à ſuperioribus iuxta eiuſdem religionis ſtatuta præfaris fundatoribua, & benefactoribus ſacrificium Miſſæ deputatum eſt, eos peccare non ſolùm contra obedientiam tranſgrediendo ſuperioris præceptum iuſtum, & honeſtum, & ex iuſta, & rationabili cauſa concernente vtilitatem, & commodum religionis, cuius ipſi ſunt membra; ſed etiam contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem ſub peccato mortali, ſcilicet reficere, & applicare alias Miſſas pro illa intentione; & rationem eſſe, ait, quia etſi tales benefactores, & fundatores non expreſsè, & formaliter cum religione contraxerunt, ſaltem contraxerunt virtualiter intuitu, & ſpe conſequendi ſuffragia, Miſſas, & orationes, quæ in ea religione ſolent ex ſtatuto, ſeu conſtitutionibus fieri pro fundatoribus, & benefactoribus, qui bona ſua monaſteriis applicant, & collegiis: & idem videtur de benefactoribus, qui licèt non applicauerint, vel applicent bona propria in reditus; tamen notabiles erogant eleemoſynas, ad quas faciendas, vel à Religioſis alliciuntur propoſitione ſuffragiorum ſpiritualium, Miſſarum, & orationum, quæ ex ſtatuto religionis ſingulis hebdomadis fiunt pro benefactoribus, vel ex ſe habentes notitiam huiuſmodi ſuffragiorum ſpontè mouentur, vt talibus ſuffragiis viui, & defuncti fruantur. Idem iure dici debet de defunctis Congregationis, qui ideo ſeſe conſecrant religioni, & fortaſsè etiam cum bonis ſuis temporalibua, vt non ſolùm viui fruerentur commodis religionis, ſed etiam defuncti haberent ſuffragia Miſſarum, quæ religio iuxta ſuum inſtitutum, & conſtitutiones ſuis defunctis exhibet, & ita in ingreſſu, ſeu profeſſione ſaltem virtualiter cum religione contrahunt, intuitu, & ſpe conſequendi talia ſuffragia, quibus propterea ſi à religioſis Sacerdotibus defraudentur, & cùm pro illis eſt ſacrificandum, pro aliis ſacrificium applicetur, iniuſtitia committitur, illiſque iniuria irrogatur, cum obligatione reficiendi, & applicandi pro
412. illia alias Miſſas. † Et quòd Regulares Sacerdotes iis diebus, quibus ſuperior, ſeu Prælatus iuxta religionis ſtatuta vult, & intendit, quòd Sacerdotes de collegio celebrent Miſſas pro fundatoribus, & benefactoribus (quæ à Religione ordinatæ, & præſcriptæ ſupponuntur, ſemper in compenſationem beneficiorum, vt docet Syluester *loco* mox *allegando*, & exprimitur in noſtris conſtitutionibus *lib. 2. cap. 5. de diuinis officijs, §. quoniam verò.*) teneantur applicare ſacrificium pro iiſdem fundatoribus, & benefactoribus, iuxta Prælati intentionem, & ſi pro alia intentione applicent, peccent mortaliter, (niſi fortè habeant intentionem ſupplendi alia vice,) tradunt in terminis præter Fagundez etiam Syluester *verb. Miſſa 1. num. 12.* Henriquez *lib. 9. de Miſſa, cap. 21. num. 6.* & alij relati ab eodem Henriquez *in gloſſa littera H.* ob illam rationem, quòd qui ſentit commodum, ſentire etiam debet onus, & ſuperiores religionum, qui condunt ſtatuta, vel collegiis præſunt, ſicut commodorum, ita & onerum ſunt diſpenſatores; & poſſunt ſubditos obligare in eorum commodum, & vtilitatem, ſiue in commodum religionis, cuius ipſi ſunt membra. † Et ſicut ſi Prælatus velit, 413.
& intendat Sacerdotes ſuos celebrare pro iis, qui dederunt ſtipem, vel pro neceſſitate totius religionis, aut Reipublicæ, v.g. pro aliquo Rege, aut Imperatore, à quo Christiana Reſpublica pendet, tenentur iidem Sacerdotes ſub mortali ita celebrare, & applicare ſacrificium: vt docent Syluester, Henriquez, Fagundez *locis citatis.* Armilla *verb. Miſſa, num. 36.* Gerſon *ſuper Magnificat tract. 9. Alphab. 90. littera C.* Gabriel *lect. 25. in canonem & 26.* Corduba *d. quæſt. 3. opinione 4. notabili 5.* & alij communiter, quos Corduba, Henriquez & Fagundez referunt, quia in huiuſmodi eſt iuſta cauſa obligandi ſub peccato lethali; nimirum ratio ſatisfaciendi dantibus ſtipem, commodum religionis, & vtilitas publica Reipublicæ Chriſtianæ: ita etiam iidem Sacerdotes regulares ſubditi ſub lethali obligantur celebrare Miſſas, & applicare ſacrificium pro fundatoribus, benefactoribus, & etiam defunctis ordinis iis diebus, quibus conſtitutionum auctores, & Collegiorum Prælati iuxta eaſdem conſtitutiones volunt, & intendunt, vt pro illis celebretur, & ſacrificium applicetur: nam & hîc reperitur iuſta cauſa talis obligationis ſub mortali, nempe debita compenſatio beneficiorum, & laborum, & operum, quos, vel quæ præſtitere in vtilitatem temporalem, & ſpiritualem ordinis defuncti religionis; qua ſatisfit etiam virtuali contractui à benefactoribus, & defunctis Ordinis cum religione inito; commodum collegiorum, & totius religionis, quod maximum reſultat ex eo, quòd religio pro iiſdem fundatoribus, benefactoribus, & defunctis Ordinis talia Miſſarum ſuffragia ex inſtituto, & ſtatuto velit ab omnibus religionis Sacerdotibus fieri; hoc enim pacto ſæculares, & extranei alliciuntur ad conferenda beneficia Ordini, & Collegiis, & ad fundandas domus, & ad tradendum non ſolùm bona ſua, ſed & ſe ipſos religioni. † Neque obſtat, quod dicebatur 414.
conſtitutiones noſtras non obligare neque etiam ſub veniali, ſicut nec præceptum ſuperioris, niſi fiat cum ſolemnitate in conſtitutionibus præſcripta. Nam id verum ſi ſimplex obligatio conſtitutionis, aut præcepti præcisè attendatur, ſecus ſi obligationi ordinationis coniungatur, vel ex ordinatione, aut præcepto poſitis conſurgat maius ius, ſeu præceptum naturale iuſtitiæ, vel alterius virtutis, vt in præſenti cum obligatione celebrandi Miſſas certis diebus pro fundatoribus, benefactoribus, & defunctis Ordinis concurrit ius, ſeu præceptum naturale iuſtitiæ naſcens ex virtuali pacto, ſeu contractu à fundatoribus, benefactoribus, & defunctis Ordinis inito cum religione, iuxta ſupradicta; & poſita applicatione Miſſarum, & ſuffragiorum per conſtitutiones, & præceptum, ſeu voluntatem, & intentionem ſuperioris pro determinatis diebus facta iiſdem benefactoribus, fundatoribus, & defunctis Ordinis ex legitima cauſa, nempe in recognitionem, & compenſationem beneficiorum, laborum, & operum in bonum religionis præſtitorum, ius naturale iuſtitiæ, & etiam charitatis exigit ne priuentur ſuffragiis ſibi iam deſtinatis, applicatis, & debitis; item habet locum ius dictans, quòd qui ſentit commodum religionis, debet etiam ſuſtinere onera, & præſtare ea, quæ ordinantur, & præcipiuntur in commodum, & vtilitatem eiuſdem religionis, vt eſt offerre Miſſas pro ſtipendiis acceptis, pro compenſatione beneficiorum acceptorum, & adimplendo

virtuali

virtuali contractui, ad talia ſuffragia obligante, pro impetrando diuino auxilio, & auertendis maximis malis tempore vrgentis neceſſitatis Religionis, vel totius Chriſtianæ Reipublicæ: etſi auctores conſtitutionum in ipſis conſtitutionibus ſtatuiſſent à certis collegiis Ordinis certæ familiæ, ex iuſta cauſa, nempe in recognitionem, aut compenſationem beneficiorum ab eiuſdem familiæ maioribus à Religione acceptorum, debere quotannis dari certam quantitatem, v.g. decem aureorum, puto, quòd nullus iret inficias lethaliter peccaturos, & iuſtitiam, & charitatem læſuros Patres dictorum collegiorum, ſi cùm poſſent, negarent huiuſmodi familiæ prædictos decem aureos, aut aliis diſtribuerent; cur ergo erit immunis à graui culpa Sacerdos regularis applicatione ſacrificij fundatores, benefactores, & defunctos Ordinis defraudans illis diebus, in quibus ex præallegata iuſtiſſima cauſa beneficiorum acceptorum Religio ſtatuit, & Prælati Collegiorum volunt, & intendunt, debere applicari?

Sacerdos an vnica Miſſa poßit ſatisfacere duplici ſtipendio congruo à diuerſis accepto, vt pro ſingulis Miſſam celebret, applicando vni fructum, quem vocant medium, alteri fructum, quem vocant ſpecialißimum, ſeu ſibi debitum, vt priuata perſona offerens; vbi examinatur an dentur tres fructus ex opere operato, generalis nimirum, medius, & ſpecialißimus, an verò detur tantùm vnus fructus, ex opere operato, ſcilicet prouenient ex ſacrificio prout à Sacerdote offertur in perſona Christi.

415. TErtiò, cùm dubium ſit & incertum, an Sacerdoti offerenti ſacrificium Miſſæ duplex correſpondeat fructus ſacrificij ex opere operato ratione oblationis, vnus quatenus illud offert in perſona Chriſti, & vt publicus Eccleſiæ & eiuſdem Chriſti miniſter, alter quatenus illud offert, vt priuata perſona offerens, ſicut alij omnes offerentes, ſcilicet, qui aliqua ratione ad actum ſacrificandi concurrunt, v.g. in ſeruiendo ſacro, vel ſacrificanti aſſiſtendo, audiendo Miſſam, atque ita cum eo aliqua ratione offerendo, vel dando eleemoſynam Sacerdoti, vt celebret. Et affirment omnes Doctores, qui ſimplicem valorem, ſeu fructum ſacrificij ex opere operato, ſcilicet prouenientem ex ipſa oblatione ex inſtitutione Chriſti conſtituunt, nempe primò generalem, quem aiunt deberi, & applicari toti Eccleſiæ, & membris eius, videlicet Papæ, Imperatori, Regibus, Epiſcopis, & cæteris fidelibus Eccleſiæ membris, non præciſis, quemque dicunt Sacerdotem offerentem non poſſe non applicare pro eadem Eccleſia, & eius membris, & ita huiuſmodi fructum non deberi, nec poſſe ab eodem Sacerdote iis, qui ſtipendium pro Miſſa dant. Secundù medium, quem dicunt deberi ei, vel illis, pro quo, aut quibus pro ſtipe, aut ex alio iuſtitiæ titulo Miſſa celebranda eſt, ſeu relinqui applicandum arbitrio Sacerdotis ſibi, ſi pro ſe offert, vel alteri vni, vel pluribus, qui dedit, vel dederint eleemoſynam, vel alio iuſtitiæ titulo pro eo, vel illis ſacrificium Sacerdos offerat. Tertiò ſpecialem, ſeu ſpecialiſſimum, quem dicunt deberi tum Sacerdoti celebranti, & ſacrificanti, quemque vt perſonalem idem Sacerdos non tenetur applicare ei, pro quo ratione ſtipendij accepti, vel alterius tituli iuſtitiæ Miſſam dicit, tum cæteris coofferentibus, ſcilicet inſeruientibus, & reliquis de quibus initio huius numeri. ita Nauarrus *in man. cap. 25. num. 92.* Henriquez *lib. 9. cap. 21. num. 7. in textu*, & gloſſa *lit. M.* Azorius *1. part. lib. 10. cap. 2. queſ. 9. fine.* Scortia *de ſacrif. Miſſa lib. 1. cap. 9. num. 2.* Fagundez *2. præcept. lib. 3. cap. 6. num. 23.* Fraxinellus *ſect. 3. pranot. 3. §. 1.* Bunacina *de Sacram. diſp. 4. part. 4. num. 1.* Layman *lib. 5. tract. 5. cap. 2. per totum*, præſertim *num.* 18. & magis communiter Doctores tum antiqui, tum moderni, quos Henriquez, Scortia, & Fagundez referunt. † Affirmant etiam Suarez *tom. 3.* 416.
in 3. part. diſp. 79. ſect. 9. & Filliucius *tom. 1. tract. 5. c. 3. num. 75. & tribus ſequentibus*, qui licèt non admittunt fructum illum generalem ex opere operato, ſcilicet, quòd Sacerdos ſacrificans non poſſit non applicare Eccleſiæ, & membris eius non præciſis: dicunt tamen Sacerdoti ipſi offerenti reſpondere, duplicem fructum ex opere operato, primum vt publicus miniſter eſt, in perſona Chriſti offerentis, ſecundum vt eſt priuata perſona offerens, quia concurrit ſicut alij offerentes; & primum non excludere ſecundum, ſed differre, primò, quia ad primum fructum non requiritur in Sacerdote offerente ſanctitas, nec ex eo quòd maior, vel minor ſit ſanctitas, & deuotio offerentis creſcit, aut decreſcit, quia prouenit ex actione offerentis in perſona Chriſti, ad ſecundum, vt offerenti debeatur, requiritur in eo gratia habitualis, quia prouenit ex actione, quem offerens nomine ſuo, ſeu in perſona ſua exercet, vnde etiam ex maiori, vel minori ſanctitate, & deuotione offerentis creſcit, aut decreſcit: ſicut gratia ſacramentalis maior, aut minor eſt, ſecundùm diſpoſitionem ſuſcipientis: ſecundò cùm offert Sacerdos pro alio ratione ſtipendij, aut alterius tituli iuſtitiæ, primum tantùm fructum non obtinet ſibi, obtinet autem, ſi ſit in gratia, ſecundum; quia illum non tenetur pro aliis applicare, cùm iure ſibi applicetur vt perſonalis. Tertiò primus fructus ex ſe nemini applicatur, & conſequenter nulli prodeſt, niſi Sacerdos intendat alicui applicare, ſecundus per ſe applicatur offerenti exiſtenti in ſtatu gratiæ, & illius capaci, etiamſi hoc non intendat. quas tres differentias alij etiam Doctores præallegati conſtituunt inter fructum medium, & ſpecialiſſimum, cùm & ipſi velint, medium reſpondere ſacrificio quatenus oblatio ſit in perſona Chriſti, ſpecialiſſimum eidem, quatenus oblatio ſit in perſona Sacerdotis. Generalem verò quatenus Sacerdos offert in perſona Eccleſiæ, vt eius miniſter publicus. † Hunc tamen fructum generalem ex neceſſitate 417.
toti Eccleſiæ, & membris eius correſpondentem non admittunt (vt dixi,) Suarez, & Filliucius *locis citatis*, ac proinde aſſerunt non teneri quemlibet offerentem applicare partem fructus, qui ex opere operato confertur pro Eccleſia; ſed ſatis eſſe ad eam referre aliquem fructum per modum impetrationis; hoc enim, inquiunt, ad ſummum probatur ex iis verbis canonis, quæ à Sacerdote proferuntur. *Imprimis pro ſancta Eccleſia*, &c. & rationem huius potiſſimum adducunt, quia nec diuino iure id conſtat, vt patet, quia ſic Eccleſia non poſſet eo priuare excommunicatos, cùm tamen priuet; nec Eccleſiaſtico, quia ex verbis canonis tantùm probatur fructus ex impetratione; & quia animæ defunctorum facillimè liberarentur à Purgatorio, ſi ex omnibus Miſſis aliqua pars fructus ſatisfactionis ſingulis applicaretur. Denique addunt quod communis praxis habet, vt quilibet Sacerdos applicet totum fructum pro eo, vel iis, pro quibus Miſſam celebrat; ab eorum autem intentione pendet (vt dictum eſt)

appli

applicatio fructus ex opere operato, vt prouenit ex
actione ſacrificandi, vt fit in perſona Chriſti. Qua-
propter triplicem illam diuiſionem fructus ſacrifi-
cij intellectam de fructu, ſiue ex opere operato, ſiue
per modum impetrationis aiunt poſſe admitti, non
admittendam verò, ſi de fructu ex opere operato. ita
417. Suarez, & Filliucius. † At Ægidius Coninchius *de
Sacram. quæſt.* 83. *art.* 1. *dub.* 9. poſt Vaſquez *tom.* 3. *in* 3.
p. diſp. 231. *cap.* 3. *num.* 12. *& ſeqq.* quos ſequitur Ioann.
Lugo *de Euch. diſp.* 19. *ſect.* 11. *num.* 233. *& ſeqq.* non
ſolùm generalem ex opere operato neceſſariò à Sa-
cerdote toti Eccleſiæ applicandum non admittit, ob
rationes numero præcedenti adductas, & alias, quas
num. 152. *& ſeqq.* addit, ſed etiam tanquam probabi-
lius aſſerit de facto non dari fructum ex opere ope-
rato, qui reſpondeat Sacerdoti offerenti in perſona
propria, & aliis cum eo cooffetentibus; ſed ſoli
oblationi, quam Sacerdos facit in perſona Chriſti
reſpondere totum fructum ex opere operato: tum
quia illa ſola oblatio habet veram rationem ſacri-
ficij; nam etſi alij poſſint dici offerri illam hoſtiam,
tamen eorum oblatio, vt ab iis fit, tantùm eſt meta-
phoricè ſacrificium, ſicut metaphoricè dicuntur
communicare, & participare Euchariſtiam, qui tan-
tùm ſpiritualiter communicant, dum Sacerdos ce-
lebrat, & communicat, qui proinde non percipiunt
fructum ex opere operato, tum quia illi ſoli actioni
reſpondet fructus ex opere operato, cui ex promiſ-
ſione Chriſti annexus eſt; ſed ſoli illi oblationi, qua
corpus, & ſanguis Chriſti verè immolatur, hic fru-
ctus eſt promiſſus; ergo illi ſoli reſpondet, ac pro-
inde cum ſola oblatio Sacerdotis, vt fit in perſona
Chriſti, ſit talis, ſola habebit talem fructum; minor
oſtenditur, quia nullibi reperitur talis promiſſio niſi
in his locis, vbi corpus dicitur tradi, ſiue frangi, &
ſanguis effundi in remiſſionem peccatorum, quod
non fit niſi per veram immolationem, ſiue ſacrifi-
cationem: tum quia ſi Sacerdoti, vt offerenti in per-
ſona propria, & aliis cooffetentibus reſponderet
aliquis fructus ex opere operato, non penderet à
ſanctitate, ſeu gratia habituali offerentis, vt offerens
eſt, vt iidem Auctores *duobus numeris præcedentibus*
allegati volunt: (cùm de ſanctitate hac offerentis, vt
offerens eſt, ipſi loquantur; nam quòd pendeat ab
eius ſanctitate, quatenus in eo recipitur, hoc eſt per
accidens offerenti qua tali, & etiam fructus ſatisfa-
ctionis reſpondens oblationi, vt fit in perſona Chri-
ſti non communicatur, ſeu confertur niſi exiſtenti-
bus in ſtatu gratiæ,) etenim in hoc videtur differ-
re propriè fructus, qui percipitur ex opere operato
ab eo, qui percipitur ex opere operantis, quod hic
pendeat à ſanctitate cauſæ operantis, ille non; atque
adeò cùm ille fructus, iuxta eoſdem Auctores pen-
deat ex ſanctitate offerentis formaliter, non videtur
eſſe ex opere operato. quod confirmat Coninch
n. 153. *fine.* quia omnis alius fructus, qui tam ex Sa-
cramentis, quàm ex ſacrificio certò percipitur ex
opere operato, nullo modo pendet ex ſanctitate
operantis; ergo vel hic non pendet, vel non eſt ex
418. opere operato. † Quare idem Coninch *d. q.* 83. *art.* 1.
dub. 10. *n.* 195. notat iis, pro quibus Sacerdos tenetur
ſacrum dicere, propriè debitum eſſe totum, & ſolum
eum fructum, qui percipitur ex opere operato, cùm
ſit proprius fructus ipſius ſacri; vel etiam fructum
impetrationis, nimirum gratiæ præuenientis, & ſi-
milium, qui prouenit ex ſacrificio, prout offertur in
perſona Chriſti, ſeu qui impetratur in perſona
Chriſti. Quamobrem, inquit, Sacerdotes obligati
pro certis diebus dicere ſacrum, liberè poſſunt
eum fructum, quem vt perſonæ priuatæ perci-
piunt, aliis applicare, ſiue hic fructus percipiatur
per modum impetrationis, ſiue ex opere operantis
per modum meriti, & ſatisfactionis, ita quòd in
Memento ſuo Sacerdos poteſt Deo commendare
quoſcunque voluerit, offerendo pro eis priuatim
ipſum ſacrificium, quia per eiuſmodi oblationes non
diminuitur fructus, qui reſpondet oblationi, prout
fit in perſona Chriſti.

Item admiſſo illo duplici fructu ex opere opera- 419.
to, nempe medio, & ſpecialiſſimo reſpondenti Sa-
cerdoti, ſiue quatenus offert ſacrificium in perſona
Chriſti, ſiue quatenus offert vt perſona priuata, ſicut
alij cooffetentes, cùm adhuc ſit dubium, & incer-
tum, an Sacerdos hunc ſpecialiſſimum ſibi debitum
ſpecialiter poſſit alteri applicare; an verò ex neceſ-
ſitate ei ſemper applicetur, & conferatur, dummo-
di ſit illius capax. Et licèt Sacerdotem poſſe talem
fructum alteri applicare affirment Nauarrus, Hen-
riquez, Scortia, Fagundez locis ſuprà *num.* 414. alle-
gatis. Filliuc. *d. tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 181. Gauantus *in
rubricis Miſſalis part.* 2. *tit.* 8. *num.* 5. *verſic. Alterum,*
Philiarcus *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *verſic. concludamus,*
Peyrinis *tom.* 3. *priuileg. addit. ad conſtit. Pyrrhi cap.* 1.
num. 25. Marchinus *de ordine d. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 16.
num. 8. *& ſeqq.* Bartholomæus à S. Fauſto *tractat. de
Euchar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *&* 158. Naldus *v. Miſſa n.* 15.
Maior, Sotus, Petrus Aragon. Nugnus, Molfeſius,
Bartholomæus ab Angelis, & alij partim ab Henri-
quez, partim Peyrino, Marchino *vbi ſuprà,* & à Dia-
na *part.* 1. *tract.* 14. *reſolut.* 14. *& p.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 65.
relati. idem ſentit Coninch *d. quæſt.* 83. *art.* 1. *dub.* 9.
num. 154. ſuppoſito quòd talis fructus ex opere ope-
rato ſpecialis reſpondeat Sacerdoti, vt eſt priuata
perſona offerens. citatur etiam à Marchino Miran-
da, ſed idem Miranda *tom.* 1. *man. quæſt.* 41. *art.* 4. *con-
cluſ.* 2. *art.* 7. *concluſ.* 1. *& artic.* 17. *concluſ. vnica,* lo-
quitur ſolùm de fructu ſatisfactionis, & remiſſio-
nis Sacerdoti, & aliis cooffetentibus in perſona
propria debito ex opere operantis, quem dicit
poſſe aliis applicare, ſicut quilibet fidelis fru-
ctum ſatisfactionis aliorum operum bonorum po-
teſt alteri viuo, vel defuncto applicare, & pro
illo ſatisfacere; quoad fructum verò ſatisfactio-
nis ex opere operato ſibi Sacerdoti debito ſequi-
tur opinionem Suarez, de qua mox. Probatur præ-
fata ſententia ex generali ratione operum bono-
rum, quibus vltra meritum gratiæ reſpondet ſa-
tisfactio, & remiſſio alicuius pœnæ; nam quod-
uis opus bonum fidelis, etiam priuatim exercens,
poteſt eius ſatisfactionem alteri, (non obſtante
etiam, quòd ipſe illo indigeat, cùm poſſit aliis mo-
dis ſibi prouidere,) ex charitate (licèt non meri-
tum gratiæ) applicare; nec apparet ratio diuerſita-
tis in hoc fructu, ſeu portione fructus ſatisfactio-
nis debita oblationi Sacerdotis, quatenus priua-
ta perſona offerens eſt. Neque quoad hunc fructum
offerens ſacrificium, qui ſe habet inſtar cauſæ effi-
cientis, debet comparari ſuſcipienti Sacramentum,
qui ſe habet merè paſſiuè, ideoque ſimilis eſt ei,
pro quo offertur ſacrificium, ſed comparari debet
conferenti Sacramentum, qui eſt cauſa ipſius.
Addit Marchinus etiam ſuſcipiens Euchariſtiam
poſſe ſacram communionem, & fructum illius ex
opere operato pro alio offerre. Sed hoc non eſt
admittendum, & latè reiicitur à Raynaudo *in
opuſculo, cuius titulus, Error popularis de commu-
nione pro mortuis.* Nec admittunt Doctores, qui
infrà *num.* 421. allegati propter rationem *ibidem*
adductam. † Quanta autem ſit quantitas hu- 420.
ius fructus ſpecialiſſimi, quoad ſatisfactionem
non

non conueniunt præfati Doctores. Marchinus *n.* 14. exiſtimat non ſolùm eſſe æqualem quantitati fructus medij, ſed etiam non iocongruè dici poſſe eſſe maiorem, eo quòd ſacrificio ſit proximior Sacerdos offereus eo, pro quo offertur; ſed nullo modo videtur credibile, vt maior fructus ſatisfactionis, imò æqualis proueniat ex oblatione ſacrificij facta à Sacerdote, vt eſt perſona priuata offerens, quàm ex oblatione facta, vt eſt publicus Miniſter offerens in perſona Chriſti. Aut ſi dicatur, etiam fructum ſpecialiſſimum ſacrificij ex opere operato prouenire Sacerdoti, & aliis concurrentibus, ſeu offerentibus cum Sacerdote, quatenus offertur in perſona Chriſti, non videtur veriſimile à Chriſto Domino conceſſam Sacerdoti partem ſacrificij vberiorem illa, aut æqualem illi, quam reliquit arbitrio Sacerdoris applicandam ſibi, vel aliis fidelibus viuis, & defunctis, & debitam iis, pro quibus pro ſtipe, aut alio iuſtiriæ titulo Miſſa celebranda eſt, ideo fortè addit Marchinus vtrumque fructum futurum maiorem, vel minorem, ſecundùm quantitatem deuotionis. Sed præterquam quòd hoc pacto remanet omnino incerta quantitas huius fructus ſpecialiſſimi comparata medio, iuxta Doctores *num.* 414. & alios *in præcedentibus numeris* allegatos, fructus medius non creſcit, neque decreſcit ex maiori, vel minori ſanctitate, & deuotione offerentium: igitur Filliuc *d. num.* 181. ex ſententia Nauarri *conſil.* 8. *de celebrat. Miſſarum*, in noua editione, *& conſil* 7. in antiqua, ait partem ſacrificij Sacerdoti debitam trium Miſſarum æquiualere fructui medio, & poſſe ſuppleri vni Miſſæ, quæ dicenda eſſet, & applicanda tota vni; ſed Nauarrus *ibidem*, nec *d. num.* 92. id dicit. Vnde alij meliùs ſentiunt, exiſtimantes non poſſe ſciri, quandonam iſte fructus ſpecialis alteri applicatus æqualis ſatisfactionis ſit cum medio, atque illi proſit, quo ad ſatisfactionem, ac medius ipſe.

421. Licèt, inquam, præallegati Doctores putent huiuſmodi fructum ſpecialiſſimum ex opere operato Sacerdoti præter medium debitum, ſiue vt ſacrificium offertur io perſona Chriſti, ſiue vt priuata perſona, poſſe aliis applicari: alij tamen non pauci, & inſignes Doctores negant, nempe Scotus *quodlib.* 20. *art.* 9. Suarez *d. diſp.* 79. *ſect.* 9. Layman *d. cap.* 2. *num.* 18. Fraxinellus *d.* §. 1. *num.* 2. *& num.* 5. Megala *tom.* 2. *variarum, reſolutione* 192. *num.* 4. Granado *in* 3. *p. de Sacram. contron.* 6. *tract.* 14. *diſp.* 8. *num.* 3. Bonacin. *d. diſp.* 4. *p.* 4. *num.* 1. *& p.* 8. *num.* 16. Homobonus noſter *de examine tract.* 4. *c.* 16. *num.* 125. Villalobos *p.* 1. *tract.* 8. *diffic.* 14. *num.* 7. & alij plures, quos Henriquez *d. num.* 7. *litera P. in gloſſa* refert, & idem cum nonnullis aliis ſentire videtur Diana *locis ſuprà allegatis*. Quorum fundamentum eſt, quia hic fructus ex opere operato, ſi datur diſtinctus a medio, ſeu ab eo, quod Chriſtus Dominus præſcripſit, & reliquit pro arbitrio Sacerdotis applicandum ſibi, vel ei, aut iis, quibus voluerit, aut pro quibus ratione ſtipendij, aut alio titulo iuſtitiæ Miſſa dicitur, eſt beneficium proprium, & perſonale, cuius conditio eſt, vt proueniat illi tantùm, cui datum, & conceſſum eſt, nec poſſit in alium transferri, vt patet in fructu ex opere operato proueniente ſuſcipientibus Sacramentum, qui cùm ſit beneficium perſonale tantum, ſuſcipienti capaci datur, nec alteri à ſuſcipiente communicari poteſt: quod idem iuxta eoſdem Doctores, dicendum eſt, ſi pars aliqua fructus ſacrificij ex opere operato proueniat aliis concurrentibus, ſeu offerentibus cum Sacerdote; ij enim ob eandem rationem noo poſſunt talem partem alteri applicare, cùm ſit donum perſonale. † Quapro- 422.
pter Sacerdos Miſſam celebrans, ſolum fructum tum impetrationis, tum ſatisfactionis ex opere operantis, ſecundùm priuatam ſuam diſpoſitionem prouenientem, & quatenus vti priuata perſona ſacrificium offert, & Deo ſupplicat, poteſt applicare cuicumque homini capaci: vt Miranda, Coninchus, Layman *locis citatis*, & alij communiter, aiunt; quia cùm talis oblatio, & oratio ſit propria actio ipſius Sacerdotis, iure merito eiuſdem arbitrio relinquitur, ſicut, & cætera opera bona, & orationes, quoad impetrationem, & ſatisfactionem, neque ab Eccleſia prohibetur: & fortaſſe, ioquit Layman *d. cap.* 2. *num.* 17. prohiberi non poteſt, quo minus ex motiuo charitatis communicetur cuicunque homini ſpiritualium bonorum, & ſalutis capaci, quemadmodum & alij ad ſacrificium concurrentes priuata deuotione illud offerre poſſunt pro quibuſcunque volunt, tam viuis, quàm defunctis, ſi capaces exiſtimantur. † Dixi *cuicunque homini capaci*, ad ioeluden- 423.
dum etiam excommunicatos non toleratos, qoibus etiam Sacerdorem poſſe fructum prædictum ſacrificij tum impetrationis, tum ſatisfactionis ex opere operantis ſibi reſpondentem vt perſona priuata, ſicut alij concurrentes, offert ſacrificium & orat, ſeu ſupplicat: docent Layman *d. num.* 17. Suarez *d. tom.* 3. *in p.* 3. *diſp.* 78. *ſect.* 2. *fine.* Auila *p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 4. *dub.* 1. *concl.* 1. Suarez, Coninch *d. diſp.* 14. *dub.* 6. *num.* 37. Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 36. & alij recentiores, quamuis Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 1. & nonnulli alij dubitent. Et ratio eſt, quia Sacerdos prohibetur pro excommunicatis non toleratis offerre ſacrificium, & orare in Miſſa ſolùm quatenus eſt publicus Eccleſiæ Miniſter, non verò quatenus offert, & orat vt perſona priuata, ſicut alij concurrentes, & offerentes cum eodem Sacerdote; Eccleſia enim priuat excommunicatos ſolùm ſuffragiis communibus, ſcilicet iis, quæ à perſonis publicis, vt tales ſunt, conferuntur, vt ex communi notat Nauarrus *d. n.* 36. & alij Doctores citati tradunt. de qua re vide laté apud Coninch *d. n.* 27.

424. Cùm, inquam, ſit inter Doctores valdè controuerſum, an detur fructus ille ſacrificij quoad ſatisfactionem, & remiſſionem pœnæ ex opere operato ſpecialiſſimus, & ſuppoſito quòd detur, an Sacerdos poſſit illo ſe ipſum priuare, & alteri applicare; & etiam incertum ſit, quanta ſit illius quantitas, quotque partes illius poſſint adæquare fructum medium; & facta etiam applicatione non poſſit ſciri, ſed ſemper remaneat, an applicatio habeat effectum, cùm talis fructus ſpecialis pendeat ex ſanctitate Sacerdotis offerentis, vt docent omnes Doctores talem fructum admittentes, & nemo ſcire poſſit, an ſit in ſtatu gratiæ; ſequitur vt ratione tam multiplicis incertitudinis eiuſmodi fructus obtinendi, Sacerdos obligatus Miſſam celebrare, & ſacrificium offerre pro aliquo, vel aliquibus ratione ſtipendij accepti, vel alterius tituli iuſtitiæ non poſſit tali obligationi ſatisfacere, applicando tantùm præfatum fructum ſpecialiſſimum, & peccare mortaliter contra iuſtitiam, ſi id faciat, id quod apertè oſtendunt dicta ſuprà *à num.* 396. *ad* 397. qui enim erogat ſtipendium Sacerdoti, vt pro ſe, vel amico celebret Miſſam, & offerat ſacrificium, petit, intendit, ac vult fructum ſacrificij ex opere operato certum, & ſi ſciret incertitudinem fructus ſpecialiſſimi, & Sacerdotem applicaturum ſibi tantùm huiuſmodi fructum incertum, & aliis, vel alteri fructum certum, nullo modo daret eleemoſynam, ſed alium quæreret Sacerdotem, qui applicaret fructum certum

tum

Digitized by Google

runt, & conſequenter contra iuſtitiam lethaliter peccat Sacerdos applicans tantum huiuſmodi fructum ſpecialiſſimum pro eo, aut iis, pro quo, vel quibus pro ſtipe, vel alio iuſtitiæ titulo tenetur ſacrificium offerre, & ita oportet ſentiant Vazquez, Ioannes Sancius ſuprà *num.* 395. citati, & alij relati *num.* 396. & Doctores relati *num.* 421. & in his terminis tenent Gauantus *d. tit.* 12. *num.* 29. Megala *d. reſol.* 179. Bonacina *d. p.* 8. *num.* 16. Homobonus *vbi ſuprà*, & Diana *d. reſolut.* 65. & expreſsè indicant Doctores ſuprà *num.* 414. relati, & alij conſtituentes ſimplicem fructum ſacrificij ex opere operato; nam medium aiunt eſſe, qui debetur, & applicandus eſt ei, vel iis, qui pro oblatione ſacrificij offerunt Sa-
425. cerdoti ſtipem, ſeu eleemoſynam. † Quare Sacerdos, à quo ſufficientibus elargitis ſtipendiis duo petierunt, vt pro ſe, vel amico offerret Miſſæ ſacrificium, non ſatisfaciet vnica Miſſa vni applicando fructum medium, & alteri fructum ſpecialiſſimum ſibi debitum: quidquid ſecus non rectè ſenſerint noſter Marchinus *d. cap.* 6. *num.* 7. *& ſeqq.* Molfeſius *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 15. *num.* 4. Bartholomæus ab Angelis *in examine Confeſſorum dialogo* 5. §. 507. Bartholomæus à S. Fauſto locis ſuprà *num.* 419. relatis. quos Diana reſolutionibus *eodem num.* 419. citatis refert, & alij tacitis nominibus ab Homobono *vbi ſuprà* relati, qui affirmarunt Sacerdotem pro vna Miſſa poſſe à duobus accipere duplex ſtipendium adæquatum, ſeu vnica Miſſa ſatisfacere duobus, qui illi iuſtas eleemoſynas pro oblatione Miſſæ, & ſacrificij ſint elargiti, nimirum, applicando vni fructum medium, alteri fructum ſibi proprium, & ſpecialem. Quorum ſententiam etiam Peyrinis loco *num.* 419. relato admittit in caſu, quo in aliquo monaſterio paupere adeò creuiſſet Miſſarum numerus, vt ei ſatisfacere non poſſent Sacerdotes ibi habitantes, nec haberent vnde data ſtipe poſſent dictas Miſſas alij commendare: in hanc eandem ſententiam videtur inclinare Philiarcus loco ſuprà *num.* 419. relato; vbi ait duobus poſſe Sacerdotem vna Miſſa ſatisfacere, ſi nimirum alteri applicet partem, quæ ſibi debetur, addit tamen id minimè conſulendum, & præcipuè ſi eleemoſynarum occaſione fiat, eamdem ſententiam ex parte tenere videtur Filliucius loco ſuprà *num.* 420. allegato, vbi poſtquam ex ſententia Nauarri *conſilio* 8. *tit. de celebratione Miſſarum*, dixit ſacrificantem poſſe partem ſacrificij ſibi debitam applicare iis, pro quibus teneretur, & quia neſcitur quanta ſit, poſſe arbitrari partem trium Miſſarum poſſe ſupplere vni, quæ dicenda eſſet, & applicanda tota vni: addit ipſe hoc ſeruare poſſe eos, qui cùm receperint multa ſtipendia, non poſſunt omnibus ſatisfacere; ſed, vt citato *num.* 420. notaui, Nauarrus *d. conſil.* id non dicit: ſed immò ait Sacerdotem regularem non poſſe etiam de licentia ſuperioris plures pitantias à pluribus accipere, & iis vna Miſſa ſatisfacere, quod ait procedere etiam, ſi illæ pitantiæ eſſent paruæ, & tenues, niſi tanta (addit) eſſet paruitas, vt iuſtè præſumi poſſet, quod is, qui dat pitantiam, non dat illam, vt tota vna Miſſa ei applicetur, ſed tantùm aliqua pars eius, quæ Sacerdoti ſacrificanti videbitur, quod idem habet *in man. cap.* 25. *d. num.* 92. Quare Nauarrus nullo modo admittit pro vna Miſſa poſſe accipi à diuerſis plura ſtipendia, præſertim ſi ſint iuſta, iiſque ſatisfacere applicatione eiuſdem ſacrificij, & ita reprobat ſuprà poſitam ſententiam, quam in terminis reprobant Gauantus, Bonacina, Homobonus, Diana locis *num. præcedenti* relatis. & Doctores non ſolùm, non admittentes fructum

ſpecialiſſimum, aut aſſerentes illum non eſſe alteri applicabilem, ſed etiam reliqui Doctores ſupra allegati ſuſtinentes poſſe à Sacerdote applicari, cùm omnes nolint Sacerdotem pro vna Miſſa celebranda, vnóve ſacrificio offerendo poſſe plura ſtipendia adæquata, & iuſta accipere. eſto etiam, quòd vno ſacrificio poſſet æqualiter pluribus prodeſſe ac vni: idque ob illam rationem, quòd eleemoſyna non datur pro applicatione valoris ſpiritualis Miſſæ, ſed ad ſuſtentationem Sacerdotis, cuius ſtipendium iuſtum, ſcilicet, tantùm lege, aut conſuetudine (ſicut ferè vbique taxatum eſt,) non licet excedere.
† Cui rationi accedit alia, quòd qui petit Miſſam, 426.
ſeu ſacrificium fieri, intendit etiam applicationem cultus diuini, & vtilitatem Eccleſiæ, & animarum Purgatorij, vt rectè notauit Cordoba *d. lib.* 1. *q.* 3. *in quæſtione principali, opinione* 5. *concl.* 5. §. *Secunda autem pars, pag.* 63. *col.* 1. Supradictæ quoque ſententiæ nunc temporis obſtant tum vſus Eccleſiæ, quæ huc vſque pro tali parte, ſeu fructu ſpecialiſſimo non conſueuit accipere ſtipendium, ſeu eleemoſynam; & Eccleſiæ vſus eſt tantæ auctoritatis, vt pro certa lege haberi debeat, ſecundùm D. Auguſtinum *Epiſt.* 118. 119. 120. & tum maximè, vt in omnibus æmulandam eſſe dixit D. Thomas 2. 2. *q.* 10. *art.* 12. Tum decretum præallegatum Vrbani Octaui de celebratione Miſſarum, & declarationes ſacræ Congregationis circa idem decretum; præcipit enim Vrbanus Octauus ibi *verſic. Deinde*, ſub obteſtatione diuini iudicij, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; ita vt alioquin ij, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non ſatisfaciant, quin immo grauiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur, quod Decretum nullam admittit gloſſam, vel interpretationem, quoties eleemoſynæ ſunt adæquatæ, & iuxta taxationem lege, vel conſuetudine inductam, & S. Congregatio in declarationibus, reſponſione ad tertium decernit habere locum etiam, quando plures eleemoſynæ non ſunt congruæ iuxta qualitatem loci, perſonarum, & temporum; tot igitur Miſſæ iuxta præfatum Decretum ſunt celebrandæ, quot eleemoſynæ ſaltem congruæ, & conſequenter non ſufficit vna Miſſa cum applicatione fructus medij, & ſpecialis, id quod etiam Ioann. Lugo *de Euch. diſp.* 21. *num.* 33. dicit indubitatum poſt dictum decretum Vrbani Octaui.

An Sacerdos, quia à diuerſis perſonis accepit plura ſtipendia congrua pro celebrandis Miſſis diuerſarum rationum, v.g. pro vno Miſſam votiuam de Spiritu ſancto, aut de B. V. aut pro infirmis, pro alio Miſſam pro peccatis, vel pro defunctis, poſſit vnica Miſſa ſatisfacere, applicando vni fructum impetrationis, & alteri fructum ſatisfactionis.

QVæres, an ſaltem cùm vnus Sacerdoti elar- 427.
gitur eleemoſynam congruam, petens Miſſam votiuam, v.g. de Spiritu ſancto, de B. Virgine ad impetrandum aliquod beneficium, pro gratiarum actione, pro infirmo, vel pro exiſtenti in ſtatu peccati mortalis: & alter dat ſimiliter eleemoſynam congruam petens Miſſam pro defuncto, aut pro ſe in ſatisfactionem peccatorum, poſſit abſque culpa Sacerdos vnica Miſſa vtrique obligationi, ſeu danti eleemoſynam ſatisfacere, applicando pro vno fructum impetrationis, & pro alio fructum ſatisfactionis. Noſter Marchinus *d. c.* 16. *num.* 17. affirmat

conſiderata rei natura, atque hanc ſententiam ſuſtinuiſſe Patrem Taſcam Theologum Societatis IESV, & plures relatos à Petro Nauarro *lib. 2. de reſtit. c. 2. dubitatione 6. à n. 313.* Sed auctores dicta dubitatione citari ferè omnes loquuntur, quando vnum ſtipendium non eſt congruum, dicentes tunc Sacerdotem vna Miſſa poſſe ſatisfacere pro pluribus ſtipendiis vnum congruum conſtituentibus, & Doctores ab eodem Nauarro *n. 320.* relati, quos Marchinus fortaſſe putat ſuam ſententiam aſſeruiſſe, dicunt ſolum Sacerdotem, qui promiſit, v. gr. tres Miſſas dicere, poſſe ſatisfacere vnam tantùm Miſſam celebrando, ſuppoſito, quòd ſacrificium ſit infiniti valoris extenſiuè, & æquè proſit pluribus, ac vni, nec loquuntur de tribus Miſſis, pro quarum ſingula acceperit congruum ſtipendium, vel de omnibus ex liberalitate promiſſis, vel in caſu, quo Sacerdos ab vno tantùm accepit congruum ſtipendium, & pro aliis liberaliter offert, & loquuntur etiam de Miſſis eiuſdem rationis, ac proinde non fauent Marchino, qui ſuam ſententiam probat ſequentibus. Primò, quia fructus impetrationis, & ſatisfactionis ſunt realiter diſtincti, & ſeparabiles, atque adeò licet Sacerdoti ſe obligare ad vnum, & non ad alium, & conſequenter dum offert pro vno impetrationem, & pro alio ſatisfactionem, poteſt duo ſtipendia accipere. Secundò non tenetur Sacerdos vni vtrumque fructum applicare ex natura rei, vt patet, cùm ſint diſtincti, & ſeparabiles: ſed neque ex pacto, quia neque Sacerdos intendit ſe obligare ad applicationem vtriuſque fructus, neque erogans eleemoſynam pro Miſſa Sacerdotem ad vtrumque fructum applicandum obligauit, cùm id non expreſſerit, neque mente intenderit, ſed ſolum optatum à Deo beneficium virtute ſacrificij impetrare, etſi dicatur intendere, & virtualiter vtrumque fructum paciſci. Primò id negat Marchinus, quia ex motiuo, & fine petentis Miſſam eſt coniicienda voluntas illius, finis autem interdum eſt ſanitas ægrotantis infantis, cui repugnat applicatio ſatisfactionis, interdum eſt bonus exitus temporalium, vel quid ſimile, nec quicunque petentes Miſſam votiuam ad hos fines cogitant de ſuorum peccatorum ſatisfactione, cùm ſæpe norint ſe carere gratia habituali, & talis fructus incapaces. Præterea dato quòd intenderit vtrumque fructum, propoſitum in mente retentum nihil operatur, ſed debuit exprimi ad pariendam obligationem, iuxta textum *in l. quicquid aſtringendæ, ff. de verborum obligat.* vbi ſic dicitur. *Quidquid aſtringendæ obligationis cauſa dictum eſt, id niſi palam verbis exprimatur, omiſſum eſſe intelligendum eſt, aut certè ſecundùm promiſſorem interpretamur, quia ſtipulatori liberum fuit, verba latè concipere.* Quoties ergo petens Miſſam votiuam de Spiritu ſancto non expreſſit, ſe velle binos fructus, Sacerdos non tenetur illi ambos applicare; ſicut cùm Fundator Capellaniæ non declarauit in fundatione ſe voluiſſe ſatisfactorium fructum, in dubio præſumendum eſt intendiſſe ſolùm officiaturam Altaris, vel Capellæ. Tertiò in hoc caſu non accipiuntur duo ſtipendia, quaſi pretia duplicis Miſſæ fructus, quo pacto eſſet ſimonia, ſed pro ſeruitute, & obligatione applicandi pro vno ſatisfactorium, & pro altero impetratorium fructum, quæ ſeruitus, & obligatio cùm ſit duplex, diuerſis perſonis ob diuerſos fines applicabilis, ſitque vtraque pretio æſtimabilis, poteſt duplici ſtipendio compenſari. ita Marchinus.

428. Cæterùm Doctores communiter etiam quando Miſſæ ſunt diuerſæ rationis à diuerſis perſonis petitæ cum elargitione congruæ eleemoſynæ pro ſingula Miſſa negant licere Sacerdoti vtrumque ſtipendium, vel plura ſtipendia accipere pro vna Miſſa, vnáve Miſſa ſatisfacare poſſe vtrique obligationi applicando pro vna obligatione vnum ſacrificij fructum, & pro altera alterum; & ſi id tentet, peccare mortaliter contra iuſtitiam, & teneri reſarcire replicatione alterius Miſſæ. ita in terminis Corduba loco ſuprà *n. 426.* citato. Rodriq. *in ſumma p. 1. c. 252. num. 6.* Fraxinellus *ſect. 3. prænot. 4. §. 6. num. 6. verſic. in qualibet, ſect. 4. concl. 1. §. 1. n. 1. & 2. & concl. 3. §. 1. n. 1.* Bonacina *d. p. 8. num. 15.* idem prorſus, licèt non in iis formalibus terminis, ſentiunt Martinus Nauarrus *d. c. 25. n. 92. & d. conſ. 8. de celebrat. Miſſarum,* Petrus Nauarrus *d. c. 2. n. 330. 331. & 332.* Suarez *d. diſp. 79. ſect. 12.* Emanoel Sà *v. Miſſa n. 44.* Poſſeuinus *de officio curati. cap. 2. n. 22.* Megala, Diana locis ſuprà *num. 425.* relatis, Azorius, Fagundez, Conioch, Layman, Villalobos, Filliuc. locis ſuprà *n. 395.* allegatis, & alij Doctores communiter, quos Sà *n. 43.* & Fraxinellus *d. ſect. 4. concl. 3. §. 1.* initio referunt, etenim præfati Doctores omnes aſſerunt Sacerdotem, qui ratione ſtipendij congrui, aut alterius tituli iuſtitiæ vni debet vnam Miſſam, & alteri alteram, non ſatisfacere ſi vnam dicat pro vtroque ſimul, ſed immò peccare mortaliter cum obligatione reſtitutionis, ſeu ſupplendi quoties tentat, ſeu vult vna Miſſa ſatisfacere pluribus promiſſis obligationibus Miſſarum ex iuſto ſtipendio, aut alio iuſtitiæ titulo. Probatur hæc communis ſententia primò, quia, vt rectè Corduba, & Fraxinellus, qui petit, vtrumque intendit, & vult petere, & ſibi applicari tam directè totum eius fructum, tum ex opere operato, tùm ex communibus orationibus Eccleſiæ quomodocunque, modò illi prodeſſe poteſt; quàm indirectè, ſcilicet, fructum prouenientem ex ampliatione diuini cultus, quam ampliationem ex ſua Miſſa facere intendit, & euenire ſtudet ad maiorem Dei honorem, & vtilitatem Eccleſiæ, & animarum Purgatorij, vt per hoc amplius, & efficacius promereatur, & obtineat, quod ex tali Miſſa piè optat; & quod vbi aliter non exprimitur, ſeu ex verbis petentis Miſſam, apertè non colligitur, ipſum non velle ad ſui inſtantiam ſolùm Miſſam dici, & ob dictos fines, ea ſit eius intentio, patet, tum quia in hac materia animæ, & cultui diuino, ac vtilitatibus Eccleſiæ fauorabili, cùm petit quis iuſto oblato ſtipendio Miſſam, communis intelligentia eſt, quòd petens Miſſam intendit obligare Sacerdotem ad id, quod eſt ſibi vtilius, quantum licitè poteſt, vt dicit Scotus *in prædlegato quodlibeto* 20. & ex eo notauit Syluester *v. Miſſa quæſito* 11. tum quia ſi fideles petentes Miſſam, vel Miſſas ſcirent Sacerdotem pro duabus, vel tribus, aut pluribus Miſſis ab vno, vel à diuerſis perſonis iuſto pro ſingula ſtipendio petitis, & conuentis vnam tantùm Miſſam applicando diuerſia fructum Miſſæ, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſæ rationis, quilibet eorum certè ſe defraudatum reclamarent, nec tali Sacerdoti eleemoſynam dediſſent, ſed alium, vel alios quæſiiſſent: cùm igitur ex vna Miſſa, aut ex paucis Miſſis danti, vel dantibus ſtipendia iuſta, & illis pro quibus dant, non proueniat tantus fructus directè, & indirectè ex opere operato, & ex communibus Eccleſiæ orationibus, & ex ampliatione cultus diuini, quantum ex duabus, vel pluribus Miſſis proueniret, vt patet, ſicut conſtat etiam non ita ampliari cultum diuinum ex vna, aut paucioribus, ſicut ex duabus, vel pluribus Miſſis, ſequitur vt Sacerdos volens vnica Miſſa ſatisfacere pluribus ſiue eiuſdem, ſiue diuerſæ rationis, & ſiue ab

eodem,

eodem, ſiue à diuerſis petitis elargitione iuſtorum ſtipendiorum, ſuæ obligarioni non ſatisfaciat, & norabilitet minuat fructum Miſſæ debitum petentibus commune Eccleſiæ bonum pro viuis, atque defunctis, quod ab iiſdem petentibus exquiritur, & honorem, & cultomDei, qui ab iiſdemmet procuratur: & ex his reiectæ maneur prima, & ſecunda ratio P. Marchini. Neque dictis obſtat *d. l. quicquid adſtringendæ*, quæ procedit, quando ex cómuni pręſumptione, & intelligentia verba ſtipulationis, quæ poſſunt habere diuerſos intellectus ſtrictiorē, vel minus ſtrictum, non accipiuntut ſecundùm ſtrictiorem, & ſtipulanti fauentem; ſecus ſi ex communi præſumptione, ſeu intelligentia ita acciperentur, *cap. ex litteris* 1. *de ſponſalibus*. vbi dicitur, quòd ſi alter contrahentium non intellexerit, quod alter propoſuit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterque verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolent rectè intelligentibus generare. hîc autem communis intelligentia (vt dixi) habet, quòd petens Miſſam, intendit obligate Sacerdotem ad id, quod eſt ſibi vtilius, quantum licitè poteſt; præterquam quòd Miſſa importat quemcunque fructum ex oblatiooe ſacrificij prouenientem, & ex communibus Eccleſiæ otationibus directè, vel indirectè, ac proinde qui Miſſam petit elargito congruo ſtipendio omnia petit, & ſtipulatur; vnde ſi Sacerdos expreſsè non delarauit ſe velle obligari ad vnum fructum tantùm ſacrificij, & non ad alium, neque ad orationes Eccleſiæ communes, neque ad dicendam Miſſam tantùm pro illo, tenetur Miſſam tantùm pro illo celebrare, & ita, vt illi Miſſa proſit, quocunque modo prodeſſe poteſt; & conſequenter tot Miſſas dicere, pro quibus iuſtas pitantias ab eodem, vel à
429. diuerſis habuit. † Præterea probatur hæc communis ſeotentia, & reiicitur contraria; nam Sacerdos ſtipendium congruum pro pluribus Miſſis eroganti bus plures Miſſas, vni vnam, alteram alteri, vel plures vni, illas diſtinctè eiuſdem, vel diuerſæ rationis poſtulanti promittit, alioqui Miſſas exquirentes alios Sacerdotes adirent, vt pluribus congruis ſtipendiis plures Miſſas haberent; ergo ſi poſtea tot Miſſas, quot fuerunt ſtipendia, non celebrat, Sacerdos onerofæ promiſſioni, & obligationi non ſatisfacit, & conſequenter grauiter peccat contra iuſtitiam commutatiuam, & omiſſas Miſſas reficere tenetur. Tettiò, ſi liceret à duobus hominibus Miſſas diuerſæ rationis petentibus accipere duo ſtipendia congrua pro vnica Miſſa applicando pro vno fructum impetrationis, alteri fructum ſatisfactionis, etiam ſi eadem perſoua pro duabus Miſſis diuerſæ rationis congruam mercedem dederit, vnica Miſſa poterit Sacerdos applicando illos binos fructus ad dinerſos fines (cùm minoris conditionis, & fructus eſſe non debeat, aot poſſit vna Miſſa ad ſatisfaciendum duabus diuerſæ rationis ab vno, quàm à diuerſis perſonis procuratis,) quod tamen non admittunt Auctores contrariæ ſententiæ, & manifeſtam contineret ioiuſtitiam; item non ſolùm duo ſtipendia, ſed tria, vel etiam quatuor liceret Sacerdoti accipere, & vna Miſſa omnibus ſatisfacere applicando diuerſos effectus ſacrificij ad diuerſos fines, puta, ſi vnus petat Miſſam de Spiritu ſancto ad aliquid impetrandum, alius Miſſam pro defunctis, vel remiſſione peccatorum, alius de ſanctiſſima Trinitate pro gratiarum actione, alius aliam Miſſam ad exhibeudum Deo ſupremum honorem per obligationem talis holocauſti, cùm tot effectus habeat ſacrificium Miſſæ, & ſint diuerſæ rationis; hoc autem non videtur admittere P. Marchinus, ſicut nullo modo admitti poteſt. † Quartò 430.
ſtipendium Miſſæ, (vt dicebatur ſuprà *num.* 425.) noo datur ob fructum ſacrificij applicandum, (id enim eſt ſpirituale, & ſimooia committeretur,) ſed in ſtipendium temporale ad ſuſtentationem Sacerdotis; ergo pro vna Miſſa oon licet abſque iniuſtitia accipere plura, ſed vnum tantùm ſtipendium congruum, ſcilicet taxatum lege, vel conſuetudine: neque iuuat dicere duo ſtipendia accipi pro duplici obligatione applicandi duplicem fructum diuerſis perſonis, qoæ obligatio eſt pretio æſtimabilis; nam primò, ſi velimus ſtipendium dari, & accipi pro obligatione, promiſſione, & miniſterio Miſſæ, (vt innuit Corduba *loco citato.*) ergo per vnicam oblationem ſacrificij, & vnicum miniſterium in vna Miſſa non ſatisfit multis obligationibus ex iuſtitia, & promiſſionibus particularibus ad plures Miſſas, ſeu plures oblationes, aut plura miniſteria, pro quibus Sacerdos ab vno, vel pluribus plura ſtipeodia accepit; ſecundò, illa ſimplex obligatio applicandi alterum ex dictis fructibus in eadem Miſſa, non eſt tanti momenti, vt debeat illi correſpondere integrum ſtipendium vnius Miſſæ. Tertiò ſi liceret accipere ſtipendium pro nuda, & ſimplici obligatione applicandi ſacrificij fructum abſque ſimoniæ labe, etiam ſi peconia daretur Prælato, vt applicaret, ſeo conferret beneficium mihi, vel alteri, non committeretur ſimooia, quia diceret Prælatus ſe accepiſſe pecuniam pro ſimpliei obligatione applicandi, non pro beneficio. Hunc autem Prælatum puto, quòd nemo excuſaret à ſimonia. Denique hanc communem ſententiam approbat, & contrariam reprobat, decretum Vrbani Octaui ſuprà *n.* 426. relatum, in quo Summus Pootifex decernit, & præcipit, vt abſolutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint. Et hæc in fauorem fidelium ſibi, vel aliis Miſſas procurantium, animarum purgatorij, & ampliationem diuini cultus, pro nunc ſatis ſint. Proſequamur alia corollaria, quæ inferuntur ex doctrina in hoc eodem paragrapho vigeſimoquinto, & etiam in præcedentibus tradita.

SVMMARIVM.

431 *Omnem opinionem, quam tutò ſectari poſſumus in ſalute, an etiam in articulo mortis ſequi liceat. Affirmatiua.*

432 *Negatiua.*

433 *In articulo mortis quando agitur de neceſſariys ad ſalutem, ſequenda eſt via certa, relicta probabili, ſeu incerta.*

434 *Quando ſunt tantùm opiniones probabiles oppoſita de eadem re, quamlibet licet ſequi, tam in morte, quàm in vita, ſeu ſalute.*

435 *Contrarium.*

Si alicui infideli manifeſtò appareat probabilior, & credibilior fides, ſeu Religio orthodoxa, quàm omnes aliæ ſectæ, an teneatur illam intellectu amplecti tam in articulo mortis, quam extra, ibid. ad 439.

Fides noſtra quandónam cenſeatur ſufficienter propoſita, vt præceptum fidei obliget ad illam amplectendam, ibid.

440 *Omnem opinionem ſpeculatiuè probabilem, eſſe etiam probabilē practicè intrinſecè aſſerit vna ſententia.*

441 *Econtra verò non omnem probabilem practicè eſſe probabilem ſpeculatiuè.*

442 *& aliquam opinionem poſſe eſſe ſpeculatiuè probabilem,*

bilem, & etiam practicè intrinſecè, quæ ab extrinſeco ſit improbabilis ſpeculatiuè, & practicè.

444 *Eadem ſententia aſſerit opiniones Duareni, Cuiacy, Donelli, Antony Fabri, & aliorum, quæ ſpeculatiuè probabiles iudicantur, tutò etiam in iudicys adhiberi poſſe, niſi ex ſtylo conſtituente ius vetitum ſit, & num.445.*

446 *Alia ſententia dicens omnem opinionem ſpeculatiuè probabilem, eſſe etiam practicè, quando eſt menſura, & regula operandi, ſecus ſi ſit obiectum electionis.*

447 *Sententia communis abſolutè docet non omnem opinionem ſpeculatiuè probabilem eſſe ſemper practicè probabilem, ſeu poſſe tutò in praxi amplecti.*

448 *Principium illud, quòd quilibet in operando poſſit ſe conformare opinioni probabili, non rectè poteſt omni caſui, ſed videndum an illi aduerſetur maius ius, ſeu aliud principium fortius obligans.*

Procedit ſemper dictum principium, vbi opiniones ſunt de præciſa honeſtate, vel turpitudine operationis, nec conſiderari poteſt aliud inconueniens, aut periculum damni imminens nobis, vel proximo, ex charitate, vel iuſtitia vitandum, ſeu præcauendum, ibid.

449 *Mulier quinquagenaria an excuſetur à ieiunio.*

An in articulo mortis liceat ſequi omnem opinionem probabilem, quam in ſalute, & extra illum articulum ſectari tutò poſſumus. vbi an infidelis, cui probabilior, & credibilior manifeſtò apparet orthodoxa, quàm aliæ ſectæ, teneatur illam amplecti tam in articulo mortis, quàm extra.

431. ITaque ex dictis hoc eodem paragrapho inferri poteſt, quid dicendum ad illam difficultatem, an opinionem probabilem, quam poſſumus extra articulum mortis ſequi, liceat etiam ſequi in articulo mortis, quam difficultatem ſub iis terminis proponit P.Diana *p.1.tract.13. reſol.9.* & reſoluit affirmatiuè ex ſententia Ioannis Sancij *in ſelect.diſp.19.n.8.* vbi ait, quòd opinio, quæ in ſalute ſecuram reddit conſcientiam ad operandum, vel non tutam, quoque reddit in articulo mortis, cùm in vtroque tempore æqualiter conſtringatur homo Deum non offende-
432. re. † Sed dicendum, in articulo mortis non ſemper licere ſequi opinionem, quam extra illum articulum in ſalute, ſeu vita ſequi poſſumus. probatur ex dictis, nam pœnitens extra articulum mortis poteſt licitè vti opinione probabili aſſerente attritionem cognitam eſſe diſpoſitionem ſufficientem ad valorem, & effectum abſolutionis ſacramentalis, & ita cum ſola attritione cognita accedere ad ſacramentum Pœnitentiæ, & recipere abſolutionem, vt oſtenſum eſt ſuprà *n.344.* & tradunt Doctores mox allegandi; quod tamen non licet in articulo mortis, in quo ſi poſſit habere contritionem, tenetur ſub mortali illam procurare, vt probatum eſt ſup. *n.343.* & docent Suarez, Sanchez, Salas, Zambranus, Leſſius, Granado locis *d.n.345.* allegatis. & idem Ioannes Sancius *d.diſp.19. citato, num.8. fine.*

433. Quo *num.* 8. non reſoluit abſolutè in articulo mortis nos poſſe ſequi omnem opinionem probabilem, quam extra illum articulum licet ſequi; ſed diſtinguit iuxta tradita ex eius ſententia ſupr. *n.322.* quia aut de eadem re ſpectante ad ſalutem, ſunt tantum oppoſitæ opiniones, quarum vna eſt probabilior altera, aut pro vna parte ſtat opinio, & pro altera ſententia certa; igitur ſi circa eandem rem verſentur opinio, & ſentẽtia certa, docet idem Sancius, quando ex omiſſione ſententiæ certæ nobis, vel aliis euenire poteſt graue damnum; & ex vſu opinionis nullum magnum vitatur nocumentum, tunc ratione charitatis nos teneri certam ſententiam ſequi, (prout etiam latè ſuprà oſtenſum eſt,) & ita pœnitentem exiſtentem in articulo mortis conſcium ſibi culpæ mortalis teneri ſub mortali curare contritionem, dum ſacramentum Pœnitentiæ ſuſcipit: quia eſtò probabilis ſit opinio cenſens attritionem agnitam ſufficere, id tamen non eſt certum, ſed ſub opinione, & dubio, in extremis verò media dubia omittere, & certa adhibere tenemur ex præcepto charitatis erga nos ipſos, non autem in aliis temporalibus. † At ſi 434.
circa eandem rem verſentur tantùm opiniones, quarum vna ſit probabilior altera, ſeu fiat comparatio vnius opinionis probabilis ad alteram oppoſitam probabiliorem, tunc affirmat quamcunque opinionem, quam ſequi poſſumus in ſalute, licere amplecti in articulo mortis; vnde ſicut extra articulum mortis licet ſequi opinionem probabilem, & minus tutam relicta probabiliori, & ſecuriori, ita etiam eandem minus probabilem, & minus ſecuram poſſumus in articulo mortis amplecti: & hoc idem ſentiunt etiam Caſtrus Palaus *tom.1.tract.4.diſp.1.puncto 12.n.14.* & Paſqual. *dec.27.* & probatur ab eodem Sancio, & Palao, tum quia ex opinionibus probabilibus, (quoties aliter non ſuadeat præceptum charitatis erga proximum,) licitum eſt ſequi quamlibet etiam minus probabilem, vt in præcedentibus latè oſtenſum eſt, cùm quælibet eo ipſo quod eſt, & cenſeatur probabilis, ſit conformis rationi, & conſequenter apta regula dirigendi operationes noſtras, & qui eam ſectatur, prudenter agat: tum quia inter opiniones probabiles vna non eſt ſecurior altera quoad imputabilitatem culpæ, vt etiam ſuprà declaratum eſt; nam ſuppoſito quòd operans iuxta quamlibet operetur conformiter rationi, & prudenter, & conſequenter nullum committat peccatum, non magis ſecurus erit operans ex vna, quàm ex alia opinione. Tum demum, quia in neceſſariis ad ſalutem tenemur quidem eligere media certa, non autem quæ ſub dubio, & opinione verſantur, num certa ſint, vel non, & cogimur ſequi ſententiam certam, relicta dubia, ſeu probabili tantùm, non verò probabiliorem, ſeu probabiliter tantùm ſecuriorem, ſed ſufficit ſi probabilem, & ſecuram ſectemur, præſertim cùm etiam opinio, quæ videtur probabilior, & ſecurior, poſſit continere errorem, & à parte rei eſſe falſa.

Quamuis oppoſitum, & in articulo mortis ali- 435.
quando conſtringi hominem amplecti opinionem ſecuriorem, ſeu probabiliorem relicta minus probabili, quam extra illum articulum, eſt licitum ſequi, docuerint Sanchez *lib.2.ſumm.cap.1. num.6.* & Ioannes Malderus *1.2.queſt.2.art.7. in fine.* vbi licèt extra mortis articulum affirment teneri hominem infidelem præcepto fidei amplecti fidem Catholicam, & Euangelium, ſeu myſteriis fidei noſtræ aſſentiri, ſolùm quando euidenter credibilia appareant, ſeu de eorum credibilitate conuincatur ex ſufficienti eorum propoſitione, quæ quandonam ſit ſufficiens, prudentis arbitrio relinquatur; nihilominus in vniuerſum iuxta Doctores communiter cenſetur ſufficiens, & moraliter euidens propoſitio, quando fides, ſeu religio Chriſtiana talibus rationibus, congruentiis, vitæ ſanctitate, errorum contrariorum confutatione, conſenſione tot hominum per tot ſæcula vitæ probitate, & ſapientia præſtantium, & ſignis, ſeu miraculis aliquibus ita confirmatur, vt ratio ipſa præſcribat res fidei, & Chri-

ſtianæ

ſtianæ religionis eſſe credendas, & contrariam ei
ſectam eſſe falſam, vt in terminis Fagundez *in De-
calog.lib.1.cap.1.num.7.* & Villalobos *p.2.ſum.tract.1.
diff.2.num.2.* & colligitur ex S.Thoma 2.2.*quæſt.16.
art.4.* Arragone *ibidem*, Valentia *ibidem diſp.1.q.2.
part.5.* Azorio *part.1.lib.8.cap.27.quæſ.8.* Sanchez *d.
num.6.* Vaſquez 1.2. *quæſt.76.art.2.diſput.120.cap.5.
initio*, & aliis à Sanchez, & Fagundez relatis,) &
negent teneri, quando proponuntur, & apparent ei
myſteria fidei, & Chriſtianæ religionis, non vt eui-
denter credibilia, ſed vt credibiliora, & probabi-
liora, quàm myſteria ſuæ ſectæ, quæ tamen adbuc
illi probabilia & credibilia videntur, (cuius contra-
rium docuerunt Bannez 2.2. *quæſt.10. art.1. concl.3.
& 4.* Ledeſma *tom.2.ſum.cap.5. concl.5.& 6.* & Lay-
man *lib.2. tract.1. cap.10. num.3.* aientes tunc etiam
cenſeri ſufficienter propoſitam fidem, vt ſtatim
obliget præceptum fidei ad credendum, quoties
Religio Chriſtiana ob rationes, congruentias, &
alias notas ſuprà enumeratas credibilior, ſiue pro-
babilior, quàm aliæ ſectæ, apparet, licèt non eui-
denter,) nihilominus exiſtimant in articulo mortis
eſſe obligatum amplecti veram fidem, quam pro-
babiliorem iudicat, & rationem diſcriminis affe-
runt, quòd in articulo mortis agitur de extrema ſa-
lute, quæ non eſt periculo exponenda, ac proin-
de oportet amplecti partem tutiorem, cùm ſaluti
animæ debeamus in extremis ſaltem prouidere
meliori, ac ſecuriori via, qua poſſumus, nec tunc
ſuperſit tempus diligentiùs examinandi rem: at ex-
tra articulum mortis non tenetur probabiliorem
partem ſequi, & ſectam ſuam cum Religione Ca-
tholica commutare, quia adbuc prudenter exiſti-
mat, ſe perſiſtere poſſe in ſua ſecta, quæ probabi-
lis illi apparet, (licèt altera probabilior,) & tem-
pus rei exactiùs examinandæ, & veritatis magis
436. cognoſcendæ ſuperſit. † Quam tamen diſcriminis
rationem reiiciunt Ioannes Sancius, & Palaus *vbi
ſuprà*, vbi tenent etiam in articulo mortis non ob-
ſtringi hominem infidelem ſuam ſectam, donec illi
videtur probabilis ſiue ex principio intrinſeco, ſci-
licet, per rationes probabiles, ſiue ex extrinſeco,
nempe, ob auctoritatem Doctorum, ſeu ſapientum,
licèt orthodoxa probabilior illi videatur, atque
ita tam in articulo mortis, quàm extra illum non
eſſe obligationem amplectendi fidem propoſitam
intra terminos tantùm probabiles, ſed ad obliga-
tionem credendi, & amplectendi illam requiri, vt
proponatur vt euidenter credibilis. reiiciunt, in-
quam, argumentis ſuprà *num.434.* adductis, & præ-
ſertim quòd in neceſſariis ad ſalutem animæ ſo-
lùm certa media adhibere teneamur, non verò du-
bia, & ſub opinione tantùm, quæ & ipſa à parte
rei poteſt eſſe falſa; quòd verò in articulo mortis
non ſuppetit tempus amplius rem examinandi,
hoc, (ait Palaus *num.14. fine*,) non efficit, vt conſur-
gat obligatio deſerendi viam ſecuram, & ample-
ctendi ſecuriorem, ſed ſolùm, quòd pro opportu-
nitate temporis res diligentiùs debeat examinari.
Addit Palaus quòd fides propoſita ſolùm ſub pro-
babilitate quòd ſit credibilis, non infert hominem
eſſe obligatum credere, ſed ſolùm, eum poſſe cre-
dere, quia ad obligationem inducendam requiri-
tur, vt cognoſcatur fides ita eſſe digna creditu, vt
nulla ratione contrarius error dignus creditu ap-
pareat; quia dum contrarius error dignus credi-
tu inuenitur, non tenetur homo illum deſerere, at-
que adeò nec fidei aſſentiri, & conſequenter vt
homo infidelis teneatur fidem amplecti, debet
conuinci de falſitate ſui erroris, & de veritate fidei
amplectendæ. Subiungit Palaus confirmationem,
nam ſi fideli ex ignorantia proponeretur hæreſia
aliqua, vt magis probabiliter credibilis, nemo di-
ceret teneri fidem deſerere, & illi aſſentiri; ergo
neque etiam infidelis tenetur fidei veræ ſub ea-
dem probabilitate propoſita aſſentiri, & huius ſen-
tentiæ videntur eſſe S. Thomas, Arragon, Valen-
tia, Azorius, Vaſquez, Fagundez, Villalobos locis
ſuprà *numer.435.* relati, & alij relati à Fagundez,
Sanchez *dict. cap.1. num.5.* qui abſolutè, & abſque
vlla diſtinctione aiunt hominem infidelem teneri
amplecti fidem orthodoxam, & Euangelij, ſolùm
quando illi ſufficienter proponitur, & tunc ſuffi-
cienter proponi, quando rationibus, congruentiis,
vitæ ſanctitate, errorum confutatione, & ſignis,
ſeu miraculis ita declaratur, & confirmatur, vt ra-
tio ipſa dictet res fidei eſſe credendas, & contra-
rias ſectas eſſe falſas. † Neque dictis obſtant, in- 437.
quit Palaus, duo fundamenta Bagneris, & Ledeſ-
mæ, ſcilicet, quòd in mediis ad ſalutem neceſſa-
riis homo debet ſectari viam ſecuriorem, ne ſe ex-
ponat periculo errandi, & quòd eſto liceat ſequi
opinionem probabilem, relicta probabiliori, quan-
do eſt opinio probabilis iuris, non tamen licet,
quando eſt facti, vt contingit cùm quis à longè
hominem videt, quem probabiliter exiſtimat eſſe
feram, licèt æquè probabile ſit eſſe hominem, &
feram, non tamen eſt probabile eum poſſe ad il-
lum ſagittam immittere, quia prior probabilitas
eſt facti, non iuris; & ita quamuis probabile ſit
alicui infideli ſuam ſectam eſſe bonam, quia ta-
men probabilius eſt fidem ſibi propoſitam eſſe me-
liorem, probabile non eſt eum ſuæ ſectæ poſſe ad-
hærere, & fidem relinquere. Nam ad primum re-
ſpondet, vt ſuprà *num.434.* ſcilicet etiam in neceſ-
ſariis ad ſalutem non eſſe neceſſe eligere viam tan-
tùm probabiliter ſecuriorem, ſed ſufficere ſi eliga-
tur ſecura, præſertim cùm & probalior poſſit er-
rorem continere. Ad ſecundum reſpondet, verum
eſſe ex probabilitate facti non ſequi ſæpè proba-
bilitatem iuris, quando nempe probabilitas iuris
non fundatur in probabilitate facti, vt in caſu ad-
ducti argumenti; at quando probabilitas iuris fun-
datur in probabilitate facti, tunc ait Palaus ex
probabilitate facti probabilitatem iuris inferri; de-
clarat rem exemplo, videlicet, alicui probabile eſt,
pallium, quod poſſidet, eſſe ſuum, & eſt etiam illi
probabilius eſſe Titij; non ideo tamen tenetur re-
linquere Titio, ſed poteſt ſecurè poſſidere; ſic
in præſenti, inquit, eſt probabile infideli veram
religionem habere; quare licèt ei probabilius ſit
oppoſitum, non videtur obligandus errorem de-
ſerere.

Cæterùm prædictis non obſtantibus ſi, (vt in- 438.
quit Layman *d. num.3.*) facta diligenti inquiſitione
per exactam examinationem, & collationem argu-
mentorum vtriuſque partis, Religio noſtra ortho-
doxa ob notas veræ religionis, ſiue argumenta, qui-
bus illam Deus illuſtrauit, nempe ſigna, ac miracu-
la, conſenſionem tot hominum per tot ſæcula in-
ſigni vitæ probabilitate, & ſapientia præſtantium,
adiunctis rationibus, congruentiis, & errorum re-
futatione credibilior, ſiue probabilior, quàm aliæ
omnes ſectæ alicui homini clarè appareat; tunc
vix mihi poſſum perſuadere, quòd ſi exiſtat in
articulo mortis, non obligetur ad fidem veram am-
plectendam relicta ſua ſecta, quia ſicut charitas
ſui ipſius in tali articulo illum obligat ad certa
media ſuæ ſalutis, ita profectò videtur obligare ad
media, quæ manifeſtò ei apparent ſecuriora, & cer-

tiora, & ſi ils relictia, minus ſecura eligat, neſcio an tunc poſſit dici habere veram chatitatem erga
439. ſe ipſum, & prudenter agere. † Immò non diſplicet opinio Bagnetis, Ledeſmæ & Layman, aſſerentium etiam eatra articulum mortis talem hominem fore obligatum deſerete ſuam ſectam, & orthodozam fidem amplecti, quaſi tunc ſit illi ſufficienter propoſita: quod confirmat Layman, quia ratione naturali manifeſtum videtur, & ferè ea terminis notum illam Religionem præ aliis acceptandam, ſeu credendam eſſe, quæ præ aliis veriſimilior eſt. Quare ad rationem Sanchez, & aliorum reſpondet cum Bagnetio quòd licèt tali homini ſua Religio ſpeculatiuè probabilis adhuc videatur, practicè tamen, ſcilicet, in ordine ad operationem, vt eam retinere, aut ſectari licitum ei ſit, non poteſt videri probabilis, dum altera poſt factam præfatam diligentiam, & ob prædicta argumenta, & ſigna probabilior, & credibilior apertè apparet, & iudicatur, ſed imò potiùs in ordine ad praaim, vt eam amplecti, aut retinere poſſit, nihil probabilitatis habet, cùm euidens videatur illam Religionem aliis relictis acceptandam eſſe, quam Deus maioribus notis, ſeu argumentis illuſtrauit, & ornauit. Neque in hoc caſu, addit Layman, talis homo poteſt, aut debet rem iterum diligenter eaaminare, ſeu conſiderare; ſed ſi omnibus diligenter conſideratis Religio, ſeu fides orthodoaa ipſi probabilior, & veriſimilior ob extrinſecas notas, ſiue argumenta clarè appareat, tunc dicendum prudentiam euidenter dictare talem Religionem, ſeu fidem intellectu acceptandam eſſe per piæ voluntatis inclinationem, adiutam lumine ſuper naturali, ac Spiritus ſancti cooperatione, per quam fidei actus firmiſſimus, & omninò indubitatus fiet. Ac proinde licèt fortaſſe talis homo formidet, aut dubitet de veritate fidei noſtræ, antequam eam acceptauit, nihilominus quando eam voluntariè acceptat cooperante Spiritus ſancti gratia, tunc nullo modo hæſitat, aut dubitat, cùm actus fidei ſit aſſenſus intellectus, cum firmiſſima eiuſdem intellectus adhæſione. ita Layman cum Bagnete & Ledeſma, per quæ videntur remanere diluta omnia in contrarium obiecta, vel dilui, ac relici poſſunt: quod an ita ſit, lector conſideret, & melius iudicium ferat.

Vtrùm omnis opinio ſpeculatiuè probabilis, ſit etiam probabilis practicè, ſeu tutò praxi amplecti poſſit.

440. DEnique ex dictis in hoc eodem paragrapho colligi poteſt reſolutio alterius controuerſiæ, an ſcilicet omnis opinio ſpeculatiuè probabilis, ſit etiam practicè, id eſt, in praxi tutò amplecti poſſit. quam controuerſiam affirmatiuè reſoluit Ioannes Sancius *in ſelectis diſputat.* 44. *num.* 63. 64. *&* 65. *&* *diſp.* 54. *num.* 11. id probans, quod inintelligibile videatur aliquam opinionem eſſe ſpeculatiuè probabilem, & in praxi tutò amplecti non poſſe, ſiquidem probabilitas practica à ſpeculatiua oritur, & differt ſolùm tanquam effectus à ſua cauſa; etenim id, quod quis operatur iuſtè, vel iniuſtè, ab eo naſcitur, quod ſcilicet ſpeculatiuè iudicauit poſſe agi licitè, vel illicitè, cùm cognitio ſpeculatiua dirigat voluntatem ad opus, vt conſtat ea dictis ſuprà *num.* 12. 13. *&* *num.* 67. Quare qui iudicat ſpeculatiuè aliquid licitè operari ſe poſſe propter rationes probabiles, id tutò exequi poterit, aliàs inutilis foret illa ſpeculatio probabilis, ſi ad opus eſſet impedita. Confirmat Sancius, quia opinio probabilis ſpeculatiua in rebus moralibus praxim tanquam obiectum reſpicit, vt tradit Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſputat.* 41. *num.* 5. & dictum eſt ſupra *num.* 6. *fine*, & licèt, ſubdit Sancius *dict. num.* 11. in ſcientiis vna ſit ſpeculatiua, & non practica, qualis à pluribus exiſtimatur Theologia, id in opinionibus probabilibus nequit contingere, nam quæ eſt ſpeculatiuè probabilis, & practicè etiam probabilitatem habere debet, cùm obiectum ſpeculatiuæ ex dictis ſit opus; obiectum verò ſcientiæ ſpeculatiuæ tantùm eſt rem per cauſas cognoſcere, non verò opus.
† Addit idem Sancius *dicto num.* 11. *&* *n.* 65. è con- 441.
tra poſſe dari aliquam opinionem non eſſe tam ſpeculatiuè, quàm practicè probabilem per principia intrinſeca; eſſe verò probabilem practicè per principia extrinſeca, ſcilicet ob auctoritatem aliorum Doctorum oppoſitum conſentientium eius, quod à nobis eſt ſpeculatiuè iudicatum; ac proinde valere, omnem opinionem ſpeculatiuè probabilem, eſſe quoque practicè probabilem, non tamen omnem practicè probabilem, eſſe quoque ſpeculatiuè in-
trinſecè probabilem. † Notat autem *dicto num.* 65. 442.
poſſe contingere, opinionem, quæ ſpeculatiuè probabilis eſt intrinſecè, & conſequenter probabilis practicè intrinſecè, eſſe ab extrinſeco improbabilem ſpeculatiuè, & practicè ſimul, quatenus videlicet per aliquam legem vetitum ſit, vti tali, vel tali opinione, ſicut illa forma, *Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & procedentis ab vtroque*, præceptum eſt ab Eccleſia, quòd nullus vtatur, & à Clemente Octauo quòd Sacerdoti abſenti fiat confeſſio, & ab eo abſente impertiatur abſolutio ſacramentalis, quamuis, inquit, hæc opinio habeat ſuam intrinſecam probabilitatem, quam non poteſt Papa auferre, niſi definiat de fide oppoſitum illius, quod aſſerit opinio eſſe verum; etenim tunc iudicium de probabilitate opinionis non erit probabile, ſed certè, & infallibiliter erroneum.

Ex quibus *dict. num.* 11. idem Ioannes Sancius li- 443.
cèt cum Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſput.* 37. *num.* 17. exiſtimet fœminas non excuſari à ieiunio niſi ſexagenariam habeant ætatem, reprehendit tamen eundem Sanchez, & ait eſſe ſibi contrarium, quatenus dicit non eſſe damnandum amplectentem opinionem à ieiunio fœminas quinquagenarias excuſantem, eo quòd ipſæ debilioris complexionis ſint, quàm viri; addit tamen, quòd licèt hæc opinio ob illam rationem ſit, ſpeculatiuè loquendo, probabilis, in praxi tamen non eſſe tutam, nam, inquit, ex probabilitate ſpeculatiua ſequitur vti effectus, probabilitas practica, ex dictis.

Secundò *d. diſp.* 49. *num.* 63. ait, decipi plures Iu- 444.
riſperitos, qui non ſunt auſi in praxi ſectari opiniones Duareni, Cuiacij, Donelli, Antonij Fabri, & aliorum, appellantes illas opiniones ſolùm theoricas, & non practicas, tantúmque ad ſcholarum ludum vtiles, minimè tamen ad iudicandum in praxi; etenim ſi talium Doctorum opinio ſpeculatiuè probabilis iudicatur, etiam in praxi iuxta dicta tutò poterit amplexari: immò fortè meliùs (ſubdit) quàm aliorum non tam theoricè ſapientum, nam illi, qui theoricè rem pleniùs examinant, & fundamenta diſcutiunt, meliùs quoque regulam ad operandum demonſtrabunt, alioqui nihil prodeſſet alicui rem eaactiùs, & meliùs percipere, niſi ad operandum certiorem conſtitueret regulam. Neque, addit, vſui opinionum præfatorum Doctorum, obſtare debet, quòd magis communiter Iuriſperiti illas non amplexentur, nec iudices iuxta tales opiniones

niones iudicent, qoia id non inducit oeceſſitatem aliis, vt contra illorum theoricorum doctrinam teneantor iudicare, cùm præſertim præſumendum ſit plutes iudicum, & Iuriſperitorum contra talium theoricorum ſeotentias iudicantium, id agere, quia ex propoſito eorum Doctorum ſeotentias non diſcuſſere, ſed vnus alterius veſtigia tanquam greges
445. ſequitur. † Admonet tameo *num.*64. quòd ſi eueniret in ſupremo aliquo conſilio, ſeu ſenatu ex facultate Regis, ſeu Principis eſſe expreſsè iuſſum ſtylum oppoſitum doctrinæ prædictorum Auctotum; eſſet ſemper ſeroandus, nec poterit tunc iuxta eorum ſententias iodicari: etenim ex quouis oouum poſitiuum conſtitutum eſt contra illorum doctrinam, deſinit iam probabilitatem habere; quemadmodum poſt Concilium Tridentinum aliquas opiniones Sylueſtri, Angeli, Armillæ, & aliorum antiquorum non licet ſequi, cùm antea liceret. Neque quòd ſupremi Conſiliarij non vtantur prædictis opinionibus Duareni, & aliorum, conſuetudinem, ſeu legem prohibentem talium Doctorum opinionibus vti inducit, quia ad id expreſſa lea neceſſaria eſt, qua præcipiamt in iudiciis, ſeu ferendis ſententiis illotum doctrinam non poſſe ſectari. Hæc Ioannes Sancius. Quæ amplexi ſunt Diana *p.*3.*tract.*13. *reſolut.*5.*&* 12. & Paſqualigius *deciſ.*26. *&* *deciſ.*362. vbi confirmat ſemper eſſe licitum vſum opinionis ſpeculatiuæ probabilis, quia opinio confotmis rectæ rationi eſt licita, & omnis opinio probabilis ideo dicitur probabilis, quia eſt conformis rationi, ſcilicet, cui prudenter, & propter rationes probabiles, ſeu motiua rationi conformia aſſeotimur. & in fine *dicta deciſ.*362. ex eo quòd probabilitas practica ſequitor vt effectus, ea probabilitate ſpeculatiua infert, quando Doctores aiont aliquam opinionem eſſe ſpeculatiuè probabilem, non tamen & ſe reducendam ad praxim; ſi in reductione ad praxim reperitur aliquod inconueniens, ſignum eſſe, quòd neque ſpeculatiuè ſit verè probabilis, quia, inquit, illud ipſum inconueniens, ob quod non eſt practicè probabilis, deriuat ea eo, quod neque ſpeculatiuè eſt talis, quamuis in eſſe ſpeculatiuo non agnoſcatur.
446. † Et fortè ad occurrendum inſtantiæ, quòd in aliquibus caſibus apparet opinionem alioqui ſpeculatiuè probabilem in praxi eſſe deſerendam, ſeu iuxta eam non licere operari, vt non poſſe conferri Baptiſmum in digito extra extremam neceſſitatem, adhiberi medicamentum probabile infirmo, quando certum, vel ſecurius adhiberi poteſt, & poſt auditam confeſſionem pœnitentis Confeſſarium non poſſe illi negare abſolutionem, ſequendo propriam opinionem probabilem, ſi pœnitens etiam pro ſe habeat opinionem probabilem, etiamſi ſit minus probabilis opinione Confeſſarij: idem Paſqualigius *d.deciſ.*26. ait, diſtinguendum eſſe inter opinionem, quando eſt menſura, & regula operandi, & inter opinionem, quando tranſit in obiectum electionis, nam primo modo ſe tenet ex parte operantis, tanquam dictamen, ſeu regula, cui conformanda eſt operatio: poſteriori autem non eſt amplius regula operandi, ſed id, circa quod verſatur operatio, ſeu electio, & ideo non poteſt amplius dirigere operationem, ſed opus eſt alia regula, ſeu opinione, qua dirigatur; igitur præfatam doctrinam, quòd opinio probabilis ſpeculatiuè ſit etiam practicè, ſeu in praxi poſſit amplexari, ait procedere, & eſſe ſemper veram, quando opinio ſe habet vt regula operandi, nec tranſit in obiectum electionis, quia ſi in genere, ſeu in vniuerſali probabile eſt aliquid licere, ſeu licitum eſſe operari, etiam in particulari erit probabiliter licitum, ob rationes à Sancio allatas. Quòd ergo in aliquibus caſibus non liceat ſequi opinionem probabilem, ait Paſqualigius, euenire, quia tunc opinio probabilis non ſe tenet vt menſura ex parte operantis, ſed tranſit in obiectum electionis, & non adeſt opinio probabilis, quæ ſit menſura operandi, quòd liceat ipſam eligere; atque ita licèt adſit opinio probabilis, quòd aliqua materia vltra certam ſit ſufficiens pro Sacramento, aut quòd aliqua forma ſit ſufficiens forma, non tamen adeſt opinio probabilis, quòd extra caſum neceſſitatis poſſit adhiberi illa materia, vel forma, & ſi adeſſet opinio probabilis, quòd poſſet adhiberi, eſſet etiam licitum operari iuxta talem opinionem: ſimiliter ſi adeſt opinio probabilis quòd Confeſſarius non teneatur abſoluere pœnitentem iuxta propriam ipſius opinionem, poterit nolle ſe conformare in abſoluendo opinioni pœnitentis; ſi verò non adeſt talis probabilis opinio, debebit abſoluere conformando ſe ſe opinioni pœnitentis, non quòd non poſſit ſequi propriam opinionem contra opinionem pœnitentis, ſed ſolùm quòd propria opinio in illa operatione non poſſit eſſe obiectum electionis, quia non adeſt opinio probabilis, ſecundùm quam poſſit eligi. hæc Paſqualigius; ea quibus tamen apparet reipſa ipſum admittere dari opinionem probabilem ſpeculatiuè, iuxta quam non liceat operari.
† Ideo approbanda eſt ſeotentia aſſerens poſſe ali- 447.
quam opinionem eſſe ſpeculatiuè probabilem, non tamen practicè; ſcilicet, non licere eam in praxi amplecti, ſeu ſecundùm eam operari, quam ſententiam tenent communiter Doctores, ita in terminis Sanchez *d.diſp.*32. *num.* 17. *fine.* Suarez *de legibus lib.*5. *cap.*18.*num.*20. Coninch *de Sacram. diſp.*34. *num.*92. Breſſetus *de conſcientia lib.*3.*cap.*7.*num.* 90. Layman *lib.*2.*cap.*10.*num.*3.*verſic. ſed hac non obſtant.* Granado *t.*1.*tract.*11.*diſp.*4.*num.*32. Azorius 1.*p. lib.*2.*c.*9. *verſic. Deinde,* Villalobos 1.*p ſum.tract.*1. *diff.*4.*n.*11. & alij relati à Paſqualigio. eandem ſententiam approbant Bannes, Becanus, Aluarez, Reginaldus, Gordonus locis ſuprà *num.*396. allegatis, quatenus aſſerunt, quando opiniones probabiles ſunt de non præciſa honeſtate actus, ſed de facti natura, & conditione, aut modo, damnóve inſequente, non eſſe licitum in praxi ſequi opinionem etſi aliàs probabilem, quando ex eius vſu timeri poteſt aliquod periculum, aut damnum, quod ex iuſtitia, vel charitate teneamur vitare, ſi poſſimus vti ſententia certa, ex cuius vſu nullum ſequi poteſt damnum. Eandem approbant alij Doctores relati *num* 317. dum affirmant in adminiſtratione Sacramentorum non licere ſequi opinionem probabilem circa formam, aut materiam, aut iuriſdictionem, ſed oportere ſequi ſententiam certam, & hac deficiente probabiliorem, ſecurioremque reſpectu effectus, & valoris Sacramenti: eandem etiam affirmant alij Doctores ſuprà *num.*318.*&* 339. relati, quatenus aſſerunt in eadem adminiſtratione Sacramentorum non eſſe licitum vti materia, aut forma iuxta opinionem probabilem ſolùm ſufficienti ad valorem Sacramenti, relicta forma, aut materia certa, ſi inde aliquod damnum ſuſcipienti Sacramentum immineat, inter quos Doctores enumerantur etiam Ioannes Sancius, & Diana. eandem approbant idem Ioannes Sancius, & Vazquez, & alij Doctores ſuprà *num.*395. relati, & plures ea relatis *num.*394. quatenus docent, licèt ſit probabilis opinio docens Miſſæ ſacrificium, quoad fructum ſatisfactionis pluribus applicatum tantum prodeſſe ſingulis, ac ſi vni tantùm applicaretur, non ideo tamen Sacer-

dotem, qui pro ſtipe, aut alio Iuſtitiæ titulo alicui applicare tenetur, licitè poſſe illa vti, ſeu in praxi ſequi præfatam opinionem, & applicare idem ſacrificium pro aliis, ſiue ex liberalitate, ſiue ob aliud ſtipendium acceptum: eiuſdem ſententiæ nportet ſint omnes Doctores relati *num.* 261. 282. *&* 286. aſſerentes ſubditum contra propriam opininnem probabilem, quòd res à ſuperiore impetata ſit illicita, vel vltra limites authoritatis, aut quòd ſuperior præcipiens non ſit legitimus, non poſſe in praxi ſequi talem opinionem, ſed teneri obedire Prælato præcipienti. Demum eadem ſententia conſtat

448. ex dictis ſuprà *num.* 147. † Et ex ibidem, & in præcedentibus locis modò allegatis, & ex his, quæ habet Suarez *dicto cap.* 18. *num.* 20. *fine.* Probatur, quia illud principium commune de vſu opinionis probabilis, ſcilicet, quòd quilibet in operando poſſit ſe conformare opinioni probabili, non rectè applicari poteſt omni caſui, cùm quandoque illi aduerſetur maius ius, ſeu reſiſtat aliquod principium dignius, & fortius, puta, vel illud vniuerſaliſſimum dictans eſſe impediendum damnum proximi, quando poſſumus, deducto ex alio principio vniuerſaliori, *diliges proximum ſicut te ipſum.* aut illud, *ius alterius non eſſe lædendum, ſeu violandum*, vel *non eſſe exponendum proximum periculo alicuius momenti, quod ex iuſtitia ab eo auertere tenemur*, & ſimilia. Igitur opinio probabilis ſpeculatiua de facto, ſiue de facti natura, ſeu qualitate materiæ, vel de cauſis, aut effectibus eius, damnóve inſequente explicata ſuprà *num.* 314. non ſufficit ad licitum vſum eius in praxi, quando in cæteris non eſt æqualitas, vt quando in re ipſa ſemper ſubeſt periculum præiudicij notabilis proprij, vel tertiæ perſonæ, quod imprudenter ſuſcipitur, cùm illud ex charitate, vel etiam ex iuſtitia teneamur, & poſſumus ſine magno incommodo euitare, vel in vniuerſum, quando ſit contra aliquod maius ius. Quòd ſi opinio probabilis ſpeculatiua ſit de iure, nempe de præciſa honeſtate operationis, quòd nimirum, operatio ſit licita, & minimè prohibita aliqua lege, ſeu aliquid effici, vel omitti poſſit licitè, & abſque culpa, nilque aliud mali, aut inconuenientis timeri poſſit, quam periculum tranſgreſſionis materialis alicuius præcepti naturalis, diuini, aut humani, tunc ea ſemper poteſt adhiberi tutò in praxi, vt dixi ſuprà *eodem num.* 314. & in huiuſmodi opinione probabili ſpeculatiua habent locum omnia tradita à Ioanne Sancio, & Paſqualigio, ſcilicet, quòd à probabilitate ſpeculatiua oritur ſemper practica probabilitas, & quòd ex eo, quòd quis probabiliter iudicauit aliquid iuſtè fieri poſſe, aut non, naſcitur vt licitè, vel illicitè operetur, & quòd dirigat proximè voluntatem ad praxim. Quæ omnia etiam ſæpè locum habent, quando opinio probabilis ſpeculatiua eſt de qualitate materiæ, ſeu facti, vel de cauſis, aut effectibus eius, damnóve inſequendo; puta in extrema neceſſitate licitum eſt conferre Baptiſmum in digito, vel abſoluere pœnitentem, qui tantùm per ſigna, & nutus, etiam abſente Sacerdote confeſſus eſt peccata ſua, quia opinio probabilis in vtroque caſu exiſtimat adeſſe ſufficientem materiam. Ita Medicus, qui probabiliter iudicat aliquod medicamentum profuturum, licèt cum formidine contrarij, in neceſſitate alio certo, vel ſecuriori medicamento deficiente, poteſt licitè tale medicamentum adhibere, vt infrà explicabitur, idque ob probabilitatem ſpeculatiuam, & ſic in cæteris. Quamuis etiam omnis opinio probabilis ſit conformis rationi, ſeu verſetur circa obiectum, conforme rationi, intelligitur in hoc ſenſu, nempe quòd homo prudenter, & rationabiliter, ſiue ob ſufficiens, & rationabile motiuum illi aſſentitur, non quia illicò, & ſemper iudicet, aut iudicare poſſit eſſe rectam menſuram, & regulam immediatam operationis, ſeu poſſe applicari ad opus ſecundùm regulas rectæ rationis; (hoc enim procedit in opinione ſpeculatiua de præciſa honeſtate actus, ſeu operationis.) nam etſi rationi prudenter, & rationabiliter aſſentiatur, poteſt tamen ſæpè, & debet iudicare, non licere operari iuxta illam, eo quòd tali vſui reſiſtat maius ius, &c. pro vt etiam declaratum eſt. Ex quibus iuxta particulares caſus diiudicari poterit, quandónam opiniones theoricæ Duareni, & aliorum Iuriſperitorum poſſint tutò in praxi adhiberi, licèt id etiam ſit coniectandum ex dicendis infrà de opinione probabili, quam iudex ſequi debet, & quòd non omnem opinionem, quam interpretes iuris in ſcholis theoricè tradant, liceat iudici in practica ſequi, optimè explicant Antonius Maria Carocius *tract. de comm. opin. in præfatione num.* 47. *& ſequentibus*, (cuius verba infrà *num.* 491. *verſus finem*, referuntur) & Cæuallos *com. contra com. in præfat. à num.* 71. *ad* 82. vbi *num.* 78. ex Angelo *conſil.* 110. *num.* 4. dicit theoricam à practica diſtare, ſicut tactus à viſu Intellectuali, etſi enim in ſcholis, & in theorica ſubtilitates, ob quas aliqua opinio, ſeu iuris interpretatio ſpeculatiuè probabilis aliquo modo appareat, liceant, & permittantur, vt late poſt alios Neuizanus *lib.* 5. *ſylua num.* 66. quia ſubtilitas vtilis eſt ad acumen intellectus, & Neuizanus *ibidem* ex Salomone *in §. reſponſa, Inſtit. de iure naturali*, ait, quòd proprium epitheton interpretis eſt, ſubtilitas, (loquuntur autem de ſubtilitate bona, non pernicioſa, aut ſophiſtica) etſi, inquam, nimia ſubtilitas permittatur in interpretando, & diſputando, non tamen permittitur in iudicando, ſeu iudicanti, vt poſt practicam Papienſem in form ſententiæ diffinitiuæ *gloſſa* 1. & plures alios tradit Neuizanus *d. num.* 66. vbi etiam aliis allegatis habet, quòd nimia ſubtilitas eſt odioſa legibus, quòd propter eam aliquando pernicioſè erratur, quòd nimis ſubtilis ſe ipſum infringit, quòd vitrum, quia eſt ſubtile, citius infringitur, quàm res groſſa, quòd nimis ſubtilibus decidunt femoralia, & demum, quòd materia moralis non patitur perſcrutationem ſubtilem.

SVMMARIVM

449 *Quando Theologorum, aut Iuriſperitorum opiniones probabiles ſunt, an hoc, vel illud medicamentum in curationibus Medico liceat adhibere, poteſt Medicus, quam maluerit, ſequi.*

450 *Quid quando inter Medicos ſunt opiniones variæ, & oppoſitæ de fructu, vel nocumento medicamenti.*

Ex quibus principiis ſumi debeat Medicorum praxis in particulari in applicandis medicinis, ibid. & 451.

In delectu opinionum, quoad medicamentorum applicationem ratio habenda eſt, prudentis experientiæ potius, quàm rationum theoricarum, & philoſophicarum, ibid. & 452.

453 *Quando ſuppetit medicamentum certum, id applicari debet, nec licet Medico adhibere aliud, de quo ſunt opiniones, vel dubium eſt, an profuturum, an verò nociturum.*

454 *Medicamentum de quo per aliquam rationem probabilem ex medicinæ regulis, & experientia deductam, non ſcitur an ſit profuturum infirmo, vel nociturum,*

Digitized by Google

nociturum, non licet illi applicare ad experiendum, & 455.

Vtrùm liceat Medico vti medicina, quam minus probabiliter credit profuturam, relicta ea, quam probabilius credit. Affirmatiua ſententia, n. 458. Negatiua, n. 456. & 459.

457 *& an non ſolùm ex charitatis, ſed & etiam, iuſtitiæ obligatione teneatur Medicus applicare medicamentum tutius, & ſecurius, & 459.*

460 *Medicus non poteſt applicare remedium, quod ſcit non poſſe prodeſſe, licèt notum ſit ei non poſſe nocere.*

Poteſt autem adhibere, ſi dubitet, an prodeſſe poſſit, & ſciat non nociturum: immò in extrema neceſſitate tenebitur applicare nullo alio ſuppetente meliori remedio, ibid.

461 *Medicus an poſſit infirmo conſulere medicinam, quam alij in arte periti ſaluriferam putant, etſi ipſe contrarium opinetur.*

462 *Infirmo aliunde morituro, niſi ei aliquod applicetur remedium, poteſt Medicus applicare medicamentum, quod iuxta propriam, vel aliorum peritorum in arte opinionem probabiliter credit potius profuturum, quàm nociturum, ſi nullum aliud ſecurius occurrat.*

463 *Quid ſi aquè probabile ei appareat profuturum, & nociturum.*

465 *Opinionem ſpeculatiuè probabilem de vtilitate remedij, cui longa experientia, & obſeruatio repugnat, Medico non licet ſequi in praxi, etiamſi aliud remedium non ſit.*

Econtra licet ſequi experimentum contra rationes theoricas, & ſpeculatiuas, ibid.

An medicinam dubiam, ſeu de qua Medicus iuxta regulas artis aquè dubitat, an profutura, vel nocitura ſit, liceat applicare infirmo deſperato, & aliquis certò morituro, ibid. ad 470.

471 *Medicus, aut chirurgus, in vrgenti neceſſitate in curatione morbi, aut vulneris poteſt licitè, & tenetur ſequi opinionem parium probabilem.*

472 *Quoad vſum remediorum non eſt fidendum vetulis iactantibus hoc, vel illud tali, vel tali morbo curando prodeſſe.*

473 *Aſſiſtentes infirmo peccant, ſi relictis à Medico remediis aſſignatis, alia ſibi benè viſa adhibent, & aquam, & vinum prabent, vt infirmi voluntati ſatisfaciant.*

§. XXVI.

Quam opinionem in praxi ſequi debeat Medicus, aut Chirurgus in medicamentis agroto adhibendis, & an agroto, de cuius ſalute aliunde deſperatur, poſſit applicare medicamentum dubium, & periculoſum, cùm nullum aliud ſuppetit.

449. EX dictis ſuprà *num.* 314. adnerto non eſſe hîc quæſtionem, quando Doctorum, nempe Theologorum, vel Iuriſperitorum opiniones ſunt, an liceat Medico hoc, vel illud medicamentum in curationibus adhibere, ſeu applicare: tunc enim ei licitum eſt ſequi vtramuis opinionem probabilem, quæ ſuum actum iuſtificat, etiam minus probabilem, relicta probabiliori, vt conſtat ex dictis à *num.* 128. & notarunt in terminis Vazquez 1. 2. *diſp.* 64. *cap.* 4. *initio*, Antonius Perez *certam.* 10. *ſchol. num.* 85. Salas t. 2. *tract.* 8. *ſect.* 14. *num.* 131. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 9. *num.* 37. & Filliuc. *loco infrà allegando.* Sed quæſtio eſt, quando inter Medicos ſunt opiniones oppoſitæ, & variæ de aliquo medicamento, affirmantibus aliquibus tale medicamentum eſſe lethale, aliis verò aſſerentibus eſſe ſaluriferum. ita præallegati Doctores, & Sayrus *lib.* 1. *clauis cap.* 10. *num.* 1. † Vbi etiam *num.* 5. pro faciliori, & clariori 450.
quæſtionis expoſitione notat, Medicorum opiniones vtplurimum eſſe ſpeculatiuas, vt proinde non poſſit quis in facto particulari, an tale, vel tale medicamentum ſalutiferum ſit, necne, certò iudicare, & conſequenter certò ſcire nequeat, an liceat tale medicamentum infirmo in particulari applicare, vel non: quapropter hoc iudicium practicum ex regulis prudentiæ, & principiis practicis, tum Theologiæ, tum artis medicinæ deſumi debet, ita nimirum, vt Medicus diligenter aduertat, quid in praxi operari ſoleat, tale, vel tale medicamentum, qua diligentia à Medico adhibita tunc Theologus, vel Confeſſarius ex principiis practicis diſcernere poterit, quando, & qua ratione Medicus ex iuſtitia, vel ex charitate ægroti vitam artis ſuæ medicamentis tueri, & conſeruare teneatur, ita vt huiuſmodi medicamentorum applicatione ſuo ſatisfaciat officio, & ab omni culpa excuſetur. ita Sayrus. † Quare (vt 451.
etiam adnettit Vazquez *d. cap.* 4. *fine*,) in Medicorum opinionibus hoc tanquam peculiare obſeruandum eſt, ſcilicet, multo magis fidendum eſſe experimentis aſſiduis, quàm theoricis, ac philoſophicis rationibus: etenim experimento edocti primi, & nobiliſſimi Medici cœperunt in ſua arte philoſophari. Ac proinde in delectu opinionum maximè ratio habenda eſt prudentis experientiæ, ſcilicet, quæ circumſtantiis omnibus morbi, loci, perſonæ obſeruatis comparata eſt; ſecus de experientiis caſu tantùm comparatis, quales in ruſticis aliquando contingunt, ex quibus ipſi eadem medicamenta variis morbis ſolent applicare, & ſæpè cum detrimento, cùm accidat, vt quibuſdam morbis applicata proficiant, aliis verò maximè noceant. His notatis

Certum eſt, quoties Medicus poteſt adhibere in- 452.
firmo medicamentum certum, ſeu, quod certò ſcit profuturum, teneri illud adhibere relicto probabili, aut dubio, ſcilicet, de quo eſt tantùm opinio, vel dubium formale, an ſit profuturum, vel nociturum. ita omnes Doctores duobus numeris præcedentibus citati, Azorius 1. *p. lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 11. Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. Reginaldus, Gordonus locis *infrà* citandis, Bonacina *de precept. diſp.* 2. *cap.* 4. *puncto* 9. *num.* 21. Villalobos 1. *p. ſum. tract.* 1. *diff.* 16. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *puncto* 9. *num.* 1. Hieronymus Pharao *in prompt. tract.* 1. *ſect.* 3. *caſu* 1. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 24. *num.* 23. & alij omnes *infrà* allegandi. Ratio eſt, quia omittendo certum, & adhibendo tantùm probabile, ſine cauſa exponeret infirmum periculo, & ita imprudenter ageret, & grauiter peccaret contra charitatem, & iuſtitiam, non exercens fideliter ſuum officium ratione cuius, ſicut, & præcepti charitatis, tenetur proſpicere ſaluti infirmi, & nullo modo eum periculo exponere. Quare licèt ſit opinio probabilis de vtilitate medicamenti, non eſt practicè, ſcilicet, quoad vſum, probabilis, ſeu non eſt probabilis opinio de vſu talis opinionis, quando certum poteſt exhiberi medicamentum.

Quòd ſi nullum occurrat medicamentum cer- 452.
tum, ſed tantùm probabile, tenetur Medicus opiniones probabiles fundatas in experimentis præferre opinionibus probabilibus, quæ nituntur tantùm rationibus theoricis, & philoſophicis, ſcilicet ſolùm

Digitized by Google

ſolùm deſumptis ex complexione, & temperamen-
to,ſeu qualitatibus caloris, frigoris, contrarietatis,
grauitatis, aut leuitatis medicamenti. ita Vazquez
*num.*25. Fauentinus *in* 4.*d.*14.*q.*1.*diſput.*6.*num.*74.
Sayrus *d.num.*6.Perez *num.*87. & Villalobos *num.*7.
& colligitur ex dictis *num.*450.*&* 451. Sicut enim
ars medica à ſapientiſſimis Medicis inuenta & ad
rationabilem methodum præcedentibus aſſiduis,&
prudentibus experientiis medicamentorum, adiun-
cto rationis diſcurſu eſt redacta: ita eiuſdem artis
medicæ prudens, & rationabilis vſus poſtulat, vt
morbis applicentur medicamenta, quæ aſſidua ex-
perientia,& obſeruatione probabiliter conſtat, ſeu
à ſapientibus in arte traditum eſt,poſſe tali, vel tali
morbo prodeſſe, cùm non complexio medicinæ,
ſed experimentum notam faciat virtutem eius ſa-
natiuam,vel nociuam. Ad quod facit, quod Meſua
canone 1.(quem Villalobos *d. num.*7. refert,) dixit,
nempe, *Medicina laxatina non eſt à re complexionali*
ſic,ſed quia talis: nec vt contrarium in contrarium, quia
contrarium,ſed quia talis; & quia ſimile attractiuum hu-
ius,vel eradicatiuum,aut contrarium,ſed quia tale,neque
quia graue,aut leue agitatum ſuperius, vel inferius, ſed
quia tale. id eſt, medicina non purgat, quia calida,
vel quia frigida,vel quia contraria, vel quia ſimilis,
leuis, aut grauis, ſed ob peculiarem proprietatem à
Deo inditam,ſeu impreſſam,quæ experientia ſolùm
conſtare, & innoteſcere poteſt, & debet, & vt ob-
ſeruat Villalobos, facilè contingere poteſt medi-
camenta,quæ Dioſcorides tradidit, apta eſſe ſanare
aliquos morbos,nunc tali virtute carere, & minus
apta eſſe,vel quia immutatum ſit nomen, vel quia
aliam,& diuerſam nacta ſint, ſeu contraxerint pro-
454. prietatem, ex diuerſitate ſoli, ſeu telluris. † Hinc
vbi nulla habetur ratio probabilis ex Medicinæ re-
gulis, eſt experientia deducta, an medicamentum
profuturum ſit infirmo, vel non, peccare grauiter
Medicum,qui tale ignotum medicamentum ægro-
to præbet,aut applicat,vt illud, ſeu vim illius expe-
riatur, docent Corduba *quæſtionarij lib.*3. *quæſt.* 5.
propoſit. 1. *verſic. ſecundo.* Nauarrus *in man. cap.*25.
*num.*60. Vazquez *d.cap.*4. *num* 21. Sayrus *d. cap.*9.
*num.*6.Sanchez *d.cap.*9.*num.*38.Villalobos *d.diff.*16.
*num.*4.Azotius *d. quæſ.*11. Salas *d.ſect.*14. *num.*136.
Perez *d.num.*87. Bonacina *num.*25. Portel *in dub.*
*reg.v.opinio num.*9.& Palaus *diſput.*9. *num.* 5.& idem
ſentiunt alij Doctores infrà allegandi, aientes pec-
care mortaliter Medicum infirmo adhibentem
medicamentum dubium, an ſaluiferum,au potiùs
noxium futurum ſit. Ratio eſt, quia præbendo tale
medicamentum dubium, & de quo nullam habet
probabilem rationem, qua credat profuturum, &
non futurum noxium, exponit periculo vitam in-
firmi,atque ita peccat nō ſolùm contra charitatem,
ſed etiam contra iuſtitiam; quod iuxta dicta *n.*452.
indubitatum eſt, quoties Medico ſuppeteret ali-
quod aliud remedium probabile, ſeu probabiliter
455. vtile. † Immò deficiente etiam alio remedio pro-
babili tale medicamentum ad faciendum pericu-
lum an ſit ſalutare, vel noxium, nec ægroto qui-
dem deſperato, & ob morbi grauitatem conſtituto
in euidenti, & certo mortis periculo eſſe licitum
Medico applicare,& ſi faciat, mortaliter peccare in
terminis tradunt Sayrus,Azotius,Villalobos,Salas,
& Palaus id confirmans tum quia nemini liceat
morte proximi ſcientiam acquirere; tum etiam,
quia Medicus ſic operans dubius eſt, an mortem
acceleraturus ſit medicamenti applicatione; ac
proinde quantum eſt ex ſe accelerationem inten-
dit;& hoc etiam certum puto, ſi tali ægroto deſpe-
rato applicaret ſolùm ad faciendum periculum me-
dicamenti, & non ductus alia cauſa rationabili, &
vrgente,quæ an poſſit dari ad iuſtificandam appli-
cationem medicamenti dubij ægroto, de cuius ſa-
lute aliunde deſperetur, examinabitur infrà poſt
*num.*461.

Porrò deficiente medicamento certo, & exiſten- 456.
tibus tantùm opinionibus probabilibus de facto
ipſo,ſcilicet,an medicamentum ſit ſalutiferum, nec
ne, deductis ex probabilibus rationibus in regulis
medicinæ, & experientia fundatis, & earum vna
exiſtimetur probabilior, & ſecurior altera: tunc
controuertitur inter Theologos,an Medicus in ap-
plicatione medicamenti teneatur ſequi opinionem,
quam credit probabiliorem,& ſecuriorem, an verò
poſſit licitè vti opinione, quam probabilem putat.
Et prima ſententia aſſerit ſaltem ex obligatione
charitatis teneri Medicum in praxi ſectari opinio-
nem ſecuriorem, applicaréque medicamentum,
quod probabilius credit profuturum. ita Sotus
*lib.*3.*de iuſtitia quæſt.*6.*art.*5.*ad* 4.Michaël Salon 2.2.
*quæſt.*63.*art.*4.*controu.*2.*ad ſecundum.* Vazquez *d.c.*4.
*num.*23.Sanchez *d.art.*9.*num.*41. Reginaldus *lib.*13.
*num.*99.*verſic.colligitur tertiò.* Bonacin. *vbi ſup.n.*22.
Portel *dicto v.opinio num.* 10. Fauentinus *d.num.*24.
Layman *d.num.*15. Becanus 1.2. *tract.*1.*cap.*4. *q.*9.
*num.*14.Gordonus *lib.*1.*quæſt.*9. *num.* 34. Breſſerus
*lib.*3.*de conſcientia cap.* 12. *num.* 125. Villalobos *d.*
*diff.*16.*num.*6.(vbi ait,quòd vbi oppoſitæ opiniones
de medicamenti vtilitate ſunt æquè probabiles, te-
netur Medicus ſequi magis tutam,) Filliuc. *tom.*2.
*tract.*21.*cap.*4.*num.*151. Salas *d. tract.*8.*diſput. vnica,*
*ſect.*6.*num.*71. *in reſponſ. ad* 4. Hieronymus Pharao
*in prompt. tract.*1. *dicta ſect.* 3.*caſu* 3. Malderus 1.2.
*diſp.*86.Cornejo 1.2.*tom.*15.*tract.*8.*diſp.*5. *ante finem,*
& Suarez *de pœnitentia diſp.*26.*ſect.*6.*num.*5. vbi (vt
ſuprà *num.*518.dixi)docet generaliter, quòd in quæ-
ſtionibus de facto,ſeu ad rem ſpectantibus, quando
valor rei inde pendet, non ſatis eſt ſequi opinio-
nem probabilem, ſed ſectandam eſſe probabilio-
rem, ne fiat actus nullus, ſeu inualidus. Ratio au-
tem eſt, quia ſicut in adminiſtratione Sacramento-
rum, ita etiam in curatione corporali ægroti, ſal-
tem charitas proximi poſtulat, vt certiori modo,
quo valemus,ſubueniamus indigenti, eiuſque ſalu-
ti,tam ſpirituali, quàm corporali proſpiciamus: ac
ſi Medicus omiſſo probabiliori, & ſecuriori medi-
camento præbet, ſeu applicat infirmo minus pro-
babile,& minus tutum, non proſpicit ſaluti infir-
mi meliori modo, quo poteſt, & ita ſaltem contra
proximi charitatem peccat,& mortaliter, quia in re
graui. † Non peccare ſcilicet contra obligationem 457.
ſui officij, aiunt Sanchez, Villalobos, & Portel ob
rationes ſuprà *num.*138. allatas, & alia adducenda
mox in quarta confirmatione ſequentis ſententiæ.
At Becanus,Layman, Bonacina, & Pharao viden-
tur aſſerere Medicum præbentem medicamentum
minus tutum,relicto ſecuriori, peccare mortaliter
non ſolùm contra charitatem proximi, ſed etiam
contra iuſtitiam,quia ſic exponendo ſe periculo er-
randi in re graui, & cum notabili damno infirmi,
non prudenter, & fideliter exercet ſuum munus,
infideliterque ſaluti ægroti, à quo ſtipendium ac-
cepit, ratione cuius tenetur bene fungi officio ſuo,
conſulit,ac proinde ei infert iniuriam;qui ſi ſciret à
Medico ſibi applicari medicinam minus tutam, eâ,
quam iuxta artis regulas ſecuriorem putat, relictâ,
illam non admitteret, vt abſolutè tenet Breſſerus
num. 126.

Altera ſententia affirmat Medicum non teneri 458.
in

in praxi ſequi opinionem, quam probabiliorem, & ſecuriorem credit, ſcilicet, applicare infirmo medicamentum, quod ipſe iudicat ſecurius, & probabilius profuturum, ſed poſſe licitè vti opinione, quam minus probabilem putat, nimirum applicare illud medicamentum, quod ipſe exiſtimat probabile, ſed minus ſecurum, licèt in aliorum opinione probabilius, & ſecurius. ita Azorius *d. quaſ.5.* Arragon 2.2. *q.63. art.4. dub. penult.* Mooteſinos t.2. *diſp.29. q.5. num.*214. Ioannes Saocius *in ſelectis diſp.44. num.36.* Palaus *d. puncto 9. num.*8. Diana 1. *part. tract.* 13. *reſolut.*7. & Salas *d. diſp. vnica ſect.*14. *num.*136. quatenus referens verba, ſeu ſeotentiam Azorij, illam videtur approbare. Probat Sancius, quia Medicus vtens opinione, quam minus probabilem putat quoad medicamentorum applicationem, iuxta ſuam conſcieotiam applicat id, quod ſalutiferum fore probabiliter arbitratur. Confirmat Palaus primò, quia alij Medici putantes medicamentum probabilius profuturum, illud applicantes ritè operantur; ergo, & qui putat minus probabile, poterit iuxta aliorum opinionem operari. Secundò, quia non ſemper, quod alicui apparet probabilius, & ſecurius, eſt io re tale. Tertiò, quia graue onus eſſet Medico impoſitum, ſi ſemper deberet ſequi, quod probabilius illi apparet; teneretur enim examinare cauſas probabilitatis maioris, cogereturque quolibet momento medicamenta variare, cùm io hoc iudicio de maiori probabilitate variatio continua eſſe ſoleat; quia quod modò probabilius videtur, ſequenti die non ſic repræſentatur: item poſſet ſibi pro libito imponere, vel auferre obligationem, cùm poſſit, quod modò iudicat probabilius, iudicare minus probabile. Quartò, quia applicatio talis medicamenti probabilis, non eſt contra obligationem Medici ratione ſui officij, (vt admittit etiam Sanchez,) cùm neque ſit temeraria, neque imprudens, ſed ſecundùm regulas artis, ex quo fit non peccare contra iuſtitiam, ſed neque contra charitatem, nam charitas ſolùm obligare poteſt Medicum, vt ſuo officio ſatisfaciat; ac proinde neque ex iuſtitia, neque ex charitate obligatur Medicus curare infirmum certiori modo, qui ſibi videtur, ſed ſolùm eſt obligatus (concludit Palaus) ex charitate, & iuſtitia, vt certiori modo, quo poſſit, vel ſecundùm ſuam ſententiam, vel ſecundùm ſententiam aliorum infirmum curet.

459. Verùm prædictis non obſtantibus, exiſtimo priorem ſeorentiam veriorem, & in praxi adhibendam, quoties Medicus præmiſſa debita diligentia agnoſcendi probabilitatem medicamenti, & ritè conſideratis regulis artis medicinæ, & circunſtantiis loci, morbi, & perſonæ ægroti medicamentum ſibi videtur probabilius, & ſecurius profuturum infirmo; hoc enim poſthabitis aliis minus probabilibus tenetur ipſe applicare ægroto, tum ex iuſtitiæ, tum ex charitatis obligatione; etenim Medici officium, & lex charitatis videntur apertè poſtulare, vt adhibeantur remedia, quæ ad propoſitum ſanctitatis finem à Medico ipſo magis idonea, & conſequenter profutura, vel magis profutura, non quæ obfutura, poſt diligens examen iudicantur: & certè infirmus ſi ſciret ſibi à Medico, cuius peritiæ, & experientiæ ſe fidit, ſibi noo applicari medicameotum ſecurius iuxta eiuſdem Medici iudicium, ſed minus ſecurum, meritò de ipſo conquereretor, nec tale minus ſecurum medicamentum ab ipſo reciperet, & puto proculdubio, quod Auctores contrariæ ſententiæ non vellent, ita ſecum agi in ſuis infirmitatibus, & exiſtimarent ſibi iniuriam, à Medico inferri, nec ipſum fideliter procedere, ſi illis applicaret medicamentum aliquod minus ſecurum, omiſſo alio medicamento, quod ipſe poſt ſufficientem diſcuſſionem cauſarum vtilitatis iudicat ſecurius, & poſſe magis prodeſſe. Quare recogitandum illud, Quod tibi vis, vel non vis fieri, &c. vt notauit Villalobos *d. num.6.* vbi etiam cum Perez *vbi ſuprà num.*90. aduertit, quoad hoc non eſſe pertimeſcenda iudicia contraria Medicorum, quibus frequens eſt, vt vnus commendet, quod alter damnat. † Notat etiam 460.
num. 3. quoties Medicus non habet probabiles rationes, ſeu coniecturas, quòd remedium ſit profuturum, vel prodeſſe poſſit, non poteſt illud exhibere infirmo, quia Medici officium, & munus eſt applicare medicinas; quod autem ſcitur non poſſe prodeſſe, non eſt, nec dici poteſt medicina, ſeu remedium; & quamuis Medico conſtet certò non obfuturum, adhuc debet abſtinere, quia alioqui eſſet actus otioſus, & inutilis, & ægrotus ægrè ferret, & meritò de ipſo poſſet conqueri. Quòd ſi dubitet an proderit, & nouit non nociturum, poterit tale medicamentum adhibere, immò in extrema neceſſitate periculi vitæ, deficiente alio certiori, tenebitur adhibere, vt notauit Sanchez *num.* 42. Et ex his, & dictis in confirmatione prioris ſententiæ facilè dilui poſſunt oppoſitæ ſeotentiæ fundamenta.

Quamuis autem Medicus eo inſcio, & inuito non 461.
poſſit applicare infirmo medicameotum iuxta ſuam opinionem minus ſecuram, & noxium, ſecundùm verò aliorum Medicorum opinionem vtile, aut magis vtile, & proficuum, poterit tamen licitè conſulere ægroto medicinam, quam alij Medici doctiores iudicant ſalutiferam, licèt ipſe contrariam, & potiùs noxiam putet; quia vel poteſt deponere propriam opinionem, vel deponere dictamen conſcientiæ practicum ex propria opinione formatum, & aliud conforme aliorum ſententiæ formare; quod vtrumque poteſt prudenter facere innixus ſententiæ, ſeu auctoritati aliorum Medicorum peritorum, contra ſuam propriam ſententiam opinatiuam, ex eo enim quòd in conſulendo ſe conformat aliorum in arte peritorum iudicio, licèt contra propriam opinionem, prudenter ſe gerit, iuxta dicta *ſuprà* in pluribus locis, & ita licitè poteſt formare dictameo conſcientiæ, quod ſibi liceat conſulere tale medicamentum, dicendo ægroto, quamuis ipſe contrarium ſentiat, alios tamen doctiores, & peritos Medicos exiſtimare tale medicamentum ſalutiferum, & profuturum, vt proinde illo licitè vti poſſit. & ita in terminis Nauarrus *in cap. ſi quis autem, numer.* 74. *& 75. ad tertium.* Sanchez *num.*41. Palaus *num.9.* & iudicat Sayrus *num.* 10. quod præſertim habet locum, quando non occurrit aliud remedium ſecurius, quo infirmo grauiter laboranti ſuccurri poſſit, vt notauit idem Sayrus, & magis conſtabit ex mox dicendis.

Igitur, cùm infirmus graui morbo laborat, & 462.
cum certo, vel ferè certo periculo ſalutis, niſi illi aliquo modo ſuccurratur, & nullum aliud certius, aut ſecurius occurrat, & Medicus iuxta propriam, vel aliorum Medicorum peritorum opinionem in regulis artis fundatam probabiliter putet, quòd tale medicamentum ſit illi potius profuturum, quàm nociturum; quamuis etiam ex ſua, vel aliorum opinione credat poſſe nocere, poterit licitè huiuſmodi medicamentum, quod magis ſalutiferum, quàm lethale iuxta propriam, vel aliorum Medicorum ſententiam probabilem credit, infirmo applicare, vt in terminis tradunt

Corduba

Cotduba *dict. quaſt, 5. propoſitione ſecunda, verſicul. Pro declaratione.* Manuel *tom.2. ſum. cap.53. num.6.* Vazquez *num.2.* Saytus *num. 9. & 10.* Villalobos *num.5.* Syluester *verb. Medicus, num.4.* Angelus *eodem num.1.* Ariaga *num.24.* & alij Doctores omnes in præcedentibus relati,& infrà *num.463. & ſequentibus* allegandi,& ad id adfert Corduba dictum Galeni aientis in ſimili caſu, audacter interficieodum eſſe, ne ægrotus incuria Medicorum motiatur. Ratio autem eſt, quia cùm prouidentia humana nequeat euidenter ſciri vittus medicamenti, prudenter ſe getit Medicus,& legi iuſtuiæ, atque charitatis ſatisfacit, ſi poſt diligentem examinationem ægroto, quem aliàs moriturum ſcit, ſi nullum ei adhibeatur medicamentuo, applicat medicamentum, quod probabilirer profuiurum iuxta artis regulas exiſtimar, quamuis etiam fortaſſis nocete poſſi,non enim debet infirmus in tali caſu ſine temedio deſeri,ſi prouideri ei poſſit de aliquo, quod ſecundùm humanam ptouidenriam creditur ptofuturum, quod ſi poſtea nociuum inueniatur, hoc Medico ad culpam imputari non debet, cùm incertæ ſint hominum prouidentiæ. Confirmatur, quia ex duobus æqualibus malis imminentibus, illud, quod certiùs inſtat præcauendum, vt ait Corduba, ac proinde ægtoto aliàs certò morituto, ſi ei non præbeatur talis medicina, quam probabiliter putat potius profuiutam ad viram, quàm nocitutam ad
463. mortem,eadem medicina applicanda eſt. †Sed quid ſi æquè ptobabile videatut medicamentum futorum vtile, & mottem acceleratutum? Aliqui tunc puiant abſtinendum ab applicatione medicamenti, ita Salas *d. ſect. 14. num. 135.* Sanchez *num.41.* (vbi ait quando eſt par, aut ferè periculum mottis ſiue medicamentum adhibeatur,ſiue non; tnuc non eſſe licitam applicaiionem,) Gordonus *num.35. fine,* Villalobos,Corduba,Vazquez,Syluester, Angelus, & Manuel *locis citatis,* quarenus aiunt ægroto, de cuius ſalute alioqui deſperatur, poſſe,& debere Medieum applicare medicamentum incertum, quando habet probabilitatem magis cettam, quòd ſit ſaniratem effecturum, quàm mortem acceleratutum; probat Salas,quia non adhibiro tali medicamento, ſi moritut infirmus, mors eſt ab aliis cauſis: adhibendo autem illud fortè interficietur ab ipſo Medico, potius autem permitti deber actiua interfectio aliena, quàm ptoptia,ſi cætera ſint paria,vel ferè paria. Sed dicendum eſt licitam eſſe applicarionem, etiam quando Medicus opinatut medicamentum æqualiter poſſe iuuare,& nocere,ſeu habet æqualem probabilitatem ſalutis, & periculi mottis, dummodo verè, & tationabiliter purer ptobabile, ſeu habeat probabilitatem fore,vr ptoſit; hoc enim indicat illud dictum Galeni, *interfice audacter*, &c.& conuincit ratio adducta *numero precedenti*, ex qua etiam conſtar,tunc non poſſe mortem Medico ad culpam impurari,& ita in terminis tenet Palaus *num.5. fine*, & ſentiunt etiam Saytus, *vbi ſuprà*, & Layman *d. cap.5. num.15. fine*, dum aiont in prædicto caſu deſperatæ ſalutis infitmi, licere Medico adhibere medicamentum incertum,& periculoſum, (nullo alio ſuccentrente) quando iuxta propriam, vel aliotum opinionem haber aliquam probabilitatem,quòd ſit ptofuturum, & idem ſentiunt Bonacina, Reginaldus locis *infrà* cirandis, Ariaga *d. diſp.24. num.24.* & Breſſeius *d. cap.12. num.128.* dicens idem dicendum, etiamſi probabilius eſſer medicamentum eſſe noxium, quia nihilominos ptobabile eſſet profuturom.

464. Dixi autem, *quod probabiliter iuxta artis regulas profuturum creditur.* Nam ſi aliqoa opinio, quæ inter Medicos ſecundùm rationem ſpeculatiuam videtut probabilis, non eſſet ptobabilis iuxta regulas attis,id eſt,ei repugnaret longa experientia, & obſeruatio,non licebit iuxta eam opinionem, vtique experientiæ contrariam,applicare remedium, etiãſi aliud non occurrat,vt notauit Saytus *num.12.* ſiquidem experientia reddit opinionem illam planè improbabilem quoad illius vſum,vt infertur ex dictis *num.450. & 451. & 456.* Quare in tali caſu relinquendus eſt infirmus diuinæ ptouidentiæ. èconrra ſi ex longa experientia Medico conſtet, vtile eſſe aliquod remedium, quod attentis rationibus rheoricis, & ſpeculatiuis ab ipſo, vel aliis Medicis tale non exiſtimerur,ſed potiùs noxium, poterit illud ſine temeritate infirmis applicare; quia, vt dictum eſt, ars medica nititur non tam rationibus, quàm experientia, quæ quacunque ratione theorica cetrior eſt: & ita etiam docet Saytus *vbi ſuprà.*

Item dixi *quod probabiliter iuxta propriam, vel alio-* 465.
rum Medicorum,&c. nam inter Doctotes valdè controoerſum eſt, quando alioqui certò conſtat ægrotum eſſe motirurum,ac de illius ſalute deſperatur, ſi aliqood ei remedium non adhibeatur, & nulla medicamenta ſuppetunt niſi dubia, & periculoſa, ſcilicet,de quibus formaliter dubitarur an ſalutaria, an noxia ſint futura,vitámne allatura, an mortem acceleratura; an liceat Medico talia remedia dubia adhibere. Et affirmant Valentia *2.2. diſp.3. q.10. p.2. verſic. non improbo.* Sanchez *num.39. & lib.9. de matr. diſp.70. num.1.* Reginaldus *d. lib. 13. num.99. verſic. colligitur tertiò.* Layman *d. num.15. fine.* Bonacina allegata *p.4. num.15.* Hieronymus Pharao *d. ſeſ. 3. caſu 1.* Fauentinus *d. num. 74.* Breſſetus *d. cap.12. n.29.* Filliuc. *d. cap.4. num.152.* & Porrel *d. num.9.* Ratio qua nituntur eſt,quia in hoc caſu deſperatæ ſalutis, & mortis infirmi alioqui ſecuturæ, medicamento non adhibito Medicus porrigens tale medicamentum prudenter agit, & conformiret voluntati infirmi; illi enim benè proſpicit, quia applicat medicamentum, quod prodeſſe poteſt, etſi dubium ſit; quod dubium tamen non excludit, ſed includit aliquam ſpem conferendæ ſalutis,& ex alia parte non poteſt nocere eidem infirmo, vtpote iam de vita pænè deſperato: & ſi aliquod nocumentum afferre poteſt, certè ſolam bteuem mortis accelerationem,quia fortè ægtotus morietur duobus, aut tribus diebus, antequam fuiſſet mortuus ei non adhibito tali medicamento dubio: ſed hoc bteuis accelerationis mottis periculum compenſatur maiori vtilitate, ſcilicet vita plurima annotum, quæ ex medicamenti applicatione ſperatut, ſeu ſperari poteſt; ac proinde neque contta prudentiam, neque contta charitatem infirmo debitam ſit, ſi periculo ita exiguo exponatur,ob tam grauem vtilitatem: ex quo confirmat Sanchez poſitam ſententiam, nempe quia tutius eſt applicare huiuſmodi medicamentum dubium; etenim eo non adhibito mors eſt certa,eo autem applicato ſpes ſalutis eſt, quamuis dubia,tutius autem eſt eligere viam, ſeu partem continentem dubiam ſalutis ſpem, quàm incerta morte ægrum relinqui, & in hoc caſu præſertim volunt prædicti Doctores procedere dictum Galeni *interficiendum eſſe audacter*, &c. ac ptoinde etiam Medicum eſſe obligatum hoc pacto operari, vt omni meliori modo, quo fieri poteſt, ægroto ſuccurrat, illiuſque ſalutem procuret: & huius ſententiæ eſſe etiam Cordubam,& Manuelem locis ſuprà *n. 462.* allegatis,cenſet Sanchez *d. num.39.*

Econtta

Google

466. E contra licere Medico in hoc caſu exhibere
ægroto aliàs certò morituro medicamentum du-
bium, negant Azorius *d.q.* 11. Vaſquez *d.cap.*4.*n.*22.
Saytus *vbi ſuprà n.*9. 10.*&* 11. Perez *n.*88.*§.ubi*, Sa-
las *d.ſect.*14. *n.*136. Villalobes *d.diff.* 16. *n.*1. Palaus
d. puncto 9. *n.*5. & ex antiquis Doctoribus priùs ita
ſeoſiſſe videntur Abbas *in cap.tua nos, de homicid.§.ad
vltimum*, *n.*4. & *ibi* Innoceotius *n.* 1. Felinus *numero
vnico, verſic.poſtremo.* Buttius *n.*15. Ananias *initio n.*4.
Angelus Sylueſter *locis allegatis.* Armilla *v. Medicus
n.*1. Nauarrus *in man.d.c.*25.*num.*60. dum generaliter
aiunt peccare Medicum applicantem ægroto medi-
camentum, de quo dubitatur an profuturum ſit, vel
nociturum, præſertim mortaliter, quod idem Trul-
lench *tom.*1. *in expoſitione Decalogi lib.*4. *c.*1. *dub.*11.
*n.*6.*&* *tom.*2.*lib.*5.*c.*1. *dub.*3. *n.*6. Cuius rei rationem
afferunt, quòd in dubiis tutior pars ſit eligenda; Me-
dicus verò vtens dubia medicina eligit minus tu-
tam, cùm minus tutum ſit exponere infirmum nouo
illius medicinæ periculo, quàm ſoli oaturali ex mor-
bo prouenienti: quare volunt prædicti Doctores an-
tiqui, vt Medicus ſaltem habeat aliquam probabi-
litatem de fructu medicamenti, etſi noo ita cer-
tam, ſed cum formidine aliqua oppoſiti, ſcilicet
habeat probabilitatem potius profuturum, quàm
nociturum, vt in terminis aiunt Sylueſter, & Ange-
lus. Huiuſmet ſententiæ eſſe Cordubam, & Manuel
lócis *num.*462. relatis ait Palaus, cùm dicant, *Medi-
cum certum, quòd infirmus morietur, ſi non receperit me-
dicinam, ſi habet probabilitatem non tam certam, quòd ſi
recipit medicinam, poterit accidere, quòd moriatur cum ea,
debere in hoc caſu exhibere medicinam.* quibus verbis
iudicant ſe velle requiri probabilitatem de vtilitate
467. medicamenti, etſi non ita certam. † Probant hanc
ſententiam Palaus, quia adhibens medicameotum,
de quo oullam habet probabilitatem fructus futu-
ri, ſed potiùs dubitat, an nociturum ſit, quaotum
eſt ex ſe applicat cauſam efficacem mortis; ergo il-
licita applicatio. Confirmat, nam ideo Doctores (vt
ſuprà *num.*454. dictum eſt) oegant Medicis licitum
eſſe infirmis deſperatis, medicamenta experiri, quia
ita manifeſto periculo infirmum expoouot, eius
mortem accelerandi: idem autem prorſus eſt in præ-
ſenti; quod probatur, nam dubius de fructu, vel no-
cumento medicamenti futuro nullum format iudi-
cium nocumenti, vel vtilitatis, ſed ſuſpenſus hæret,
atque ita io rigore oeſcit, ao vtile, an nociuum ſit;
ergo cùm applicat, applicat ad experiendum: at ex-
perientiam facere de medicamentis eſt illicitum;
ergo, &c. Ad rationem autem prioris ſeotentiæ af-
firmatiuæ, reſpondet Palaus Medicum non agere
prudenter adhibendo medicamentum dubium, præ-
ſertim ob illam rationem, quòd ſpes adipiſcendi
vitam per multos annos præponderet periculo ac-
celerandi mortem vno, aut altero die, quia, inquit,
licèt io hominum æſtimatione leuioris conſidera-
tionis ſit exponere periculo priuandi vita per vnum,
aut alterum diem, quàm exponere infirmum ſpei
vitæ per multos annos; tamen non debent fieri
mala, vt inde eueniant bona; qui verò infirmum ex-
ponit periculo accelerandi mortem, periculo mor-
tis exponit, quod intrinſecè malum eſt.
468. Verùm propter hæc non eſt recedendum à priori
ſententia affirmatiua, ac proinde ego quoque exi-
ſtimo licitum eſſe Medico applicare ægroto, aliàs
deſperato, medicamentum dubium, ſi ſit iuxta regu-
las artis aliqua ſpes, quòd ſit profuturom, & ſanita-
tem effecturum; quæ ſpes non poteſt deeſſe, cùm
Medicus eſt verè dubius de fructu, & nocumento,
nam is, qui propriè dubitat, inclinat in vnam, & al-
teram partem, licèt de neutra babeat determinatum
indicium; & rationi, ac confirmationi *n.*465. addo-
ctis, quæ id ſufficienter probant, addo aliam dedu-
ctam ex Corduba, & Manuel *locis citatis*, ſcilicet,
quòd vbi æqualia mala imminent ei, quod certius
inſtat occurreodum, at io hoc caſu certius eſt mor-
tem infirmi aliunde deſperati ſecuturam, non adhi-
beodo medicamentum dubium, quàm adhibendo,
nam non adhibendo omoinò certa eſt mors; adhi-
bendo eſt aliqua ſpes vitæ; ergo licitum eſt adhibe-
re, immò adhibendum eſt medicamentum dubium;
& credo ita ſenſiſſe etiam idem Corduba, & Ma-
nuel, quos puto nomine probabilitatis accepiſſe
ſpem conferendæ ſanitatis. † Solum ergo requirere 469.
videntur, vt Medicus non æquè dubitet de fructu, &
nocumento medicamenti, ſed magis inclinet in fru-
ctum, quàm in oocumentum futurum, ac proinde
dicunt, ſi Medicus habet probabilitatem, id eſt,
ſpem, quòd potius ſit profuturum, quàm nociturum
ad mortem; quod idem ſentit Fauentinus *d.n.*74. &
Sanchez *d.c.*9.*n.*42. vbi (vt dictum eſt ſuprà *n.*463.)
ait quando eſt par, vel ferè par periculum mortis
ſiue adhibeatur, ſiue non adhibeatur medicamen-
tum, non eſſe licitum adhibere, idque ob rationem
Salæ citato *num.* 463. adductam. Quamuis dicen-
duio ſit, licere applicationem medicamenti dubij
cum aliqua ſpe conferendæ ſanitatis, quamuis Me-
dicus æquè dubitat an ſit profuturum, vel nocitu-
rum; id enim apertè oſtendunt tam adducta *n.*463.
quàm ratio *numero præcedenti* allata, & expreſsè aſ-
ſerit Reginaldus *citato num.* 99. & tenent etiam alij
Doctores *dicto num.*465. relati, qui abſolutè aſſerunt
in huiuſmodi caſu deſperatæ ſalutis infirmi nullo
alio ſuppetente remedio certiori, poſſe Medicum
applicare medicamentum ſibi dubium, an ſit pro-
futurum, vel nociturum, & mortem acceleraturum.
† Ad rationem autem antiquorum allatam *n.* 466. 470.
reſpoodetur tutiorem partem pro infirmo eligere
Medicum, dum applicat medicamentum dubium,
vt conſtat ex dictis *num. præcedenti*, *&* *num.*465. Ad
rationem Palai *num.* 467. adductam negatur Medi-
cum, quantum eſt ex ſe, applicare cauſam efficacem
mortis, cùm medicamentum dubium poſſit efficere
tam ſanitatem, quàm mortem, & applicetur ſub
ſpe vitæ conſeruandæ: & ſi ratio vrgeret, procede-
ret etiam, quando Medicus applicat medicamen-
tum, de quo probabiliter opinatur quòd ſit profu-
turum, & quòd ſit nociturum. Quòd ſi exhibito
medicamento dubio non valetudo, ſed mors ſequa-
tur, non eſt imputanda Medico ad culpam, qui pru-
denter egit prouidendo ſaluti infirmi omni modo,
quo poterat, & debebat; ſicut non poteſt ei ad cul-
pam imputari, quando adhibuit medicamentum,
quod opinabatur profuturum, licèt non ſine proba-
bilitate oppoſiti, vt dictum eſt *num.*465. immò nec
remedio ipſi imputanda eſt talis mors, cùm infir-
mus iam aliàs non haberet ſpem valetudinis. Ad
confirmationem reſpondetur primò, plures ex Do-
ctoribus loqui de experientia medicamenti incerti
extra extremam neceſſitatem, & quando ſuppetit
aliud remedium ſecutius, & quando medicamen-
tum omninò ignotum eſt, nec Medicus poteſt con-
cipere prudenter aliquam ſpem, quòd ſit profutu-
rum: & demum quando applicatur ſolum gratia pe-
riculi faciendi, quia ſcientia non eſt comparanda
exponendo proximum mortis periculo; in præſenti
autem caſu loquimur de applicatione medicamenti
dubij ob finem ſuccurrendi extremæ neceſſitati
ægroti carenti alio certiori remedio, & aliàs mori-
turi, fortaſſe autem ſuperuicturi adhibito tali medi-

camento, de quo eſt aliqua ſpes, quòd ſit effecturum ſanitatem: falſum etiam eſt medicamentum dubium applicari ad experiendum ex eo, quòd qui dubitat, neſciat an ſit vtile, vel damnoſum: nam Medicus iuxta regulas artis dubius de medicamento neſcit quidem, id eſt, non habet determinatum aliquod iudicium quod ſit profuturum, vel nociturum, tamen in vtramque partem inclinat, & ita in dubio huiuſmodi habet aliquam ſpem conferendæ ſanitatis, licèt coniunctam cum timore nocumenti, & ratione talis ſpei applicat, vt omni meliori modo curet ægrotum, ſeu ſub ſpe, quod infirmus ſit conſequuturus ſanitatem.

471. Cæterùm quicquid ſit de præcedenti caſu, Medicus, aut Chirurgus in morbi, aut vulneris curatione licitè, & abſque colpa poteſt ſequi opinionem parum probabilitatis habentem, dummodo non apertè falſam, nec omni probabilitate deſtitutam, quoties grauis neceſſitas euitandi periculum vrget, & ad alterutram partem ſe determinare oportet, ſi præmiſſa debita diligentia, non occurrat illi ſecurior modus operandi. colligitur hoc ex dictis ſuprà *num.* 141. & Doctoribus *ibidem* allegatis.

472. Non omittendum etiam, quod Villal. *dicta diff.* 16. *n.* 7. aduertit, & colligitur ex dictis *n.* 451. ſcilicet, non eſſe fidendum cuilibet vetulæ iactanti ſe expertam hoc, vel illud medicamentum tali, vel tali morbo curando prodeſſe: etenim multoties accidit ægritudinem ex diuerſa, ac differenti cauſa prouenire, aut ægrotum facta remedij à vetula commendati applicatione conualuiſſe, non quia remedium applicatum profuerit, ſed quia humor peccans, qui ægritudinem efficiebat, iam aliunde conſumptus fuerat, vt indicat illud Prouerbiorum, ***Beata vetula, quæ venit in hora criſis.***

473. Inſuper aduertendum quod notat idem Villal. *n.* 8. & repetit Pal. *d. punct.* 9. *n.* 10. Aſſiſtentes infirmo peccare mortaliter, quando relictis remediis aſſignatis à Medico, alia pro voluntate adhibent, & aquam, & vinum infirmo propinant, vt eius voluntati ſatisfaciant, nam hoc pacto ſæpe exponunt infirmum abſque ratione, (cùm ipſi artis medendi præcepta ignorent,) manifeſto periculo moriendi ſaltem citiùs.

Quòd ſi non ſit extrema neceſſitas, ſeu de ſalute ægroti non ſit deſperatum, & non ſit niſi dubia medicina de qua æquè timeatur ne noceat, mortemque afferat, ac ſperetur profutura, tunc Medicus non poſſet licitè talem medicinam applicare, ſed in tali dubio longè ſecurius, & tutius eſt naturam relinquere, vt ipſa per ſe, ſe iuuet, quàm cum periculo vitæ facere tales experientias. & ſic prorſus tenent omnes Doctores relati non ſolùm *n.* 454. 463. & 466. ſed & relati *num.* 465. qui loquuntur tantùm in caſu extremæ neceſſitatis, & deſperatæ ſalutis ægroti; ſi verò maius fundamentum eſſet adiudicandum profuturum, quàm ad timendum nociturum, tunc ſi morbus eſſet grauis, licitus eſſet vſus medicamenti, non eſſet tamen caſus huius dubij, ſcilicet, cùm vtrumque eſt æquè certum.

SVMMARIVM.

474 *Cùm diuerſæ ſunt opiniones Doctorum circa actum iudicandi, nempe an liceat in tali, vel tali caſu iudicare, hoc, vel illud agere, v.g. interrogare teſtes, Reum, aut torquere, iudex pro libito poteſt licitè ſequi vtramuis opinionem.*

Alia eſt probabilitas facti, alia iuris, & quæ ſit vtraque, ibid.

475 *Iudex in ciuilibus cauſis tenetur iudicare in fauorem collitigantis habentis efficaciores, & probabiliores probationes facti, & ius clarum, vel maiorem iuris probabilitatem, etiamſi non habeat poſſeſſionem.*

Iudex ferre debet ſententiam pro ea parte, quæ habet maiora merita cauſæ, & maius ius, ibid. & n. 478.

476 *Iudicem, cæteris paribus, ex parte facti in iudicando debere ſequi opinionem ex parte iuris, quam iudicat probabiliorem, affirmat vna ſententia.*

477 *Limitatur in iudice inferiore, ſi in cauſa ciuili iudicando iuxta propriam opinionem contra aliorum communem, & magis receptam, probabiliter timeret damnum in honore, vel facultatibus, vel ſententiam fore à iudice ad quem reuocandam.*

478 *Altera ſententia affirmat iudicem poſſe pronunciare ſententiam iuxta opinionem minus probabilem ex parte iuris, relicta probabiliori, & ſeqq.*

479 *Ad quod aliqui requirunt, vt iudicet eſſe verum, licèt contrarium ſit verius, n. 480.*

Commune deſiderium populorum eſt, vt iudices in iudicando ſequantur opiniones communes, & magis receptas, & à Doctoribus probatas, & 489.

Rex, ſeu Princeps imponens noua tributa, tenetur ſequi opinionem probabiliorem, & eandem tenentur ſequi eius Conſiliarij, num. 476. fine.

Subditus autem quoad obligationem, vel deobligationem ſoluendi ſufficit ſequi probabilem, ibid.

481 *Iudex an poſſit interrogare reum de crimine occulto.*

An dicto vnius teſtis procedere ad torturam, ibid.

An poſſit cogere reum ad reſponſionem veritatis in cauſa criminali, delicto tantùm ſemiplenè probato, ibid.

An poſſit abſoluere innocentem probatum nocentem, vel teneatur illum condemnare, ibid.

An poſſit incarcerare delinquentem in alieno territorio inuentum, ibid.

Eccleſiaſtica immunitate an gaudeant, Blaſphemus, occidens Clericum, qui exit ab Eccleſia cauſa committendi criminis, delinquens, qui è manibus ſatellitum eripitur, & ad Eccleſiam confugit; & an eadem immunitate pro delictis patratis extra Eccleſiam gaudeat committens delictum in Eccleſia, ibid.

An Iudex poſſit condemnare poſſeſſorem bonæ fidei ad reſtituendos fructus induſtriales, ibid.

An ad pœnas contra Hæreticorum, & reorum læſæ Maieſtatis ſtatutas poſſit condemnare filios eorum ante delictum natos, ibid.

An declarare filios expoſitos eſſe legitimos, ibid.

An ius patronatus poſſit præſcriptione acquiri, ibid.

An proteſtatio annullet actum ſequentem, ibid.

An teſtamentum tempore peſtis cum minore numero teſtium factum valeat, ibid.

An collatio Beneficij facta infami, aut irregulari ſit ipſo iure nulla, ibid.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper impedimenta dirimentia occulta, ibid.

An beneficiatus contrahens matrimonium nullum, ſit ipſo facto priuatus beneficio, ibid.

482 *An iudex iudicans contra communem, & probabiliorem, poſſit ſubijci ſyndicatui, & condemnari in expenſis.*

483 *Iudex quem modum procedendi ſeruare debeat, & an poſſit, ac teneatur aperire alteri iura clara, quæ eadem pars ignorat, & 484.*

485 *Approbatur ſententia aſſerens iudicem in ciuilibus teneri iudicare iuxta opinionem probabiliorem, & veriorem, & ſeqq.*

486 Senten

486 Sententia communis, & magis recepta, & à Doctoribus probata, præſumitur verior.

487 Communem ſequi tenetur iudex etiam in foro conſcientiæ, & 488.

490 Iudex ſecutus opinionem omnibus perpenſis probabiliorem, poteſt poſſidentem ſpoliare re, & alteri dare.

Vbi iudicis ſententia prolata eſt, & quis re priuatus eſt, ei tenetur parere, niſi poſtea conſtet ſententiam fuiſſe iniuſtam, ibid.

491 Pars illa, cui iura, leges, & rationes iuxta Doctorum opinionem magis fauent, dicitur habere cauſam digniorem, & maiora merita cauſæ, & maius ius.

Iudex in iudicando tenetur ſeruare æqualitatem iuſtitiæ diſtributiuæ, ibid.

Differentia inter Confeſſarium, & iudicem fori externi quoad opinionum electionem, ibid.

Non omnis opinio, quam tradunt in ſcholis iuris interpretes, ſtatim ſine alio examine debet in praxi adhiberi, ſed in Camera prius diſcutienda, poſtea in iudicijs practicanda, ibid. fine.

492 Quando pro vtraque parte eſt æqualis probabilitas facti, & iuris, an iudex poſſit totam rem vni parti adiudicare. Affirmatiua.

493 Negatiua aſſerens partes componendas, vel rem inter ipſas diuidendam.

494 Dummodo nulla pars poſſideat, ſecus ſi altera poſſideat pro qua pronunciandum.

495 Procedit etiam negatiua ſolùm in ciuilibus, non verò in criminalibus, in quibus cæteris paribus iudicandum pro Reo, & 499.

496 Immò etiamſi probationes accuſatoris, aut fiſci ex parte facti eſſent efficaciores, non tamen conuincentes, contra Reum non foret iudicandum, ex doctrina multorum, & 497.

498 & etiamſi contra Reum eſſent præſumptiones, quantumuis violentæ, non poſſe eum puniri pœna ordinaria, ſed mitiori, tradunt non pauci Doctores.

Quando, & ad quam pœnam condemnari poſſit Reus ex ſolis præſumptionibus, & indicijs remiſſiuè, ibidem.

500 Etiam in ciuilibus cæteris paribus ex parte facti iudicandum pro reo contra Actorem, immò etiamſi probationes actoris eſſent aliquanto digniores.

501 Hoc tamen limitatur, ſi actor agat pro cauſa fauorabili, v. g. matrimonio, teſtamento, libertate, dote, aut cauſa pia, pupilli, viduæ, vel alterius perſonæ miſerabilis, quibus cauſis contra Reum in æqualitate probationum fauendum eſt.

502 Reo in ciuilibus etiam fauendum contra fiſcum in paritate probationum, & quo in caſu, & 503.

504 Cùm probationes Rei contra habentes cauſam fauorabilem matrimonij, teſtamenti, &c. ſunt digniores, & probabiliores, ac efficaciores, an tunc ſit pronunciandum pro cauſa fauorabili, & priuilegiata.

505 Quando iura æquè probabiliter fauent vtrique parti, ſeu pro vtraque parte litigantium ſunt æquales opiniones ex parte iuris, & etiam probationes ex parte facti ſunt obſcuræ, & ſub opinione Doctorum quænam præualeant, vel collitigantes conueniunt in facto, tunc vna ſententia aſſerit liberum eſſe iudici in ciuilibus cauſis, & non priuilegiatis in iudicando ſequi quam maluerit opinionem, & totam rem vni collitigantium adiudicare prout ſibi libuerit, & gratificari amico; imò poſſe iure naturæ ſolo inſpecto, aliquid accipere ab vna parte, vt pro illa iudicet, ſecus inſpecto iure poſitiuo, & 507.

508 Addunt tamen aliqui peccaturum iudicem, qui haberet propoſitum, cæteris paribus, ſemper ferendi ſententiam pro amicis.

509 Limitatur prædicta ſententia in cauſis criminalibus, nam tunc ait fauendum eſſe Reo exiſtente æquali probabilitate pro Reo, & Actore, licèt ſecus, ſed malè ſentiant nonnulli, & 510.

511 Limitatur ſecundò in cauſis ciuilibus habentibus pro ſe regulam, ſeu priuilegium iuris, quales ſunt matrimonium, dos, teſtamentum, libertas, cauſa pupillorum, viduarum, & aliarum perſonarum miſerabilium, & quæcunque cauſa pia, pro quibus in æquali probabilitate tam facti, quàm iuris, etiamſi ſint actrices, iudicandum eſt, licèt ſit controuerſum inter Doctores, an pro eiſdem ſit iudicandum, quando contra eas eſt opinio probabilioribus fulcita rationibus, & verior exiſtimata, & 512. & 517.

513 Contraria, & verior ſententia ſicut in æqualitate probabilitatis facti, ita & in æqualitate probabilitatis iuris, vel partes eſſe reducendas ad compoſitionem, vel rem litigioſam à iudice inter collitigantes diuidendam foro conſcientiæ inſpecto, ſi nullus litigantium rem poſſideat, nec agatur de cauſa fauorabili, & 514. & 736.

Si altera litigantium poſſideat, ei tota res adiudicanda, n. 516.

Poſſeſſori à iudice fauendum intelligitur non ſolùm in dubio formali, ſed etiam in æqualitate probabilitatis facti, aut iuris, ibid.

514 Iudex cùm ſunt æquales opiniones pro vtroque litigantium, nullo modo, etiam ſolo naturæ iure inſpecto, poteſt aliquid accipere, vt ferat ſententiam pro vna parte potiùs, quàm pro altera.

515 Iudex pro iuſta ſententia ferenda, & adminiſtranda iuſtitia, nihil poteſt accipere, niſi detur ad inſtar muneris liberalis.

518 Æqualis probabilitas opinionum ex parte iuris, ſeu varietas opinionum æquè probabilium, ex quibus diſcerni non poteſt, quæ ſit communis, & verior, excuſat litigantem ab expenſis, & iudicem à Syndicatu.

519 Arbiter electus ad iudicandum iuxta ſuam opinionem, non poteſt ſequi alienam, etſi oppoſitas opiniones teneat, & iudicet æquè probabiles, non poteſt in foro conſcientiæ totam rem vni parti adſcribere.

520 In criminalibus, an Iudex teneatur ſequi opinionem fauentem Reo, contra quem ſtat opinio exiſtimata probabilior. negatiua ſententia.

521 Affirmatiua, & communis.

522 Proniores eſſe debemus ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.

523 Si iudex in vna, & eadem ſententia ſimul abſoluat, & condemnet, potior eſt abſolutio.

524 In dubio ſententia eſt interpretanda ad fauorem Rei, vt minus ſit condemnatus.

& quando aliter clarè non conſtat, præſumendum à lege, vel iudice impoſitam mitiorem pœnam, ibid.

In pœnis ſemper debemus eligere mitiorem, ſeu ſequi meliorem interpretationem, & ita iudex inclinare mitiorem partem, & minorem pœnam, ibid.

625 Pœna capitalis intelligitur non ſolùm de pœna ſanguinis, & mortis naturalis, ſed etiam de exilio perpetuo.

Quoties lex, vel ſtatutum, vel ſententia decernit

delicto pœnam capitalem, debet intelligi de exilio perpetuo, ibid.

526 *Regula, quòd in pœnis fiat mitior interpretatio, an procedat, quando dubitaretur, an pro delicto, de quo conſtat, quis ſit puniendus, vel abſoluendus in totum, & 528.*

527 *Fauor Reipublicæ eſt, quòd delicta puniantur.*

In pœnalibus, & correctionis admittitur extenſio fauore publico, & ne delicta remaneant impunita, & detur occaſio delinquendi, ibid.

Regula, vt in dubio præſumptio fiat de minori pœna, non procedit quando ob pœnæ leuitatem daretur occaſio delinquendi, ibid.

528 *Neque in atrocibus delictis.*

§. XXVII.

Quamnam opinionem ſequi debeat index in iudicando, quando ſunt variæ, & oppoſitæ opiniones probabiles, ſiue ex parte iuris, ſiue ex parte facti circa iuſtitiam vtriuſque partis litigantium.

474. DIxi, *ſiue ex parte iuris, ſiue ex parte facti*, &c. quia quando opiniones Theologorum diuerſæ ſunt circa actum iudicandi, ſcilicet, vtrùm iudici liceat, nec ne, hoc, vel illo modo iudicare, hoc, vel illud agere, vt interrogare in tali caſu Reum, aut teſtes, & ſimilia; ex dictis ſuprà *num.* 314. *&* 449. conſtat poſſe licitè iudicem pro libito ſequi vtramuis, ob illam doctrinam generalem traditam, quòd vbi ſunt duæ opiniones probabiles iuris, & de præciſa honeſtate, vel turpitudine actus, licèt vna ſit minus probabilis, altera probabilior, licitum eſt vnicuique, quam maluerit ſequi, quod etiam in his terminis iudicis tradunt Vaſquez 1. 2. *diſput.* 64. *cap.* 2. *initio.* Sayrus *lib.* 1. *clauis cap.* 11. *n.* 14. Sanchez *lib.* 1. *ſumm. c.* 9. *n.* 43. Ioann. Lugo *de iuſtitia part.* 2. *diſp.* 37. *num.* 113. Quæſtio ergo explicanda eſt, quando diuerſæ opiniones ſunt de probabilitate facti, vel iuris litigantium ex facto prouenientis. Probabilitas autem facti eſt illa, quæ nititur teſtimoniis, ſcripturis, v.g. inſtrumentis, teſtamento, &c. Quam probabilitatem verè, & propriè non eſſe opinionem, ait Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 44. *num.* 51. *verſic. in ſecundo ſtatu*, ſed lato vocabulo, quatenus dicta hominum, & atteſtationes dicuntur opiniones, & etiam Sanchez *d. cap* 9. *num.* 44. dicit illam non eſſe probabilitatem opinionum, ſed facti. Probabilitas verò iuris eſt, quando quædam iura fauent vni parti, & alia alteri, vel lex, iuxta quam lis exorta decidenda eſt, aliter ab aliquibus Doctoribus, aliter ab aliis ex ſufficienti motiuo. ſeu probabili ratione intelligitur. Quare diuerſitas opinionum, ſeu potiùs probabilitatum poteſt verſari tam circa factum, quàm circa ius ex facto proueniens; & poteſt factum eſſe certum, & indubitatum, & probabilitas eſſe tantùm circa ius. Explico. Contendit Titius cum Sempronio ſuper hæreditate, & probat ad ſe pertinere; & ſimiliter probat Sempronius ipſe; & circa probationes ex vtraque parte factas verſantur etiam Doctorum opiniones, quænam ex illis potentior, & efficacior ſit, Titij, an Sempronij, in hoc caſu diuerſitas opinionum eſt circa factum, & circa ius. At ſi certum eſt Titio relictum eſſe legatum in teſtamento minus ſolemni, factum eſt certum, quia tamen controuerſum eſt, an Titio ſit applicandum, ius eſt ſub opinione. Item cùm poſt accuſationem ex capta informatione conſtat de delicto, factum eſt certum; poſſunt tamen eſſe opiniones de quantitate, & qualitate pœnæ iuxta leges, aut canones, aut ſtatuta delicto infligenda, & ita opiniones verſantur ſolùm circa ius ipſum. Vtraque etiam probabilitas tam facti, quàm iuris poteſt eſſe vel æqualis pro vtraque parte, vel pro vna parte maior, pro altera minor, non ſolùm ſeorſim, ſed etiam coniunctim, vt ſi pro parte Titij ſuper hæreditate contendentis cum Sempronio appareant, ſeu ſtent firmiores, & efficaciores probationes, tam facti, quàm iuris.

Iudex debet iudicare in cauſa ciuili pro ea parte, quæ melius probat factum, ſeu habet maiorem probabilitatem ex parte facti.

IGitur conueniunt Doctores, quòd quando pro vtraque parte ſunt probationes deductæ ex ſcripturis, documentis, & teſtibus, & ſimilibus, ſed conſtat pro vna parte eſſe probabiliores, & efficaciores eiuſdem facti probationes, & de iure ſuppoſito facto, vel res eſt clara, vel probationes iuris pro eadem parte ſunt probabiliores, & efficaciores, teneri iudicem ferre ſententiam pro parte habente meliores, & efficaciores probationes tam facti, quàm iuris loquendo in ciuilibus. ita Michaël Salon 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 4. *controuerſia* 2. *concl.* 4. *ibidem*, Petrus Arragon *dub. vlt. ad* 3. Sayrus *lib.* 1. *clauis, cap.* 10. *n.* 13. Gregor. de Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 7. *p.* 4 *propoſitione* 3. Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica ſect.* 12. *n.* 112. Villalobos *tom.* 1. *ſum. tract.* 1. *diffic.* 15. *num.* 3. Hieronymus Pharao *in prompt. tract.* 1. *ſeſſ.* 3. *caſu* 8. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tr.* 1. *diſp.* 2. *puncto* 10. *n.* 2. Ioannes Sancius *diſp.* 44. *n.* 51. *& diſp.* 43. *n.* 5. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reſpubl p.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *n.* 200. Doctores infrà allegandi aſſerentes iudicem in ferenda ſententia teneri ſequi probabiliores, & efficaciores probationes iuris, ſeu opinionem, ex parte iuris probabiliorem, & alij omnes Doctores, Iuriſperiti, Summiſtæ, & Theologi, qui in ſequentibus numeris huius §. allegantur, & expreſsè cum aliis Menoch. *de retinenda poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 736. *&* 738. Ratio eſt, quia iudex ex iuſtitia obligatur iudicare iuxta merita cauſæ, quæ illi innoteſcunt ex allegatis, & probatis; ſed ea pars quæ habet meliores, & efficaciores facti cum certitudine, vel maiori probabilitate iuris illi, ſuppoſito facto, fauentis, habet etiam maiora cauſæ merita, maiúſve ius; ergo iudex in fauorem eiuſdem partis, ſententiam ferre debet, ſiue eadem pars habeat etiam poſſeſſionem, ſiue non. Neque hìc habet locum illud principium, quòd licitum ſit ſequi opinionem quamcunque probabilem, vel quia iuxta notata *num præcedenti*, probatio, ſeu probabilitas facti non ſit propriè, & verè opinio, vel quia illud procedat in opinionibus circa præciſam honeſtatem, vel turpitudinem actionis, vel omiſſionis, non in opinionibus circa ius partium. Dixi *loquendo in ciuilibus*, quia quid in criminalibus infra.

Vbi non eſt controuerſia de facto, ſed de probabilitate iuris, vtrùm ſcilicet faueat vni, aut alteri parti, & ex oppoſitis Doctorum opinionibus vna eſt probabilior, & verior altera, an iudex debeat pronunciare ſententiam iuxta opinionem probabiliorem.

PRima ergo difficultas eſt, quando inter litigantes non controuertitur de facto quod ſupponitur idem, & tale eſſe, vel æqualiter probatum; ſed ſolùm ex parte iuris eſt inter ipſos controuerſia, dum

quælibet

Digitized by Google

quælibet pars prætendit ſuæ cauſæ fauere iura, & leges, atque his attentis, rem ſuper qua mota eſt lis, ſibi a iudice adſcribeudam fore; & diuerſæ ſunt Doctorum opiniooes de iure dictarum partium ob diuerſitatem iurium, ſeu legum intelligentiam (eo quòd aliter ab aliquibus Doctoribus, aliter ab aliis intelligantur) ex quibus vna eſt probabilior, & verior altera, an iudex in ferenda ſententia teneatur ex iuſtitia ſectari opiniouem Doctorum probabiliorem relicta probabili.

476. Et prima ſenrentia aſſerit iudicem conſtringi ad ſequendam opinionem probabiliorem, & veriorem. ita Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri*, *num.*409. Suarex *de charitate diſp.*13.*ſect.*6.*num.*1. Vaſquex 1.2. *diſp.*64.*c.*2. *& opuſc. de reſtitutione cap.*6.§.3. *num.*75. *&* 76. Bannex 2.2.*quæſt.*63.*art.*4.*dub.*1. circa ſolutionem ad 2. Sotus *lib.*3. *de iuſtitia, quæſt.*6 *art.*5.*concl.*4. Valentia *loco citato*. Rodriquex *in ſumm. p.*1.*c.*6.*n.*2. Sanchez *lib.*1.*ſum.cap.*9.*num* 46. Becanus 1.2.*tract.*1. *cap.*4 *num.*14. Coninch *de Sacram. diſp.*34.*num.*93. Reginaldus *lib.*13.*num.*99.*verſic. colligitur ſecundò, & lib.*23.*num.*42. Layman *lib.*1.*tract.*1.*cap* 5.*n.*16. Gordonus *lib.*4.*quæſt.*12.*num.*6. Villalobos *part.*1.*ſumm. tract.*1.*diff.*15.*num.*4.*& ſeqq.* Fauentinus *in* 4.*diſt.*14. *quæſt.*1.*diſp.*6.*num.*73. Filliuc.*tom.*2.*tract.*21.*c.*4.*n.*144. Antonius Perex *laurea Salmant. certam.* 10. *ſcholaſt. dub.*2.*cap.*16.*n.*71. *& ſeqq.* Torres *de iuſtitia diſp.*48. *num.*9. Malderus 1.2.*q.*19. *art.*5. *diſp.*86. *circa finem*, Pottel *in dubijs reg. verb. opinio, num.*12. Petrus Alas *tract. de Aduocato, part.*2. *quæſt.* 71. Ægidius Trullench 2. *tom. ſumm. lib.*8.*cap.*1. *dub.*7. *num.*2. Ioann. Lugo *de iuſtitia, part.*2. *diſput.*37. *ſect.*10. *num.*116. Fragoſus *de Regimine Chriſt. Reipubl. part.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.*198. *propoſitione tertia.* Breſſerus *de conſcientia lib.*3. *cap.*14. *num.*140.*& ſeqq.* Atiaga *in* 1.2. *tom.*1.*diſp.*24. *ſect.*5. *ſubſectione ſecunda, & ſubſectione tertia.* Huius ſententiæ videtur etiam Azorius *p.*1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt. vltima.* Eandem apptobare, & ſequi videtur Nauarrus *in man. cap.* 27. *numer.* 288. *&* 289. idem ſentiunt Syluester *verb. opinio*, §.2. Angelus *eod. num.* 11. Tabiena *v. idem* §. 4. quibus in locis aiunt iudicem, vbi iura non ſunt clara, ſed ambigua, teneri in iudicando ſequi opinionem magis communiter receptam, quia hæc exiſtimatur probabilior, & verior, vel ſi non appareat, quæ ſit opinio magis communis, & magis recepta, quia pro vtraque parte ſint famoſiſſimi Doctores, teneri in foro conſcientiæ ſequi eam, quæ validioribus rationibus firmatur, licèt quamlibet earum opinionum ſequeretur, non poſſet ſubiici ſyndicatui, & puniri in foro ſæculari. hanc eandem ſententiam tenent communiter Iuriſperiti aſſerentes iudicem teneri in ferenda ſententia ſequi opinionem communem, ſcilicet à Doctoribus magis receptam, & magis probatam, quos Iuriſperitos latè refert, & ſequitur Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque for. verb. opinio, diff.*1.*num.*1. de quibus *infrà*; & quòd in conflictu oppoſitarum opinionum communium iudex in iudicando debeat amplecti eam opinionem, quæ illi in conſcientia verior videtur, docuerunt plures Iuriſperiti, quos referunt, & ſequuntur Carotius *de comm. opin. tit.*9.*num.*165. Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*71.*num.*11. idem in terminis etiam aſſerit Cæuallos *comm. contra comm. in præfat. num.* 15. & alij qui infrà *num.*715. allegantur. Probatur, quia, dictum eſt ſuprà *numero præcedenti* ex communi Doctorum ſententia, iudex debet iudicare ſecundùm merita cauſæ, & maius ius, quod ex allegatis, & probatis conſtar vnum ex litigantibus habere; ſed quando iura, leges, & rationes, quibus vna pars litigantium in iudicio ſuam cauſam tuetur, eandem cauſam probabiliùs, & efficaciùs fouent, tunc eadem pars habet maiora merita, maiúſque ius, vt videtur per ſe notum; ergo iudex debet ferre ſententiam, iuxta ſententiam, quæ inſpectis allegationibus, & probationibus, probabilior, & iuri, legibus, ac rationi conformior eſt, ſeu talis ſibi apparet, non enim electus eſt à Republica iudex, vt ſententiam pro ſuo libito dicat, ſed habito reſpectu ad merita cauſæ, & ad potius ius partis. Confirmatur, quia non videtur poſſe negari, quin litigans, cuius cauſæ probabiliùs, & clariùs fauent iura, & leges, ac rationes, ſeu fauet veriſimilius ius, ſeu opinio ex parte iuris exiſtimata probabilior, cenſeatur dignior ſententia fauorabili; ergo ſi alter in iudicio ei præferatur, fiet contra ius dignioris, & perſonarum acceptio contra iuſtitiam diſtributiuam committetur, iuxta doctrinam S. Thomæ 2.2. *quæſt.*63. *art.*4. vbi docet committi peccatum acceptionis perſonarum, ſi iudex in ferenda ſententia non ſeruet æqualitatem iuſtitiæ diſtributiuæ, fauendo ei, qui dignior eſt, & maius ius habet. Confirmatur ſecundò, quia iuſtitia tribuit vnicuique, quod ſuum eſt; at res de qua in iudicio controuertitur, non poteſt dici eſſe eius, cui inſpectis allegatis, & probatis fauet ius obſcurius, & opinio minus probabilis, & veroſimilis. Confirmatur tertiò, quia Iudex à Republica, vel ſuperiore conſtitutus eſt ad definiendas cauſas, prout melius videtur, & conformius iuribus, legibus, & rationibus. Hinc Vaſquex *dict.* §.3. *n.*76. ait, quòd cùm Rex, ſeu Princeps imponens noua tributa ſe habeat vt iudex, qui ferat ſententiam circa ſubditos obligandos, & iudex teneatur opinionem probabiliorem, & fortioribus munitam rationibus ſequi, quia dum iudex conſtituitur, quod verius eſt, vel apparet, eligere tenetur; eodem modo Rex, aut Princeps, dum imponit tributa, ſe debet gerere, vt probabiliorem partem ſequatur. & idem dicit de Conſiliariis Regis, quorum iudicio, & prudentia in iis rebus ducitur, ſcilicet, eos tanquam iudices teneri ſequi probabiliorem ſententiam: ſecus autem ſentit de ſubditis, quoad obligationem ſoluendi tributum, quibus dicit ſufficere, ſi probabilem ſequantur ſuo iudicio, quia fortè illa, quæ ſibi probabilis tantùm videtur, Regi, & eius Conſiliariis fuit viſa probabilior; non eſt autem neceſſe, vt Regi euidens ſit iuſtitia tributi, ſicut nec iudici neceſſe eſt, vt euidens ſit ius partis, vt dicitur infrà *numer.* 490.

Porrò præfatam ſententiam licèt, per ſe loquendo, procedat tam in iudice ſupremo non recognoſcente ſuperiorem, ad quem detur appellatio, quàm in inferiore, à quo ad ſupremum poteſt appellari. Declarant tamen nonnulli ex præallegatis Doctoribus, 477.
aliquando per accidens non habere locum in iudice inferiori, quem in ciuilibus, quamuis iuxta propriam opinionem efficaciter iudicet probabilius iura, & leges, ac rationes fauere vni parti; aiunt tamen poſſe ſequi aliorum Doctorum opinionem, quam ipſe minus probabilem putat, ſi alioqui non ſequendo, periculum eſſet de honore, vel bonis, v.g. quia eſſet communis opinio, & magis recepta in praxi, vt proinde iuſtè timeat, à ſuperioribus iudicibus, ad quos cauſa per appellationem deuolueretur, ſe habendum vt minus prudentem, & ſententiam, ſi illam iuxta propriam, & non aliam magis receptam opinionem ferret, fore reuocandam, & forraſſe etiam ſe in expenſis condemnandum. Hocque probant hi Doctores, tum quia non committitur iudici

res iudicanda cum tanto diſpendio ſui honoris, vel etiam facultarum, tum quia eius ſententia iuxta opinionem, quam iudicat probabiliorem, cùm debeat reuocari, nullius effectus videtur eſſe. ita Vaſquez, Sanchez, Perez, Torres, Ioann. Lugo, Villalobos, & Filliuc. locis *ſuprà* allegatis, & Breſſerus *d.c.14.n.140.* extra hunc verò caſum Sanchez, Vaſquez, & Perez aiunt iudicem non poſſe iudicare iuxta alienam opinionem, ſi propriam putat probabiliorem. Immò Perez exiſtimat (vt notauit Sal. *n.*114.) non poſſe iudicare iuxta alienam, etiamſi eam putet communiorem, & probabiliorem. Hanc autem declarationem non admittit Ariaga *dicta ſubſectione tertia, n. 37. & ſeqq.* aſſerens nullam poſſe aſſignari differentiam inter ſupremum, & inferiorem iudicem, ita quòd vel neutri liceat iudicare contra opinionem propriam à ſe probabiliorem exiſtimatam, ſequendo aliorum communem, ſeu magis; vel vtrique liceat in iudicando ſequi opinionem alienam communem relicta propria, quam probabiliorem omnibus penſatis reputat; & eandem eſſe rationem de vtroque iudice, aut nullam eſſe cauſam excuſantem iudicem inferiorem: nititur probare pluribus argumentis; quæ nihilominus ex dictis in probatione ſententiæ, & declarationis facilè reiiciuntur.

Primum eſt, quòd non ſolùm iudex ſupremus, ſed etiam inferior conſtitutus eſt, non vt ſecundùm aliorum iudicia, ſed vt ſecundùm ſuum iudicet; ideoque quæritur ad hoc officium homo doctus, prudens, &c. neque apparet Rempublicam magis deſignaſſe iudicem ſupremum, quàm inferiorem, vt ſecundùm ſuum iudicium ferat ſententiam; etſi Reſpublica cenſetur contenta, quando iudex inferior relicto proprio iudicio, ſequitur alienum, quod videt inter doctos magis receptum, eodem modo credenda eſt Reſpublica contentiſſima ſi iudex ſupremus relicto ſuo iudicio, ſequatur illud, quod cenſet inter doctos magis commune; nam ex eo, quòd iudex habeat titulum ſupremi, aut inferioris, non fit eius opinio magis vera, ac proinde æquè vtile, aut inutile eſt Reipublicæ quòd communiorem ſequatur, ſiue ſupremus ſit, ſiue non. Sed reſpondetur, per ſe loquendo, vtrumque iudicem eſſe conſtitutum, vt iudicet id, quod omnibus diligenter conſideratis exiſtimat notabiliter probabilius, & certius, per accidens tamen in aliquo caſu particulari noluiſſe Rempublicam obligare iudicem inferiorem ad ferendam ſententiam iuxta id, quod ipſe probabilius, & certius iudicat, quando id foret parti inutile, & ſibi notabiliter nociuum, quod in ſupremo iudice non poteſt euenire; vnde in nullo caſu Reſpublica ſupremo iudici permittit, quod aliquando permittit inferiori. Quòd ſi daretur caſus, in quo etiam ipſe ſupremus iudex aliquod notabile damnum in honore, & fama foret paſſurus ferendo ſententiam contra communiorem ſententiam, quam ipſe notabiliter minus probabilem putaret, quàm oppoſitam; in tali caſu etiam ipſe excuſaretur, ſi in iudicando communem ſententiam ſequeretur, nec exiſtimandum Rempublicam, illum in tali caſu voluiſſe obligare cum tanto ſuo incommodo ad ferendam ſententiam ſecundùm ſuum iudicium proprium. Vix tamen puto poſſe contingere periculum morale notabilis nocumenti honoris in ſupremo iudice, pro quo ſtat regula, vt præſumatur ſemper moueri ex iuſta cauſa, vbi apertè contrarium non conſtat. Et ex hoc manet ſatisfactum ſecundo argumento Ariagæ.

Tertium, quia quòd ab vno iudice fiat appellatio, ab alio non, nil refert; tum quia ſæpè apud inferiores finitur cauſa ſine loco appellationis, ſæpéque litigantes acquieſcunt ſententiæ inferioris iudicis, & ſic ceſſat periculum reuocationis ſententiæ; tum, quia iudex ſupremus fortè eandem opinionem, quam inferior probabiliorem iudicat, vel ſi non iudicat, in eam induci poteſt, viſis eius litis in indiuiduo fundamentis, & ita etiam ceſſat periculum reuocationis. Sed reſpondetur declarationem procedere, quando eſt morale periculum appellationis, & reuocationis ſententiæ cum damno notabili iudicis, quod periculum rectè præſumitur, quando iudex inferior fertet ſententiam contra opinionem magis communem, magiſque receptam inter doctos, & in iudiciis.

Quartum, eſto (inquit Ariaga) certò ſciret eam reuocandam, & conſequenter non futuram vllius momenti, videtur tamen adhuc ipſum debere ſuam ſequi opinionem, quia ad hoc poſitus eſt, vt ſuum iudicium dicat, per quod ſatisfacit ſuo officio, quidquid ſuperiores poſtea ſenſerint, alioqui ſi ſupponeretur ille laturus iudicium iuxta ſupremi opinionem fruſtrà facta fuiſſet ab ipſo ad ſupremum appellandi copia, cùm ſupponeretur iudicaſſe idem, quod iudicaturus eſt ſupremus: ſed hoc etiam argumentum non tantum probat iudicem inferiorem in iudicando teneri quidem, per ſe loquendo, ſequi ſuam opinionem, quam probabiliorem exiſtimat, ac proinde etiam teneri ita iudicare etiamſi videat, quòd aliud iudex ſupremus aliter ſentiet; cum quo tamen ſtat, vt per accidens ad id non teneatur, ſed alienam opinionem, aliorum communem magis receptam inter doctos, & in iudiciis ſequi poſſit, ſi ſequendo ſuam huic oppoſitam videat ſe exponi morali periculo non ſolùm reuocationis ſententiæ, ſed etiam ſubeundi magni damni in honore, & facultatibus, eo quòd condemnaretur in expenſis, tanquam ſententiæ manifeſtè iniquæ, & iniuſtæ pronunciator: ex quo non ſequitur, vt fruſtrà ſit introducta appellationis facultas, quæ conceſſa eſt fortè ad cohibendos iudices, ne facilè contra ſententias communes, & veriores, & inordinato aliquo affectu iudicent.

Tandem Ariaga *n.*40. facta concluſione, quòd eadem ſit ratio de vtroque iudice, addit ſe abſolutè credere vtrumque iudicem poſſe ſequi opinionem alienam communiorem, quia (inquit) meritò poteſt ſic cogitare: *eſto mihi ita appareat, quia tamen pluribus viris doctis contrarium arridet, reſque eſt dubia, fortaſſe ego fallor.* Neque Reſpublica (ſubdit) poteſt eſſe malè contenta, nam iudices non ponit ſemper, vt ſolum ſuum iudicium ſequantur, ſed vt ſecundùm leges, & iura decidant; ideo ſi illi attenta communi Iuriſperitorum doctrina ſententiam ferant, æquiſſimè proceſſiſſe, & Reipublicæ deſiderio perfectè ſatisfeciſſe, credendi ſunt. Sed primò hoc tandem eſt conuenire cum ſequenti ſententia ſaltem magna ex parte, ſcilicet, vt iudex per ſe loquendo non teneatur iudicare iuxta id, quod omnibus diligenter conſideratis iudicat iuxta iura, & leges, & rationem naturalem eſſe notabiliter probabilius, & certius, quando ſcilicet oppoſitum aſſeritur à communiori opinione, immò etiam quando non aſſereretur à communiori, ſed tamen à pluribus viris doctis; nam etiam tunc poſſet cogitare ſe falli, cùm ſupponamus non habere pro hac opinione textum, vel rationem omninò euidentem, & conuincentem. Præterea dum hæc prima ſententia aſſerit iudicem teneri iudicare ſecundùm ſententiam iuris, quam iudicat probabiliorem, loquitur quando iudicat probabiliorem notabiliter, diligenter priùs expenſis iuribus, ſeu legibus, & rationibus pro vtraque parte litigantium

tium

tium ſtantibus, vel ſe offerentribus; io tali enim caſu præſumitur rectè eſſe intentionem Reipublicæ, quæ illum iudicem cooſtituit ad dicendum ius inter partes, vt pronunciet iuxta id, quod probabilius, & certius iudicat iuxta iura, & rationem oaturalem, eſto, quòd fortè decipiatur, & à parte rei res aliter ſe habere poſſit. igitur tunc poterit, & iuxta dicenda infrà, debebit iudicare iuxta opinionem commuoiorem, quando contra eam non habet neque textum, neque rationem conuincentem, aut valde vrgentem, ſed tantùm leuem, ob quam ſuam opinionem putat probabiliorem, tunc enim meritò poteſt, & debet exiſtimare, ſe fortè falli potius, quàm tot viros doctos pro communi opinione ſtantes, non enim à communi propter leuem rationem, & facilè recedendum eſt, vt ſuprà dictum eſt, & infrà oſtendetur.

478. Altera ſententia tenet, taoquam probabilius, & verius, iudicem tam ſupremum, quàm inferiorem, cæteris paribus, ex parte facti, poſſe iudicare ſecundùm opinionem probabilem ex parte iuris, relicta probabiliori, ac proiode ferre ſeotentiam pro ea parte cui minus probabiliter fauent iura, leges, & rationes, modò probabile iudicetur illi fauere. ita Arragon 2.2.*q.* 63. *art.4. dub. penultimo ad vltimum.* Salon *ibidem dicta concluſione* 4. Medina 1.2. *quæſ.*19. *art.6. dub. penult. ad vltimum.* Salas *ibid. d. diſp. vnica. ſect.*12. *num.* 118. *&* 116. & *ibidem* Aluarez *diſput.*80. *num.*12. Faguodez *de præcept. Eccl. p.*2. *lib.*3. *cap.*4. *n.*5. Sayrus *d. cap.*10. *num.*8. Garzias *de Beneficijs p.*11. *c.*5. *num.*362. Petrus Ledeſma *tom.*2. *ſumma tract.*8. *c.*22. *poſt* 11. *concluſionem diff.*2. Bonaciu. *de præcept. diſp.*2. *q.*4. *p.*9. *num.* 12. *verſic. Dixi ſaltem.* Hieronymus Pharao *dicta ſeſſ.*3. *caſu* 7. Ioannes Sancius *d. diſp.*44. *num.*51. *verſic. in tertio ſtatu, & num.*54. *per totum*, Palaus *d. p.*11. *num.*7. Martinos del Rio *diſq. mag. lib.*5. *q.*1. *§. quotieſcunque.* Diana *p.*1. *tract.* 13. *reſolut.*3. pro eadem ſeotentia referens Hieronymum de Reu, Martinez, & Lorcam. & pro eadem ſententia à Salone, & Salas citantur Salmanticenſes Magiſtri Petrus Soto, Gallus, Mantius, Sanctius & alij: & Martinus del Rio *vbi ſuprà*, aſſerit eſſe communem ſententiam Caſuiſtarum. Probatur hæc ſententia primò, quia qui ſequitur opinionem probabilem, prudenter, & tuta conſcientia operator, cùm opinio probabilis ſit conformis rectæ rationi. Secundò, in mediis ordinatis ad ſalutem nemo tenetur eligere (ſecloſo voto, aut iuramento,) quod melius, & ſecurius eſt, v.g. nemo tenetur eligere virginitatem, aut ingredi religiooem, quamuis virginitas, aut religio melior, & perfectior ſit, quàm ſtatos matrimonialis, ſed ſatis eſt ſeruare mandata, & eligere qood tutum, & ſecurum eſt; ergo & io ſequendis Doctorum ſententiis noo tenetur quis eligere meliorem, ſed ſatis eſt eligere, quam citra odium, & affectum iudicat probabilem, bonam, & veram. Tertiò, Confeſſarius poteſt, & tenetur ſequi opinionem probabilem pœnitentis relicta ſua, quam probabiliorem iudicat; ergo & iudex poteſt ſequi opinionem probabilem, cùm vterque ſit iudex in ſuo foro. Quartò opinio aliorum fortè in re probabilior, & verior eſt, & praxi conformior; ergo illi contra propriam à ſe probabiliorem reputatam poteſt iudex ſe conformare. Quod confirmatur, tom quia ſi alij iudices talem opinionem affirmantes, & ex illa iudicantes rectè procedunt, etiam quilibet alius iudex tutè procedit illis ſe conformando. Tom, quia quilibet Doctor interrogatus, poteſt reſpondere ex aliorum ſententia, quam minùs probabilem putat, præſertim ſi reſponſum fauet interroganti, vt ſuprà *n.*196. *ad* 203. oſtenſom eſt. ergo cùm iudex, etiamſi ſupremus ſit, interrogetur à colligantibus de ſuo iure, poteſt ex aliorum opinione, quam exiſtimat minos probabilem, reſpondere, cùm eius reſpooſum vni parti debeat fauere. Tum demum, quia Doctores tuta conſcientia docent opioiooes minus probabiles ſuos Auditores, ſeu diſcipulos, non ſolùm vt eas intelligant, ſed etiam, vt eas in praxi ſectentur. Et hi Doctores huius ſenteoriæ aiunt non obſtare fundamenta prioris ſententiæ. nam ad rationem reſpondeot efficaciores quidem probatiooes, ſeu probabiliora teſtimonia, ac documenta circa factum, quibus alter collitigantium meliùs probat ſuum intentum, cùm ſe teneant ex parte ipſorum collitigantium, efficere maiora merita cauſæ, & maius ius conferre, & conſequenter etiam reddere partem digniorem in ordine ad rem applicandam à iudice per ſententiam. At verò maiorem probabilitatem iuris, ſeu circa diſpoſitionem, & intelligentiam iuris, cùm non ſe teoeat ex parte litigantis, ſed ex parte iuris, nou auget merita cauſæ, ſeu confert maius ius alicui parti. Quare nomine meritorum cauſæ intelliguntur ſemper meliores probationes, non verò probabilior, aut communior intelligentia legis iuxta Doctorum opioiones, & ita leges decernunt, vt feratur io fauorem illius, qui meliùs, & efficaciùs per proceſſum probat, & oſtendit factum, non verò eius, cui fauet probabilior opinio Doctorum circa iura, ſed quod ad huioſmodi Doctorum opiniones ſpectat, relinquunt arbitrio, & prudentiæ iudicis. Vnde ad primam confirmationem reſpondetur maiorem dignitatem attendi ſolùm ex parte melioris probationis circa factum, non verò ex maiori probabilitate circa iura, ſeu intelligentiam legis, & ita iudicem ferentem iuxta opinionem minus probabilem relicta probabiliori circa iura non poſſe dici perſonarum acceptatorem, ſed probabilitas opiuionum tribuit iudici facultatem iudicandi, iuxta quam maluerit opinionem, etiam contra propriam. Ad ſecundam confirmatiooem reſpondetur, rem poſſe dici eſſe probabiliter eius, cui fauet opinio iuris probabilis, ſicut etiam eſſe ſolùm probabiliter eius, cui fauet probabilior minùs opinio. † Ad tertiam confirma- 479.
tionem reſpondet Palaus iudici à Republica, vel ſuperiore committi res iudicandas, non ſecundùm opinionem, quæ ſibi probabilior, & iuri conformior appareat, ſed ſecundùm eam, quæ pluribus, & doctioribus probabilior videtur, etenim (qood etiam priùs ootauit Salas vbi ſuprà *num.*114.) hoc eſt qoòd populo, & litigantibus, & Reipublicæ, ſeu Principi magis placet. Quare ſubdit idem Palaus ſi iudici conſtaret ſuam opinionem probabiliorem ab omnibus reputari, (quod videtur ferè impoſſibile) io tali caſu iuxta illam foret iudicandum, quia tuoc pro illa parte eſſet ius non ſolùm firmius, & probabilius, ſed omninò certum. At cùm ſolum ex ipſius iudicis opinione ſibi probabiliori viſa altera pars ius firmius habeat, non cenſetur abſolutè firmius ius habere, ac proinde idem iudex non cogitur pro illa ſeotentiam ferre. Et hanc ſententiam eſſe probabilem aiunt etiam Valentia, Sanchez, Filliuc. & Trulleoch, licèt probabiliorem exiſtimeot oppoſitam.

Vt autem iudex poſſit in iudicando ſequi opinionem minus probabilem circa ius, relicta probabiliori. Michaël Salon, Valentia, Sayrus, Garzias & nonnulli alij ab eodem Garxia vbi ſuprà *num.*364. relati, aiuot requiri, vt ipſe eam teneat, & poſt adhibitam debitam diligentiam, ad inueſtigandam 480.

veritatem iudicet, ſeu putet eam eſſe probabiliter
veram, licèt non debeat iudicare eſſe veriorem,
quia ſi iudicaret falſam, iuxta eam iudicando age-
ret contra conſcientiam: ſed ſuppoſita præfata ſe-
cunda ſententia, hoc non eſt neceſſarium, ſi velint,
vt ex principiis intrinſecis debeat iudicare eam
opinionem eſſe probabiliter veram. nam etſi ex
principiis intrinſecis putet falſam, poterit eam ſe-
qui, ſi iudicet probabiliter veram ex principiis ex-
trinſecis, ſcilicet quia viri docti illam probabilem,
ſeu probabiliter veram exiſtimant; vt conſtat ex di-
ctis ſuprà *num.* 85. 106. *&* 135. & ita etiam in ter-
minis contra præallegatos Doctores ſentit Salas
vbi ſuprà *num.* 118.

481. Et ex hac ſententia Ioannes Sancius *d. diſp.* 44.
num. 52. *& duobus ſequentibus*, infert plura corollaria.
Primum, iudicem poſſe pro libito interrogare reum
de crimine occulto, cùm an id liceat ſit opinio pro
vtraque parte, de qua re idem Sancius *diſp.* 43. *n.* 39.
Secundum, cùm ſit hinc inde opinio, an vnicus te-
ſtis omni exceptione maior faciat ſemiplenam pro-
bationem, poſſe iudicem dicto vnius teſtis proce-
dere ad torturam, etſi hoc ſibi videatur minus pro-
babile. Tertium liberum eſſe iudici, obligare ex
præcepto reum ad reſponſionem veritatis in cauſa
criminali tantùm ſemiplenè probato delicto, cùm
de hoc etiam ſint opiniones oppoſitæ, licèt affirma-
tiua ei videatur minus probabilis. Nec obſtare di-
ctis duobus corollariis regulam, in dubiis ſemper
eſſe fauendum reo, quam ait intelligendam in verè
dubiis, non in opinionibus. Quartum, cùm ſint op-
poſitæ opiniones probabiles, an iudex poſſit non
condemnare innocentem probatum nocentem ex
allegatis, & proceſſu, poſſe iudicem pro libito con-
demnare, vel non condemnare innocentem, eſto
vnam partem, quam minus probabilem credit, eli-
gat. Quintum iudicem poſſe incarcerare delinquen-
tem in alieno territorio inuentum, cùm de hoc va-
riæ ſint Iuriſperitorum ſententiæ probabiles, an
fas, vel nefas ſit, de quibus Gomez *var. tom.* 3. *cap.* 9.
num. 4. Sextò cùm Doctores diuerſimodè opinentur,
an blaſphemus gaudeat Eccleſiæ immunitate, & an
eadem pro aliis delictis extra Eccleſiam patratis
gaudeat, committens delictum in Eccleſia; de qui-
bus Nauarrus *in ſumm. cap.* 15. *n.* 21. & Clarus *lib.* 5.
recept. q. 30. & an eadem gaudeat, qui exit ab Eccle-
ſia cauſa committendi criminis, de quo Gomez
3. *var. cap.* 10. *num* 2. & an eadem gaudeat Clericum
occidens, de quo Nauarrus *in man. cap.* 25. *num.* 19. *&*
22. & Farinacius 1. *tom. crim. tit. de carceribus q.* 28.
num. 21. & an eadem gaudeat delinquens, qui è ma-
nibus ſatellitum eripitur, & ad Eccleſiam confugit,
de quo Nauarrus *cap.* 25. *num.* 19. Clarus *lib.* 5. *recept.*
§. fin. q. 3. *num.* 22. Gomez *cap.* 2. *num.* 4. poſſe iudicem
in præfatis caſibus pro libito extrahere, vel non ex-
trahere Reum, ſeu delinquentem ab Eccleſia, licèt
attenta Bulla Gregorij XIV. aliter dicendum vi-
deatur, ex multorum recentiorum ſententia. Septi-
mò, cùm oppoſitæ Iuriſperitorum ſententiæ ex va-
ria legum intelligentia ſint; an fructus induſtriales,
bona fide conſumptos, poſſeſſor bonæ fidei tenea-
tur reſtituere, poſſe iudicem ſpoliare poſſeſſorem, &
conſtringere eum ad reſtitutionem, non obſtante
regula, quòd in dubiis melior ſit conditio poſſiden-
tis, quam ait intelligi in dubio in rigore ſumpto,
non in opinionibus. Octauò, cùm iidem Iuriſperiti
variè opinentur, an filij Reorum læſæ Maieſtatis
diuinæ, vel humanæ, geniti ante parentum crimen
afficiantur pœnis à iure ſtatutis in eorum filios, de
quo Sanchez *lib.* 2. *ſumm. cap.* 26. *à num.* 14. poſſe iu-
dicem, quam maluerit opinionem ſequi, & damna-
re, vel non, filium natum ante parentis crimen. No-
nò, cùm oppoſitæ opiniones ſint, an filij expoſiti ad
Eccleſiæ lapidem reputentur legitimi, vel illegiti-
mi. de quo Garzias *p.* 7. *cap.* 2. *à num.* 6. fas eſſe iudici
declarare legitimum, vel èconta. Decimò, cùm di-
uerſimodè opinentur Doctores, an iuſpatronatus
præſcriptione poſſit acquiri. de quo Zeuallos *quæ-
ſtione* 614. poſſe iudicem iudicare in fauorem, vel
contra iuſpatronatus præſcriptione acquiſitum.
Vndecimò, cùm etiam variè opinentur Doctores, an
pater teneatur filiam naturalem dotare, de quo Ze-
uallos *q.* 565. poſſe iudicem in fauorem filiæ, vel
ècontra ſententiam dicere. Duodecimò, cùm con-
trarij ſint Doctores, an proteſtatio annullet actum
ſequentem, de quo Zeuallos *q.* 489. liberum eſſe iu-
dici iudicare pro, vel contra valorem actus. Deci-
motertiò, cùm variant Doctores, an teſtamentum
tempore peſtis factum cum minori teſtium nume-
ro valeat, de quo Zeuallos *q.* 290. & an collatio be-
neficij facta infami, aut irregulari, ſit ipſo iure nul-
la, de quo Garzias *p.* 7. *cap.* 8. *à num.* 44. *& cap.* 11.
à num. 1. & an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper
impedimenta dirimentia occulta, quando non pa-
ter aditus ad Papam, vel alium habentem poteſta-
tem diſpenſandi. de quo Sanchez *lib.* 2. *diſput.* 40. &
Garzias *p.* 11. *cap.* 5. *à num.* 342. Et an poſt Conci-
lium Tridentinum beneficiatus contrahens matri-
monium ſine Parocho, & teſtibus, amittat ipſo fa-
cto beneficium, liberum eſſe iudici in prædictis ca-
ſibus in iudicando ſequi, quam maluerit opinio-
nem, etſi minus probabilem exiſtimet. † Denique 482.
idem Sancius *num.* 54. *verſic. animaduertant quoque*,
infert ex eadem ſententia, quòd iudex non ſubiici-
tur ſyndicatui ob id, quod iuxta opinionem pro-
babilem relicta probabiliori, & communiori, ſen-
tentiam ferat, nam cùm prudenter agat, qui iuxta
opinionem probabilem operatur, ſyndicare iudi-
cem, eo quòd iuxta probabilem opinionem tulerit
ſententiam, eſſet eum punire abſque culpa, quod
iniquum eſt, & oppoſitum rectæ rationi: quare ad-
dit idem Sancius Iuriſperitos oppoſitum ſentientes
reiiciendos eſſe, velut punctum veritatis non attin-
gentes, præſertim cùm principiis moralibus minus
fidendum ſit de Iuriſperitis, quàm de Theologis,
quod an ſit verum, examinatur infrà *num.* 702.
& 703.

Aduertunt etiam Vazquez, Sanchez, Filliocius, 483.
Palaus, Breſſerus, & Trullench locis ſuprà *num.* 476.
relatis, quoad modum procedendi, iudicem hoc pa-
cto ſe gerere debere, nempè vt præmittat ſufficiens
examen circa factum, & ius, iuxta allegata, & pro-
bata, & tantùm iuxta allegata, & probata ſenten-
tiam ferat, non iuxta ea, quæ allegari poſſunt, aut
potuiſſent; ita quòd ſi altera pars deficiat in proba-
tione, aut quid neceſſarium allegare omittat, iuxta
ea ſola, quæ allegauit, & probauit, ſententiam ferre
debeat, & non ſecundùm probabiliorem ſenten-
tiam, quam allegatis allegandis ſecutus fuiſſet.
Neque debere, aut poſſe iudicem alteri parti, quæ
allegare, vel probare debeat, aut aliquid ad ius, fa-
ctiuè probationem ſpectans, aperire, cùm hoc ſit
officium non iudicis, ſed Aduocati. † Verùm cùm 484.
iudex teneatur ſecundùm leges iudicare, *l. nemo, C.
de ſentent. & interlocut. & cap.* 1. *de conſtit. & can. in
iſtis d.* 4. ſi vni parti lex aliqua recepta aſſiſtat, & a
litigatoribus, eorúmve Aduocatis ignorata, & mi-
nimè deducta fuerit, tunc puto iudicem omninò
ſupplere, & proferre poſſe, quod ſciat legibus, ac iu-
ri publico, & eo loco recepto conuenire, iuxta *tit. C.*

vt

vt quæ deſunt Aduocatis,&c. iuncta gloſſa, & annotauit Abbas *in cap. Raynutius num.* 11. *de teſtamentis.* vbi ait, *vbicunque aliquod ius ex deductis in iudicium competit parti, licèt pars ignoret, poteſt, & debet iudex ex officio ſupplere, cùm ipſi notorium ſit*; iuxta illa verò, quæ ad factum pertinent, iudicem proferre non debere, niſi ſecundùm ea, quorum publicam notitiam ex actis, vel inſtrumentis accepit, tradunt Vazquez, & alij Doctores præallegati, de qua re etiam Abbas *in cap. bona num. 9. de poſtul. Prælat.* & prædicta ſic latè explicata, ad maiorem vtriuſque ſententiæ intelligentiam; quarum quælibet, etſi ob auctoritates, & rationes, quibus fulcitur, probabilis appareat.

Reſolutio difficultatis iuxta opinionem Auctoris.

485. NIhilominus prior mihi longè probabilior videtur, & in praxi à quocunque iudice adhibenda; quare ſentio iudicem in iudicando ſaltem in ciuilibus, vt rectè ſuo munere fungatur, & operetur iuxta id, quod omnes deſiderant, teneri in iudicando ſectari opiniones circa ius alicui parti fauens (ſi cætera ex parte facti ſint paria,) probabiliorem, & talem exiſtimatam, ſi exceſſus probabilitatis iuris fuerit notabilis. Probant id argumenta allata pro priori ſententia, contra quam iuxta poſteriorem ſententiam ſi aliquis iudex tuliſſet, vel ferret ſententiam contra Doctores eiuſdem poſterioris ſententiæ aſſertores in aliqua cauſa in iudicio ab ipſis agitata, pro qua iudici in fauorem ipſorum, apparuiſſent probabiliora, & magis fauentia iura, quàm pro parte aduerſa, in cuius fauorem pronunciaſſet, aut pronunciaret, proculdubio credo, quòd illis tale iudicium in eademmet ſua cauſa diſpliceret, & iudicem iniquè iudicaſſe conquererentur; & quidem ſi iudex non teneretur iudicare iuxta ſententiam probabiliorem, cùm vtplurimum in cauſis forenſibus, (vt notauit etiam Breſſerus *d. cap.* 14. Reginaldus *d. num.* 99. & ante eos Antonius Maria Carocius *tract. de com. opin. in præfat. num.* 21. *& lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 96. & Neuizanus *lib.* 5. *ſylua num.* 67. *verſic. non tamen propterea*, & latè etiam explicat Breſſerus *d. cap.* 14.) opiniones oppoſitæ circa iura, & circa legum intelligentiam ſint probabiles, ipſe non teneretur pondera rationum expendere, & diligentiam vllam circa veritatis inueſtigationem adhibere, ſed poſſet ſemper pro libito, & ſua voluntate ſenten-
486. tiam ferre, quod abſurdum omnino videtur. † Et hanc ſententiam præter Doctores ſuprà *num.* 476. relatos, proculdubio tenent omnes Legiſtæ, & Canoniſtæ, aſſerentes iudicem in iudicando teneri ſequi opinionem magis communem, & receptam apud Doctores; id enim ideo aiunt, quia ſententia magis communis, & recepta præſumitur probabilior, & verior, (vt dixi ſuprà *num.* 95.) & poſt alios innumeros à ſe relatos notarunt Antonius Maria Carocius *in præfat. tractatus de communi opinione num.* 26. *&* 42. *& lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 9. *& aliis locis infrà citandis*, Azoguidus *de comm. opin. lib.* 2. *cap.* 1. Sylu. nupt. *lib.* 5. *num.* 2. Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 71. *num.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 1143. *num.* 1. & Cæuallos *com. contra comm. in præfat. num.* 15. referens ſe ad Menochium *d. præſumpt.* 71. Nam à multis, vel pluribus peritis veritas perfecta haberi poteſt, quod non eſt in paucis, *l. fin. poſt medium verſic. lex etenim, C. de fideicomm.* & quia integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententia comprobatur, *can. extra d.* 64. *cap. prudentiam, in fine princ.* vbi Abbas 3. *not. num.* 4. *de offic. deleg.* Antonius Maria Carocius *d. tit.* 8. *num.* 20. & quia faciliùs inuenitur, quod à pluribus quæritur, *cap. vlt. & ibi gloſſa vlt. d. num.* 20. Abbas *vbi ſuprà d. n.* 24. & poſt plures alios Carocius *d. num.* 20. & Ioan. Valerus *de diff. in vtrumque forum, verb. opinio diff.* 1. *num.* 1. *fine*; & ita meritò magis communis opinio, & magis inter Doctores
recepta præſumitur verior. † Porrò quòd iudex te- 487.
neatur in iudicando ſequi opinionem magis communem, & receptam, præter Zaſium *in l.* 2. *§. poſt hunc*, maximè, *in verb. innouare, circa medium ſub n.* 78. *verſic. nec communes opiniones ſequimur, ff. de origine iuris, & lib.* 2. *ſingul. reſp. cap.* 1. *in fine num.* 27. cuius fundamenta ponit, & ſoluit Carocius *d. tit.* 8. *à num.* 5. *ad* 16. aſſerunt alij Iuriſperiti, & Canoniſtæ communiter, gloſſa *in cap.* 1. *verb. de cætero, de poſtul. Prælat. num.* 6. *& gloſſa* 1. *in cap. fin. d.* 1. Ioann. And. *in c.* 1. *de conſtit.* Felin. *ibidem num.* 54. Abbas *in d. cap. prudentiam, & in cap.* 1. *de decimis.* Bartolus *in l. fin. C. de pœna iud. qui malè iudicauit.* Decius *conſil.* 481. *n.* 12. Ioannes Neuizanus *in ſylua nupt. lib.* 5. *num.* 161. *& ſeqq.* Macagnanus Azoguidus *tract. de comm. opin. lib.* 2. *cap.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 6. Antonius Maria Carocius *d. tit.* 8. *num.* 16. *& ſeqq.* Menochius *d. præſumpt.* 71. *num.* 1. *&* 2. *& ſeqq.* (vbi *num.* 1. in terminis tanquam certum ponit, quòd cùm de aliqua re, & contentione ſunt opiniones, illa in iudiciis, & foro ſequenda eſt, quæ verior meliórque præſumitur, & veriorem regulariter præſumi magis communem, & receptam,) Maſcardus *d. concl.* 1143. *num.* 1. Cæuallos *in d. præfat. num.* 16. Emanuel Suarez *in theſauro receptarum littera O. num.* 18. & infiniti alij Iuriſperiti, & Canoniſtæ ab Antonio Maria Carocio, Maſcardo, & Menochio relati, & etiam nonnulli alij, quos refert, & ſequitur Fragoſus *d. diſp.* 10. *num.* 183. quibus adhærent etiam Ioannes Valerus *d. diff.* 1. *num.* 1. & Suarez *de cenſuris diſp.* 16. *ſect.* 1. *num.* 5. vbi ait nulla ratione nos poſſe recedere à communi, quæ licèt non haberet aliud fundamentum præter communem omnem acceptionem, ſufficienter eſſet funda-
ta. † Seruandam autem eſſe ſententiam commu- 488.
nem non ſolùm in foro exteriori, ſed etiam in foro conſcientiæ, præter Summiſtas, Syluеſtrum, Angelum, Tabienam locis ſuprà *num.* 476. relatis, & alios aiunt Antonius Maria Carocius *d. tit.* 8. *num.* 17. Valerus *d. diff.* 1. & Farinacius *in repertorio iudiciali q.* 13. *num.* 20. & idem videntur ſentire alij, præſertim
Menochius. † Hinc iudicem iudicantem contra 489.
communem, & magis receptam facere litem ſuam, & teneri in Syndicatu, tradunt communiter Iuriſperiti, Bartolus, Decius, Abbas, Felinus, Menochius, Maſcardus, Cæuallos, Valerus *locis ſuprà allegatis.* Neuizanus *d. lib.* 5. *num.* 63. Antonius Maria Carocius *tract.* 2. *de comm. opin. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 15. & alij innumeri ab eodem Carocio relati. Quæ autem ſit dicenda communis opinio, explicatum eſt ſuprà *num.* 93. *& ſeqq.* & magis etiam declarabitur infrà, vbi etiam explicabitur quandónam liceat à communi recedere, & iudex excuſetur, ſi eam in iudicando non ſecutus fuerit. Quare quod Perez loco ſuprà *num.* 476. relato, dicit, nempe iudicem tam ſuperiorem, quàm inferiorem ſecluſo periculo, de quo ſuprà *num.* 477. non poſſe iudicare iuxta alienam opinionem, etiamſi eam putet communiorem, & probabiliorem, reprobandum eſt, prout in terminis reprobat Salas, & Palaus ſuprà *num.* 479. relati, & videtur (vt notauit Salas) contra mentem Reipublicæ; quæ potius vult iudices in ſententiis proferendis ſequi opiniones quas communiores, & probabiliores iudicant; cùm tales opiniones communes communiter præſumantur veræ, quia communiter

muniter maior pars peritorum meliùs inueſtigat veritatem, vt ex dictis *num.* 486. conſtat.

490. Aduertendum autem cum Vazq. *d. opuſc. de reſtit. c.6. §.3. allegatis numeris* 76. *&* 85. quòd iudex ſecutus partem omoibus conſideratis probabiliorem, poteſt poſſidentem ſpoliare re, & alteri dare, nec opus eſſe ad hoc, vt ſequatur euidens iudicium, ſeu quòd illi euidens ſit, rem eſſe huius, vel alterius litigantis, ſed ſufficit, ſi ſequatur partem maximè probabilem in iure, & in facto, ita vt excedat probabilitas, iudicio ſapientis iudicis, titulum alterius, & poſſeſſoris actum; quia reſpectu iudicis, cuius eſt cuique dare quod ſuum eſt, non eſt potior pars poſſidentis, ſed illius, qui efficaciori ratione poſtular rem ſuam, & ſequendo quod probabilius, nulli facit iniuſtitiam, etiamſi poſſidentem ſpoliet re ſua, quia in hoc ſeruar iuſtitiæ æqualitatem, dum ei, qui maius ius habere videtur omoibus perpenſis, tribuit rem, cui ſi denegaret, exponeret etiam ſe periculo denegandi, quod illius erat: & vbi ſententia iudicis prolata eſt, & qui per eam priuatus eſt re ſua, niſi poſtea conſtet, iniuſtam fuiſſe ſenteotiam, ei tenetur quis parere, etiamſi oppoſitum probabilius appareat, nam maiorem vim abſolutè habere debet apud prudentem, & rectum virum iudicium ſuperioris, qui ad iudicandum publicè auditis partibus aſſignatus eſt, quàm ſuum cuique iudicium in cauſa propria, vt rectè Vazquez *d. §.3. num.* 78. & quia per ſententiam transfertur dominium rei litigioſæ in eum, in cuius fauorem lata eſt, vt magis conſtat ex dictis *infrà hoc titulo num.* 858. *&* 873.

491. Ad argumenta autem ſecundæ ſententiæ ſuprà *num.* 478. adducta Reſpondetur provt ſequitur.

Ad primum reſpondetur procedere, vbi agitur de ſola facti, ſeu actionis honeſtate, aut obligatione, non autem vbi agitur de facti natura, & conditione, aut de damno, ſeu periculo damni inde emergente, vt ſuprà latè oſtenſum eſt: quando autem iura, ſeu leges, aut rationes probabiliùs notabiliter fauent, cauſæ alterius ex litigantibus, tunc adeſt maior dignitas cauſæ, maiúſque ius; ſicut qoando ſunt meliores, & efficaciores probationes facti. Neque obſtat quod ſuprà *num.* 478. dicitur probabilitatem iuris non ſe tenere ex parte litigantium, ſed ex parte iuris, atque adeò non conferre maius ius, ſeu oon efficere majorem dignitatem cauſæ, nam huiuſmodi maior probabilitas ita ſe tenet ex parte iuris, vt tamen afficiat cauſam ipſam, illamque digniorem efficiat, & ita parti, cui fauet, maius ius tribuit, quod videtur per ſe notum, vt dictum eſt ſuprà *num.* 477.

Ad ſecundum reſpondetur, quoad opera ſupererogationis nullum extare præceptum eligendi, quod melius eſt; iudex autem ex præcepto, ſeu obligatione iuſtitiæ tenetur iuſtè iudicare, ſcilicet, ſeruare æqualitatem iuſtitiæ diſtributiuæ, ac proinde fauere ei, qui dignior eſt, & maius ius habet, vt contingit, quando ius illi, ſeu eius cauſæ magis fauet notabiliter. Quare ſicut iudex iniuſtè iudicaret, ſi ferret ſententiam in fauorem partis, quæ ex proceſſu maiores probationes facti habet, ita iniuſtè iudicabit, ſi proferat ſententiam conformando ſe opinioni iuris minus probabilis, exceptis fortaſſe quibuſdam caſibus fauorabilibus, de quibus *infrà*. Ad tertium reſpondetur ex dictis ſuprà *num.* 200. eſſe diſparem rationem iudicis fori externi, & Confeſſarij, nam ille eſt iudex inter partes ad ferendam ſententiam ſeruata æqualitate iuſtitiæ diſtributiuæ, & ita iuxta merita, & maiorem cauſæ dignitatem, quam agnoſcit, tam ex parte facti, quàm ex parte iuris, cùm ex vtroque capite reſultet maius ius, vt ex dictis conſtat; at Confeſſarius non eſt iudex inter partes, ſed inter hominem, & DEVM, in ordine ad quem, vt non peccet, ſatis eſt, vt tam ipſe, quàm pœnitens ſequantur opinionem probabilem. Inſtantiam, cùm ſua ſolutione vide infrà *num.* 1394. *& duobus ſeqq.* Ad quartum reſpondetur iudicem non debere ſententiam proferre iuxta ius, quod fortaſſe à parte rei eſt, ſeu eſſe poteſt, nam etiam ſententiam ferre poſſet in fauorem partis, quæ in proceſſu minores facti probationes habet, quia fortè à parte rei factum eſt verius; debet ergo iudicare iuxta ius, quod diligenter omnibus ponderatis, nempe rationibus, & auctoritatibus, & aliis conſiderandis iudicat magis fouere, & tueri cauſam, quod iudicium efformare poteſt, & debet, quoties poſt diligens ſtudium agnoſcit, ita circa ius ſentire opinionem Doctorum magis communem, & receptam, contra quam non habeat aliquod conuincens, aut valdè vrgeos argumentum. ex quo patet ſolutio primæ confirmationis. Ad ſecundam confirmationem reſpoodetur Doctorem coosultum reſpondentem non dicere ius inter partes, ſicut iudex, & eius reſpoosio potius eſt ſpeculatiua, quàm practica. Quare ad tertiam confirmationem reſpondetur, quòd Doctores in ſcholis docent opiniones ſpeculatiuè, ſed non docent eas in praxi adhibendas à iudicibus, ſed ſolùm eas, quos probabiliores iudicant, alioqui malè agerent: & ad maiorem euidentiam huius reſponſionis libet hîc ſcribere, quæ annotauit Antonius Maria Carocius cum aliis in præallegata præfatione *num.* 47. *& quatuor ſequentibus.* vbi ſic habet. Communem opinionem (quæ, vt ſuprà dictum eſt, præſumitur verior,) derident in ſcholis, colunt verò, & obſeruant iudices, & Aduocati in iudiciis, & vtrumque benè factum exiſtimamus, nam licet, immò ſpectat ad iuris interpretes multa ſubtilia, etiam falſa effundere ad acuenda ſcholarium ingenia, cùm enim modum ſtudendi, & (vt dicitur) intelligentiam ſolùm docere debeant ſcholæ, oon eſt dubitandum, quòd etiam vera io dubium reuocare neceſſe eſt, nam aliàs non eſſet locus diſputationi, & per conſequens omnis penitus diſcendi via eſſet præcluſa; interpretes enim non multa, ſed multum declarare tenentur, vt ſubtiliter, clarè, & ordinatè exprimere valeant. quare non mirum ſi interpretes communem negligunt, & totis viribus ad diſputationem ſe conferunt, ſed iudices, & Aduocati, qui ſolùm veritatem ante oculos habere debent, *l. iudices, C. de iudic.* cùm eius exquiſitio adeò difficilis ſit, propter opinionum diuerſitatem, vt penè impoſſibile ſit aſſerere in iure aliquid verùm eſſe, ſi non certam, & claram, ſaltem præſumptam teneatur ſequi veritatem, & per conſequens communem opinionem, quæ vera præſumitur. Quamobrem, cùm diuerſi ſint fines interpretum, & iudicum, non debet mirum videri, quòd diuerſis mediis vtantur, nec ex hoc varij, & contrarij dicendi ſunt, cùm vtraque opinio in ſuis terminis ſubſiſtere poſſit, nec vnius receptio, alterius vim, aut robur impediat, aut minuat. itaque dicere ſolemus, quòd ea, quæ in ſcholis traduntur, ſunt priùs diſcurienda in Camera, & poſtea in iudiciis practicanda; quoniam leges in ſcholis digluriuntur, in palatiis verò digeruntur, nam practica eſt vera legum intellectrix, & leges ſapiunt, cùm practicantur, & tunc fructus ex arbore colliguntur. Ita cum aliis Carocius, & ſimilia etiam latè tradit Cæuallus *com. contra com. in præfat. num.* 71. *ad* 82.

Quando probationes ex parte facti ſunt æquales, & etiam iura æquè probabiliter vtrique collitigantium fauent, an tunc iudex poſſit totam rem vni parti adiudicare, vel teneatur illam inter partes diuidere.

SEcunda difficultas eſt, quando ſunt pro vtraque parte litigantium æquales probationes facti, ſcilicet, quando vtraque pars probat ſuam cauſam teſtimoniis, vel ſcripturis æquè idoneis, & ius æquè vtrique fauet, & nullus collitigantium poſſidet rem, circa quam lis vertitur, an tunc iudex poſſit applicare rem cui parti maluerit, an verò debeat rem æqualiter vtrinque adiudicare.

492. Prima ſententia ait integrum iudici eſſe applicare rem, cui maluerit; ſicut cùm duo contendunt de beneficio, & ſunt æquè ad illud digni, quia habent æquales probationes, ſeu præſentationes, & æquales qualitates, ſeu habilitates, liberum eſt iudici, cui maluerit, beneficium conferre, ſeu applicare. ita abſolutè Ioannes Sancius *in ſelectis diſput.* 44. *num.* 51. *verſic. in ſecundo ſtatu*, & Petrus Ledeſma *de matrim. q.* 45 *art.* 1. *dub.* 2. *ad tertium*, cum diſtinctione, videlicet, vt ſi res ſit diuiſibilis, debeat iudex partem rei vni parti, alteram partem alteri aſſignare; ſi verò ſit indiuiſibilis, poſſit illam applicare cui maluerit. citatur etiam à Ioanne Sancio Sanchez *lib.* 1. *ſumm. cap.* 9. *num.* 54. qui tamen oppoſitum expreſsè docet: data autem æqualitate probationum, ſi alter collitigantium rem poſſideat, poſſidenti fauendum fore aiunt, ob rationes infrà adducendas.

493. Altera ſententia communiſſima in hoc caſu æqualitatis probationum ex parte facti iudicem debere rem æqualiter vtrinque adiudicare, componendo partes inter ſe, vel diuidendo rem inter partes, ſi diuiſibilis ſit, aut diuidendo fructus, aut pretium, ſi res ipſa non ſit diuiſibilis. ita ex Doctoribus ſuprà *num.* 476. & 478. relatis, Salon *controuerſia* 4. *concl.* 2. Sayrus *d. cap.* 10. *num.* 12. Salas *d. diſput. vnica num.* 118. & *num.* 240. Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 45. & *lib.* 2. *de matr. diſp.* 41. *num.* 16. Coninch *d. diſp.* 34. *num.* 94. Layman *d. cap.* 5. *num.* 16. *verſic. quæres.* Filliuc. *d. cap.* 4. *num.* 144. Fragoſus *de Republ. Chriſt p.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 200. Palaus *d. puncto* 10. *num.* 2. & 3. Bonacina *d. puncto* 9. *num.* 14. *verſic. quod diximus.* Villalobos *dicta difficult.* 15. *num.* 2. Ægidius Trullench *d. dub.* 6. *num.* 8. & priùs etiam docuit Bannes 2. 2. *q.* 63. *art.* 4. *dub.* 1. *circa ſolutionem ad* 2. & idem aſſerit Suarez *de charitate diſput.* 15. *de bello ſect.* 6. *num.* 4. & ad id faciunt Doctores, quos allegat Menochius *de retinenda poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 755. Ratio eſt, quia cùm in facto ſunt æqualia fundamenta, & probationes litigantium, ſunt etiam æqualia ipſorum iura; vbi autem ſunt æqualia iura in rem, ratio naturalis dictat, vt res illa diuidatur inter litigantes, ſi ipſa ſit diuiſibilis, vel componantur partes, vel per æſtimationem diuidatur, vel forte res dirimatur, ſeu videatur, cui optio concedenda ſit, accipiendi rem, ſoluendo alteri dimidium æſtimationis; quare in hac parte non conceditur arbitrium iudici, ſcilicet, vt totam rem, cui voluerit, applicet, cùm non ſit dominus rei, ſed illius diſtributor. confirmat Salas *l. & hoc Tiberius, ff. de hered. inſtit. l. ſed etſi lege, §. de eo autem, in fine, ff. de petit. hæred. & l. Titius ff. ad Trebellianum*, in quibus iuribus proponitur medietatem in ambiguis ſeruandam. Neque obſtat exemplum de beneficio eccleſiaſtico, quia nullus litigantium (cùm neutrius ſit) habet aliquod ius, etiam iuſtitiæ diſtributiuæ, vt ſibi conferatur, ſed potiùs hæc iuſtitia dictat, vt alteri illorum tantùm conferatur; at extra materiam beneficiorum, cùm circa rem aliquam verſatur lis, & hinc inde ſunt æquales probationes ex parte facti, vtraque pars habet ius iuſtitiæ commutatiuæ ad rem illam, quia vtriuſque eſt, cùm vtrique æquè competat, ac proinde per æquales portiones vtrique applicanda à iudice, cuius munus ſolùm eſt declarare cui ius præfatum competat, atque adeò
pro vtraque parte debet declarare. Declarant ta- 494.
men præfati Doctores, hoc procedere cùm nullus litigantium rem poſſidet, ſecus verò ſi alter habeat rei poſſeſſionem, nam tunc aiunt rem totam relinquendam poſſidenti, vt conſtat manifeſtè ex *cap. ex literis, de probat.* cuius verba ſunt. *Quòd ſi ambarum partium teſtes ſint æquè idonei, poſſeſſoris teſtes præferuntur.* Ad id etiam facit regula illa iuris *in* 6. *Cùm ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori.* Reus autem in cauſis ciuilibus cenſetur, & dicitur poſſeſſor rei, & alia regula *eod. tit. & lib. In pari delicto, & cauſa, potior eſt conditio poſſidentis.* ita Salon, Sayrus, Palaus, Petrus Ledeſma Sancius, *vbi ſupra*, & colligitur ex aliis ſuprà allegatis, & tradunt cum aliis Menochius *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 755. & *de retin poſſeſſ remed.* 5. *num.* 725. Doctores, qui infrà *num.* 511. citantur, & Neuizanus *in Sylua lib.* 6. *n.* 47. *verſic. item pro illo.*

Hinc iidem Doctores declarant, eandem doctrinam in cauſis ciuilibus tantùm procedere, non in criminalibus, in quibus cùm ſunt æquales facti probationes tam ex parte rei, quàm ex parte actoris, ſeu accuſatoris, aut fiſci, iudicandum eſt in fauorem rei, vt apertè conſtat ex illa præallegata regula, *cùm ſunt partium iura obſcura*, &c. *de reg. iuris in* 6. & ex alia, *In obſcuris minimum eſt ſequendum, eod. tit. & lib.* quæ iuxta omnes interpretes in criminalibus locum habet. Confirmatur, tum quia in criminalibus ad condemnandum Reum debent probationes eſſe meridiana luce clariores, iuxta *l. ſciant cuncti, C. de probat.* Tum quia in criminalibus accuſator, vel fiſcus habet ſe vt aggreſſor, reus vt aggreſſus, ac ſe defendens: omni autem iure diuino, naturali, & humano ita dictante, fauendum eſt potius aggreſſo, quàm aggreſſori. Tum demum, quia quamdiu quis non eſt probatus nocens, cenſendus eſt innocens, ex vulgatis quoque regulis iuris; at in hoc caſu accuſatus non probatur nocens, cùm ſe æqualiter defendat; ergo ei fauendum. ita Salon, Sayrus, Fragoſus, Villalobos, Trullench *locis citatis* Salas *d. ſect. vnica n.* 115. & 119. Auguſtinus Barboſa *in collect. ad d. reg. cùm partium*, &c. *num.* 1. latiſſimè Menochius *de præſ. lib.* 2. *præſumpt.* 90. *num.* 5. & 9. 12. & 13. Maſcardus *de probat. concl.* 497. *n.* 1. Farinac. *conſil crim. tom.* 1. *conſ.* 30. *num.* 147. & alij ab eiſdem, & à Trullench ac Barboſa relati.

496. Immò etiamſi probationes accuſatoris, vel fiſci, ex parte facti eſſent efficaciores, ſi non ſint conuincentes, non debere iudicem contra Reum pronunciare ſententiam, & illum condemnare pœna ordinaria ſaltem, docent Sayrus *num.* 15. Salas *d. num.* 108. & 115. Palaus *d. num.* 3. Trullench *num.* 6. Villalobos *d. diffic.* 15. *num.* 4. & cum aliis Farinacius *conſil. crim tom.* 1. *conſil.* 20. *num.* 10. & *conſil.* 30. *n.* 148. Menochius, & Maſcardus *vbi ſuprà*, & licèt Salon *d. concl.* 2. videatur velle iudicem in huiuſmodi caſu poſſe quidem in fauorem rei ſententiam ferre, & eum abſoluere, non verò teneri, quod probabile putat Sayrus: nihilominus alij Doctores allegati volunt etiam in hoc caſu iudicem teneri iudicare in fauorem Rei, illumque abſoluere, quia ad condemnandum

nandum reum in criminalibus probationes debent eſſe apertiſſimæ, & meridiana luce clariores, vt diſponitur *d. l. ſciant cuncti*, quæ eſt vltima, *C. de probat.* quod non coutingir in hoc caſu, quando accuſatoris, vel fiſci probationes ſunt tantùm probabiliores. Prætetea cùm non eſt certum, an reus ſit nocens, ſatius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari, *l. abſentem. ff. de pœnis.* Deinde nimis durum eſſet, quòd iudex condemnaret ad mortem eum, quem licitè poteſt liberare. alias rationes videat lector apud Menochium *d. præſumpt.* 90. vbi *num.* 8. ob prædicta cum Abbate *in cap. ad noſtram, de probat.* ait, quòd licèt teſtes actoris, ſcilicet accuſatoris, ſint aliquantulum digniores teſtibus rei, attamen adhuc iudicandum eſt pro reo. item cum eodem Abbate *in cap. forum, de verb. ſignif.* notat, quòd etſi maior fides adhibeatur teſtibus maſculis, quàm fœminis; hoc tamen locum non habet, quando fœminæ teſtimonium dixerunt. pro
497. reo. † Et *num.* 12. cum aliis pluribus concludit in criminalibus io fauorem rei iudicandum; etiamſi pro actore extarent clariores teſtes, ac proinde ſi accuſator probaſſet crimen teſtimonio duorum Clericorum, reus verò contrarium teſtimonio duorum laicorum, fauore rei præualebit teſtimonium
498. laicorum. † Immò ſi probationes contra reum non ſint conuincentes, & claræ, licèt coutra eundem eſſent præſumptiones, quantumuis violentæ, non poſſe eundem reum condemnari, & puniri pœna ordinaria, ſed debere puoiri mitiori pœna. v. gr. ſi pœna ordinaria ſit capitis, puniri debere tantùm pecuniaria, aut ſaltem alia corporali pœna mitiori, tradunt magis communiter Doctores, quos latè referunt, & ſequuntur Gomez *var. tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 25. Menochius *de arbitrariis, caſu* 279. *& de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 97. *n.* 22. *& ſeqq.* & Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 50. *num.* 37. & latiſſimè *p.* 3. *quæſt.* 86. *per totam,* præſertim *num.* 110. eo quòd ad condemnandum reum, præſertim in cauſis capitalibus, probationes debeant eſſe nedum concludentes, ſed etiam meridiana luce clariores. *d. l. ſciant cuncti, vltima, C. de probat.* & aliis iuribus per Gomeſium allegatis, apud quem, & apud Menochium *locis citatis*, & Farinacium *d. q.* 86. vide quando, & ad quam pœnam condemnari poſſit reus ex ſolis præſumptionibus, & indiciis.

499 Ex quibus mihi videtur tanquam improbabilis reiicienda opirrio Bonacinæ *d. puncto* 9. *num.* 15. vbi cenſet etiam in criminalibus, quando ſunt æquales probationes ex parte facti, poſſe iudicem partem pœnæ reo imponere, (niſi aliter ferat conſuerudo, vel aliquod decretum,) quod probat à ſimili de cauſis ciuilibus, in quibus, vt dictum eſt, cùm probationes ex parte facti ſunt æquales, iudex debet partes inter ſe componere, vel rem inter eas modo explicato diuidere, & ad illam regulam iuris, *Cùm partium iura,* &c. ſuprà *num.* 494. citatam, & ad aliam, *In pari delicto,* &c. *eodem num.* 494. allegatam, dicit ſermonem in illis eſſe de dubio formali, non verò de opinione probabili, vt contingit, quando ſunt æquales probationes ex parte facti, & multo magis, quando accuſatoris probationes ex parte facti ſunt probabiliores, & vrgentiores, licèt non conuincentes. Reiicienda, inquam, eſt hæc opinio, tum quia eſt contra communem ſententiam Theologorum, & Iuriſperitorum, à qua ſaltem tanquam benigniori, & præſumptiuè veriore non debet recedi; tum qoia repugnat præfatæ legi *ſciant cuncti, C. de probat.* & prædictis duabus regulis, in quibus nullum verbum, quod indicet eſſe ſermonem ſolùm in dubio formali, & fortè ſunt deductæ ex illa *l. ſciant cuncti.*

Quin non ſolùm in cauſis criminalibus, ſed 500.
etiam in ciuilibus, ſi æqoales ſint probationes Rei, & actoris, probationes Rei præualere, & in illius fauorem eſſe iudicandum, tamquam rem carentem controuerſia, ſtatoit Menochius *d. præſumpt.* 90. *n.* 13. poſt Decium *in l. qui accuſare, num.* 16. *Cod. de eden. & conſ.* 564. *num.* 2. & alios ab eodem Decio relatos idem cum aliis aſſerit Boëtius *deciſ.* 42. *num.* 39. *fine.* & idem docuit Alciatus *in tractatu de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 44. *num.* 5. vbi aduersùs alios ſcriptores dictam diſpoſitionem *cap. ex literis, de probat.* ſuprà *num.* 494. allegata aſſerit procedere, & intelligi tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus, & ita in ciuilibus, quando probationes ſunt pares fauendum eſſe reo, eo quòd promptiora ſint iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, vt habetur non ſolùm *d. cap. ex literis*, ſed etiam *l. Arrianus* 46. *ff. de obligat. & actionib.* & fauorabiliores rei potius, quàm actores habeantur *l. fauorabiliores. ff. de reg. iuris.* Immo etiamſi probationes actoris eſſent aliquanto digniores, etiam in ciuilibus fore fauendum reo, húncque abſoluendum à iudice, & non condemnandum, probabile putat idem Menochius *num.* 12. & indicat ita ſenſiſſe Alciatum *vbi ſuprà*; eo quòd in vtroque caſu, ſcilicet, tam in cauſa ciuili, quàm criminali videatur militare eadem ratio, nempe quòd fauorabiliores rei potius, quàm actores habentur, vt latè poſt Alciatum proſequitur idem Menochius *d. præſumpt.* 90. *à num.* 1.

Hoc autem, quòd in ciuilibus fauendum ſit reo 501.
ſaltem in paritate probationum, declaratur non procedere, quando actor ageret pro cauſa fauorabili, ſeu cui ius exiſtentibus æqualibus probationibus fauet, cuiuſmodi ſunt matrimonium, libertas, dos, teſtamentum, cauſa pupilli, peregrini, viduæ, aliáque cauſa pia, & ſimilis, nam tunc, cæteris paribus, ſeu in æqualitate probationum, ſeu probabilitatis ſaltem ex parte facti fauor illius cauſæ præualet fauori rei, & pro ea iudicandum, etiamſi ſit actrix, vt videtur decidi *in cap. fin. de ſenten. & re iudicata,* vt poſt Iaſonem *in l. de die, in princ. col. vlt. verſic.* 2. *principaliter, ff. qui ſatiſdare cogant.* Decium *in cap.* 1. *col.* 3. *verſ.* 6. *limita, de probat. & in l. fauorabiliores num.* 3. *ff. de reg. iuris.* Cagnolum *ibid. num.* 7. & Alciatum *d. præſumpt.* 44. *num.* 7. tradunt Neuizanus *in ſylua nupt. lib.* 5. *num.* 73. *& lib.* 6. *num.* 21. & Menochius *d. præſumpt.* 90. *num.* 16. *& lib.* 2. *præſumpt.* 71. *num.* 30. *& ſeqq.* & priùs expreſsè docuit gloſſa *in d. cap. fin. verb. duobus iudicibus.* & ex Theologis in terminis notauit Palaus *d. puncto* 10. *num.* 3. † Et licèt Iaſon, & 502.
Decius *vbi ſuprà* inter cauſas fauorabiles enumerent cauſam fiſci, id tamen reprobant Matthæus Mattheſilanus *de electione opinionum, num.* 7. & Menochius *d. num.* 16. vtpote repugnans *l. non puto, ff. de iure fiſci.* vbi dicitur, *Non puto delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile reſponderit.* de cuius legis intelligentia plura idem Menochius *d. lib.* 2. *præſumpt.* 72. *n.* 6. Couarruuias *var. lib.* 1. *c.* 16. Peregrinus *de iure fiſci lib.* 7. *tit.* 3. & nouiſſimè poſt alios à ſe allegatos Farinacius *fragmentorum p.* 1. *litera F. à num.* 187. *ad* 192. & quando fiſcus agit contra priuatum de lucro captando (prout eſt, quando agitur, aut de pœna imponenda, aut de acquiſitione bonorum confiſcatorum, aut vacantium, vel ab indigno auferendorum,) priuatus verò de damno euitando, fiſcum non eſſe priuilegiatum, ſed data paritate probationum in fauorem priuati, ſeu Rei pronunciandum, ſeu probationes Rei præualere debere

debere tradunt communiter Doctores, quos latè re-
ferunt, & ſequuntur Menoch. *d. præſ. 72. n. 5.* Neuiz.
d. lib. 6. n. 47. verſ. in dubio contra fiſcum, Couarr. *d. c. 16.*
503. *n. 1.* & Farinacius *vbi ſuprà n. 189.* † Sed diſſentiunt ſi
fiſcus ageret non ſic de lucro captando, ſed ratione
contractus, vel iuris proprij, & ſucceſſionis alicuius
priuati; & hoc in caſu in dubio, & data probationum
paritate iudicandum eſſe pro fiſco, tenuerunt multi,
quos refert, conſequi videtur Neuizan. *loco citato,* &
alij, quos allegant Couarr. *d. n. 1.* & Farinac. *d. n. 189.*
vbi *& in ſequenti,* ait, ita magis communiter ſentire
Doctores. At in vniuerſum quoties fiſcus eſt actor, &
priuatus reus, data probationum paritate eſſe con-
tra fiſcum pronunciandum, tanquam verius docue-
runt Cumanus, Iaſon, & Zaſius *in l. inter pares, ff. de
re iudicata,* quos refert, & ſequi videtur Couarruuias
d. c. 16. n. 4. in fine, Menoch. *d. præſumpt. 90. n. 15.* Gabr.
Sarayana *in addit. ad Matheſ. ſing. 71. verſic. ſed ſi de-
mus fiſcum Reum.* quem refert, & ſequitur Fario. *vbi
ſuprà n. 191.* (vbi èeontra ait eſſe pro fiſco pronun-
ciandum, ſi ſit reus,) & idem docet Nauarr. *in man.*
504. *c. 27. n. 287.* † Dixi *cæteris paribus,* ſeu in paritate pro-
bationum à iudice pronunciandum in fauorem ma-
trimonij, dotis, libertatis, cauſæ piæ, & cuius ius al-
terius cauſæ fauorabilis, etiamſi ſint Actores; nam ſi
ſint probabiliores, digniores, & efficaciores proba-
tiones in contrarium, tunc non debere iudicari pro
matrimonio, & aliis fauorabilibus cauſis poſt plures
alios tradunt Antonius Maria Carocius *lib. 2. de
com. opin. tit. 9. caſu 20. n. 109 & 110.* Maſcardus *con-
cluſ. 1143. n 14.* idem aiunt Gutierrez *de matr. cap. 3.
n. 18. verſic. ſed non eſſe,* & Palaus *d. puncto 10. num. 3.*
& docuerunt plures alij à me *in tract. de contractu
matrimonij c. 3. num. 234.* allegati; quòd probant, tum
ex texto *in l. ſi pars, ff. de inofficioſo teſtamento.* tum
quia ita ſit cauſæ fauorabili fauendum, vt aliis non
fiat iniuſtitia, *cap. ex tenore, de foro compet. & cap. fin.
de donat. inter virum, & vxorem. & d. l. ſi pars.* ibi, *niſi
ſi apertè iudices iniquè ſecundum ſcriptum hæredem pro-
nunciaſſe apparebit.* At alij volunt, quòd, quoties
probationes, vel opinio contra matrimonium, do-
tem, & aliam cauſam fauorabilem non ſunt claræ,
ſed dubiæ, licèt probabiliores, dummodo proba-
tiones, vel opinio pro cauſa fauorabili ſint pro-
babiles, iudicandum eſſe pro matrimonio, & qua-
libet alia cauſa fauorabili, & priuilegiata. ita Do-
ctores à me allegari *d. cap. 3. num. 234.* Neuizanus
in ſylua nupt. lib. 5. num. 73. Menochius *d. lib. 2. præ-
ſumpt. 71. num. 30.* & plures alij ab eiſdem relati.
qui omnes aiunt etiamſi contra matrimonium, &
aliam cauſam fauorabilem ſtet communis opinio,
quæ non ſit clara, ſed dubia, iudicandum pro
cauſa fauorabili, ſi pro ea ſtet opinio probabilis,
& ſufficienti ratione fulcita, licèt minùs commu-
nis. Quorum opinionem, loquendo in particulari
de matrimonio, ſum ſecutus *d. cap. 3. eodem num. 234.*
vbi tenui pro matrimonio fore iudicandum, con-
tra communem, ſi pro eo ſtet opinio etiam ſingu-
laris Doctoris probabili ratione fundata, & com-
munis in contrarium non ſit clara, ſed dubia: &
poteſt confirmari *d. l. ſi pars.* ibi *apertè.* vult enim
lex non eſſe attendendam ſententiam latam pro
teſtamento, quando apertè conſtat iudices iniquè
pronunciaſſe: ergo ſecus ſi non apertè, & clarè, li-
cèt fortè altera ſententia pronunciata contra te-
ſtamentum videatur niti clarioribus probationi-
bus, dummodo non ſint claræ, & apertæ. Sed
de hac quæſtione latiùs infrà hoc §. *à nu-
mero 679.*

*Quando conſtat de facto, vel facti probationes
ſunt obſcuræ, & æquales pro vtraque parte,
& pro vtraque parte ſunt opiniones Docto-
rum, ex parte iuris partes fauentis æquè
probabiles, an iudici liceat in iudicando ſe-
qui quam maluerit opinionem, & totam
rem, cui maluerit parti applicare.*

TErtia difficultas eſt, quando collitigantes non
variant in facto, vel non conſtat eiuſdem facti
probationes ex documentis, & teſtium depoſitioni-
bus deductas eſſe æquales, ſed ſunt obſcuræ, & iura,
ſiue leges æquè probabiliter iuxta oppoſitas Docto-
rum probabiles ſententias vtrique parti fauent, ſeu
pro vtraque parte ſunt oppoſitæ Doctorum æquè
probabiles ex parte iuris, an in hoc caſu liberum ſit
iudici in iudicando ſequi quam maluerit opinio-
nem, cauſámve adiudicare vtri parti prout malue-
rit, & beneuolentiæ cauſa amico.

Et prima ſententia affirmat iudicem in huiuſmo- 505.
di varietate, ſeu conflictu opinionum æquè proba-
bilium poſſe tutò in vtroque foro in ciuilibus, & in
cæteris non priuilegatis ferre ſententiã, iuxta quam
maluerit opinionem, & iudicare pro amico, & in iu-
dicando ſequi modò vnam, modò alteram, ceſſante
tamen ſcandalo. ita ex Theologis omnes allegati ſu-
prà *n. 478.* plures ex allegatis *n. 476.* & alij. ita igitur
ſentiunt Salon *d. art. 4. controu. 2. concl. 4.* Med. *d. art. 6.*
Valentia *d p. 4. dub. 3.* Sayrus *d. c. 11. n. 4.* Sanch. *d. c. 9.
n. 45.* Villalob. *d. diff. 15. n. 1. & 4. & diff. 4. n. 13.* Ioann.
Lugo *de iuſtitia & iure, tom. 2. diſp. 37. n. 15.* Bonacina
d p. 15. Salas *d. diſp. vnic. n. 115.* Trullench *d. dub. 6. n. 3.*
Ioann. Sancius *d. diſp. 44. n. 51.* Sotus, Petr. Ledeſma,
Filliuc. Aluar. Manuel, Portel, Hieron. Pharao, Del
Rio, Diana locis ſuprà *n. 476. & 478.* relatis. Palaus
d. puncto 10. n. 5. Petr. Arragon *2. 2. q. 63. art. 4. dub. vlt.
fine.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. c. 14. n. 64.* Ioann. Valerus
*de differentiis in vtrumque forum, verb. opinio, differen-
tia 3. in fine,* & alij apud præallegatos. Ex Iuriſperitis,
& Canoniſtis ita ſentiunt Abbas *in c. 1. n. 15.* Decius
n. 12. in 1. lect. Beroius *n. 255. de conſtitutionibus,* Bald.
in c. ne innitaris n. 7. eod. tit. ibid. Innocent. & Anchor.
Boëtius *deciſ. 115. n. 27.* Iaſon *in l. poſt dotem n. 105. ff.
ſoluto matrim.* Perpunctus *in l. admonendi n. 15 ff. de iu-
reiurando.* Ioan. Baptiſta Aſin. *in l. vltima ff. de relig. &
ſumpt. fun.* Rota *in antiquis de reſcriptis, dec. 55.* Tiraq.
*de nobilit. c. 17. oppoſitione 1. & tract. de iure primogen.
q. 17. opin. 2.* Azoguid. *tract. de com. opin. lib. 1. c. 8. n. 46.*
Cæuallos *com. contra com. in præfat. n. 103. & ſeqq.* (vbi
n. 106. dicit hanc ſemper fuiſſe receptiſſimam ſen-
tentiam, illamque vidiſſe obſeruatam à iudicibus,)
Burgo de Paz, Garzias locis ſupr. *n. 476. & 478.* rela-
tis. Euerard. *loco ab auctoritate n. 16.* & plures alij, quos
allegant Neuiz. *in ſylua nupt. lib. 5. n. 74.* Anton. Maria
Carocius *de com. opin. lib. 2. tit. 9. n. 172* (vbi dicit eſſe
communem, & probatam ſententiam,) Menochius
*de arbitrariis caſu 339. n. 19. 20. & 21. & caſu 177. n. 7.
& tract. de retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 762. 763. & 764.* &
Ioannes Valerus *d. diff. 3. n. 1.* Qui omnes aſſerunt in
huiuſmodi caſibus dubiis ob conflictum opinionum
æquè probabilium pro vtraque parte, ſeu ob iura
æquè probabiliter vtrique parti fauentia eſſe locum
gratificationi, & poſſe iudicem iudicare pro amico,
vnde aiunt in talibus bonum eſſe habere iudicẽ be-
neuolum: & Anton. Maria Carocius poſt Abbatem,
Perpunctum, & alios admonet Aduocatos, & Pro-
curatores, vt in ſuis allegationibus, & informatio-
nibus reddant ſibi iudicem beneuolum, vocando
eum doctiſſimum, excellentiſſimum, celeberrimum,
acutiſſimum, aliiſque ſimilibus nominibus hone-

Digitized by Google

ſtent; & potius excudent, quàm deficiant io tecen-
ſendis iudicis laudibus, cùm ex hoc iudices ſoleant
delectati; cùm & in voiuerſum homines lodolæ
catnis eſu vtplurimum delectentur: & hanc ean-
dem ſententiam videtur tenere Matheſilanus *de
elect. opinionum. num. 9.*

506. Probatur hæc ſententla primò, qnia iodex in ſi-
mili cauſa tenetur ſententiam ferre, ſed non eſt ma-
iot tatio faciendi vni patti potius, quàm alteri, quia
in tali caſu ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ, & officij ſui
non debet bonum illud fauorabile, ſeu iudicij fauo-
tabilis magis vni, quàm alteri confette, cùm æquale
ius vtrique competat, & vterque tali iudicio fauo-
tabili dignus ſit; ergo poterit, cui voluerit, fauere
abſque vlla perſonarum acceptione; vt patet in
ſimili de duobus æquè dignis ad beneficium eccle-
ſiaſticum, quorum cuilibet pro ſuo arbittatu Epi-
ſcopus poteſt confette beneficium, & ita amico.

Dioerſa autem eſt tatio, quando probatiooes ex
patte facti ſunt æquales, & ius vtrique patti æquè
fauet, tonc enim indubitatum eſt, eſſe æquale ius in
vttoque litigante, ac ptoinde iniuſtum eſſe vni illo-
rum integram rem adiudicare, alio, æquale ius ha-
bente, penitus excluſo: at quando partes conueniunt
in facto, vel de æqualitate probationum, vel iuris
non conſtat, ſed ſub opinione eſt poſitum, quis vin-
cat, ſimul etiam ſub opinione poſitum eſt, cui debeat
hæreditas, v.gr. adiudicari: atque adeò poterit iudex,
cui voluerit fauere, cùm opioionem probabilem ſe-
quatur: item cùm probationes ex patte facti æqualea
ſuot, & ius vtrique parti æquè fauet, ius ipſum diui-
ſionem, ſeu compoſitionem (ſi fieri poteſt) conſuluit,
vt conſtat ex textibus ſuprà *n.493.* allegatis; at cùm
opiniones ſunt, quiſnam ex patte facti ptobationes
efficaciotes habeat, vel efficaciota iura, ius ipſum
non conſulit dioiſionem, vel compoſitionem, cùm
ipſum ius iuxta diuerſas ptobabiles Doctorum ſen-
tentias, ſeu intelligentias dicat quemlibet habere
integrum ius ad hæreditatem; ergo iudex potetit,
cui maluetit, applicare, cùm in hac applicatione ſe
conformet ſententiæ ptobabili dicẽti illam pattem
habere integrum ius in hæreditatem, integréque illi
debitam eſſe. Ex quo ſecundò probatur hæc ſenten-
tia, quia cùm vtraque opinio eſt æquè probabilis, &
defendi poteſt vt confotmis tationi, quamlibet iu-
dex eligat, & in ptaxi ſeqoatur, ſemper operatur con-
formitet tationi, & tutus eſt in foto conſcientiæ.
Confirmat Ioannes Lugo dicens iudicem ex patte
ſui officij ſolùm teneri ad inueſtigandam veritatem
diligenter, vt ſecundùm eam iudicet: in huiuſmodi
autem caſu probabiliſſimè iudicat illam eſſe verita-
tem, & hunc hominem habere ius; ergo poteſt pro
illo iudicare cum illa æquali probabilitate. Tertiò
quòd exiſtentibus opinionibus oppoſitis æquè pro-
babilibus ſit locus gratificationi abſq; peccato, col-
ligit Cæuallos, quia faciens contra legem præcepti-
uam habentem multiplicem ſenſum, & intellectum,
non peccat, vt tradunt Gloſſa, Ioannes Andreas, &
507. Abbas *in c. Capellanus, de feriis.* † Addũt aliqui in hoc
caſu ſolo iure naturæ inſpecto non eſſe contra iuſti-
tiam, nec teneri iudicem ad teſtitutionem, ſi aliquid
accipiat ab vna patte, vt in eius fauorem potiùs io-
dicet, ſeu vt iu iudicando opinionem illi fauentem
potius ſequatur, quàm alteram. ita Leſſius *d. num. 64.*
quem ſequitur Diana *p. 3. tract. 5. reſol. 55.* Probat Leſ-
ſius primò, quia non tenetur ad alteram opinionem
determinatè, ſed liberũ eſt ei ſequi, quam maluerit,
& conſequeoter aliquid accipiendo, vt hanc potius,
quàm illam opinionẽ ſequatur, nulli facit iniuriam,
cùm enim res non eſt debita, nõ eſt contra iuſtitiam
(ſtando in ſolo iure naturæ) exigere pro ea re pre-
tium, ſi alioqui ſit pretio æſtimabilis. Secundò, quia
in tali caſu non accipit pretium pro iuſtitia ſenten-
tiæ, ſed pro electione opinionis, ad quam nullo mo-
do tenebatur; hoc autem eſt pretio æſtimabile, &
quia vtiliſſimum patti, & quia eligẽdo hanc opinio-
nem amittit fauotem alterius partis, cui potuiſſet
gratificari. Demum, quia non fit iniutia patti danti,
cùm potiùs hac mente deotur à partibus munera, &
accipiantur à iodicibus, vt quantum fieri poteſt in-
tra limites iuſtitiæ, iudices ſuũ fauorem impendant;
& hanc eãdem opinionem approbat Coninch, ſup-
poſita illa ſententia, quòd iudici liceat pro ſuo arbi-
ttatu ex duabus opiniooibus ex parte iutis probabi-
libus (licèt altera ſit probabilior,) vel æquè proba-
bilibus, quam maluerit ſequi adiudicãdo tem totam
litigioſam vni patti, ſed quia ex hoc aperiretur via
iniuſtitiæ, & iudicia fierent vænalia, ideo ex hoc ab-
ſurdo, quod ſequeretur, infert iudicem non poſſe
totam tem vni applicare, ſed debere compoſitionem
ſuadere, vel diuidere. Dictum eſt autem *iure naturæ
inſpecto.* Nam id prohibitum eſſe iure ciuili, ſeu legi-
bus (quæ etiam poſſunt ad teſtitutionem obligare, &
etiam teddere incapaces dominij tei hoc titulo datę
acquirendi,) & cooſequenter iudicem talia facien-
tem committete iniuſtitiam, & ad teſtitutionem te-
neri docent. iidem Leſſius & Diana *locis cit.* & Trul-
lench *d. lib. 8. c. 1. dub. 7. n. 9.* Quod meritò ſtatutum
eſt ad præcauendas ioiuſtitias. † Quare Salon, Say- 508.
rus *vbi ſuprà*, & oonnulli alij ex præallegatis Docto-
tibus admonent cauendum eſſe, ne iudex propter
munera, aut propter affectus particulares iudicet
opinionem illam probabilem, quæ teuera non eſt
probabilis, ac proinde rectè inferunt iudicem, qui
habet propoſitũ, cęteris paribus, ſemper ferendi ſen-
teoriam pro amicis, regulatiter loquendo eſſe in pe-
riculo peccandi mortalitet, ſicut Epiſcopus, qui ha-
beret animum conferendi ſemper beneficia, cæteris
patibus, ſuis conſanguineis, quia habens hunc ani-
mum, & affectum ſæpè merita imparia ob talem af-
fectum (qui facilè iudicium perturbat,) paria iudica-
bit. Quòd ſi iudex habeat animum fauendi ſemper
cauſæ magis iuſtæ, amicis verò, quando certò conſti-
terit paria iura illos habere, tunc dicunt non eſſe io
tali periculo, quia tale propoſitum fauendi ſemper
caoſæ magis iuſtæ, purgat affectum, & fauere licet
amicis pro libito, quando merita cauſæ ſunt paria,
quoad iuris probabilitatem.

Dixi, *loquendo in ciuilibus*, nam io criminalibos in 509.
caſu æqualis probabilitatis, ſiue ex parte facti, ſiue
ex patte iuris, ſemper faueodum eſſe Reo tradunt
Villalob. *d. diffic. 15. n. 2.* Trull. *d. dub. 7. n. 6. & 9.* Saytus
d. c. 11. n. 12. & alij Doctores ſuprà *n. 495.* Neuizanus
in ſylua nupt. lib. 6. de comm. opin. n. 21. Carocius *d. tit. 9.
n. 168.* Nauarrus *in man. c. 27. n. 187. verſ. ſeptimo*, Gre-
gorius Valentia *tom. 3. diſp. 5. q. 15. p. 4.* Graoado *1. 2.
tract. 12. diſp. 4. ſect. 4. n. 40.* & Doctores communiter,
& conoincunt tradita ſuprà *n. 495. & 496.* † Vt me- 500.
ritò reprobanda ſit opinio Bonacinæ *d. n. 15.* exiſti-
mantis nõ eſſe improbabile in opinione æquè pro-
babili, ſiue ex patte iuris, ſiue ex patte facti licere
iudici, qoam maluerit opinionem ſequi in iudican-
do, non ſolùm in ciuilibus, ſed etiã in criminalibus,
niſi aliud ferat conſuetudo, vel decreta, dicens regu-
las iuris allatas *d. num. 495.* loqui de dubio, non de
opinione, huic eoim opinioni aduerſantur Doctores
cõmuniter, rationes, & iura *dictis numeris 495. & 496.*
allata, præſertim illæ duæ regulæ, quòd io pari deli-
cto, & cauſa fauendum ſit reo, & quòd fauorabilio-
res Rei potius, quàm actores habeantur, quæ regu-
læ non poſſunt limitari, & intelligi ſolùm in dubio
rigoroſo, vt per ſe patet, & tradunt communiter;
quare

quate nullo modo Bonacinæ opinio (prout etiam notaui ſuprà *n.499.*) in praxi adhibenda eſt, quod indubitatum puto, ſaltem quo ad pœnam ordinariam, & à lege ſtatutam delicto, ſeu delinquenti, ſi ſolùm ſub opinione ſit an delictum, ſeu delinquens dicta pœna comprehendatur, & opiniones Doctorum vtrinque ſint æquè probabiles.

511. Dixi quoque *in cauſis non priuilegiatis.* nam, cæteris paribus, ſiue ex parte facti, ſiue ex parte probabilitatis iuris à iudice fauendum eſſe parti habenti priuilegium, ſeu habenti pro ſe regulam iuris, & ita iudicem in æquali probabilitate iuris, ſicut in æquali probabilitate facti debere in iudicando ſequi opinionem fauentem Reo, poſſeſſori, atque ſimilibus, & in vniuerſum debere ſequi opinionem benigniorem, & ſtantem pro cauſa fauorabiliori tradunt Villalobos *d. diff. 15. n. 1. & 4. & eodem tract. 1. diff. 7. n. 3.* Trullench *d. dub. 6. n. 2.* Palaus *d. p. 10. n. 3.* Syluester *verb. opinio, & v. Aduocatus q. 13.* Angelus *v. opinio,* Nauarrus *in man. c. 27. num. 287.* Gloſſa, Neuizanus, Menochius, Maſcardus locis *n. 501.* relatis, Mattheus Matheſilanus *de elect. opin. num. 5.* Carocius *d. tit. 9. n. 168.* Valentia *d. p. 4.* & Doctores communiter, quos præcitati, præſertim Menochius allegant, & quòd in æqualitate iuris ſit amplectenda pars, ſeu opinio benignior, conſtat ex *l. ſemper in dubiis ff. de regulis iuris.* vbi dicitur in dubiis benigniora eſſe præferenda. Quòd ſit fauendum Reo, & poſſeſſori, conſtat ex regulis iuris ſuprà *n. 494.* adductis. Quòd ſit fauendum cauſæ fauorabili, qualis eſt matrimonium, dos, libertas, iuramentum, teſtamentum, cauſa pia, & pro perſona miſerabili, & alia ſimilis fauorabilis, etiãſi ſint actrices, conſtat ex *c. fin. de ſent. & re iudicata,* & ex aliis iuribus, quæ referunt Nauarrus *d. num. 287.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. fin.* & quæ ſint aliæ cauſæ fauorabiles, & in iure priuilegiatæ, pro quibus in dubio, & cæteris paribus, ſiue ex parte facti, ſiue ex parte iuris pronunciandum eſt, tradunt Nauarrus, Villalobos, Trullench *locis citatis,* & latiſſimè Neuizanus *d. lib. 6. à num. 20. ad 60.* de quibus etiam infrà *hoc eodem §.* prædicta enim iura non ſolùm debent intelligi in æqualitate probationum ex parte facti, ſed etiam in æqualitate probabilitatis ex parte iuris, vt videtur clarè conſtare ex *d. cap. fin. de re iudicata.* & ita intelligunt Doctores præallegati, & alij Canoniſtæ, & Legiſtæ communiter. † Solùm

512. ergo inter Doctores controuertitur, an quando contra matrimonium, dotem, libertatem, pupillum, peregrinum, viduam, & quamcunque aliam perſonam miſerabilem, & cauſam piam, & fauorabilem, eſt opinio exiſtimata verior, & probabilior, an tunc pro illis iudicandum ſit, & negant Maſcardus, Guttierez, Palaus locis ſuprà *n. 504.* allegati, innumeri quos refert, & ſequitur Carocius *de com. opin. tit. 9. n. 110. & 111.* & alij, quos refero *in tract. de contractu matr. c. 3. n. 234.* idque ob textum, & rationem de quibus ſuprà *eod. n. 504.* Neuizanus verò, Menochius locis *eod. n. 504.* relatis, Villalobos *d. diff. 7. n. 7.* & alij, quos ego *dicto c. 3. n. 234.* refero, & ſequor; & magis communiter Doctores, quos Carocius *d. tit. 9. n. 109.* allegat, volunt etiamſi contra matrimonium, aut aliam cauſam fauorabilem ſtet communis opinio, & reputata probabilior, quæ non ſit clara, iudicandum eſſe pro cauſa fauorabili, ſi pro ea ſtet opinio probabilis, licèt non communis, ſed etiam vnius, ſeu ſingularis Doctoris, quod in terminis de quacunque cauſa pia docet etiam Berous *in cap. 1. num. 18. de conſtit.* Hæc quoad primam ſententiam.

513. Altera ſententia, cui tanquam veriori, & probabiliori adhæreo, docet, quòd ſicut quando ſunt pro vtraque parte collitigantium æquales facti probationes; ita quando facti probationes ſunt obſcuræ, vel partes conueniunt in facto, & iura æquè probabiliter vtrique parti fauent, ſeu pro vtraque parte ſtant opiniones Doctorum oppoſitæ æquè probabiles, & nullus collitigantium poſſidet, nec agitur de cauſa fauorabili, non poſſe iudicem, (loquendo ſaltem in foro conſcientiæ,) adiudicare totam rem, circa quam mota eſt lis, cui maluerit parti, aut amico, ſed debere componere partes, vel rem inter eos diuidere ſi ſit diuiſibilis, aut diuidere fructum, aut pretium, ſi res non ſit diuiſibilis, ita ex Theologis Suarez *de charitate diſp. 13. ſect. 9. n. 4.* Bannes *2. 2. q. 63. art. 4. dub. 1.* circa ſolutionem ad ſecundum Paulus Layman *lib. 1. tract. 1. c. 5. n. 16.* & Coninch *de Sacram. diſp. 34. n. 91. & de effectibus actuum ſupernat. diſp. 31. n. 68.* Arriaga *tom. 2. diſp. 24. n. 29.* Breſſetus *de conſcientia lib. 3. c. 14. num. 146. & 147.* ex Iuriſperitis verò ita ſentiunt Segura *in directorio iudicum 1. p. c. 14. à n. 53.* Ioannes Garzias *de nobilitate, in initio n. 11.* (vbi irridet exiſtimantes in iure eſſe quæſtionem pro amico,) Neuizanus *d. lib. 5. comm. opin. n. 74. verſic. tamen quod,* (vbi quòd, quando aliqui Doctores aſſerunt pro vna parte litigantium eſſe communem, & alij teſtantur eſſe communem contrariam, & ſic pro vtraque parte eſt æqualis opinio ex parte iuris, ſententia diffinitiua relinquatur arbitrio puro iudicis, dicit eſſe inconueniens.) Antonius Maria Carocius *lib. 2. com. opin dicto tit. 9. n. 176.* (vbi quòd in conflictu opinionum communium hinc inde exiſtentium, vt diſcerni non poſſit, quæ ſit magis communis, iudex poſſit iudicare pro amico, dicit falſiſſimum, & omninò reſpuendum ſibi videri non ſolùm de honeſtate, ſed etiam in veritate, & de conſcientia,) *& n. 177.* vbi ait in hoc caſu iudicem debere diuidere rem per medium. quod etiam priùs tradiderunt Neuizanus *lib. 6. num. 8.* Menochius *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 71. n. 50. & de retinen. poſſeſſ. remed. 3. n. 755.* Maſcardus *de probat. concl. 1143. n. 21.* Boërius *dec. 45. n. 39.* & etiam *d. deciſ. 155. n. 206.* Borgninus Caualcanus *in tract. de tutore, & curatore, propè finem, n. 338.* & alij innumeri Iuriſperiti, quos latè congerunt iidem Neuizanus, Caualcanus, Boërius, Menochius, & Carocius, qui omnes, quando ſunt opiniones hinc inde probabiles, dicunt à iudice per medium eſſe diuidendam rem ſi ſit diuiſibilis, vel partes ad concordiam reducendas. vnde Carocius *d. num. 177.* teſtatur hanc eſſe receptiſſimam opinionem, quam amplexi ſunt etiam Nauarrus *in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. à n. 130.* & Menochius *de arbitr. caſu 339. n. 52. & de retin poſſeſſ. remed. 3. n. 367.* vbi aiunt peccare iudicem, qui opinionum varietate confiſus pro amico volens ei gratificari ſententiam fert. Probatur hæc ſententia à præfatis Iuriſperitis, præſertim Caualcano, Carocio, & Boërio primò nonnullis iuribus, nempe *§. cum ex aliena, circa medium.* ibi poſt multum Sabinianorum, & Proculianorum ambiguitate placuit media ſententia, *Inſt. de rerum diuiſ. §. fin.* ibi, ideo nos mediam viam eligentes, *Inſtit. quibus ex cauſis manumittere non licet, l. antiqui, §. vltimo,* ibi, prudentiſſimè iuris Authores medietatem quandam ſecuti ſunt, *ff. ſi pars hereditatis petatur.* quibus iuribus in varietate opinionum oppoſitarum habetur expreſsè mediam viam eſſe eligendam, & idem colligitur ex iuribus ſuprà *num. 493.* allegatis, ſcilicet, ex *l. & hoc Tiberius, de heredibus inſtit. l. ſed etſi lege §. adeò autem, in fine ff. de petit. hared. & l. Titius, ff. ad Trebellianum.* in quibus item in dubio media via eligitur, & pro medietate inter partes determinatur; nec conſtat in textibus prædictis caſus eſſe

ſolùm in dubio probationum ex parte facti. facit etiam regula, *In iudiciis non eſt acceptio perſonarum habenda, de reg. iuris in 6.* Secundò probatur ratione, ſicut quando iura, leges, & rationes cauſam vnius partis notabiliter probabilius, & efficacius fouent, & tuentur, tunc ea pars habet maiora merita cauſæ, & maius ius ad rem, vt eſſe per ſe notum dixi ſuprà *n.476. & 491.* & tradunt Doctores *eodem n.476.* allegati. ita quando iura, leges, & rationes æquè, vel ferè æquè probabiliter fouent vtramque partem, vtraque pars habet æquale ius ad rem, ſeu rem vendicandi; ergo iudex pro ſuo arbitratu non poteſt totam rem vni parti adiudicare, niſi committendo acceptionem perſonarum, & manifeſtam iniuſtitiam, ſcilicet, auferendo alteri litiganti partem, in qua bonum ius fouet; probatur conſequens, quia iudex non eſt dominus rei, de qua litigatur, nec poteſt, etſi arbitrium amplum habeat, vni auferre rem, aut ius, & alteri dare, (vt latè oſtendit Menochius *lib.1. de arbitr. q.48.*) Sed ſolùm eſt iuris partium interpres, & adminiſtrator, atque adeò habet tantùm poteſtatem iudicandi, vtra pars habeat ius ad rem, ſeu illam vendicandi. & conſequenter quando vtraque pars habet æquale ius ad rem, (vt contingit quando vtrique parti fauet æqualis probabilitas ex parte facti, vel ex parte iuris,) ſi neutra eam poſſideat, & non agatur de cauſa priuilegiata, & fauorabili, tenetur vtrique æquale ius adiudicare, & ita illam inter partes diuidere, ſi ſit diuiſibilis, vel diuidere fructus, aut pretium, ſi ſit indiuiſibilis, vel reducere per ſe, vel arbitros partes ad compoſitionem. Tertiò cum Neuixano probatur ex abſurdo, & inconuenienti; nam ſi quando opiniones hinc inde ſunt æquè probabiles, iudex pro ſuo arbitratu poſſet ferre ſententiam definitiuam, & totam rem vni parti adiudicare, ſequeretur ſententiam latam in prima inſtantia à iudice in tali caſu fore certò reuocabilem, quia iudex primæ inſtantiæ erit vni fauorabilis, iudex ſecundæ inſtantiæ erit fauorabilis parti contrariæ, vel vnus iudex habebit vnam opinionem, alius aliam. Videtur autem inconueniens, quòd iudex ferat ſententiam diffinitiuam, quam nouit poſſe certò reuocari; quo caſu etiam non prodeſſet parti in cuius fauorem iudicaret, ſed maximè noceret, exponendo eam euidenti periculo faciendi multas expenſas ſine fructu. Tertiò quis poterit negare eſſe ſaltem contra honeſtatem, & æquitatem, quòd iudex in cauſa, in qua bonum ius æquè fouet vtrumque litigantem, totam rem litigioſam vni tantùm adiudicet? & hoc eſſe contra æquitatem, & honeſtatem tradunt Iuriſtæ, & Canoniſtæ communiter, quos Carocius, & Boërius *locis ſuprà allegatis* referunt, nec diffitentur alij, ac proinde (vt videre eſt apud Neuixanum *d. lib.6. à num.4.* Boëtium, & Carocium *locis citatis*) omnes Doctores etiam aſſerentes non eſſe peccatum ſi in varietate opinionum, ex quibus quæ probabilior ſit, diſcerni nequit, iudex eligat quam maluerit, aiunt in hoc caſu eſſe conſulendam concordiam, vel rem diuidendam in-

514 ter partes, ſaltem ex æquitate. † Demum quòd in huiuſmodi caſu liceat iudici accipere aliquid ab vna parte, vt in illius fauorem pronunciet, & totam rem adiudicet, nullo modo videtur admittendum etiam ſtando in puro iure naturali, tum quia hoc conceſſo, cùm ſæpiſſimè contingat iura litigantium eſſe ambigua, aut ſaltem non eſſe liquida, quia pro vtraque parte, & aliqui Doctores, & probabiles rationes reperiri poſſint, vt tradidit Carocius *comm. opin. in præfat. num.52.* & ante eum latè Neuixanus *lib.5. num.67. verſic. non tamen propterea,* iudices ſæpiſſimè, & vtplurimum poſſent ſententiam ſuam pro libito plus offerenti offerre, & vendere, quod videtur omninò abſurdum; quia inde facilè omnia iudicia peruerti poſſent, & pateret apertiſſimè via iniuſtitiis, quod, dicendum eſt, ius naturale nullo modo permittere debere, ſed penitus prohibere. † Tum 515.
quia iudex nil poteſt accipere pro iuſta ſententia ferenda, ſeu pro adminiſtranda iuſtitia, niſi ad ſummùm detur inſtar muneris liberalis, vt tradunt Doctores communiter. Leſſius *d. cap.14. num.63.* Petrus Nauarrus *lib.4. cap.2. n.74.* & alij, quos idem Nauarrus *ibidem*, & Trullench *lib.7. cap.14. dub.7.* refert. At in hoc caſu æqualitatis iuris pro vtraque parte tenetur iuſtitiam adminiſtrare, & pro quacunque parte ſententiam pronunciet iuxta aduerſarios ſententiam iuſtam profert; ergo pretium, ſeu mercedem pro tali ſententia accipere non poteſt, quia acciperet pro ſententia iuſta; & ita in terminis contra Leſſium tenent etiam Tannerus 2.2. *diſp.4. q.6. dub.10. n.291.* & Trullench *lib.8. cap.1. d. dub.6. num.10.* & ex his, & ex dictis *n.491.* facilimè reiici, & dilui poſſunt argumenta prioris ſententiæ, vt ad illa expreſsè, & diſtinctè reſpondendum non ſit opus immorari. Nonnulla etiam alia, quæ quis poſſet obiicere, vel ſolui poſſunt ex dictis in præcedentibus, vel habentur ſoluta infrà *num.1397. & ſeq.*

Dixi autem, *& nullus litigantium poſſideat,* quia ſi 516.
alter eorum ante ortam litem bona fide poſſideat, illi in æqualitate probabilitatis iuris, ſicut & in æqualitate probabilitatis facti, integrè res adiudicanda eſt, vt in his terminis tradunt Coninch, Breſſerus, & Ariaga, & colligitur ex iuribus ſuprà *n.494.* allegatis. & ita prorſus ſentiunt Doctores ſuprà *n.500. & 511.* allegati, volentes cùm vtrique parti collitigantium iura æquè probabiliter iuxta diuerſas Doctorum opiniones probabiles fauent, etiam in ciuilibus eſſe fauendum Reo, nam poſſidens Reus eſt, & cenſetur, vt dixi *d. n.494.* & quòd fauendum ſit poſſeſſori expreſsè docent Valentia, Granado *vbi ſuprà,* Suarez *d. ſect.6. n.3.* Neuixanus, & Carocius locis ſuprà *d. n.509.* allegatis, Matthesilan. loco ſuprà *n.511.* relato. & in veritate poſſeſſoris cauſam eſſe potiorem, tradit Menochius *de adipiſc. remed. 4. n.795.* per regulam 65. *In pari delicto, & cauſa melior eſt conditio poſſidentis, de reg. iuris in 6.* Prædictis autem contradicunt Sanchez *de matr. lib.2. diſp.41. num.20.* Villalobos 1. *p. ſumma tract.1. difficultate 5. n.3. & diffic.9.* & Ioannes Sancius *d. diſp.44. n.54. initio,* aſſerentes quando ſunt diuerſæ opiniones circa rem aliquam, iudicem non teneri fauere poſſeſſori, ſed ſolùm in dubio formali eſſe meliorem poſſidentis conditionem, & ita tunc illi fauendum, & ita intelligi regulam, *In dubiis melior eſt conditio poſſidentis,* quod idem videtur ſentire Vazquez 1.2. *q.63. fine,* vbi & ipſe ait, regulam intelligendam de dubio rigoroſo; ſed regula præallegata non dicit in dubio, ſed in pari cauſa meliorem eſſe poſſidentis conditionem, tunc autem eſt par cauſa, quando æqualis eſt probabilitas ſiue facti, ſiue iuris, prout intelligunt, & ſentiunt Doctores allegati *hoc numero, & numeris 494. 496. 500. & 511.* Neque obſtat, quòd Doctor conſultus abſolutè à poſſidente, an teneatur reſtituere, ſi ſint vtrimque opiniones probabiles, poſſe reſpondere iuxta opinionem obligantem, vt oſtenſum eſt ſuprà *n.203.* nam regulæ iuris decernentes fauendum eſſe Reo, & poſſeſſori, loquuntur de iudice, ad quem ſpectat ex officio iuſtitiam adminiſtrare, id quod notarunt etiã Valentia 2.2. *d.5. q.15. p.4. q.1.* & Sanchez *lib.1. ſum. c.9. n.52.* & alij infrà *n.755.* relati. Quòd ſi contra poſſidentem ſtet opinio probabilior,

babilior, tum poterit, & debebit iudex contra illum ſententiam proferre, illúmque ſpoliare, vt docent etiam Cunineh *vbi ſupra*, Vazq. *d. diſp. 63. fine.* & Salas 1. 2. *tract. 8. diſp. vnica, n. 95.* quia in tali caſu probabilitas notabiliter maior iuris actoris præualet poſſeſſioni alterius.

517. Dixi, *nec agitur de cauſa fauorabili.* nam, cæteris paribus, etiam contra Reum fauendum eſt matrimonio, & aliis cauſis fauorabilibus, quibus iura ſpecialiter fauent, vt latè oſtenſum eſt ſuprà *n. 511.*

518. Dixi, *loquendo ſaltem in foro conſcientiæ.* nam in foro exteriori iudicem in iudicando ſequens quamlibet ex duabus opinionibus exiſtimatis æquè probabilibus, excuſaretur à ſyndicatu, & ab expenſis litis, & ab omni pœna, etiamſi poſtea appareret eum ſequutum eſſe minus probabilem, vt tradont Iuriſperiti communiter aientes varietatem opinionum probabilium ex quibus agnoſci non poteſt, quæ ſit communis, aut magis communis, ſeu probabilior, & verior, excuſare litigantem ab expenſis litis, & à ſyndicatu iudicem. ita Neuizanus *d. lib. 6. à num. 4.* Antonius Maria Carocius *lib. 3. com. opin. tit. 10. n. 8.* Menochius *de arbitr. caſu 177. n. 6. & caſu 339. n. 20.* Eueratdus, Segura, Cæuallos, Caualcanus, Boërius, Ioannes Valerus *locis in præcedentibus allegatis*, & alij, quos latè referunt Carocius *d. tit. 10. n. 5. & 6.* Menochius *locis citatis*, & Azoguidus *de comm. opin. lib. cap. 8. num. 43. ad 49.*

Iudex arbiter à collitigantibus electus, an poſſit ferre ſententiam iuxta aliorum opinionem, & ſi duas opiniones teneat, an poſſit iuxta quam voluerit totam rem vni adiudicare?

519. EX dictis reſolui facilè poteſt illud dubium, an ſi iudex ſit arbiter à collitigantibus electus, poſſit ferre ſententiam iuxta aliorum opinionem, & vbi ſint duæ opiniones probabiles, liceat illi ſequi, quam maluerit. Reſpondendum enim eſt, ſi electus ſit ſub conditione, vt iudicet iuxta ſuum iudicium, & non aliorum, non poterit alienam opinionem ſequi. & in his terminis tradunt etiam Ioannes Sancius *diſp. 44. num. 50.* Diana *p. 1. tract. 13. d. reſolut. 3.* & Trullench *d. lib. 8. cap. 1. dub. 6. n. 12.* & confirmatur à ſimili de Doctore conſulto expreſsè de ſua opinione, quem debere aut tacere, aut iuxta ſuam opinionem reſpondere, tradunt communiter Auctores, quos ſuprà *n. 196. & aliis quinque ſequentibus* allegaui. Quòd ſi probabiliter duas opiniones ſuſtineat, iidem Sancius, Diana & Trullench aiunt, quòd tunc iuxta quamlibet poterit iudicare, & totam rem litigioſam vni parti adiudicare, cùm verificetur proferre ſententiam iuxta iudicium proprium. At dicendum in tali caſu iudicem electum ſiue ſub illa conditione, ſiue abſolutè, ſi opiniones æquè vtrique parti fauent, non poſſe totam rem vni parti applicare, ſed teneri illam diuidere, vel fructus, aut pretium, iuxta dicta *num. 513.*

In criminalibus an iudex teneatur ſequi opinionem fauentem Reo, licèt contra eundem Reum ſit probabilior opinio.

QVarta difficultas eſt, an in criminalibus, quando inter Doctores ſunt variæ opiniones, an delictum ſit ſufficienter probatum, vel ſi conſtat de delicto per conuincentes, & claras probationes, ſunt Doctorum opiniones oppoſitæ circa qualitatem, vel quantitatem pœnæ, ad quam reus poſſit, & debeat condemnari, & opinio probabilior eſt contra Reum, ſcilicet, quòd delictum ſit ſufficienter probatum, vel quòd delicto debeatur talis pœna, quæ eſt grauior, quàm pœna, quam opinio minus probabilis aſſerit eſſe debitam, & poſſe delinquenti imponi, an, inquam, iudex teneatur fauere Reo, & in iudicando ſequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori.

Pro ſententia negatiua, quòd non teneatur, ſed 520.
poſſit, quam maluerit opinionem ſequi, & iudicare contra Reum, ſequendo opinionem magis probabilem poſſunt allegari Bonacina loco ſuprà *n. 499. & 510.* relato, Salon loco ſuprà *n. 496.* citato. & ita omninò ſentire videtur Ioan. Sancius *d. diſp. 44. num. 52. & 53.* ob illam rationem, quòd ex opinionibus probabilibus liceat amplecti in praxi vtramuis, & magis illam, quæ probabilior iudicatur: nam ſequens opinionem probabilem, operatur prudenter, & conformiter rationi, cùm illa dicatur opinio probabilis, quæ rationi conformis eſt, ita apertè ſentit Salas 1. 2. *tract. 8. d. diſp. vnica num. 4.* vbi docet, quòd in dubio iuris, quando iam de facto, & crimine conſtat, & ſolum eſt dubitatio, an in iure ſit decreta hæc, vel illa pœna, quibus dignum certa eſt crimen, licèt iudici condemnare ad pœnam ordinariam, etiam iuxta opinionem minus probabilem, & conſequenter etiam Aduocato abſolutè petere executionem talis pœnæ, iuxta eandem opinionem minus probabilem.

Verùm ſicut ſuprà *n. 496.* definitum eſt, iudicem 521.
non poſſe condemnare, ſed teneri eum abſoluere
etiamſi contra eum ſtent efficaciores, & vrgentiores probationes, ita dicendum eſt in hoc caſu pronunciandum eſſe iuxta ſententiam fauentem Reo,
vt minus probabilem, nec poſſe iudicem illum condemnare iuxta opinionem exiſtimatam probabiliorem. Pro hac ſententia (licèt expreſsè, & in terminis
id non dicant,) poſſunt allegari omnes Doctores
d. num. 496. relati, & ita prorſus ſentiunt Doctores
infrà citandi, & alij ab ipſis relati. Probatur hæc
ſententia primò, † quia propenſiores eſſe debemus 522.
ad liberandum, ſeu abſoluendum, quàm ad condemnandum, *l. Arrianus 46. ff. de obligat. & actionibus,*
& c. 3. de probationibus. & fauorabiliores ſunt partes
rei quàm actoris, *l. fauorabiliores ff. de reg. iuris*, & in
obſcuris minimum eſt ſequendum, *reg. in obſcuris 30.*
de reg. iuris in 6. quæ regula præcipuè procedit in
criminalibus. Hinc Iuriſperiti conſueuerunt dicere
iudicis officium exuberare in abſoluendo, vt cum
aliis Menochius *præſumpt. lib. 2. præſumpt. 90. num. 5.*
† Hinc etiam ſi iudex in vna, & eadem ſententia 523.
ſimul abſoluat, & condemnet, in hac perplexitate
potiorem eſſe abſolutionem dixerunt Baldus *in l. 1.*
n. 18. C. de furtis. Cardin. *conſil. 29.* Crauetta *in reſponſ.*
pro Repub. Saulian. n. 104. Menochius *d. præſumpt. 90.*
n. 6. † Hinc etiam in dubio ſententiam debere in- 524.
terpretari ad fauorem rei, vt minus ſit condemnatus, quàm ſit poſſibile, habetur *l. ha enim cauſa, ff. de ſuſpect. tut.* & docuerunt Doctores communiter, quos allegat, & ſequitur Menochius *d. præſumpt. 90. n. 7.* & notat etiam idem Menochius *lib. 5. præſumpt. 49. n. 2.* aiens, quando aliter clarè non conſtat, præſumi à lege, vel iudice impoſitam mitiorem pœnam. Et ratio eſt, quia in pœnis ſemper ſequi debemus mitiorem interpretationem, *l. ſi præſens, in fine, & l. interpretatione, ff. de pœnis, & l. non videtur, §. in pœnalibus. ff. de reg. iuris, & cap. in pœnis, de reg. iuris in 6.* Neuizanus *in ſylua lib. 6. num. 94. verſic. item in dubio proniores.* Clarus *lib. 5. recept. ſent. quæſt. 67. num. 1.* Farinacius *in praxi crim. p. 1. quæſt. 19. num. 3.*

Menochius *dicta præſumpt. 49. num. 2.* & Locatus *in praxi ordinaria Inquiſitorum, verb. iudex, verſic. iudex ſemper debet.* vbi dicit iudicem ſemper debere inclinare in mitiorem partem, & in minorem pœ-
525. nam. † Quapropter (& hæc ſit ſecunda principalis confirmatio huius ſententiæ,) cùm inter Iuriſperitos ſint oppoſitæ ſententiæ, quid nomine pœnæ capitalis, cùm à lege, vel ſtatuto, vel iudice in ſententia decernitur, intelligi debeat: & vna opinio aſſerat pœnam capitalem accipi pro pœna ſanguinis, & ſic mortis naturalis. ita gloſſa *in l. transfigere, in verb. capitali, C. de tranſact.* quam gloſſæ opinionem communiter approbatam dicit Valaſcus *in repetit. l. imperium, ff. de iuriſdictione omnium iudic.* & ſecuti ſunt Cynus, & Bartolus *in Auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit.* & pro eadem opinione nonnulla iura allegat Farinacius *d. num. 2.* Altera verò opinio dicit pœnam capitalem intelligi etiam pro exilio perpetuo, vt gloſſa *in l. 1. in verb. capitali, C. ne Iudai Chriſt. mancip.* Duarenus *in ſua reg. 393. in vltima limitatione.* Ideo quoties lex, vel ſtatutum ſimpliciter imponit pœnam capitis, ſeu capitalem, vel quis à iudice ſimpliciter damnatur pœna capitali, debere intelligi de exilio perpetuo, tradunt Doctores communiter, quos latè referunt, & ſequuntur Neuizanus *d. num. 47. verſic. item in dubio debemus euitare abſurdum.* Clarus *d. q. 67. num. 1. initio.* Menochius *d. præſumpt. 49. num. 3. & de arbitr. caſu 316. num. 10.* Farinacius *d. q. 19. num. 3. & conſil. crimin. tom. 1. conſil. 69. n. 31.* idque ob illam rationem, quòd in pœnis benignior interpretatio facienda, & iudex mitiorem partem, minorémque pœnam debeat eligere, vbi aliud expreſsè lege, aut ſtatuto non eſt cautum, quod contingit, quando hinc inde ſunt variæ Doctorum opiniones circa intelligentiam, & acceptionem pœnæ per legem, vel ſtatutum impoſitæ, & vna opinio eſt benignior, & mitior, quàm altera: ex quibus (ſiue iura, ſiue Doctores, ſiue rationem, qua iidem Doctores nituntur, ſpectemus,) patet iudicem in criminalibus ſequi debere opinionem Doctorum Reo fauentem, licèt minus probabilem. Quod denique (ſaltem quando agitur de pœna mortis) probatur ratione ſuprà *num. 496.* adducta, ſcilicet, quòd nimis durum, & ab humanitate alienum eſſet, quòd iudex condemnaret ad mortem hominem, quem licitè liberare poteſt. Ratio autem prioris ſententiæ negatiuæ procedit ſolùm, quando agitur de mera honeſtate actionis, & operationis, non verò quando agitur de conditione facti, aut de damno inſequendo; quod quis ex charitate, vel ex proprio officio (vt in hoc caſu, quando iudex iuxta iura debeat mitiorem partem eligere, & in minorem pœnam inclinare,) euitare tenetur, vt latiùs in præcedentibus explicatum eſt.

526. Suprapoſitam autem regulam, quòd in pœnis, ſeu pœnalibus mitior interpretatio ſit facienda, & inclinandum in mitiorem partem, declarant aliqui procedere, quando agitur de maiori, vel minori pœna; ſecus verò quando dubitaretur, an pro delicto, de quo conſtat, quis ſit puniendus, vel abſoluendus in totum, nam tunc aiunt potius eſſe condemnandum, quàm abſoluendum. ita Socinus *in l. quidam relegatus, column. 3. ff. de reb. dubiis.* & Iaſon *in l. cum quidam, colum. fin. verſic. et ſi contra iſtam, ff. de liberis, & poſth.* quos refert, & ſequitur Neuizanus *in Sylua lib. 6. num. 47. verſic. intellige, & ſecundò regulam.*

527. † Vbi ait quòd hoc pacto ſaluari poteſt dictum Bartoli *in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſ. lib. 11. circa medium*, aientis, cùm ſit fauor Reipublicæ delicta coërcere, legem pœnalem eſſe extendendam. quod dictum confirmat alio dicto Iaſonis *in l. fratres, in fin. 2. colum.* aſſerentis, quòd in correctoriis, dummodo agatur de fauore publico ſecundario, licèt non principaliter, licita eſt extenſio, & in pœnalibus admitti extenſionem, ne alioqui delictum maneat impunitum, cùm vt puniatur fauor ſit Reipublicæ, & ei maximè vtile, tradunt Couartuuias *lib. 1. variar. cap. 11. n. 5.* Menochius *d. præſumpt. 49. num. 26. & duobus ſequentibus*, & alij communiter, quos allegant Neuizanus *vbi ſuprà*, & Menochius *n. 27.* qui propterea eandem regulam, vt præſumptio ſit ſumenda, ſeu facienda de leuiori pœna, quoties lex, vel ſtatutum pœnam imponens illam expreſsè, & clarè non explicat, declarat non procedere, quando ob pœnæ tenuitatem, leuitatémque daretur occaſio delinquendi, & ita non procedere, quoties ob pœnæ leuitatem delictum quaſi impunitum remanet.

† Quemadmodum non habere eandem regulam 528.
locum in delictis atrocibus, & grauioribus, ſed tunc præſumi impoſitam à lege, vel ſtatuto pœnam grauiorem, eo quòd in illis delictis ſeueritatem legum ſequi oporteat, *l. reſpiciendum, ff. de pœnis.* poſt Cæpollam & plures alios, notarunt iidem Neuizanus *d. num. 47. verſic. Tertiò limita in grauioribus*, & Menochius *d. præſumpt. 49. n. 19.* Ego verò in caſu, in quo conſtat de delicto, & dubitaretur, an quis ſit puniendus, vel abſoluendus in totum, & non verſaremur in atrocibus, & grauibus delictis, exiſtimarem mediam viam à iudice eligendam, ſcilicet, nec in totum abſoluendum, nec in totum condemnandum, ſcilicet, puniendum quidem, ne delinquendi occaſio alioqui detur, ſed minori pœna, quàm ſi foret in totum condemnandus, & ad hoc faciunt iura ſuprà *n. 513.* allegata, quibus habetur in dubiis, & ambiguis medietatem ſeruandam, & ea quæ latè tradit Menochius *de præſumpt. lib. 1. præſ. 97. à n. 23. ad finem*, vbi in dubio, an Reus ſit abſoluendus, vel condemnandus ob ſolas violentas præſumptiones delicti, cum communiori Doctorum concludit mediam viam tenendam eſſe, ſcilicet, Reum nec penitus condemnandum, nec penitus abſoluendum, ſed puniendum mitiori pœna, prout etiam dixi ſuprà *num. 498.*

SVMMARIVM

529. *Opinio in loco, ſeu ciuitate, conſuetudine, & ſtylo recepta, & approbata in foro, & iudiciis, eſt in iudicando attendenda, licèt contra eam ſit communis.*

Quæ ſi non ſit vniuerſalis, ſed particularis, extra locum non eſt obſeruanda contra oppoſitam communem, num. 532.

Conſuetudo optima legum interpres, ita quòd ſi de legis interpretatione agatur, inſpiciendum quo iure antea in huiuſmodi caſibus ciuitas vſa fuit, d. num. 529.

Sequi debemus intellectum legis à conſuetudine approbatum, etiam verba impropriando, ibid.

Omnis diſpoſitio potius recipit interpretationem à iure conſuetudinario, quàm à iure communi, ibid.

530. *Conſuetudo interpretatur etiam ius diuinum.*

531. *Conſuetudo recepta, & approbata habet vim abrogandi leges humanas, tam ciuiles, quàm canonicas, in toto, vel in parte, & ita poteſt reuocare legem anteriorem, ſicut per legem nouam reuocatur antiqua.*

532. *Conſuetudo vnius loci non extenditur extra territorium.*

Conſuetudo, & ſtylus quomodo differant, ibid.

Conſuetudo

Conſuetudo contra legem naturalem, vel diuinam, certam, claram, & indubitatam, non poteſt eſſe valida, nec ſeruari, ibid.

Talis conſuetudo poteſt excuſare à delicto, & pœna quoad forum externum, non autem in foro conſcientiæ, & coram Deo, ibid.

534 *Ceſſante conſuetudine, de qua ſuprà, opinio cui aſſiſtit textus clarus, eſt in iudicijs contraria, etſi communiori præferenda, & attendenda.*

Quando nam dicatur eſſe textus, ſeu caſus legis clarus, ibid.

Iudex ante omnia ſeruare debet leges, ibid.

535 *Ius Canonicum continens textum clarum ſeruandum eſt etiam in foro ciuili vbique, ſi non adſit de eadem quæſtione textus clarus in iure ciuili; & è contra ius ciuile continens caſum deciſum, & clarum, ſeruandum eſt in vtroque foro, ciuili, & Eccleſiaſtico, quando in iure Canonico non reperitur textus clarus.*

536 *Hoc poſterius limitatur ſi dicta lex ciuilis eſſet Eccleſiæ damnoſa.*

537 *Ius Canonicum contrarium iuri ciuili in materia ſpirituali, & peccati ſeruandum eſt in foro Eccleſiaſtico, & ciuili, etiam in terris non ſubiectis Eccleſiæ.*

In materijs non concernentibus peccatum, ius ciuile, cui contrarium eſt ius Canonicum, ſeruandum eſt in ſuo foro ciuili, num. 539.

538 *Hoc poſterius limitatur in cauſis pijs, & de rebus Eccleſiaſticis, in quibus ſeruandum ius Canonicum in vtroque foro, Eccleſiaſtico, & ciuili.*

Item in vtroque foro ſeruatur ius Canonicum, vbi ius ciuile, cui contradicit Canonicum, foueret lucrum odioſum, vel ſaperet rigorem, d. n. 539.

Si ius ciuile ſtatuat æquitatem, & ius Canonicum rigorem, ſeruandum eſt ius ciuile etiam in foro Eccleſiaſtico, & non ius Canonicum, ibid.

540 *Lex licèt dura, eſt ſeruanda, non tamen ſi conſtet clarè eſſe iniquam, licèt iuxta eam operans in foro exteriori poſſet excuſari.*

Vbi lex eſt clara, non cogitur iudex inquirere legis rationem, licèt hoc ſit vtile ad legis intellectum, ibid.

541 *Opinio communis contra textum clarum, & in terminis viſum à Doctoribus tenentibus communem, an ſit ſeruanda, licèt eam tenentes eidem textui malè reſponderint: affirmatiua.*

Negatiua verior, ibid.

542 *Iudex in iudicando debet ſequi opinionem fulcitam ratione clara, & conuincenti, licèt in contrarium ſit opinio communis.*

543 *Iudices veritatem ante oculos habere debent, illam inquirere, & pro toto poſſe defendere.*

Iudex debet potius ſcandalum permittere, quàm veritatem relinquere, ibid.

544 *Ceſſantibus conſuetudine recepta, lege clara, vel ratione euidenti communis, ſeu magis communis, Doctorum opinio in iudicando eſt attendenda.*

545 *Communis opinio legi æquiparatur.*

546 *& habet vim conſuetudinis.*

547 *Sententia lata contra communem, ſecundùm aliquos eſt nulla, ſecundùm alios eſt tantùm iniuſta, & iniqua, & 548.*

549 *Iudicans contra communem tenetur in ſyndicatu.*

550 *Facit litem ſuam.*

& quid ſit facere litem ſuam, ibid.

551 *Tenetur ad intereſſe partibus, etiam in foro conſcientia.*

552 *Iudicem contra communem teneri in Syndicatu ad intereſſe, & facere litem ſuam, limitant aliqui ſi ex dolo fecerit; alij volunt etiamſi ex ignorantia, & ſola culpa.*

553 *Iudicans contra communem mitiùs punitur, ſi communis habeat contradictores Doctores graues.*

554 *Iudex in iudicando ſequens opinionem Præceptoris ſui, vel alterius eximij Doctoris contra communem, an excuſetur, & 555. & 556.*

557 *Iudex condemnatus in ſyndicatu non poteſt petere, quod ſoluit.*

558 *& id etiamſi inter iudicem fuiſſet facta conuentio de conſeruando iudice indemni.*

559 *quod eſt verum quoad forum contentioſum, ſecus in foro conſcientiæ.*

An accepta ob turpem cauſam ſint obnoxia reſtitutioni remiſſiuè, ibid.

560 *Si communi opinioni ſuperueniat magis communis, hæc in iudicando erit attendenda.*

Magis communis ſuperueniens non tollit geſta tempore communis contraria, ibid.

561 *Communis opinio nulla lege, ſed ratione tantùm munita in iudicando attendenda eſt.*

562 *Ratio naturalis dat formam, & eſſe legibus, & ipſa eſt lex, & pro lege adducitur.*

563 *Communis nulla lege, & nulla ratione munita, an ſit attendenda ob ſolam auctoritatem eam tenentium, ſi contraria ſit probabili ratione fulcita.*

Doctori excellenti nihil, ſcilicet, nec textum, nec rationem allegant, an credi debeat, ibid.

564 *Communis opinio contra quam tenuit Papa magiſtraliter loquendo, attenditur.*

Papa magiſtraliter loquentis opinio non habet plus roboris, quàm dictum alterius viri docti, ibid.

565 *Communis opinio attendenda eſt, etiamſi contra habeat auctoritatem, ſeu opinionem, excellentiſſimi Doctoris, & quantumuis maximæ auctoritatis.*

566 *Opinio Accurſij, aut Archidiaconi, aut ſimilis Doctoris eximij præfertur aliorum Doctorum ſententiæ, ſi accipiantur vt ſinguli.*

Item in dubio quæ ſit communis, vel magis communis præferenda illa opinio, pro qua ſtat Accurſius, aut alius Doctor excellentiſſimus, ibid.

567 *Gloſſæ opinio non præfertur opinioni communi, & 568. & 570.*

Accurſij laudes, d. num. 567.

Gloſſa in vtrumque ius magna eſt auctoritas, & cæteris Doctoribus antecellit, eod. n. 567. & 568.

569 *Gloſſæ auctoritas, licèt maxima, eſt tantùm probabilis, ſicut, & cuiuſcunque alterius Doctoris eximij auctoritas priuatiuè ſumpta.*

570 *Gloſſæ opinio in dubio, & cæteris paribus, eſt præferenda.*

571 *præſertim ſi cum ea concurrat Bartolus.*

572 *Gloſſæ opinio in cauſa pro matrimonio aliorum ſententiæ etiam communi præferenda.*

573 *Declarantur prædicta, ſi Gloſſator illuſtre admodum ingenium habuerit, & ius ciuile, aut Canonicum omnium optimè callucrit.*

574 *Gloſſæ opinio eſt parua auctoritatis ſi habeat plures alias gloſſas contrarias.*

475 *Collegij vnius opinio an ſit præferenda opinioni communi: affirmatiua.*

Negatiua, num. 576. quæ limitatur, n. 579.

577 *Collegij opinio, ſeu conſilium habet maiorem præſumptionem veritatis, quàm opinio, ſeu conſilium particularis Doctoris.*

578 *Auctoritas Collegij Doctorum ſapientiſſimorum æquiparatur auctoritati vnius antiqui Doctoris, & celebris.*

579 *Prædicta intelliguntur, cæteris paribus, ſecus ſi opinio*

Doctoris particularis contra opinionem Collegij appareat vrgentioribus rationibus munita.

580 *Rota Romana deciſionem facere communem, & magis communem opinionem, & eſſe attendendam, omiſſa aliorum commun, docuerunt plures.*

Contrarium verius, num. 581.

Auditorum Rota Romana laudes, d. n. 580.

581 *Deciſiones Rota Romana ſunt tantùm probabiles.*

583 *& à iudicibus non aſtimantur pluſquam opinio vnius Doctoris.*

Rota quandoque rotat, & errat, & habet deciſiones de eadem re inuariata contrarias, ibid.

484 *Rota non eſt maioris auctoritatis, quàm Bartolus.*

Rota auctoritas aquiparari poteſt Doctori antiquo excellentiſſimo, & cateris paribus eius deciſio praferenda eſt aliorum opinioni, ibid.

585 *Rota Romana poteſt recedere à ſua deciſione propter communem.*

586 *Pradicta de Rota Romana deciſionibus procedunt etiam in deciſionibus aliarum Rotarum, & arreſtis Parlamentorum, &c.*

Deciſiones Neapolitana in Regno habent vim legis, ibid.

587 *Communis opinio attenditur, licèt contra eam fuerit iudicatum, ſed fallit duobus in caſibus.*

Exemplis non eſt iudicandum, fallit in exemplis, ſeu ſententia ſupremi Principis, & ſupremi Senatus, ſeu Magiſtratus, ibid.

588 *Communis opinio eſt in iudicijs attendenda, etſi extaret ſtatutum certum alicuius Doctoris, puta, Bartoli ſententiam eſſe ſequendam, & quomodo tale ſtatutum ſit intelligendum.*

Sequuntur Regulæ dirigentes iudicem quoad opinionum electionem. & Prima eſt vt ſequatur in iudicando opinionem conſuetudine, & praxi, ſeu ſtylo receptam, & approbatam.

ITaque vt iodex in iudicando non erret, quoad
opiniooum electionem, à Doctoribus communi-
ter propoountur ſeruandæ regulæ ſequentes.
529. Prima, iudex debet, & reuetur io iudicando eli-
gere, & ſequi opinionem in foro, & iudiciis conſue-
tudine, & ſtylo io loco receptam, & approbatam, à
qua oon licet illi recedere, etiamſi communis eſſet
pro contraria parte. ita Mattheſilaous *tract. de elect.*
opinionum (qui habetur *in tomo 18. tractatuum,*) *num. 1.*
Neuizanus *lib. 5. ſylua, num. 64. & 65.* Antonius Maria
Carotius *tract. de comm. opin. lib. 2. tit. 9. num. 91. & 97.*
Menochius *de praſumpt. lib. 2. praſumpt. 71. num. 22.*
& lib. 5. praſumpt. 34. num. 10. & citato lib. 2. praſumpt. 8.
num. 14. & ſeqq. Maſcardus *de probat. concl. 1143. n. 22.*
Farinacius *in repertorio iudiciali, quaſt. 13. num. 17.*
& 60. Nauarrus *in man. cap. 27. num. 285.* Cæuallos
comm. cont. com. in prafat. num. 48. & ſeqq. Fragoſus *de*
Regimine Chr. Reſpub. part. 2. lib. 4. diſp. 10. num. 188.
& 195. & alij Iuriſperiti communiter, quos Neui-
zaous, Carocius, Menochius, & Fragóſus latè cu-
mulant. & ex Profeſſoribus caſuum conſcientiæ
præter Nauarrum *vbi ſuprà*, Syluester *v. opinio, n. 2.*
Angelus *eodem num. 1.* Azor *1. part. lib. 2. cap. 10.* Vil-
lalobos *1. part. ſumm. tract. 1. diffic. 4. num. 14.* Layman
lib. 1. tract. 1. cap. 5. num. 16. verſic. quam loci conſuetudo,
Filluc. *tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 140.* & alij. Probatur
primò ex *l. minimè, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus.*
in prima enim dicitur oon eſſe mutanda quæ cer-
tam ioterpretationem ſemper habuerunt; & in al-
tera, quòd optima legum interpres conſuetudo, ac
proiode ſi de legis interpretatione quæratur, in-
ſpiciendum quo iure ciuitas retrò io huiuſmodi ca-
ſibus vſa fuit. quod babetur etiam *cap. cùm dilectus,*
de conſuetudine. Vnde Socinus *conſil. 209.* dieit, quòd
ſequi debemus iotellectum legis à conſuetudine ap-
probatum, etiam verba improptiando. & Baldus *in*
cap. 1. de conſtit. lib. 6. col. 4. approbatus à Neuizano
d. num. 65. dicit quòd omois diſpoſitio potios recipit
interpretationem à iure conſuetudinario, quàm à
iure communi: ad id etiam facit, quod docuit Bal-
dus *in l. illud ff. de excuſ. tut.* ab antiqua fori practica
non eſſe tecedeodum. † Immò conſuetudinem in- 530.
terpretari etiam ius diuinum, docent Abbas *in cap. 1.*
de iudicijs. Nauarrus *d. cap. 27. num. 286.* & Villalobos
vbi ſuprà, poſt Rocchum *in tract. de conſuetudine.* Ne-
uizanus *d. num. 65.* dicens eootrarium ſeoſiſſe Lan-
cellotum Politum *in tract. de officio Aduocati, rubr.*
de prudentia in 3. oppoſitione. † Secuodò probatur, 531.
quia propter conſuetudinem receditur à lege, Cy-
ous *in l. non moriturum, C. de contrahenda emptione,*
Cæuallos *num. 62.* conſuetudo enim recepta, & ap-
probata habet vim abrogandi leges humanos tam
ciuiles, quàm canooicas ex toto, vel ex parte. *l. de*
quibus, & *ibi* Bartol. & reliqui Iuriſperiti, *ff. de legi-*
bus. Carocius *num. 98.* Azor. Villalobos *vbi ſuprà,*
& Doctores communiter. eo quòd habet vim legis,
cap. fin. de conſuetudine, d. l. de quibus. l. immò magna, &
alijs, ff. de legibus. Azorius *vbi ſuprà*, Villalob. *tract. 2.*
diff. 39. num. 5. & Doctores communiter, ac proinde
poteſt reuocauere legem anteriorem, ſicut per le-
gem nouam reuocatur antiqua, ſicut de facto ſæpè
contigit, plures enim leges conditæ fuerunt, quia à
conditoribus credebantur bonæ, quas vſus poſtea
docuit eſſe malas, & abrogauit *cap. ſtatutum, in prin-*
cipio in 6. & quòd conſuetudo habeat vim iuris, de-
creti, & iuſtitiæ, poſt alios notat Neuizanus *d. n. 64.*
Et quemadmodum conſuetudo poteſt tollere le-
gem ſcriptam, ita multo magis opinionem com-
munem cootrariam, Carocius *d. num. 98.* ac proinde
opinio Doctorum, licèt commuois, cui reſiſtit rece-
pta, & approbata conſuetudo, noo eſt obſeruanda:
qood magis confirmatur, quia tunc noo eſt vſu re-
cepta; ergo non obſeruanda, ſicut ſtatotum vſu oon
receptum oon ligat ſubditos, vt poſt Decium *con-*
ſil. 638. num. 12. Menochius *d. num. 92. & lib. 6. pra-*
ſumpt. 5. † Dixi *in loco receptam, & approbatam*, nam 532.
ſi conſuetudo oon eſſet vniuerſalis, ſed particularis
vnius loci, aut fori, (quæ dicitur ſtylus, nam ſtylus
differt à coonſuetudine, quòd hæc eſt generalis, ille
particularis. ex Felino *in cap. 2. de reſcriptis, num. 18.*
& Menochio *de praſumpt. lib. 2. d. praſumpt. 8. per to-*
tum,) alibi non eſſet à iudice attendenda talis coo-
ſuetudo, ſed obſeruanda, quæ infrà dicuntur; qoia
conſuetudo vnius loci oon extenditur extra terri-
torium, in quo populus conſtituens conſuetudinem
habet iuriſdictionem, vt latè iuribus, & auctorita-
tibus comprobat Petrus Duen. *in tract. de reg. iur. in*
regula 146. & 149. & in his terminis Carocius *dict.*
tit. 9. num. 99. & Neuizanus *d. num. 65.* vbi etiam ad-
uertit, quòd ſi vnam opinionem conſuetudo ob-
ſeruat generaliter, talis opinio dicetur vera de iure:
ſi verò eam obſeruaret ſolùm in certis caſibus, talis
conſuetudo eſſet fortè exorbitans à iure, & reſtrio-
genda, vt ſolùm procederet in terminis ſuis, nec
extenderetur de caſu in caſum: & ita docuiſſe Bar-
tolum, Claudium, & Alexandrum *in l. poſt dotem ff.*
ſolut. matr. teſtator idem Neuizanus, & docuit etiam
Craueta *de antiq. temporum, part. 4. in principio num. 42.*

cum

Digitized by Google

cum ſequentibus, vbi ait quòd ſtylos non habet locum niſi in caſibus, in quibus fuit obſeruatus, & Flaminins Pariſius *de reſign. lib. 3. q. 18. num. 76.* vbi & ipſe dicit in ſtylo odioſam eſſe interpretationem, & ſtrictam, ſolùm autem ſupremis iudicibus licet ſtylum instoducere, vr docuerunt Bartolus *in l. de quibus*, & Menochius *d. præſumpt. 8. num. 10. & conſil. 187. n. 56.* & huius rei sationem affert Menoch. *d. præſumpt. 8. num. 10.* quòd ſtylus, ſicut & conſuetudo eſt lex non ſcripta. *§. ex non ſcripto, Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili*; & ptopterea non poteſt induci niſi à iudice maiorem habente poteſtatem condendi legem; eodem tamen *num.* 10. cum Aſinio *in praxi de ordine iudiciorum §. 22. cap. 16. num. 4.* declarat id non procedere, quando ſtylus fuiſſes præſeriptus, & veniſſet in notitiam populi, vel maioris partis; nam tunc, ait, ſatis legitimè fuiſſet introductus etſi à Magiſtratu, ſeu à iudice non habente poteſtatem condendi legem. poſt alios idem Menochius *eadem præſumpt. 8. num. 14. & ſequentibus*, addit, vbi conſter de ſtylo, illum pro lege ſeruari debere, non ſolùm in ciuilibus, ſed & in criminalibus, & etiam iudicem habentem arbitrium procedendi, teneri ſeruare ſtylum, atque iudicem non obſeruantem ſtylum facere litem ſuam, & in ſyndicatu teneri. Quot autem actus ad introducendum conſuetudinem, & ſtylum requirantur, idem Menochius *eadem præſumpt. 8. n. 12. & de arbitrarijs iudicum caſu 81. num. 5.* dicit relinqui iudicis arbitrio: ex ſententiis autem diſſormibus non induci conſuetudinem, tradidere Aymon *conſil. 94. num. 5*, & Albericus *in l. quæſitum, §. ſi quid, ff. de fund. inſtruct.*

533. † Præterea non foret ſeruanda talis conſuetudo, ſi eſſet contra legem naturalem, vel diuinam, ſcilicet certam, & claram, ac indubitatam, vt etiam Nauarrus, Axorius, & Villalobos *locis allegatis* in terminis tradunt, quia contra legem naturalem, vel diuinam certam, non datur valida conſuetudo, *cap. mala, & cap. fruſtrà 8. diſtinct.* & non ſunt ſeruandæ conſuetudines, aut leges, quæ abſque peccato non poſſunt obſeruari, *cap. fin. de præſcript.* Boërius *deciſ. 69.* Axoguidus *lib. 3. comm. opin. cap. 7. num. 85.* Quare quod Catocius *d. num. 98.* ait, ſcilicet, conſuetudinem publicè receptam, etiamſi ſit praua, eſſe ſernandam, & excuſare à pœna, poteſt procedere ſolùm quoad eum, qui conſuetudinis prauitatem, & iniquitatem ignorat, & quoad excuſationem à delicto, & pœna in foro exteriori, & contentioſo, nempe à pœna temporali, quæ aliàs deberetur, à qua excuſare conſuetudinem publicam aliquid faciendi etiam prauam, irrationabilem, vel reprobatam à lege, colligitur ex Gloſſa *in cap. cùm venerabilis, verb. migraſſe de conſuetudine*, & præter Doctores, quos Carocius *d. num 98.* allegat, tradunt etiam Couarruuias *de ſponſ. part. 2. cap. 7. §. 3. num. 5. in fine*, Cotta *in memorabilibus, verb. conſuetudo, d. ſecunda.* Aymon Crauetta *conſil. 145. num. 12.* (vbi loquitur in terminis vſurarum,) Farinac. *in praxi crim. part. 4. conſ. 4. num. 19. & ibi additæ littera A.* & alij, quos Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. cùm venerabilis num. 4.* refert. At praua, & iniqua conſuetudo (quæ potiùs corruptela dicenda eſt *d. cap. cùm venerabilis*) à culpa coram Deo, & ab æternis. & diuinis pœnis excuſare non poteſt, vt præter Caſuiſtas, & Theologos, Baiardus ad Clarum, *§. Blaſphemia num. 24.* Flaminius Pariſius *de reſig. tom. 1. lib. 5. quæſt. 6. num. 121.* & Auguſtinos Barboſa *d. collect. num. 4.* & quod nec in foro externo ſit ſeruanda praua, & irrationabilis conſuetudo, conuincitur ex traditis per Neuizanum *lib. 5. num. 63. & 67.* vbi latè probat, quòd ius commune dictat non eſſe obſeruandam opinionem, conſuetudinem, aut legem, quando conuincitur ratione, de qua re infrà *num. 540. & 542.*

Secunda regula eſt, vt iudex in iudicando ſequatur opinionem, cui aſſiſtit lex clara, ſeu aliquis textus clarus.

SEcunda regula, ceſſante prædicta conſuetudine 534.
debet iudex in iudicando ſequi legem claram, ſeu eam opinionem, cui aſſiſtit textus aliquis clarus, & concludens in materia, de qua eſt quæſtio, cui ſufficienter reſponderi non poteſt, licèt communis opinio foret in contrarium. ita gloſſa *in d. l. minimè, ff. de legibus.* Azoguidus *lib. 3. comm. opin. cap. 4.* Mattheſilanus *d. tract. de elect. num. 1.* Neuizanus *in ſylua lib. 5. num. 67. lib. 6. num. 1. 2. & 3.* Carocius *dict. tit. 9. num. 88. 89. 90. & 137.* Nauarrus *d. cap. 27. n. 286.* Cæuallos *in allegata præfat. num. 33.* Farinacius *in rep. ind. q. 13. num. 50. & 60.* Syluester, Angelus *locis ſuprà allegatis.* Layman *d. cap. 5. num. 16. verſic. porrò probabilior*, Villalobos *dicta diff. 4. num. 15.* Fragoſua *d. diſp. 10. num. 189. & 190.* & communiter Doctores, quos Neuizanus, & Carocius referunt, iudex enim in mandatis habet, vt ſecundùm leges iudicet, *l. nemo C. de ſententijs, & interlocutorijs, cap. 1. de conſtitut. cap. in iſtis d. 4. & cap. de quibus d. 20.* & ante omnia lex eſt ſeruanda, *l. leges vt generales, C. de legibus*, & communiter ſcribentes *in d. cap. 1. de conſtitut.* & alij quos Auguſt. Barboſa *collectaneo ad d. cap. 1. num. 5.* cumulat. quod verum eſt etiamſi iudex neſciret rationem legis, arg. *l. non omnium, ff. de legibus*, aientis, quòd non omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, Carocius cum aliis *d. num. 90.* Notandum autem ex Neuizano *d. num. 67.* paulo poſt principium, legem claram, ſeu (vt idem Neuizanus dicit) caſum legis clarum eſſe, quando in lege ſcriptum eſt, ſeu continetur in terminis id, de quo quæritur, quo caſu Baldus ſolebat dicere, *caſus eſt rotundus*, & Bartolus, *caſus eſt formalis*, vt *ibidem* refert Neuizanus addens, quòd eſt pudor dicere contra caſum legis, ex Barbatio *in cap. Clerici num. 16. de iudic.* † Præfata autem doctrina, vt iudex 535.
textum clarum in iudicando ſequi debeat, procedit, etiamſi quæſtio principalis ſit vnius iuris, & textus alterius, v.g. ſi diſcrepent inter ſe legiſtæ, & non reperiatur textus clarus in iure ciuili, inueniatur autem textus clarus, & caſus expreſsè deciſus in iure canonico, ſtandum erit iuri canonico, etiam in foro ſæculari, etiam in terris Cæſaris, & Imperij, & è contra variantibus Canoniſtis, & non inueniatur textus clarus in iure canonico, reperiatur autem in iure ciuili, etiam in foro Eccleſiæ ſtandum erit deciſioni factæ per ius ciuile. ita Matheſilanus, & Nauarrus *vbi ſuprà*, Neuizanus *lib. 5. ſylua num. 69. verſùs finem*, communiter ſcribentes *in cap. 1. & 2. de operis noui nunt.* Felinus *in cap. in cauſis, de teſtibus, & in cap. fraternitatis, eodem tit.* Marianus *in tract. de citatione art. 23. quæſt. 4.* Menochius *de arbitr. lib. 1. q. 30. num. 3. & quæſt. 74. num. 53.* Caſſaneus *catal. lib. 8. conſid. 23.* & alij, relati à Matheſilano. Vbi *num. 2.* dicit per hoc vehementer redargui Dec. & Cynum, qui vniuerſaliter dixerunt ei, quod determinatum eſt à barbaris, Canoniſtis ſtandum eſſe in foro ſuo, non in foro ciuili. † Id etiam, quod dictum eſt, ſtante 536.
varietate Canoniſtarum, ſtandum eſſe legi ciuili expreſsè decidenti, etiam in foro Eccleſiæ, limitatur non procedere, quando talis lex eſſet damnoſa Eccleſiæ. ita poſt Iaſonem *in l. generaliter. §. cùm autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Neuizanus *d. num. 69. fine*, &

537. & Menochius *de arbitr. caſu* 185. *num.* 12. † Item
quoties ius ciuile eſt contrarium, ſeu contradicit
iuri canonico in materia ſpirituali, & concernente
peccatum, vt in materia iuramenti, vſurarum, &
ſimili, in vtroque foro Cæſaris, & Eccleſiaſtico ſer-
uandum eſſe ius canonicum, tradunt Panorm. *in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col.* 2. *in* 2. *caſu, num.* 11. &
ibi poſt alios Felinus *num.* 41. & Marc.Mant. *num.* 17.
de conſtitut. Neuizanus *lib.* 5. *d. num.* 69. *fine,& lib.* 6.
num. 44. Robert. Maranta *de ordine iudiciario in* 3.
part. num. 73. Antonius Maria Carotius *d. tit.* 9. *n.* 151.
& 152. Cæuallos *in præfat. com. contra com. num.* 53.
Surdus *de alimentis tit.* 7. *quæſt.* 29. *num.* 11. Camillus
Borellus *in ſumm. deciſ. tom.* 1. *tit.* 13. *num.* 82. Fragoſus
de regim. Chriſt. Reip. part. 2. *d. diſp.* 10. *num.* 190. Alij
Iuriſperiti ab iiſdem Borello, & Fragoſo relati, &
communiter Canoniſtæ *in cap. fin. de præſcriptionibus*,
& Iuriſperiti, quos latè Carotius refert. & hoc pro-
cedit etiamſi agatur tantùm de peccato veniali, vt
poſt alios rectè Cæuallos *vbi ſuprà*. Aduertit etiam
Caldus Pereira *in quæſtionibus forenſibus lib.* 1. *q.* 25.
num. 28. relatus à Fragoſo *vbi ſuprà*, id procedere
etiam in conſtitutionibus Synodalibus. Atque ita
Epiſcopus poteſt prohibere iudici laico, ne aduer-
sùs conſtitutiones Synodales in materia peccati ali-
quid moliatur, vt idem Fragoſus ex Laurent. *de vſu-
ris q.* 134. tradit, licèt non rectè, & ſine fundamento
contradicant Baldus, & Salicetus *in l. conſulta, C. de
teſtamentis*. Nam certum eſt laicos fideles eſſe ſub-
ditos Epiſcopi in iis, quæ ad ſalutem animarum
pertinent, prout etiam docuerunt Angelus *conſ.* 64.
in principio. Ioannes Andreas *in regul. ea quæ, lib.* 6. &
Dominicus *in cap.* 2. § *ſtatuto, de conſtitutionibus*. Qua-
propter legem Luſitanam *lib.* 3. *tit.* 64. *poſt princi-
pium*, iubentem in materia peccati deferendum eſſe
conſtitutionibus Canonicis, Fragoſus *dict. diſp.* 10.
num. 191. ait eſſe intelligendam etiam de conſtitu-
538. tionibus Synodalibus. † Item in cauſis piis in vtro-
que foro Cæſaris, & Eccleſiaſtico ſeruari ius cano-
nicum, poſt Felinum *in cap. in cauſis, colum.* 1. *de teſti-
bus*, tradunt Neuizanus *d. num.* 69. & Maranta *de or-
din. iudic. part.* 3. *num.* 76. & quoties agitur de rebus
Eccleſiaſticis, vt poſt Panorm. Guilielmum, & alios
Canoniſtas *in cap.* 1. *de conſtit.* & alios Iuriſperitos
docet Carocius *d. tit.* 4. *num.* 160. & ita Ioannes An-
dreas, Anchatanus, Petrus de Peruſio, & Imola *in
cap. relatum* 1. *de teſtam.* idem Ancharanus *conſil.* 25.
in principio, & Bartolus *in l.* 1. & *ibidem* Salicetus
C. de Sacroſ. Eccleſ. aiunt in diſpoſitis ad cauſas pias
ius canonicum ſemper eſſe ſeruandum; quicquid
ſecus (non rectè tamen,) communi opinioni prædi-
ctæ contradicens, ſenſerit Innocentius *in d. cap. re-
539. latum*. † In materia verò non concernente pecca-
tum, in terris Eccleſiæ attendendum eſt ius in vtro-
que foro ſæculari, & Eccleſiaſtico, cum Pontifici,
& Canonum conditori ſint ſubiectæ, *cap.* 1. & *ibi*
ſcribentes, *de conſtitut.* Panorm. *in d. cap. Eccleſia San-
ctæ Mariæ num.* 14. Felinus *ibidem num.* 43. Surdus *de
alimentis tit.* 7. *q.* 29. *num.* 18. Borellus *in ſumm. d. tit.* 13.
num. 81. & communiter alij Canoniſtæ, & Iuriſpe-
riti, quos allegant & approbant Cæuallos *in præfat.
num.* 52. Carocius *d. tit.* 9. *num.* 155. & alij relati à Bo-
rello. In eadem item materia minimè ſpirituali, &
non concernente peccatum in terris iuriſdictioni
temporali Eccleſiæ non ſubiectis, in foro ſæculari
ſeruandæ ſunt leges ciuiles, non canones, exceptis
caſibus *num. præcedenti* poſitis, tradunt Panorm. Fe-
linus *vbi ſuprà*, & alij, quos referunt & ſequuntur
Cæuallos *num.* 53. & 54. Borellus *d. num.* 81. Caro-
cius *d. tit.* 9. *num.* 156. & 157. & Maranta *vbi ſuprà*
num. 75. qui *num.* 76. addit non ſolùm in cauſis piis,
v. gr. miſerabilium perſonarum, in eadem materia
non concernente peccatum ſeruari ius canonicum
in vtroque foro Cæſaris, & Eccleſiaſtico, dato quòd
canones contrarientur legibus: ſed etiam vbi ius
ciuile foueret lucrum odioſum, vel ſaperet quen-
dam rigorem, tunc non ſeruari in foro canonico,
licèt per canones non reprobetur. Item addit, quòd
vbi ius ciuile ſtatueret æquitatem, ius canonicum
rigorem, ſeruatur ius ciuile etiam in foro Eccleſia-
ſtico, & non ius canonicum; quæ omnia ait tenere
Felinum *in c. in cauſis, de teſtibus*. † Porrò Carocius 540.
num. 89. ait legem claram eſſe à iudice ſeruandam,
etiamſi dura ſit, vt *l. proſpexit, ff. qui, & à quibus ma-
numiſſi liberi non fiant.* §. 1. *fine*, ibi, *perquam durum
eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.* quod idem tradunt idem
Carocius *in l.* 2. *num.* 7. *de legibus*, & Menochius *de
arbitr. lib.* 2. *caſu* 82. *num.* 15. & *de præſumpt. lib.* 2. *præ-
ſumpt.* 1. *num.* 5. dicens etiam in iſtis legibus, quæ
nonnihil incommodi habent, & duras Iuriſperiti
appellant, rationem ineſſe: nam etſi aliqua ratione
dura, & inſupportabilis videatur lex; attamen alia
ratio (inquit idem Menochius *d. præſumpt.* 1.) & cau-
ſa, quæ fortè magis vrgens erat, ac æquitati magis
conſentanea, legumlatores mouit, vt ita ſentirent.
Addit *ibidem* Carocius eſſe ſeruandam legem, etiam-
ſi eſſet iniqua; ſed hoc non habetur *in d. l. proſpexit*,
nec aiunt Doctores *ibidem*, nec alij, quos idem Ca-
rocius allegat, ſed ſolùm dicunt legem claram ge-
neraliter loquentem, non ex defectu rationis re-
ſtringendam, neque recedendum à lege, eo quòd il-
lius rationem non agnoſcamus, reddereve non poſ-
ſimus, arg. *d. l. non omnium, ff. de legibus*, quia debe-
mus præſumere legiſlatorem motum ratione natu-
rali, qua quilibet ſapiens motus fuiſſet, vt poſt
Grammaticum *in tract. de executione*, Neuizan. *lib.* 5.
num. 20. Quapropter licèt ſit vtile inquirere de ra-
tione legis, vt *ibidem* ait Neuizanus, quia ratio eſt
anima legis, *l. cum Patres*, §. *dulciſſimis, de legat.* 2. Et
multum conferat ratio legis ad eius intellectum, &
inductionem, vt poſt alios idem Neuizanus *ibidem*;
nihilominus non eſt de neceſſitate, quando habe-
mus legem, talem rationem inquirere, arg. *d. l. non
omnium, ff. de legibus*, & Doctores, quos referunt, &
ſequuntur Neuizanus *ibidem*, & Carocius *d. tit.* 9.
num. 90. At verò ſi contra legem appareat, ſeu adſit
ratio viua, & efficax, atque euidens, ob quam clarè
conſtet eandem legem eſſe iniquam, & contra ali-
quod præceptum naturale, aut diuinum, & carere
omninò ratione, nullo modo ſeruanda eſt, vt ſuprà
num. 533. dictum eſt de conſuetudine iniqua, cùm
nulla lex ſit ſeruanda, quæ abſque peccato obſer-
uari non poteſt, *d. cap. fin. de præſumptionibus*, omnis
enim lex humana deriuatur ex naturali, & æterna
Dei, & ratio naturalis, quaſi formam legibus hu-
manis adfert, vt Lancellotus Politus *in tract. de offic.
aduoc. in rubr. de prudentia*, & Neuizanus *d. lib.* 5. *n.* 3.
Et ratio naturalis continet neceſſitatem veritatis,
vt Baldus *in cap. licet, de tranſlat. Epiſc.* & Neuizanus
d. num. 3. & quicquid euidenter agnoſcitur eſſe con-
tra rationem naturalem, eſt etiam contra conſcien-
tiam, contra quam non licet operari, ac proinde
cùm euidenter, & clarè conſtat legem aliquam eſſe
contra rationem, nullo modo ſeruari debet, aut po-
teſt in foro conſcientiæ; in foro verò exteriori, &
contentioſo, lex etſi iniqua, & irrationabilis, excu-
ſabit à delicto, & à pœna temporali, ſicut ſuprà
num. 532. dictum eſt de conſuetudine iniqua. &
quòd lex iniqua in foro conſcientiæ non obliget,
per ſe patet, & tradunt Imola, & alij *in cap. plerique,*

de

de immunit. Eccleſ. Abbas *in cap. 1. col. 3. verſic. ſed quæro, an lex, de conſtitut.* & *ibidem* Decius, & alij Canoniſtæ, & Theologi communiter, S. Thom. 2.2. *quæſt.* 96. *art.* 6. Sotus *lib.* 1. *de iuſtitia q.* 6. *art.* 4. & alij agentes de legibus. Quod neque in foro contentioſo lex ſiue communis, ſiue municipalis, quæ iniuſta, & iniqua apparet, obſeruanda ſit, dixerunt præter Iuriſperitos præallegatos Baldus *in l. vlt. C. ſi contra ius, vel vtil. publ.* Decius *conſil.* 410. *num.* 19. & Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *d. præſumpt.* 1 *num.* 8. & etiam Crauetta *de antiq. temp. in prima particula quarta partis principalis, num.* 6. amplians addit neque etiam iudicem, qui iurauit ſeruare leges, & ſtatuta ciuium, teneri obſeruare ſtatuta iniqua, & iniuſta, & quæ peccandi occaſionem præbent, & prædictorum rationem reddit idem Menochius *num.* 6. & 7. ſcilicet, quia lex iniqua, & carens ratione, legis nomen non meretur, nec vindicat: cùm nil aliud ſit lex, quàm mens, & ratio ſapientis rectè facta iubens, & à peccatis auocans, ſeu, vt Cicero *lib.* 1. *de legibus, & in Philipp.* 11. ſcribit, *Ratio ſumma inſita in natura imperans quæ facienda ſunt, prohibenſque contra-*
541. *ria.* † Idem Carocius *d. tit.* 9. *num.* 136. & 137. præfatam doctrinam, quod ſeruanda lex clara, ſeu attendenda opinio fulcita textu legis claro, & in terminis, licèt in contrarium ſit commmonis Doctorum opinio, declarat, procedere, quando Doctores tenentes communem non viderunt, aut cognitionem nullam habuerunt illius textus, quia in hoc caſu ceſſat præſumptio veritatis, propter quam attendi debet communis, cùm ſimus in claris habentes textum in terminis, qui ante omnia attendi debet, *d. cap.* 1. *de conſtit.* & quia ſi Doctores illum textum vidiſſent, præſumitur, quòd aliter ſenſiſſent: verùm ſi tenentes communem viderunt illum textum, & ei, licèt malè, reſponderunt, tunc idem Carocius *d. num.* 136. alios allegans, ait, eſſe attendendam communem opinionem, quia ex eo, quod plures viri docti contra talem textum tenuerunt, oritur ingens præſumptio, vt textus ille vel non probet in terminis, vel ſi probet, iuſta aliqua cauſa, vel ratione ab eo receſſerint, & in hoc Carocium approbat Farinacius *d. quæſt.* 13. ſed alij Doctores *num.* 534. relati abſolutè, & ſine vlla declaratione, aut limitatione loquuntur, volentes, vt ſemper ceſſante conſuetudine in contrarium, ſit adhærendum textui legis claro, & in terminis, & expreſsè caſum continenti, à quo non eſt recedendum, præſertim ob malam reſponſionem à Doctoribus datam; nam ineptè reſpondiſſe, & non vidiſſe, idem cenſendum eſt, & ex irrationabili reſponſione non poteſt oriri præſumptio, quòd textus non probet in terminis, ſeu non ſit clarus: Recedere etiam à lege clara ex iuſta cauſa ſolis iudicibus ſupremis permittitur, vt poſt Ant. Columb. *in ſuis ſing. pænal. in ſing.* 12. *num.* 2. notat idem Carocius *d. tit.* 9. *num.* 149. Quare limitatio eiuſdem Carocij locum habere poteſt ſolùm, quando textus non eſt planè clarus, vel non eſt in loco receptus, vel ſaltem non conſtaret, ſed dubium eſſet, an foret in loco receptus.

Quando non adeſt conſuetudo, neque lex clara alicui opinioni aſſiſtens, iudex debet ſequi opinionem fulcitam ratione clara, & conuincenti, licèt in oppoſitum ſit communis opinio.

542. TErtia regula, ceſſantibus prædictis, iudex debet adhærere illi parti, ſeu ſententiæ, cui aſſiſtit ratio clara, euidens, ſeu vrgens ab ipſo agnita, qua contraria opinio. licèt communis omninò conuincitur, & apertè detegitur falſa. ita Neuizanus *lib.* 5. *num.* 24. Azoguidus *lib.* 3. *cap.* 4. (vbi aiunt tunc attendendam communem Doctorum, quando nec conſuetudinem, nec legem, nec rationem, nec authenticam ſcripturam habemus,) idem Neuizanus *eodem lib. num.* 67. *initio,* Suarez *in theſauro receptarum ſententiarum, verb. opinio, num.* 18. Quintilianus Mandoſius *ad regulam de ſubrogatione, quæſt.* 10. *num.* 7. Farinacius *in repert. iudic. q.* 13. *num.* 55. Antonius Maria Carocius *d. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 87. Cæuallos *comm. contra comm. in præfat. num.* 21. & 33. quibus in locis aiunt recedendum à communi Doctorum, ſi hæc conuincatur per caſum legis, vel rationem concludentem, ſcilicet, ita fortem, & fundamentalem, cui reſponderi non poteſt; quod idem priùs docuerunt Imola *in Clem. ne Romani, num.* 3. & 4. *de electione.* & innumeri alij Iuriſperiti, quos Neuizanus, Farinacius, & Carocius allegant, & alij quos allegat, & ſequitur Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipub. part.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 183. *verſic. niſi,* & *num.* 188. *fine.* & colligitur apertè ex textu *l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſationibus tutorum.* Probatur hæc regula, primò, ſi iudex debet adhærere rationi, relicta lege ſcripta, quando lex eſt irrationabilis, ſeu recta ratio legi reſiſtit, multo magis debebit ſequi rationem claram, & euidentem, relicta communi Doctorum opinione, quam eadem ratio eſſe falſam apertè conuincit. Secundò, communis attenditur, quia præſumitur vera, ſeu verior, vt dictum eſt *num.* 486. & latè tradunt Doctores *ibidem* relati; ergo cùm veritas clarè apparet ex ratione euidenti, non eſt attendenda
opinio. † Tertiò, iudices ſolam veritatem ante ocu- 543.
los habere debent, *l. iudices, C. de iudicijs, cap. veritate, & cap. qui contempta* 8. *diſt. gloſſa fin. in cap. quicunque d.* 81. Socinus cum aliis *conſ.* 150. *num.* 1. *lib.* 2. Carocius *in præfat. tract. de comm. opin. num.* 48. Neuizanus *lib.* 5. *num.* 67. & *num.* 118. eandemque veritatem inquirere, & toto poſſe defendere, & iuuare, quando ipſam manifeſtè comprehendunt *d. l. iudices pacis, de ſyndicatu, in verb. ſententia, §. reſtat.* Paulus de Caſtro *conſ.* 132. *lib.* 2. & cum aliis Neuizanus *d. num.* 118. ac proinde quando iudici de veritate conſtat, illam ſequi, & amplecti debet, non obſtante lege, conſuetudine, aut opinione in contrarium. Vnde rectè dixit Afflictus *deciſ.* 253. quòd vbi opponitur de ſtylo, poteſt replicari de veritate. & Adrianus *quodlib.* 1. & *quodlib.* 3. Angelus *verb. iudicare, num.* 7. approbati à Neuizano *d. lib.* 5. *num.* 67. & 116. aiunt, quòd potius debet iudex permittere ſcandalum, quàm veritatem relinquere. quod habetur *cap. qui ſcandalizauerit, de reg. iuris,* cùm veritas ſuper omnia ſit amanda, *l. ſi cui ita legatum, ff. de condit. & demonſtr.* & alios congerens Neuizanus *d. lib.* 5. *num.* 117. & ita ab ea, vbi per euidentem rationem ſibi de illa conſtat, nunquam recedere debet iudex ob opinionem, licèt communem Doctorum contrariam, iuxta illud Exodi 23. *neque in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à veritate devies.*

Ceſſantibus conſuetudine in loco recepta, textu legis claro, & authentica ſcriptura, & ratione euidenti, iudex in iudicando ſectari debet opinionem communem, & magis receptam, & approbatam à Doctoribus.

QVarta regula, prædictis ceſſantibus, ſcilicet, ſi 544.
non adſit conſuetudo recepta, & approbata, nec textus clarus legis, aut Canonis, nec ratio euidens, & conuincens, nec authentica ſcriptura, tunc atten

attendenda eſt, & eligenda communis, vel magis opinio Doctotum in arte peritorum, ſcilicet, quam Doctores eo cauſarum genere periti, quique ſuper caſu, de quo dubitare contingit, ſcripſere, commuuiter, vel magis communiter receperunt, & ſequuntur. ita communiter Iuiiſperiti, Marheſilanus *de elect. opin. num. 2. fine.* Neuizanus *in ſylua lib. 5. num. 1.* Azoguidus *lib. 3. comm. opin. cap. 4. & c. 7. num. 1.* Antonius Maria Carocius *tract. de comm. opin. in præfat. num. 27. & lib. 2. tit. 8. num. 16.* Menochius *lib. 2. præſumpt. 71. num. 2. & ſeq.* Cæuallos *comm. contra comm. in præfat. num. 16. & 30.* Maſcardus *de prob. concl. 1143. num. 1.* Nauattus *d. cap. 27. num. 286.* Farinacius *in repertor. indic. q. 13. num. 16.* Doctores citati ſuprà *num. 487.* & inoumeri alij à Neuizano, & Catocio relati, Syluester *verb. opinio, num. 2.* Angelus *eod. num. 1.* Layman *lib. 1. cap. 5. num. 16. verſic. tertiò quam Doctores,* Fragoſiis *d. num. 183.* & cum plutibus aliis Ioannes Valerus *de differentijs in vtrumque forum diff. 1. num. 1.* Probatur primò pluribus iutibus, *cap. nouimus, de verb. ſign.* ibi, *opinio à pluribus approbata. cap. de iudicijs 3. quæſt. 3.* ibi in quo plurimi concordant. *l. 1. de offic. quæſt.* ibi, *& ſanè crebrior apud veteres opinio. l. Athletas, ff. de his, qui notantur infamia,* ibi, *& generaliter opinantur. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* ibi, *dicitur vulgò. & l. quæſitum §. ſed ſi fundus, ff. de fundo inſtructo legat.* ibi, *quam ſententiam quotidie creſcere, & incaleſcere videmus.* Secundò probatur ratione, quia iudex, quoad fieri poteſt, debet ſequi veritatem non ſolùm facti, ſed etiam iutis, (vt probatur iuribus, & auctoriraribus ſuprà *num. 543.* relatis, & tradunt Doctores *ibi* allegati, & alij apud eoſdem;) ſed quando non habemus certam, & clatam veriratem, eo quia noo habemus cooſuetudinem receptam, neque rantùm claram, neque rationem vtgentem, accidentem, & conuincentem, neque authenticam ſcriptutam, ſed iura ſunt obſcura, (quia diuerſimodè Doctores illa intelligunt, alij vnum textum legis, vel Canonis, alij alium textum inuicem contratium inducentes, & ſæpenumero eundem textum legis, vel canonis huc, atque illud ſecundùm vniuſcuiuſque opiniouem, & aliquando affectionem propriam diſtrahentes, iuxta illud Terentianum, *quot capita, tot ſententiæ,* ex qua opinionum diuerſirate fit, vt ius tam ciuile, quàm Canonicum remaneat dubium, & obſcurum, *l. 1. prope finem, §. noſtram autem conſummationem, C de veter. iur. enucl.* & alios congerens Carocius *dicta præfatione num. 16.*) commuois, vel magis communis præſumitur vera, ſeu verior, & probabilior, vt ſuprà *num. 486.* demooſtratum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* relati, & alij communiter, quos Carocius *d. præfatione, num. 42.* refert: ergo illa in iudiciis à iudicibus attendeoda. Quare confirmatur eadem regula, nam iudex debet iudicare pro illa parte litigantium, cuius cauſæ magis, & certius, ac probabilius fauent iura, vt ſuprà *num. 476. & 485.* dictum eſt, ſed iura magis, ac eertiùs, atque probabiliùs fauent cauſæ, cui aſſiſtit communis, vel magis communis opinio, quia (vt dictum eſt,) in opinionum circa legum, & canonum intelligentiam, & caſuum deciſionem diuerſitate, & multitudine, ex qua oritur taota obſcuritas, ambiguitas, & dubitatio circa eatundem legum, & caoonum intellectum præſumitur certior, & veriot opinio illa, quæ à Doctoribus, qui ſuper caſu, de quo dubitatur, ſcripſerunt, communiter, vel magis communiter, recepta & approbata eſt, ac proinde hanc in tanta contrarietate, ac confuſione opinionum, quæ apud legum, & canonum interpretes, & alios Scriptores Iuriſtas, & Canoniſtas reperiuntur, voluerunt merirò Doctores à iudicibus in iudicando eſſe attendendam, quod procedere etiam in arbitro, ſeu arbitratore, vt & ipſe teneatur ſequi opinionem communem, poſt Carocium tradit Farinacius *d. quæſt. 13. num. 22.* de quo videnda ſunt tradita ſuprà *num. 519.*
† Et propter hoc Doctores voluerunt, communem 545.
opinionem ipſi legi eſſe æquiparandam, eiuſque vim habere, & tanquam legem poſſe allegari, atque vti ius ſeruandam eſſe. Ita Lancellotus, Gallican. *in repert. l. Centurio, num. 201. ff. de vulg. & pupill.* Graſſus *conſil. 77. num. 4. lib. 2.* Neuizanus *lib. 5. num. 71.* Cæuallos *vbi ſuprà num. 31.* & alios allegans Carocius *d. præfat. num. 30. & 31.* † Item voluerunt habe-
re vim conſuetudinis Baldus *in cap. ne innitaris, de* 546.
conſtit. Berous *conſil. 91. num. 16. & ſequenti,* (vbi etiam quòd communis opinio venit appellatione legis in ſtatuto de lege loquente) Menochius *d. præſumpt. 71. num. 4.* & cum aliis Carocius *d. præfat. n. 32. 33. & 34.* qui *num. 35. & ſeqq.* explicat in quibus opinio communis differat à lege, hacque inferior ſit.
† Ex quibus Neuizanus *d. num. 71.* & plures alij, 547.
quos ipſe, & Carocius *lib. 3. de comm. opin. tit. 12. n. 10.* allegant, dixerunt ſententiam latam contra communem, non ſolùm eſſe iniuſtam, & iniquam, ſed etiam eſſe ipſo iure nullam, ſicut eſt ipſo iure nulla tum ſententia lata contra legem, vel ex iuris errore expreſſo *l. 2. C. quando prouoc. l. ſi expreſſim, ff. de appellat.* & Doctores communiter à Neuizano, & Carocio allegati; tum ſententia lata contra conſuetudinem notoriam, Iaſon poſt Baldum *in l. iubemus C. de iudicijs.* Confirmant etiam, quia manifeſta iniquitas æquiparatur nullitati, vt tradunt Innocentius *in cap. cùm Bertoldus, n. 4. de ſent. & re iud.* Curtius *conſil. 63.* & Doctores communiter, quos Neuizanus *d. n. 71.* & Carocius *d. tit. 12. num. 12. & 24.* referunt; ſententia autem lata contra communem opinionem videtur dicenda omoinò iniqua, & conſequenter oulla.
† Quamuis contrarium, & eſſe quidem iniquam, & 548.
iniuſtam ſententiam contra communem prolatam, non autem ipſo iure nullam, tradiderunt plures, & magis commoniter Doctores, quos referunt Neuizanus *d. num. 7.* Farinac. *d. q. 13. num. 24.* & Carociua *d. præfat. num. 13.* qui etiam idem ſentit, plures ad id confirmandum afferens rationes, ſcilicet, tum quia ſententia oulla eſt, quæ fertur contra leges, & conſtitutiones Principum, tum quia ſententia lata contra communem opinionem, eſt contra veritatem tantùm præſumptam, non contra certam, ſicut quando fertur contra legem, aut conſuetudinem notoriam: tum demum, quia opinio communis à commuoiter accidentibus habet contradictores, adeò quòd ius illo caſu diuerſimodè intelligatur, & ita ſententia contra communem dicatur lata contra ius varios habens intellectus; ſententia autem etiam prolata contra legem habentem varios intellectus, non dicitur nulla. *l. cùm prolatis.* vbi Doctores communiter, *ff. de re iudicata.* Quare Carocius vult tunc ſolùm ſententiam latam contra communem eſſe nullam ipſo iure, quando eadem communis nullum haberet contradictorem, & plurimos ha-
beret auctores. † Cùm aotem ſententia contra com- 549.
munem lata, ſi non ſit nulla ipſo iure, ſaltem communiter cenſeatur iniuſta, quaſi lata contra veritatem, hinc Iuriſperiti communiter docent, iudicem contra commuuem iudicantem teneri, ſeu ad pœnam, vti delinquentem condemnari poſſe in Syndicatu, qui alia de cauſa non eſt introductus, niſi in pœnam iudicum iniquè iudicantium, & in laudem, & gratiam benè ſe gerentium. ita alios allegantes Paris de Puteo *in tract. de Syndicatu,* Neuizanus *lib. 5. num. 63.*

*num.*63. Carocius *d.tit.*12. *n.*25. *& ſeqq.* Menochius
550. *d.præſumpt.*71.*num.*21.Farinacius *d.q.*13.*n.*18.† Item
aiunt iudicem contra communem iudicantem face-
re litem ſuam. ita Bartolus *in l.fin.n.*5.*C.de pœna iud.
qui malè iud.* Cæuallos *vbi ſuprà n.*16.& alios cumu-
lans Carocius *d.tit.*12.*n.*38.*& ſeqq.*qui *n.*49.ex Fran-
ciſco Hotomanno *in comment.ver.iur. in ver.litem fa-
cere,* ait, quòd litem ſuam facere,eſt partes eius,qui
iniuria abſolutus eſt,ſuſcipere,ipſiuſque cauſam pro
551. ſua coactum defendere. † Item contra communem
opinionem iudicem iudicantem teneri ad intereſſe
partibus , ſeu ad expenſas litis, & ad reſarciendum
damnum parti læſæ, tradunt Rolandus à Valle *conſ.*
46.*n.*2.*lib.*1.Aſinius *in praxi de ordine iudiciorum,§.vl-
timo c.vltimo n.*1.Farinacius *d.n.*18.& alios congeteos
Carocius *d.tit.*12.*n.*34.*& ſeqq.*vbi dicit eſſe commu-
nem , & receptam ſententiam nullum habentem
contradictorem,quem ipſe viderit,& idem indicant
alij Doctores ſuprà allegati , & ad id iudicem , qui
contra communem opinionem iudicat , teneri non
ſolùm in foro contentioſo,ſed etiam in conſcientia,
poſt Marianum iun. *conſil.*131.*n.*2. *lib.*1. docet idem
Caroc.*eodem tit.*12.*n.*51.*&* 52. & ita prorſus tenere
debent Syluester *v.opinio n.*2.Angelus *eodem n.*1.Ta-
biena *eod.*§.4. Ioann.Valerus *d.v.opinio diff.*1.*n.*1. &
alij Summiſtæ,& Doctores,qui aſſerunt iudicem in
foro conſcientiæ debere ſequi communiorem opi-
nionem,& malè,& iniuſtè iudicare,& peccare ſi ali-
ter iudicet; iudex enim malè, & iniuſtè iudicans, &
ſic peccans , tenetur in conſcientia ad intereſſe , &
damnum reſarciendum , vt poſt alios idem Caroc.
552. *n.*53.& clarè patet. † Prædicta autem,ſcilicet,quòd
iudicans contra communem poſſit ſubiici Syndica-
tui, faciat litem ſuam, & teneatur ad litis expenſas,
& ad damnum parti læſæ reſarciendum,Alciat.*tract.
de præſumpt.reg.*1. *præſumpt.*51. *n.*2. *&* 6. Menochius
*d.n.*21.& Cæuallos *d.n.*16.intelligunt,quando dete-
gitur , ſeu interuenit dolus ipſius iudicis , quia illa
communis opinio ſoleat obſeruari in foro, aliàs ſe-
cus ; quam reſtrictionem non admittit Caroc. *d. tit.*
12.*n.*45.quem ſequitur Farinac.*d.q.*13.*n.*19.eo quia,
inquit,iudex ex culpa etiam ferens iniquam ſenten-
tiam facit litem ſuam,& punitur,puta, cùm propter
imperitiam,& ignorantiam iniquè iudicauit, vt vo-
luit gloſſa *in l.ſi filiusfamilias,*& latè tradit Menoch.
de arbitr.caſu 359.*n.*2.*& ſeqq.*& approbat Farinacius
*d n.*19. ignorantia autem adſcribitur culpæ, non do-
553. lo, *l.imperitia, ff.de reg.iuris.* † Idem autem Carocius
cum aliis *num.*28.reſtringit,vt iudicans contra com-
munem ſaltem mitiùs puniatur,quando opinio con-
tra communem habet complures , & graues aucto-
554. res.† Immò à Syndicatu,& ab expenſis litis,& à qua-
cunque alia pœna excuſari iudicem,qui contra com-
munem iudicat, & ſequitur opinionem ſingularem
ſui Præceptoris,tradiderunt Oldradus *in l.quæſitum.*
§.1.*ff.de fund.inſtructo.* Panormitanus *in c.*1. *n.*25. *de
poſtulat. Prælatorum.* Neuizanus *lib.*5.*n.*38.*&* 63.Me-
nochius *d.præſumpt.*71.*n.*51.Cæuallos *d præfat.n.*19.
Sylueſter, Angelus *locis ſuprà allegatis* , & innumeri
alij apud Neuizanum,Menochium, & Cæuallos *lo-
cis citatis*, & apud Caroſium *lib.*2.*tit.*9.*num.*30.*& d.
tit.*12.*n.*30. vbi dicit,eſſe ab omnibus approbatum,
ad quod confirmandum adducuntur (præſertim à
Neuizano *d.n.*38.) ſequentia , nempe quia tenemur
Præceptorem defendere , *l. dicere §.fin. ff. de arb.* &
perſona Magiſtri ſemper debet videri honeſta diſci-
pulo, ab illóque tanquam pater amandus, & colen-
dus, *l.liberto,* iuncta *gloſſa vlt.ff.de obſeq. à liber. & li-
bert.* & quia non poteſt quis aliquid tradere , niſi
quod hauſit à Præceptore ; & demum, quia diſcen-
tem oportet credere,vt poſt Philoſophos tradit Za-
ſius *in l.*2.*num.*71.*ff.de orig.iur.* & videtur conforme
rationi naturali,nam aliàs nihil, aut parum profice-
retur. Declarant tamen id intelligendum , quando
Præceptor eſt perſona excellens,& Doctor inſignis,
ac famoſus , ſecùs aliàs ; quia tunc iudex omittens
communem opinionem teneretur in Syndicatu , &
aliis pœnis ſubiiceretur : ita in terminis Neuizanus
*d.n.*38. & alij modò allegati iiſdem locis, quia opi-
nio imperiti non cenſetur bona. Addit Cæuallos
*n.*18. excuſari iudicem ſemper,quoties habuerit pro
ſe opinionem alicuius Doctoris inſignis,quia mili-
tat eadem ratio.† Præfatam tamen communem tra- 555.
ditionem , ſeu limitationem non eſſe admittendam
contendit Carocius (quem ſequitur Farinacius *d.q.*
13.*n.*21.)*d.tit.*12.*n.*33.*& d.tit.*9.*num.*33. nolens iudi-
cem poſſe recedere à ſententia communiter à Do-
ctoribus recepta,neque in caſu,in quo contra com-
munem habet opinionem ſui Præceptoris , quam ſi
ſequatur, vult non excuſari à Syndicatu, & teſtatur
ita ſenſiſſe Camill.Plaut. Lancellotum, Corradum,
& Ioannem Paulum Lancellotum.probat,tum quia
Præceptor eſt ſolus,& modernus,Doctores verò te-
nentes communem ſunt plures, & grauiores , vnde
eſt maior præſumptio veritatis. Quapropter licèt
vnuſquiſque teneatur defendere opinionem ſui
Præceptoris,tamen cùm communis vera cenſeatur,
illa in iudicando eſt attendenda,nam amicus Socra-
tes,amicus Plato,ſed magis amica veritas,ſecundùm
Philoſophum relatum à Neuizano *d. n.*3. & vbi de
veritate agitur,nemini eſt parcendum,ſed poſthabi-
ta parentum,& amicorum obſeruantia,omninò ve-
ritas eſt amplectenda,ad quod faciunt tradita ſuprà
*num.*453. tum quia ſequeretur,quòd non ſecundùm
veritatem,ſed ſolam affectionem eſſet iudicandum,
quod eſt peruerſum, & iniquum. Oldradi autem,&
aliorum ſententiam vult Carocius procedere in du-
bio , & ſecus quando apparet de contraria veritate
certa , vel præſumpta , quia tunc veritas omnibus
præferenda. † Verùm hæc per Carocium contra 556.
communem aliorum adducta , probant ſolùm non
debere iudicem ob ſolam affectionem erga Præce-
ptorem illius opinionem in iudicando ſequi , & il-
lius ſententiam amplecti , quia Præceptoris , qui ſi
eſſet imperitus,& contra communem docuiſſet opi-
nionem,nullo bono,& valido fundamento,ſeu mo-
tiuo fulcitam,non ideo in iudiciis poſſet iuxta talem
opinionem ſententia proferri,quia fuit, vel eſt Præ-
ceptoris;ſecus verò ſi Præceptor ſit Doctor eximius,
& famoſus,& ad ſic opinandum bono,& ſolido fun-
damento,licèt fortaſſe non omninò inconuincibili,
motus , præſertim ſi tale fundamentum , tenentes
communem non agnouiſſent , vel non ita perfectè
penetraſſent ; tunc enim diſcipulus non ignarus ob
Præceptoris eximiam auctoritatem,& motiuum ef-
ficax, & ſatis concludens exiſtimare prudenter poſ-
ſet Præceptoris opinionem eſſe veriorem communi,
& ita ſequendo illam , erit tutus non ſolùm in con-
ſcientia,ſed etiam in foro externo,conſtito,quòd &
ob excellentiam Præceptoris,& ob ſolidum,& effi-
cax fundamentum ab opinione communi receſſerit,
iuxta tradita ab eodem Carocio *d.tit.*9.*n.*17.præſer-
tim *n.*94.† Rectè autem cum communi aduertit Ca- 557.
roc.*d.tit.*12.*n.*55. iudicem in Syndicatu condemna-
tum ob iniquam ſententiam latam non habere actio-
nem ad repetendum, quod ſoluit parti, in cuius fa-
uorem malè iudicauit , tum quia condemnatur in
Syndicatu ob delictum à ſe perpetratum ferendo
ſententiam iniquam; & ita quoad iudicem iſta con-
demnatio eſt mera pœna,vt tradit etiam Baldus *in l.*

mancipia n.6.C. de ſeruis fugit. pars autem victrix ex iniuſtitia, ſententia in nulla eſt culpa, cùm iudex ſecundùm propriam conſcientiam, non ſecundùm partis voluntatem ſententiam ferat: pœna verò debet ſequi auctorem delicti. *l. ſancimus, de pœn.* Tum, quia intereſt Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, vt *ſuprà* oſtenſum eſt: ſi autem in Syndicatu condemnatus haberet regreſſum contra eum, in cuius fauorem iniquam protulit ſententiam, eius delictum remaneret impunitum. An verò ſi fuiſſet facta conuentio inter iudicem, & partem de conſeruando ipſo iudice iniquam ſententiam ferente, indemni, tunc iudici competeret regreſſus: aſſerit Lancellot. Conrad. *lib. de Prato. §. ſeruando, in tit de ſententia n.* 36. relatus à Carocio *vbi ſuprà n.*56. co, quia iudex antequam ſententiam ferat, poteſt à parte cautionem accipere de indemnitate, *l. ſi quis vxori, § ſi fugitiuum.* vbi Bartol. *n.*2. & Alexand. *in addit. ver-*
558. *ſic.60. de conſeruando*, & alij, *ff. de furtis.* † At negat Carocius *d. tit.* 12. *n.*58, aiens doctrinam Bartoli *in d. §. ſi fugitiuum*, non procedere in his terminis, ſcilicet, quando iudex recepit cautionem de indemnitate ex turpi cauſa, nimirum vt pro ſe iniquam ſententiam ferat, quod eſt prohibitum, *l. 1. ff. de falſa cauſ.* Probat igitur Carocius negatiuam, quia ex cautione facta ob turpem cauſam nihil poteſt peti, *l. 1. & ibi* Doctores, *C. de condict. ob turpem cauſam.* confirmat ex *d. l. ſi fugitiuum*, vbi iudex recepit fideiuſſores de indemnitate, non propter damnum proueniens ex errore iuris, & ſic ob turpem cauſam, v.g. quòd ille fugitiuus ſit iuſtè, an iniuſtè relaxandus: ſed propter damnum ex errore facti, nempe an ille, qui curat relaxandum fugitiuum, ſit creditor, nec ne, cùm error facti excuſet, ac proinde non eſt mirum, ſi poteſt recipere indemnitatem: demum confirmat, quia alioqui delictum iudicis remaneret impunitum. Admittendum verò fore regreſſum, ait idem Carocius, ſi iudex condemnetur ad pœnam earum rerum, ad quas pars iniuſtè abſolutè iure actionis tenebatur, v.g. quando iudex in Syndicatu condemnatur in reficiendis expenſis, ad quas altera pars iure actionis tenebatur ex diſpoſitione ſtatuti, vel alio modo, & iudex non condemnauit, tunc enim habebit regreſſum contra partem ab his iniuſtè abſolutam, vt Imola *in l. ſi ſeruus, §. fin.* Rom. Alex. *ibidem, de aqua pluu.* & alij tradunt ob eam rationem, quòd cùm pars ad ea teneretur, iudex ſoluendo eam liberauit, & ſic eius negotia vtiliter geſſit; ac proinde meritò regreſſum pro illarum reſtitutione contra partem abſolutam habe-
559. re debet. † Sed prædicta negatiua, ſcilicet, quòd iudex ex pacto, ſeu cautione de indemnitate ob turpem cauſam nihil petere poſſit poſt iniuſtam ſententiam latam, & condemnationem ad pœnam, licèt vera ſit quoad fori contentionem, & actionem ciuilem, probabile tamen eſt poſſe petere in foro conſcientiæ, & illi competere actionem naturalem, per ea, quæ de promiſſis, & acceptis ob turpem cauſam tradunt D.Thom. 2.2. *q.*32. *art.7. in corp. & q.*62. *art.5. ad* 1. Caietanus *ibidem*, Couarru. *ad reg. peccatum p.2. §.2.* M.Nauarrus *c.17. ſumm. à n.3.* P.Nauarrus *lib.4. de reſt. c.2. à n.*71. Saytus *lib.10. clauis tract.* 2. *c.*2. Sanchez *lib.2. ſumm. c.38. n.*96. Leſſius *lib.2. c.*14. *dubit.*8. Villalobos *tom.2. ſumm. tract.11. diff.16. n.*13. Bonacina *diſp.1. de reſtit. q.3. p.3. num.* 2. Trullench *lib.7. cap.14. dub.7.* & alij caſuum conſcientiæ Profeſſores apud eoſdem.

560. Dixi verò in propoſitione huius regulæ quartæ, quòd eligenda eſt communis, vel magis communis opinio Doctorum, non quia in concurſu opinionis communis, & magis communis liceat iudici eligere communem relicta magis communi, ſed quia communis, vel magis communis, licèt non contineat certam, & claram veritatem, præſumitur quòd ſit vera, ſeu verior reſpectu opinionis paucorum, vt tradunt Doctor. *n.*486. relati, & alij quos latè referunt Caroc. *in d. præfat. n.*42. & Menoch. *d. præſumpt.71. n.*2. Itaque cùm magis communis opinio Doctorum ſuperuenit communi, huic illam præiudicare quoad praxim, & eſſe attendendam, & ſeruandam, donec permanet magis communis, docent Neuiz. *lib.5. ſylue n.4.5. &* 74. Caroc. *in d. præfat. n.40. ad 46. & lib.2. tit.9. n.3. &* 4. Menoch. *d. præſumpt.71. n.2. & ſeqq.* Maſcard. *d. concl.*1143. *n.*8. Ioan. Valer. *v. opinio diff.1. n.1.* & communiter Iuriſperiti apud ipſos. Et ratio eſt, quia cùm magis communis opinio maiori numero, & authoritate, ac ratione Doctorum roborata ſit, (hæc enim nomine magis communis intelligitur, vt conſtare poteſt ex dictis ſuprà *n.*96. & poſt alios notauit Neuiz. *d. n.4. &* 5. & approbant alij Doctores modò citati,) ſequitur vt maiorem habeat veritatis præſumptionem; cumque vna præſumptio maior tollat aliam præſumptionem minorem. *l. Diuus ff. de in integ. reſtit.* vt poſt Franc. Nicon. *in rub. C. de eden. n.*47. tradunt Carocius, & Maſcardus, ſit vt magis communis præferenda ſit ipſi communi, & id ſolùm non ratione certitudinis veritatis, (quæ alioqui in contraria communi probaret certam falſitatem,) ſed ſolùm ratione maioris præſumptionis, ſcilicet, quia præſumitur verior, & probabilior, vt iidem Doctores, & in terminis Caroc. *n.*45. & Maſcard. *d. n.*8. iudex autem tenetur ſequi opinionem exiſtimatam veriorem, & probabiliorem, vt iidem Doctores, ex quibus Neuiz. *d. n.*4. Caroc. *n.*46. & Maſcard. *n.9. &* 10. poſt alios inferunt magis communem ſuperuenientem non tollere geſta tempore communis contrariæ, quia cùm eſſet præſumptio, quæ pro communi vigebat tempore, quo ipſa ſeruabatur, non poteſt dici eam falſam detegi per ſuperuenientiam magis communis contrariæ, cùm ea ſolum verior præſumatur, quæ maior veritatis præſumptio, cùm poſtea ſuperuenit, non debet ad præterita extendi, iuxta *l. 1. C. de legibus* cum ſimilibus.

Ampliatio prima quartæ regulæ ſupradictæ, ſcilicèt, vt communis opinio nulla lege, ſed ratione tantùm fulcita attendi debeat.

Porrò dicta regula quarta extenditur primò, vt 561.
etiamſi communis, vel magis communis opinio nulla fulciatur lege, aliquid de eo, quod ipſa aſſerit determinante, ſed tantùm ratione, adhuc attendenda ſit. ita Neuizan. *d. lib.5. n.20. & ſeqq.* Azoguidus *lib.3. com. opin. c.9. n.*3. Menochis *d. præſumpt.71. n.*16. Farinac. *in repert. iudic. q.13. num.*32. Carocius *d. tit.9. caſu* 22. & apud eundem, & Neuizanum alij Doctores magis communiter. Sicut enim vbi habetur lex clara, non eſt opus inquirere rationem, iuxta dicta ſuprà *n.*540. ita vbi habemus viuam rationem, ex ipſa naturali ratione, ſeu principiis naturæ, ſeu lumine naturali notis, non debemus inquirere legem, immò quærere eſt infirmitas intellectus, vt Neuizanus, & Carocius poſt alios communiter comprobant, ex
l. ſcire oportet, §. ſufficit. ff. de excuſat. tutor. † Præterea 562.
quiſque rationi ſe ſubiicere debet, *c. tua nos, de iureiurando.* & ratio naturalis dat formam, & eſſe legibus humanis, vt dictum eſt *d. n.*540. ſiquidem ratio eſt anima legis, iuxta tradita à Baldo *in l. ſi quis ſeruo, C. de furtis.* Vnde quod in naturali ratione conſiſtit, lex eſſe dicitur, *cap. conſuetudo. §. porrò ſi ratione, d.* 1. Ac proinde vbi deficit lex, ratio naturalis pro lege

addu

adducitur. *d. cap. conſuetudo*, & *ibi* Gloſſa, *l. cùm ratio, in princip. ff. de bon. damn.* & poſt alios Euerardus *in top. loco à lege ceſſante*, & Carocius *n.* 125. Quapropter non obſtat huic ampliationi illud vulgare Iuriſperitorum, quòd nempe erubeſcimus cùm ſine lege loquimur. *§. conſideremus. Authent. de trien. & ſemiſſ. & l. illam, C. de collat.* nam qui rationem adducit, non poteſt dici ſine lege loqui, vt ex mox dictis apertè patet, & poſt alios notant Euerardus, & Carocius.

563. Sed quid, ſi communis, vel magis communis nulla lege, & etiam nulla ratione nitatur? Carocius *d. tit. 9. caſu* 23. *n.* 128. refert Doctores communiter in hoc caſu ſentire communem non eſſe attendendam, tum quia Doctores ſine lege, & ratione non poſſunt quicquam agere, tum quia Doctori etiam Excellentiſſimo nihil alleganti non credi, tradunt communiter Doctores, vt ſuprà *n.* 147. *fine* dictum eſt, & idem Carocius *n.* 129. teſtatur. Idem autem Carocius (quem ſequitur Farinacius *in repert. iudic. q.* 13. *n.* 31.) *n.* 130. aſſerit eſſe attendendam communem, & ita ſantire Purpur. *in l.* 1. *n.* 138. *ff. ſi cert. petat.* mouetur cum Purpurato hac ratione, quia habeat contra ſe iura, & rationes, & hoc verum eſt, non quia communis non fulciatur aliqua lege, vel ratione, ſed quia contraria opinio habet meliores rationes, ob quas præualet communi, iuxta dicta ſuprà *n.* 94. & dicenda infrà *n.* 657. aut non debet ſeruari communis, quia non habeat legem, & tunc hoc non eſt verum, quia alioqui ſequeretur communem nunquam fore ſeruandam, etenim communis ſeruatur ob ſolam præſumptionem veritatis, non autem tanquam habens iura, aut rationem, nam cùm hæc ſingula ſeruentur per ſe abſque communi, ſi non ſeruaretur communis non habens iura, & rationes, non differret ab opinione. Neque obſtant fundamenta prioris ſententiæ negatiuæ, quia verum eſt ſingulos Doctores non poſſe abſque lege, & ratione quicquam agere, ſed ſi ſimul idem dicerent, ſecus, nam ſingula, quæ non proſunt, collecta ſimul iuuant, maximè in Doctoribus authoritatem habentibus ex præſumptione iuris, quæ habet, Doctorem, & bonum, & peritum cenſeri, vt ſuprà *n.* 191. dictum eſt Doctoribus id aſſerentibus relatis, Doctori etiam Excellenti neque legem, neque rationem adducenti credendum eſt, licèt minus, quàm ſi iura, aut rationes adduceret, ob rationem ſuprà *d. n.* 187 *fine* adductam, & hæc opinio Carocij mihi probatur in caſu, in quo etiam opinio contraria communi nec iuribus, nec vlla ratione confirmata reperiretur; ſecus verò ſi ſaltem aliqua ratione ſatis probabili, & veriſimili roborata eſſet, pro communi autem nulla appareret, ſed ſolùm Doctorum authoritas; tunc enim durum videretur cogi iudicem ferre ſententiam iuxta opinionem, pro qua nullam habet rationem, relicta ea ſententia, quam agnoſcit ratione probabili, & veriſimili fulcitam, niſi fortè tanta eſſet auctoritas, excellentia, ac probitatis, & doctrinæ opinio Doctorum tenentium communem, vt meritò iudex iudicare poſſet, fuiſſe motos fortiori motiuo ad ita ſentiendum, & aſſerendum, quàm ſit ratio, quæ fouet contrariam opinionem.

Ampliatio ſecunda quartæ regulæ, ſcilicet, vt attendenda ſit communis opinio etiamſi illi aduerſetur ſententia Papæ magiſtraliter loquentis.

564. SEcundò eadem quarta regula ampliatur, vt communis, vel magis communis opinio in iudicando ſit attendenda, etiamſi contra eandem communem tenuit, vel teneat Papa magiſtraliter, & tanquam Doctor, aut interpres, loquendo, non legem condendo. ita Neuizanus *d. lib.* 5. *n.* 25. Caroc. *d. tit. 9. caſu* 13. Menoch. *d. præſumpt.* 71. *n.* 57. & priùs docuerunt Hoſtienſis *in c. paſtoralis, de decimis*, & plurimi alij à Neuizano, & Carocio allegati, & videtur per ſe clarum, & euidens: etenim ſi Princeps non diſponit animo condendi legem, vt reſcribendo, vel aliter ſtatuendo, prout facit *in c. nouimus, de verborum ſign.* cætera ab eo prolata non ſeruantur pro lege, nec attenduntur, arg. *l. ex ſtipulatione, in fine, ff. de ſent. & interloc. omn. iudic. §. ſed & quod Princips.* & *ibi gloſſa* 1. & alij Doctores per Caroc. relati; quare Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, §. in omnibus n.* 5. *C. de Epiſc. & cler.* ſuprà *n.* 95. relatus, & allegatus etiam à Maſcardo *concl.* 1143. *n.* 6. & Claudius Seiſel *in repert. l. vt vim, n.* 117. *ff. de iuſtit. & iure*, à Carocio allegatus, dixerunt, quòd opinio Papæ magiſtraliter loquentis, non habet plus roboris, quàm dictum alterius viri docti.

Ampliatio tertia quartæ regulæ, ſcilicet, vt communis opinio in iudicando ſit attendenda, tametſi ei aduerſetur auctoritas, ſeu opinio alicuius excellentiſſimi Doctoris, v. gr. Gloſſæ, Archidiaconi, Bartoli, &c. aut alicuius Collegij Doctorum, aut Rotæ Romanæ.

TErtiò eadem quarta regula ampliatur, vt ſit attendenda in iudicando communis, vel magis 565.
communis opinio, etiamſi ei aduerſetur auctoritas, ſeu opinio alicuius ſummi, & excellentiſſimi Doctoris, & quantumuis maximæ auctoritatis. ita Neuiz. *d. lib.* 5. *n.* 25. & 3. Anton. Maria Caroc. *d. lib. 2. tit. 9. à n.* 16. *ad* 28. Menoch. *d. præſumpt.* 71. *n.* 17. Maſc. *concl.* 842. *n.* 6. & Farinac. *in repert. iud. q.* 13. *n.* 14. & 15. & alij magis communiter apud Caroc. *n.* 25. & Neuiz. *dictis duobus numeris*, vbi recenſet inſigniores, & magis celebres Doctores, tam iuris Cæſarei, quàm Pontificij, cuilibet elegans elogium texens, ſemper tamen concludens eſſe ſeruandam cõmunem opinionem, quantumuis aliquis ex iiſdem clariſſimis Doctoribus cuiuſcunque auctoritatis ſit contra eandẽ communem opinionem teneat. Nam auctoritas (inquit Caroc.) licèt ſuprema Doctoris ſolius, & vnici, non poteſt adæquare, vel ſuperare authoritatem omnium Doctorum, ſimul communem conſtituentium, qui vt poſſint conſtituere communem, debent eſſe alicuius auctoritatis, id eſt, boni, & in arte periti; ex quo ſic confirmatur ampliatio, etenim ea opinio eſt attendenda, & in iudiciis præferenda, quæ præſumitur verior, ac communis opinio, multò verior præſumitur ſententia cuiuſuis Doctoris cuiuſcunque eximiæ auctoritatis ſit ſingillatim, & per ſe ſumpti, quia communis fulcitur ratione, & auctoritate plurium, qui etiam auctoritatem habent, & inter quos etiam ſemper eſt aliquis Doctor celebris, & multæ auctoritatis. † Quare id, quod plures dixerunt, ſententias 566.
Archidiaconi, Innocentij, Ioannis Andreæ, & Felini (qui fuerunt celeberrimi Canoniſtæ) Azonis, Speculatoris, Bartoli, Baldi, & Alberici, qui legiſtæ inſigniores habentur (quorum laudes, & eximiam auctoritatem latè proſequitur Neuizanus, *vbi ſuprà*) in his, quæ ſunt iuris Pontificij, aut Cæſarei reſpectiuè, eſſe præferendas opinioni omnium aliorum, & ipſos antecellere omnibus aliis, veritatem habere poteſt, & admitti debet, ſi intelligatur de omnibus aliis vt ſingulis, non de omnibus aliis ſimul iunctis, ſeu de opinione ſingulorum, non cæterorum plurium ſi-

ſimul tenentium, prout ſunt in communi opinione, cùm, vt vulgò dicitur, nec Hercules contra duos, poteſt etiam intelligi in dubio, vt quando obſcurum eſt, quæ ſit communis, vel magis communis opinio, illa cæteris paribus, cenſeri poſſit, & debeat melior, & verior opinio, pro qua ſtat aliquis ex prædictis excellentiſſimis Doctoribus, vt etiam docent Matheſilaous *de elect. opin. fine*, & Nauarrus *in ſumm. cap. 27. num. 287.*

567. Hinc, licèt aliqui Doctores dixerint, Gloſſæ opinionem, communi opinioni præferendam eſſe in iudicando, vbi vſus, ſeu conſuetudo non ſit in contrarium. ita poſt Buttigarium *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* Felinus, & Decius *in c. 1. de conſtit.* & plures alij relati à Carocio *d. tit. 9. n. 22.* vbi ait eſſe receptiſſimam ſententiam, quem ſequitur etiam Cæuallos *commu. contra comm in præfat. n. 62. & ſeqq.* & idem ſentire videtur Fragoſus *p. 2. lib. 4. diſp. 10. n.* 588. addit etiam Cæuallos *n. 67.* Gregorij Lopez auctoritatem in interpretatione legum partitarum (tanquam illarum Gloſſatoris) eſſe magni ponderis, & momenti, & ſemper in dubio amplectendam, & cæteris auctoribus propterea anteponendam, cùm fuerit vir doctiſſimus; qui ad id aſſerendum moti ſunt ea ratione, quòd maxima Gloſſæ ſit auctoritas, præſertim Accurſij, Neuizanus *d. n. 25.* poſt alios, & Calcaneus *conſ. 6.* à Neuizano *vbi ſuprà* relatus dixit, quòd Gloſſator eſt collector veritatis, & Afflictus *dec. 384.* ait, quòd Accurſius eſt magiſter ſcientiarum, & Gloſſator eximius; & Barbatius *in c. quanto, de iudicijs*, ab eodem Neuizano citatus, dicit, ſicut qui neſcit equitate, tenet ſe ad aratrum, ita debet iudex facere, ſcilicet, adhærere opinioni Gloſſæ, quam etiam idolum Aduocatorum appellauit Cynus *in l. non moriturum, C. de actionibus, & obligat.* relatus à Cæuallo. & demum tantam eſſe Gloſſæ auctoritatem, vt cæteros antecellat, & quoad veritatem præferenda ſit opinioni aliorum, tradunt Bartolus, Baldus, Alexander, & communiter Scribentes *in l. vt vim ff de iuſtitia, & iure*, & alij innumeri Legiſtæ, & Canoniſtæ, quos referunt Carocius *n. 22. & lib. 1. tit. 3. n. 13.* Maſcardus *d concl. 842. n. 1.* & Cenedo *in ſuis collectaneis in 2. p. collect. 18. n. 6.* vbi plura alia habent, de auctoritate Gloſſæ, ſicut, & Neuizanus *d. n. 25.* qui notat Gloſſas fuiſſe compoſitas à diuerſis Auctoribus, qui contrariam habuerunt ſententiam ad inuicem, & quia poſitæ fuerunt, prout ſunt inuentæ, hinc eſſe quòd videatur ſæpiùs contrariari. Addit etiam idem Neuizanus maiorem eſſe Gloſſæ auctoritatem, quando aliquid tenet in pluribus locis, quoniam opinio plurium Gloſſarum vincit vnam, iuxta Baldum *in l. precibus. n. 42. C. de impub. & alijs ſubſtit.* & alios, quos latè idem Neuizanus, & Maſcardus *dict. concl. 842. n. 19.* referunt.

568. Nihilominus eſſe communem Doctorum opinionem attendendam in iudiciis, & præferendam opinioni ſolius Gloſſæ, docent Neuizanus *d. n. 25.* Maſcard. *d. concl. 842. n. 11.* Caroc. *d. tit. 9. n. 28.* Farin. *vbi ſuprà*, & innumeri alij relati à Neuizano, & Carocio, qui etiam teſtatur eſſe magis communem, & receptam ſententiam; probat Neuizanus, quia non eſt præſumendum quòd Doctores communiter moueantur tenere contra gloſſam, (cuius nouerunt, quanta ſit auctoritas) niſi habeant legem, vel rationem concludentem contra eandem gloſſæ opinionem. Probatur ſecundò ex dictis, quia magis præſumitur pro communi opinione, cùm nitatur maiori numero, & auctoritate Doctorum, qui etiam lege, vel ratione ſuam tuentur ſententiam. Neque obſtat, quòd maxima ſit Gloſſæ authoritas, & dicatur communiter cæteris omnibus antecellere, nam hoc eſt intelligendum de ſingulis priuatiuè, ſeu ſingillatim ſumptis, non de omnibus ſimul ſumptis, vt dictum eſt ſuprà *n. 566.* & notarunt Carocius & Maſcardus.
† Et licèt Gloſſæ auctoritas ſit maxima, non eſt ta- 569.
men neceſſaria ſi ſola ſpectetur, ſed probabilis, vt
poſt plures alios Carocius *d. tit. 9. n. 25.* & Maſcardus
d. concl. 842. n. 18. ſicut generaliter de quibuſcunque
Doctoribus priuatiuè ſumptis loquentes tradunt
communiter Scribentes *in l. 1. ff. ſi certum petatur:*
& ob id Carocius, & Maſcardus *vbi ſuprà* dictum Buttigarij,
& aliorum aientium opinionem gloſſæ eſſe
aliorum opinioni præferendam, declarant eſſe intelligendum
non de neceſſitate, ſed de conſilio; nam
cùm veritas non facilè poſſit reperiri, vtile eſt iudicibus
ſequi opinionem gloſſæ cuius authoritate defenduntur,
& excuſantur, non autem coguntur, eam
ſequi, cùm illius auctoritas per ſe ſola ſit tantùm
probabilis, vt dictum eſt. † Item quòd Gloſſæ opinio 570.
aliorum ſententiæ præferenda ſit, & ſemper ſit ſequenda,
intelligitur in dubio, quo caſu in deciſionibus
cauſarum ſequendam potiùs eſſe gloſſæ opinionem,
tradunt communiter Doctores, Cynus *in d. l. 1. C. de actio. & obligat.* Baldus *num. 2. in fine, C. de ſentent.* Alexander *conſil. 51. num. 4. lib. 4.* Cæuallos *d. præfat. num. 64.* Carocius *d. tit. 9. num. 2.* Maſcardus *d. concl. 842. num. 10.* & apud eoſdem alij. ſecus autem quando ſumus in claris exiſtenti communi opinione contraria, quod Carocius, & Maſcardus aiunt clarè colligi ex iiſdem Doctoribus *num. 567.* relatis, & aliis aſſerentibus gloſſæ opinionem, eſſe communi præferendam, quia omnes fatentur ſententiam Gloſſæ non eſſe attendendam, quoties lex, vel conſuetudo eſt contra eam, communis autem opinio habet vim legis, & conſuetudinis, & legi æquiparatur, quoad hoc vt attendi debeat, iuxta dicta ſuprà *num. 545. & 546.* & iuxta hæc poſſet fortè intelligi lex Luſitana *lib. 3. tit. 64. §. 1.* præcipiens, vt quando caſus, de quo agitur, non fuerit deciſus per legem Regni, aut per ſtylum Curiæ, ſeu conſuetudinem, vniformem, aut denique per leges imperiales, aut per ſacros canones, quando agitur de peccato, decidatur per gloſſas Accurſij in iiſdem legibus inſertas, dummodo per communem Doctorum opinionem non fuerint rejectæ, & reprobatæ: quòd ſi per eaſdem gloſſas, (addit eadem lex) caſus non ſit deciſus, ſtandum eſt opinioni Bartoli, eo quòd illius opinio eſt magis rationi conſentanea, quamuis aliqui Doctores contra Bartolum aliter cenſeant, niſi communis recentiorum opinio, qui poſt Bartolum ſcripſerunt, fuerit contraria. ita præfata lex, prout eam refert Fragoſus
de Repub. d. diſp. 10. allegata, n. 188. † Et præſertim fo- 571.
ret in dubio aliorum opinionum præferenda gloſſæ opinio, ſi cum eius ſententia concurrat opinio Bartoli, vel alterius inſignis Doctoris, iuxta Doctores, quos latè referunt Maſcardus *d. concluſ. 842. n. 2.*
& Carocius *lib. 1. tit. 9. n. 1.* † Item Gloſſæ opinio- 572.
nem eſſe aliorum ſententiæ, etiam communi præferendam, procedere poteſt, quando in cauſa matrimonij eſſet opinio gloſſæ, quæ ſtaret pro matrimonio, iuxta tradita à me *in tractatu de contract. matr. cap. 3. n. 234.* & in hoc caſu attendendam eſſe Gloſſæ opinionem, relicta communi, in terminis poſt Hoſtienſem *in cap. ſi vir. de cognat. ſpirit.* Abbatem *in cap. vlt. in princ. de re iud.* & Andream Siculum *conſil. 6.*
vol. 11. tradit Maſcardus *d. concluſ. 842. n. 12.* † Qui 573.
cum aliis *n. ſequenti* declarat in prædictis caſibus, vbi conſuetudo contraria non obſtet, attendendam, ſeu præferendam Gloſſæ, declarat, inquam, procedere, ſi Gloſſator illuſtre admodum ingenium habuerit, iuſ-

que

que ciuile omnium optimè calluerit, in reſponſis conſulentibus dandis, nam inquit ex Bartolo *in d. l. vt vim, poſt num* 8. *ff. de iuſtit. & iure.* & Firmano, & aliis *ibidem*, non eſt conſiderandum quid Gloſſa dicat, ſed qua de cauſa, quibuſque rationibus, & argumentis nitatur: etenim ſi opiniones aliorum Doctorum innitantur melioribus rationibus, quàm Gloſſa, non erit illa ſequenda, arg. *cap. Capellanus*, vbi Abbas *n. 3. de fer.* ſiquidem in tantum creditur gloſſæ, vel Doctori, quantum promouerit lege, vel ratione, *cap. ego ſolis c. quis neſciat, d.* 9. cum ſimilibus, adductis per
574. eundem Maſcardum *d. n.* 13. † Attendendum etiam, Gloſſæ vnius authoritatem, nullius, aut parui ponderis eſſe, quoties habet plures gloſſas contrarias, ac proinde his potiùs adhærendum, iuxta Baldum, & alios Doctores ſuprà *num.* 567. *fine* citatos. vbi quòd plures gloſſæ vincunt vnam, iuxta illud, plura vincula magis ſtringunt, quàm vnum, vt in his terminis poſt alios Maſcardus *d. concl.* 842. *n.* 20. *& concl.* 1143. *n.* 16. qui inſuper *eadem concl.* 1143. *num.* 18. poſt alios ſubdit Gloſſæ authoritatem minimè attendendam, ſi ſit reprobata ex dictis famoſiſſimorum, & expertorum Doctorum. Quòd ſi eadem Gloſſa reprobata non reperiatur expreſsè, pro comprobata eam debere haberi, & tunc dici poſſe, quòd omnes eam ſequantur, ex quo nullus ab ea diſſentit, tradit idem Maſcardus *ibidem*, ex Tiraquello de vtroque retractu *de retractu lignagier* §. 35. *gloſſa* 4. *n.* 36. & aliis.

575. Præterea etſi quando contra communem opinionem eſt auctoritas, ſeu opinio, ſeu deciſio alicuius Collegij, puta, Papienſis, Mediolan. vel Bononien. aut Patauini, alicui videri poſſit opinionem Collegij in iudiciis præualere debere, cùm videatur maiorem habere veritatis præſumptionem, eo quòd huiuſmodi Collegia conſtent plurimis, & ſapientiſſimus, & maximæ authoritatis Iuriſconſultis, qui profundiſſimi, & diligentiſſimi ſunt in examinandis cauſis, & iuribus, ac rationibus vtrique parti collitigantium fauentibus. Non enim iſta Collegia per ſuffragia, ſeu vota deueniunt ad deciſionem, ſeu conſultationem concludendam, niſi habita priùs diligenti diſcuſſione iurium, & rationum vtriuſque partis, & communicata inuicem propria opinione inter omnes de Collegio; communis verò opinio efficitur per adhæſionem complurium Doctorum diuerſis temporibus, ac proinde Doctores iſti tanquam ſingulares veritatē ipſius communis non omninò arguunt.

576. Tamen attendendam eſſe communem, etiamſi contraſtaret auctoritas vnius Collegij Doctorum, poſt Ioannem Paulum Lancellotum ex dictis concludunt Neuizanus *d. n.* 35. Caroc. *d. lib.* 2. *tit.* 9. *caſu* 9. *à n.* 36. *ad* 50. & Farin. *d. q.* 13. *n.* 25. eo quòd communis verior præſumatur. Primò, quia pro communi interuenit maior numerus, & auctoritas Doctorum, cùm in Collegiis à communiter accidentibus non ſit præfinitus certus Doctorum numerus; vnde contingere poteſt, paucos in eo adeſſe, ſiquidē Collegium conſtitui poteſt à tribus perſonis, *l. Neratius ff. de verborum ſignificatione.* ſicut in vno ſolo conſeruatur, *cap.* 2. *de poſt. Prælat.* Bald. *in ſua Margarita verb. Collegium, vel eius ius*, & Doctores communiter. Secundò, quia in iſtis Collegiis plerique Doctores ſunt rudes, & ignari, vt experientia ipſa patet. Vnde Alexander (vt Caroc. *n.* 38. teſtatur,) conſueuerat dicere, Doctorellorum infinitum eſſe numerum; ſinguli autem Doctores conſtituentes communem, ſunt excellentes, ſaltem reſpectu Doctorum Collegij, cùm ſint vel iuris interpretes, & Profeſſores, ſeu lectores publici, vel ex profeſſo iure ſcribant, vel reſpondeant. Tertiò, quia omnes Doctores Collegij cenſentur vna perſona ficta, *l. mortuo reo, ff. de fideiuſſor.* ibi Baldus *not.* 2. & cum aliis latè proſequitur Caroc. *à n.* 40. *ad* 49. Denique, quia in reſponſis, ſeu conſiliis, aut reſolutionibus Collegiorum, non omnes de Collegio laborant, ſeu parem adhibēt diligentiam, & ſtudium in cognitione, & diſcuſſione dubitationis, ſeu cauſæ propoſitæ, ſed eliguntur, (vt de Collegio Patauino refert Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 71. *n.* 11. dicens id ſibi nunquam placuiſſe,) tres, vel quatuor, vel ad ſummum quinque, qui acta vident, de partium iuribus cognoſcunt, & conſilium, ſeu reſponſum faciunt, ac factum cum reliquis de Collegio communicant: at Doctores communem conſtituentes omnes ex inſtituto, & ſtudio non mediocri adhibito rem diſcutiunt, & firmant, ac proinde opinio communis meritò præſumitur verior. † Quòd ſi reſponſum, ſeu 577.
conſilium vnius Collegij Doctorum (in quo vt plurimum ſunt plures ſapientiſſimi) comparetur cum opinione, ſeu conſilio ſimplicis Doctoris, illud habere maiorem præſumptionem veritatis, tradunt Doctor. Abbas *in c. prudentiam, n.* 4. *de offic. deleg.* Lancellot. Galliaula *in repet. l. Centurio, n.* 459. *ff. de vulg. & pupill.* (vbi dicit, quòd quando ſunt duæ opiniones contrariæ, ſemper firmior, & verior præſumitur illa, pro qua conſuluit vnum Collegium Doctorum, præſertim ſi eſt Collegium ſapientiſſimorum, & profundiſſimorum Iuriſconſultorum, quale ait eſſe Papienſe, quod idem aiunt Ferdinand. Loaz *ibidem in addit.* & Maſcard. *concl.* 1143. *n.* 7.) Decius *conſ.* 40. *n.* 1. Caroc. *vbi ſuprà n.* 50. & plures alij, quos referunt Maſcard. *d. n.* 7. Caroc. *eodem n.* 50. † Qui *n.* 51. dicit ſe credere 578.
Collegium maximæ auctoritatis, vt Bononienſe, vel ſimile, æquiparari authoritati vnius antiqui Doctoris, & celebris, licèt ſubdat de hoc non poſſe tradi certam regulam, cùm vnum Collegium Doctorum ſit maioris authoritatis altero, & idem Collegium ſit maioris authoritatis vno tempore, puta, quando ſunt in eo Doctores plures, & illuſtriores, quàm alio tempore, ac proinde id iudicis arbitrio relinquendum. † Quæ omnia debent intelligi cæteris pa- 579.
ribus, nam alioqui in probandis opinionibus non debemus reſpicere authoritates ſolas, ſed potiſſimum rationes vrgentes, vt conſtat ex dictis ſuprà *n.* 94. *& ſeqq.* Et dixerunt Archidiac. *in c. noluit* 2. *verb. in ſcripturis* 11. *q.* 3. & alij à Maſcardo *d. n.* 7. relati, & magis conſtabit ex dicendis infrà *n.* 657. Communem autem doctrinam ſuprà probatam, quòd communis opinio præferenda ſit opinioni vnius Collegij, Ioannes Paulus Lancellott. *in ſua diſputatione de electione opinionis in* 4. *ampliatione* relatus à Carocio *n.* 52. limitat in loco, ſeu ciuitate ipſius Collegij, etenim ibi ait ſeruandam non communem, ſed opinionem Collegij, arg. *l. de interpretatione ff. de legibus*, quam limitationem approbat idem Carocius, quia, inquit, cùm ciuitas vtatur interpretatione ſuorum Iuriſprudentum, ſi omnes tenent illam opinionem, videntur inducere quandam communem particularem illius loci. Hoc tamen addit idem Caroc. *n.* 53. intelligendum in loco, ſeu ciuitate, vbi omnes Doctores ſunt de Collegio; ſecus verò vbi aliter ſit, prout, inquit, Bononiæ, vbi duodecim tantùm Doctores ſunt in Collegio, nam cùm remaneat maior pars extra Collegium, quæ contrarium ſentire poteſt, ceſſat ratio conſuetudinis, & communis in eo loco introductæ. Inſuper ſubdit Carocius intelligendum in cauſis, in quibus non conſuluit Collegium, ſecus in ipſa cauſa, in qua pro altera parte conſuluit; nam propter affectionem tanquam ſuſpectum Collegium non faceret opinionem, iuxta dicta ſuprà *n.* 97. & dicenda *infrà*, & tradita à Caroc. *lib.* 1. *tit.* 6,

inſpectione 18. *num.*147. *& ſeqq.* & idem poſt Caro-
cium notat Farinacius *d.q.*13.*num.*26.

580. Sed maius dubium eſt, an hæc tertia ampliatio
præfatæ quartæ regulæ habeat locum, etiamſi con-
tra communem ſit deciſio Rotæ Romanæ. Et tunc.
Rotæ Romanæ deciſionem in iudiciis attendendam
eſſe, & non communem, docuerunt poſt Ioannem
Imolam *in cap.olim n.*13. & Barbatium *ibid. concl.*12.
Gomeſius *ad reg.Cancell.in proœm.q.*2.*in* 4.*fund.*Van-
tius *de nullitate lib.* 2. *de nullitate ſententia ex defectu
iuriſdictionis deleg.num.*20.Menoch.*lib.*2.*praſumpt.*71.
*num.*13.Cæuallus *in d.præfat.comm.contra comm.n.*25.
& plures alij ab eodem Cæuallos,& à Caroc.*d.lib.*2.
*tit.*9. *num.*54. *&* 55. qui volunt quòd deciſio Rotæ
Romanæ faciat communem, & magis communem
opinionem, & ita debeat præ omnibus aliis opinio-
nibus attendi: mouentur, quia in Romana Rota
ſunt duodecim Auditores, omnes prudentiſſimi, &
doctiſſimi, ac iuſtiſſimi viri, cùm eligantur vndique
Iuriſconſulti vndequaque probi, & excellentiſſimi,
qui per rigidas examinationes in eadem Rota velut
aurum in fornace depurantur, (vt inquit Galliaula
*d.repet.l.Centurio,num.*49. prout Carocius,& Cæual-
los *vbi ſuprà* referunt,)& quotidie ex multiplici pru-
dentium cauſis, differentiis, concurſu peritiores, &
excellentiores efficiuntur, etenim mutuæ, & fre-
quentes diſputationes,& opiniones, & opinionum
communicationes ſingularem producunt pruden-
tiam, & perſpicax reddunt iudicium, & aptum ad
omnium rerum cognitionem, & perceptionem, vt
proinde non ſit veriſimile, quòd errent, *l. ſummum,
C.de legibus & l.hac conſultiſſima,in fine, C.qui teſtam.
fac. poſſint.* vnde non mirum ſi in iudicando ſe de-
beant alij conformare illorum deciſioni, relicta
communi, quam conſtituunt pauciores Doctores,
nempe ſeptem,& parum graues,cùm non ita exactè
per rigoroſum examen conſtet de illorum peritia,
& vnuſquiſque licèt minimus faciat numerum in
communi. Præterea opinio communis conſtituitur
per opiniones firmatas legendo, conſulendo, tra-
ctando, addendo, vel alio ſimili actu, & per adhæ-
ſionem plurium Doctorum variis, & diuerſis tem-
poribus, & non communicato conſilio, quo caſu
non poteſt argui omnimoda veritas opinionis, cùm
Doctores faciant ſicut aues, quæ, quando vna vo-
lat,omnes ſequuntur,vt dixit Decius *conſil.*494.*n.*15.
& *ſuprà* notatum eſt; at verò deciſio Rotæ Roma-
næ fit iudicando,in quo maius eſt periculum,& fir-
matur maturo conſilio priùs inter Auditores, & in-
ter Patronos cauſarum verbis, & ſcriptis pluries
exagitata cauſa, quibus veritas faciliùs elici poteſt,
& magis præſumitur.

581. Verùm quantumcunque eximia ſit Auditorum
Rotæ Romanæ authoritas, & præſtantia, vt latè
Vantius *vbi ſuprà num* 17.*&* 20.proſequitur,nihilo-
minus communem potiùs eſſe in iudiciis attenden-
dam, licèt in contrarium ſit deciſio Romanæ Rotæ,
tradunt magis communiter Doctores,quos referunt,
& ſequuntur Neuizanus *lib.*5.*n.*62.& Caroc. *d.tit.*9.
*num.*60.*&* 61. & idem notat Farinacius *d q.*13.*n.*28.

582. † Communis enim ſeruanda proponitur, vt *ſuprà*
oſtenſum eſt, nulla autem eſt neceſſitas ſequendi
deciſionem Rotæ, nam deciſiones Rotæ Romanæ
ſunt probabiles tantùm, non neceſſariæ, cùm non
ſint à S. Pontifice approbatæ, vt poſt Cardinalem
Zab.*in cap. Paſtoralis,de fide inſtrum.*docuerunt com-
muniter Doctores, quos refert Carocius,& tradunt
etiam moderni ex Theologis Suarez *de legibus lib.*7.
*cap.*11. *circa finem,* Vaſquez 1.2.*diſp.*177.*n.*75. Salas
*de legibus diſp.*19.*ſect.*19. *num.*109. Sanchez *lib.*8. *de
matr.diſp.*2.*num.*10. *circa finem.* Paſqualigius *decif.*8.
& alij: & fuit deciſum per ipſam Rotam, vt apud
Caſſadorum *deciſ.*17.† Præterea Rota ſæpe decipi- 583.
tur,& errat,vt teſtantur Doctores relati à Neuizano
*d.n.*62.vbi ex Mariano,quòd Rota quandoque dicit
contra iura; ex Bellamera, quòd Domini de Rota
aliquando in exitu Conſiliorum aliquid omittunt,
vel ex inaduertentia reſponderunt; ex Alexandro,
quòd quando Romanus volebat dicere aliquod
mendacium, allegabat aliquam Rotæ deciſionem,
quæ nunquam poſtea inueniebatur, eo quòd ſint
adeò numeroſæ, quòd non veherentur vno curru;&
ex gloſſa *in proœmio Regularum Cancellariæ*,quod Ro-
ta quandoque rotat.& Staſilæus relatus ab Azogui-
do *lib.*3.*de comm.opin.c.*17.dixit quòd ſtylus Romanæ
Curiæ modò eſt albus, modò niger. & videmus e-
tiam in nouiſſimis Rotæ deciſionibus plures de eo-
dem caſu inuariaro deciſiones oppoſitas,ac proinde
non poſſunt aſſignari,vt regula in iudiciis ſeruanda;
immò ob id dixit Geminian.*conſ.*34.*colum.*2.*in fine*,à
Menochio *d præſumpt.*71. *n.*14. relatus deciſionibus
Rotæ tantum eſſe deferendum, quantum ratio ipſa
vrget: quamuis Menoch. *ibidem* addat Dominos de
Rota eſſe excuſandos,tum ob negotiorum multitu-
dinem,tum quòd & ipſi homines ſunt,& vnus ſolus
Deus, vel cui Deus ipſe ſua ſingulari gratia conceſ-
ſit,errare non poteſt; & ita videmus deciſiones Ro-
tæ à iudicibus,& Aduocatis non æſtimari plus quàm
opinio vnius ſimplicis Doctoris, & quantum ratio
deciſionis probat.& Corneus *conſ.*332.*lib.*1.à Neui-
zano,& Carocio relatus dixit,Rotam non eſſe ma-
ioris authoritatis,quàm ſit Bartolus;addit Carocius
deciſionem Rotæ non conſtituere communem opi-
nionem, tum quia licèt Auditores ſint duodecim,
tamen ſex tantùm, & pauciores poſſunt facere de-
ciſionem, qui numerus non facit communem opi-
nionem, & maior Auditorum numerus cùm poſſit
abeſſe, non debet haberi in conſideratione, iuxta
reg.*l.non hoc,C.vnde legitim.* Tum quia licèt Audito-
res omnes adeſſent, tamen non facerent commu-
nem,cùm non ſinguli Auditores conſiderentur, ſed
omnes ſimul iuris fictione faciant vnum corpus, &
perſonam,(vt *ſuprà* dictum eſt de collegio:)commu-
nis autem non conſtituitur numero plurium, qui
habentur loco vnius, vt aliis relatis tradit Ioann.
Crot.*conſil.*34.*n.*18.à Carocio relatus.† Igitur Rota 584.
Romana ob ſuam eximiam authoritatem, quam
omnes in ea agnoſcunt, æquipari poteſt Doctori
antiquo Excellentiſſimo, vt Bartholo, & ſimili,
prout ex Corneo, & Neuizano rectè colligit Ca-
rocius *d.* tit.9. *num.* 63. ac proinde in dubio, & cæ-
teris paribus datis duabus opinionibus contrariis
circa caſum, de quo diſputatur in iudicio, potiùs
eligenda erit opinio, pro qua ſtat Rotæ Romanæ
deciſio, iuxta dicta ſuprà de reſponſo, ſeu conſi-
lio iuris Collegij ſapientiſſimorum Iuriſconſulto-
rum. † Ex dictis autem infert Carocius *num.* 68. 585.
etiam ipſam Rotam Romanam à ſua deciſione pro-
pter communem rectè recedere poſſe, vt frequen-
ter facit recedendo ab eo, quod aliàs fuit deci-
ſum, vt ſuprà notatum eſt; quamuis addat idem
Carocius in hoc ſtandum eſſe conſuetudini,& ſtylo
ipſius Rotæ.

Ex dictis quoque infertur, quod de deciſionibus 586.
Romanæ Rotæ dictum eſt, dicendum etiam de de-
ciſionibus, aut arreſtis aliarum Rotarum, vel Se-
natuum,aut Parlamentorum, vt ſunt deciſiones Re-
gni Neapolitani,vel Curiæ Delphinatus,vel Floren-
tinæ,aut Bononienſes,& ſimiles,nam rationes ſuprà
allatæ militant etiam in his Rotis,& ita in terminis
poſt

poſt alios obſeruarunt Neuizanus *d.num.*62.& Carotius *d.tit.*9. *num.* 66. vbi tamen notat deciſiones Neapolitanas contra communem eſſe ſeruandas in diſtrictu, ſeu locis iuriſdictionis Conſilij Neapolitani,eo quòd habeant vim legis ex decreto eiuſdem Conſilij, vt teſtatur Afflictus *deciſ.*96. & 169. & tradunt plures alij,quos ad id Carocius latè congerit; communis autem eſt omittenda, quando in contrarium eſt lex, vel conſuetudo, vt ex ſuprà dictis clarè conſtat; extra verò loca iuriſdictionis Conſilij Neapolitani, non habebit locum illud decretum, iuxta *l.extra territorium*, & *ibi* ſcribentes, *ff.de iuriſdictione omn.iud.*

Communis opinio an attendenda, ſi contra eam fuerit iudicatum.

587. HInc quartò eadem quarta regula ampliatur, vt ſeruanda ſit communis, vel magis communis opinio, etiamſi aduersùs ipſam fuiſſet aliquando iudicatum. ita Neuizanus *d.lib.*5.*num.*62. Macagnanus Azoguidus *de com.opin.lib.*3.*cap.*9.*num.*4. Carocius *d.lib.*2.*tit.*9. *caſu* 15.*num.*82. 83. & 84. Menochius *d.præſumpt.*71.*n.*19. & *lib.*1.*præſumpt. quæſt.*1. *num.*23.24.& 25. Farinac. *d. q.*13.*num.*16. & alij à Neuizano, & Carocio relati; iudex enim in iudicando veritatem inſpicere debet,non moueri exemplo. *l.nemo C. de ſent. & interloc. coram iud.* Euerardus *loco ab authoritate* 95.*num.*5. Communis autem opioio habet præſumptionem veritatis pro ſe. Alioquin ſi liceret exemplis iudicare, & non legibus,ac veritate inſpectis, & conſideratis, ſequeretur poſſe contingere, vt iudicum res iudicatæ ab anterioribus iudicibus errorem continentes occaſionem errandi alteri præſtarent,&, vt inquit Menochius *conſ.*75. *num.*93. iudices inſtar Medicorum imperitorum cenſerentur, qui vno medicamento omnes morbos curare audent. Non ergo iudicandum,provt fuit iudicatum,ſed quid ſit iudicandum, oportet diligenter inſpicere, & inueſtigare. *l.ſed licet,ff. de offic. Præſid.* Vnde videmus de eodem ferè caſu aliter ab vno iuſto iudice,aliter ab altero fortè corrupto fuiſſe pronunciatum, vt habetur *l.nam etſi parentibus § filiusfamilias,de inoffic.teſtamento.* Limitant autem hanc ampliationem, Carocius,Tiberius Decianus *in apologia pro Iuriſperitorum reſponſis*, contra Alciatum *cap.* 22. *num.* 132. & Alexander Raudenſis *de analogis lib.*1.*cap.*33.*num.*132.quoties contra communem toties eſſet iudicatum,vt conſuetudo contra eam fuerit introducta,etenim tunc in loco conſuetudinis, non communis, ſed conſuetudo foret ſeruanda, iuxta dicta in prima regula; iuxta Euerardum quoque *d.num.*5. limitanda eſt ampliatio, quoties contra communem ſupremus Princeps iudicaſſet. Nam,inquit idem Euerardus, etſi exemplis inferiorum iudicum non eſt iudicandum, nec eorum ſententiæ faciunt præiudicium, *d. l. nemo*, exemplis tamen ſupremi Principis eſt iudicandum, & eius ſententia facit præiudicium inter omnes, & omnibus cauſis ſimilibus cauſæ per eum deciſæ. & conſtat apertè ex textu *in l.finali.* vbi Gloſſa,*C.de legibus*, & *in cap. in cauſis.* vbi Felinus & alij ſcribentes, *de ſenten. & re iud.* & idem docuerunt Vantius *tit. ex defectu iuriſdictionis delegata num.*20. Pinellus *in l.*2.*C.de reſcindenda vendit.p.*2.*cap.*4. *num.*2. Menochius *de præſumpt.lib.*1.*q.*1.*num.*27. quibus in locis dicunt,præiudicia ſupremi Principis,vel eorum, qui loco Principis,(ſcilicet Senatus, alteriosve ſupremi Magiſtratus, qui ſupremam apud Principem poteſtatem iudicandi obtinent) iudicant, præbere iudicibus inferioribus exemplum iudicandi, quod ſequantur. quod confirmat Menochius ex Ariſtotele *lib.*2. *Rhet.* ita ſcribente, *vel ſi ita illi iudicarunt, contra quos nihil ſtatuere licet, vt qui domini ſunt, aut quibus non honeſtum eſt contradicere*, id eſt, (vt interpretatus eſt M. Antonius Maioragius) *vel quando illi ſtatuerunt, quorum iudicium ipſi iudices ſequuntur, vt ſi in priuato iudicio aliquid tractetur, de quo iam in Senatu decretum ſit, vel apud Prætorem agatur de re illa, de qua iam Princeps ſententiam tulit.* Hinc ſententias ſupremi Senatus latas coram Rege, aut ſupremo Principe, quas ipſi ſuo ſigno Principes aſſignauerint, robur legis obtinere in ſimili cauſarum deciſione, tradunt Cabedo *tom.*1.*deciſ.*112.*num.*3. Gama *deciſ.*33. *fine*, & *deciſ.*164. *num.*10. & Valaſcus *conſult.*148. *num.*28. vbi ait opus eſſe, vt Rex cognoſcat, examinet, & decidat cauſam per ſe ipſum, ſicut loquitur textus *d.l.finali*, ibi, *cognitionaliter*, *C. de legibus*, & *num.*34. ſtatuit ſententiam latam in præſentia Regis per ipſum ſignatam habere vim legis, quoad ſimiles cauſas.

Vbi extaret ſtatutum,certam Doctorum, v gr. Bartoli, aut Gloſſæ, & Bartoli ſententiam in iudiciis ſequendam,an adhuc attendi debeat communis opinio.

QVintò eadem regula quarta ampliatur, vt communis, vel magis communis in iudicando ſeruari debeat, etiamſi extaret ſtatutum, quòd vbi Doctores diſſentiunt in iudiciis, ſit ſequenda opinio Bartoli, vel quando Bartolus cum Gloſſa concordat, quòd eorum opinio ſeruari debeat in iudicando, (quale ſtatutum extitiſſe olim Mediolani,& in Hiſpania teſtatur Neuizanus *d lib.*5.*num.*63. immo etiam nunc in Hiſpania vigere tale ſtatutum, videtur ſentire Maſcardus *concl.* 1143. *num.* 22. & apertè indicat Fragoſus loco ſuprà *num.*570.relato.) ita Neuizanus *d.n.*63. & Menochius *d.præſumpt.*71. *num.*20. nam ſtatutum debet intelligi,cæteris paribus, non verò quando opinio aduersùs Bartolum eſſet communis, & in præſumptione verior, quod confirmat Neuizanus,quia tale ſtatutum debet intelligi iuxta ius commune, *l.*2. *de noxalibus.* ius autem commune dictat, quòd nulla opinio cuiuſcunque ſit, & quantumlibet communis, debeat obſeruari,quando conuincitur lege, aut ratione, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.*533. & 542. & latè tradit Neuizanus *num.*67. ergo debebit ita intelligi tale ſtatutum,ſcilicet,niſi opinio Bartoli,& Gloſſæ conuincatur lege,aut ratione, vt potiùs deberemus dicere, (inquit Neuizanus,) tale ſtatutum ſuperuacuum,quàm quòd quis damnum patiatur; quamuis Maſcardus *d.num.*22. videatur ſentire tale ſtatutum omninò eſſe obſeruandum,relicta communi. 588.

SVMMARIVM

589 *Communis, vel magis communis opinio non eſt æſtimanda ex ſolo numero minori, vel maiori Doctorum,ſed etiam ex grauitate,ratione, & modo firmandi opinionem.*

590 *Doctores qui maioris, vel minoris auctoritatis ſint, relinquitur arbitrio iudicis,& viri prudentis.*

591 *Maioris auctoritatis,& doctrinæ exiſtimantur Doctores,quorum ſcripta ſunt approbatiora,& magis recepta in ſcholis, & auditoriis,qui plus ſcripſerunt,& qui plus profeſſi ſunt artem, & Aduocatum egerunt.*

Digitized by Google

592 Doctores antiquiores eo maioris auctoritatis cenſentur.

& ita antiqui praeſtantiores, & maioris auctoritatis, ac peritia exiſtimantur, quàm moderni, ibid.

Opinio Gloſſae ab vno quouis alio Doctore recepta communis eſt iuxta aliquos, contrarium verius, num. 593. & 594.

595 Ad faciendam communem requiruntur ſaltem ſeptem Doctores, inter quos ſit vnus excellentis authoritatis.

Sed qui, & quot Doctores conſtituant communem, vel magis communem, relinquitur arbitrio iudicis, & prudentis viri, ibid.

596 Antiquus Doctor in authoritate aequiparatur multitudini modernorum; ſed quot moderni aequiualeant relinquitur arbitrio iudicis, & prudentis.

597 Opinio antiquorum, caeteris paribus, praefertur ſententiae modernorum; ſecus ſi modernorum opinio ſit fulcita melioribus fundamentis, v.g. lege, vel ratione non viſa ab antiquis, vel non ita benè intellecta.

Antiqui non potuerunt videre omnia, ibid.

Iunioris intellectus aliquando perſpicacior, ibid.

598 Sicut aliae res, ita & opiniones ſubiecta ſunt viciſſitudini, naſcuntur, & pereunt, ibid.

Senex Doctor cenſetur maioris auctoritatis, & peritia, quàm iuuenis.

599 Aduocatus ſenex commendatur.

Laudes ſenum, ibid.

Scientia perfectè non acquiritur niſi cum multo tempore, labore, ſtudio, & vigiliis, & victus parſimonia, ibid.

600 Opinio ſenis praefertur opinioni iuuenis, ſi in iuuentute benè ſtuduerit. ſecus alias.

601 Item praefertur in dubio, & caeteris paribus, ſecus ſi opinio iuuenis appareat melioribus munita rationibus, vel conſtaret de maiori authoritate, & peritia Doctoris iuuenis.

Qui ſenum defectus, quae iuuenum perfectiones, ibid.

Medico giouine nuoua ſepoltura, Prete nouello, beſtia cornuta, Aduocato giouine queſtione vinta, ibid.

602 Doctor in ſuis ſcriptis ordinatus, & clarus, peritus, & maioris auctoritatis cenſetur.

603 Doctor conſtans in ſuis ſcriptis, & opinionibus cenſetur doctior, & maioris auctoritatis, quàm varius.

604 Doctoris varietas, ſeu contrarietas arguit malignitatem, & nequitiam quandam.

605 Doctor habens bonos ſcholares, & defendens magnas cauſas, dicitur excellens, & maioris auctoritatis.

Doctor legens habens multos ſcholares auditores, vel Aduocatus, clientulorum copiam, praeſumitur valdè peritus, & maxima authoritatis, ibid.

Intelligitur ſi ſcholares ſpontè illum audiant, aliàs ſecus, ibid.

Doctor habens maius ſalarium, ſeu ſtipendium legendo, aduocando, aut conſulendo, praeſumitur maioris auctoritatis, & peritia, ibid.

606 Tres conditiones requiſitae in Doctore, vt facere poſſit numerum in communi.

607 Debet Doctor firmare opinionem examinando, & diſputando, aliàs non faceret numerum.

608 Doctorem varium non facere opinionem dixerunt aliqui, contrarium verius.

609 Doctori in tractatu, lectura, & ſimilibus licet variare.

610 Doctori in conſiliis non licere variare aliquorum ſententia; licèt contrarium aſſerendum.

Mutare ſententiam in melius laudabile, immò neceſſarium, ibid.

Mutare ſententiam in conſiliis nemini immediatum praeiudicium affert, ibid.

611 Variatio Doctori pluries eſt permiſſa, & non tantum ſemel.

612 Abſolutè loquendo melius eſſet non variare in conſulendo.

Studium diligens praemiſſum ante reſponſum, impedit variationem, ibid.

613 Doctor an, & quando poſſit in eadem cauſa pro vtraque parte conſulere.

615 Doctor poteſt eſſe varius in eodem genere ſcriptorum, vel in diuerſo.

616 Varij Doctoris ea opinio praeferenda eſt, quae melioribus ſtabilita eſt rationibus.

617 Item firmata in loco vbi de ea principaliter, & ex profeſſo agit.

618 Item ea, quam exactiùs, & copioſius examinat, & pro qua plus ſcripſit.

Vbi quid ſit examinare.

620 Item ea, quam Doctor expreſsè approbat, alteram prius à ſe firmatam reprobans.

621 Item (praedictis ceſſantibus) firmata pluribus in locis.

622 Opinio Doctoris varij firmata in tractatu praefertur retentae in lectura, aut in ſingularibus, vel annotationibus.

623 Opinio Doctoris varij, & contrarij firmata in lectura praefertur firmatae in conſilio ſiue deciſiuo, ſiue ad petitionem partis facto, & 626.

624 Quamuis alij putent praeferendam firmatam in conſilio praeſertim deciſiuo, & etiamſi lectura ſit facta poſt conſilium.

Doctores conſulentes praeſertim ad inſtantiam partis facilè corrumpi poſſunt pretio, vel precibus, & affectione potius ſcribere, quàm intuitu veritatis, ibid.

627 Doctoris varij opinio firmata in lectura, an ſit praeferenda firmatae in ſingularibus, & annotationibus.

628 Opinio Doctoris varij aſſerta in ſingularibus, praefertur firmatae in annotationibus.

629 Opinio Doctoris varij in conſilio deciſiuo firmata, praefertur firmatae in conſilio ad inſtantiam partis.

Conſilium deciſiuum aequiparatur ſententiae, ibid.

630 Doctor ad inſtantiam partis conſulens, & Patronus alicuius cauſae, in ea non facit numerum pro communi.

631 Doctor tenens oppoſitas opiniones in ſcriptis eiuſdem generis, nempè in conſiliis deciſiuis, aut in conſiliis ad inſtantiam partis, aut in lecturis, aut in diuerſis partibus tractatus, ſi in vno loco diſtinguit, & limitat, in alio affirmat, abſolutè, & generaliter, praeferenda eſt opinio diſtinguens.

632 Si etiam oppoſitae ſententiae ſint diuerſorum Doctorum, vt vna procedat diſtinguendo, alia abſolutè, & generaliter, praeferenda eſt opinio diſtinguens.

Doctor benè diſtinguens proximus eſt veritati. d. num. 631.

633 Item praefertur opinio continens regulam, & ſub illa reducens, quae reduci poſſunt, & etiam fallentias.

634 Collectores opinionum, ſine additione limitationum, & fallentiarum, praebent ignaris, & rudibus occaſionem errandi.

635 Diſtinctio non eſt adhibenda, vbi lex non diſtinguit.

Textus ſimpliciter loquens, comprehendit omnes caſus, etiam priuilegiatos, ibid.

&

& etiam quòd ſit maior ratio in vno, quàm in alio, ibid.

& leges, & ſtatuta debent ſimpliciter intelligi, non ſecundùm quid, nec recipiunt modificationem, ſi ſint præciſiua, ibid.

Trahuntur ad cauſam ſimilem, ibid.

& prohibendo genus, pariter prohibent omnes eius ſpecies, ibid.

& generale non reſtringitur ex qualitatibus ſubſequentibus, ibid.

Nec conditiones in lege intelliguntur, niſi exprimantur, ibid.

& debet generaliter intelligi, etiam quòd veniat ad correctionem iuris antiqui, ibid.

Comprehendit etiam exceptiones poſitas in aliis conſtitutionibus, licèt ibi non dicatur, ibid.

In materia tamen odioſa non comprehendit niſi ea, quæ communiter accidere ſolent, ibid.

636 *Si Doctor in eodem genere ſcriptorum varius eodem modo procedat, præfertur opinio vltimo loco, & tempore retenta.*

637 *Niſi opinio primo loco firmata eſſet æquior, & benignior.*

Ius eſt ars boni, & æqui, ibid.

Æquitas in omnibus, præſertim in iudicijs ſpectanda, & anteponenda, ibid.

638 *In dubio, & cæteris paribus attendenda eſt opinio priori loco, & tempore tradita, ſi ea conueniret cum iuris regula, v. g. eſſet pro poſſeſſore, reo, &c.*

639 *Doctor duas opiniones oppoſitas immediatè ponens, ſeu referens, & neutram expreſſè approbans, cenſetur approbare poſteriori loco relatam.*

640 *Limita ſi prima eſſet melioribus rationibus fulcita, vel æquior, &* 641.

643 *Limita etiam quando ſi opponeretur in diuerſis locis.*

Limita quoque, ſi Doctor referat vnam opinionem ſimpliciter, alteram per dictionem aduerſatiuam licet, *vel* quamuis, *vel poſtea dicta*, alij tamen dicunt, *vel* quidam aſſerunt contrarium, *ibid. &* 644.

Vbi quòd Doctoris dictum intelligitur, ſecundùm auctoritatem, quam allegat.

644 *Item limita in puro collectore qui neutram approbare cenſetur.*

645 *Item limita quando Doctor alternatiuè loquitur, quia neutram approbat.*

646 *Doctor poſt oppoſitas opiniones relatas concludens per verbum* cogita, *ſi reprobat argumenta vtrinſque partis, neutram cenſetur approbare, nec facit opinionem, ſed ſi neutrius partis argumenta reprobet, iuxta aliquos cenſetur approbare vltimam; contrarium verius, & etiam tunc neutrum cenſeri approbatam.*

647 *Doctor ponens quæſtionem affirmatiuè, vel negatiuè, an cenſeatur decidere prout propoſuit.*

648 *Doctor firmans opinionem, & poſtea dicens ſe contrarium vidiſſe ſeruari, non ideo cenſetur receſſiſſe ab opinione firmata.*

649 *Doctor defendens vnam opinionem in genere, ſi poſtea ſubdat,* & iſta ſententia ſaltem procedit in tali caſu, *non dicitur recedere ab opinione generali.*

650 *Doctor per ſolam atteſtationem de communi opinione ſi id dicat loquendo extra materiam, ſeu argumentum principale, non cenſetur illam approbare, ſecus ſi ſit de materia propoſita, cum limitatione tamen.*

651 *Doctor in prædictis caſibus, in quibus vnam ex propoſitis opinionibus cenſetur approbare, & non diſputat, neque examinat, an faciat numerum in communi.*

652 *Doctores ſubſcribentes ſimpliciter alterius conſilio, faciunt numerum in communi, ſecundùm aliquos, contrarium approbatur.*

Doctor ſubſcribens cenſetur approbare omnia contenta in conſilio, ibid.

653 *Doctor dum legens defendit contra communem aliquam nouam opinionem, & poſtea concludit,* & ita diſputando tenerem, vos autem conſulendo, & iudicando non recedetis à communi, *an cenſeri debeat approbaſſe communem.*

654 *Doctor dicens,* & iſta opinio verior eſt, & æquior, *an innuat contrariam ſeruari in practica.*

656 *Doctori teſtanti de conſuetudine, communi opinione, ac vſu communi loquendi, an, & quando credendum remiſſiuè.*

Alij caſus, in quibus poteſt dubitari, an Doctor opinionem aliquam approbet, & faciat numerum pro communi remiſſiuè, eod. n. 656.

Opuſcula Auctoris incerti quid probent, & quanta auctoritatis, ibid.

Declaratio, ſeu limitatio prima eiuſdem regulæ quartæ, ſcilicet, quòd communis, vel magis communis opinio non æſtimatur ex ſolo Doctorum maiori, vel minori numero, ſed plura attendendo, nempè, numerus, grauitas Doctorum, examen diligens, & rationes.

DEclaratur autem primò eadem quarta regula, 589.
vt communis opinio non ſit æſtimanda talis, ac proinde nec in praxi attendenda ex ſolo numero, ſeu multitudine opinantium, cùm (vt dictum eſt ſuprà *num. 96.*) fieri ſoleat, vt vnius dictum plures eadem via nulla noua ratione moti, nec etiam expenſis vllis motiuis aliorum, velut aues auem, oues ouem ſequantur, & alij teneant eandem opinionem, quia in verba Magiſtri iurarunt: ſed vt cenſeatur, & ſit communis ad hoc, vt iudex teneatur illam in iudicando ſequi, debet eſſe conſenſus, ſeu aſſertio plurium Doctorum, auctoritatem habentium, id eſt, qui habentur, & ſint viri probi, & ſcientia artis, ſeu iuris peritia præditi (hæc enim duo, ſcilicet, probitas, & ſcientia tribuunt auctoritatem Doctori, quæ nil aliud eſt, quàm opinio probitatis, & doctrinæ alicuius, vt tradit Carocius *lib. 1. de com. opin. tit. 2. num. 6. & tit. 5. num.* 1. & dictum eſt ſuprà *num.* 100.) quique in nullius verba iurati, & ex profeſſo quæſtionem tractantes bonis rationibus eandem illam aſſertionem confirment, prout oſtenſum eſt ſuprà *d. num. 96. & num.* 183. & tradunt communiter Doctores, quorum plures *eodem num. 96.* ſunt relati, nempè ex Iuriſperitis Nauarrus *in man. c. 27. num. 86. & ſeqq.* Menochius *lib. 2. præſumpt. 71. n. 39.* Cæuallos *in d. præfat. com. contra com. num.* 13. 36. 37. 38. 39. & 40. Maſcardus *d. concl.* 1143. *num. 5. &* 6. Farinacius *in repertorio iudiciali q.* 13. *num. 5. &* 56. & idem tradunt alij apud eoſdem, & colligitur ex Doctoribus *infrà* citandis; omnes enim volunt, vt opinio debeat cenſeri, & dici communis, aut magis communis, non ſimpliciter ſcribentium multitudinem eſſe conſiderandam, ſed Doctorum etiam grauitatem, numerum, & rationem, vt colligitur etiam ex *c. in canonicis, 19. diſt. ex l. Diui ff. de iure patron. & ex l. pen. C. de condict. indebit.* & præter citatos priùs tradiderunt in terminis Alexander *conſil.* 212. *num. 7. vol. 7.* & alij, quos Maſcardus *d. num.* 6. refert. ita quòd ex numero, vel maiori numero Doctorum, &

ex

ex auctoritate, vel maiori auctoritate Doctorum, ac
ſimul ex ratione, quibus roborata eſt, reſultat, ſeu
æſtimatur communis, vel magis communis opinio,
iuxta dicta ſuprà *num.* 560. Doctores *ibidem* relatos,
& alios, quos referunt Maſcardus *d. concl.* 1143. *n.* 8.
Carocius *de com. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *& tribus ſequentibus*,
& Neuizanus *lib.* 5. *Sylua à num.* 1. *ad* 7. & quòd ſcri-
bentes de eadem quæſtione rem exactè, & diligen-
ter examinent, & ponderatis hinc inde motiuis, &
fundamentis reſoluant, non verò poſteriores Do-
ctores eandem ſententiam aſſerant, qui alij priùs
illam docuerunt nulla præmiſſa diſcuſſione quæ-
ſtionis, vel ſolùm perfunctoria, & leui, aut tantùm
obiter, & incidenter ſententiam eandem iudican-
tes, vt ex dictis *d. num.* 96. *&* 183. & Doctoribus *ibi-
dem* relatis conſtat.

Quinam Doctores cenſeri debeant grauiores, & maioris auctoritatis, & indicia, ſeu ſigna id dignoſcendi.

590. ET licèt, qui Doctores debeant dici grauiores,
aut minus graues, vel maioris, vel minoris au-
ctoritatis, ſcilicet, maiori, vel minori probitate, &
ſcientia præditi, ſit difficilè cognito, cùm doctrina,
& probitas reconditæ ſint, nec aliquo ſenſu extrin-
ſeco percipi valeant, ſed ſolùm ex effectibus, qui
eſſe poſſunt multiplices, ac proinde huius rei iudi-
cium relinquatur arbitrio prudentis viri, ſeu iudi-
cis, qui conſideratis omnibus Doctorum qualitati-
bus, & effectibus maiorem, vel minorem præ ſe fe-
rentibus doctrinam, id poterit decernere, vt notauit
Antonius Maria Carocius *d. lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 7. *&* 72.
nihilominus regulariter, & communi exiſtimatio-
ne cenſentur Doctores maioris auctoritatis, & pon-
deris habentes ſequentes qualitates, ſeu condi-
tiones.

591. Et primò Doctores grauiores, & maioris ponde-
ris, & authoritatis dicuntur, & cenſentur illi, quo-
rum ſcripta (ſiue ſint lecturæ, ſiue tractatus, ſiue con-
ſilia) in ſcholis, auditoriis, & foro ſunt approbatio-
ra, & magis accepta. ita Nauarrus *vbi ſuprà*, Meno-
chius *d. præſumpt.* 71. *num.* 42. Farinacius *q.* 14. *n.* 36,
& 37. & Carocius *d. tit.* 5. *num.* 49. *& num.* 73. vbi do-
cet ex tribus argui maiorem doctrinam; primò ex
ſcriptis editis approbatioribus (quod idem ait
num. 44.) nam quòd talia ſcripta ſint approbatiora,
& magis recepta, nulla alia ratio videtur reddi
poſſe, niſi quòd contineant veritatem, quæ à perfe-
cta Iuriſprudentia, ſeu ſcientia proficiſcitur. Secun-
dò, ex ſcriptorum multitudine, & copia (quod dicit
etiam *num.* 39.) ex his enim vera apparet ſcribentis
peritia, cùm ſummam indicent ſcriptoris diligen-
tiam, & aſſiduitatem, quæ eximiam producunt do-
ctrinam, & *num.* 43. aduertit quòd plura conſcribe-
re dicitur etiam, qui plenè pertractat materiam
particularem, ac proinde in ea talis Doctor maxi-
mæ dicetur authoritatis, quia de ea valdè peritus
cenſebitur. Tertiò, ex exercitatione, & vſu (quod do-
cet etiam *num.* 45.) eo quòd ex diuturno vſu, &
exercitatione ſolida doctrina arguatur, vt propterea
Speculator (inquit idem Carocius) habitus ſit Do-
ctor eximiæ authoritatis, quia eius ſcripta conti-
nent meram praxim, quæ vſu, & experientia perci-
pitur, quod idem de Speculatore ſcribit Neuizanus
lib. 5. *num.* 15. vbi & *num.* 5. valde commendat, &
ſummis laudibus eiuſdem Speculatoris ſcripta ex-
tollit. Hinc

Doctores antiqui cenſentur maioris authori-tatis, quàm moderni.

SEcundò Doctores antiqui cenſentur maximæ 592.
authoritatis, & quo ſunt antiquiores, eo præ-
ſtantiores, & maioris authoritatis æſtimantur. ita
Euerardus *loc. Ab authoritate num.* 16. Neuizanus
d. lib. 5. *num.* 5. *&* 6. Menochius *d. præſumpt.* 71. *num.* 41.
Cæuallos *in d. præfat. com. contra com. num.* 45. Anto-
nius Maria Carocius *de com. opin. d. tit. inſpect.* 1. *à
num.* 10. Angelus, & Sylueſter *verb. opinio*. Farinacius
in repert. iud. q. 14. *num.* 5. & Doctores magis commu-
niter, quos Neuizanus, & Carocius latè congerunt;
ex eo enim quòd antiquorum dicta diutiùs fuerunt
ruminata, & pluries à Doctoribus poſterioribus, &
modernis viſa, & examinata, & ſteterunt ad ſuppli-
cium impugnationis tanquam aurum in fornace;
inde clara, & euidens coniectura deducitur, vt eo-
rum opinio ſit vera, bona, & æqua, (vt poſt Ana-
niam *in cap. tua nos. num.* 4. *de vſuris*, & alios nota-
runt Neuizanus, Carocius, & Cæuallos *locis citatis*,)
ac proinde meritò opinioni modernorum, ſeu po-
ſteriorum Doctorum, cæteris paribus, præferenda.
Præterquam quòd Iuriſperiti antiqui fuerunt viri
doctiſſimi, & diligentiſſimi in ſtudiis, & in perqui-
ſitione veritatis, ad id vtentes bonis libris, dum tan-
tummodo viderent textus, & gloſſas, vel textum
ſolum, (cuius rei exemplum habemus in Alciato,
quem ferunt, & teſtatur Carocius *vbi ſuprà*, per
ſeptennium non vidiſſe niſi gloſſam, & Bartolum;)
moderni verò iam libris multiplicatis, vt labori
parcant, non inſiſtunt multum lectioni, & conſide-
rationi textuum, & legum, ſed dant operam libris
facilioribus, ex quorum lectura parum addiſcitur,
& aliorum opinionibus, & authoritatibus potius,
quàm legibus, aut rationibus innituntur, vnde de
modernis Menochius *d. num.* 41. conqueritur hiſce
verbis. *Non enim*, inquit, *tanta habenda eſt ratio re-
centiorum Iuriſconſultorum, qui vel docendo, vel de iure
reſpondendo (quod malum!) non legibus, & rationibus,
ſed aliorum authoritatibus imperitè muneri ſuo putant
ſatisfactum.* † Ex quibus nempè, habito reſpectu ad 593.
maximam antiquorum Doctorum authoritatem
nonnulli, quos refert Carocius *lib.* 1. *tit.* 3. *& lib.* 2.
tit. 9. *caſu.* 6. *&* 7. fortaſſe dixerunt, ſententiam Gloſ-
ſæ ſolius, vel Archidiaconi ſuper ſexto Decreta-
lium facere opinionem communem in iudiciis at-
tendendam, & præferendam alteri communi, quo-
rum dictum ſuprà reiectum iam eſt: eadem etiam
fortè de cauſa alij dixerunt ſaltem Gloſſa cum Bar-
tolo, vel aliquo alio Doctore antiquo, immò cum
quouis alio Doctore, vel ſaltem cum tribus aliis
Doctoribus illam approbantibus ipſam commu-
nem opinionem facere; quos Doctores ita dicen-
tes latè refert Carocius *d. tit.* 5. *à num.* 1. *ad* 15.
† Vbi *à numero* 16. *ad finem tituli*, eorum dicta re- 594.
probat, aſſerens ex vi ipſius nominis, ſcilicet, *opinio
communis, magis recepta, & approbata*, ſignificari non
poſſe niſi ſententiam illam, quæ ab iis Doctoribus
ſit recepta, & approbata, quorum numerus auctori-
tas ea ſit, vt quod ipſi aſſerunt, à reliquis tanquam
verum, & æquum, ſeu tanquam verius, & æquius, ac
proinde ſeruandum habeatur, non verò quod ab
vno, aut à duobus, tribus, aut quatuor traditum re-
peritur, quorum numerus inter tot, & tantos ſcri-
ptores tam antiquos, quàm modernos exiguus, &
parum curandus dicitur. quod inde probat Caro-
cius, quia quemadmodum in aliqua facti dubita-
tione ſi ad famam, & communem opinionem ſit
recurrendum, non quod vnus, duo, tres, aut qua-
tuor,

tuor, ſed quod omnes, vel maior pars hominum loci, vbi factum contigit, affirmat tenendum, ex Tiraquello *de leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 160. *& ſeq.* ita in propoſito babiro reſpectu ingentis numeri Auctorum, & ſcriptorum in ſcientia legali, aut alia, oon quod tres, vel quatuor opinantur, ſed quod magna pars eorum rtadit (ſi omnes ſiut in ſcientia verſati, & periti) commune, teceptum, probatum, verè dici
595. poterit. † Quare ipſe, (& eum ſequitur Farinacius *d.q.* 13. *num.* 5.) concludit ad conſtituendam communem opinionem requiri, vt eam affirment ſeptem Doctores ad minus, ſi inter eos ſit Gloſſa, aut Innocentius, Hoſtienſis, Speculator, Bartolus, vel alius Doctor eximiæ auctoritatis, ſin minus, maiori numero ſecundùm pondus, & authoritatem eorum, quod pluribus ſuadere, & confirmare nititur, & præſertim exemplo teſtamenti, in quo requiruntur ſeptem teſtes, *l. hac conſultiſſima. & l. final. C. de teſtam. & Inſtitut. eodem.* Quamuis de hoc uihil certi rtadi, ſeu certam id cognoſcendi regulam aſſignari poſſe videatur, ſed prudentis viri, ſeu iudicis arbitrio relinqni iudicandum, quando opinio debeat dici communis abſolutè, vel magis communis, magiſque à Doctoribus recepta, & approbata, qui id ex conſideratione numeri Doctorum, eandem ſententiam affirmantium, peritiæ, ſeu autboritatis illorum, & modi, quo quiliber eorum ſententiam examinat, ac firmat, colligere debebit; & in ſpecie, quænam opinio debeat dici magis communis, quando ex vtraque parte ſunt plures Doctores ad communem conſtituendam ſufficientes, eſſe in arbitrio iudicis, qui ex numero, & qualitate ſingulorum Doctorum ſententiam firmantium, id diiudicare poterit, tradit idem Carocius *lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 6. *&* 18.
596. † Ex iis etiam credi poteſt, motos fuiſſe nonnullos à Neuixano *d. lib.* 5. *num.* 4. *fine* relatos, dum dixerunt opiuionem antiquorum propter authoritarem æquiparari ſaltem multitudini modernorum; ex quo dicto Carocius *tit.* 5. *num.* 20. infert præſatos Ductores, & Neuixanum voluiſſe vnum Doctorem antiquum propter authoritatem æquiparari multitudini modernorum; ſed quot modernis Doctoribus æquiparetur antiquus in authoritate, ſeu propter auctoritatem, relinquendum iudicis arbitrio, (vt rectè *num.* 22. ait idem Carocius) qui id obſeruabit ex qualitatibus, & conditionibus, nempe ex probitate, ac doctrina, & ſcriptis tam antiqui, quàm modernorum. Quare nec regulæ, quas poſuit idem Carocius *à num.* 24. ad dignoſcendum, quando vnus Doctor poſſit duobus, vel tribus, aut pluribus æquiparari, mihi probantur, cùm ſiut & ipſæ incertæ.
597. † Porrò quod dictum eſt, antiquorum Doctorum opinionem eſſe præferendam opiuioni modernorum, debet intelligi cæteris paribus, & in dubio; ſecus verò vbi conſtet recentiorum opinionem eſſe veriorem, & melioribus rationibus, & motiuis firmatam, vt Doctores moderni teneant contra antiquos moti ex aliqua lege, vel ratione, ad quam veriſimiliter non aduerterunt antiqui; ita cum aliis Doctoribus Neuizanus *d. lib.* 5. *num.* 8. *initio*, & Carocius *d. tit.* 5. *num.* 15. & Farinacius *d.q.* 13. *num.* 6. conſtat ex *cap. ego ſolis d.* 9. *l. quiſque, verſic. ſed Caius Caſſius ff. de in ius voc.* & aliis iuribus per Carocium allegatis; & per ſe patet. nam opinio Antiquorum præfertur propter præſumptionem veritatis, quod non contingit, quando conſtat modernos motos melioribus fundamentis, vel quæ antiqui noo aduertêre, vt ſæpe euenit, quia aliquando intellectus iunioris eſt perſpicacior, *l. Gallus ff. de lib. & poſth.* & quia antiqui non potuerunt omnia videre, & omnem veritatem inueſtigare, & omnis diſciplina indies à iunioribus perficitur, & antiqui dederunt nobis principia, quæ ſucceſſiuis naturæ, & ingeniorum beoeficiis ſuſcipiunt incrementum, & nulla res à principio in Republica videtur ſufficienter promulgata, & nulla eſt ars, quæ ſingulari conſummata ſit ingenio; vode plura habemus etiam ſingulariſſima, quæ ignorarunt autiqui, ac proinde nunc ſcientia eſt excellentior; & demum nuoc eſt vna opiuio communis, quæ alio tempore talis noo erat, quæ variatio, & mutatio opinionis reperitur contigiſſe, (vt notat Macagnanus Azoguidus *lib.* 3. *de com. opin. c.* 17.) etiam in ſummis conſiliis Neapolitano, Tholoſano, & Delphinatus, ac in deciſionibus Romanæ Rotæ: etenim poſterioribus non debuit auferri facultas vlterius cogitandi, vt vult Baldus *in l.* 1. *C. de his qui ante apert.* Ac proinde non inconuenit vnum iudicium eſſe vno tempore iuſtum, alio tempore iuſtius, & hoc malum videtur datum mortalibus in pœnam, vt eorum opiniones ſecundùm varietatem temporum ſeneſcant, & intermoriantur, & aliquæ diuerſæ, vel prioribus contrariæ eorum loco naſcantur, deinde pubeſcant; & ſicut rerum omnium, ita quoque eſt opinionum quædam viciſſitudo. quæ omnia copioſè Neuizanus *d. n.* 8. & ex parte Azoguidus *d. cap.* 17. Doctoribus quoque moderuis aſſerentibus communem opiniouem, magis credendum eſſe, quàm antiquioribus, tradunt Hieronymus Grat. *conſil.* 88. *num.* 2. *lib.* 1. & Cæuallos *in d. præfat. num.* 43. dummodò viderint autiquos eorúmve ſcripta, & non proponant eorundem dicta ex aliorum relatione.

Doctor ſenex eſt præſtantior iuuene.

Ertiò Doctor ſenex cenſetur maioris authori- 598.
tatis, peritior, & doctrina maiori, & perfectiori pollere, quàm Doctor iuuenis, ac proinde opinio ſenis, ſcilicet, ab ea in ſenectute firmata præferenda eſt ſenteutiæ Doctoris iuuenis, ſeu traditæ in iuuentute. ita Tiraquellus *in tract. de primog. in præfat. num.* 105. Caſſaneus *ad conſuet. Burg. in procem. num.* 3. & poſt plures alios Neuixanus *d. lib.* 5. *num.* 5. 6. 7. *& ſeqq.* Antonius Maria Carocius *lib.* 1. *d. tit.* 5. *à n.* 31. Cæuallos *com. contra com in præfat. à num.* 87. & Farinacius *d.q.* 14. *num.* 6. Cùm enim authoritas ſit opinio probitatis, & doctrinæ (vt ſuprà dictum eſt,) ſenex propter longius tempus in ſtudio artis, & diſciplinæ conſumptum, multò maiorem potuit de ſe concitare opinionem, quàm iuuenis, qui in tam breui tempore nec multis, nec multam doctrinam, & probitatem oſtendere potuit. Præterea Doctorem ſenem eſſe, ſeu præſumi magis peritum conuincitur ex eo, quòd ſenex habeat ea, quæ ſunt iuuenum propria, dum enim iuuenis ipſe extitit, & perſpicacia, & ingenij acumine, & memoria abundauit, & præter iuuenes habet maturitatem, vſum, & experientiam (quæ eſt rerum magiſtra,) quibus quod in iuuentute apprehendit, meliùs concoxit; nam, (vt inquit Tullius *in ſuo Lal.*) conſilio, & ſcientia non orbari, ſed augeri ſolet ſenectus. & *Eccleſiaſt.* 25. legitur, *quàm ſpecioſum caniciei iudicium. & c. fin d.* 84. *quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & gloria illorum timor Dei.* Hinc conſilium ſenis propter maturitatem ſanius eſſe dicitur, vt ex Iaſone, & aliis Carocius *num.* 34. Bos enim ſenior grauius figit pedem, D. Hieronymus, quem refert etiam Neuizanus *num.* 6. † Hinc Aduocatus ſenex ſemper ex- 599.
pertus loquitur, vt ex Baldo Cæuallos *d. num.* 87. Hinc quòd vmbra ſenis plus valet, quàm gladius, & eloquentia

Digitized by Google

elnquentia iuuenis, vt Cæuallos *num.*88. Hinc quòd Aduocatus iuuenis parum ſcir, & eſt connfuſor litium, vt ex Aogelo, Bnlogneſn, & aliis Neuizanus *d. num.*6. & Cæuallos *num.*89. Hinc quòd iuuenis ſemper errat in practica, at ſenes ſunt adeò practici, & inſtructi in regulis iuris, & doctrinis, quòd eo ipſo, quòd audiunt caſumetiam extraneum, accommodant ſe regulis, vt ex Baldo, & Iaſone Neuizanus *eodem num.*6. & Cæuallos *num.*92. & pnpterea ad ſeniores recurrunt ioniores Aduocati ignati, tauquam ad expertes negotiorum. Gloſſa *in l.*1.§.*Aduocatos, v. aduocatos, ff. de var. & extr. cog.* Neuizanus *d. num.*6. Hioc quòd in deliberationibus Initium ſumitur à iunioribus, ne fnrmidatent recedere à ſententia ſeniorum, vt ex Codro *ſerm.*11. Neuizanus *vbi ſuprà.* & etiam io electionibus iouenes incipiont loqui, & reſeruant diffinitionem antiquioribus, vt ex Gaſparo Portugalenſi *in l, imperium n.*16. *de iuriſd. omn. iud.* Neuizanus *eodem num.*6. & Cæuallos *num.*90. in modico enim tempore noo poreſt quis multa addiſcete, vt ex Gloſſa *in cap. cùm ex literis, verb. inſtructis, de in integ. reſtit.* Neuizanus *vbi ſuprà*, etenim cùm ſcientia nnn acquiratur niſi cum labore, & diligentia, & experientia, ſi quis vult multum ſcire, nportet quòd diu, & mulium ſtudeat, & nunquam parcendn, (inquit Cæuallos *num.*93.) calamo de nocte, & ante, & poſt prandium, & millies facere menſam de libris, exponendo vitam laboribus quotidianis, ieiuniis, & vigiliis; nam pinguis venter, (vt ait idem Cæuallos) non gignit ſubtilem ſenſum, neque dormitatin perficit npus, ſed iotellectum nubilat, & obfuſcat, & vigilantibus, non dormientibus ſcientia Iuris ciuilis, & aliæ diſciplinæ
600. ſcriptæ ſont. † Quapropter quòd Doctores ſenes cenſeantur doctrina anteeellere iuniores, & illorum opinio ſit præferenda, intelligitur ſi in iuuentote benè ſtuduerint, ſecus aliàs, etſi expectauerint, ſeu ſtudium diſtulerint ad ſenectutem. ita poſt alins Neuizanus *num.*7. Carocius *num.*35.*&* 36. Farinac. *num.*9. & Cæuallns *num.*93. tunc enim deſinit fundameotum præſumendi maiorem peritiam in ſene; ſcientia enim legalis non poteſt modico tempore perfectè acquiri, vt dictum eſt. Er ideo leges debent addiſci in iuuentute, & per totum tempus vitæ eorum vſus continuandus eſt, arg. *l. vni. C. de athlet.* & cum aliis Carocins. Præterquam quòd in ſenibus labor eſt nimis grauis, Neuizanus *d. num.*7. vbi ad id affert illud Catonis,

Fac tibi ſuccurrans iuuenis, qua feceris ipſe.

601. † Item intelligitur in dubio, & cæteris paribus, ſecus quando conſtaret contrarium, ſcilicer, vel npinionem iuoenis melinribus rationibus eſſe fulcitam, vel conſtaret de maiori ſcientia iuuenis, vel alio modo appareret maior inuenis autboriras. ita poſt Galliaulam *in repet. l. Gallus. §. item credendum num.*8.*ff. de lib. & poſth.* Carocius *d. tit.*5.*num.*17. & expreſsè Cæuallos *num.*93. & Neuizanus *d. lib.*5.*n.*7. vbi *num.*11. qnòd iuuenes reperiuntur ſæpè excelleorintes, & ingenioſiores, & perſpicaciores, & gloria cupidi vtuntur nimia diligentia, & ècontra ſeniores aliquando ſunt deſides, & pigri, & etiam quandnque confidentes in ſcientia, & experientia ſua, non curant quærere allegatinnes, & leges pro eorum dictis: & quòd licèt ſeniores ſint magis experti, in eis tamen ooo vigent vires ingenij, provt in iuuenibus, qui etiam ſunt magis rnbuſti, & habiles ad labores, & quod ſenes lnnga experientia conſequuntur, iouenes importuno labore, & ſubrilitate ingeoij obtinent, & quòd in ſenibns quotidie diminuitur ſenſus, & memoria ſeneſcit maximè neceſſaria ſpeculationi, cùm oporteat intelligentem phantaſmara ſpeculari, & præſertim Iuriſconſulto neceſſaria eſt memoria, quam & vocant matrem intelligentiæ: quæ omnia latè Neuizanus *à num.*7. *ad* 17. pro iuuenibus contra ſenes. Et ex Beſurio *in l. capitis rei ff. de fideiuſſor.* addit *num.*12. quǹd licèt dicatur, *Medico giouine noua ſepoltura. Prete nouello, beſtia cornuta*; tamen dici poteſt, *Auuocato giouine, queſtione vinta.* Subiicir tamen *eodem num.* 12. ex Caccialupo *tract. de modo ſtudendi*, iuuenes Doctores, & Aduocatos de hoc gloriari non debere, quia in latiſſimo prato iuris ciuilis bos herbam, canis leporem, ciconiaque lacertam inuenire poteſt, præſertim cùm ea, quæ ſcimus, ſint minima pars eorum, quæ ignoramus. Ex quibus in laudem iuuenum dictis rectè infertur poſſe Doctores iuueoea doctrioa, & aothoritate præſtantiores eſſe Doctoribus ſenioribus, regulariter tamen melior præſumptio ſtat pro ſenioribus, iuxta dicta *num.*598.*&* 595. ac proinde vbi de melioribus rationibus & maiori iuuenum doctrina nnn apparet, ſed verſamor in dubio, & cætera ſunt paria, potiùs ſenectuti deferendum eſt, vt copioſè Carocius *d. tit.*5. *num.*38.

Claritas, & ordo ſcriptorum arguit maiorem doctrinam Doctoris.

QVartò Doctnres, quorum ſcripta ſunt clara, & 602.
nrdinata, cenſentur peritiores, & maioris auctoritaris, quàm ij, qui obſcurè, & confusè ſcripſerunr. colligitur ex Neuizano *lib.* 1. *ſylua num.*9. *& ſeqq & lib.*5.*num.*34.*&* 38.*&* 39. & in terminis tradir Carocius *lib.*1. *d. tit.* 5. *num.* 48. 49. 50. ſignum enim intelligentis eſt, & ſcire benè docere, ac proiode Doctor ordinatus, & clarus, meritò exiſtimatur magis peritus, nbſcurus verò, & difficilis indnctus, & ignatus, vt ex Iaſnne Neuizanus *d. num.*38. Vbi quòd nbſcuritas Dnctoris ſignum eſt, quòd non ſeipſum, vel qundipſe loquitur, nnn intelligit, & plura alia contra Doctnres nbſcurè in ſuis ſcriptis loquentes congerit; & quǹd ex nrdine, & claritate arguatur peritia, & intelligentia, confirmatur, quia nrdn, & claritas emanat à iudicio naturali, quod io aſſequenda, & vtenda qualibet ſcientia maximè morali (vt eſt Iuriſprudentia) principem ſibi locum nbtinet, èconrra verò confuſio, & obſcuritas ab ejuſdem iudicij defectu pnnficiſcitur.

Quintò Dnctor conſtans in ſuis npinionibus 603.
cenſetur maintis auctoritatis, & peritior, ſicut èconrra Dnctor varius exiſtimatur parum doctus. ita poſt Pinellum *in Authen. niſi tricennale num.*58. & alios Antonius Maria Carocius *lib.*1.*d. tit.*5. *inſpectione* 9. & Farinacius *d. q.*13. *num.*13. cùm enim humanum ſit errare, & per conſequens ſibimet contradicere, quia erranti neceſſe eſt corrigere, *cap. qualiter, & quando, de accuſat.* qui nihil agit, quod pœnitentiam inducat, quaſi humanam fragilitatem ſuperauerit, ad cumulum perfectæ ſcientiæ aſcendiſſe dici rectè poteſt, & in ea verè peritus, & verſatus: èconrra qui vnum dicit, quod mox ipſe reprehendit, indicat ſe parum ſcite, & ſe oegligenter gerere in adipiſcenda ſcientia. Quare licèt optimus ſit portos erranti mutare conſilium, & ſe corrigere nptimi, & ſapientis eſſe dicatur: nihilominus ſapientis prnprium eſt, nihil facere, quod pœnitentia infectum reddi debear. † Addit Carocius 604.
contrarietatem in Doctore arguere malignitatem, & nequitiam, præſertim ſi quis ſibi contradicit in conſulendo, quia propter occaſionem illam affectionis,

ctionis, vel pretij facilè ſubotitur ſuſpicio fraudis; & quo contrarietas, aut variatio eſt crebrior, eo reprehenſibilior, (ſubdit idem Carotius,) etenim maior oritur inſcitiæ, & malignitatis præſumptio.

605. Alias coniecturas maioris authoritatis, & doctrinæ in Doctore, non tamen ita certas, ponit idem Carotius *eodem tit. 5. inſpectione 6. 7. & 8.* nempe *inſpectione 6.* ſignum ſingularis, & excellentis doctrinæ, ſi Doctor fecerit bonos, & doctos ſcholares, & magnarum cauſarum fuerit, aut ſit defenſor: nam vtrumque non poteſt contingere niſi propter excellentem doctrinam præceptoris, & Patroni; nemo enim dat, quod non habet; inſpectione verò ſeptima tradit Doctorem legentem habentem magnum Auditorum numerum, ſeu plures ſcholares, ſicut & Aduocatum habentem clientulorum copiam, ſeu plures cauſas, præſumi peritiorem; nam cùm ſcholares cupiant diſcere, & clientes litē vincere, & certum ſit plura diſci à peritiore, quia, vt dictum eſt, nemo dat, quod non habet, & cauſæ etiam faciliùs, & meliùs à Doctore excellenti defendantur, ſi ſcholares, & clientes vnum eligant, oritur magna præſumptio, vt is doctior cenſeatur; dummodo tamen ſcholares ſpontè, non prece, aut pretio Doctorem aliquem audiant; reperiuntur ſiquidem aliquando Doctores in Academiis legentes diuitiis potius, quàm doctrina abundantes, qui cùm rudes ſint, ſcholares vino, & muneribus obcæcare, vel aliis mediis allicere ad ſe audiendos conentur, vt inde periti exiſtimentur. Demum inſpectione octaua docet, Doctorem maiora ſtipendia habentem tum legendo, tum aduocando, ſeu conſulendo maioris authoritatis, & peritiæ exiſtimari; nam cùm præmium ſecundùm labores, & merita vnicuique perſoluatur, ex qualitate, & maioritate præmij rectè argui poteſt qualitas, & maioritas meritorum, ſcilicet, doctrinæ; quam doctrinæ coniecturam, ſicut & alias duas latiùs explicat *locis allegatis* Carot. quem videat lector. Ego proſequar alia obſeruanda ad cognoſcendam communem, ſeu magis communem opinionem, quandóve Doctores cenſeri debeant conſtituere opinionem, ſeu attendi debeant pro communi, aut magis communi agnoſcenda.

Quænam aliæ conditiones requirantur in Doctore, ad faciendam communem, & quando eſt varius, quænam illius opinio pro communi attendenda.

606. ET in primis in Doctore requiruntur tres ſuprà §. 21. explicatæ, nec deſiderantur aliæ conditiones, de quibus *eodem §. 21. num. 191. & ſeqq.*

607. Præterea requiritur, vt Doctor non obiter, & perfunctoriè, ac incidenter tantùm aliquid aſſerat, ſed diſputando, & examinatis hinc inde oppoſitarũ opinionum fundamentis ſuam ſententiam firmet, vel alterã eligat, iuxta copiosè tradita ſuprà §. 20. *n. 583. & ſeqq.* Stante autem varietate, & contrarietate opinionum eiuſdem Doctoris de eodem caſu omninò inuariato, quænam opinio eiuſdem ſit attendenda, & præferenda, copiosè explicant poſt alios Neuizan. *lib. 5. ſylu. à n. 26. ad 35.* & Carot. *lib. 1. de com. opin. tit. 6. inſpectione 2.* & reperit Farinac. *in repertorio indic. q. 14. n. 15. ad 29.* & nonnulla de eadem re tradunt Macagnanus Azoguidus *lib. 3. de com. opin. cap. 13. & cap. 15.* & Menochius *lib. 2. d. præſumpt. 71. à num. 42. ad 49.* circa quam rem

608. Supponendum, licèt Franc. Zoanetus *in repet. l. vt vim, in 1. part. n. 106. ff. de iuſt. & iure*, relatus à Carotio *d. tit. 6. n. 18.* voluerit Doctorem varium carere autho-

ritate, nec debere attendi pro communi opinione; &,
abſolutè loquendo, melius eſſet Doctorem eſſe con-
ſtantē in ſuis opinionibus, vt conſtat ex dictis *n. 606.*
& latè proſequitur Neuizan. *d. lib. 5. n. 25.* Nihilomi-
nus, vt poſt alios tradit Carot. *à n. 19. & 33.* dicendum
eſt Doctorem varium poſſe annumerari ad conſti-
tuendam communem, ſicut ei licet, & aliquando de-
bet variare opinionem, alioqui mutatio eſſet fru-
ſtratoria. † Quod autem Doctori in lecturis, tracta- 609.
tibus, ſingularibus, additionibus, & aliis actibus ſi-
milibus, in quibus non verſatur præiudicium tertij,
& propriæ animæ liceat variare, & mutare ſenten-
tiam, certum eſt, vt ex communi concludit Caro-
tius *d. n. 19.* cùm vnuſquiſque poſſit mutare ſenten-
tiam ſuam, ſine alterius iniuria, vt à contrario ſenſu
probatur ex textu *in l. nemo poteſt mutare*, vbi Docto-
res, *ff. de reg. iur.* & quia tenens vnam opinionē, quam
poſtea reperit falſam, debet illam mutare, arg. *cap.*
qualiter, & quando 1. de accuſat. † In conſiliis etiam 610.
(quamuis nonnulli à Carotio *n. 21. & 22.* citati con-
trarium tenuerint, ob text. *in d. l. nemo poteſt mutare*,
vbi habetur non licere mutare conſilium cum alte-
rius iniuria, mutatio verò opinionis in cõſiliis vide-
tur inferre præiudicium ei, pro quo priùs fuerat re-
ſponſum, quia priuat facultate ſe tuendi ab expenſis,
& qua ſperabat litem vincere, & etiam in aliis præ-
iudicium afferre poteſt, receptiſſima Doctorum ſen-
tentia eſt, (vt idem Car. *n. 23.* teſtatur Doctores refe-
rens,) licere Doctori variare, & opinionem mutare,
cùm huiuſmodi variatio non reperiatur in iure pro-
hibita, & errorem cognitum corrigere non ſit turpe,
ſed laudabile, iuxta illud, *Sapientis eſt mutare conſiliū*
in melius; immo ex neceſſitate quis tenetur errorem
ſuum emendare, *d. c. qualiter, & quando.* & quod Do-
ctor diuerſis temporibus in diuerſis conſiliis mutet
opinionem, nemini præiudicium affert; ac proinde
non obſtat dicta regula *l. nemo poteſt mutare*; quæ ha-
bet locum in præiudicio, & iniuria certa, & imme-
diata; ſecus verò in mediata, prout eſt illa, quæ oritur
ex mutatione conſilij ipſius Doctoris, quo pacto di-
ctam regulam limitant Dec. *ibi n. 1.* & alij. † Et non 611.
tantùm ſemel eſt permiſſa variatio (vt voluiſſe
Cardinalem Albanum ob eam rationē, quòd varia-
tio iuxta *l. ſi quis iuſiurandum, de rebus cred.* intelliga-
tur de prima, refert Carot. *eod. n. 30.*) ſed etiam plu-
ries, vt adductæ rationes oſtendunt, & tradit cum
aliis idem Carotius *eodem num. 30.* addens *d. l. ſi quis*
iuſiurandum, & Doctores iuxta eandem legem dicen-
tes variationem permiſſam intelligi de prima vice,
procedere, quando varians prima vice renunciauit
ei, à quo ſemel diſceſſit: in propoſito autem Doctor
recedens ab opinione, v. g. affirmatiua, non ei renun-
ciat, ſed amplectitur negatiuam tanquam veriorem,
ac proinde ſi iterum affirmatiua ſibi verior videatur,
non debet prohiberi redire ad eam, cùm deceat Ad-
uocatum veritatem amplecti. † Verum quidem eſt, 612.
quòd melius, & honeſtius foret conſulendo non eſ-
ſe ſibi contrarium opinionis mutatione, etenim va-
riando vix poteſt falſitatis, aut fraudis, vel ſaltem
negligentiæ in ſtudendo ſuſpicio euitari, vt poſt
Angelum notauit Carotius *num. 31. & 32.* Atque
adeò vt conſulens rarò, vel nunquam ſit ſibi con-
trarius, & varius, diligenter ſtudeat, antequam re-
ſpondeat, & ſemper ſequatur veritatem, & æquita-
tem, vt monet Neuizanus *d. lib. 5. num. 25. fine.* quæ
omnia ſupradicta approbat etiam Farinacius *d. q. 14.*
n. 28. † Aduertit etiam, & bene Carotius *d. tit. 6. n. 41.* 613.
quòd etſi Doctori in eadem cauſa ex facti, vel opi-
nionis mutatione liceat pro vtraque parte conſule-
re, vt docent magis cõmuniter Doctores ab eodem

Carotio *num.* 36. relati, contra nonnullos alios ab
eodem *num.*25. allegatos, quia diuerſis temporibus
pro vtraque parte poteſt vigere ius, & iuſtitia, &
quia Doctor alteram partem defendens, ſi ex muta-
tione opinionis, vel facti videt eam iniuſtam, deſere-
re omninò cogitur, nam aliàs iniuſtam cauſam de-
fendens peccaret mortaliter, & teneretur parti con-
trariæ ad reſtitutionem, ex doctrina Summiſtarum,
Angeli *v. Aduocatus* §.33. Tab. *v. eod.* §.13. *num.* 15. &
614. Arm. *eod.* §.11. & latè oſtenditur *num.* 765. † Nihilo-
minus honeſtate inſpecta abſtinendum eſt, nam
alioqui ſaltem apud vulgus vix poſſet euitare maxi-
mam fraudis, auaritiæ, & voracitatis ad lucrum ſu-
ſpicionem, & ita ſentit etiam Farinacius *d.q.*14.*n.*29.
Omninò autem reprehenſibilis foret, & malè face-
ret Doctor, ſi conſuleret pro vtraque parte, neutra
relicta, ſeu neutrius defenſione omiſſa, quia tunc eſ-
ſet præuaricator, & proditor, & infamis, vt ex § *pen.*
l. Athletas. ff. de his qui not. infam. poſt Speculatorem,
& alios tradit idem Carotius *d. tit.* 6. *num.* 35. & 41.
615. de quo latè infrà *num.* 777. *& ſeqq.* † Supponendum
ſecundò Doctorem poſſe eſſe varium in diuerſo ge-
nere ſcriptorum, & in eodem, in diuerſo ſi vnam opi-
nionem teneat in lectura, alteram in tractatu, vel in
conſiliis, vel in ſingularibus, aut additionibus: in eo-
dem genere, ſi in lecturis modò vnam, modò oppo-
ſitam ſententiam defendat, & ſimiliter in tractati-
bus, aut conſiliis, vel ſingularibus, aut additionibus;
item poteſt tenere vnam ſententiam in vno tantùm
loco, oppoſitam in pluribus locis, ſeu ſcriptis eiuſ-
dem, vel diuerſi generis.
616. Igitur videtur certum ſemper eſſe attendendam, &
præferendam eam opinionem varij Doctoris, quæ
melioribus rationibus fundata eſt, quàm oppoſita
in alio, vel diuerſis locis ab eodem Doctore appro-
bata. ita Cagnolus *in l. nemo poteſt mutare num.* 11 *ff.*
de reg. iuris. Neuizanus *lib.* 5. *ſylu. num.* 33. Antonius
Maria Carotius *d. tit.* 6. *num.* 60. Azoguidus *d. cap.* 17.
Paſqualigius *deciſ.* 12. *num.* 1. & alij plures à Neuiza-
no relati; & ratio eſt, quia tunc ex melioribus ratio-
nibus opinio illa appareret verior.
617. Præterea ſi Doctor varius vnam opinionem
principaliter, & ex profeſſo, & priùs plenè examina-
tis, & diſcuſſis fundamentis vtriuſque partis tenuit,
& firmauit, alteram verò tantùm obiter, & inciden-
ter, & perfunctoriè, vel tantùm ad ornatum materiæ
tradidit; certum eſt illam, & non hanc eſſe attenden-
dam, & præferendam. ita Cagnolus *vbi ſuprà.* Calca-
neus *conſil.* 39. *in fine*, (vbi dicit non curandum de
opinione Doctoris non deliberata, & approbata; ſed
ſic in diſcurſu poſita.) Neuizanus *num.* 29. *& duobus*
ſeqq. Carotius *d. tit.* 6. *num.* 59. & 78. Farinacius *d.q.*14.
num. 21. Paſqualigius *d. deciſ.* 12. *num.* 2. & alij apud
618. Neuizanum, conſtat ex dictis §.20. *à num.* 181. † Et
magis confirmatur, tum quia ex quo in illa opinio-
ne, quam diſputando ad partes firmauit, adhibita eſt
maior diligẽtia, meritò præſumitur verior, & ſic ma-
gis attendenda, *l. Diui, ff. de iure patronatus*; tum quia
ſicut magis creditur vni Doctori examinanti, quàm
alteri perfunctoriè loquẽti, vt aliis allegatis Gabriel
lib. 1. *com. opin. tit. de teſtibus concl.* 4. *n.* 86. ita etiam ei-
dem Doctori magis credendum in loco vbi exami-
nat opinionem, quàm vbi perfunctoriè illam tradit.
619. Hinc certum etiam eſt, eſſe attendendam, & præ-
ferendam eam Doctoris varij opinionem, quam co-
pioſiùs, & exactiùs examinat, & pro qua plus ſcripſit,
ita aliis allegatis Menoch. *d. præſ.* 71. *n.* 44. Carotius *n.*
76. Neuizanus *d. n.* 29. & conuincitur iiſdem rationi-
bus. Dicitur autem materia examinari, quando diſpu-
tatur ad partes, Neuizanus *d. num.* 29. quando etiam
Doctor procedit cum diſtinctione, dicitur exactiùs
examinare, quàm quando ſimpliciter concludit, Ne-
uizan. *eod. n.* 29. *&* 30. & magis explicatur infrà *n.* 631.
Item ſi Doctor varius in vno loco expreſsè repro- 620.
bet ſententiam à ſe aliàs approbatam, ſententiã aliàs
approbatæ oppoſitam attendendam eſſe tanquam
certam, aſſerit Carotius *d. tit.* 6. *n.* 61. addens idem di-
cendum, ſi alio etiam modo conſtet de eius volunta-
te, quia, inquit, tunc eſt opinio Doctoris contrarij.
quod admitto, ſi quatuor in præcedentibus numeris
explicata ceſſent, aliàs ſecus; quia pro communi non
videtur attendenda opinio Doctoris ob ſolam illius
voluntatem, ſeu quia ipſe dicat ſe illam tenere opi-
nionem, vt oſtenſum eſt *d.* §.20.
Item prædictis omnibus ceſſantibus, ſeu non ap- 621.
parentibus, ſi Doctor vnam opinionem in vno tan-
tùm loco, vel in paucioribus, oppoſitam verò in plu-
ribus locis, hæc attendenda eſt, ita Neuizan. *n.* 31. *fin.*
Menoch. *de præſ.* 71. *n.* 43. & aliis relatis, Carotius *d.*
tit. 6. *n.* 66. *&* 77. rectè enim præſumitur Doctorem
exiſtimaſſe veriorem ſententiam, quam pluries aſſe-
ruit, & retinuit, ac proinde efficacioribus motiuis du-
ctum fuiſſe ad eam affirmandam. Confirmat Neui-
zanus, quod ſicut plures Gloſſæ vincunt vnam, vt
ſuprà dictum eſt, ita opinio à Doctore pluries ap-
probata vincit opinionem ſemel approbatam.
Ceſſantibus quoque in ſex præcedentibus numeris 622.
notatis conueniunt Doctores ſtante varietate opi-
nionum vnius Doctoris in locis, ſeu ſcriptis diuerſi
generis, magis attendendam eſſe eam, quam tenuit
in tractatibus, quàm eam, quam tenuit in conſiliis,
aut lecturis, vel in ſingularibus, aut additionibus. ita
Claudius Saiſelius *in l. ſi idem cum eod.* §. *fin ff. de iu-*
riſdict. om. iud. Neuizan. *d. lib.* 5. *n.* 26. *initio*, Gabriel *d.*
concl. 4. *n.* 87. Carot. *d. tit.* 6. *n.* 62. 69. *&* 72. Menoch. *d.*
præſ. 71. *n.* 49. Farinac. *n.* 17. & alij à Gabriele citati;
in tractatu enim Doctor non poteſt, ſeu non præſu-
mitur moueri aliqua affectione, vel lucro ad hanc,
vel illam opinionem tenendam, ſicut in conſiliis:
item nec ſtudio gloriolæ captandæ ex aliqua opi-
nionum nouitate, vel ſubtilitate, ſicut in lectura, nã
legendo multa ſubtiliter, ſed ſæpè parum probabilia
dicuntur, aut ad oſtentationem, aut gratia acuendi
ingenij ipſis ſcholaribus; in tractatu verò inſpicitur,
& attenditur pura veritas, quam etiam in tractatu
faciliùs, quàm in aliis inuenire, & aſſequi poteſt Do-
ctor ſcribens, cùm tantam materiam habeat præ ma-
nibus, omnia exactè examinet, & vna res aliam de-
claret, & iuuet ad melius & rationabilius opinio-
nem firmandam; etenim Doctor tractatum confi-
ciens eſt anxiè, & maximè diligens in perquirendis,
& vnà colligendis ſimul omnibus, quæ in materia,
quam pertractat, ab aliis dicta, & ſcripta fuère. Vnde
multa reperit ſingularia pronunciata, quæ non ita fa-
cilè conſulenti, aut legenti, vel ſingularia, aut addi-
tiones ſcribenti occurrunt; & poſtea reperta multò
meliùs diſponit, & applicat ad caſus ſingulares, qui ſi
non omnes in tractatu conſiderari poſſint, ſufficit,
quòd ij conſiderentur, ex quorum deciſione, alij fa-
cilè terminari poſſunt, quæ omnia tractatum confi-
ciendi facilè ſuccedunt, cùm poſſideat omnes ter-
minos, & totam materiam, quæ tractatur. Cùm igi-
tur in conſiliis, lecturis, & aliis ſcriptis tanta dili-
gentia ad veritatem inueniendam non adhibeatur,
nec tota materia poſſideatur, meritò opinio in tra-
ctatibus firmata eſt magis attendenda.
Controuertitur igitur quãdo Doctor tenuit vnam 623.
opinionem legendo, ſeu in lectura, & oppoſitã con-
ſulendo, ſeu in conſiliis deciſiula, ſiue ad inſtan-
tiam partis factis, quænam potiùs ſit attendenda,
quæ

Digitized by Google

quæ in lectura, an verò quæ in coofilio à Doctore
ſuſtinetur. & potiùs attendendam opinionem, quam
in lectura tenuit, ſentiunt Pariſius *conſil.* 110. *vol.* 1.
Marianus Socinus *conſil.* 25. *vol.* 3. Barbatius *in c.* 1. *de*
conſt. Crauetta *de antiq. temp.* 1. p. §. 1. *n.* 50. *in fine, & in*
§ propoſitum noſtrum principale n. 48. Azoguidus *d. lib.*
3. *cap.* 15. Menochius *d. præſ.* 71. *n.* 49. & plures alij,
qoos referunt Menochius *d. n.* 49. & Carotius *d. tit.*
6. *n.* 44. vbi dicit inſpecto numero, & pondere autho-
rum, videri commuoem ſententiam, quæ in primis
probatur, quia in lectura Doctor non potuit induci
ad ita opinandum amicitia, vel lucro, vt conſulens,
ſed motus pura veritate. Præterea, quia legens fir-
mat opinionem diſputando ad patres, conſulens ve-
rò plerumque concluſinè procedit. Quare ſaltem ex
hoc duplici capite ſententia firmata in lectura præ-
624. ſumitur verior, & ita præferenda viderur. † At potiùs
inhærendum illi opioioni, quam Doctor tenuit in
conſilio, exiſtimarunt Bartolus *in l. ſi pater, n.* 5. *C. de*
inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact. Boerius *deciſ.* 155. *n.* 54.
Neuizanus *d. num.* 26. Gabriel *d. concl.* 4. *num.* 8.
Antonius Maria Carotius *d. tit.* 6. *num.* 54. Cenedo
ad Decretales p. 2. *collect.* 84. Farinacius *num.* 16. &
innumeri alij relati à Carotio *d. num* 54. vbi dicit
eſſe ſeotentiam magis communem, & hanc ſeo-
tentiam maximè habere locum in conſilio deciſi-
uo, ait Neuizanus *d. num.* 26. vbi etiam addit ex
Barbatio (quem dicit eſſe ſibi contrarium) *in cap.*
nullus, de foro comp. procedere, etiamſi lectura ſit
facta poſt conſilium; quod idem approbat Caro-
tius *num.* 58. Nititur hæc ſententia primò, quia opi-
nio firmata in conſilio eſt actus magis delibera-
tus, maiorique diligentia ad veritatem aſſequen-
dam exercitus, quàm opinio tradita in lectura; et-
enim quæ Doctores in conſulendo dicuot, matu-
riùs ponderant, & digerunt, ne ſibi, vel alteri præ-
iudiciom afferant, nam ſi conſulendo falſum defen-
dant, tertio, ſeu parti, contra quam conſulunt,
iniuſtè præiudicent, & ipſi mortaliter peccent, vt
tradunt Summiſtæ *verb. Aduocatus*, & faciunt li-
tem ſuam, vt poſt Per. Franc. Marc. *in deciſ. Del-*
phin. q. 469. *num.* 1. *p.* 1. Carotius *d. tit.* 6. *num* 55. vbi
verò maius periculum, ibi cautiùs agendum, *cap.*
vbi periculum, de elect. in 6. & præſertim vbi eſt pe-
riculum animæ, cùm nemo cenſeatur immemor
ſalutis æternæ, *cap. ſancimus, poſt med.* 1. *q.* 7. ac pro-
inde quando Bartolus habebat conſulere, matu-
riùs ponderabat, & ſi caſus erat dubius, confere-
bat cum mercatoribus, vt ex Corſet. *ſing.* 279. no-
tauit Neuizanus *d. num.* 26. Quicquid autem di-
cat Doctor legendo, nec ſibi, nec alteri præiudi-
cium affert, atque adeò non curant lectores tan-
tam diligentiam, & ponderationem adhibere in
lectionibus, quarum etiam ſequens ſtimulat præ-
cedentem, vt ex Felin. *in cap. cauſam, de reſcri-*
ptis. Neuizanus *eodem num.* 26. vbi quoque cum
aliis ait, qoòd lectores non diſpotant tantùm ad
veritatem reperiendam, ſed ad acuendum ingenia
ſcholaribus, & ſæpiùs dicunt multa ſubtilia potius,
qoàm vera; imò nec imaginem veritatis habentia,
& non rarò ſtudio potiùs contradicendi, quàm ve-
rum docendi. Ex quibus reiicitur prima ratio prio-
625. ris opinionis. † At ſecunda quoqoe, ſcilicet, quòd
Doctores in lecturis non poſſunt præſumi à veritate
diſcedere ratione amicitiæ, aut affectionis ad affi-
nes, vel conſanguineos, vel ob lucrum, ſicut facilè
poſſuot conſolentes, non obſtat, ſed reſpondet Caro-
tius *n.* 48. quòd licèt fortè nimis verum ſit conſulen-
tes, ob pecunias, & affectionem à via veritatis de-
clinare, quod vtinam (deplorat) falſum eſſet, etenim
non tantæ iuris ambages, & extorſiones ortę eſſent,
quibus veritas adeò obrecta eſt, vt penè impoſſibile
ſit, dignoſcere quid bonum, & æquum ſit; tamen
(ſubdit idem Carotius) cùm hoc ſit atrox, & nefan-
dum ſcelus, in dubio noo præſumitur, cùm vnuſquiſ-
que præſumatur bonus, *l. cum pater §. rogo ff de leg.* 2.
& cap. ludum, de præſumpt. ita Carotius.
Sed à prima ſententia puto non eſſe diſceden- 626.
dum, ſi lecturæ ſint Doctoris grauis, & probi, qui
non fuerit ſolitus vacare ſubtilitatibus, & contradi-
ctionibus ad meram ingeoij oſtentationem, non
ſtudio veritatis docendæ; in conſulente enim maxi-
mè ad inſtantiam partis aliqualis, ſaltem, ſuſpicio
affectioois, aut lucri, vix effugi poteſt, attenta homi-
nis corrupta natura. Neque id, quod dicuot Neuiza-
nus, & Carotius, ſcilicet, Doctorem legendo poſſe
non incoouenienter tradere ſubtilia, licèt alioqui
falſa ad acuendum ingenium ſcholaribus, eſt ve-
rum. Nam Cathedraticis, & Magiſtris non licere do-
cere in ſcholis improbabilia, & falſa, præſertim in
his, quæ ad actiones humanas dirigendas ſpectant,
oſtenſum eſt ſuprà *num.* 212. 213. *&* 214. † Præterea 627.
controuerti poteſt, quando Doctor tenuit voam
opinionem in lectura, oppoſitam in ſingularibus, ſeu
quæſtionibus diſparatis, aut in additiooibus, & ſimi-
libus ſcriptis, quæ potiùs ſit attendenda, & magis at-
tendendam eſſe opinionem lecturæ, ſuadetur ex eo,
quod diſputando, & ſpeculando reſoluuntur quæ-
ſtiones in lecturis, & ita eſt maior præſumptio veri-
tatis; è contra quòd potiùs ſit præferenda opinio fir-
mata io ſingularibus, &c. probari poteſt, quia io iſtis
Doctor non videtur poſſe moueri alia ratione, niſi
quòd talis opinio illi videatur vera, ſeu verior; in le-
cturis verò poteſt niti ſola aliqoa ſubtilitate ad inge-
nij oſtentationem & laudem, & ob hæc hinc inde
adducta Carotius *d. tit.* 6. *n.* 70. putat vtramque opi-
nionem cenſeri poſſe æquè booam, & oon dari præ-
lationem; ſed, licèt Farinacius *n.* 18. contra ſentiat,
non incongruè dici poteſt potiùs præferendam opi-
nionem lecturæ ob præſumptionem maioris dili-
gentiæ, cùm ſit actus publicus magis expoſitus con-
tradictioni, & conſequenter ſoleant lectores maius
ſtudium, & exactiorem diligentiã adhibere in lectu-
ris, quàm io aliis prædictis ſcriptis priuatis: excipio
ſi lector conſueuerit affectare ſubtilitates, & noui-
tatem opinionum ad faciendam ſcholaribus ingenij
oſtentationem; nam tunc dicerem inhærendum po-
tiùs opinioni firmatæ in ſingularibus.
Quòd ſi Doctor habeat vnam opinionem in ſin- 628.
gulari, oppoſitam in additionibus, aut notationibus,
& ſimilibus ſcriptis, placet ſententia Carotij *d. tit* 6,
n. 73. & Farinacij *d. n.* 18. quòd potiùs attendi debeat
opinio firmata in ſingularibus ob præſumptionem
maioris diligentiæ adhibitæ ratione ſingularitatis
materiæ, cùm ſingularia contineant caſus magis in-
ter Doctores controuerſos, aut magis pulchros, &
peregrinos, & notatu dignos.
Sed quid ſi Doctor ſit varius, & ſibi contrarius in
ſcriptis eiuſdem generis, nimirum, in conſiliis (quia
feceret duo conſilia repugnantia,) aot in lecturis,
(quia in explicatione vnius legis teneat vnam opi-
nionem, in explicatione alterius legis oppoſitam
opinionem affirmet) vel in tractatibus, aut in reli-
quis ſcriptis eiuſdem generis in duobus locis con-
trarias opiniones habeat, voam in vna parte, v. g. tra-
ctatus, alteram in altera parte? quænam potiùs erit at-
tendenda, ceſſantibus notatis ſuprà *à n.* 616. *ad* 621.
Si teneat vnam opinionẽ in conſilio deciſiuo, op- 629.
poſitam in conſilio ad petitionẽ partis facto, atten-
dendam opinioõẽ conſilij deciſiui tradũt cõmoniter

Doctores. ita Barbatina *conſil.6. num. 4. lib. 4.* Corneus *conſil. 27. num 1.* Carotius *d. tit.6. num. 74.* Farinacius *num. 20.* & iudicat Neuizanus *d. num. 26. verſic. quod maximè procedit.* Ratio eſt, tum quia in conſilio deciſiuo Doctor non poteſt eſſe ita ſuſpectus, quòd non intuitu veritatis meræ, ſed affectione, aut lucro ſit motus ad ita tenendum, ſicut in conſilio facto ad inſtantiam partis; tum quia, inquit Carotius, in conſilio deciſiuo maior cenſetur adhibita diligentia, ex quo de maiori agitur præiudicio, cùm Doctor conſilium deciſiuum reddens æquiparetur iudici, & conſilium ſententiæ, & rei iudicatæ, ex Abbate *conſil. 2.* ex Corneo *conſil. 179.* allegatis ab eodem Carotio.
630. † Qui etiam *eodem tit.6. inſpectione 18. num.147. & ſeqq.* rectè concludit Doctorem conſulentem in aliqua cauſa, ſeu ſcribentem in vno caſu, non deberi vllo modo attendi pro conſtituenda communi in illo caſu vtilitatem clientis, quia Aduocatus, (vt dictum eſt) ſuſpectus eſt propter affectionem, quam habet cauſæ, ob quam dicitur aduerſarius eius, contra quem conſuluit, & in eadem cauſa datus iudex, poteſt vti ſuſpectus recuſari, *l. 1. §. fin. ff. de calumniat. cap. poſtremo, de appellat.* & Doctores communiter apud eundem Carotium.

Si autem Doctor tenet vnam opinionem in vno conſilio deciſiuo, oppoſitam in altero conſilio deciſiuo, vel vnam in vno conſilio ad inſtantiam partis facto, oppoſitam in alio ſimili conſilio, vel vnam in vna lectura, oppoſitam in altera lectura, vel vnam in vna parte tractatus, oppoſitam in alia, & ſic de reliquis. tunc

631. Si Doctor in vno loco diſtinguit, ſeu loquitur, & procedit cum diſtinctione, & limitatione, in alio autem loco ſimpliciter, abſolutè, & vniuerſaliter concludit, præferendam, ſeu attendendam eſſe opinionem diſtinguentem, ex *l. adeò §. 1.* ibi, *& tamen media ſententia. ff. de acquir. rer. domin.* & ſimilibus, tradunt Bolognetus *in repet. Authent. habita. C. ne fil. pro pat.* Cacheranus *deciſ. Pedem. 21. num. 16.* Neuizanus *d. lib. 5. Syl. num. 29. & 30.* Carotius *lib. 1. de com. opin. d. tit. 6 num. 80. & ſeqq.* Cæuallos *d. præf. num. 56.* Menochius *præſumpt. 71. num. 29.* Farinacius *d. q. 14. repert. iud. num. 24.* & innumeri alij Legiſtæ, & Canoniſtæ à Neuizano, & Carotio relati. & ex noſtris Paſqualigius *deciſ. 11.* qui enim procedit diſtinguendo, & limitando, exactiùs, diligentiùs, & ſubtiliùs materiam conſiderat, & ponderat, vt dictum eſt *num. 619.* & bene diſtinguens magis appropinquat, ſeu proximus eſt veritati, vt poſt Senecam, & alios tradunt, Neuixanus *n. 32.* Carotius *initio*, Menochius, & Cæuallos *vbi ſuprà*, quia non poteſt haberi notitia totius, niſi diſtinctis eius partibus, & cognitis, vt poſt Ariſtotelem, & Buſtum Neuixanus *d. num. 30.* at qui omnia indiſtinctè vult intelligere, confusè intelligat, neceſſe eſt, idem Neuizanus *n. 32.* ex Syluestro, contra Lutherum, & opinio diſtinguens, ſeu Doctor per diſtinctionem tollit repugnantiam Doctorum, illorum opiniones concordans, vt poſt alios Cacheranus, & Carotius *vbi ſuprà*, propter quæ opinio diſtinguens meritò præſumitur verior, atque adeò præferenda oppoſitæ non diſtinguenti, ſed abſolutè, & vniuerſaliter firmat.
632. † Quod procedit vniuerſaliter, ſiue oppoſitæ opiniones ſint eiuſdem Doctoris, ſiue diuerſorum, ſemper enim, cæteris paribus, opinio diſtinguens præferenda eſt non diſtinguenti, ſed ſimpliciter, & abſolutè, vt præallegati Doctores, & alij ab iiſdem relati communiter docent, quia ob motiua adducta
633. præſumitur verior. † Et idem dicendum, cum Cacialupo *in repet. l. admonendi ff. de iureiurando*, ait Neuixanus *d. n. 32.* paulo poſt initium, ſi Doctor ponat regulam, ſub illa reducendo omnia, quæ reduci poſſunt, & poſtea ſubiiciat fallentias. Cùm hoc in effectu idem ſit, quod diſtinguere, vt ex Nicel. *in concord. Bart. n. 160.* idem Neuizanus *eod. n. 32.* vbi dicit ex Barbatio *in continuatione rubr. de reb. Eccl. non alien.* quòd regula debet præcedere fallentias, nec ſufficit ponere regulam niſi dentur fallentiæ, ex *gloſſ. in Auth. de reſtit. & ea quæ par.* & ex Felino, quòd quando Doctores reprehendunt vnam limitationem, debet tunc poni pro ampliatione; & ex Iaſone, Panormitano & aliis, quòd eſt clarior modus dandi doctrinas per regulas, & fallentias, vbi fieri poteſt, ſeu ſaltem per caſus, quàm per diſtinctiones; & ex Pyrrho *in l. in ambiguis pro dotibus §. 1. ff. de regulis iur.* quod theoricæ longæ, & implicatæ non benè à lectore, nec paruo negotio concipiuntur; & ex Baldo, quod id quod dicitur theoricè, dicitur quaſi in nube; & quod theoricæ generales non illuminent intellectum practicum, qui debet eſſe de rebus ſingularibus. † Ex quibus fit, vt minimè ſint laudandi 634.
auctores compendiorum, ſeu recollectores opinionum, & concluſionum, qui eas ex auctoribus compilant tantùm generaliter, non aduertentes, vel adiicientes debitas limitationes, & fallentias, nam lectori ignaro, & rudi errandi occaſionem ſæpè præbent. † Aduertit autem Neuizanus *eodem lib. 5. n. 30.* 635.
in legum, & iurium interpretatione diſtinctionem, vel limitationem, aut fallentiam fore adhibendam, vbi diſtinctio eſt neceſſaria, ſecus vbi lex non diſtinguit, nam tunc nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public.* & Doctores communiter relati ab eodem Neuizano, qui addit ſequentia, nempe, quòd ſi textus ſimpliciter loquitur, comprehendit omnes caſus etiam priuilegiatos, ex Decio *conſil. 131.* & etiam quòd ſit maior ratio in vno, quàm in alio, *l. in fraudem, in fine ff de teſtam. milit.* Decius *conſil. 5.* cum aliis apud eundem Neuizanum, & quòd debeat ſimpliciter intelligi non ſecundùm quid; nec recipiunt modificationem, ſi ſunt præciſa. Decius *conſil. 18.* & trahuntur ad caſum ſimilem ex Roſello *tract. de limitatione folio 8. col. 1.* & prohibendo genus pariter prohibent omnes eius ſpecies, *l. interpoſitas, C. de tranſact.* & generale non reſtringitur ex qualitatibus ſubſequentibus, ex Decio *in cap. cum non ab homine, de iudiciis*, quia fuiſſet facile legiſlatori diſtinguere, ſi voluiſſet, ex Iaſone *in l. ſicut C. de teſt. mil.* & aliis; ideo niſi quis aliqua lege ſpecialiter diſtinctionem probauerit, diſtinctionem nihil valere ex ſcrutinio *fol. 71.* Quia nec conditiones in lege intelliguntur, niſi exprimantur, ex *l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus ff. de verb. obligat.* & quod debet generaliter intelligi, etiam quod veniat ad correctionem iuris antiqui, ex Natta *in c. quamuis, de pactis in 6.* Et, quod comprehendit exceptiones, etiam poſitas in aliis conſtitutionibus, licèt ibi non dicatur, ex Gloſſa & Saliceto *in l. ita nobis pudor. C. de adult.* ſubdit idem Neuixanus, quòd ſi materia eſt odioſa, non comprehendit niſi ea, quæ communiter accidere ſolent, ex Barbatio *in tract. de card. q. 8.* Hæc Neuizanus, quæ exactiùs examinandi hîc non eſt locus.

Quòd ſi vtrobique Doctor varius eodem modo procedat, & duas oppoſitas ſententias firmet ceſſantibus etiam notatis ſuprà *à n. 616. ad 621.* tunc attendendam eſſe opinionem vltimam, ſeu poſteriùs firmatam, hancque cenſendam à Doctore approbatam tradunt *Gloſſa vlt. in l. qui filium §. Sabinus, ad Trebell.* Romanus *conſil. 327. n. 8.* Neuizanus *d. lib. 5. n. 32.* Azoguidus *d. lib. 3. c. 13.* Carotius *d. lib. 1. tit. 6. num. 79.*

*n.*79. Menochius *lib.*5. *præſumpt.*71.*n.*45. Farinacius
*d.q.*14.*n.*23. & alij Doctores communiter à Neuiza-
no, Carotio, & Menochio relati. Ratio eſt, quia ſcri-
bens poſteriori loco maturiùs, & diligentiùs rem
conſideraſſe præſumitur, ex Romano *vbi ſuprà*, &
aliis à Neuizano relatis. Et facit illud, quòd vltima
derogant prioribus, *l. ſed & poſteriores, in fin. ff. de le-
gibus*; atque adeò ſi Doctor hodie teneat contrarium
ei, quod heri ſentiebat, debemus interpretari eum
637. receſſiſſe à priori opinione. † Limitat tamen, quan-
do opinio priori loco firmata ſaperet æquitatem,
ſeu eſſet æqua, & benigna, ſecunda rigorem, ſeu ef-
ſet dura, & rigida; hoc enim caſu primam fore eli-
gendam, & præſumendam à ſcribente approbatam,
docent Neuizanus, Azoguidus *vbi ſuprà*, Carotius
*num.*85. Farinacius *in repert. iudicial. q.* 14. *n.*41. &
alij Iuriſperiti communiter relati à Neuizano, &
Carotio, qui addit rationem, ſcilicet, quia ius eſt
ars boni, & æqui, & in omnibus, præſertim in iure,
ſeu in iudicio æquitas ſpectanda eſt, *l. in omnibus* 91.
& *ibi* Doctores, *ff. de reg. iur.* & anteponenda. *l. pla-
cuit*, & *ibi* Scribentes, *C. de iud.* ac proinde in dubio,
& cæteris paribus opinio æquior eſt attendenda,
& cenſenda opinio approbata, & quem potius æqui-
tatem, quam rigorem fuiſſe ſequutum, vt ſe iuri
conformaret, interpretari debemus. Ex quibus re-
iicitur, quod habet Paſqualigius *deciſ.*7.*n.*1. vbi di-
cit, quòd licèt æquior opinio præferenda ſit rigi-
diori, attamen quia non omnes Doctores inclinant
ad æquitatem, ſed potiùs ad rigorem; igitur cenſen-
dum eſt tenere illam, quam vltimo loco firmant,
vel referunt; quia cenſendi ſunt, quòd inclinent ad
rigorem; ita Paſqualigius: reiicitur, inquam, quia
in dubio, & cæteris paribus debemus potiùs cenſe-
re Doctorem amplecti, & approbare opinionem
æquiorem, quia præſumendum eſt, eum ſe confor-
mare æquitati, & iuribus illam ſuadentibus, à qui-
bus Doctor probus, & prudens non ſolet diſcedere.
638. † Hinc in dubio, & cæteris foret attendenda opi-
nio priori loco tradita, ſi ea conueniret cum iuris re-
gula; vtputa, quæ eſt pro poſſeſſore, pro Reo, pro
dote, & ſimilibus, pro quibus in dubio pronuncian-
dum; nam in caſibus ambiguis debemus ſequi opi-
niones concordantes iuris regulis, vt innumeras in
ſpecie colligit Neuizanus *lib.*6. *ſyl.* ferè per totum,
& in his terminis Carotius *d. tit.*6. *num.*86. Et prædi-
cta *à n.*616. huc vſque de Doctore vario, & ſibi con-
trario in diuerſis ſcriptis eiuſdem, vel diuerſi gene-
ris, quæ mihi videntur ſufficere ad dignoſcendum,
quænam opinio Doctoris varij in diuerſis locis ſit
attendenda ad conſtituendam communem, & cen-
ſenda propria eiuſdem varij Doctoris, & ideo abſti-
neo ab aliis regulis, quas ponit Carot. *d. tit.*6.*n.*87. *&*
89. ex quo eaſdem deſúpſit Paſqualigius *dec.* 12.*n.*8.

Doctor oppoſitas opiniones immediatè referens, & neutram expreſsè approbans, quam approbare cenſeatur.

639. SVpereſt explicandum, quamnam opinionem de-
beamus præſumere approbatam à Doctore ſcri-
bente, quando refert duas opiniones oppoſitas in
eodem loco, ponens vnam, deinde alteram imme-
diatè, & neutram expreſsè approbat. Et Doctores
communiter aiunt cenſeri approbatam opinionem
ſecundo, ſeu vltimo loco poſitam; ita Neuizanus *d.
lib.*5.*num.*32. Azoguidus *d. lib.*3.c.13. Euerardus *loco
Ab auctoritate num.*15. Carotius *d. lib.*1.*tit.*6.*inſpect.*6.
*num.*99. Farinacius *in Repert. iudic. d. q.*14.*num.*39. &
innumeri alij, quos Neuizanus, & Carotius conge-

Ioan. Ang. Boſſij Moral. var. Pars I.

runt, & ex Theologis Paſqualigius *deciſ.* 6. *num.* 1.
dum enim vltimo loco refert, videtur eam implici-
tè amplecti, ſeu iudicare eam magis ſibi placere.
† Limitant tamen, primò, niſi primo loco relata eſ- 640.
ſet melioribus, & efficacioribus rationibus fundata,
& probata. ita Gloſſa *in d. l. qui filium*, §. *Sabinus, ad
Trebell.* Azoguidus *d. cap.*13. Neuizanus *num.*33. &
Carotius *num.* 101. apud quos alij communiter. † 641.
Limitant ſecundò, quando prima opinio maiori
æquitati nititur, ſeu æquitatem ſaperet, altera rigo-
rem. ita poſt alios Neuizanus, Azoguidus, Farina-
cius *locis citatis*, Carotius *num.*100. & communiter
alij à Neuizano, & Carotio citati. & ad hoc faciunt
dicta ſuprà *num.*637. † Limitant tertiò, quando op- 642.
poneretur in diuerſis gloſſis, ſeu locis, quia tunc
fortè non ſtabitur vltimæ, ſicut ſuprà *num.*621. di-
ctum eſt de Doctore vario in diuerſis ſcriptis. ita
poſt Barbatium *conſil.*67. *vol.*2. Neuizanus *d. num.*33.
& Carotius *num.* 104. † Limitant quartò, quando 643.
Doctor refert vnam opinionem ſimpliciter, alteram
per dictionem aduerſatiuam, licèt, vel quamuis. quia
tunc intelligitur approbata prima opinio, ita poſt
Claudium Neuizanus *d. num.*33. Carotius *num.*102.
Farinacius *num.*43. & eſt textus *in l.*1. *in princip. in
verſic. dolum autem*, & *ibi* tradit Gloſſa *verb. quamuis,
ff. de eo per quem fact. erit.* † Limitant quintò, ſi Do- 644.
ctor referat vnam opinionem ſimpliciter, & poſtea
dicat, alij tamen dicunt, vel quidam aſſerunt contra-
rium, vel ſimilibus vtatur verbis; nam & hoc caſu
primam opinionem approbaſſe dicitur, vt poſt Cor-
neum *in l. antiquitas, C. de teſtam.* & alios Neuizanus
*eod. num.*33. Carotius *num.*103. & Farinacius *num.*44.
qui etiam *num. ſequenti* ex eodem Carotio *num.* 130.
& aliis Iuriſperitis notat Doctoris dictum intelli-
gi ſecundùm leges, & authoritates, quas allegat. Li-
mitari poteſt ſextò, in mero compilatore, ſeu col-
lectore opinionum, & concluſionum, qui non con-
ſueuit examinare opiniones, nec de illis ferre iu-
dicium, ſed id lectori relinquit; nam iſte non procedit
vt Doctor, & cenſetur neutram approbare. & ita in
terminis Paſqualigius *d. deciſ.* 6. *num.* 4. vbi etiam
*num.*5. addit, quòd quando Doctores ſunt ſoliti iu-
dicium ferre circa ſententias, & ita referunt, vt non
declarent, quam approbent, quamuis inclinent in
poſitam vltimo loco; valdè tamen dubij ſunt, & po-
tiùs volunt, vt alij iudicium ferant, nam ſi abſolutè
vnā ſequerentur, apertè declararent. dicit tamen hoc
procedere, quando ſuſpicari poteſt, quòd ob ali-
quem reſpectum iudicium ſuum non proferant; ſed
Doctores citati *num.*439. indiſtinctè loquuntur, ac
proinde licèt Doctor aliàs ſolitus ſit ſuum ferre iu-
dicium de ſententiis propoſitis, tamen ſi poſt eas
propoſitas, & relatas nullam addat particulam de-
notantem ſe relinquere iudicium aliis, cenſeri rectè
poteſt, vltimam potiùs approbaſſe. † Item Docto- 645
rem, qui alternatiuè loquitur, non vnam magis,
quàm alteram partem approbaſſe cenſeri, tradit
Azoguidus *d. cap.*13.*num.*2. allegans *l. alienationis, in
fine*, & *l. ſæpè ff. de verb. ſignif.* † Similiter quando Do- 646.
ctor quæſtionem aliquam ad partes diſputans pro
neutra opinione concludit, ſed ſolùm dicit, Tu co-
gita, aut quid ſimile, tunc neutram opinionem ap-
probaſſe ſentit Carotius *d. tit.*6. *inſpect.*5. *n.*96. ſi re-
ferat argumenta vtrinſque partis, & ſingula repro-
bet; nam ſic etiam dicitur tollere vtramque opinio-
nem, quia ſublato fundamento opinionis Doctoris,
tollitur eius opinio, & etiam oſtendit illud verbum
cogita, quo videtur denotari nondum ſtatuiſſe, cui
opinioni adhærere velit. Quòd ſi relatis vtriuſque
partis fundamentis nullam reprobet, tunc cenſeri

P 3 approbaſſe

approbaſſe opinionem,cuius fundamenta vltimo lo-
co tetulit,putant Carotius *num.*98. Farioacius *n.*40.
eo quòd Doctor refereos plures opiṫiones , & neu-
ttam expteſsè approbaos, vel teprobans, vltimo lo-
co telatam approbaſſe eeoſetur , iuxta dicta ſoprà
num. 639. ſed iu hoc caſu exiſtimatem oeutram ap-
probaſſe,vt videtur iodicate,verbom cogita, vel ap-
probaſſe illam , cuius meliora , & efficaciora ſunt
fuodamenta , quæ fortaſſe conſideranda propooit
lectori , vel auditori pet illud verbum , tu cogita , &
ita videtur teoete Farioacius *d.q.*14. *num.*40. Neque
hîc habet locom regula poſita *num.* 639. quia pro-
cedit in Doctore refereote oppoſitas ſentenrias , nil
647. aliod addeos. † Rutſus ſi Doctot proponens quæ-
ſtiooem ooo decidat,ſeu reſoluat neque affitmatioè,
neque negatiuè,neutram opinionem cenſeri appro-
baſſe,cùm neuttam expteſsè fitmarit , tanquam tem
claram , & eettain ttadit Carotius *d. tit.* 6. *num.*135.
Quòd ſi obiiciatut , quòd quando Iuriſconſultus
ſimplicitet mouet quæſtionem,& non decidit, tunc
ſi format , ſeu proponit quæſtionem affirmatiuè,
præſumitor decidere affitmatiuè; ſi autem proponit
quæſtionem negatiuè, tunc præſumitur decidere
negatiuè , vt notabiliter dixerunt Iaſon *in l. cùm
fundus, §. ſeruum tuum , num.* 6.*ff. ſi certum petatur.*
quem tefert , & ſequitur Euetardus *d. loco, Ab au-
ctoritate num.* 15. & alij telati à Carotio *num.* 134.
Reſpondet idem Catotius hoc noo obſtare , quia
Iuriſcooſultorum dicta (quæ in legibus habentut,
hodie pro legibus cuſtodiuntor , & in legibus oul-
lum verbum debet eſſe ſuperfluum, ſed aliquid ope-
rati,*l.* 1.cum ibi not. per Doctores,*ff. quod met.cauſa*,
cum ſimilibus; ſecus verò eſt in dictis Doctotom,
quia noo eſt abſordum,vt nihil operentur,vel quòd
non conſtituant opinionem, quia deſeruient ſaltem
648. ad memorandom. † Quòd ſi Doctot ſupet aliquo
caſu fitmauerit opinionem ſuam,licèt poſtea dicat ſe
conttatium vidiſſe iudicari, non ideo cenſebitur re-
ceſſiſſe à ſua opinione , vt poſt Petrum Calefat. te-
nuit Carotius *d.tit.*6.*num.*143. quia cùm opinionem
ſuam firmauerit , ſi ab ea expreſsè non recedat , in
dubio per verba illa , *quod vidit contrarium iudicari*,
non præſumitur in continenti ſe corrigere , *l. non
ad ea* , vbi Doctores , *ff. de condition. & demonſtrat.*
& cum aliis Alciatus *tract. de præſum. reg.* 2. *præſ.*28.
num. 1. *& ſeqq.* & qoia licèt pro iudice , & ſententia
præſumatur , Alciatus *reg.*3. *præſ.*9. non tamen cla-
rum eſt,opiniooem,contra quam iudicatum eſt, eſſe
falſam,quia poteſt etiam eſſe,quòd iudex ſecutus ſit
falſam ſententiam , & ita ob hanc præſumptionem
non poreſt dici Doctorem receſſiſſe ab opinione
iam fitmata,cùm id, ſi voluiſſet , exprimere potuiſ-
649. ſet. † Pariter quando Doctotes defendunt , & fir-
mant , aliquam opinionem in genete , & poſtea di-
cunt , *quæ ſententia ſaltem locum habet in tali caſu* , eos
non teceſſiſſe ab opinione in geoete firmata , poſt
Franciſcum Carotium *in reſponſo incip. Donationem,
de qua agitur , reuocandam* , tradit idem Carotius *d.
tit.*6. *num.*157. etenim cùm expteſsè tenuerit eam in
genere , non cenſetor incontinenti ſe per illa verba,
quæ ſententia ſaltem,&c. ſe cortigere velle, & ab opi-
nione generali receſſiſſe , ſed ſolùm quoad alios iu-
dicare opinionem illam in eo caſu patticulari eſſe
650. clariſſimam, & omninò ſetuandam. † Cùm verò
Doctores interdum tractantes aliquam materiam,
veniunt ad aliquem caſum , & dicunt , *de materia
iſtius caſus pertractant Doctores,in l.*&c.*vbi Iaſon pari-
ter affirmatiuam communem aſſerit* , tunc idem Carot.
*eod tit.*6.*num.*132.ait per ſolam illam atteſtationem,
ſeu telationem atteſtationis de communi opinione,
non cenſeri illam communem apptobate Docto-
rem , ſi loquatur de quæſtione extra argumentum,
quod priocipaliter pen tactat ; nam cùm de ea prio-
cipaliter non agat , dum ſe remittit ad alios de ea
tractantes,clarè appatet, quòd noo vult opinionem
illam approbare, ſed taotummodo oſtendere , quid
ſentiant alij, quemadmodum in allegatione aliarum
aothoritatum ; ſi verò loquatur de quæſtione ſpe-
ctante ad materiam proptiam ſui ttactatus, tunc di-
cit idem Carotius *num.*133.Doctotem cenſeri illam
communem approbare,& cooſtituere,tom quia, in-
quit, ſuot multa in vno tractatu adeò clata, vt nolla
indigeant diſcuſſione ; ac proinde Doctores breui-
tati ſtudentes , ad alios ſe temittunt , amplecteotes
eotum opinionem tanquam veram , & claram.
Tom quia cùm tem illam principaliter agant , &
totam habeaot præ manibos , dum ſententiam ali-
quam dicont communem , fatentur etiam vetam,
cùm commoois vera præſumatur , & tanquam ve-
ram , & de materia ab iis princip liter tractatam
velle omninò amplecti cenſentur ; & baoc etiam
ego exiſtimo veriſimilem coniectoram, quòd talem
opinionem approbent ; an verò faciaot numerum
pro magis commuoi , cùm non examinent opinio-
nem, affirmat Carotius *ibidem*, & ita eriam ego pu-
to , quando colligi poteſt , eam non examinare, oe-
que pertractate illam opinionem , quia illis nota
ſunt eius fundamenta , & exiſtimaot ita clara , &
coocludentia apud auctorem , vel auctores relatos,
vt non niſi inutilitet noua diſputatio inſtitueretur.
† Ao etiam quoties Doctor iuxta tradita *à num.*639. 651.
& ex relatis opinionibus cenſetur apptobate modò
voam, modò alteram, de qua tamen ooo diſputauit
ad partes , neque tem examinauit , cenſeatur etiam
facere numerum,& ad commuoem,ſeu magis com-
munem conſtituendam concurrere: Carotius *d.tit.*6.
*n.*108. iuxta tradita *eodem tit.in l. inſpectione*, & no-
tata ſuprà §.20. *n.*177. 178. *&* 179. dicit quòd ſi Do-
ctor noo ſit ſolitus diſpotare , facit opinionem , &
numerum,quia,inquit,perinde eſt,ac ſi expreſsè hoc
ſimpliciter traderet; ſi verò ſit ſolitus ſemper diſpu-
tare,tunc ait non facere nomerum,quia licèt ita ſen-
tire videatur,tamen verè oon ſentit argueodo à con-
ſoeto eius amore : ſi verò Doctor ſit talis,qui quan-
doque diſputet , quandoque non , tuoc dicit facere
opinionem,& oumerum, ſi de ea materia ptincipa-
liter agat ; ſi verò tantùm incidenter aliquid aſſerit,
non facere nometum in communi , vel magis com-
muoi ; ſed abſolutè dicendum eſt , cùm in prædictis
caſibus , in qoibus non ſolùm abſque diſputatione,
& examine,ſed nec etiam clarè ſuam ſententiam ex-
primit, non debere attendi ad faciendum numerum
in commoni , vel magis communi , iuxta Doctores
allegatos , & adducta *dicto* §.20. *n.* 183. † Quamuis 652.
quoqoe idem Carotius *num.* 117. *& ſeq.* pluribus
aliis allegatis velit Doctores alterius Doctoris con-
ſilio,ſeu teſponſo ſubſcribentes eo priùs viſo facere
opinionem, & numetum in communi, nam Docto-
res ſubſcribentes præſumontur priùs vidiſſe , & diu
conſideraſſe, & iura , ac rationes pro opinione coo-
ſilij perpendiſſe, quod & ipſi ſubſcribentes in initio
ſubſcriptionem teſtari ſolent illis verbis,*viſis,& ma-
turè , vel diligenter conſideratis*, vel ſimilibus nec
cenſeri debent dicere mendacium ; quare ſubſcri-
bens cenſeri debet , ac ſi ipſe cooſilium feciſſet , &
qoi curat ſoum conſilium ab aliis Doctoribus ſub-
ſcribi,id facit , vt ſubſcriptionibus conſilio auctori-
tas præſterot, & ſuadeant iudici ſe bonum ius foue-
re; vel cooſilium veram doctrinam continere. Præ-
terea ſi oon facerent opinionem,& numetum, ſub-
ſcriptiones

ſcriptiones eſſent inanes, cùm ad alium finem non
addantur conſilio, niſi vt authoritas Doctorum ſcri-
bentium habeatur. Denique Doctor ſubſcribens ſe
ſimpliciter conſilio alterius, in totum illud appro-
bare cenſetur *l. ſi ita ſtipulatus 6. §. Chryſogonus.* & *ibi*
Doctores communiter, *ff. de verborum obligat.* quòd
ſi Doctor ſubſcribens non legiſſet conſilium, tunc
ait idem Carotius, quòd non faceret opinionem,
quia non cenſeretur illud approbare, cùm ignoret
in eo contenta: addit tamen in hoc credi Doctori
ſubſcribenti, qui aſſerit in ſubſcriptione, *viſis, & con-
ſideratis*, &c. Quamuis, inquam, Carotius poſt plu-
res alios ita ſentiat, attamen mihi parum probatur;
tum quia Doctores ad aliorum preces ſubſcriben-
tes id faciunt aliquando abſque lectione conſilij, &
vtplurimum, & ſi legunt, non adhibita matura con-
ſideratione, aut exacta diligentia in perquirenda ve-
ritate, præterquam quòd non diſputant, & poteſt
facilè præſumi eos aliqua affectione, vel alio reſpe-
ctu, quàm puræ veritatis motos fuiſſe ad ſubſcriben-
dum; neque ideo ſunt omninò inutiles ſubſcriptio-
nes, quia aliqualem authoritatem ſemper conſilio
653. in eo particulari caſu præſtare poſſunt. † Sed quid
ſi Doctor, ſeu iuris interpres dum legit, defendat
contra communem aliquam nouam opinionem
diſputando, & in reſolutione quæſtionis concludat
his, vel ſimilibus verbis: Et per hæc ita diſputando
tenerem, vos autem conſulendo, & iudicando non
recedatis à contraria, quæ eſt communis. cenſebitur
ne per hæc verba receſſiſſe nouiter à ſe ſuſcitata, &
approbare contrariam communem? Reſpondet Ca-
rotius *d. tit. 6. inſpectione 4.* cenſeri approbaſſe com-
munem; quia aliàs malè feciſſet apponendo illa ver-
ba, *vos autem*, &c. quia ſi primam opinionem crede-
bat veram, debebat monere ſcholares, quòd omit-
terent communem, quæ non eſt attendenda etiam
iudicando, quando contraria eſt vera, ſeu verior, ac
proinde, vt dicamus, eum rectè omnia affirmaſſe, fa-
tendum eſt communem tanquam veram approbaſ-
ſe. Neque ex diſputatione, quæ ad veritatem repe-
riendam ſolet adhiberi, conuincitur primam opi-
nionem approbaſſe, nam, inquit idem Carotius, li-
cèt diſputando veritas reperiatur, Doctores tamen
in ſcholis non tantùm diſputant, vt veritatem rerum
aſſequantur, ſed vt iuuenum ingenia obtuſa red-
dant clara, & acuta; atque adeò dum diſputando
concludunt non ex veritate faciunt, ſed ex ſubtilita-
te, ac proinde ſubdunt, *vos autem*, &c. vt moneant
ſcholares, ne ſubtilitate illa allecti iudicando inci-
dant in ſyndicatum, & condemnentur in expenſis,
vt contigit cuidam ſcholari Aretini, de quo Neui-
zanus *d. lib. 5. ſylua num. 61. propè finem, & infrà num.
661.* Sed è contra videtur dicendum Doctorem te-
nuiſſe contra communem, & primam diſputatam
approbaſſe; nam, cùm ad vtramque partem diſpu-
tando eam firmauerit, & diſputatio habeatur ad in-
quirendam, & demonſtrandam veritatem, ſeu pro-
babilitatem, approbaſſe tanquam veram ſeu proba-
bilem cenſeri debet, neque per illa verba, *vos autem*,
&c. ſe ſtatim correxiſſe præſumendum eſt, contra *d.
l. non ad ea, ff. de condit. & demonſt.* & ita puto; admo-
nitionem autem illam præſumi poteſt adieciſſe, vel
modeſtiæ gratia (ſicut idem Carotius ait cenſeri ap-
poſitam, quando Doctor expreſsè oſtendit ſe tenere
contra communem, vtendo his verbis, *& ſententiam
veriſſimam puto*, vel ſimilibus,) ne nimis arrogans
videretur præponendo ſuam communi aliorum om-
nium Doctorum ſententiæ; vel quia vtramque opi-
nionem exiſtimet probabilem, & ſufficientibus mo-
tiuis fulciri. Neque enim Cathedraticus ad acuenda
ſcholarium ingenia debet falſa tanquam vera, aut
improbabilia tanquam probabilia docere, vt ſuprà
oſtenſum eſt; teneretur enim ſaltem declarare ſe di-
xiſſe ſolùm diſputationis ergò, non quia ita res ſe
habeat, aut ipſe ita verè opinetur. † Vtrùm verò, 654.
quando Doctor dicit, *& iſta opinio eſt de iure verior,
& æquior*, velit tacitè dicere, ergo contraria ſeruatur
in practica, affirmant poſt Lancellotum, *in l. hæres ab-
ſens ff. de iudiciis*, Neuizanus *lib. 5. ſyl. num. 66. verſus
finem*, Farinacius *d. q. 14. num. 50.* Cæſar Contar. *in
repet. l. diffamari num. 84. C. de ingenuis manumiſſis*, re-
latus à Carotio *d. tit. 6. inſpect. 14. num. 136.* Qui ta-
men *ſibi idem* de hoc dicto Lancelloti valdè dubitat, &
ſic indiſtinctè intellectum exiſtimat falſum, cùm
euidens (inquit) ſit in practica attendi opinionem
veriorem, & æquiorem, licèt contraria eſſet com-
munis, ac proinde abſurdum videtur, quòd Doctor
dicens opinionem aliquam veriorem, & æquiorem,
innuat contrariam in praxi ſeruari; ſed exiſtimarem
inſpiciendam occaſionem, ob quam ita loquitur
Doctor, & iuxta eam iudicandum, an dicens vnam
de iure veriorem, tacitè innuat contrariam ſeruari,
in practica. Sed dato verum eſſe Lancelloti dictum,
quærit Carotius, an talis Doctor faciat numerum
pro ea opinione, quam dicit veriorem, an pro ea,
quam tacitè innuit ſeruari in practica; & concludit
talem Doctorem approbare eam, quam veriorem
dicit, quia potiùs debemus adhærere expreſſo tan-
quam certo, quàm tacito, ſeu præſumpto incerto, *l.
continuus §. cùm ita ff. de verb. obligat.* talis autem Do-
ctor expreſsè dicit, hanc opinionem veriorem eſſe,
& ſolùm tacitè, & præſumptiuè contrariam ſeruari
in practica. † Idem Carotius *eod. tit. 6. inſpectione 15.* 655.
docet quòd quando Gloſſa, vel alij iuris interpretes
ita obſcurè, & perplexè (vt ſæpè contingit, licèt non
laudabile, vt latè per Neuizenum *d. lib. 5. ſyluæ n. 33.*)
loquuntur, vt non intelligantur quid ipſi ſentiant,
debeant tales Doctores, ſeu eorum pronunciata ob-
ſcura intelligi ſecundùm leges, quas allegant ex
communi Doctorum, quos idem Carotius *ibidem*
refert, docet, inquam, huiuſmodi Doctores cùm cen-
ſeantur approbaſſe eam partem, pro qua faciunt iu-
ra, & rationes, ita vt perinde ſit, ac ſi expreſsè firmaſ-
ſent, faciunt opinionem, & numerum pro eadem
parte, quod non probo; nam eo ipſo, quòd ob obſcu-
ritatem non poſſunt intelligi, neque etiam poſſunt
cenſeri exactè, & diligenter rem examinaſſe, nec po-
teſt ſciri verè quibus motiuis, ſeu rationibus ſua pro-
nunciata firmauerint, quibus deficientibus Doctor
non auget numerum in communi, iuxta dicta. † 656.
Præter prædictos idem Carotius *eodem tit. 6. inſpe-
ctione 7. 8. 19. & duabus ſequentibus*, proponit nonnul-
los alios caſus, quærens quid in illis præſumendum
ſit Doctorem opinari, vel an faciat numerum in
communi, qui apud eundem poſſunt videri, & facilè
ex doctrinis ſuprà traditis reſolui; nonnulla alia
etiam videri poſſunt apud Farinac. *d. q. 14.* vbi *n. 47.*
in ſpecie notat ex eodem Carotio *num. 109.* Docto-
ri incerto, prout ſunt illi, qui opuſcula ſine autoris
nomine in lucem edunt, non tantum credi, quàm
Doctori certo, quia iſta opuſcula vtplurimum ſunt
modicæ authoritatis, apud quem etiam *num. 48. &
ſeqq.* videri poteſt, an & quando Doctori teſtanti de
conſuetudine, communi opinione, ac vſu loquendi
credendum ſit, & in partem aduerſam transferatur
onus probandi contrarium. Proſequamur declara-
tionem quartæ regulæ ſuprà *num. 544.* in ordine, ad
cuius maiorem intelligentiam præcedentia paulo
latiùs ſunt tradita.

Google

657 Communis opinio non eſt attendenda, quando opinio contraria melioribus, & vrgentioribus rationibus eſt munita.

Etiamſi Imperator eandem communem teneret, ibid.

658 Limitatur ab aliquibus.

659 Sed limitatio reiicitur,& num.561.

660 Quando opinio contra communem dici debeat melioribus rationibus fulcita, relinquitur arbitrio boni, & prudentis iudicis.

661 Iudex, qui in iudicando diſceſſit à communi, debet defendere, & oſtendere fundamenta opinionis, quam contra communem eſt ſecutus, eſſe vrgentiora.

Quòd ſi timet, ſe non poſſe id præſtare, & ſententiam ſuam fore reuocandam, & condemnandam parti, poterit ſequi communem, quam non iudicat apertè falſam.ibid.

Quomodo debet intelligi dictum nonnullorum Iuriſperitorum, ſcilicet, quòd communis in iudicando, & conſulendo eſt attendenda, licèt contraria opinio videatur verior,ibid.& 662.

A communi non eſt facile recedendum, & propter rationem leuem,aut ſophiſticam,& potius ſubtilem, quàm fundamentalem,ibid.

Aduocatus vtens nimiùm ſubtilitatibus reprehenditur.ibid.

667 Communis habens contra ſe opinionem, ſeu auctoritatem Sancti non attenditur.

Fallit vt ibid.

Dictum vnius Sancti quando habeat vim legis, & præferatur deciſioni Papali,ibid.

668 Communis, cui aduerſatur ſententia Papæ non interpretantis, ſed legem condentis, non eſt attendenda.

669 Opinio fauens poteſtati clauium,præferenda communi contrariæ.

670 Communis opinio, quando adeſt iuſta cauſa ab ea in iudicando recedendi,non attenditur.

A lege recedi poteſt ex cauſa.ibid.

Iudex,quando ex cauſa iuſta recedit à lege, vel communi, debet cauſam ipſam in ſententia exprimere.ibid.

Cauſa iuſta recedendi quæ ſit, relinquitur arbitrio iudicis.

671 Quibus iudicibus fori contentioſi liceat ex iuſta cauſa recedere à lege,& communi.

In foro conſcientiæ ex iuſta cauſa licet à communi recedere.ibid.

672 Communis opinio an ſit attendenda, quando ipſa eſt rigida, & contraria æqua, & benigna, ſeu æquior, referuntur ſententiæ hinc inde, & concluditur in iudiciis ſeruandam æquiorem, & benigniorem, & tribus ſeqq.

Æquitas in iure præferenda rigori,d. num.672.

& propter æquitatem receditur à regulis iuris. ibid.

Summum ius,aliquando ſumma malitia.ibid.

675 Æquior, & benignior opinio communi contraria ſeruanda eſt, præſertim quando eſt fundata in ratione naturali,& duobus ſeqq.

Item in cauſis criminalibus d.num.675.

678 Cùm dicitur æquitatem in iudiciis eſſe præferendam rigori, intelligitur de æquitate ſcripta, ſeu iuris ſcripti.

In foro verè conſcientiæ, & pœnitentiali licet ſequi æquitatem relicto iuris rigore.ibid.

679 Communis opinio non ſeruatur in iudicando, quando contraria paucorum,vel vnius Doctoris fauet cauſæ apprimè fauorabili, nempè, matrimonio, doti, teſtamento, libertati, cauſæ piæ, & miſerabilium perſonarum, & ſimilibus cauſis in iure priuilegiatis, & quatuor ſeqq.

Contrarium tenent alij, num. 684.& ſeqq.& num. 689.

683 Propter cauſam fauorabilem receditur à regulis iuris,& 687.

685 Non debemus tantum cauſis fauorabilibus indulgere,vt aliis fiat iniuſtitia,& 690.

Priuilegia in præiudicium tertij non ſunt multiplicanda,& ampliãda, d.num.685.

Reo cur fauendum contra actorem, & cur non fauendum cum actrix eſt cauſa fauorabilis,ibid.

688 Vbi adeſt communis Doctorum, ibi dicitur eſſe ius clarum.

690 Opinio contra communem fauens cauſæ fauorabili non eſt attendenda, quando communis eſt clara, ſcilicet innititur textui aperto, vel rationi conuincenti,aut valde vrgenti.

691 Item non eſt attendenda, quando dubitatio non habuit originem in cauſa pia,ſeu fauorabili.

692 Item non attenditur in fauorem matrimonij clandeſtini.

693 Opinio Canoniſtarum, quando præferri debeat opinioni Legiſtarum,& è contra,ad 701.

701 Opinio Theologorum quando præferri debeat opinioni Canoniſtarum,& è contra,ad 707.

Interpretatio iuris naturalis, aut diuini, quoad ea, quæ ſpectant ad mores, v.g. vſuras, matrimonium, contractus, ſimoniam,decimas,& ſimilia,quatenus concernunt forum conſcientiæ ſeu peccatum,an propriè ſpectet ad Theologos,an verò ad iuris Pontificij Doctores. Ad Canoniſtas ſpectare,affirmat vna ſententia, d.num.702.

703 Ad Theologos altera ſententia.

706 Vt Theologus queat de omnibus ad forum conſcientiæ ſpectantibus rectè iudicare indiget ſcientia canonum, & legum, vel in caſibus occurrentibus debet Iuriſperitos conſulere.

707 Theologos in aſſumptione ad Epiſcopatum, & beneficium curam animarum habens, cæteris paribus, an ſit præferendus Canoniſtæ, an verò è contra, ad 715.

710 Quæ ſcientia in promouendo ad Epiſcopatum requiratur,& ſeqq.

Qua ratione promouendi ad Epiſcopatum tam in Italia, quàm in Gallia, & Hiſpania examinentur.ibid.

Canonum, & legum ſcientia ſimul neceſſaria eſt, vt quis poſſit eſſe perfectus Doctor iuris Pontificij, aut Cæſarei,ibid.

Hodie ad Epiſcopatus æqualiter tam Theologi, quàm Canoniſtæ, ſeu Iuriſperiti aſſumuntur,num.714.

Munera propria Epiſcopi. d. num.707. & ſeqq. ad 714.

715 Cùm non dantur communes opiniones, vel non poteſt diſcerni, quæ ſit communis, aut magis communis, iudex ſequi debet quam veriorem in conſcientia iudicat.

Limita vt ibid.

716 In æqualitate opinionum, v.g. quia non poteſt diſcerni quæ ſit communis, vel magis communis, vel quæ verior, opinio benignior, & æquitati fauens præferenda.

718 In eadem æqualitate præferenda fauens parti, ſeu cauſæ habenti pro ſe regulam,ſeu priuilegium iuris, vt eſt opinio fauens matrimonio, teſtamento, doti, libertati, cauſæ piæ, viduæ, pupillorum, & aliarum perſonarum miſerabilium,poſſeſſori, priuato contra fiſcum,ad 724.

Limita, vt num.722.

Ia

In dubio eſt tenendus intellectus per quem minus læduntur regula iuris communis, d.num.718.

Qui habet regulam pro ſe, dicitur habere rem certam. ibid.

Iudex in iudicando recedens à regula, debet exprimere cauſam, ibid.

728 *In eadem æqualitate opinionum præferenda eſt, quæ fauet ſubſtantiæ, ſeu valori actus, ſiue ſit teſtamentum, ſiue pars vltimæ voluntatis, ſiue contractus bonæ fidei, aut ſtricti iuris, ſiue actus iudicialis, ſiue reſcriptum, aut priuilegium, & duobus ſeqq.*

In dubio ſumenda interpretatio, & præſumptio, per quam actus ſuſtinetur, d.num.728.

Interpretatio quæ ſit pro validitate actus eſt regina aliarum interpretationum, ibid.

Omnis interpretatio admittitur ad ſuſtinendum actum, quamuis etiam verba impropriëntur, ibid.

Limita tamen vt ibid.

729 *In eadem æqualitate opinionum, in iudiciis tenenda, quæ fauet Reo.*

Poſsidendi, & ſuſtinendi partes rei magnum eſt commodum, ibid.

In dubio fauendum Reo contra Actorem. ibid.

730 *Quod limitatur à multis non procedere in foro animæ, & vbi agitur de peccato vitando, quo caſu aiunt debere fieri interpretationem contra reum.*

In foro animæ in dubio quem debere cenſeri irregularem, & excommunicatum, ſecus in foro iudiciali, aſſerunt Iuriſperiti multi, ibid.

In dubio pro quibus caſibus pronunciandum, vel præſumendum remiſsiuè, ibid. fine.

731 *In æqualitate opinionum ceſſantibus prædictis caſibus fauorabilibus, & priuilegiatis à iudice conſuli debere Principem aſſerunt plures.*

732 *Quod ſi fieri non poteſt, iudex debet hortari partes ad concordiam.*

Quod verum in aliquibus caſibus, regulariter autem non poteſt cogere ad tranſigendum, ibid.

734 *Si iudex videt vnam partem fouere iuſtitiam, non poteſt in conſcientia ſuadere compoſitionem, niſi pars ipſa ſponte relaxet aliquid de ſuo, vel agnoſcat eidem parti expedire ex aliqua cauſa, v.g. quia lis poſsit multum protelari per appellationem, vel quia pars fouens iuſtitiam ſit pauper, & altera pars ſit diues, & potens.*

735 *Quibus in caſibus iudex poſsit cogere litigantes ad compoſitionem remiſsiuè.*

Aduocatus agnoſcens iniuſtitiam partis, non poteſt in conſcientia illam inducere ad tranſigendum, ſed debet inducere ad cedendum, vel componendum ſine damno aduerſarij, ibid.

736 *Quando iudex in æqualitate opinionum non poteſt ſuadere compoſitionem, debet inter colitigantes diuidere rem, vel fructus, aut pretium rei.*

Declaratio, ſeu limitatio ſecunda quartæ regulæ ſuprà num. 544. *poſita.*

Communis opinio non eſt attendenda, vbi contraria melioribus, & efficacioribus rationibus munita apparet.

657. IGitur ſecundò declaratur quarta regula, vt non ſit in iudicando attendenda communis, vel magis communis opinio, quando contraria minus communis, minuſque à Doctoribus recepta longè melioribus, & efficacioribus rationibus nititur, vt communiter Doctores; ita Felinus, & cæteri Scribentes *in cap.1. de conſtitut.* Abbas *conſil.85. num.1. lib.1.* Euerardus *loco Ab auctoritate num.13.* Neuizanus *d.lib.5. ſyl. num.67.* Antonius Maria Carotius *lib.2. de com. opin. tit.59. caſu 17. num.86. & 87.* Menochius *lib.2. præſumpt.71. num.24.* Mathesilanus *in d.tract. de elect. opin. n.2.* Nauarrus *in man. d.cap.27. num.286.* Maſcardus *d. concl.1145. num.5.* Cæuallos *in d. præfat. com. contra com. num.21. & 40.* Farinac. *in repert. iudic. q.13. num.55.* Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque forum, verb. opinio. n.2.* alij Doctores relati ſuprà *num.94. 95. & 542.* cæteri omnes, quos latè congerunt *locis citatis* Neuizanus, Carotius, Menochius, & Maſcardus, & ſingulariter Angelus *conſil.150.* à Neuizano *d.num.67.* paulo poſt principium allegatus, vbi dicit, quòd debemus illi ſententiæ adhærere, quæ eſt melioribus rationibus fulcita, licèt Imperator ſit in opinione contraria. Probatur hæc declaratio primò, tum per *cap. Capellanus, de feriis,* ibi, *ſubtiliori ratione.* tum per *l.1. verſic. ſed neque, C. de veter. iur. enucl.* ibi, *neque ex multitudine Auctorum, quod melius, & æquius eſt, iudicatote, cùm poſſit vnus forſan, & deterioris ſententia, & multos, & maiores aliqua ex parte ſuperare.* per quæ vult in conſequentiam opinionem etiam vnius melioribus rationibus roboratam præferri ipſi communi, tum per alia iura à Carotio adducta. Præterea in caſu huius declarationis ceſſat præſumptio, quòd communis ſit verior, propter quam præſumptionem ſolam communis eſt ſeruanda. Denique ſæpe vnus minus doctus (vt *d. l.1.* dicitur) propter ſuam humilitatem, & orationem in Deum attingit melius veritatem, quàm alij plures multum fidentes ſuis ingeniis, atque litteris; quod cùm ex rationibus ab eo adductis conſtat, & ſententiam potiùs amplecti in praxi oportere certum eſt in foro ſaltem conſcientiæ, cùm iuxta talem ſententiam operando magis veritatem ſectetur. Confirmatur, ſi cùm iudex putat vnam opinionem longè veriorem, quàm eam, quam communis ſequitur, non poſſet licitè eam ſequi, oporteret eum ſæpè ſcrupulis angi, & in perplexitate conſtitui; quia ex vna parte oporteret eum ſequi communem, ex altera parte nimis durum ei videretur recedere ab eo, quod magis verum, & iuribus, ac rationi naturali conforme apparet. † Prædi- 658.
ctam autem declarationem Carotius *lib.1. tit.6. num.138. & d. caſu 17. num.90.* (quem approbat Farinacius *d. q.13. num.57.*) ſubdeclarat, ſeu limitat quando rationes vrgentes, ſeu efficaciores contra communem, fuiſſent conſideratæ à Doctoribus tenentibus communem, & fuiſſet eis, licèt malè, reſponſum, nam tunc, inquit, ſeruanda eſſet communis; & rationem eam aſſignat, quòd cùm ea ſit factorum diuerſitas, vt nunquam poſſit affirmari hanc, vel illam rationem, plenè, & clarè decidere quæſtionem, ſi ratio etiam vrgentiſſima à pluribus fuit reiecta, oritur præſumptio, vt illa ratio vel non probet opinionem, pro qua inducitur, vel quòd iuſta cauſa reprobetur. Neuizanus etiam, niſi cum ſimili limitatione, admittit præfatam declarationem *d. num. 67. fine*, vbi ita habet; & licèt ex imbecillitate ingeniorum noſtrorum neſciamus reſoluere de aliquo fundamento contra communem; tamen venient aliqui poſteri, quibus hoc reuelabitur, vnde ne arguamur à poſterioribus, bonum eſt ſemper inhærere communi opinioni in dubio. Præterea communis opinio vtplurimum ſolet obſeruari in practica: vnde ex eo, quòd fuerit obſeruata, licèt ſuperuenerint aliqua fundamenta concludentia contra communem, illam debemus nihilominus obſeruare. Quare ſubdit niſi adducerentur noua fundamenta contra communem opinionem, non recederem ab ea, adhuc ſi deberem recedere, vellem

lem quòd reſponderetur omnibus fundamentis com-
munis opinionis; aliàs etiamſi adduceretur vnum
fundamentum concludens contra communem,
& eſſet aliud concludens fundamentum pro com-
muni, dato quòd neutri reſponderi poſſet, ad-
hæretem communi: quando autem eſſent plu-
ra fundamenta inſolubilia tam pro vna parte,
quàm pro altera, Speculator *in tit. de diſputat. & allegationibus*, §. *nunc videndum.* dicit debere ſta-
ri pluribus fundamentis. pro quo Cæpolla *in tra-
ctat. de Imper. mil, delig.* vbi dicit quòd procedit,
659. quando ſunt æquè bonæ, ita Neuizanus. † Verùm
huiuſmodi limitatio non eſt admittenda, nec ab
aliis ponitur; ad hoc enim vt à communi recedi
poſſit, ſufficit, vel quòd aliqua noua ratio, non
leuis, & ſophiſtica, ſed vrgens, & efficax à tenen-
tibus communem non excogitata ſtet, ſeu addu-
cta ſit pro contraria opinione, vel quod rationi,
ſeu rationibus contra eandem communem con-
ſideratis ab iiſdem communem tenentibus fue-
rit inſufficienter, & malè ſatisfactum, idque à te-
nentibus contra communem non ſophiſticè, ſed
fundamentaliter oſtendatur; altero enim ex his
duobus poſito, verum eſt, opinionem contra com-
munem ſubtilioribus, & efficacioribus rationibus
niti, & ita habere locum *d. cap. Capellanus, & d. l. 1.*
& etiam præſumi veram, ſeu veriorem, quàm
communem, ac proinde ceſſare rationem, ob
quam communis eſt attendenda; &, vt ſuprà *num.*
541. dictum eſt, inepta reſponſio iudicatur non
reſponſio, & malè reſpondens cenſetur ac ſi non
vidiſſet, & conſideraſſet. Neque etiam opus erit
vt ratio contra communem ſit ita fortis, vrgens,
& concludens, vt ſit omninò clara, inconuinci-
bilis, & cui nullo modo reſponderi poſſit, vt vi-
dentur velle Neuizanus, Carotius, & Farina-
cius, & nonnulli alij; nam hoc pacto commu-
nis conuinceretur de falſitate, & non eſſet am-
plius opinio, ſed error, & eſſemus in caſu regulæ
tertiæ ſuprà *num.* 542. poſitæ, ſed ſufficit quòd ſit
ratio bona, & fundamentalis, quæ omnibus dili-
genter conſideratis appareat, & prudenter iudi-
cetur notabiliter clarior, vrgentior, & efficacior,
ſeu efficacius concludat, quàm ratio, quæ ſtat pro
communi; tunc enim communis non poteſt, ne-
que debet præſumi verior, ſed contraria, pro qua
ſtat talis ratio, de qua etiam verum eſt dicere,
quòd meliori, & ſubtiliori rationi innitatur,
quàm communis, & quòd eandem communem
ſuperet ob melius fundamentum, & ita procede-
re *d. cap. Capellanus, de feriis, & d. l. 1. C. de vet. iur.
enucle.* & ita prorſus ſentiunt Angelus, Menochius,
Maſcardus, Ioannes Valerus *locis allegatis*, Docto-
res ſuprà *num.* 94. & 95. relati, & Baldus *in cap.
cum tanto, de conſuetudine, & in cap. accedens, in fin.
vt lit. non conteſtata.* vbi ait, quòd ſufficit vnum
bonum motiuum, licèt non ſit inconuincibile vt
locum habeat declaratio, ſeu limitatio hæc ſe-
cunda præfatæ regulæ quartæ, & eundem Baldum
refert idem Neuizanus *dict. num.* 67. *paulo poſt
initium.*

660. Quandonam autem opinio paucorum, vel vnius
contra communem cenſenda ſit, & debeat dici me-
lioribus & validioribus rationibus fundata, Caro-
tius, Farinac. Maſcard. poſt alios communiter aiunt
relinqui arbitrio boni, & prudentis iudicis, qui ſi
fuerit perſpicacis ingenij in caſu occurrenti id facilè
perpendet, vt poſt Ioannem Andream *in d. c. 1. de con-
661. ſtitut.* notat Maſcardus *d. n. 3.* † Aduertit etiam Ca-
rotius *n.* 94. quòd iudex in hoc caſu in iudicando
diſcedens à communi propter viuam rationem, ſeu
efficaciora fundamenta, tenetur id defendere, &
probare, aliàs damnaretur in ſyndicatu: quod idem
tradit Marianus iunior *in l. qui Romæ, §. duo fratres
num.* 78 *ff. de verborum obligat.* & approbat etiam Va-
lerus *vbi ſuprà*, ac proinde ſi iudex inferior videret,
aut probabiliter timeret ſententiam ſuam latam
contra communem à ſe exiſtimatam minus proba-
bilem, ſed non apertè falſam fore reuocandam, & ſe
in ſyndicatu condemnandum, tunc iuxta dicta
ſuprà *num.* 477. poſſet licitè ſequi opinionem com-
munem.

Ex quibus inferri poteſt reſolutio illius diffi- 662.
cultatis, an attendenda ſit communis opinio bo-
nis rationibus, non talibus tamen vt eam penitus
veram oſtendant, fulcita: etiamſi opinio ei con-
traria videatur verior, & eſſe attendendam, nihilo-
minus communem reſoluunt poſt alios Azoguidus
lib. 3. de com. opin. c. 9. num. 5. Carotius *d. lib. 2. tit. 9.
caſu* 14. & Neuizanus *d. lib. 5. num.* 61. quem ſequi-
tur Menochius *d. præſumptione* 71. *num.* 18. & ratio-
nem eſſe ait Carotius, quia cùm non conſtet de cer-
titudine, ſeu de certa veritate contrariæ opinionis,
non poſſumus dicere eſſe in claris, & hoc idem ait
Farinacius *d. num.* 58. ſed adhuc in ambiguis, & in
dubio, quo caſu opinio, quæ vera præſumitur, at-
tendenda eſt, communis autem præſumitur vera,
ita Carotius. Sed ex dictis concludendum eſt, ſi
opinio communi contraria videatur verior, quia
eius fundamenta prudenter iudicentur notabiliter
ſolidiora, firmiora, clariora, & efficaciora, quàm
fundamenta communis; tunc iuxta præfatam ſe-
cundam declarationem, opinionem contra com-
munem potiùs eſſe attendendam, licèt eadem fun-
damenta opinionis communi contrariæ non ſint
omninò euidenter concludentia, & non conuin-
cant omnino communem, de falſitate, ſeu clarè
oſtendant eam eſſe falſam, vt dicta *num.* 656. & 659.
oſtendunt, & ita in his terminis Ripa *in reſponſ.* 1.
num. 10. *tit. de ſubſtit. & pact.* ſi enim opinio com-
muni contraria videtur verior, ob rationes longè,
ſeu notabiliter meliores, euidentiores, & effica-
ciores ſumus in claris, quoad hoc, nempè, vt li-
cèt communis non conuincatur vt falſa, eſſet ta-
men maior præſumptio veritatis pro eadem com-
muni. Si autem opinio eidem communi contraria
appareat, ſeu videretur, & iudicaretur verior ex ali-
qua tantùm ratione leui, aut ſophiſtica, ſeu potius
ſubtili, quàm vera, vel aliqua tantùm ſubtili pon-
deratione alicuius textus, tunc non eſſet ob id in
iudicando recedendum à communi; & hoc pacto
puto eſſe intelligendos Neuizanum *d. num.* 61. &
alios Doctores ab eodem Neuizano *ibidem*, & Ca-
rotio *d. caſu* 14. *num.* 81. relatos. & faciunt dicta ſu-
prà *num.* 88. & id confirmat Neuizanus *d. num.* 67.
verſic. non tamen propterea, per text. *in l. penult. ff. ad
exhibendum*, & idem docent (vt idem Neuizanus
ibidem refert,) Felinus *in cap. cùm Bertholdus. de re iu-
dic. & in cap. cùm ex officij, de præſcription.* vbi dicit
quòd non debet iudex recedere à communi propter
argumenta ſcholaſtica, ſcilicet, propter meras ſub-
tilitates, quia tali modo nihil eſſet tam clarum in
iure, quin capere poſſit aliquam ſubtilem dubitatio-
nem, *in Auth. de tabellion. in princ. & in proœm. Clem.
& in cap. omnem d.* 36. & res etiam certa per ſolicitam
quæſtionem in dubio reuocatur, vt *ibidem* notat
Neuizanus *ex l. 2. in princ. ff. de dolo, & l. ita diuus, de
arbit.* & Gloſſa *in l. eleganter, §. non ſolùm, ff. de dolo*, &
Cicero *in princ. Paradox.* dicit, quòd nihil eſt tam
incredibile, quin dicendo fiat probabile: quod Tul-

lij dictum refert etiam idem Neuizanus, qui aliis allegatis addit,quòd Aduocatus ſubtilis facit malam cauſam apparere bonam;& nihil eſt,quod vir malitiæ deditus non inueniat,& *d.n.61.*refert exemplum ſcholaris Aretini (de quo ſuprà *num.* 653.) qui in prima cauſa ſibi commiſſa propter ſubtilitatem quandam eiuſdem Aretini ſui Præceptoris voluit iudicare contra communem, qua de cauſa eius ſententia fuit reuocata per ſenatum, & ille patri condemnatus in expenſis, qui propteres videns tantum dedecus ſibi factum in ſuis principiis, præ dolore mortuus eſt, eodem Neuizano relatore; à communi enim non eſt facilè recedendum, & non niſi ob vrgentiora, & efficacia motiua, vt etiam notatum eſt ſuprà *d.num.*88.& 89.

Declaratio tertia quartæ regulæ.

Opinioni communi à remotis, & generalibus procedenti præferri debet contraria procedens in ſpecie,& in diuiduo.

663. TErtiò declaratur,ſeu limitatur eadem quarta regula, quando opinio communis procederet in genere,& à remotis,contraria autem vnius,vel paucorum Doctorum iuribus, aut rationibus ſufficienter fundata in ſpecie, & in indiuiduo, de quo agitur, nam tunc communis opinio à remotis, & in genere attendi non debet, vt poſt alios tradunt Neuizanus *d.lib.5.n.92.* Azoguidus *lib.3.c.9.n.1.* Carotius *lib.2. caſu 3.n.5.& 132.*Hoyeda *in tract.de benef. incompatibilibus 2.p.c.12.n.16.*Menoch.*d.præf.71.n.59.*Cæual. *d.præfat.com. contra com.n.59* & Farinac. *d.q.13.n.48.* Pluribus confirmat hanc limitationem Neuizanus, nempè, quòd quando habemus textum ſpecificè loquentem in materia, non debemus ab eo diſcedere propter textum loquentem in materia remota, & quod potiùs debemus ſtare iuribus ſpecificè in materia loquentibus,quàm iuribus generalibus,per Decium *in cap.intelleximus,de iudic.* & quòd probatio in ſpecie præualet probationi in genere,ex Alexandro *conſ.87.l.1.*& quòd vbi eſt clauſula ſpecialis,nõ indigemus generali,ex Gloſſa *in l.quis ſit fugitiuus §.quod autem,verb.cauet ff.de ædilit. edict.* & quòd virtus non eſt in dicendo multa,ſed multum ex particularibus, quando circa vniuerſalia ſermones ſiut faciliores, circa particularia,aut veriores,ex Philoſopho 2.*Eth.* Aretino *conſ.99.& conſ.105.*& Adriano *quodl.1.*& patet ad ſenſum:nã ſi interrogentur duo,Vbi eſt Prætor?vnus reſpondeat,eſt in ciuitate,alter quòd eſt in platea: hoc reſponſum eſt clarius,quàm aliud ; ſunt enim,inquit idẽ Neuizan.iſta generalia Brocardica, ideſt,regulæ,quæ patiuntur plura argumenta pro, & contra,& habent aliquas ſolutiones. Addit ex Igneo *in Auth. ex cauſa*, quòd vbi eſt clara deciſio, ceſſant omnia argumenta; & quòd deciſiones, quæ ſunt in terminis,ſunt ſecuriores,ex Bruno *in tract.ſtatutorum 6.art.91.fin.*& quòd conſulere ſecundùm regulas generales, & Doctoris poſitiui, quos vulgus Procuratores appellat, ſed conſulere ſecundùm deciſionem in terminis eſt doctiſſimi Doctoris, & plura alia ad

664. id congerit Neuizanus.† Hinc ſi opinio magis communis procedat generaliter, veluti regula,& alij pauciores Doctores illam limitauerint,v.g.Doctores inſignis auctoritatis viginti teneant extra iudicialem confeſſionem parte præſente plenè probare; & Doctores decem teneant id non procedere quando confeſſio facta eſt calore iracundiæ,opinio limitans erit attendenda, ſi quæſtio ſit de caſu limitationis, colligitur ex modò dictis,& tradunt in terminis Carotius *d.tit.8.caſu 4.n.11.& ſeqq.*Graſſus *conſ.105.n.7. lib.1.*Hoyeda *vbi ſuprà n.17.*& Cæuallos *n.58.*vbi dicunt opinionem communem,ſeu magis communem pluribus, & inſignibus Doctoribus fulcitam poſſe per Doctores pauciores, & minoris authoritatis limitari,& limitatio (ſaltem ſi ſint tot Doctores limitantes, quot ſufficiunt ad conſtituendam communem)eſt in eo caſu attendenda; confirmat Carotius, quia opinio limitans non diſcordat,nec contrariatur magis communi generali, quia limitatio non modò non negat regulam,ſed potiùs eam probat,& omninò præſupponit, *c. Dominus*, & *ibi* Gloſſa 35.*q.7. l. quæſitum.§ denique*,vbi Gloſſa,Bartolus & cæteri ſcribentes,*ff.de fundo inſtructo.*† Hinc quoque ſi contra 665.
communem opinionem ſit aliqua regula iuris in genere,& à remotis,attendenda erit communis, vt tetè ex dictis infertur. nam licèt regula ex iure ſit emanata,*l.1.ff.de reg.iur.*& idem ſit quod ius,per tradita à Gomeſio *ad reg.cancell.in proœm.in 2.quæſt.in 3. fundam. partis affirmat. verſic.3. pro iſta parte*,tamen regula eſt ius fragile,cùm facilè limitetur,& reſtringatur, vt latè tradit Neuizanus *d.n.72.* ac proinde, quoties habemus legem,vel authoritates Doctorum in ſpecie, & in indiuiduo , à regula generali, & à remotis recedendum eſt, vt tradunt Aretinus *conſil. 6.* Neuizanus *d.n.72.*& Carotius *d.tit.9.caſu 24.n.131. & 132.* † Quòd ſi communi ſit contraria regula in 666.
ſpecie,tunc idem Carotius *n.134.*ait ſequendam eſſe regulam, ſi ipſa à tenentibus communem non fuit viſa,& conſiderata,tum quia regula tanquam ius eſt ſeruanda, iuxta Doctores *in d.l. 1.ff. de reg.iuris.* tum quia præſumitur , quòd ſi Doctores tenentes communem vidiſſent regulam,aliter ſenſiſſent,arg.*l.ſi in tres. ff. de arbitr.* ſi verò eadem regula in ſpecie contraria communi fuit viſa, & conſiderata à tenentibus communem,eo in caſu idem Carotius *num.133.* iuncto *n. 136.* vult communem eſſe attendendam, licèt eidem regulæ à tenentibus communem malè fuerit reſponſum, quod probat ratione ſuprà *n.541.* adducta,quæ *ibidem* reprobata eſt,ac proinde ſi malè, & inſufficienter regulæ in ſpecie fuerit reſponſum, exiſtimo contra communem eſſe attendendam regulam , ſicut *eod. n. 541.* dictum eſt de textu legis claro, cùm regula in ſpecie æquiparetur iuri, ſeu ſit tanquam ius,vt dictum eſt.

Declaratio,ſeu limitatio quarta eiuſdem regulæ quartæ.

Communis opinio non eſt attendenda , cui aduerſatur opinio vnius Sancti,auctoritate diuina Scripturæ munita.

QVartò declaratur eadem quarta regula,vt non 667.
habeat locum, nec ſit attendenda communis opinio , quando contra eandem communem eſſet opinio vnius Sancti munita auctoritate noui , vel veteris Teſtamenti , talis enim opinio præfertur communi , vt poſt alios tradunt Neuizanus *d. lib.5. n.66.*Azoguidus *d.lib.3.cap.8, num.7.* Carotius *d. tit. 9.caſu vndecimo.* Nauarrus *d cap.17. man.n.286.* Menoch. *d. præf.71.n.23.*Farinacius *in repert.iudic.q.13. n.61.*& Euerardus *loco Ab auctoritate n.6. verſic. hinc etiam.* vbi ait,quòd dictum alicuius Sancti munitum auctoritate noui, vel veteris Teſtamenti in deciſionibus cauſarum præfertur deciſioni Papali , quod idem latiùs tradit Caſſaneus *in catalogo p.8.conſideratione 28.*& ratio eſt, quia dicta Sanctorum tanquam verè,& certè ſunt attendenda, *cap ſunt nonnulli, circa medium 16.q.1.fin.de cleric.non bapt.*& tradunt Abbas *in*

in cap. cùm ſint 1. not. num. 11. de decim. & alij ab Euerardo, Neuizano & Carorio relati; ſecus verò ſi opinio, ſeu dictum Sancti eſſet ſine auctoritate veteris, aut noui Teſtamenti, vt cum aliis tradunt Euerardus, Caſſaneus, & alij Doctores, citati aientes tunc ſtari dictis Sanctorum, quando ſunt roborata auctoritate diuinarum Scripturarum, quia alioqui Sanctis non eſt data poteſtas legis condendæ: intelligit etiam Carotius declarationem procedere in materia ſpirituali, vel concernente peccatum, vt eſt materia iuramenti, vſurarum, & ſimilis; ſecus verò in materia merè legali, tunc enim, inquit Carotius, attendenda eſſet communis, quia Doctores ſunt periti de materia legali, Sancti verò non; ob quam rationem in iis, quæ ſpectant ad leges, magis creditur Legiſtis, quàm Canoniſtis, vt infrà oſtenditur, & tradit Farinacius.

Declaratio quinta eiuſdem regulæ quartæ.

Communis non eſt attendenda, ſi contra eam ſit ſententia Papæ non magiſtraliter loquentis, ſed legem condentis

668. QVartò declaratur eadem quarta regula, vt non ſit attendenda communis opinio ſi contra eam eſſet ſententia Papæ non magiſtraliter loquentis, ſed legem condentis, tunc enim ſententiæ Papæ ſtari debet; ita Doctores ſuprà *n. 564.* relati. & Azoguidus *d. lib. 3. com. opin. c. 8. n. 6.* tunc enim ſententia Papæ eſt lex, à qua cùm eſt clara, non licet recedere propter
669. communem opinionem, iuxta dicta ſup. *num. 534.* † Hinc ſi opinio contraria opinioni communi faueret poteſtati clauium, hæc vt potior, & verior opinione communi non fauenti, eſſet attendenda, ita poſt Hoſtienſem, & Ioannem Andream, Felinus *in c. 1. n. 34. de conſt.* Azoguidus *d. c. 8. n. 5.* Carotius *d. tit. 9. caſu* 16. Maſcardus *d. concl.* 1143. *num.* 23. & alij apud eoſdem Maſcardum, & Carotium, qui addit hoc eſſe meridiana luce clarius, cùm abſolutè Papa omnia poſſit, ac proinde ceſſat præſumptio veritatis, quæ eſt communis, *l. continuus, §. cùm ita ff. de verborum obligat.*

Declaratio ſexta, eiuſdem regulæ quartæ.

Communis opinio in iudicando relinqui poteſt, ex iuſta cauſa ab ea recedendi.

670. SExtò declaratur eadem quarta regula, vt non ſit attendenda communis opinio, ſi adeſſet iuſta cauſa recedendi ab ea, ob talem enim cauſam iuſtam poteſt iudex à communi in iudicando recedere; vt poſt alios Neuizanus *d. lib. 5. n. 70.* Azoguidus *d. c. 8. n. 10.* Carotius *d. tit. 9. caſu* 29. Menochius *d. præſ. 71. n. 37.* Couarruuias *in reg. peccatum. 1. p. circa medium,* & Farinacius *in repert. iudic. q. 13. num. 23.* ex cauſa enim non ſolùm à communi, ſed etiam à lege recedi poteſt, *l. ſi hominem ff. mandati,* Doctores ſuprà allegati, & alij mox allegandi: ex Decio autem *in cap. conſuluit 1. de appellat.* & Menochio illum referente, iudex ex cauſa iudicans contra communem exprimere debet cauſam in ipſa ſententia, ſicut quando iudex recedit à legis diſpoſitione aliqua ex cauſa, debet cauſam ipſam exprimere, ſicut poſt alios tradunt Tiraquellus *in tract. de pœnis legum, in præfat. n. 54.* Neuizanus *vbi ſuprà,* Menoch. *loco citato. & de arbitr. lib. 1. quæſt. 96. num. 17.* & Farinac. 1. *p. praxis crim. q. 17. n. 62. & 63.* vbi *n. 65.* ait, quòd exprimenda eſt ad excuſationem iudicis, ne teneatur in ſyndicatu, non ad valorem ſententiæ. & *n. 65.* addit ſat eſſe ſi cauſa exprimatur in genere, puta dicere, *iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus,* quod idem tradit Menochius *d. n. 17.* Quæ autem ſit iuſta cauſa recedendi à communi, vel à lege, relinqui iudicandum arbitrio ipſius iudicis tradit Carotius *d. caſu* 29.
† Declarationem ve- 671.
rò hanc cum nonnullis aliis ſubdeclarant Neuizan. Caror. & Farinac. habere locum in magiſtratibus, & iudicibus maioribus; ſecus verò in minoribus, v. g. Poteſtatibus terrarum, & ſimilibus, quia maioribus iudicibus licet quidem ex cauſa à lege recedere, non verò minoribus inconſulto Principe, vt poſt Ant. Columb. *in ſuis ſing. pœnal. ſing. 12. n. 2.* tradunt iidem Neuizan. & Carotius, Menoch. *d. q. 96. n. 18. & ſeqq.* & Farinac. *d. q. 17. n. 67.* quam ſubdeclarationem, quoad forum exterius admitto; at in foro conſcientiæ, & quoad euitandam culpam, & pœnam coram Deo, puto poſſe etiam iudicem inferiorem ex iuſta cauſa adductum recedere à communi dato, quòd non poſſit à lege, cùm non tanta ſit obligatio ſequendi opinionem communem in iudicãdo, ſicut ſequendo legem claram, vt ex ſupradictis conſtat; ſed qui iudex, & quando poſſit minuere, vel augere pœnam à lege, vel ſtatuto, aut conſuetudine præſcriptam, & inductam, vide apud Menoch. & Farin. *locis citatis,* & Sanchez *conſ. lib. 6. c. 1. dub. 21.* vbi *n. 10.* aliis relatis tenet non ſolùm ſupremum iudicem, vt ſunt Rex, Principes, ſed etiam inferiorem poſſe ex iuſta cauſa pœnam per legem taxatam temperare, de quo infrà *num. 856. & 857.*

Declaratio ſeptima eiuſdem regulæ quartæ.

Communis opinio non eſt attendenda in iudiciis quando contraria eſt æquior, & benignior.

SEptimò, eandem quartam regulam non habere 672.
locum, quando communis opinio eſſet dura, & rigoroſa, & altera contraria eſſet æqua, & benigna, ſeu æquior, & benignior, ac humanior, declarant, & tradunt Neuizan. *d. lib. 5. n. 68.* Mandoſ. *ad reg. Cancell. reg. 29 q. 10.* Fabius Turret *conſil. 5. n. 22.* Menoch. *d. præſ. 71. n. 2.* Cæuallos *d. præfat. n. 42.* & cæteri Doctores magis communiter, quos referunt Neuizanus, & Menoch. *locis cit.* Carotius *d. lib. 2. tit. 9. caſu* 19. *n.* 100. *d. q. 13. n. 63.* & Fragoſ. *de Regim. Chriſt. Reip. p. 2. lib. 4. diſp. 10. n. 185.* qui omnes aſſerunt non communem rigidam, ſed alteram æquiorem, & benigniorem eſſe tenendam in iudicando. quod probatur primò, quia æquitas præferenda eſt rigori, maximè in iudiciis, *l. in omnibus 39. ff. de reg. iur. & l. placuit, Cod. de iudiciis,* & vtrobique Doctores; & propter æquitatem receditur à iure communi, *l. ſed vota, ff. ad Trebell. l. ſi ſibi ff. ſi certum petatur, l. 2. §. item Varus, ff. de aqua pluu. arcenda. l. ſi tibi ff. de donat.* cum ſimilibus adductis per Nicolaum Vigelium *in methodo iuris lib. 1. c. 1. tit. 11. num. 2.* Secundò, quia ea opinio ſeruanda eſt, quæ propiùs accedit iuris diſpoſitioni; at opinio æqua, ſeu æquior & benignior eſt magis iuridica, cùm ius nihil aliud ſit, quàm ars boni, & æqui, vnde Doctores dicuntur ſpeculatores boni, & æqui, vt poſt Baldum tradit Neuizanus *conſil. 67.* Tertiò, quia vbi non habentur iura clara, & ſic quæſtio reducitur ad opiniones Doctorum, negari non poteſt, quin ſimus in ambiguis, & in dubio, & quæſtio dubia de bono, &

æquo

æquo terminanda eſt, & ſi æquitas omittatur, non
parum erratur à volentibus vti iuris authoritate, *l. ſi
ſeruum. §. ſequitur, ff. de verborum obligat.* & latiùs pro-
ſequitur Neuizan. *d. n.* 68. vbi quòd æquitas eſt iuſti-
tiæ maximè propria; & quòd Cicero, & alij ſummè
laudarunt quoſdam Iuriſconſultos, qui nunquam
ius ab æquitate ſeparauerunt; & quòd iuſtus quan-
doque in ſua iuſtitia periit, ex Gloſſa *in cap. niſi cùm
pridem, verb. elicis, de renunt.* & quod ſummum ius ſæ-
pè ſumma malitia eſt, vt dixit Syrus apud Terentium
673. *in Heautontimorumenos.* † Prædictas tamen rationes
non vrgere ait Carocius *d. caſu* 19. & ad primam re-
ſpondet, quando dicitur æquitatem præferri rigori,
intelligi cæteris paribus, & ita in dubio, v. g. quando
eſſent duæ leges contrariæ, vna rigorem, alia conti-
nens æquitatem, vel quando eſſent duæ opiniones
diuerſæ, nec adeſt, vel non poſſit diſcerni commu-
nis, vel magis communis, (quia pro vtraque parte
ſint Doctores numero, & auctoritate pares æquali-
bus rationibus nitentes, vel ſi pro vna parte ſint plu-
res numero Doctores, pro altera ſint Doctores ma-
ioris auctoritatis, qui numero aliorum æquiualeãt;)
tunc enim verum eſſet attendendam eſſe legem, vel
opinionem æquiorem; ſecus verò ſi pro rigore adſit
lex, vel conſuetudo, vel communis opinio; pro æqui-
tate verò eſſet opinio vnius, quia tunc, inquit Caro-
cius, ſeruaretur communis conſuetudo, vel lex, licèt
dura, arg. *l. proſpexit ff. qui, & à quibus.* & Carocium
approbat Farin. *n.* 64. ſi dicatur hoc eſſe contra *l. ſi ti-
bi*, cum aliis ſuprà adductis, in quibus apparet, quòd
receditur à lege propter æquitatem. Reſpõdet idem
Carocius, id fieri licuiſſe ibi à Iuriſconſultis, qui le-
gis condendæ authoritatem habebant. *§. reſponſa, In-
ſtit. de iure naturali*, &c. Secus verò in Doctoribus tam
Aduocatis, quàm iudicibus noſtri temporis, qui ſe-
cundùm ius, quod ſcriptum reperiunt, licèt durum,
& reſpondere, & iudicare tenentur. Ad ſecundam ra-
tionem dicit Carocius, quòd ſi opinio cõmuni con-
traria eſt æqua, cõmunis eſt bona, & ius eſt ars tam
boni, quàm æqui, ac proinde communis opinio non
erit minus iuridica, quàm ſit contraria æqua, & per
conſequens non minus ſeruãda. Ad tertiam reſpon-
det idem Carocius non ſtringere, tum quia *in d. §. ſe-
quitur*, ſumus in Iuriſconſultis habẽtibus poteſtatem
recedendi à iure, tum quia dicitur per communem
opinionem ius dubium, & obſcurum effici clarum,
& certum, cùm hodie pro comperto habeatur com-
munem opinionem tanquã ius omninò ſeruandam
674 eſſe. † Quare idem Carocius non admittit hanc de-
clarationem, ſeu limitationem, aſſerens communem
eſſe attendendam, licèt duram, & habentem contra-
riam opinionem æquiorem, & ita ſentire ait Ale-
xãdrum *in l. cùm prolatis n.* 23. *ff. de re iud.* & idem ſen-
tiunt Matheſil. *de elect. opin. n.* 4. *& ſeqq.* Nauar. *in man.
c.* 27. *n.* 287. & ex Theologis Syluester *v. opinio*, Azor.
1. *p. lib* 2. *c.* 15. & Villallob. 1. *p. ſum tract.* 1. *diff.* 7. Qua-
tenus dicũt, cùm cætera ſunt paria, ſcil. non apparet,
quæ ſit communis, aut magis communis opinio, vel
quæ ex duabus contrariis opinionibus non commu-
nibus ſit verior, tunc eſſe eligendã, ſeu præferendam
opinionem benigniorem, ſeu humaniorem. Confir-
mat Carocius, quia cùm adſit regula, quòd cõmunis
eſt attendenda, neque præfata declaratio, ſeu limita-
tio aliorum Doctorũ, quòd hoc non procedat, quan-
do contraria opinio eſt æqua, ſeu æquior, probetur,
ſtandum eſt regulæ *l. ſecunda ff. ſi quis in ius voc. nõ ier.
c. fin. de reſtit. ſpoliat. in* 6. habens enim regulam pro ſe,
rem certam, & intentionem fundatam habere dici-
tur, Bartol. *in l. quoties n.* 1. *ff. ſi quis caut.* & alij ab eo-
dem Carocio adducti. Addit idem Caroc. *n.* 108. (&
eum ſequitur Farinac. *d. q.* 13. *n.* 65.) declarationem
non procedere, quando talis æquitas fuit conſidera-
ta à Doctoribus tenentibus communem; nam tunc
ait ſeruãdam eſſe communem, quamuis ſit rigoroſa.
† Verùm à priori opinione admittente declaratio- 675.
nem, ſeu limitationem, puto non eſſe recedendum,
tum quia ita ſentiunt communiter Iuriſperiti, tum
quia fauet æquitati, quæ in omnibus ſpectanda eſt,
iuxta *d. l. in omnibus*, & rigori præferenda, iuxta *d. l.
placuit.* quæ leges loquuntur abſolutè; tum quia cum
ſunt opiniones contrariæ, licèt altera ſit communis,
vel magis communis, adhuc moraliter, & legaliter
loquendo verſamur in ambiguis, & in dubio, quia
communis non reddit rem claram, & certam, ſed ſo-
lùm facit maiorem præſumptionem veritatis, ſeu
præſumitur verior, & ſaltem in criminalibus, & pœ-
nalibus præfatam declarationem fore admittendam
conuincunt tradita ſuprà *n.* 521. † Procedit etiam de- 676.
claratio, præſertim quando opinio æquior commu-
ni cõtraria fundata eſt in ratione naturali, vt ex So-
cino *in l. qui agnitis, ff. de except.* & alus tradit Neuiz.
d. n. 68. † eo quòd in dubio tenenda ſit opinio, quæ 677.
fauet rationi naturali, vt poſt Iaſon *in l. filio pater
nat.* 2. *de legat.* 1. & Fabium Turret. *vbi ſuprà*, & alios
docent Neuizan. & Cæuall. *locis citatis*, & hanc ean-
dem declarationem approbare videtur Paſqualigius
deciſ. 9. vbi proponẽs abſolutè quæſtionem, quænam
opinio ſit præferenda concurrente rigida, & beni-
gniori, reſpondet etiam abſolutè benigniorem eſſe
præferendam, & ad id allegat plures Doctores, ex
quibus tamen multi loquuntur quãdo termini ſunt
pares, ſeu non apparet, quæ ſit communis opinio, vel
quæ probabilior. † Subdeclaratur autem declaratio 678.
quòd æquitas in iudicando ſit præferenda rigori, vt
ſit intelligenda de æquitate iuris ſcripti, ſeu legali,
non autem, quòd quis debeat ſumere æquitatem de
ſuo cerebro, ſeu naturali iudicio. ita Gloſſa *in d. l. pla-
cuit.* & poſt alios Neuizan. *d. n.* 68. Ioannes Valerus
verb. iudicium, diff. 4. *n.* 2. *& verb. interpretatio diff.* 1. *n.* 1.
Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 79. *n.* 46. vbi ex Felino *in c.
ex parte* 2. *in princ. de officio delegati*, dicit quòd iudex
debet procedere ſecundùm æquitatem iuris, & non
ſecundùm æquitatem informatam à iure naturali;
nam ſubdit, eius æquitatis habẽda eſt ratio, quæ non
ſolùm ex iure naturali gentium, ſed ex præceptis ci-
uilibus, & prætoriis æſtimatur, *l. bona fides ff. depoſit.*
quia hæc, inquit, æquitas plena, & abſoluta, & lega-
lis dicitur, illa verò informis, & imaginaria. Quare
licèt alias opinio eſſet æquior, non æquitate tamen
iuris ſcripti, non eſſet contra communem ſeruanda,
addit idem Neuizan. cum aliis. Rigor ergo ſcriptus
in iudiciis præferendus eſt æquitati non ſcriptæ, vt
d. l. placuit, *C. de iudic. l.* 1. *C. de legibus. & l. ſi tibi pecu-
niam*, vbi Decius *n.* 6. & cæteri ſcribentes, *ff. ſi certum
petatur.* Abbas, & Felin. *in c.* 2. *de iudic.* & alij ſuprà ci-
tati. iudex enim non debet eſſe clementior lege. *§.
oportet, in Auth. de iudiciis.* & pœnas à lege inflictas
imponere tenetur, *l.* 1. *§.* 1. *verſic. nam vt Papinianus, ff.
ff. ad Turpil.* & ſi liceret iudicibus propter æquitatem
naturalem, & ſui capitis, & non ſcriptam recedere à
iuris rigore ſcripto, poſſent inde multi errores ſub-
oriri, nec haberent Aduocati quid certi iuris in ſuis
allegationibus; fruſtrarentur ſiquidem quotidie,
licèt aliàs haberent textum clarum, & rotundum
per ſe; ſi liceret iudicare non ſecundùm ius, ſed ſe-
cundùm æquitatem ſibi bene viſam: æquitas ergo
non eſt præferenda iuris rigori in iudicando, niſi in
caſibus à iure expreſſis; in aliis autem dicit Neuiza-
nus ex Adriano *quodlib.* 6. quòd debet iudex inferior
recurrere ad ſuprema tribunalia, ſeu ad Principem,

qui dùm habeat poteſtatem recedendi à Summo iure, præferre poteſt æquitatem non ſcriptam rigori ſcripto; & prædicta quidem in foro iudiciali. Cæterùm in foro conſcientiæ, caſus in iure ſcripti, in quibus rigor ſeruatur, non habebunt locum; nam in foro conſcientiæ ſemper eſt attendenda æquitas, & rigori præferenda, vt colligitur ex *c. diſciplina d. 45. l. penult. § illo, C. de neceſſ. hæred.* & apertè innuunt Baldus *in d. § illo. & in l. vnica. Cod. de confeſſ.* Iaſon *in l. ſi poſt. n. 7. C. de iur. & facti ignorãtia.* & Petrus Pecchius *de amortizatione c. 7. initio.* vbi aiunt in foro conſcientiæ, & animæ leges ciuiles, & Canonicas debere quidem attendi, & non attendi, ſeu ſolere remitti in eo foro ſummos, ac rigidos iuris apices, ac proinde pœnas legales dupli, vel quadrupli non habere locum in foro conſcientiæ, inquit *ibidem* Iaſon poſt *Gloſſam fin. in c. fraternitatis* 12. *q.* 2. & ratio eſt, quia in foro animæ ſolùm attenditur mens, & intentio Dei; cùm autem DEVS ſit infinitè rationabilior, & benignior, quàm quiuis alius legiſlator, conſequens eſt, ſatisfacere quempiam Deo in omni lege, ſiue humana, ſiue Eccleſiaſtica, ſiue Diuina; ſi ſecundùm Epiicheiam, ſiue æquitatem eam obſeruet, licèt non exactè ſecundum verba. Quare in pœnitentiali foro licitum eſt Confeſſario (dummodo ſit doctus, & peritus,) iudicare ſecundùm æquitatem, & non ſecundùm iuris rigorem. Immò eruditiſſimus Doctor Lælius Mancinus *in diſquiſitionibus generalibus cent. 1. c. 5.* æquitatem ſcriptam (quam ſolam præfati Iuriſconſulti, & alij à Barboſa *collect. ad l. placuit*, aiunt rigori iuris præferendam,) nullam agnoſcit, ſeu dari affirmat, probans, tum quia æquitas (vt infrà dum de conſcientia dubia, latè explicabitur,) nil aliud eſt, quàm benigna iuris interpretatio, & in aliquo caſu particulari laudabilis emendatio, ſeu tranſgreſſio legis, quæ ſcripto non continetur, ſed ab ipſo rationis, ſeu luminis naturalis dictaminis oritur: tum, quia ſi datur æquitas ſcripta, vel inducit nouam formam, & ita iam non æquitas dicitur, ſed lex; vel nullo modo mutatur, ſed formam æquitatis retinet, & ita ex ſcripto nihil ei aduenit, ſeu accreſcit. Ad dictam autem *l. placuit. C. de iudicijs*, vbi Imperator ita habet. *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ, æquitatiſque ſcriptæ, quàm ſcripti iuris rationem*; reſpondet verbum illud *ſcriptæ* emendandum eſſe, vtpote quod non habetur *in d. l. placuit*, in emendatioribus codicibus, vt annotarunt Antonius Auguſtinus 4. *Emendat. iuris c. 8.* & Franciſcus Duaren. 2. *diſputationum c. 18.* & etiam Vaaq. 1. 2. *q. 96. art. 6.* notauit, Salas *de legibus diſp. 20. ſect. 10. fine.* vbi hac emendatione, vel expunctione ſuppoſita, ait prædictam *l. placuit, & l. 1. C. de legibus.* (in qua Imperator dicit inter æquitatem, iúſque interpoſitam interpretationem nobis ſolis, & oportet, & licet inſpicere,) quæ prima facie videatur contraria, facilè poſſe cõciliari, nempe vt *l. placuit*, loquatur de æquitate, quæ adhiberi debet legi ſcriptæ in caſu euidenti, in quo priuata etiam perſona, vti poteſt Epiicheia, l. antè 1. *C. de legibus*, loquatur de æquitate non euidenti, ſed quæ eſt in caſu dubio, quæ indiget declaratione Prælati, ſeu Principis, vt infrà dum de conſcientia dubia, declarabitur. Quot autem modis capiatur rigor, tradunt Panormit. *in c. ſi Clericus laicum not. 4. ibid.* Roch. *de foro compet.* & Bartol. *in tract. de arbit. lib. 10. quæſt. ſeu c. 3.* quos ad id refert Neuizan. *d. n. 68.* vbi etiam notat, quòd illa opinio dicitur æquior, per quam euitatur abſurdum, per *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* & quæ dicenda ſit opinio benignior Matheſilanus & Nauarrus *locis citatis*, & infrà explicantur caſus ab iiſdem Matheſilano, & Nauarro propóſiti.

Declaratio octaua eiuſdem regulæ quartæ.

Communis opinio non attenditur, quando contraria ſtaret pro cauſa valdè fauorabili, & priuilegiata.

OCtauò, eadem quarta regula declaratur, vt non 679.
procedat, quãdo opinioni communi eſſet con-
traria opinio minus cõmunis, & paucorũ, vel etiam
vnius eximij Doctoris, & ſingularis probabili ratio-
ne fundata, quæ ſtaret pro cauſa valde fauorabili, &
priuilegiata, puta pro matrimonio, teſtamẽto, liber-
tate, dote, cauſa pia, vidua, pupillo, peregrino, & aliis
miſerabilibus perſonis, & ſimili cauſa fauorabili, in
hoc enim caſu non cõmunem, ſed alterã contrariam
ſententiã fauentem cauſæ fauorabili eſſe attenden-
dam, & iuxta eam, etiam contra Reum fore iudican-
dum, tradunt magis cõmuniter Doctores. ita Barba-
tius *conſ. 6. vol. 1.* Neuizan. *d. lib. 5. n. 73.* Menoch. *d. præ-
ſumpt. 71. n. 30.* Maſcard. *d. concl. 1143. n. 12. & 13.* Azor.
1. *p. lib. 2. c. 15.* Sanch. *de matrim. lib. 1. diſp. 18. n. 7.* Fragoſ.
de Reg. Chriſt. Reipub. p. 2. lib. 4. diſp. 10. n. 186. & infrà
allegãdi, & quos copioſè congerũt Neuizan. *d. n. 73.*
& Carotius *lib. 2. de com. opin. d. tit. 9. caſu* 109. vbi dicit
eſſe communem, & receptiſſimam opinionem. † Et 680.
in matrimonio cõtra communem eſſe præferendam
contrariã minus cõmunem etiã Doctoris ſingularis,
docent Hoſtienſ. & alij, quos ego *in tract. de contractu
matrim. c. 3. n. 234.* allego, & præter eos Barbat. *d. conſ.
6. n. 2. lib. 1. & conſ. 4. lib. 3.* Curt. *conſ. 55.* Beret. *conſ. 80.
n. 11. & 22.* Dec. *in c. 1. de conſtit. & conſ. 501.* à Neuizan.
Felin. Iaſon, Galliaula, Franc. Coſci. Vincent. Hercul.
Marian. iunior, Thom. Gram. Purpurat. & plures alij
relati à Carotio, Neuizan. Menoch. Maſcard. Sanch.
locis cit. & ab Auguſt. Barboſ. *Collect. ad c. fin. n. 3. fin. de
ſent. & re iud.* & plures alij, quos ipſi citant. † In teſta- 681.
mento docent Barbat. *d. conſ. 6.* Curt. *d. conſ. 55.* Iaſon
in l. Gallus § quid ſi is. n. 14. ff. de lib. & poſth. Neuizan.
Menoch. Maſcard. *locis alleg. deciſ. Lucenſ. 29. n. 8. p. 1.*
& alij à Carotio relati. † In libertate Zachar. *in addit.* 682.
ad Abbatem in c. 1. n. 14. de conſtit. Barbatius *d. conſ. 6.*
Neuizan. Menoch. Maſcard. *locis relatis.* & alij apud
Auguſt. Barboſ. *d. collect. n. 5.* † In dote docent Iaſon *in* 683.
l. 1. n. 8. ff. ſolut. matrim. Felin. *in c. fin. de ſent. & re indic.*
Neuizan. *d. n. 78.* & alij, quos referunt Carot. *d. n. 109.*
& Auguſt. Barboſa *allegato collectaneo.* Et in cauſa pia
Purpuratus *in l. ſi idem, § ſi vna actio n. 13. ff. de iuriſd.
omn. iud.* Berous *in c. 1. n. 271. de conſtit.* à Sanch. *d. n. 7.*
relatus, Villalobus *d. n. 3.* & alij relati à Carotio *eod.
n. 109.* Probatur hæc declaratio primò ex *c. fin. de ſent.
& re iudic.* vbi decernitur, quòd ex duabus ſententiis
à duobus iudicibus ordinariis latis ſuſtinetur ſenten-
tia pro actore, quando actor habet cauſam fauora-
bilem matrimonij, vel teſtamenti, vel libertatis, vel
dotis, licet aliàs regulariter ſuſtineatur ſententia pro
Reo; ergo etiã opinio minus communis, & ſingula-
ris Doctoris attẽdi debet in ſimilibus cauſis, ſcilicet,
matrimonio, &c. non obſtante communi contraria,
licèt aliàs regulariter ſeruetur ipſa cõmunis opinio.
& dicto textu *d. cap. fin.* principaliter nituntur omnes
præallegati Doctores. Secundò, vbi agitur de cauſis
fauorabilibus, receditur à regulis iuris, quia alioqui
nullus eſſet fauor; ergo communis opinio, quæ re-
gulariter attendi debet, fauore matrimonij, & ſimi-
lium cauſarum fauorabilium, omittenda erit. Cùm
autem fauor animæ, & conſcientiæ ſit præcipuus,
illam opinionem, quæ fauet animæ, & conſcientiæ,
eſſe ſequendam inotioſis teſtatur Phœbus *deciſ. 50.
n. 7. & 8.* quam refert, & approbat Fragoſus *de Re-
gim. Chriſt. Reipub. p. 2. lib. 4. diſp. 10. num. 192.*

At declarationem reiiciunt plures alij aſſerentes 684.
communem

communem opinionem, vel magis communem ba-
bentem contrariam opinionem fauentem cauſæ,
quantumque valde fauorabili, & priuilegiatæ eſſe
in iudicando ſeruandam. ita Carocius *d. caſu* 20.*à*
*n.*109.*&* 110.Gutierez *de matr.c.*3. *n.*18. Farinacius
*d.q.*13.*n.*67.plures quos ego *d.tract.de contract.matr.*
*c.*3.*eod.n.*234.refero, & alij. quos *d.n.*110. refert Ca-
rocius, vbi ait in matrimonio ita tenere Barbatium
ſibi contrarium *conſil.*3.*lib.*1. Coraſium *in l. qui libe-*
*ros, prope finem, n.*121. *& ſeqq. ff. de ritu nupt.* Alciatus,
Catellianus Cotta, & alij à me *d.n.*234. citati, & alij
quos refert Caroc. *d.n.*110. vbi dicit idem tandem
tenuiſſe Decium *in d. c.*1. *in* 1 *lect. n.*31. & Beroum
*ibidem d.n.*271.*de conſtit.* vbi limitant declarationem,
& ſubdeclarant non procedere, quando contra ma-
trimonium, & ſimilem cauſam eſſet opinio verior,
& magis probata, quam limitationem etiam tradit
Barbatius *d.conſ.*3.& Maſcard.*d.concl.*1143.*n.*14. per
quam limitationem, inquit Carocius, deſtruunt pe-
nitus declarationem, & priorem ſententiam, cùm
communis præſumatur verior, & magis probata. In
dote ait idem Carocius ita tenere Ioannem Imolam
in l. 1.*n.*11.& *ibid.* Marianum inn.*n.*71.*ff. ſolut. matr.*
& Alciatum *de præſ.reg.*1.*præſumpt.*40.*n.*2.& alios. In
libertate ait tenuiſſe eundem Alciatum *d.num.*2. In
cauſa pia ait tenuiſſe Beroum *in d.c.*1.*n.*271. *de con-*
ſtitutionibus. licèt in contrarium allegetur à Sanch.
& tandem pro aliis ſimilibus cauſis in genere, ait
idem Carocius, idem tenere omnes Doctores rela-
tos, & alios, quos ipſe refert; & addit in matrimonio
etiam ita ſeruari in praxi, hócque teſtari Coraſium
685. *vbi ſuprà.* Probat in genere Carocius primò. † Quia
non debemus tantum indulgere cauſis fauorabili-
bus, vt cæteris iniuriam, ſeu iniuſtitiam faciamus,
cap. ex tenore, de foro compet. l. ſi pars ff. de inoffic. teſtam.
Bald.*conſ.*5.*n.*1.*lib.*1.Barbat.*d.conſil.* 3. Neuzan. Me-
noch. Maſcard. & alij omnes in præcedentibus alle-
gati, & communiter omnes Doctores: at ſi iuxta
hanc declarationem octauam in iudicando omitte-
retur opinio communis, fieret iniuria, & iniuſtitia
habenti pro ſe communem; tum quia præſumitur
verior, tum quia communis eſt tanquam lex, aut
conſuetudo, ſeu legi, & conſuetudini æquiparatur
(vt *ſuprà* dictum eſt.) certum autem eſt legem, &
conſuetudinem contrariam cauſæ fauorabili eſſe
ſeruandam. Secundò, fauores, & priuilegia in præiu-
dicium tertij non ſunt multiplicanda, aut extenden-
da, ſed reſtringenda, *l. quod verò contra,* vbi Doctores,
ff. de legibus. & Felinus *in c. cauſam quæ, per totum, de re-*
ſcript. at fauor prædictarum cauſarum non reperitur
expreſſus in caſu huius octauæ declarationis, vt ex
reſponſione ad fundamenta eiuſdem declarationis
conſtabit. Vnde confirmatur, quia habemus regu-
lam communem eſſe ſeruandam, ac proinde donec
contrarium probetur in caſu huius declarationis, ab
ea non eſt recedendum, *l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non*
686. *ierit.* † Idem Carocius ad primam probationem de-
clarationis reſpondet, textum illum *in d.cap.fin.* non
fauere, primò quia ibi termini erant pares, cùm non
eſſet niſi vna ſententia pro vna parte, & vtraque
ſeruari non poſſet, vnde non mirum ſi in pari, & du-
bio præfertur ſententia pro cauſa fauorabili; ſecus
verò vbi concurrunt communis, & altera contraria
opinio, nam communis eſt potior, & attendenda, at-
que adeò cùm non ſit par ratio, non poteſt inferri à
terminis *d.c.fin.* ad declarationem poſitam *l. Papinia-*
nus exuli ff. de minor. Secundò, quia ſententia pro reo
lata regulariter ſuſtinetur ex eo, quia eius cauſa fa-
uorabilior eſt cauſa actoris, & ſic ratione fauoris, &
ex conſequenti ceſſante cauſa per acceſſionem ma-
ioris fauoris matrimonij, teſtamenti, & ſimilium
cauſarum, debet quoque ceſſare effectus prælationis
ſententiæ Rei; ſed in noſtro caſu communis ſenten-
tia non ſuſtinetur fauore aliquo, ſed veritatis præ-
ſumptione, vnde non debet remoueri adueniente
fauore matrimonij, & teſtamenti, cùm veritas, & fa-
uor nihil habeant commune. Tertiò denique, quia
ſententia pro reo lata ex eo regulariter ſuſtinetur,
quia non conſtat de bono iure actoris, & ſic in eius
pœnam, quia omnia petita regulariter probare de-
bet, quod veriſimiliter non fecit actor, quando ſunt
latæ duæ ſententiæ contrariæ; hæc autem ratio non
eſt in communi, quæ non ex eo attenditur, quòd
contraria non probetur vera, ſed quia, ipſa vera, ſeu
verior præſumitur. † Ad poſteriorem probationem 687.
declarationis reſpondet idem Carocius, tunc recedi
à regulis iuris fauore huius, vel illius, quando id ex-
preſſum eſt, in iure, ſecus aliàs; nam priuilegia non
ſunt multiplicanda, iuxta *d.l. quod contra.* in iure au-
tem non reperitur expreſſum, quod declaratio con-
tinet. Quare iuxta Carocium, & alios Doctores pro
illius ſententia relatos, ſolùm quando cætera ſunt
paria, ſcilicet, quando conſideratis rationibus nu-
mero, & grauitate, ſeu auctoritate Doctorum non
apparet ex duabus opinionibus contrariis, quæ ſit
communis, vel magis communis, aut quæ ſit, aut
præſumi debeat verior, præferenda, & attendenda in
iudicando eſt opinio fauens prædictis cauſis fauo-
rabilibus, & priuilegiatis, & ita ſentiunt etiam Ma-
theſilanus, Nauarrus, & Azorius locis ſuprà *n.*674.
relatis, & Villalobos *dicta diff.*7. in aliis cauſis fauo-
ralibus præter matrimonium, & cauſam piam. † Huic 688.
ſententiæ etiam fauere videtur Rota *deciſ.*121. *in*
*nouiſſimis p.*1. dum *n.*7. dicit, quòd vbi adeſt commu-
nis opinio Doctorum, ibi dicitur eſſe ius clarum.
† Et hæc ſententia eſt valde probabilis, licèt, quoad 689.
matrimonium exiſtimem probabiliorem alteram
ſententiam, & pro eo iudicandum, etiam contra
communem, non apertè elatam, ſi contraria illi fa-
uens ſit probabili ratione fulcita, vt tenui *d.cap.*3.
*n.*234.*tractatus de contractu matrimonij,* idque non ſo-
lùm propter *d c. finale*, ſed multo magis propter il-
lud, quod dicitur *in c. licet ex quadam, de teſtibus*, ſci-
licet, tolerabilius eſſe aliquos contra ſtatuta homi-
num dimittere copulatos, quàm coniunctos legiti-
mè contra ſtatuta Dei ſeparare: in teſtamento quo-
que poteſt idem dici ob argumentum ſuprà *n.*504.
fine adductum. In aliis verò cauſis poteſt idem con-
firmari; quia vbi ſunt de eadem re opiniones con-
trariæ, quarum neutra eſt apertè falſa, aut clara, ſed
vtraq; probabilis, licèt altera appareat probabilior,
& verior, adhuc res dicitur ambigua, & dubia, ſeu
dicimur verſari in ambiguis, & in dubio, omnes au-
tem dicunt in dubio ferendam ſententiam pro cau-
ſa fauorabili, & priuilegiata, iuxta *d. c. fin. de ſent. &*
re iudicata; & etiam in dubio, & vbi opinio contra-
ria non eſt clara, ſequendam eſſe opinionem, quæ
fauet Reo, tradit Menochius *d. præſumpt.*71.*num.*33.
& quæ eſt contra fiſcum idem Menochius *eadem*
*præſumpt. num.*36.*&* *præſ. ſequenti.*

Supradicta autem declaratio octaua, ſeu opinio 690.
eam aſſerens, limitatur, quando opinio communis
contra matrimonium, aut aliam cauſam fauorabi-
lem eſſet clara, ſcilicet, quia textui aperto, vel ratio-
ni conuincenti, vel ſaltem valde vrgenti, & cui vix
reſponderi poſſet, inniteretur, nam tunc reiecta opi-
nione contraria Doctoris ſingularis, vel minus
communi, iuxta communem foret iudicandum, ob
illam rationem, quòd non ita fauendum ſit cauſæ
fauorabili, vt aliis fiat iniuſtitia. ita Neuizanus, Me-

nochius,& Sanchez *locis allegatis*. Quod autem Ma-
ſcardus, & nonnulli alij ex Doctoribus admittenti-
bus præfatam declarationem octauam aiunt, ſcili-
cet, eam limitandam, quando opinio communis eſ-
ſet verior, ſeu melioribus rationibus fulcita, destruit
ipſam declarationem, (niſi per veriorem, & meliori-
bus rationibus fulcitam intelligant claram, modo
mox explicato,) quia ſi non inſpicitur fauor, quan-
do communis verior cenſetur, ſeu pro ea meliores
rationes apparent, tatò attendenda erit opinio con-
tra communem pro cauſa fauorabili, quia commu-
nis regulariter præſumitur verior, & meliùs fun-
data, niſi conſtet contrariam melioribus rationi-
bus, & motiuis eſſe fulcitam.

691. Limitatur etiam quando dubitatio non habuit
originem, ſeu principium in cauſa fauorabili, v. gr.
quia ipſa, puta cauſa pia, aut perſona miſerabilis, aut
alia priuilegiata ſucceſſerit in locum non priuile-
giati, pendente lite; tunc enim non gaudebit tali
priuilegio cauſa pia, aut perſona miſerabilis, ad
quam deuenit ius, vel res, vt arg. *l. fiſcus cum in priua-
tis. ff. de iure fiſci*. tradit Mathesilanus *d. tract. de elect.
opinionis. num. 6.* quem ſequitur Neuizanus *lib. 6. ſyl.
n. 27.* Carocius *d. tit. 9. n. 115.* & apud eundem Ioan-
nes Paulus Lancellotus *in ſua diſputatione de comm.
opin. limit. 11.* ſubrogatum enim ſapit naturam eius,
in cuius locum ſubrogatur.

692. Limitatur inſuper, quando matrimonium clan-
deſtinè contra iura fuiſſet contractum, cùm in du-
bio in fauorem matrimonij clandeſtini non ſit iu-
dicandum, iuxta à me tradita *in d. tract. de contractu
matr. c. 1. n. 55. & d. c. 3. n. 231.* & in his terminis in-
dicat Neuizanus *d. num. 73.*

Declaratio nona eiuſdem quartæ regulæ.

*Quando ſunt diuerſæ opiniones communes, at-
tendenda eſt ea, quam firmarunt periti in
arte, vbi quandónam opinio Legiſtarum ſit
præferenda opinioni Canoniſtarum, & èccon-
tra, & quando opinio Theologorum præfe-
renda opinioni Iuriſperitorum, ſeu Canoni-
ſtarum, & ècontra.*

693. NOnò, declaratur eadem quarta regula, vt quan-
do in eadem quæſtione ſunt communes con-
trariæ, altera, v. g. Legiſtarum, altera Canoniſtarum,
vel vna Canoniſtarum, & Legiſtarum, altera Theo-
logorum; in materia, ſeu quæſtione legali ſtandum
ſit Legiſtis, ſeu attendenda, præferendáve ſit opinio
Legiſtarum, in materia Canonica, ſtandum ſit Ca-
noniſtis, in Theologica, Theologis. ita Neuiz. *d. lib. 5.
ſyl. n. 69.* Carocius *d. tit. 9 caſu 30.* Azoguidus *lib. 3. de
comm. opin. c. 9. n. 10.* Cæuallos *d. præfat. com contra com.
n. 50.* & communiter Iuriſperiti, quos allegant Ne-
uizan. & Carocius. & ex Theologis Angelus *v. opi-
nio*, Syluest. *eodem n. 2.* Azor. *p. 1. lib. 2. c. 17. q. 3.* & Vil-
lalob. *1. p. ſum. tract. 1. diff. 4. n. 5.* & alij tam Theologi,
quàm Iuriſperiti *infrà* allegandi. Etenim peritis, &
expertis in arte, ſeu in ſua ſcientia credendum, &
ſtandum eſt, vt per *l. 1. in princ. ff. de vent. inſpic. l. anti-
qui ff ſi pars hered. petat.* & alia iura poſt plures alios
à ſe relatos probant Neuiz. *d. n. 69.* & copioſiùs Eue-
rard. *in topica legali, loco Ab auctoritate n. 1.* & docuit
694. Ariſtot. *topicorum c. 1.* † Propterea in diſputationibus
plus credi D. Auguſtino, in moralibus D. Gregorio,
in hiſtoriis, & tranſlationibus D. Hieronymo, dixit
Gloſſa *in cap. vt veterum d. 9.* quam referunt, & com-
mendant Neuiz. *d. n. 6.* Euerard. *n. 8. fine.* vbi addit li-
cèt d. Gloſſa non meminerit D. Ambroſij, communi-
ter tamen dici, quòd plus creditur D. Ambroſio in
Sacramentis, & ait eſſe dictum Ioannis Imolæ *in re-
pet. l. ſi verò, §. de viro ff. ſoluto matr.* Angelus verò *verb.
opinio n. 2.* ait in ſermonibus præferri Ambroſium,
Sylu. *eodem n. 2.* dicit in allegoriis eundem Ambro-
ſium præferri aliis tribus Doctoribus: ſed pro maio-
ri explicatione huius declarationis pono ſequentia.
Igitur ſi fuerint Legiſtarum, & Canoniſtarum 695.
opiniones contrariæ in materiis, ſeu in caſibus, in
quibus ius ciuile non habet textum clarum, illum
habet ius Canonicum, vel idem ius ciuile in materia
ſpirituali, & concernente peccatum eſt contrarium
iuri canonico (quibus in caſibus in vtroque foro
Cæſaris, & Eccleſiæ ſeruandum eſt ius canonicum,
iuxta tradita ſuprà *n. 535. & 537.*) opinio Canoni-
ſtarum erit præferenda, & attendenda, in vtroque
foro. ita Doctores *citatis numeris* allegati, Socinus
conſ. 77. n. 20. lib. 1. & cum aliis Antonius Maria Ca-
rocius *d. tit. 9. n. 151. & 152.* tunc enim materia eſt
Canonica. † Item in materia non concernente pec- 696.
catum, ſi ius canonicum, & ciuile non concordant,
ſicut in terris Eccleſiæ, in foro eccleſiaſtico, & ſæcu-
lari ſeruandum eſt ius canonicum, iuxta dicta ſuprà
n. 539. ita etiam opinio Canoniſtarum attendenda
eſt, ita Abbas, Felinus, Carocius, Cæual. *locis* ſuprà *d.
n. 559.* relatis. Maranta *de ordine iudiciario 3. p. n. 73.* &
alij, quos refert Caroc. *d. tit. 9. num. 154.* vbi dicit eſſe
communem. † Econtra verò ſicut in eadem materia 697.
non ſpirituali, & minimè concernente peccatum,
ius ciuile, etiamſi contradicat Canonico in terris
non ſubiectis temporali iuriſdictioni, & in foro Cæ-
ſaris ſeruatur, vt *d. n. 539.* dictum eſt, ita opinio Le-
giſtarum erit attendenda, licèt ei contrarietur, Ca-
noniſtarum opinio. ita Abbas, Feliu. Carocius locis
eodem n. 559. allegatis, & alij paſſim, quos citat idem
Carocius *eod. tit. 9. n. 158. & 159.* † Vbi in materia hu- 698.
iuſmodi non concernente peccatum, dicit etiamſi
contra communem eſſet textus de iure canonico
clarus, adhuc in terris Imperij, & iuriſdictioni tem-
porali, Eccleſiæ non ſubiectis ſeruandam eſſe ean-
dem communem Legiſtarum, prout in terminis do-
cuit (vt idem Carocius refert,) Marian. *in c. ſignifican-
tibus n. 60. de libell. oblat.* quod Carocius probat ex eo,
quia quando Doctores firmãt communiter aliquam
opinionem, præſumũtur moti ex diſpoſitione, ſi non
expreſſa, ſaltem tacita, vel præſumpta iuris ciuilis.
quod dictum admittẽdum puto, ſi ex probabilibus
coniecturis iudicari poſſit fuiſſe prudenter motos
ex aliquo textu iuris ciuilis, qui in eadem materia
non concernente peccatum, & non ſpirituali expreſ-
ſè, vel tacitè contradicat alteri textui iuris Canoni-
ci, aliàs ſi in iure ciuili nullus reperiatur textus, qui
vel expreſsè, vel tacitè contineret caſum communis
opinionis Legiſtarum, & in iure canonico reperire-
tur textus clarus deciſionem Canoniſtarum habens,
nam tunc opinio Canoniſtarum eſſet præferenda,
iuxta tradita, & Doctores relatos ſuprà *n. 535. &*
695. † Foret etiam ſeruanda vbique in vtroque foro 699.
communis Legiſtarum, in materia, ſeu quæſtione,
de qua nullus textus clarus in iure canonico reperi-
tur, & lex ciuilis expreſsè decidit, ſicut in tali caſo
ſtante veritate Canoniſtarum ſtandum eſt legi ci-
uili, iuxta tradita, & Doctores *num. 536.* relatos.
† Quod tamen limitatur, niſi lex ciuilis, & opi- 700.
nio Legiſtarum eſſet Eccleſiæ damnoſa, iuxta Do-
ctores ſuprà *eodem num. 536.* citatos. † Item quod 701.
dictum eſt *num 697.* limitatur in cauſis piis, &
quoties agitur de rebus eccleſiaſticis, in quibus
attendenda foret in vtroque foro Cæſaris, & Ec-
cleſiæ opinio Canoniſtarum, vt præter Doctores
ſuprà

ſuprà *num.* 538.allegatos tradunt Berous *conſil.* 196. *num.*23 *lib.*1.Maranta *in d.*3.*p.n.*76.& alij,quos Neuizanus *d.lib.*5.*n.*69.& Carocius *d.tit.*9.*n.*160. referunt.& prædicta quando Legiſtæ, & Canoniſtæ tenent oppoſitas opiniones communes.

Sed quid ſi de moralibus,& agibilibus variè opinentur Theologi,& Canoniſtæ?

702. Non leue dubium eſt, quibus magis ſit credendum,an Theologis,an verò Canoniſtis,quando inter eos controuerſia eſt de materia morali originem trahente à iure naturali,aut diuino, vt eſt materia de contractibus matrimonij, vel vſurarum,de decimis,& ſimilibus; in quo dubio Petrus Anchar. *in ſua diſputatione, incipiente Antiquis, & modernis temporibus,* tenuit in interpretando iure naturali, & diuina circa prædictas materias morum, & agendorum Doctores iuris Canonici eſſe præferendos Theologis,illiſque magis ſtandum, quàm Theologiæ Magiſtris, & Petrum ſecuti ſunt Ioannes de Anan.*in cap.in ciuitate,de vſuris.* Alexander *conſilio* 1. *& conſ.*109.*vol.*2.Iaſon *in l.*1.*num.*34. *ff. ſi certum petatur*, Euerardus *in topicis loco Ab authoritate n.* 9.& ita ſentiunt Canoniſtæ,& Legiſtæ,quos allegant,& ſequuntur Pariſius *conſil.*67.*num.*31. *& ſeqq. & conſil.*68.*fine vol.*4.Neuizanus *in ſylua lib.*5.*n.*69. Mandoſius *ad reg.Cancellar.*16.*q.*16. *n.*5.*fine.* Menochius *lib.*2.*praeſ.*71.*num.*49. Omnes enim dicunt, quòd in prædicta materia matrimonij, vſurarum, decimarum, & ſimilium deciſio, & interpretatio ſpectat potius ad Doctores iuris canonici, quàm ad Theologos:mouentur,quia lex,& ſcientia canonica principaliter tendit ad interpretandum ius diuinum in caſibus dubiis pertinentibus ad moralem philoſophiam, vt patet in procemio Decretorum; ſcientia verò Theologica pertinet ad interpretandum ius diuinum quoad opera Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & quoad ea, quæ tendunt ad ſpiritualitatem, & agnitionem veræ fidei contra hæreticos, Iudæos,& alios infideles. Quod confirmant;nam in libris iuris canonici ſunt Summorum Pontificum deciſiones ſuper dubiis iuris naturalis, & diuini,ſeu in materiis diuerſis trahentibus originem à iure diuino; nam in compilatione Decretalium reperiuntur deciſiones de decimis, de matrimonio, de voto, de ſimonia,de furtis,de vſuris,de iuramento,& ſimilibus materiis,de quibus ſunt tractatus, & tituli ſpeciales,quorum proprium eſt elucidare materias, & dubia,quæ originem trahunt à iure naturali, & diuino; igitur interpretatio iuris diuini, (concludit Petrus Ancharanus, & cum eo illius ſequaces, & alij ſuprà allegati) quatenus ſpectat ad moralitatem, & dirigit actus noſtros in DEVM, pertinet ad Doctores iuris canonici,qui ex canonibus,& decretis Sanctorum Patrum debent ius diuinum adiuuare,& ſupplere,iuxta ea, quæ notantur per Canoniſtas *in c.fin.de conſuet.*& per Legiſtas *in l.fin. C.ſi contra ius,vel vtilitatem publicam.* quatenus verò ius diuinum ſpectat ad ſpiritualitatem, ſacrarum literarum intelligentiam,agnitionem veræ fidei, ſcilicet, explicationem articulorum fidei,& confutationem Hæreticorum, Iudæorum & aliorum infidelium, ſpectat ad Theologos. Ad prædictorum etiam confirmationem alia adducit Neuizanus *d.n.*69.nempè, quòd Innocentius Papa mandabat opinionem D. Thomæ obſeruari,opinione ſemper canonica excepta,quòd rarò, vel nunquam Canoniſtæ differunt à Theologis: & quando iura canonica volunt aliud ſeruari in foro contentioſo, aliud in foro conſcientiæ,hoc exprimunt,quòd ius canonicum ſemper eſt conforme iuri diuino, & ſemper veram iuſtitiam imitatur,& quòd rarò eſt differentia inter forum ciuile,& conſcientiæ,ſaltem in iuſtitia; quia procedit à principiis naturalibus,& ſic ſemper eſt vna,& tota ſibi conſiſtit, & conſtat:cùm nulla ſit ratio, quæ non participet etiam diuinitatis, & omnis lex humana habeat participationem, & vinculum à lege æterna,& naturali;quæ omnia,& alia ſimilia ex aliis cumulat *ibidem* Neuizanus. Demum confirmat Petrus Ancharanus,ex eo,quòd nonnulli Theologi(vt ſe vidiſſe teſtatur,) grauiter errarunt reſpondentes ſuper dubiis,quæ occurrerunt ſuper decimis, teſtamentis,matrimoniis,vſuris,& ſimilibus;ac proinde periculoſum eſt eis,aliquid in his affirmare, vel negare: & etiam Euerardus dicit ſe vidiſſe Magiſtrum Theologiæ vehementer erraſſe,cùm ſuſtineret eum, qui poſt appellationem legitimam fuerat excommunicatus,non tutè,nec ſecurè celebrare diuina,nec tutè abſoluere ſibi confeſſos,ſed validitatem, & efficaciam huiuſmodi actuum,& ſimilium,qui geruntur ex officio publico,pendere ex futuro euentu,cuius contrarium conſtat ex *cap.ſolet*, & *ibidem* Gloſſa *verb.extra iudicium,de ſentent.excom.in* 6.& aliis iuribus per eundem Euerardum allegatis.

703. Econtra Theologi volunt interpretationem iuris naturalis, & diuini ſpectare ad Theologos potius, quàm ad Canoniſtas, ac proinde Theologos non ſolùm in interpretatione dubiorum fidei, ſed etiam omnium agendorum, quæ tangunt forum conſcientiæ,& non ſunt ſolius iuris poſitiui, & humani, ſed à iure naturali, vel diuino originem trahunt;ita Angelus, & Syluester, *verb opinio*, Henriquez *lib.*7.*ſum. cap.*29. *num.*4. *litera V.* in textu, & Gloſſa,Rodriquez *qq.reg.tom.*1.*quaeſt.*11.*art.*4.Azor. *p.*1.*lib.*2.*cap.*17.*q.*3.*& p.*3. *lib.*1.*cap.*3. *q.*4. *& cap.*5. *quaeſ.*5. quibus accedit Auguſt. Barboſa *de poteſt. Epiſc.alleg.*1.*num.*31. Probant,quia ad Theologos non ſolùm ſpectat de lege diuina poſitiua, quæ eſt de fide explicita,& Sacramentis iudicare, ſed pertinet etiam fons legum,& examen. Vnde de legibus Thomas 2. 2. *quaeſt.*9. Sotus *lib.*2. *de iuſtitia*, & alij Theologi copioſè agunt: ſimiliter ad eoſdem ſpectat iudicare de omnibus caſibus, & contractibus, vt pertinent ad forum conſcientiæ, aut concernunt peccatum,& de charitate,& iuſtitia erga proximos, de reformatione, & ſimilibus. id quod colligunt non tantùm per lumen naturale, & philoſophiam moralem, quæ eſt ancilla Theologiæ, ſed per lumen fidei,& ſapientiæ increatæ, quod in diuinis literis veteris,& noui Teſtamenti manifeſtum eſt,& per dona Spiritus ſancti, & per exempla Sanctorum, ab hoc enim fonte ſummi Pontifices ſua Decreta,& Canones deriuant, prout tradunt Cano *de locis Theolog.lib.*8.*cap.*6. Palatius *in princ. libri de contractibus*, & Caſſaneus *in catalogo gloriæ mundi conſiderat.* 11. *& conſideratione* 17. *verſic. quarto.* Quare confirmatur, nam ius diuinum non ſolùm quod eſt credendorum, ſed etiam quod eſt agendorum, ex ſacris literis deriuatur,& deſumitur; ius enim diuinum de moribus, & actionibus in præceptis Decalogi continetur,& in aliis præceptis, quæ ad Decalogum certò,& neceſſariò reuocantur, & præcepta Decalogi in Scripturis ſacris reponuntur: diuinarum autem, & ſacrarum literarum explicatio ad Theologos,non ad iuris canonici Doctores, ſeu Iuriſperitos ſpectat, vt fatentur etiam Doctores primæ ſententiæ. Vſuræ etiam (cùm ſit contra ius naturale) cognitio magna ex parte pendet ex Philoſophia morali, quam regulariter magis callent Theologi,quàm Iuriſperiti,ſicut etiam cum contractus emptionis,locationis,mutui, depoſiti,commodati,

dati, & alia huiuſmodi commercia ſint iuris gentium, quod plerumque eſt idem, quod ius naturale, eorum cognitio habetur ex Philoſophia morali, ex
704. qua ius natur·le cognoſcitur. † Denique pauciſſima ſunt, quæ iuris canonici Doctores tradunt de Sacramentis, & de aliis quæ ſunt iuris naturalis, & diuini reſpectu eorum, quæ S. Thomas, & alij Theologi antiqui, & moderni, ac Summiſtæ tradunt. Sic S. Thomas copiosè agit de virtutibus, de vitiis, de iuſtitia, de vſura, de ſimonia. de Sacramentis, & de aliis; Theologi etiam Summiſtæ, vt Sylueſter, Angelus & alij de his, quæ ſpectant ad mores, actiones, & conſcientiæ forum exactè egerunt; ſicut èeontra in iure Canonico, & eius interpretibus continentur potius ea, quæ ad iudicia, ſeu forum contentioſum, quàm ad conſcientiam pertinent, & ideo meritò Theologis magis, quàm Canoniſtis credendum eſt in materia vſurarum, matrimonij, & aliorum ad mores ſpectantium, conſcientiæ foro inſpecto: ſecus in his, quæ ſpectant ad forum iudiciale, & quæ ſunt iuris poſitiui humani, vt concernentia cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & ſimilia, in quibus Canoniſtæ præferri debent Theologis. Neque obſtat aliquos Theologos reſpondentes ſuper dubiis de iure diuino, aut naturali erraſſe, quia dum aſſeritur iudicium, ſeu opinionem Theologorum in prædictis materiis eſſe præferendam opinioni Canoniſtarum, id intelligitur, cæteris paribus, ſcilicet, quando eximij, & inſignes Theologi, & ſimiliter eximij. & inſignes Canoniſtæ de prædictis materiis à iure naturali, vel diuino originem trahentibus variè opinantur, quatenus ſpectat ad con-
705. ſcientiam, & ad peccatum. † Et ita abſolutè loquendo ſentiendum exiſtimo: certius autem, & ſecurius Theologus feret iudicium de prædictis, & de agendis trahentibus originem à iure naturali, & diuino, ſi ſcientia canonica, & legali fuerit inſtructus, cùm Theologia, ſcientia ciuilis, & canonica aliquo modo ad inuicem participent, & ſeſe inuicem adiuuent, vt tradit Caſſaneus *in catalogo d. p. 8. conſil.* 23.
706. † Immò ad interpretationem omnium dubiorum, quæ conſcientiæ forum tangunt, & peccatum concernunt, non ſufficit ſola Theologia, ſed neceſſaria Theologo eſt etiam peritia canonum, & legum, prout tradunt poſt Perez *in proœmio ord. quæſt.* 11. & Palatium *vbi ſuprà*, Henriquez, & Rodriquez *locis ſuprà allegatis*. Et ratio eſt, quia ius non tantùm canonicum, ſed etiam ciuile multa in variis caſibus diſponit pro foro etiam conſcientiæ, ſeu etiam ſolo foro conſcientiæ inſpecto ſeruanda, (vt copiosè tradit Caſſaneus *d. conſiderat.* 23.) quæ Theologus ex ſolo diſcurſu rationis, & principiis Philoſophiæ morum, aut Theologiæ cognoſcere non poteſt, atque adeò, vt de illis etiam pro ſolo foro conſcientiæ Theologus rectè iudicet, debet, vel eſſe inſtructus canonum, & legum peritia, vel conſulere vtriuſque iuris peritos, & iis auditis tanquam ſuperior iudex adhibere moderamen pro foro conſcientiæ, vt *loco citato*, notat Henriquez.

Theologus in promotione ad Epiſcopatum, an ſit præferendus Canoniſta.

707. CÆterùm ſicut Canoniſtæ in materiis ad mores ſpectantibus exiſtimant opinionem Canoniſtarum eſſe præferendam opinioni Theologorum, ita etiam cenſent, Canoniſtam, cæteris paribus, eſſe præferendum Theologo in promotione ad dignitatem eccleſiaſticam, præſertim ad Epiſcopatum, vbi in diſtrictu Epiſcopatus, vel vicino hæreſes non pullulant, vel non ſit promulganda fides Euangelij Paganis, ſeu infidelibus; vel Epiſcopatus conſiſtat magis in ſpiritualitate, quàm iuriſdictione, & cauſarum cognitione, ſeu ventilatione. ita Hoſtienſis & Ioannes Andreas *in c. 1. de conſang. & affinit. ibidem* Cardinalis *num.* 6. Ancharanus *num.* 7. Abbas *num.* 9. Felinus *in cap. Clerici num.* 5. *de iudic. & conſ.* 18. *num.* 8. *& ſeq.* Simancas *de cathol. inſtit. c.* 25. *à num.* 23. Quint. Mandoſius *ad reg.* 16. *quæſt.* 16. *num.* 6. Euerardus *vbi ſuprà n.* 8. Palatius Rub. *in repet. cap. per veſtras, not.* 3. *§.* 6. *n.* 16. Lambert. *in tract. de iurep. art.* 12. *quæſt.* 5. *p.* 3. *lib.* 1. & alij Iuriſperiti communiter, quos referunt Mandoſius *d. n.* 6. Cenedo *ad Decreta, collectaneo* 51. *n.* 5. & Henriquez *lib.* 10. *cap.* 33. *num.* 5. *litera E. in gloſſa.* qui ad id aſſerendum moti ſunt ea ratione, quòd Canoniſta ſit aptior ad Chriſtianæ Reipublicæ adminiſtrationem, & ad animarum regimen, ad quod ius canonicum, ſeu iuris canonici ſcientia tendit de directo, ſine qua propterea per ſolam, & puram Theologiam Eccleſia non poſſet regi, vt expreſsè aiunt Hoſtienſis, & Felinus, qui *dicto conſilio* 18. *num.* 9. dicit quòd tempore compilationum Canonum non creuerat ſcientia iuris canonici in tantum augmentum, ſed hodie, ſubdit, Eccleſia vniuerſalis non poſſet ſufficienti ordine regi ſine iure canonico.

Econtra verò Theologi ſine vlla diſtinctione 708.
ſentiunt in promotione ad Epiſcopatum, & ad quodcunque beneficium habens curam animarum, cæteris paribus, Theologum eſſe præferendum iuris Canonici Doctori, ac cuilibet Iuriſconſulto. ita Caietanus 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. Sotus *de iuſtitia, & iure. lib.* 3. *q.* 3. *art.* 3. Cano *lib.* 8. *de locis.* Syluester *v. Epiſcopus, & v. Electio* §. 2. Henriquez *d. c.* 33. §. 2. *in d. Gloſſa E.* Rodriquez *d. art.* 4. Azorius *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18. *q.* 10. Petrus Nauarrus *de reſtit. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 165. Maior, Bannes, Salon, & alij ab Henriquez, Azorio, & Nauarro relati. Et ex Iuriſperitis ita ſentiunt etiam Menochius *de arbitr. caſu* 425. Perez *lib.* 40. *fin. tit.* 19. *lib.* 8. *ordin.* Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg.* 1. *n.* 30. & nonnulli alij, quos Henriquez, Barboſa & Cenedo *vbi ſuprà* referunt. Probatur, quia Officium Epiſcoporum proprium, & per ſe, quod eis in conſecratione imponitur, eſt prædicare, ſeu paſcere gregem verbo prædicationis, vt ait *loco citato* Caietanus, & ex Apoſtolo definit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 4. materia autem prædicationis non eſt ius ciuile, aut canonicum, ſed Scriptura veteris, & noui Teſtamenti, iuxta illud Chriſti Domini, *prædicate Euangelium*, &c. vbi nomine Euangelij (vt notat Caietanus *vbi ſuprà*,) ſacra Scriptura comprehenditur, & ita cùm ordinatur, ſeu creatur Epiſcopus, interrogatur, an ſciat vtrumque Teſtamentum, nempè vetus, & nouum. Nec minus tenentur hodie (inquit Caietanus) quàm olim Epiſcopi ad prædicandum, quia non minus hodie, quàm olim eis officium cum hoc onere imponitur; quamuis hodie (ſubdit idem Caietanus, quaſi deplorans) tanta ſit abuſio, quòd non eſt, qui faciat vſque ad vnum; confirmat Caietanus, quia magis tenetur Epiſcopus ad docendum populum ſeruare ſpectantia ad bonos mores, quæ Chriſtus Dominus mandauit ſeruari, quàm docere hominum factos canones, quos non ipſe Dominus, ſed homines ediderunt: conſtat autem quòd docere mandata Dominica ſpectat ad Theologicam ſcientiam, quam Chriſtus Dominus Apoſtolis infudit. Quare dato, quòd hodie multis in locis ceſſent quæſtiones fidei, maxima tamen neceſſitas eſt doctrinæ morum, qui ſunt ſecundùm mandata Domini, ac proinde omni

Google

omni tempore tenentur Epiſcopi eſſe Theologi
(concludit Caietanus,) iuxta illud Apoſtoli, *quoſdam
dedit Paſtores, & Doctores*, certè doctrinæ duplicis,
quam Dominus poſuit Apoſtolis, ſcilicet fidei, &
morum, dicens quoad primam, *prædicate Euange-
lium*, & quoad ſecundam, *docentes ſeruare quæcunque
mandaui vobis*. Hæc Caietanus. Alia confirmatio de-
ſumitur ex Tridentino *ſeſſ.22. cap.2.* vbi loquens de
ſcientia promouendi ad Epiſcopatum dicit, quòd
debeat eſſe Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in
ſacra Theologia, vel iure canonico, dum enim pri-
mo loco ponit Doctorem Theologiæ, videtur in
Epiſcopo deſiderare potiùs cognitionem Theolo-
giæ, quàm canonum. quid ſimile habet Tridenti-
num *ſeſſ.24. cap.18.* loquens de ſcientia in examina-
toribus Synodalibus neceſſaria, ibi, *ſint verò hi exa-
minatores Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theo-
logia, aut iure canonico*.

709. Verùm in hac controuerſia ſtatuendum in primis,
ad beneficia curam animarum habentia, & ad Epi-
ſcopatum, tam iuris Pontificij peritos, ſeu Doctores,
quàm Theologos ipſos eligi poſſe, vt definitum eſt
d. cap.2. ſeſſ.22. dummodo ſint instructi tanta ſcientia
Theologali, aut Pontificia, vt idonei ſint ad docen-
dum alios, & muneris ſibi iniuncti neceſſitati ſa-
tisfacere valeant, vt notat Pariſius *de reſig. lib.8. q.5.
num.5.* Menochius *d. caſu 425. num.37.* Gonzales *ad
reg.8 gloſſa 4. num.67.* & Bellett. *diſq. cler. part.1. tit. de*
710. *diſciplina cler. §.4. num.37.* † Hinc, quia laurea, ſeu
priuilegium Doctoratus non tribuit ſcientiam, &
doctrinam, Clemens VIII. ſtatuit, vt non ſolùm in-
ſigniti laurea doctoratus, ſeu habentes priuilegium
doctoratus, ſed docti viri ad Cathedrales aſſuman-
tur, & quoad promouendos in Italia ad Epiſcopa-
tus in vrbe coram Sanctiſſimo, & ſacra Congrega-
tione Eminentiſſimorum Cardinalium, aliorum-
que grauium, & peritorum Prælatorum, & viro-
rum; quoad verò in Gallia, & in Hiſpania promo-
uendos coram Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nalibus Legatis ibi exiſtentibus, Primatibus, Ar-
chiepiſcopis, & Epiſcopis de ſpeciali Papæ man-
dato aſſiſtentibus aliis Prælatis, ac peritis viris,
ſe examini ſubiiciant, decernit; & vt ſic approbati,
& non aliàs ad Eccleſiarum Cathedralium regimi-
na admittantur, prout Franciſcus Leo *in theſ. for.
Eccleſ. part.1. cap.3. num.10. & 11.* Campanilis *in di-
uerſ. iur. can. rub.3. cap.4. num.4.* & Auguſt. Barboſa *d.*
711. *alleg.1. num.24.* † Non requiritur autem in promouen-
do ad Epiſcopatum eminens doctrina, vel tanta quæ
cæteras antecellat, vel ſaltem æquet, vt tradunt in
terminis Menochius *d. n.37.* Gonzales *d. num.6.* &
alios allegans Bellettus *d. §.4. num.36.* (qui *num.37.*
eminentem ſcientiam appellat illam, per quam quis
nouit difficillimas quæſtiones explicare, & diffini-
re in promptu, ſine reuolutione librorum,) ſed ſuf-
ficit, & requiritur talis, ac tanta, qua ſuo muneri
queat ſatisfacere, vt dictum eſt, & iidem Doctores
notarunt.

712. Quapropter cùm Epiſcopus ex officio teneatur
gregem paſcere prædicatione, & dirigere quoad fo-
rum animæ tanquam iudex animarum, oporteret
eum ſcire tum ſacram Scripturam veteris, & noui
Teſtamenti, vt dictum eſt, & tradunt etiam Meno-
chius *d. caſu 425. num.24.26. & 35.* Bellettus *d. §.4.
num.33.* alios Canoniſtas ad id allegans, tum & ar-
duas difficultates fidei, & caſuum pro foro conſcien-
tiæ occurrentium, iuxta illud 1. Pet.3. *parati reddere
rationem omni poſcenti nos de ea, quæ in nobis eſt, fide.*
Cùm etiam Epiſcopus ſit iudex non ſolùm anima-
rum, ſed etiam corporum, *cap. de perſona, 15. quæſt.1.*
non ſolùm fori interni, ſed etiam externi, & ad
ipſum pertineat conſeruare Eccleſiaſticam diſcipli-
nam, & in cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectanti-
bus ius dicere, vt habetur *in Authent. vt Clerici apud
proprios Epiſcopos §.1. collat.6.* oporteret etiam eum
habere ſcientiam canonum, qui dogmata, & diſci-
plinam Eccleſiaſticam continent, & ſine quorum
peritia cauſas, & controuerſias fori externi, præſer-
tim de vſuris, de matrimoniis, & aliis huiuſmodi
negotiis cognoſcere, & dirimere non poſſet, Meno-
chius *d. caſu 425. num.27. & 34.* Gonzales *vbi ſuprà
num.64.* & poſt alios Bellettus *d. num.33.* & ita etiam
iure ipſo Pontificio ſancitum eſt, in Epiſcopo requiri
ſcientiam vtriuſque Teſtamenti, & canonum tam
pœnitentialium, quàm aliorum, vt conſtat *cap. omnes,
d.38.* & dixit etiam Geminianus *in c. illiteratos, d.36.*
immò ex eo, quòd Epiſcopi ius dicere, & iudicare
debent, vt dictum eſt, eos debere habere ſcientiam
non ſolùm iuris canonici, ſed etiam ciuilis, docent
poſt alios Gonzales, Bellettus *locis citatis*, & Meno-
chius *d. caſu 425. num.28. & ſeqq.* † Vbi dicit, quòd, 713.
vt faciliùs quis canones, qui magna ex parte cum
legibus ſunt coniuncti, intelligere queat, etiam iuri
ipſi Cæſareo operam dare ſua pro virili debet, *cap.2.
de priuil. in 6.* & allegat Romanum *ſing.654.* dicere
ſolitum Legiſtam ſine capitulis parum valere, ſed
Canoniſtam ſine legibus valere nihil. Allegat etiam
Baldum *in cap. cùm cauſam, de probationibus*, aientem,
quòd niſi quis ſciat canones cum legibus, non po-
teſt practicam iudiciorum cognoſcere; & Barbatium
in cap. conqueſtus, de foro compet. dicentem ius Pontifi-
cium eſſe praxim iuris ciuilis.

Ex quibus apparet, quòd promouendus ad Epi- 714.
ſcopatum non deberet eſſe neque purus Theologus,
neque purus Canoniſta, ſed ſi Theologus, oporte-
ret eum habere aliquam cognitionem canonum, &
ſi Canoniſta oporteret habere quandam Theolo-
giæ peritiam, vt vterque poſſit per ſe alios docere,
& omnibus partibus ſui officij ſatisfacere. Hodie
tamen, præſertim vbi hæreſes neque in Epiſcopatu,
neque in locis vicinis pullulant, Iuriſperiti, nullo
etiam de ipſis facto experimento, an aliquam Theo-
logiæ, & ſacrarum litterarum peritiam habeant, vel
apti ſint ad prædicationem verbi Dei, ſolent vt plu-
rimum, & frequentiùs ad Epiſcopatus aſſumi; dum-
modo aliàs ſint docti, & in iure canonico, & etiam
ciuili verſati, qui ad docendum populum verbi Di-
uini prædicatione, & ad ſatisfaciendum iis, quæ in
foro conſcientiæ occurrunt, vtuntur opera Concio-
natorum, & Theologorum ſæcularium, vel Regu-
larium; ſicut cùm Theologi docti, ſed parum in
ſcientia vtriuſque iuris verſati ad Epiſcopatum pro-
mouentur (vt plures etiam hodie, vbi nulla hære-
ſum infectio, aut ſuſpicio exiſtit, creantur Epiſcopi)
pro cauſis forenſibus, & iure dicendo vtuntur Vi-
cario Generali, qui ſit Iuriſperitus, & in controuer-
ſiis fori contentioſi verſatus, & aliis viris vtriuſque
iuris ſcientia præditis. Quare hodie ex facto Sum-
morum Pontificum videtur ceſſare quæſtio, an
Theologus doctus, ſit in aſſumptione ad Epiſcopa-
tum præferendus docto Canoniſtæ, vbi hæreſes non
pullulant, cùm videamus paucos Theologos (licèt
ſemper tam in vrbe, quàm alibi non deſint inſignes,
& doctiſſimi,) plurimos autem Iuriſperitos creari
Epiſcopos. Et certè Tridentinum *d. cap.2. ſeſſ.22.* vi-
detur decernere æqualiter iuris Pontificij Doctores,
& Theologiæ Magiſtros, ſeu Theologos ad Epiſco-
patus eligi, & promoueri poſſe: & licèt primo loco
ponat Theologos, rectè dici poteſt id feciſſe, quia
Theologia nobilior, & præſtantior eſt, quàm ſcien-

ria canonica,aut ciuilis,vt pleniſſimè probat Caſſa-
neus *d.part.8.conſideratione* 10.*& ſex ſequentibus*. Sed
his omiſſis,& etiam nonnullis aliis caſibus,de qui-
bus Carocius *d.lib.3.tit.9.* diſſerens, an in illis liceat
à communi diſcedere, qui apud ipſum videri poſ-
ſunt; redeundo ad regulas eligendæ opinionis in
iudicando. Sit

Quinta regula eligendæ opinionis.

Quando nulla ſunt opiniones communes, vel ſunt duæ communes, & non poteſt diſcerni quæ ſit magis communis,attendenda eſt, quæ in conſcientia iudici verior videtur.

715. SIt igitur quinta regula,quando ceſſat, prima, ſe-
cunda, & tertia regula, & etiam quarta, quia de
quæſtione nulla ſit communis, quia à paucis res ſit
pertractata, & examinata, vel quia ſint hinc inde
communes,nec apparet, ſeu diſcerni poteſt, quæ ſit
magis communis,eo quòd ſint multi,& graues Do-
ctores, qui vnam, & alteram partem tenent, & qui
atteſtantur hanc, & illam eſſe communem, tunc ſi
iudici altera earum in conſcientia videatur verior,
quia ſemota omni affectione exiſtimat magis iuris
diſpoſitioni accedere, vel melioribus fulcita ratio-
nibus, illam in iudicando ſequi debet. ita Matheſi-
lanus *de elect. num.*3. Neuizanus *d. lib.5. num.*74. *&*
*lib.6.num.*6. Antonius Maria Carocius *lib.2. de com.*
opin. d. tit.9. caſu 32. *num.* 165. Nauarrus *in manuali*
*cap.27.num.*286. Menochius *de præſumpt.d. præſumpt.*
71.*num.*38.Farinacius *in repert.iudic quæſt.*13.*num.*41.
& alij Iuriſperiti communiter, quos Neuizanus,
Carocius, & Menochius referunt; & ita ſentiunt
etiam Theologi communiter, vt Angelus & Sylue-
ſter *v.opinio*, & alij in præcedentibus relati, & con-
ſtat ex ſupradictis *num.* 485. 617. *&* 661. & probat
etiam Matheſilanus,nam, cæteris paribus, duo vin-
cula ſunt fortiora vno. *Auth. de conſanguineis*, *&*
*vter.frat.cap.1.de treug.& pace, & Eccl.*4. An autem
hæc regula ſit limitanda iuxta declarationes de
quibus ſuprà *à num.*672. *ad* 692. reſoluendum eſt ex
ibidem dictis circa prædictas declarationes, an de-
beant admitti contra communem.

Sexta regula eligendæ opinionis.

Quando opiniones circa ius partium ſunt æquales, quid iudici faciendum, quóve modo ſe gerere in iudicando debeat.

716. SExta regula. Si non poteſt diſcerni,quæ ſit com-
munis, aut magis communis, nec etiam quæ ſit
verior, ſed vtraque omni affectione ſemota videtur
æquè communis, & æquè probabilis, & veriſimi-
lis conſideratis rationibus, quibus fulcitur, & gra-
uitate, ac auctoritate Doctorum, qui vnam, & qui
alteram tenent.

In primis in tali dubio,& ambiguitate,ſeu æqua-
litate opinionum ſi altera ſit rigida, & benignior,
& æquitati fauens, hæc in iudicando eſt attenden-
da. ita Matheſilanus *vbi ſuprà num.*4. Nauarrus *dict.*
*cap.27.num.*287. Neuizanus *lib.6.ſylua num.*43. Fari-
nacius *d.quæſt.*13. & omnes Iuriſperiti,& Theologi
ſuprà *à num.* 672. *ad* 678. relati, & alij quos iidem
locis *ibi* allegatis,& Neuizanus *d.num.*43. referunt:
& probatur rationibus, & iuribus *ibidem* allegatis,
& l. benignius ff.de legibus, *& cap. fin. de ſentent. & re*
717. *iud.* † Hoc autem quoad iudicium fori externi in-
telligendum erit iuxta dicta ſuprà *num.*678. & prout
Doctores *ibidem* relati declarant.

Secundò in dubio, & æqualitate opinionum in 718.
iudicando, adhærendum eſt opinioni, quæ fauet
parti, ſeu cauſæ habenti pro ſe regulam, vel priuile-
gium iuris, ita Matheſilanus *d. num.* 4. Neuizanus
*d.lib.6.ſylua num.*21.27.46.*&* 47.Carocius *d.caſu* 32.
*num.*168. Farinacius *d.quæſt.*13. Nauarrus *d.cap.*27.
num. 287. alij à Neuizano, & Carocio allegati, &
omnes Doctores relati ſuprà, *num.*501.507. 511. *&*
674. *ad* 689. & probatur iuribus *locis citatis* addu-
ctis. † Et quòd in dubio, & æqualitate opinionum 719.
ſit adhærendum regulæ, & pro ea pronunciandum,
Neuizanus *d.num.*21. probat etiam per *l. ab ea parte*
ff. de probat. & cap. de coniug. lepr. dicens inſuper ex
Curtio iun.*conſil.*7. in dubio eſſe tenendum intelle-
ctum, per quem minus læduntur regulæ iuris com-
munis: & ex Decio *in cap. cum adeò,not.*3. *de reſcript.*
eum, qui habet regulam pro ſe,dici habere rem cer-
tam; ac proinde quando à regula receditur, debere
exprimi cauſam ex eodem Decio *in cap. conſuluit.* 1.
de appellat. † Quare in æqualitate opinionum, & 720.
cæteris paribus, iudex debet potiùs iudicare iuxta
opinionem,quæ fauet matrimonio, doti, teſtamen-
to,& libertati,pro quibus in dubio eſt iudicandum,
cap.fin.de ſent.& re iud. l.ſi pars ff.de inoff. teſtam. l.in-
ter pares ff.de re iudicata. Matheſilanus,Nauarrus *locis*
citatis. Neuizanus *d.lib.6. n.*46. Carocius *d.caſu* 32.
*num.*168. & alij Doctores ſuprà *num.* 501. 511. *& à*
*num.*679.*ad* 689. relati. † Item in eadem æqualitate 721.
opinionum pronunciandum iuxta opinionem, quæ
ſtat pro cauſa pia, religione, Eccleſia, & alio loco
pio contra aliam perſonam priuatam non miſera-
bilem, & contra iuriſdictionem laicalem, *l.ſunt per-*
ſonæ ff.de relig & ſumpt.fun. Matheſilanus *num.*5.Na-
uarrus *d.cap.27.num.*287. Neuizanus *d lib.6.num.*47.
verſic. item pro relig. Iuriſperiti relati ſuprà *num.*683.
& 684. ex noſtris Theologi citati ſuprà *num.* 501.
& 511. Villalobos 1.*part. ſumm.tract.*1.*diff.*7.*num.*1.
Trullench *lib.8.cap.1.dub.6. num.*3. Aduertit autem
poſt alios Neuizanus *ibidem* non eſſe fauendum
tantum Eccleſiæ, & religioni, quòd propterea deſit
iudicium rationis, nec in tantum, quòd inde ener-
uetur iuriſdictio laicorum. † Item in eadem æqua- 722.
litate opinionum iudicandum pro pupillo, vidua,
paupere, & alia perſona miſerabili, vt poſt alios
Matheſilanus *d. num.*5. Nauarrus *d.num.*287. Neui-
zanus *d. lib. 6.num.*27. & alij relati ſuprà *num.* 691.
Villalobos, & Trullench *locis citatis.* Hoc autem,&
quod numero præcedenti dictum eſt, intelligitur,
quando dubitatio habuit originem in cauſa pia, &
in perſona talium perſonarum fauorabilium, aliàs
ſecus,vt dictum eſt ſuprà *d.num.*691.& tradunt Ma-
theſilanus, & Neuizanus *locis allegatis*, & alij *eodem*
*num.*691. citati,& alij, quos referunt iidem Mathe-
ſilanus, & Neuizanus. Qui etiam *à num.*29. *ad* 45.
copioſè explicat, quænam dicantur perſonæ miſe-
rabiles in iure priuilegiatæ, & cur talibus perſonis
iura faueant. † Item ſtante opinionum oppoſita- 723.
rum æqualitate, & cæteris paribus,pronunciandum
pro illo, qui eſt in poſſeſſione ante litem motam,
vt conſtat ex dictis ſuprà *num.*511.*&* 516.& tradunt
Neuizanus *d.lib.6.num.*47. Carocius *d.caſu* 32.*n.*168.
Doctores relati *dictis numeris* 511. *&* 516. & alij
communiter, quos refert Neuizanus. † Item in ea- 724.
dem æqualitate, & cæteris paribus iudicandum po-
tius pro priuato contra fiſcum,quàm è contra,vt di-
ctum eſt ſuprà *num.*502.& docent Matheſilanus *vbi*
*ſuprà num.*7.Nauarrus *d.num.*287.Neuizanus *d n.*47.
verſic.item in dubio contra fiſcum,& alij citati *d.n.*502.

Villa

Villalobos, Trullench *locis citatis*, & plures alij alle-
gati à Neuizano, & à Menochio *lib. 2. præſumpt. 72.*
vbi idem docet. quod eſt intelligendum iuxta tra-
725. dita *eodem num.* 502. *&* 503. † Item in æqualitate
opinionum tenenda eſt opinio, quæ fauet ſubſtan-
tiæ actus, & iudicandum, vt actus valeat, & non
pereat. ita Mathesilanus *num. 7. &* 8. Nauarrus *dict.
num. 287.* Neuizanus *d. lib. 6. num. 47.* Menochius *præ-
ſumpt. lib. 6. præſumpt. 4. num. 1.* Maſcardus *de probat.
concl. 1115. num. 2.* Simon Vaz *in locis communibus lit-
tera A. num.* 62. Auguſtinus Barboſa *de Axiomati-
bus axiomate* 12. *num. 17. & ſeqq.* Trullench, & Villa-
lobos locis *ſuprà* allegatis, & communiter Iuriſpe-
riti à Neuizano, Maſcardo, Menochio, & Barboſa
allegati aſſerentes in dubio, & ambiguitate opinio-
num, ſcilicet, quando non apparet quæ ſit magis
communis opinio, aut verior pro validitate actus
pronunciandum etiam pro actore contra Reum.
726. † Idque procedit ſiue actus ſit teſtamentum, ſiue
alia vltima voluntas, ſiue pars vltimæ voluntatis,
vel aliquod legatum, vel fideicommiſſum, vel ſub-
727. ſtitutio, *cap. vlt. de ſentent. & re iudic.* † Siue ſit con-
tractus bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, vt ſtipulatio,
*l. quoties in actionibus ff. de rebus dubijs. l. quoties in ſti-
pulationibus, ff. de verborum obligat.* Matheſilanus, Na-
uarrus *locis citatis*, Menochius *num. 30. &* 31. (ex quo
ait Matheſilanus ſequi mirabile, ſcilicet, ſi pro acto-
re facit opinio, quòd valeat ſtipulatio, pro Reo fa-
cit, quòd valeat contrarium, præualebit illa opinio,
quæ facit pro actore, niſi fortè, addit, ſtipulatio eſſet
pœnalis, quia tunc (inquit) tantum eſt odium pœnæ,
quòd fortè præualeret opinio, quòd ſtipulatio non
valeret, arg. *l. ſi præſes. & l. poteſt. ff. de pœnis. & l. factum
cuiuſque, §. fin. ff. de reg. iur. & reg. in pœnis, de reg. iur.
in 6.* Quamuis contrarium, & etiam in pœnalibus,
quæ odioſa, & ſtrictæ ſunt interpretationis in dubio
pronunciandum pro valore actus, nonnullis aliis
allegatis teneat Menochius *d. præſumpt. 4. num.* 33.)
ſiue ſit actus iudicialis (nempe libellus, litis conte-
ſtatio, citatio, receptio teſtium, ſententia interlocu-
toria, diffinitiua, vel mixta, vel decretum, vt eſt miſ-
ſio in poſſeſſionem, ex primo, vel ſecundo decreto,
vel datio tutoris, vel curatoris,) ſiue reſcriptum ad
lites, vel ad beneficia, ſiue priuilegium. ita Mathe-
ſilanus, & Nauarrus *locis citatis*, & Menochius *n. 32.*
728. † Eo quòd in dubio, & in ambiguis præferri debeat
via, ſeu præſumptio per quam actus ſuſtinetur, *l. in
ambigua ff. de legibus*, & aliis iuribus allegatis, &
Doctores communiter relati à Neuizano *d. num. 47.*
Menochio *d. præſumpt. 4. num. 1.* & copioſiùs ab Au-
guſtino Barboſa *d. axiomate* 12. *num.* 17. 18. *&* 19. vbi
quòd interpretatio, quæ fit pro validitate actus, eſt
regina aliarum interpretationum, ex Cephalo *con-
ſil. 51. num. 39.* & Mantica *de coniect. lib. 12. tit. 17. n. 13.*
& quòd omnis interpretatio admittitur ad ſuſti-
nendum actum, ex Rota *deciſ. 469. num. 3. part. 2. re-
cent.* Roland. à Valle *conſil. 61. num. 26. lib. 3.* Quamuis
etiam verba improprientur ex Fulgoſio *conſ.* 87. &
Tuſcho *tom. 1. littera A. concl. 136. num. 32.* Quod ta-
men non admittitur in omnibus ſuprà enumeratis
actibus, vt obſeruat Matheſilanus *vbi ſuprà num* 8.
& 9. dicens quòd ſuppoſito, quòd in aliquo valeant,
debent ſtrictè interpretari verba aliquorum ex ſu-
pradictis, puta ſententiæ diffinitiuæ, *l. 1. C. ſi plures
vna ſententia*, vel priuilegiorum, vel reſcriptorum,
729. vel ſtipulationum. † Item extra ſupradictos caſus
in æqualitate, & ambiguitate opinionum eligenda
eſt opinio, quæ fauet Reo, & ferenda ſententia in
illius fauorem, vt conſtat ex dictis ſuprà *num. 494.
& tribus ſeqq.* 511. *&* 521. & Doctoribus communi-
ter iiſdem numeris relatis. & in his terminis tradunt
Matheſilanus *vbi ſuprà num. 9. &* 10. Nauarrus *dict.
num. 287.* Carocius *d. caſu 32. num. 68.* Neuizanus *dict.
lib. 6. num. 21. &* 42. & latiſſime Menochius *lib. 2. præ-
ſumpt. 90.* cum Reo contra Actorem in dubio, ſeu
ambiguis, & non claris eſſe fauendum, decernunt
iura *cap. fin. de re iudic. l. inter pares ff. eodem, l. Arrianus
ff. de actionibus, & obligat. l. fauorabiles, ff. de reg. iur &
cap. cùm ſint partium, de reg. iuris in 6.* ex quo, inquit
Matheſilanus, ſequitur hoc mirabile, vt ſi idem ca-
ſus occurreret modò pro Reo, modò pro Actore,
poſſet iudex ſalua conſcientia, & ſaluo honore ſuo
ferre ſententias contrarias, ac proinde magnum eſt
commodum poſſidendi, & ſuſtinere partes Rei, vt
dicitur *§. commodum, Inſtit. de interdictis, & l. ſi qui
deſtinauit. ff. de rei vendic.* † Prædictam autem regu- 730.
lam ex variis iuribus præallegatis collectam, vt in
dubio præſumendum, ſeu iudicandum ſit pro Reo,
non procedere in foro animæ, & vbi agitur de pec-
cato euitando, ita quòd tunc debeat fieri interpre-
tatio, & ſumi præſumptio contra Reum, ex quo tu-
tior eſt pro ſalute animæ, tradunt poſt Gloſſam *in
cap. 1. de ſcrutinio.* Decius *in cap. ex litteris, num. 6. de
probationibus.* Alciatus *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 44.
num. 12.* Neuizanus *d. lib. 6. num* 46. Menochius *dict.
præſumpt. 90. num.* 23. & alij à Neuizano relati. &
plures ex Summiſtis, præſertim Angelus *verb. du-
bium num. 1. &* 2. ſecus verò in dubio contentioſo.
Hinc in dubio in foro animæ pronunciandum iu-
ramentum obligare, & ſeruandum eſſe, ait *ibidem*
Neuizanus ex Antonio Bauaria *in tractatu de virtute
iuramenti*, & aliis. Similiter in dubio iudicandum
contractum eſſe vſurarium, tradit idem Neuizanus
ex Mariano *in repet. cap. ad audientiam, de homicidio*,
& aliis. Rurſus in dubio in foro animæ quempiam
debere iudicari irregularem, docent Angelus *loco
citato*, & Neuizanus, dicens è contra, quòd in du-
bio, quantum ad forum iudiciale iudicari debet po-
tiùs, quòd quis non ſit excommunicatus, aut irre-
gularis, id quod etiam dixerunt Panormitanus *ad
cap. ad audientiam, de homicidio.* Decius *in cap. præterea,
de appellationibus*, & plures alij relati à Ioanne Vale-
ro *de diff. in vtrumque forum, v. irregularitas, diffic. 5.
num. 1.* & à Neuizano *loco citato.* vbi rationem huius
aſſignat ex Corneo *conſ. 201. vol. 2.* dicente, quòd li-
cèt ſit fauendum animæ, per hoc tamen non debe-
mus recedere à iuris cenſura, quæ eſt, vt in foro iu-
diciali iudex non debeat Reum condemnare, ſed
abſoluere ab inſtantia iudicij, vt conſtat ex ſupra-
dictis, & docent omnes Doctores *dictis numeris* 494.
511. *&* 521. *& numero præcedenti.* Decius, & Panor-
mitanus *vbi ſuprà*, & alij, quos Valerus *vbi ſuprà*,
refert. Verùm de hac limitatione, & diſtinctione
quoad forum animæ, & quoad forum iudiciale, an
ſit admittenda agemus infrà, cùm de conſcientia
formaliter, & rigoroſè dubia, vbi latè explicabitur,
an in dubio formali, & rigoroſo iuramentum ſit
ſeruandum, & quis debeat cenſeri irregularis, &
excommunicatus. Præter ſupradictos verò caſus,
alios plures, & multos, pro quibus in dubio præſu-
mendum, vel iudicandum ſit, ponit Neuizanus *dict.
lib. 6. num. 23. ad 27. d. num. 46. & num. 47.* qui apud
eum videri poſſunt, & procedunt potius in dubio
rigoroſo, quàm in varietate opinionum, de qua hîc
loquimur.

Tertiò igitur deficientibus omnibus prædictis, 731.
pro quibus oſtenſum eſt in varietate opinionum
æqualium, & in dubio iudicandum eſſe, ſtante ea-
dem æqualitate opinionum multi dicunt optimum
eſſe conſuli Principem, ſeu ſupremum Magiſtratum,
ſi

Digitized by Google

ſi commodè conſuli poteſt, ita Matheſilanus *dict.*
*tract.de elect. opin. num.*9. Antooius Maria Carocius
*lib.*2.*d.tit.*9. *num.*169. & apud eum Lancellotus per
*l.*2. §. *ſi quid igitur, C. de vet.iur. enud. l. cum de nouo,*
Cod. de legibus. & alia iuta, quæ ad id Matheſilanus
allegat. qood ramen non eſt in vſu, & tatò poteſt
commodè fieti.

Quare quartò deficientibus omnibus prædictis,
& ſtaote æqualitate opinioonm ex patte iutis pro
vtroque collitigantium, vnum ex duobus debet iu-
dex facere.

732. Primum index(& idem debete facere Aduocatum,
aiunt Neuiz. & Caroc. locis *infrà* allegandis,) de-
bet hottari partes ad coneotdiam, proponendo eis
ex vna parte dubium rei euentum, & incettam vi-
ctotiam, & ex altera ſumptus ingentes, ioimicitias,
rixarum pericula,animi anguſtias, cotporis labotes,
& alia plura id genus ex litibus emanantia, quæ
copioſè recenſet Neuizanus *loco* mox *allegando.* ita
Baldus *conſil.* 164. *vol.*2. Boërius *decif.* 155. *num.*28.
Neuizanus *lib.*6.*ſylua num.* 8. *& quinque ſequentibus.*
Antonius Maria Carocius *lib.*2. *de comm. opin. tit.*9.
*num.*170. *& ſeq.* Doctotes Theologi, & Iuriſperiti
*ſuprà num.*513. relati, & alij Iuriſperiti à Neuizano
allegati. & priùs innuit Gloſſa *in cap. fin. verb. de*
compoſitione, de probat. argumeoto cuios capitis id
733. docuetunt Baldus, & Boërius. † Imò ſi pteces, &
hortationes non ſufficiant,& ptoſiot, iudicem poſ-
ſe, & debere collitigantes compellere ad compoſi-
tionem,& concotdiam,arg.*can.placuit d.*90. ttadunt
Matianus *in cap.*2.*de libell.oblat.*Iaſon *in l.quidam exi-*
*ſtimauerunt, num.*4.*ff.ſi certum petatur.* ad id allegana
Buttium,& Abbatem, & Carocius *d.tit.*9. *num.*171.
& idem aiuot Syluester,Angelus,Tabiena,Sanchez
locis citatis. quod in aliquibus cauſis, ptout *in dict.*
can.placuit,poteſt procedere,alioqui licèt concotdia
poſſit ſuaderi, regularitet tameo non poſſe impe-
rari, nec quempiam cogi poſſe ad ttanſigendum,
poſt Iaſon *in d. l. quidam exiſtimauerunt, & in Auth.*
ſi verò contigerit, Cod. de iudicijs, Felinum *in cap. qua*
in Eccleſiarum, de conſtit. & in rubr. de treug. & pace,
& nonnullos alios,docet Neuizanus *d.lib.*6.*num.*12.
& ttadunt etiam Syluester *v.index* 1. *quaſt.*7.*dicto* 3.
Angelus *num.*4. Tabiena *num.*2. Armilla *num.* 4. &
734. Sanchez *conſil lib.*6.*cap.*1. *dub.*25. † Ex eodem Feli-
no etiam *in d.rubr. ad finem*, & Lanfranco *tract. de*
*arbitr. quaſt.*15. Neuizanus addit, qoòd non ſolùm
partes non poſſunt cogi ad compoſitionem, ſed
quòd ſi iodex videt alteram partem litigantium ſo-
uere iuſtitiam,non modò cogeodo,ſed petſuadendo
facete comptomiſſum, facit contta conſcientiam, ſi
propterea pars fouens iuſtitiam aliquid telaxet de
ſuo, quicquid ſecus dixetit Socinus, contta quem
metitò inuehit(vt teſert *ibidem* Neuizanus) Lancel-
lotus Politus *tract. de ſubtil. quaſt.*8.& colligitur ex
S. Thoma *loco infrà citando*, & ttadunt Summiſtæ
omnes, *verb. Aduocatus.* Nauarrus *in man. cap.* 25.
*num.*28. Guſſius *decif. aur. part.*1. *lib.*3. *cap.*8. *num.*3.
Leſſius *lib.*2.*de iuſtit. cap.*31. *num.*49. Layman *lib.*1.
*tract.*1.*cap.*5. *num.*20. & alij aientes Aduocatum, &
iudicem, & quemlibet conſiliarium, qui ſcit vnam
partem litigantium habete cauſam iniquam, & in-
iuſtam, non poſſe ſuadere compoſitiooem, & indu-
cere ad tranſactionem cum damno altetios partis,
cùm ſolùm in cauſa dubia id liceat. Quod tamen
Neuizanus ex Felino *ibidem* limitaodum ait, niſi
alia pars relaxet ſibi ſcienter, cùm tunc videatut
donare,vel niſi fortè(vt docuerunt Barbatius *conſ.*1.
*lib.*3. & Caccialupus *tract. de tranſactionibus*, *q.*20.)
videat expedire parti iuſtitiam fouenti ex aliqua
cauſa,puta, qoia lis poſſit multum protelari per ap-
pellationes,nã poſſet tunc perſuadere Actori,& etiã
Reo,quòd veliot potiùs tranſigete, quàm diu ſic li-
tigare,cùm melior ſit certa pax,quàm ſperata victo-
ria; & de iure ſoo aliquid tradete cum pace, quàm
totum litigaodo cooſequi. & præſertim poſſet ſua-
deri tranſactio, & compoſioo,iuxta eundem Feli-
num, Neuizanom *vbi ſuprà*, ſi pauper litigaret cum
diuite;nam licèt foueat iuſtitiam, non poterit eam
obtinere contra illum potentem; cùm (inquit idem
Neuizanus *num.*13.) contra maiorem nemo præſu-
mat honorem, iuxta *Gloſſam* 1. *in l. quia etiam ff. de*
alien. iud. mut. cau. fact. & lex ſit araoea tela, quare
tunc iudex partes concordando, ſi aliquid detrahat
de iure illius pauperis,non peccabit, iuxta eundem
Neuizanum,& Cotſetam *in tract. de poteſt. regia* 23.
priuileg. pacis. & alios apud eundem Neuizanum;
quod idem docent Syluester, Tabiena, Armilla, &
Sanchez *locis citatis.* † Caſus autem, in quibus quis 735.
poteſt cogi facere compromiſſum, ſeu concotdare,
ponunt Iaſon *in d. l. quidam exiſtimarunt.* Felinus *in*
d.rubr.& Caccialupus *in d.quaſt.*10.vbi etiam in fine
(vt etiam notat Neuizanus *num.*14.) dicit, quòd in-
ter alia pericula Aduocatorum, illud eſt primum,
quaodo Aduocatus ſcit partem ſoam ſouere iniu-
ſtitiam,& illam inducit ad ttanſigendum;& ſic con-
ſulit,quòd alienum capiat. Addit inſuper ex D.Tho-
ma 2.2.*quaſt.*71.*art.*5.*ad* 2. quòd ſi io progreſſu litis
videt cauſam clientuli ſui iniuſtam, debet eum in-
ducere ad cedendum, vel ad componendum ſiue
damno aduerſatij, quod idem docent omnes Sum-
miſtæ, *verb. Aduocatus*, de qua re infrà,& vnum ca-
ſum in ſpecie ponunt poſt Panormitanum *in cap.*
fin.de tranſact. Syluester, Armilla, Tabiena, & San-
chez *locis citatis*, nempe ſi lis eſſet valdè longa, &
difficilis,& iura partium eſſent omninò ignora,tunc
enim aiunt poſſe iodicem compellete partes ad
compoſitionem,pet *cap placuit d.*90.

Alterum eſt, ſi iudex non poteſt partes ad com- 736.
poſitionem, & concotdiam deducere, vel quia eæ-
dem partes reſiſtunt, vel quia ex iuſta cauſa non iu-
dicet expediens compoſitionem proponere, debet
rem litigioſam inter colliigantes diuidere, ſi eſt
diuiſibilis, vel diuidere ſmctus, aut pretium, ſi res
ſit indiuiſibilis; circa quud non immotor cùm ſatis
probatum ſit ſuprà *num.* 513. & ttadunt Theologi,
& Iuriſperiti *ibidem* relati, cum aliis quos iidem Iu-
riſperiti allegati referunt, & ſaltemex æquitate ita
facieodum docent communitet Iuriſperiti, quos re-
ferant Caualcanus,Boërius, Neuizanus, Carocius,
& Menochius locis *eodem num.*513. allegaris, quod
intelligendum, cùm neutra pars legitimè poſſidet,
iuxra dicta ſuprà *n.*516. Et hæc de opinione, quam
in iudicando ſequi debet iudex, paulo latiùs placuit
ſcribere, & exactè diſcutete, tum qoia ex vna parte
eſt tes valdè controuerſa, & ex altera quoad vſum,
& praxim tam in foro interno, quàm externo fre-
quens, & quotidie occurrens, ac ptoinde ad vſum
tam Confeſſariotum, quàm iudicum fori conten-
tioſi,tam copioſè, & plenè controuerſiam volui ex-
plicare, & puto non fumtum ioutile ſtudioſis dili-
gentioribus. An verò iudex licitè queat contta pro-
priam, certam, & euidentem ſcientiam iudicare, ſi
alitet conſtet ex allegatis,& probatis in iudicio, ſeu
proceſſu, licèt oon ſit quæſtio propriè ſpectans ad
materiam coofcientiæ opinatiuæ, tamen explicabi-
tut poſt ſeqoentem paragraphum.

SVMMA

Digitized by Google

SVMMARIVM.

737 *Aduocatus in conflictu opinionum Theologorum, quòd illi liceat, necne, cauſam aliquam veri, poteſt ſequi, quam maluerit, opinionem.*

738 *Aduocatus in caſu cauſa dubia, ſeu æqualis probabilitatis facti, aut iuris, & quoties iudices modò in vnam, modò in alteram partem inclinant, poteſt patrocinari Reo, vel Actori prout maluerit, & ſeqq. ad 744.*

Etiam in cauſa fauorabili, ibid.

Debet tamen priùs admonere clientem de qualitate cauſa, & incertitudine victoria, & cauere, ne promittat certam ſententiam eidem clienti, aliàs non litigaturo, n. 747.

741 *Quando Aduocatus non poſſit patrocinari in cauſa criminali, vel ciuili dubia circa factũ contra Reum.*

748 *Aduocatum, aut cauſidicum non poſſe licitè patrocinari parti habenti cauſam minus probabilem contra opinionem probabiliorem, aut communem, aliqui abſolutè aſſerunt.*

749 *& quòd Doctor conſulens contra communem teneatur parti conſulta, & contra quam conſuluit ad damna, & intereſſe.*

750 *Alij aiunt in cauſis maioris momenti poſſe patrocinari cauſa minus probabili in fauorem Rei, & cauſa pia, non autem contra Reum, & cauſam piam; in cauſis verò minoris momenti poſſe defendere cauſam minus probabilem contra probabiliorem, tam pro Actore, quàm pro Reo, & num. 751. & 752.*

753 *Quod tamen dicunt eſſe periculoſum.*

754 *& cauendum ne ita ſit minus probabilis, vt iniuſta cauſa accedat.*

755 *Alij magis communiter abſolutè docent Aduocatum, & cauſidicum poſſe defendere quamcumque cauſam minus probabilem, dummodò probabilis ſit, tam in fauorem actoris, quàm Rei, & 756.*

757 *Extenditur etiamſi ipſe Aduocatus cauſam iuxta aliorum virorum doctorum opinionem probabilem exiſtimatam opinaretur iniuſtam, & falſam.*

758 *Declaratur, vt priùs de infirmitate cauſa ſit admonendus cliens, ſi fortè velit deſiſtere, vel componere, alioqui ſi ſuccumberet, teneretur Aduocatus ad intereſſe, & damna.*

759 *Declaratur etiam, vt non procedat, ſi cauſa minus probabilis, ſit parum probabilis, & in quam iudices rariſſimè, & ferè nunquam inclinent, & 761.*

760 *Quamuis aliqui declarationem reyciant.*

Aduocatus, aut cauſidicus defendens cauſam minus probabilem, contra opinionem probabiliorem, & etiam communem, non facit contra conſcientiam, nec defendit cauſam iniuſtam, nec eſt perſonarum acceptator, n. 756.

Aduocatus cur poſſit in cauſa minus probabili aduocare, Princeps autem habens cauſam minus probabilem non poſſit licitè bellum inferre, ibid.

Aduocato cauſam minus probabilem contra Reum non licet defendere, quando hinc graue damnum immineret Reo, & parum intereſſet Actoris cauſa potiri, ibid.

762 *Aduocatus, & cauſidicus antequam ſuſcipiat cauſa patrocinium, debet diligenter inquirere cauſa merita, & iuſtitiam.*

Suſcipiens cauſam manifeſtè iniuſtam, vel ſuſceptam bona fide tanquam iuſtam, & poſtea agnitam iniuſtam defendens, peccat contra iuſtitiam, & tenetur ad intereſſe, & damna partis, & clienti non priùs admonito de iniuſtitia, ibid.

Aduocatus tenetur admonere clientem cuius cauſam in progreſſu litis agnoſcit iniuſtam, vel penè iniuſtam, non tamen poteſt detegere ſecretum, niſi id vergat in graue damnum tertij, & cliens admonitus nolit deſiſtere, ibid.

Qua cautela facienda dicta reuelatio ad impediendum graue alterius damnum, ibid.

763 *Aduocatus, & cauſidicus cauillationibus, & petitione dilationum ſuperfluarum protrahens litem iniuſtam, an, & quando peccet contra iuſtitiam, & teneatur ad reſtitutionem, intereſſe, & damni parti, contra quam patrocinatur, & qua ſint dilationes ſuperflua.*

An poſſit litem, quam agnoſcit iniuſtam, protrahere, vt cliens commodiùs queat aduerſario creditori ſatiſfacere, ibid.

764 *An poſſit Aduocatus patrocinari in cauſa poſſeſſoria in fauorem poſſidentis, qui manifeſtè non habet ius ad proprietatem, & iniuſtè poſſidet.*

765 *Aduocatus, & cauſidicus, qui ex ignorantia culpabili iuris, vel facti, ſuſcepit, vel defendit cauſam iniuſtam, vel ex ignorantia culpabili, & omiſſione debita diligentia eſt cauſa, vt cliens fouens cauſam iuſtam cadat, an, & quando peccet mortaliter, & teneatur reſarcire damna inde clienti, & parti aduerſa ſequuta. Vbi an teneatur tantùm de dolo, & lata culpa, an verò etiam de culpa leui, vel etiam de leuiſſima, & 766. 767. 768. & 771.*

Iudices, Gubernatores, cuſtodes, artifices, conductores, locatores operarum, & ſimiles perſona, ex quorum negligentia alteri ſequitur damnum, an tenentur de leui, & leuiſſima culpa, an verò ſolùm de dolo, & lata culpa, ibid.

769 *Si cliens nouit imperitiam Aduocati, is non tenetur ad intereſſe, & damnum ex imperitia eidem clienti ſequutum.*

Quid de Aduocato fiſci, ſi negligenter ſe gerat in cauſa illius defendenda, an ad reſtitutionem teneatur, n. 775.

770 *Aduocatus imperitus non tenetur reſarcire damna partis aduerſa ſecuta ob patrocinium cauſa iniuſta, ſi cliens ſit Iuriſperitus; iſte enim tunc tenetur.*

772 *In cauſa dubia, & æquè probabili Aduocatus, & cauſidicus hortentur partes ad concordiam, & potius patrocinentur Reo, & cauſa fauorabili.*

773 *& multò magis ſuadenda eſt compoſitio clienti fouenti cauſam debiliorem, & potiùs patrocinandum fouenti cauſam iuſtiorem.*

774 *Aduocatus, & cauſidicus defendens cauſam dubiam, vel minoris probabilitatis, caueat, ne dicat iudici id, quod non eſt, vel ipſe non ſentit, nempè eſſe probabiliorem, vel æquè probabilem, nec ſua auctoritate conetur adducere iudicem in eam opinionem, quam ipſe verè æquè probabilem, aut probabiliorem non iudicat.*

Aduocatus ingenioſus, & eruditus iudici imperito facilè ſuadet, qua vult, ibid.

775 *Aduocatus, & cauſidicus debet fideliter adducere iura, & citare auctoritates, & abſtinere a cauillationibus, nimia ſubtilitate, argumentis ſophiſticis, & captioſis, alioqui vltra peccatum, teneretur reſarcire damna inde ſecuta clienti, & parti aduerſa.*

Quid ſi Reum fraudibus defendat contra fiſcum, ita vt fiſcus non rapiat illius bona, aliter rapturus niſi fraudibus defenderetur, an teneatur ad faciendam fiſco compenſationem. & quid ſi Reum criminaliter accuſatum ita defendat, vt accuſator deficiat, & ob id pœna talionis puniatur, an teneatur ad reſtitutionem, & efficiatur irregularis, ibid.

Aduocati

Aduocati praui moriuntur ſine lequela, & quidam poſt mortem inuenti ſunt ſine lingua, ibid.

Dynus, & Bartolus damnati, ibid.

776 *Aduocatus, & cauſidicus ſaltem ex honeſtate cauere debet à patrocinio vtriuſque partis ſimul, vel ſucceſſiuè.*

777 *Aduocatus ſciens iuſtitiam, vel iniuſtitiam cauſæ, non poteſt licitè vtrique parti patrocinari.*

778 *Aduocatus & cauſidicus in progreſſu litis cognoſcens cauſam ſui clientis eſſe iniuſtam, an poſſit licitè illam deſerere, & alteri parti patrocinari, negatiua.*

779 *Affirmatiua.*

De honeſtate tamen abſtinendum à patrocinio vtriuſque partis, ibid.

780 *In vna, & eadem cauſa (cùm cauſa eſt dubia, aut probabilis) poteſt quis pro vtraque parte eſſe Aduocatus in diuerſis articulis, & in diuerſa inſtantia, ſicut & poteſt in diuerſis litibus, & cauſis.*

781 *Etiam in eadem inſtantia pro vtraque parte ſimul, vel ſucceſſiuè iure naturæ, vel communi eſſe poſſe Aduocatum tenet vna ſententia.*

782 *Secus iure municipali Hiſpaniæ.*

783 *Contrarium eſt neque ſimul, neque priùs defendendo vnam partem, poſtea alteram poſſe Doctorem in eadem inſtantia eiuſdem cauſæ eſſe Aduocatum, tam foro conſcientiæ, quàm iure communi attento, altera ſententia magis communis, & verior aſſerit, & ſeqq.*

787 *Priuſquam alicui Doctori demandatum eſt ſecretum cauſæ in eadem cauſa, & nondum communicatis, & viſis ſcripturis, poterit in eadem cauſa contra partem, quæ prius ipſum adijt, & conſuluit eſſe Aduocatum, in fin.*

Aduocatus quondam fiſci poteſt eſſe contra fiſcum in alia cauſa, in qua non dedit ei patrocinium, d.780.

788 *Iudex qui fuit in cauſa principali, poteſt eſſe Aduocatus in cauſa appellationis, licèt meliùs faciet, ſi abſtineat ab vtriuſque partis patrocinio: nullum autem erit inconueniens aſſiſtere cauſæ appellationis, inſtruere appellatum, & defendere ſuum proceſſum.*

789 *Quis in eadem cauſa non poteſt eſſe ſimul Aduocatus, & iudex.*

Vni non licet ſimul exercere duo officia contraria, ibid.

790 *Qui fuit Aduocatus in cauſa, iure ciuili prohibetur exercere officium iudicis in eadem cauſa, & poteſt repelli, ſeu recuſari, & 791.*

793 *At in foro conſcientiæ licitè poſſe affirmant nonnulli.*

794 *Sed contrarium tenendum.*

Iudex in cauſa, in qua fuit Aduocatus, fert ſententiam validam ſecundùm aliquos, niſi fuerit recuſatus. At iuxta alios talis ſententia eſt irrita, num.792.

795 *Aduocatus, qui fuit in cauſa, poteſt eſſe iudex in alia diuerſa, dummodo non connexa, neque prima fuerit capitalis, & famoſa.*

§. XXVIII.

Quam opinionem ſequi debeat Aduocatus, & Cauſidicus.

737. HÆc difficultas, ſicut dixi initio præcedentis paragraphi de difficultate *ibidem* propoſita, non procedit quando inter Theologos, aut Iuriſperitos ſunt oppoſitæ probabiles opiniones, an liceat hanc, vel illam cauſam, aut litem tueri; & vna affirmat, & altera negat, hoc enim caſu poteſt pro libito ſequi quam maluerit, vt conſtat ex dictis ſuprà §. 17. & in his terminis docent Azorius *p.1. lib.2. cap.17. quæſ.11.* Vazquez 1.2. *diſp.64. cap.1. initio.* & Sanchez *lib.1. ſum. cap.9. n.49.* ſed procedit quando opiniones diuerſæ Doctorum ſunt circa ius partium, ſeu colligantium, vel volentium litem excitare. Et vna affirmat conſtare de facto, vel de bono iure; altera verò negat adeſſe facti probabilitatem, ſeu eſſe ſufficientes facti probationes, vel ſuppoſito facto negat ius aſſiſtere, ſeu fauere. Diſtinguunt autem Doctores communiter duos caſus, & primò,

An in cauſa dubia, & æqualis probabilitatis ex vtraque parte liceat Aduocato, & Cauſidico, cui maluerit parti patrocinari.

ET primus eſt, quando cauſa pro vtraque parte collitigantium eſt, ſeu ab Aduocato, aut Cauſidico poſt diligentem eiuſdem cauſæ conſiderationem iudicatur dubia; & licèt dubium propriè ſit, & accipiatur, quando animus eſt anceps in neutram partem inclinans, ſeu intellectus neutri parti aſſentitur, vt conſtat ex dictis *ſuprà*; nihilominus in præſenti Doctores communiter infrà allegandi, & alij potiſſimum intelligunt pro cauſa dubia, cuius iuſtitia ſiue ex parte facti, ſiue ex parte iuris non conſtat, ſed ſunt hinc inde opiniones Doctorum æquè probabiles, ſcilicet, vtraque pars nititur rationibus æquè bonis, & Doctoribus æquè grauibus diuerſimodè iura intelligentibus, vel ſentientibus de facti probabilitate, ſeu probationibus. 738.

Et in hoc caſu conueniunt Doctores Aduocatum, & Cauſidicum poſſe patrocinari pro altera parte, ſiue actore, ſiue Reo. ita D. Antonin. *p.3. tit.6. c.1. §.1.* Angelus *v. Aduocatus n.17.* Syluester *quæſito 10.* Armilla *n.20.* Nauarrus *in man. cap.25. num.28.* Guffius *deciſ. tur. p.1. lib.3. c.8. n.2.* Rodriquez *in ſum. p.1. c.2. n.1.* Toletus *lib.5. inſtruct. c.60.* Sotus *de iuſtitia lib.5. quæſt.8. art.3.* Michaël Salon. 2.2. *q.71. art.3. controu.2. concl.1.* Petrus Arragon *ibidem.* Bagnes *ibidem n.4. in 1.p. dub.6.* Fauentin. *in 4. diſt.14. q.1. diſp.6. n.68.* Gregorius de Valentia *tom.3. diſp.5. q.15. p.4.* Azorius *d. q.12.* Vazquez *d. c.1.* Sanchez *d. c.9. n.51.* Leſſius *de iuſtitia lib.2. c.31. dub.9.* Saytus *lib.1. clau. c.11. n.17. & 19.* Salas 1.2. *tract.8. diſp. vnica num.101. 103. & 104.* Bonacina *de Præceptis diſp.2. q.4. p.9. n.16.* Fagundez *in Decal. lib.8. c.38. n.13.* Breſſerus *lib.3. de conſcientia c.13.* Ioann. Lugo *de iuſtitia, & iure tom.2. diſp.41. n.7.* Filliucius *tom.2. tract.40. c.10. n.285.* Layman *lib.1. tract.1. c.5. n.17.* Diana 1. *p. tract.13. reſol.4. & p.2. tract.13. reſolut.6. & p.4. tract.3. reſolut.47.* Caſtrus Palaus *tom.1. diſp.2. p.11. num.2.* Villalobos 1. *p. ſumm. tract.1. diff.14. n.3.* Hieron. Pharao *in prompt. tract.1. ſuff. 3. caſu* 10. Trulleneh *tom.2. lib.8. c.5. dub.4. num.2.* Mulderus 1.2. *q.15. art.5. diſp.86. aſſert.8. fine,* Lorca 1.2. *diſp.39. membro* 2. alij Summiſtæ, & Theologi apud præallegatos. Et ex Iuriſperitis Petrus Ala *de Aduocato p.1. q.37.* & alij relati ab Armilla, Syluestro, & Salas, & poſſunt etiam allegari omnes Iuriſperiti §. *præcedenti* relati, tenentes iudicem in huiuſmodi cauſa dubia, & æquilibrio opinionum Doctorum oppoſitarum poſſe ferre ſententiam pro qua parte maluerit. Probatur primò, quia ſi in huiuſmodi cauſis dubiis non liceret Aduocato, aut Cauſidico patrocinari, ferè nunquam liceret, cùm hinc inde lites (vt notat Sotus) ſumant initium, & pendeant, quod res aut iure, aut facto in dubio verſantur. Secundò, quia munus Aduocati, & 739.

Cauſidici,

Cauſidici, non eſt cauſam diffinire, & ſenteotiam proferre, ſed ſolùm legum ſenſa bona fide ad alteruttam pattem applicare, & rationes, & omnia ea, quæ ſui clientis ius oſtendere, & confirmare poſſunt, proponere iudici, ad quem poſtea ſpectat iuxta merita cauſæ cognita, & iuxta regulas *§. præcedenti* explicatas, quas ipſe in iudicando ſeruate tenetur, ſententiam ferre; ſola autem propoſitio rationum, & iutium ſui clientis ſine dolo, fraude, & coactione iudicis ad ferendam ſententiam pro altera parte non continet iniuſtitiam, ſicut iniuſtè non agerer cliens ipſe, ſeu pars ipſa, ſi per ſe propooeret iudici, vt iuxta cauſæ merita iuſtitiam adminiſtret: ex quo reiicitur ſententia Ariagæ *t. 2. tom. 2. diſp. 24. num.* 34. aientis quidem in hoc caſu æqualis probabilitatis poſſe clientem, & Aduocatum inchoare cauſam, quia fortè contingit, vt ponderatis omnibus rationibus cauſa deprehendatur probabilior, tamen ſi cognoſcat cettò non me probabiliorem, ſed tantùm æquè probabilem debere deſiſtere ab ea cauſa, & à patrocinio, vt ſoli ſuo clienti tota res adiudicetur, cùm nec index id in tali æqualitate facete poſſit: Aduocatus eteoim ſolùm proponit, non vrget, neque exhottatur, vel impellit iudicem, vt in fauorem ſui clientis ſenten-

740. tiam ferat. † Quæ rationes concludunt non ſolùm quando hinc inde non eſſent opiniones æquè probabiles; ſed etiam quando res, ſeu cauſa quoad factum, vel quoad ius, & leges propriè eſſet dubia; nam etiam tunc ad iudicem ſpectat rem diffinire, & partes poſſunt rationes ſuas, & teſtimonia, ſeu documenta, & iura, quæ videntur ſibi fauere, iudici allegare, & proponere, & ita etiam id ob ſupradictas rationes licebit Aduocato, & ita in ſimili cauſa propriè dubia poſſe Aduocatum pattocinari, videntur in terminis tenere D. Antoninus, Sylueſter, Angelus, Armilla, Toletus, Saytus *locis citatis*, cùm aſſerant ſimpliciter in cauſa dubia Aduocatum poſſe pro altera parte patrocinari, ita etiam expreſsè tenent Breſſerus, & Diana *dict. tractat.* 13. *reſolutione* 6. id attribuentes Maldero, & Lorcæ *locis allegatis*, & implicitè etiam aſſerunt alij Doctores præallegati, licèt expreſsè loquantur quando vtraque pars eſt æquè probabilis, attentis probationibus facti, & Doctorum opinionibus, vt ſuprà *n.* 738.

741. explicatum eſt. † Neque obſtat, quòd Princeps in cauſa dubia non poteſt contra alterum mooere bellum, nec illi non ſubditus poteſt eum in bello iuuare. Nam D. Antoninus, & Salon rectè reſpondent eſſe diſparitatem inter Principem, ac præliantem, & Aduocatum, & Cauſidicum, quia bellum eſt velut executio ſententiæ, quam debet præcedere diligens ioquiſitio de iuſtitia cauſæ, & ideo non debet ſuſcipi, nec in eo aoxilium præſtari, ſeu militari, donec conſtet eſſe iuſtum, qua etiam ratione iudex antequam ferat ſententiam, debet diligenter inquirere de iuſtitia cauſæ. Pattocinium autem Aduocati non eſt executio ſententiæ, ſed inquiſitio cauſæ, ad quam vnuſquiſque habet ius, quamdiu res eſt dubia, & ita licet Aduocato in re dubia aduocare, ſcilicet, ioquirete ius caoſæ dubiæ, & illud iudici proponere. Neque etiam obſtat ſi dicatur inde fututum bellum ex vtraque parte iuſtum, ſi & pro Actore, & pro Reo licet aduocare. Nam reſpondet Salon non eſſe inconueniens, vt re exiſtente dubia, bona fide, & per ignorantiam inculpabilem de iure cauſæ, vterque litem iuſtè ſuſcipiat, non enim daretur tunc bellum ex vtraque parte iuſtum, ſed quod ex vtraque parte videatur inſtum; id autem quod dictum eſt de licito patrocinio in cauſa propriè dubia, Ioannes Lugo *dict. diſput.* 41. *eod. num.* 7. *verſic. vnde non placet*, declarat procedere non indiſtinctè, & in quocunque dubio, ſed quando eſt dubium ſtantibus meritis cauſæ, pro qua debeat ſententia ferri, tunc enim vnicuique fas eſt ſua merita proponere. At ſi perpenſis omnibus allegatis, & quæ allegari poſſont, certum ſit, ſententiam in criminalibus pro Reo à iudice proferri, quia cauſa manet dubia, & Reus in dubio debet abſolui, in hoc caſu dubio, ait Lugo, non poſſe Aduocatum patrocinari, & faoere actori; quia tunc non tuetur cauſam dubiam, ſed certò ioiuſtam. Nam accuſator videns ſe non poſſe probare contra Reum, iniuſtè accuſat, vt Doctores communiter ſentiunt; ac proinde etiam Aduocatus iniuſtæ accuſationi aſſiſteret illi patrocinando. Idem addit Lugo dicendum in cauſa cioili dubia, vbi Reus legitimè poſſidet. Nam ſi actor ſcit ſe non poſſe probare contra poſſeſſorem legitimum, ſed rem manere dubiam, melior eſt cauſa poſſeſſoris, cùm in dubio melior ſit conditio poſſidentis, vt infrà dum de conſcientia dubia latè explicabitur; ergo etiã Aduocatus ſciens ſe nihil pro actore poſſe allegare, quo eius iotentio probetur, ſed rem ſemper debere manere dubiam; atque adeò iudicem debere iudicare pro reo, non poteſt iuſtè iuuare actorem petentem ſententiam iniuſtam; & in vtroque caſu, ait Lugo, ita ſentire etiam Salam *d. diſp. vnica n.* 108. vbi tamen obſeruatione quarta ſolùm, ait, in dubio facti in cauſis criminalibus Aduocatum non debere petere abſolutè, ſed ſub conditione implicita, vel explicita, ſi delictum ſufficienter probatum ſit: aliud autem eſt petere, & conari vt iudex ferat ſententiam in caſu, in quo videt iudicem non poſſe illam ferre, quod Aduocato non licet, iuxta dicenda infrà *num.* 759. aliud propooere iudici ſolùm merita cauſæ, quæ poteſt Aduocatus proponere etiam in caſu, in quo iudex non poteſt ferre ſententiam pro ſuo cliente, vt quando clientis cauſa eſt minus probabilis, iuxta dicenda infrà *num.* 755. *&* 756. Nihilominus declaratio admittenda videtur, vt Aduocatus non poſſit inchoare patrocinium, aut proſequi in cauſa criminali, & etiam ciuili dubia circa factum contra Reum, quando actorem accuſando, ſeu agendo conſtaret certò peccare, & iniuſtè agere; nam tunc Aduocatus tueretur cauſam iniuſtam.

Prædictam autem doctrinam, quòd in cauſa 742.
æqnalis probabilitatis, ſeu dubiæ cauſæ poſſit licitè Aduocatus tueri ſiue reum, ſiue actorem pro libito, aliqui declarant procedere iure naturali ſolùm attento; ſecus verò iuxta ius poſitioum: hoc enim inſpecto, vel à patrocioio vttiuſque partis abſtinere debet, vel ſuſcipere patrocinium Rei, & Actoris, qoando cauſa eſt fauorabilis, v. g. matrimonij, libertatis, &c. de quibus in præcedenti §. ita in terminis Valentia *loco citato*, & idem videtur ſentire Syluester *eodem verb. Aduocatus, quæſito* 13. & ita etiam quòd non liceat Aduocato in huiuſmodi caſu patrocinari contra Reum, docet etiam Granado *t.* 2. *tract.* 12. *diſp.* 4. *ſect.* 4. *num.* 40. & idem ſentit Salas *t.* 2. *tract.* 8. *diſp. vnica vnum.* 108. Probat Valentia, quia in dubio iuxta ius poſitiuuum fauendum eſt Reo, & poſſidenti, regula, *cùm ſunt iura partium obſcura, de reg. iuris in* 6. & aliis iuribus *§. præcedenti* allegatis, ſicut etiam in re dubia faoendum eſt cauſæ fauorabili matrimonij, &c. *cap. fin. de ſentent. & re iudicata*, & aliis iuribus *eodem §. præcedenti* adductis. Si dicatur illam regulam iuris, & alios ſimiles textus iuris tam canonici, quàm ciuilis

loqui de iodicibus, noo de Aduocato, aot Cauſidico, vrget Valentia, dicens, quòd præterquam quòd hoc eſt incertum, hinc ſumitur argumentum Aduocatum quoque non poſſe ſuſcipere cauſam contra Reum, aut cauſam fauorabilem, quia nemini licet petere, & perſuadere, qood alius efficere noo poteſt; ergo oec Aduocatus proponere, & perſuadere iudici ſententiam eſſe ferendam contra Reum, aut cauſam fauorabilem, quando cauſa eſt pro vtraque parte dubia, cùm iudex teneatur illam dare pro Reo, aut caoſa pia.

743. At alij Doctores ſuprà allegati loquuntur abſolutè, nec talem declarationem, ſeu limitationem agnoſcunt, ſed io terminis illàm reiiciunt Sanchez, & Palaus locis *ſuprà* allegatis: nam rationes adductæ ad doctrinæ confirmationem abſolutè, & vniuerſaliter in omni cauſa dubia probant; nec obſtat fundamentum Valentiæ, cui reſpondet primò Sanchez, & Azorius, & reſponſionem priòs tradidit Salon *d. concluſione in fine*, ſcilicet, quòd iudici, de qoo tantùm loqountur regula, & alij ſimiles textus, non licet in pari dubio, ſeu cauſa ferre ſententiam contra poſſidentem, qoia eſſet expoliare illum re, quam poſſidet, quod iuxta iura non licet in dubio, ſicut neque liceret litiganti propria auctoritate perturbare, & expoliare poſſidentem; at adire iudicem, vt expendatur, & inquiratur, an iuſtè poſſideat, hoc licet cuicunque habenti ius, & conſequenter poteſt Aduocatus illi patrocinari, ſicut & patrocinari parti habenti contra cauſam fauorabilem, quia patrocinium non expoliat alium re, quam poſſidet, nec condemnat partem aduerſam habentem caoſam fauorabilem, ſed ſolùm inquirit iuſtitiam cauſæ, illamque iudici conſiderandam proponit, non inducendo, perſuadendo, & cogendo iudicem ad ferendam ſententiam pro ſuo cliente, ſed tantùm exponendo illius ius, ſeu quæ illius ios contineat. Reſpondent ſecundò, iidem Azorius, & Sanchez, regulam illam *cùm ſunt partium iura obſcura*, potiorem eſſe conditionem poſſidentis, & Reo fauendum, procedere in dubio vero, & proprio, ita vt neutrius partis ſit aſſenſus, ſecus quando eſt opinionum diuerſitas, quæ tamen reſponſio reiecta eſt præcedenti § *num.* 516.

744. Porrò Salon, Aragon, Salas, & Petrus Ala addunt, quando cauſa, de qua controuertitur, eſſet talis, vt propter æqoalitatem probabilitatis vtriuſque partis, vel vſum receptum in iodiciis, iudices ſolerent modò in vnam, modò in alteram partem inclinare, etiam tunc abſqoe dubio liceret Aduocatis huiuſmodi caoſam ſuſcipere, ſicut licet parti ius ſuum expetiri, & faciunt rationes adductæ, & tunc etiam cauſa propter diuerſam iudicum inclinationem di-
745. ceretur dubia. † Superaddit idem Petrus Ala, quòd vbi in aliquo articulo nulla reperiatur lex, aut opioio Doctorum illum decidentium, ſed ſolis argumentis à ſimili certandum ſit, non poſſet Aduocatus reprehendi, ſi in hoc caſu dubio ſuam operam na-
746. uaret. † Inſuper notat idem Ala, quòd ſi iuſtitia conſiſtit in oſtenſione facti, & probationibus teſtium, poterit Aduocatus patrocinari vſquequo viderit documenta, & dicta teſtium circa factum, quæ ſi non erunt ſufficientia, cauſa incipiet eſſe iniuſta, & patrocinium deſerendum. Quando enim lis eſt de ſolo facto aliquo, videtur rarò accidere poſſe, vt in principio ad litem conteſtandam Aduocatus cognoſcere poſſit, quæ ſit pars iuſta, vel iuſtior, aut minus iuſta; quia ignorat, quid aduerſarius in contrarium ſit adducturus: ac proinde in tali caſo ſufficere videtur, quòd clientulus habeat fundameota, vel ſaltem ſit dubium de facto, vt poſſit licitè mouere, vel ſuſtinere litem, donec in progreſſu litis appareat, an habeat rationabilem, & iuſtam cauſam, quod indicat etiam Fauentinus *num.* 71.

Aduertunt etiam præallegati Doctores, Aduoca- 747.
tum in huiuſmodi caſu cauſæ dubiæ, in qua victoria eſt incerta, & quoties iudices ſolent modò in hanc, modò in alteram partem declinare, oon debere clieotulo promittere certam ſententiam, ſed illum admonere de qualitate ſui iuris, & incerto euentu victoriæ; alioqui ſi clienti aliàs non litigatoro non aperiat veritatem, & ſuaſionibus, ac promiſſione victoriæ indocit ad litem mouendam, vel ſuſtinendam, & continuandam, vel ad non componendam, obligatur ei ad compenſationem expenſarum factarum, & damni ſecuti ſententia aduersùs illum prolata. ita Syluester *d. q.* 10. Nauarrus *d. n.* 28. Leſſius *d. c.* 3. *dub.* 8. Sayrus, Salas *locis citatis*. Sanchez *n.* 51. Saloo *d. controu.* 2. *initio, & concl. ſecunda*. Palaus *d. p.*.., *in fine*, Layman *d. cap.* 5. *num.* 18. & ferè omnes alij Doctores ſuprà *num.* 139. relati. Hæc Doctorea qoad hunc primum caſum.

Cùm cauſa ex parte vnius litigantis apparet probabilior, & iuſtior, & ex parte alterius minus probabilis, ſed tamen probabilis, an liceat Aduocato defendere cauſam minus probabilem, tam in fauorem rei, quàm actoris.

ALter caſus eſt; quando attentis probationibus 748.
facti claris, vel minus claris, & legibus, ſeu iuribus, & rationibus pro vtraque parte litigantium, ſeo volentium litem inſtituere ſtant opiniones probabiles, nec tamen æquè probabiles, ſed vna eſt notabiliter probabilior, quæ proinde licèt ſit probabilis, & iuxta eam aliquando iudicetur, tamen non ita frequenter recipitur in iudiciis, ſicut contraria probabilior, & in hoc caſu maior eſt controuerſia inter Doctores *ſuprà* allegatos, & alios, an Aduocatus poſſit licitè ſuſcipere, & defendere cauſam, quam ſcit, & iudicat minus probabilem, ſeu pro qua ſtat opinio minus probabilis: & in hac controuerſia

Prima ſententia abſolutè affirmat Aduocatum in conſulendo, ſicut & iudicem in iudicando teneri ſequi opinionem probabiliorem, & veriorem. Ita Petrus Ala *d. quæſt.* 37. *& p.* 1. *q.* 43. idem ſentire abſolutè videtur Antonius Maria Catocius (quem ſequitur Farinacius *in repert. iudic. q.* 13. *n.* 35.) quatenus *lib.* 2. *de comm. opin. tit.* 8. *num.* 16. *&* 17. & latiùs *lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 4. *&* 18. aſſerit Aduocatum in conſulendo tam inſpecto foro externo, quàm conſcientiæ, teneri ſequi opinionem communem, quæ in iudicando attendi à iudice debet, & ſi contra communem conſulat, malè facere, vt poſt Baldum ait tradere Laurent. Syluan. *conſ.* 10. *n.* 37. ac proinde in vtroque foro externo, & conſcientiæ teneri tum ad ioteresse parti læſæ, pro qua ipſe cootra communem conſuluit, vel aduocauit, tum reficere omne damnum parti, contra quam conſuluit, & quòd Aduocatus teneatur in foro conſcientiæ ſequi opinionem communem in terminis aſſerunt etiam Ala *d. quæſt.* 37. & Portel *in dubijs reg. v. opinio num.* 14. Hoc idem ſentire Angelum *verb. opinio* §. 1. Tabienam §. 3. aiunt Catocius *dict. tit.* 8. *num.* 17. & Ala *citata quæſt.* 37. qui tamen non loquuntur expreſsè in Aduocato, ſed in genere docent communem eſſe ſequendam, niſi notoriè malè dicat, vel rationabiliter vinci poſſit, aut ſaltem contraria melioribus, & ſubtilioribus rationibus fulcita appareat, quod idem tradunt

Sylue

Sylueſter, & alij Summiſtæ *eodem verb. opinio.* ex
quo inferri poſſe videtur eoſdem Summiſtas velle
etiam ab Aduocato ſequendam eſſe communem
opinionem; quod confirmari poteſt, nam iidem
Summiſtæ *verb. Aduocatus,* dicunt quidem Aduoca-
tum in cauſa dubia pro vtraque parte poſſe defen-
dere, quam partem maluerit. De ſecundo verò caſu,
quando cauſa pro altera parte eſt probabilior, nihil
dicunt, ex quo etiam videtur poſſe ſumi coniectura
eos velle, quòd ſolùm in cauſa dubia, & æquè pro-
babili poſſit Aduocatus meri ad libitum quam par-
tem voluerit. Et pro hac eadem ſententia allegari
poſſe videntur Doctores, qoos refert Carocius *dict.
tit.* 8 *num.* 16. & *d. tit.* 11. *num.* 12. eandem tenet Aria-
ga t. 2. *tom.* 2. *d. diſp.* 24. *num.* 27. & 28. quoad proſe-
cutionem patrocinij, quando Aduocatus certò co-
gnoſcit cauſam aduerſarij eſſe probabiliorem pro-
babilitate iuris. Ratio huius ſententiæ eſt, quia ſup-
poſito, quòd opinio probabilior, & communis in iu-
dicando ſequenda ſit, nec à communi poſſit iudex
tuta conſcientia recedere, niſi in caſibus §. præce-
denti explicatis, Aduocatus conſulens, & patroci-
nans contra opinioocm communem iniquè, & io-
iuſtè operatur, quia quantum eſt ex ſe ſuo coosilio,
& patrocinio impellit, vel conatur impellere, &
inducere iudicem ad ferendam ſententiam contra
opinionem communem, & veriorem, & conſequen-
749. ter iniquam, & inioſtam ſententiam. † Ex quu Ca-
rocius *d. tit.* 11. *num.* 11. & 12. infert aduocantem
contra communem teneri in vtroque foro reficere
omne damnum parti, contra quam conſuluit, quia
Aduocatus iniquè, & iniuſtè cauſam defendeos ad
omne præiudicium tenetur, quod patrocinio ſuo
parti contrariæ attulit, vt docuerunt Decius *in l.
conſilij num.* 3. *de reg. iur.* Caſſaneus *ad conſuetudin.
Burg. rubr.* 4. §. 7. *in verb. ſi ce n'eſt conſentement, ver-
ſic. adde an quande, num.* 37. & eſt certum, vt infrà
num. 765. confirmat Carocius *dict. titul.* 12. illici-
tam eſſe aduocationem contra communem; quia
Aduocatus non poteſt defendere niſi cauſam iu-
ſtam, nullo verò modo non iuſtam; ſed cauſam con-
tra commuoem non eſſe iuſtam ex eo probatur,
cùm iudex teneatur contra eam iudicare, quia in
iudicando non poteſt à commuoi recedere. Et
hanc eandem ſententiam approbat Valentia *dict.
puncto* 4. *verſicul. dico tertiò.* Si Aduoeatus opinio-
nem mious probabilem, etiam falſam ipſe opine-
tur, tunc enim ait non poſſe Aduocatum ſuſcipe-
re vllam cauſam defendendam iuxta talem opi-
nionem minus probabilem apud ſe falſam, quia
non poſſet, inquit, niſi contra conſcientiam iu-
dici ſuadere iuſtitiam huiuſmodi cauſæ, cùm re-
putet illam eſſe iniuſtam, ſentiens veram eſſe con-
trariam opinionem; non enim eſt Aduocati offi-
cium, (addit idem Valentia) dumtaxat expone-
re fundamenta probabilitatis opinionis ſui clieo-
tis, ſed ita dicere, vt oſtendat ſeſe ita etiam ſen-
tire, alioqui nihil proficeret; ac proinde cùm id
non poſſit licitè facere habens ipſe pro vera con-
trariam opinionem, oon poteſt ſuſcipere talem
cauſam.

750. Secunda ſententia diſtinguit, aut enim agitur
de cauſa mortis, & ſanguinis, aut honoris, aut
omnium bonorum, ſcilicet, in qua quis periclita-
tur de vita, graui infamia, & amiſſione, ac priua-
tione omnium bonorum; aut de cauſa non tanti,
ſed minoris momenti, in qua ſi vincatur Reus, non
incidit in periculum vitæ, aut honoris, aut in ne-
ceſſitatem extremam, vel grauem.

Igitur ſi cauſa ſit primi generis, ait hæc ſenten-
tia, quòd non licet Aduocato patrocinari actori
contra Reum ſecundùm opinionem minus proba-
bilem, ſed vt licitè actoris cauſam contra Reum de-
fendat, oportere, vt ad minus tanta vrgeat probabi-
litate accuſatio, quanta defenſio; poterit verò, ac
potius debebit defendere Reum, niſi Reipublicæ
perniciosiſſimus haberetur, etiamſi eius cauſa mino-
ris eſſet probabilitatis, dummodo nulla fraus fiat. Si
verò caoſa fuerit leuioris momenti, ait eadem ſen-
tentia, quòd poteſt illam licitè rigore conſcientiæ
inſpecto ſuſcipere, & defendere, & tam actori, quàm
Reo patrocinari, licèt ſit minus probabilis, dummo-
do priùs admonuerit clientem iuſtitiam non tam ei,
quàm alteri parti arridere, & nulla vtatur falſitate,
leges ſcilicet, aut commentitias allegaodo, aot falsè
interpretando, ſed illis ſemper vtatur, quæ cauſæ
ſuæ ſuffragantur; reliqua verò ſubticeat argumenta,
quæ à parte contraria militant: ita quoad vtrum-
que membrum diſtinctionis Sotus *dict. art.* 3. quem
ſecuti ſunt Petrus Aragon, Bagnes *vbi ſuprà,* Salon
d. controuerſia ſecunda, concl. 2. 3. & 4. Toletus Graſ-
ſius locis ſuprà *num.* 739. allegatis, Rodriquez *dict.
cap.* 2. *num.* 3. Malderus *d. aſſert.* 8. & nonnulli alij à
Diana relati.

Primum membrum diſtinctionis probat Sotus, 751.
quia melior eſt conditio poſſidentis, maximè in fa-
uorem vitæ, & honoris, & ad euitandam extremam,
aut grauem neceſſitatem. Salon verò probat, quia
proximo verſanti in extrema, vel graui neceſſitate,
quilibet ex charitate tenetur fauere, ſeu ſuccurre-
re; ſed Reus in cauſa vitæ, honoris, & omnium bo-
norum, ſi ſuccumbat, incidet in extremam, vel gra-
uem neceſſitatem; ergo Aduocatus teoebitur illi fa-
uere, non ſolùm negatiuè, ſcilicet, non agendo con-
tra ipſum, ſed immò etiam poſitiuè, vel patrocinan-
do illi, vel conferendo eleemoſynam. Confirmat
Salon, quia tenetur quis iuuare aggreſſum, & multò
magis non fauere aggreſſori; at in hoc caſu Reus eſt
aggreſſus, actor verò veluti aggreſſor. Secundò con-
firmat, quia actor in hoc eodem caſu agit contra
charitatem; ergo & Aduocatus. Antecedens probat
idem Salon, quia tenetur actor in neceſſitate pro-
ximi conferre illi eleemoſynam, & adiutorium, ac
proinde multò magis non coniicere illum in illam
neceſſitatem. Hoc autem, quod hæc ſententia dicit
de non patrocinando actori contra Reum in cauſis
grauioris momenti, Petrus Aragon, & Michaël Sa-
lon extendunt ad omnes cauſas pias, aientes eſſe
peccatum mortale ſaltem contra charitatem, patro-
cinari contra Eccleſiam, vel Monaſterium, quando
cauſa actoris eſt minus probabilis, cùm cauſis piis in
dubio fauendum ſit, & pro illis iudicandum, vt præ-
cedenti §. latè oſtenſum eſt.

Secundum membrum diſtinctionis probatur, tum 752.
quia licitum eſt ius ſuum abſque vi, & fraude expe-
riri, & proſequi; & conſequenter cùm Aduocati mu-
nus ſit ſuo clienti fauere, nemini iniuriam facit, ſi
merita ſuæ cauſæ patefaciat: altera verò pars ſibi
viderit, cui patrono ſuam concredat cauſam, & iu-
dex etiam ſibi, vt quadratus ſtet, ne in partem nu-
tet infirmiorem; tum quia præceptum charitatis
non obligat niſi in graui, aut extrema neceſſitate.
† Aduertunt autem Sotus, & Rodriquez huiuſmo- 753.
di caoſas infirmiores vix ſine labe animæ poſſe de-
fendi, nam Aduocati illas defendentes exponunt ſe
periculo adulterandi, & torquẽdi verum legum ſen-
ſum, & Doctorum, quod debent, (inquit Rodriq.) in
caſibus occurrentibus inquirere Confeſſarij. † Ad- 754.
uertit etiam Toletus, quòd cauſa non debet eſſe ita
minus probabilis, & mions iuſta, vt iniuſta dicatur,

ſed vt ſit iuſta cum dubio aliquo, non tamen iniuſta apparente.

755. Tertia ſententia abſolutè, & tam in cauſis maioris momenti, quàm minoris, aſſerit licere defendere cauſam quamcunque probabilem, licèt contraria ſit probabilior, idque patrocinando tam Actori, quàm Reo. ita ex Doctoribus *num.*739. allegatis, Azorius *d.q.*12. Vaſquez *d.c.*1. Sanchez *d.c.*9. *n.*53. Sayrus *d.cap.*11. *num.*21. Salas *d.diſp. vnica n.*104. *& ſeqq.* Bonacina, Filliucius, Diana, Layman locis *eodem num.*739. relatis, Villalobos *d.diff.*14. *n.*6. *&* 7. Pharao *d. ſeſſ.* 3. *caſu* 9. Palaus *d. puncto* 11, *& ſeqq.* Leſſius *dub.*9. Trullench *dict. dub.*4. *num.*3. Fauentinus *d.diſp* 6. *num.*70. *&* 71. Fagundex *dict.cap.*38. *num.* 15. & præter hos Ioannes Sanchez *in ſelectis diſput.* 44. *num.*54. *fine.* Breſſetus *de conſcienza lib.* 3. *cap.* 13. Ioannes Lugo *d. diſput.* 41. *num.*8. & nonnulli alij, quos Salas, Diana, & Ioannes Sancius referunt. Probatur, quia munus Aduocati (vt *ſuprà* dictum eſt) non eſt ſicut iudicis rem diffinire, tradendo vni, quod petitur, & alteri auferendo, ſed præſentare, & proponere ſyncere iudici fundamenta iuris, & facti, & rationes, quæ cauſæ ſui clientis fauere poſſunt, vt iudex ipſe examinet, & videat, an poſſit pro illo ſententiam ferre, & illum non rogat, nec perſuadet Aduocatus, vt talem ſententiam ferat, niſi quatenus iudicauerit iuſta, quæ illi proponit; quæ ratio militat tam in rebus maioris, quàm minoris momenti. Præterea pars habens cauſam probabilem, licèt pars aduerſa habeat probabiliorem, poteſt ſe ipſam defendere, nec tenetur cauſam deſerere, cùm liceat vnicuique ius ſuum defendere, quando non certò conſtat de iure alterius, & pars, quæ videtur iure potior, non tamen ſemper eſt reipſa; ergo & Aduocato licebit illi patrocinari: nam quis poteſt per alium, quod poteſt facere per ſeipſum, *reg.* 68. *de reg. iur. in* 6. & ideo iura Aduocatum permittunt, vt ſit veluti Vicarius partis litigantis. Quare ferè omnes præallegati Doctores conſtituunt hanc regulam generalem, quòd quoties litis conteſtatio coram iudice eſt licita contra aliquem, etiam tunc Aduocatus poteſt patrocinari pro altera cauſa, etiamſi cognoſcat illam partem, quam tuetur eſſe minus probabilem; quod etiam magis confirmant, quia contingere poteſt, quòd id, quod Aduocato videtur minus probabile, iudici magis probabile videatur, ac proinde cùm non eſt manifeſte iniuſta cauſa, videtur tuta conſcientia illius patrocinium ſumere poſſe. Inſuper confirmant, quia *Authentic. Hodie iurant.* §. *Patroni*, *C. de iudicijs*, Aduocatis prohibetur ſolùm defendere cauſam improbam, vel penitus deſperatam, qualis non eſt dubia, vel probabilis. Denique Valentia, & Sayrus confirmant ex communi conſuetudine bonorum etiam, & piorum Aduocatorum, qui neque à doctis & piis Confeſſariis ob id damnantur.

756. Neque hinc dici poteſt Aduocatum agere ſcienter contra conſcientiam, quia licèt iudicio ſpeculatiuo exiſtimet cauſam eſſe minus probabilem, tamen ſimul habet iudicium practicum, licere ſibi defendere illam cauſam, tam in fauorem rei, quàm actoris; ac proinde neque etiam dici poteſt iniquè operari patrocinando contra probabiliorem, & contra ſententiam communem, (vt dicitur in ratione primæ ſententiæ,) quia diuerſa ratio eſt iudicis, & Aduocati, nam iudex tenetur iudicare iuxta merita cauſæ, & ita pronunciare pro parte, quam cognoſcit habere cauſam probabiliorem, & pro ſe communem opinionem, ad Aduocatum autem ſpectat ſolum proponere merita cauſæ iudici, in quo nihil iniuſtitiæ, & iniquitatis apparet, ſi id faciat ſine dolo, & fraude, nec ſua ſola auctoritate impellat iudicem deceptum ad iudicandum pro parte minus probabili; & ita etiam non dicitur defendere cauſam iniuſtam, cùm non agnoſcat eſſe manifeſtè iniuſtam, ſed iudicet probabiliter iuſtam, vel dubiam, & poſſit contingere, vt re vera ſit iuſtior, quàm cauſa aduerſarij; vel quòd iudex ipſe omnibus conſideratis iudicet iuſtiorem, vel æquè iuſtam. Quare nec dici poteſt Aduocatus acceptor perſonarum, dum tuetur cauſam minus probabilem, & conſequenter habentem pauciora merita: nam iudex quidem poteſt in hoc caſu accipere perſonas, & peccare non iudicando iuxta merita; Aduocatus verò nihil tale committit, cùm ſolùm inquirat, & proponat merita cauſæ; iudex autem ipſe videat, quid ex iuſtitia teneatur decernere. Neque etiam obſtat, quòd Principi habenti cauſam minus probabilem, non liceat inferre bellum, nam patet differentia ex dictis ſuprà *n.*741. belli enim illatio eſt executio ſententiæ, ac proinde ſupponit ſententiam iam datam, vel debere ferri in fauorem mouentis bellum, quæ tamen potiùs ferri debet contra mouentem bellum ob ius minus probabile. Non etiam obſtat regula, quòd in dubio melior ſit conditio poſſidentis, & fauendum ſit Reo. etenim Doctores huius ſententiæ reſpondent illam loqui in iudice, & habere locum in veris dubiis, non in opinionibus, vt ſuprà *num.*743. dictum eſt. Denique in cauſis maioris momenti ſanguinis, &c. non obſtat ratio deducta ex obligatione charitatis, tum quia, licèt pium, & charitatis opus eſſet in ſimili cauſa fauere Reo, tamen non adeſt obligatio id faciendi, ſicut nec in cauſis minoris momenti; tum quia ſecundùm ordinem iuris licitum eſt etiam in vitæ diſcrimen proximum conijcere, nimirum, petendo, & procurando, vt reus puniatur ea pœna, qua dignus eſt, quæque eſt ei iure decreta ſecundùm opinionem probabilem; tum quia Aduocatus non condemnat reum, aut ſpoliat re poſſeſſa, cùm non ferat ſententiam, ſed ſolùm cauſæ merita proponit iudici, vt videat, & examinet, ſi debeat condemnare, aut ſpoliare; tum quia dubius eſt litis euentus, & ita dubia neceſſitas; nec Aduocato iſte euentus futurus conſtare poteſt, & dato quòd conſtaret, ſicut cliens non tenetur lite cedere, nec Aduocatus à patrocinio deſiſtere. Solùm ergo, inquit Sanchez *d.num.*53. vbi pars aduerſa in eam extremam, aut grauem neceſſitatem incideret, tenebitur vterque, ſi poſſit, aliqua eleemoſyna ei ſubuenire, ſicut aliis pauperibus, non tamen tanta bonorum quantitate, quanta eſt, de qua litigatur. Quamuis melius reſpondeant Filliucius, & Trullench *locis citatis*, limitando hanc ſententiam, vt procedat regulariter, & ordinariè, liceat cauſam minus probabilem etiam contra Reum defendere; ſecus verò aliquando, ſcilicet, quando graue damnum ex eo imminet Reo, & parum intereſſet actoris cauſa potiri; nam tunc, inquiunt eſſet contra charitatem, & id aiunt aduertiſſe etiam Leſſium *d. dub.*9. *n.*54. quod tamen non reperi in meo codice; eſt tamen æquitati, & rationi conformius, quàm oppoſitum.

Extenditur autem hæc ſententia, vt Aduocatus 757.
licitè patrocinetur parti, pro qua ſtat opinio minus probabilis, licèt ipſe falſam opinetur, dummodo non ſciat eſſe manifeſtè, & omninò falſam, quæ extenſio eſt contra Valentiam loco ſuprà *num.*749. relato. & etiam contra Sanchez *dict. cap.* 9. *num.* 19.

eſt

eſt autem de mente Vaſquez *dict. cap.* 1. *initio.* Sayri *d. cap.* 11. *num.* 17 *initio.* Villalobos *d. diff.* 14. *num.* 1. & aliorum, qui negant Aduocatum poſſe licitè ſuſcipere cauſam defendendam, quando illi manifeſtè conſtat eſſe iniuſtam, & opinionem illi fauentem eſſe apertè falſam, & conſtat ex dictis ſuprà *n.* 206. vbi cum Laymian traditum eſt, licere Doctori conſulto in conſulendo ſequi opinionem alienam, à viris doctis tanquam probabilem defenſam, quam ipſe credit falſam; nam conſulens in re dubia habet ius ſe conformandi opinioni, quæ à viris doctis defenditur, quamuis ipſe ſpeculatiuè ſententiam improbabilem iudicet, cùm quoad honeſtatem actionis liceat aliorum opinionem probabilem, ſcilicet, quam viri docti tanquam probabilem defendunt, ſequi contra proprium: ac proinde ſic conſulendo iuxta talem opinionem non facit contra conſcientiam, quia non obſtante iudicio ſpeculatiuo, quòd ſit falſa, habet etiam iudicium practicum, quòd liceat in conſulendo ſe conformare opinioni, quam viri docti tanquam probabilem ſuſtinent Neque neceſſe eſt Aduocato ſignificare iudici ſe ita ſentire, ſed ſufficit, quòd proponat illi probabilitatem cauſæ.

758. Cæterùm omnes Doctores huius tertiæ ſententiæ aduertunt Aduocatum teneri admonere clientem de ſua minori probabilitate cauſæ, aperiendo illi veritatem iuris, & cauere, ne certius illi promittat ſententiam, quàm debeat, quia cliens ſic monitus fortè aut alium eliget Aduocatum, aut cauſam non proſequetur. Quòd ſi non admonuerit, vel falſis ſuaſionibus, & promiſſionibus clientis animum deuiauerit, ne litem deſerat, aut ne ſe componat cum altera, ipſo ſuccumbente, tenebitur Aduocatus ad omnes expenſas, & damna, quæ eidem clienti ex tali lite euenerint, vt dictum eſt ſuprà *num.* 747. & docent Doctores *ibidem* citati, & alij omnes hanc tertiam ſententiam ſuſtinentes, eo quòd talium damnorum Aduocatus ſit cauſa, cùm debeat Aduocatus ex officio ſuum clientem admonere, nec prohibere concordiam honeſtam. Excuſabitur autem Aduocatus ab obligatione reſtitutionis, ſi cliens etiam cognita veritate erat litigaturus, & ideo non admonuit, vel etiam, ſi malè informauit, ſi tamen cognita veritate idem cliens erat litigaturus; adhuc excuſatur Aduocatus à reſarciendo damno, ex lite ſecuto, quia Aduocatus malè informando verè non fuit cauſa damni, etiam ſecuturi, ſi bene informaſſet; ergo non tenetur ad reſtitutionem.

759. Multi quoque ex Doctoribus hanc eandem tertiam ſententiam aſſerentibus declarant illam non procedere, neque Aduocatum poſſe abſque iniuſtitiæ peccato ſiue pro Reo, ſiue pro actore ſuſcipere defendendam cauſam minus probabilem, quæ etſi aliquid videatur habere probabilitatis, eſt tamen parum probabilis, & in eam rarò, vel nunquam iudices inclinant. ita Sayrus *num.* 13. Salas *num.* 104. *initio*, Sanchez *num.* 54. Bonacina, Ioannes Lugo, & Trullench *locis citatis*, & priùs docuit Salon. *d. controu.* 2. *initio.* Ratio iuxta eoſdem Doctores eſt, quia talis cauſa cenſetur moraliter mala, & iniuſta, vel ſaltem Aduocatus, aut cauſidicus ſciens, exponit ſe morali periculo defendendi iniuſtum, & clientem morali periculo faciendi expenſas cum damno ſuo, cùm ferè certum ſit fore condemnandum, ſiquidem in moralibus, quæ communiter accidunt, iudicantur, & habentur tanquam certa; & conſequenter etiam conatur, vt condemnetur, qui ius moraliter certum habet; & ſi cauſa eſt criminalis, vel conatur impedire executionem certò debitæ punitionis, videlicet, ſi reo patrocinetur; vel, quod peius eſt, ſi fauet actori, conatur vt contra ius moraliter certum punitio fiat. Quare ex iiſdem Doctoribus tenetur & parti, & clienti omnia damna reficere, ſicut qui ſciens defendit cauſam iniuſtam. excuſat tamen Salas Aduocatum à culpa, ſi ſpes magna eſſet illi, ita ſe acturum, vt opinio illa, quæ re ipſa ſit probabilis, etiam probabilior videatur iudici, & ſecundùm ipſam pronunciet. † Sed hanc declarationem, ſeu limitationem reiiciunt Palaus *d. puncto* 2. *num.* 5. & Breſſerus *d. cap.* 13. *num.* 136. Nam licèt cauſa ſit parum probabilis, dato tamen (inquit) quòd ſit probabilis, Aduocatus, aut Cauſidicus poterit abſolutè eius patrocinium ſuſcipere, ſicuti poteſt cliens illam intentare, & contra hanc eandem declarationem videntur allegari poſſe cæteri Doctores huius tertiæ ſententiæ, qui abſolutè loquuntur. † Hanc tamen non obſtante declarationem ſuſtinendam cenſeo tum ob dicta ſuprà *num.* 146. tum quia in præſenti probabilitas non eſt conſideranda ſpeculatiuè, ſed practicè, ſeu iuxta practicam iudiciorum; in iudiciis autem ſupponitur talem probabilitatem non æſtimari, & cauſam tanquam iniuſtam haberi, cùm in eam iudices vel nunquam, vel ferè nunquam inclinent; & ita altera pars cenſetur habere ius certum, loquendo moraliter, & iuxta ea, quæ communiter accidunt, ac proinde non ſolùm Aduocatus patrocinans, ſed etiam cliens talem cauſam parum probabilem proſequens, vel cauſam iniuſtam tueri conantur, & iniuſtè vexant partem aduerſam, vel ſaltem exponunt ſe periculo morali tuendi cauſam iniuſtam, & iniuſtè vexandi alteram partem habentem cauſam, in quam iudices communiter, & ſemper inclinant: & prædicta Doctores, quoad prædictos duos caſus, ſcilicet cauſæ dubiæ, & quando vna pars litigantium habet probabiliorem cauſam; altera verò minus probabilem. 760. 761.

Nonnulla obſeruanda ab Aduocato, vel Cauſidico antequam ſuſcipiat cauſæ ſibi propoſitæ patrocinium, & etiam in progreſſu litis poſt patrocinium ſuſceptum.

EGo pro maiori directione Aduocatorum ex dictis, & aliunde ſequentia aduerto.

Primò, quando proponitur Aduocato, aut Cauſidico aliqua cauſa defendenda, debet ipſe priùs diligèter inquirere iuſtitiam, ſeu merita, & probabilitatem cauſæ, & ſi non agnoſcat probabilem, & ſaltem eſſe ancipitem iuſtitiam, ſed videat eſſe manifeſtè falſam, & iniuſtam, tenetur abſtinere à patrocinio, alioqui grauiter peccabit contra iuſtitiam cum obligatione reſarciendi expenſas, & damna ſecuta parti, & clienti, niſi illum admonuerit de iniuſtitia cauſæ, vt poſt S. Thom. 2. 2 *q.* 71. *art.* 3. tradunt omnes Summiſtæ, & alij Doctores *n.* 739. relati. [& ſi poſt ſuſceptā cauſam bona fide, & præſtita priùs ſufficienti] diligētia circa merita creditam iuſtam in progreſſu litis agnoſcat eſſe manifeſtè iniuſtam, tenetur deſiſtere, vel reducere clientem ad compoſitionem ſine damno aduerſarij, vt dictum eſt ſuprà *n.* 734. & tradunt S. Thom. & alij Doctores *ibidem* relati Summiſtæ communiter *verb. Aduocatus*, Rodriquez *d. c.* 2. *n.* 4. Petrus Ala *de Aduocato p.* 1. *quæſt.* 26. Fagundez *d. lib.* 8. *num.* 16. Ioannes Lugo *d. diſp.* 41. *num.* 6. Toletus *d. cap.* 60. & poſt Doctores communiter Burgo de Paz *in proœmio Legum Taur. num.* 256. vbi dicit dictam compoſitionem abſque damno aduerſarij fore licitam conſentiente parte contraria voluntariè, abſque fraude, vi, aut metu. & quòd debet admoneri de ſua iuſtitia, & quòd vt euitentur lites, expenſæ, 762.

& propter alios bonos reſpectus petitur compoſitio. addit Fagundez teneri Aduocatum abſtinere etiam à protectione cauſæ, quam etſi neſciat omninò iniuſtam, penè tamen credat iniuſtam, quàm iuſtam, quia cùm penè credat iniuſtam, non credit eſſe probabilem, ſolùm autem cauſam minus probabilem, probabilem tamen poſſit defendere. Quòd ſi cliens ab Aduocato admonitus de iniuſtitia cauſæ noluerit deſiſtere, nec componere, Nauarrus, & Graffius locis *ſuprà* relatis aiunt debere quidem deſiſtere, ſed non debere rem aduerſario indicare, nec ſecretum detegere: quod intelligendum, niſi detectio foret neceſſaria ad impediendum aliquod damnum proximi, qui alioqui eſſet iniuſtè, & innocenter condemnandus in re magni momenti, vt ſi ageretur de vita, aut mutilatione membri, aut de honore, aut de ſtatu, aut de bonis omnibus, vel notabili parte, & cæteris ſimilibus magni momenti; nam tunc ex charitate deberet iudici aperire vt occurrat, cùm quiuis teneatur proximi damna ſaltem grauia impedire, quantum ſine ſuo damno, & ſcandalo poteſt: vt in his terminis poſt alios Sayrus *lib.* 12. *clauis cap.* 23. *num.* 21. Leſſius *d. cap.* 31. *dubit.* 8. Trullench *d. cap.* 5. *dub.* 3. *num.* 3. Petrus Aragon 2.2. *d. quaſt.* 71. *art.* 3. Ala *d. p.* 1. *quaſt.* 27. Ioannes Lugo *dict. num.* 6. & Rodriquez *d. p.* 1. *cap.* 3. vbi cum eodem Aragon ad hoc vt Aduocatus in hoc caſu teneatur iudici reuelare iniuſtitiam cauſæ, ait requiri ſequentes conditiones. Prima quòd ſit certus de iniuſtitia cauſæ. Secunda quòd poſſit abſque ſcandalo. tertiò quòd priùs admonuerit clientem, vt deſerat intentum. vltimò quòd id faciat cum tanta cautela, vt non ſequatur mors, aut periculum vitæ eius, qui communicauit negotium: quòd ſi cliens monitus adhuc obſtinatus nolit deſiſtere, tunc tenetur Aduocatus, quamuis cum periculo litigantis, reuelare ſecretum ei, qui poteſt adhibere remedium debitum, quod

763. priùs docuit Sotus *d. art.* 3. *fine*. Ex quibus infertur peccare Aduocatum, & Cauſidicum, qui poſt agnitam certò cauſæ iniuſtitiam cauillationibus, aut petitione dilationum protrahere conatetur litem, vt interim cliens maius tempus haberet ad ſatisfaciendum parti aduerſæ, niſi fortè cliens ſolùm cum maximo, aut notabili detrimento poſſet hîc, & nunc ſatisfacere, & ex dilatione nullum, vel leue incommodum pateretur creditor, qui fortè rogatus non concederet dilationem ad ſatisfaciendum. Immò quoties Aduocatus, & Cauſidicus in diſpendium partis aduerſæ petunt dilationes non neceſſarias, & ſuperfluas, ſcilicet, quando nihil probare volunt, aut non poſſunt, peccare grauiter, & teneri ad reſtitutionem expenſarum, & damnorum, quæ patitur aduerſarius ex dilatione litis, docent D. Antoninus *vbi ſuprà*, Syluester *dict. verb. Aduocatus num.* 16. Nauarrus *d. cap.* 25. *num.* 29. *verſic. quarto*. Graffius *d. cap.* 8. *num.* 8. Petrus Ala *d. p.* 1. *de Aduocato, quaſt.* 43. & alij communiter. Quòd ſi dilatio procuraretur ne cliens, nunc impotens ad ſoluendum ſine magno incommodo, & ex dilatione nullum, aut leue incommodum, aut detrimentum proueniet creditori aliàs non conceſſuro vllam dilationem ad ſatisfaciendum, hoc caſu excuſarem à peccato, niſi interuenirent mendacia, aut

764. falſa iuramenta. Ex dictis quoque infertur, quid reſpondendum ſit ad illam quæſtionem, an cùm poſſeſſor caret iuſto titulo rem poſſeſſam retinendi, nullumque ius habet in proprietate, ita vt certum ſit illam iniuſtè retinere, & teneri illam reſtituere vero domino, idque notum eſt Aduocato, an ſi in iudicio agatur tantùm poſſeſſorio, ſeu de cauſa poſſeſſoria, & nullo modo tractatur cauſa circa proprietatem, Aduocatus poſſit poſſeſſorem hunc defendere in cauſa ipſa poſſeſſoria. Quicquid enim ſecus dixerint aliqui, quos Ioannes Lugo *dict. diſp.* 41. *num.* 10. refert, reſpondendum eſt licitè non poſſe, quia defenderet manifeſtè cauſam iniuſtam ex parte clientis, qui ſine lite, & experimento aliquo vllo iudicij tenetur ſe ſpoliare poſſeſſione rei, & illam reſtituere domino; vnde etiam idem Aduocatus clienti cooperaretur ad peccatum. Neque obſtat, quòd leges permittant cauſam poſſeſſorij diſtinctam à caſu proprietatis, & conſequenter permittit poſſeſſorem conſeruari in poſſeſſione iniuſta, donec iuridicè conſtet de defectu proprietatis, ac proinde etiam iudex poſſit permittere poſſeſſionis conſeruationem, etiam ſi ſciat iniuſtitiam circa proprietatem, donec hoc probetur; quia leges id permittunt ad bonum finem, ſcilicet, pacem, & tranquillitatem Reipublicæ, ac proinde etiam iudex idem permittere poteſt. Poſſeſſor autem, qui ſcit ſe carere titulo, & omni iure circa proprietatem, non poteſt ſine peccato iniuſtitiæ permanere in poſſeſſione rei, & ita etiam Aduocatus, qui vicem clientis gerit illum defendendo, illius peccato cooperatur, & iniuſtè tuetur. Neque etiam obſtat, quòd etſi meretrix petens à prætore defendi ab iis, qui eam volunt à meretricio impedire, peccet petendo; Prætor tamen non peccet concedendo, nec etiam Aduocatus, qui patrocinatetur apud iudicem, eo quòd hi ſolùm concurrant ad permiſſionem; vnde videtur idem dicendum in præſenti caſu. Nam primò meretrix verè habet libertatem meretricandi, licèt peccet ea vtendo, vnde mirum non eſt, ſi iudex, & Aduocatus non peccent concurrendo ad conſeruandum illi, quod à natura competit, licèt ipſa malè vtatur: ſicut non peccant iudex, & Aduocatus concurrentes procurantes vt debitor pecuniæ illam reſtituat domino, quem ſciunt illa malè vſurum ſolùm in animæ ſuæ damnum, puta ad libidinem cum meretricibus explendam: iniuſtus autem poſſeſſor rei, certò carens omni iure circa proprietatem, nullum habet ius rem ipſam retinendi. Secundò meretrix meretricium exercendo alteri non infert iniuriam, ſicut iniquus, & iniuſtus poſſeſſor rei infert domino eiuſdem rei: & ita ſentit etiam idem Lugo pro hac eadem reſponſione negatiua, referens Burgo de Paz *in proœm. legum Tauri*, *num.* 158. & Medinam *in ſumm. cap. de Aduocatis*. Hinc ad aliam quæſtionem, de eo, qui habebat gabellas cuiuſdam opidi ex commiſſione Principis, ad eiuſdem beneplacitum, quam diu non reuocaret, qui poſt aliquod tempus petiit, & eius nomine Fiſcalis, quòd ſpolietur poſſeſſor, an Aduocatus poſſit illum defendere in iudicio ſuppoſita lege municipali, quòd nemo ſpolietur, antequam audiatur: contra nonnullos, qui affirmarunt Aduocatum poſſe licitè illum defendere vſque ad primam ſententiam, allegando titulos, ob quos conatur gabellas iterum à Principe impetrare, rectè reſponſum fuit, per ſe loquendo Aduocatum non poſſe illam defendere, cùm ipſe poſſeſſor careat omni titulo permanendi in poſſeſſione, & ne ſpolietur. Solùm igitur aduocatio foret licita, vt idem Lugo admittit, ſi ille poſſeſſor haberet aliquas congruentias, & probabiles rationes ad mouendum Principem, vt licèt non de iuſtitia, cum magna tamen congruitate, poſſent inducere Principem ad prorogandam gratiam; has enim poſſet allegare Aduocatus non ad prætendendum ius, ſed ad obtinendum ex congruitate à iudice tempus adeundi Principem, & proponendi nouas illas rationes, ob quas probabile exiſtimatur Principem receſſurum à petitione gabellarum:

Digitized by Google

larum: nam concedere hanc dilationem, ex præ-
ſumpta voluntate Principis non videtur illicitum,
vt proinde etiam Aduocatus licitè poſſit illam pe-
tere, & conſulere iudici.
765. Ex iiſdem etiam inſertur, quòd ſi Adnocatus ex
eo, quòd non præmiſerit ſufficientem diligentiam,
& debitam ſecundùm ſtatum, & munus ſuum ad
inueſtiganda, & cognoſcenda merita, ac proinde ex
ignorantia, ſeu imperitia notabiliter culpabili facti,
vel iuris ſumpſerit patrocinium cauſæ iniuſtæ, præ-
ter peccatum mortale oegligentiæ in cognoſcen-
dis cauſæ meritis, & iis, quæ ad ſuum officium ſpe-
ctant, tenetur ad reſtitutionem expenſarum, & ad
reficiendum damnum inde ſecutum parti, & clien-
ti, qui aliàs non litigaſſet; licèt ipſe non habuerit
intentionem formalem inferendi damnum, ſed cre-
diderit defendere cauſam iuſtam. ita poſt Hoſtien-
ſem, & alios Iuriſperitos Carotius *dict. tit.* 11. *num.* 8.
& ſeqq. Sylueſter *d. verb. Aduocatus, queſt.* 11. Salon
d. queſt. 71. *art.* 2. *concl.* 1. *&* 2. Leſſius *d. cap.* 31. *dub.* 7.
Sayrus *d. cap.* 13. *num.* 18. Petrus Ala *d. part.* 1. *de Ad-
uocato q.* 33. *&* 34. Toletus *d. cap.* 60. Filliucius *d. cap.*
10. *num.* 280. Trullench *d. cap.* 5. *dub.* 3. *num.* 1. Rodri-
quez *d. cap.* 1. *num.* 6. & alij communiter tam Summi-
766. ſtæ, quàm Theologi, & Iuriſperiti. † Et idem dicen-
dum, ſi cliens ex cauſa iuſta excidit ex negligentia,
& imperitia, ſeu ignorantia culpabili eiuſdem Ad-
uocati, qui neſciret, vel non adhibuiſſet ſufficientem
diligentiam, vt ſciret ea, quæ ſecundùm ſtatum
ſuum, attenta qualitate cauſæ, ſcire tenetur, & ſciunt,
vel ſcire debent communiter artem Aduocati, vel
Cauſidici exercentes, tunc enim Aduocatus ob ſuam
negligentiam, & ignorantiam, vel temeritatem,
(cùm ſciret ſe artis ignarum, & tamen cauſæ defen-
ſionem ſuſceperit.) non ſolùm peccaret mortaliter,
ſed etiam teneretur ad intereſſe clienti, qui eius
ignorantiam, & imperitiam neſcierit, vt tradunt
omnes modò præallegati Doctores, Nauarrus *dict.
cap.* 25. *num.* 29. Graſſius *dict. cap.* 8. *num.* 4. & alij
communiter. Et ratio doctrinæ huius, & numeri
præcedentis eſt, quia Aduocatus, vel Cauſidicus
ex vi ſui officij tenetur eſſe ſufficienti peritia inſtru-
ctus, & ſcire ſaltem ea, quæ communiter ad ſuum
munus mediocriter bene exercendum ſpectant,
cùm pro idoneo Aduocato, ſeu Cauſidico ſe gerat,
& vt talia ſtipendia exigat, & etiam ex lege iuſti-
tiæ tenetur ſuo clienti pro cauſæ conditione, &
qualitate diligentiam præſtare, & ſi ſit difficilis, ſi
magni momenti tenetur magis laborare, quàm ſi
facilis, & parui momenti; item ignorantia eorum,
quæ Doctor iuxta ſuum munus, & ſtatum ſcire de-
bet, (ſicut & omiſſio debitæ diligentiæ) eſt culpabi-
lis, vtpote voluntaria ſaltem indirectè; vnde talis
ignorantia adſcribitur culpæ, *l. imperitia.* vbi De-
cius, Cagnolus, & alij ſcribentes, *ff. de reg. iuris.* &
poſt alios Carotius *dict. num.* 9. Doctor autem non
ſolùm de dolo, ſed etiam de culpa tenetur, per tra-
dita ab Alexandro *in rubric. C. de procuratoribus
num.* 1. quem refert, & ſequitur Carotius *num.* 11.
eo quòd culpa dolo æquiparetur, vt *ibidem* Caro-
767. tius, & Doctores *in l. quod Nerua, ff. depoſiti.* † Et
licèt aliqui in prædictis caſibus dicant Aduocatum
in foro animæ teneri ad intereſſe ſolùm ob dolum,
& latam culpam, non autem ob leuem, aut leuiſſi-
mam, ſi damnum non intendebat. ita Syluester
dict. verb. Aduocatus, ex doctrina Innocentij *in cap.
ſicut dignum, de homicidio*, vbi dicit quòd in foro
animæ non punitur quis ad ſatisfactionem damni,
ſi intulit præter propoſitum, ſed punitur negligen-
tia, quaſi velit, quòd in foro animæ habeatur re-
ſpectus ad voluntatem delinquentis, quod idem
docuit Panormitanus *in cap. quia plerique, de im-
mun. Eccleſ.* & alibi, dicens in foro animæ non
teneri quem ad emendam damni, niſi fuerit in do-
lo, & lata culpa duntaxat; idem ait Syluester tene-
re *Dir. lib.* 2. dum quærens, quid ſi quis in culpa,
vel negligentia dedit damnum, vt ſi bene non co-
hibuit ignem, ne ad domos aliorum vagaretur, di-
cit, quòd ſecundùm leges ciuiles, quæ intendunt
conſeruationem patrimoniorum, tenetur ad reſti-
tutionem, *l. lege Aquil. ff. de leg. Aquil.* in foro autem
pœnitentiæ, pœnitentia imponenda eſt de negli-
gentia, non de damno, & idem ait tenere Ho-
ſtienſem, & Butrium *in dict. cap. ſicut dignum*, &
hanc doctrinam, ait habere locum maximè, quan-
do quis dat operam rei licitæ, eamque valde no-
tandam, eo quòd faciat ad multa, vtputa ad arti-
fices, locatores operarum, & huiuſmodi, vt in fo-
ro conſcientiæ non teneantur, niſi de dolo, & lata
culpa. & cum Syluestro in his terminis tranſit Ro-
driquez *loco citato.* † Nihilominus dicendum eſt 768.
Aduocatum in præfatis caſibus ad reſarciendum
damnum parti, vel clienti ob ſuam culpabilem
ignorantiam, vel negligentiam ſecutum teneri
in foro conſcientiæ etiam ratione culpæ leuis, ſci-
licet, quia ſua culpa ignorat ea, quæ communiter
ſcire tenentur tale officium exercentes, vel non præ-
ſtitit in perquirenda iuſtitia cauſæ, vel in defen-
denda cauſa iuſta, eam diligentiam, quam iuxta
qualitatem cauſæ cæteri eiuſdem artis communiter
adhibere ſolent, & debent; ita in terminis Petrus
Ala *d. queſt.* 44. & idem prorſus tenent alij Docto-
res *num.* 765. *&* 766. & ratio eſt, quia cùm talis igno-
rantia, vel negligentia ſit voluntaria indirectè,
etiam damnum ſecutum eſt indirectè voluntarium,
& idem dicendum in aliis, quorum negligentia, cùm
alioqui tenerentur diligentiam præſtare, ſequitur
damnum; hi enim tenentur ad reſtitutionem ob
culpam leuem, vt tenuit Panormitanus *in cap. ſi
egreſſus, & in final.* & ibi Gloſſa *de iniuriis, & damno
dato*, & alij Doctores magis communiter, quos al-
legat, & ſequitur Sayrus *lib.* 10. *clauis cap.* 14. *num.* 7.
& num. 8. *verſic. Hinc communis.* † Non tenetur au- 769.
tem Aduocatus imperitus, ſe peritum iactans, ex
cuius imperitia cliens cauſam iuſtam perdit, ad re-
ſtitutionem eidem clienti faciendam, ſi idem cliens
nouerat eius ignorantiam, niſi idem Aduocatus
fuiſſet in dolo, & lata culpa. ita Syluester, Nauarrus,
Graſſius, Rodriquez, & alij *ſuprà* allegati. † Quem- 770.
admodum etiam in prædictis caſibus non tenere-
tur Aduocatus imperitus, ſeu qui ex imperitia cau-
ſam iniuſtam defendit, reſarcire damnum parti
aduerſæ, quando clientulus eſſet iuris peritus, tunc
enim ipſe cliens teneretur parti contrariæ ad dam-
na, vt poſt Angelum, tradunt Socinus *in leg. ſi quis
iniquum. §. ſi procurator num.* 10. *ff. quod quiſque iur.*
& Carotius *dict. tit.* 11. *num.* 13. nam tunc cliens
non conſilio Aduocati, ſed propria malitia, vel
dolo iniuſtam cauſam defendere exiſtimatur. Quod
limitandum quando cliens eſſet impotens ad re-
ſtitutionem damnorum, vel nullo modo vellet re-
ſtituere, nam tunc teneretur Aduocatus ex regu-
la generali, cùm fuerit concauſa eorum damno-
rum. † Item ad intereſſe, & damnum non tene- 771.
tur ex leuiſſima culpa, ſeu ex ignorantia, vel ne-
gligentia proueniente ex culpa leuiſſima, vt in
terminis Ala *dict. queſt.* 34. & Toletus *dict. cap.* 60.
numer. 3. vbi dicit Aduocatum non teneri habere
tantam ſcientiam, quantam Bartolus, & col-
ligitur ex aliis Doctoribus *num.* 766. *&* 767. allega-

tis, dum dicunt Aduocatum teneri ad damna, ſi neſciat ea, quæ communiter alij ex officio ſcire tenetur, & omittit diligentiam, quam alij eiuſdem artis communiter præſtare ſolent, & debent, non autem requirunt, eminentem ſcientiam, nec exquiſitiſſimam diligentiam, quam ſoli diligentiſſimi ſolent adhibere, & ita etiam alios, nempè iudices, Gubernatores, Cuſtodes, & alios Officiales non teneri ad vllam reſtitutionem ex culpa leuiſſima, docent magis communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Saytus *dict. lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 7. quamuis Panormitanus locis *num.* 768. citatis, & Adrianus *in* 4. *quæſtione*, An in foro conſcientiæ teneatur quis ad reſarciendum damnum ſecutum ex ſua culpa leuiſſima, & contrarium teneant, ſed minus probabiliter, vt latiùs oſtendit *ibidem* Saytus, & non eſſe obligationem reſtitutionis damni, quando damnum fuit ſolùm in leuiſſima culpa, tradunt alij, quos refert, & ſequitur Fragoſus *de Regimin. Chriſt. Reipubl. p.* 2. *lib.* 4. *diſputation.* 10. *num.* 203. Quid verò dicendum de Aduocato fiſci negligenter cauſam illius defendente contra Reum aliàs condemnandum in bonis, habetur infrà *num.* 775.

772. Secundò etſi cùm cauſa pro vtraque parte eſt æqualis, & dubia; licet Aduocato, iuxta dicta *à num.* 789. *ad num.* 747. alteri parti patrocinari, ſi illa quamuis admonita de qualitate cauſæ, & incertitudine victoriæ, noluit deſiſtere; nihilominus meliùs facerent Aduocati, ſi litigantes, illis incommoda, de quibus ſuprà *num.* 732. proponentes toto poſſe componere curarent, prout commendat etiam Marianus *in cap.* 2. *de libell. oblation.* Neuizanus *lib.* 6. *ſylua num.* 4. *& ſequentib.* Burgos de Paz *vbi ſuprà num.* 404. & Rodriquez *dict. cap.* 2. *num.* 1. & ſi concordia ſuaderi non poſſet, conſultius eſſet patrocinari Reo, aut cauſæ priuilegiatæ, quibus in tali iuris æqualitate, & dubio iudex tenetur fauere, iuxta dicta ſuprà *numer.* 717. *& ſeqq.*

773. Tertiò licèt etiam quando cauſa non eſt pro vtraque parte æquè probabilis, ſed pro vna notabiliter probabilior, pro altera minus probabilis, in rigore conſcientiæ, detur Aduocatum poſt admonitum clientem de conditione cauſæ, poſſe patrocinari cauſæ minus probabili tam in fauorem Rei, quàm actoris, & ſiue cauſa ſit minoris, ſiue maioris, (excepto caſu de quo ſuprà *num.* 756. *verſic. quamuis melius*,) momenti iuxta dicta *num.* 755. *& ſeqq.* Nihilominus multò magis conueniret hortari efficaciter partem debiliorem ad petendam à contraria parte fortiori tranſactionem, & compoſitionem; & ſi pars huiuſmodi debilior recuſaret, potiùs eſſet de conuenientia patrocinandum parti fortiori, maximè ſi pro illa ſtaret communis opinio, vel eſſet cauſa fauorabilis, vel Reus, & præſertim in criminalibus, & in ciuilibus magni momenti. Reo verò tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, & cauſæ fauorabili, pro quibus etiam opinionem minus probabilem ſequendo iudex poteſt iudicare iuxta dicta §. præcedenti *num.* 679. *& ſequentib.* faciliùs poterit Aduocatus patrocinari in cauſa infirmiori, tamen probabili, maximè ſi pars contraria recuſet compoſitionem.

774. Quartò ſi Aduocatus patrocinetur in cauſa dubia, & æqualis probabilitatis, cauere debet, ne dicat iudici eam partem, ſiue opinionem ſibi videri probabiliorem, ſi in cauſa minus probabili, quam & ipſe talem iudicat, non debet dicere eam opinionem ſibi videri æquè probabilem, aut probabiliorem, ſed in vtroque caſu debet ſimpliciter proponere iudici rationes, & auctoritates, quibus adiuuari poteſt petitio clientis, & aperiri iuſtitia cauſæ, & nullo modo conari ſua auctoritate traducere iudicem in eam opinionem, quam ipſe verè minus probabilem iudicat, & iuxta quam, ſi eſſet iudex, non poſſet tuta conſcientia iudicare, nec eſſet iudicaturus; ſi enim præter propoſitionem rationum, & auctoritatum cauſæ minus probabili fauentium diceret ex animo ita ſe dicere, & ſcribere, & opinari, & ita rem eſſe veram, ſeu veriorem, mendacium manifeſtum committeret: & ſi vltra hoc, & præter momenta rationum adiungeret etiam pondus ſuæ auctoritatis, exponitur maximo periculo, aut adducatur iudex ad opinionem minus probabilem, relicta probabiliori, & ita ferret ſententiam iniquam, & iniuſtam, quod maximè contingere poſſet, ſi iudex non eſſet Doctor, ſed Doctorellus, quales hodie plures creantur iudices, cùm tamen ſint inſipidi, ignaui, & imperiti, quibus propterea Aduocatus eruditus, & ingenioſus, qui auctoritate, & opinione probitatis emineat, quæ vult, facilè perſuadet. Quare Aduocatus patrocinando cauſæ dubiæ, & æqualis probabilitatis, & multò magis patrocinando cauſæ minoris probabilitatis contra probabiliorem caueat à prædictis, & ſemper tam ore, quàm ſcriptura ſtudeat proponere tantùm rationes ſuas iudici, vt iudicet, prout de iure iudicandum omnibus conſideratis, cenſuerit, ita prorſus cenſent Petrus Ala *dictus quæſt.* 37. *&* 43. Salas *dict. diſp. vnica num.* 108. Saytus & alij omnes Doctores *num.* 739. 750. *&* 755. dum aiunt Aduocatum poſſe patrocinari in cauſa dubia, & etiam in cauſa minus probabili, contra probabiliorem etiam pro ſe habentem communem opinionem; quia Aduocatus non abſoluit, neque condemnat partem, aut definit, ſed munus ipſius eſt tantùm ea, quæ ſuæ cauſæ fauent, proponere iudici, vt ea examinet, & iudicet prout de iure.

Quintò in defendenda cauſa tam dubia, quàm minus probabili, ſemper Aduocatus iura fideliter referat, & teſtimonia, ac auctoritates fideliter citet, caueatque à cauillationibus, nimia ſubtilitate, argumentis ſophiſticis, & captioſis, & ne fallaciis cauſam malam faciat videri bonam, & imprimat aliquam opinionem falſam in cerebrum iudicis, qui poſtea fortè erit captioſus taliter, quòd nunquam exinde euelli poterit, vt poſt Alexandrum *in l. cum filio, de legat.* 1. notauit Neuizanus *lib.* 5. *ſylu. num.* 67. vbi etiam aduertit, quòd praui Aduocati moriuntur ſine loquela, ex Gloſſa *in §. item ſurdus, Inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſt.* & ita ex relatione Baſii *in Roſario ſer.* 8. *parte* 1. dicit quòd Paduæ vno anno peſtis mortui ſunt ſeptem Aduocati, qui omnes fuerunt inuenti ſine lingua. Addit inſuper ex relatione Barbatij *in cap. Raynutius, de teſtam. & conſilio* 65. *lib.* 2. quòd vni viro ſancto apparuit Cynus in ſomniis, dicens, quòd erat damnatus; & tamen inquit, quando Dynus vnam cauſam decidebat, dicebatur ibi eſſe tota Synodus legalis ſapientiæ; ex pluribus quoque aliis id referentibus, idem Neuizanus dicit, quòd etiam Bartolus eſt damnatus; & contra Aduocatos vtentibus mendaciis, fraude, cauillationibus, & fallaciis ſcribunt omnes Summiſtæ *verb. Aduocatus*, Nauarrus, Toletus, Graffius *loc. citat.* & alij, ex ſuprà allegatis Doctoribus, docentes eos non ſolùm peccare mortaliter, ſed & teneri 775.

reſarcire

Digitized by Google

reſarcire damnum parti aduerſæ, vel clienti non conſcio, inde ſecutum. An verò Aduocatus Rei, qui eum defendit fraudibus contra fiſcum, teneatur ad compenſandum emolumentum, quod fiſco prouenisſet ex condemnatione. Negant Leſſius *de iuſtitia, & iure lib.2.cap.31.num.50.* Filliucius *tom.2.tract.40. num.*283. Fagundez *allegato præcepto* 8. *lib.*8. *cap.*38. *num.*10.& colligitur ex his, quæ latè tradit Sanchez *de matr.lib.*10.*diſp.*8.*n.*14.differens de Reo, qui falſis teſtibus ſe tuetur, quem magis communis Doctorum, quos ibi allegat, aſſerit non teneri reſtituere pœnam, ad quam fuiſſet damnatus, ſed ſolùm expenſas litis ob id ab altero iuſtè contra eum agente factas; & ratio, cur nec Reus, nec Aduocatus ipſius teneantur ad pœnam, neque ad emolumentum, quod fiſco prouenisſet ex condemnatione, eſt, quia pœna non debetur niſi ſecuta ſententia, ac proinde nec compenſatio illius. Et quamuis Aduocatus fraudibus vtens iniuriam inferat Reipublicæ, quatenus peruertit iudicium publicum; hæc tamen iniuria non obligat ad reſtitutionem, quia non eſt contra iuſtitiam commutatiuam, & particularem, ſed eſt tantùm contra iuſtitiam legalem, qualis etiam eſt iniuria Rei, ſubornantis falſum teſtem, vt pœnam euadat. Addunt contra Michaëlem Salonium 2.2.*q.*69.*art.*4. & nonnullos alios iidem Leſſius *n.*51. Filliucius *eodem n.*283. & Fagundez *n.*12. etiam Aduocatum Fiſci, qui negligenter agit cauſam illius, non teneri ad eandem compenſationem emolumenti, quod eidem fiſco ex condemnatione prouenisſet; quia officium Aduocati non eſt curare, vt fiſcus ditetur confiſcationibus, aut mulctis, ſed vt ſeruentur leges, & legum violatores puniantur; vnde ipſe ex iuſtitia non tenetur cauſam proſequi, vt fiſcus bona Rei habeat, ſed vt iuſtitia legalis ſeruetur, ex quo fit, vt non teneatur ad reſtitutionem pecuniæ, & bonorum, in quibus damnandus erat Reus, etiamſi cauſæ proſecutionem omittat, cùm fiſcus ius propinquum ad illa bona non habeat, niſi ſecuta damnatione, vel criminis declaratione per iudicis ſententiam, vt latè cum aliis probat Sanch. *d.n.*14. Aiunt tamen iidem Doctores, tunc Aduocatum teneri ad reſtitutionem ſalarij, quod à fiſco accepit pro rata litis, quam non defendit, & ad expenſas litis, quas ipſe fiſcus fecit, quia ex vi contractus conducti, & locati tenebatur ad præſtandam bonam diligentiam, ne cauſam amitteret. Denique contra Nauarrum *in man.cap.*27. *num.*212. ſubdunt iidem Leſſius *d.n.*51. Filliucius *eodem num.*283. & Fagundez *n.*12. ſi clienti intentetur actio criminalis, & Aduocatus eum defendat, vt accuſator deficiat, & non poſſit rem veram conuincere, ideóque condemnetur ad pœnam talionis, non teneri Aduocatum illi ad reſtitutionem vllius damni, nec effici irregularem, quia ſequitur per accidens, nec ipſe tenetur iuuare cauſam actoris. Quod idem Leſſius, & Fagundez aiunt, dicendum de eo ex cuius negatione veri delicti ſequitur accuſatori talionis pœna; & idem tam de Aduocato, quàm Reo priùs docuerunt Couarruuias *in Clem. ſi furioſus* 2.*p.* §.5. *num.* 5. & Salon 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 3. *controuerſ.*1.

776. Sextò omiſſis pluribus aliis de Aduocato, quæ latè explicant Summiſtæ Petrus Ala, & alij præallegati Doctores, Aduocatus, & cauſidicus, ſaltem ex honeſtate debet cauere, ne in eadem cauſa vtrique parti patrocinetur, ſiue ſimul, ſiue vna relicta ad aliam ſe conuertens, nam vix poſſet euitare maximam aliorum admirationem, & ſuſpicionem fraudis, auaritiæ, & voracitatis ad lucrum, vt ſuprà *num.*614. dictum eſt: & ita aduertunt Carocius, Farinacius, Graffius, Layman locis *infrà* citandis, & Doctores communiter.

Aduocatus, & Cauſidicus an licitè, & impunè tam quoad forum interius, quàm exterius poſſit ſimul, vel ſucceſſiuè in eadem cauſa patrocinari vtrique parti.

SEd difficultas eſt, an Aduocatus, vel Cauſidicus, licitè, & impunè tam quoad forum interius, quàm quoad exterius poſſit in eadem cauſa vtrique parti patrocinari, vel ſimul, vel defendendo modò vnam, & poſtea hac relicta defendendo alteram partem contrariam, ſi id faciat ſine animo decipiendi alteram partem, & prodendi vnius partis ſecreta, illiſque vtendi in auxilium alterius: in qua difficultate diſtinguendi ſunt plures caſus.

Primus eſt, ſi Aduocatus, vel Cauſidicus ſcit iuſtitiam, vel iniuſtitiam cauſæ, certum eſt, non poſſe pro vtraque parte aduocare, ſeu patrocinari in eadem cauſa, quia ſemper ex vna parte tueretur cauſam iniuſtam ſcienter, quod non licet, vt ſuprà *num.*762. *& ſequentib.* oſtenſum eſt. ita in terminis Syluester *v. Aduocatus, quæſt.*13. Armilla *v. eodem num.*20. Sanchez *conſil.lib.*6.*dub.*7. *n.*2. & Fagundez *in Decalog.lib.*8.*cap.*38.*num.*35. 777.

Secundus caſus eſt, quando Aduocatus, vel Cauſidicus vnam partem à ſe creditam probabilem, vel dubiam priùs defendit, poſtea viſis ſcripturis, & iuribus, & benè omnibus conſideratis cognoſcit eandem partem non fouere iuſtam cauſam, ſed eſſe iuſtitia deſtitutam, & reuocet ſuum conſilium, & patrocinium, vt tenetur iuxta dicta *num.*767.& in hoc caſu dubitatur, an relicta hac parte, illique reſtituta mercede pro proſequenda lite accepta poſſit alteram tueri. & negarunt Ioannes And. *in addit. ad Speculatorem in tit. de Aduocat. in* §. *nunc tractemus num.*11. & Bertachinus *in repert. verb. Doctor conſulens vtrique parti.* ita etiam ſentit Menochius *de arbitr.caſu* 323.*num.*5.*fine*, vbi in iſto caſu ait poſſe Aduocatum, aut Procuratorem ſuo clientulo minus iuſtam cauſam fouenti ſuum patrocinium denegare, non tamen aduerſarium adiuuare; & in hanc eandem ſententiam inclinare videntur Boſſius *in tract.criminum, tit.de præuaricatoribus num.*5. & Farinacius 1.*p.praxis crimin. quæſt.* 4. *num.*16. mouentur Ioannes Andreas, & Bertachinus, quia Doctor conſulens vtrique parti, dicitur eſſe infamis, & præuaricator, *l. Athletas* §. *penult. ff. de his qui not. infam.* & quia (inquit Ioan. Andreas) ſuum errorem detegere, & aduerſam partem, ſub prætextu, quòd altera pars priùs defenſa ſit iuſtitia deſtituta, defendere non poteſt abſque macula ſui honoris, cùm turpiſſimum ſit iniuſtam cauſam defendiſſe; quilibet autem debet ſuo honori parcere. † At contrarium, & in hoc caſu Aduocatum, & cauſidicum tutò vtroque foro inſpecto poſſe relicto cliente iuſtitia deſtituto, defendere alteram partem, tradunt Syluester *d.q.*13. Sanchez *d.dub.*7. Fagundez *d.cap.*38. *num.*36. Layman *lib.* 1. *tract.*1. *cap.*5. *num.* 19. & ex Iuriſperitis Speculator *in d. tit. de Aduoc. d.* §. *nunc tractemus num.*11. Alciatus *in l. præuaricatores ff. de verborum ſignific.* Caccncius *lib.* 1. *de comm opin.tit.*6. *n.*35. *&* 36. vbi, vt ſuprà *n.*613. notatum eſt, aſſerit quòd Aduocatus, qui pro vna parte conſuluit, poſſit in eadem cauſa pro altera contrarium conſulere ex mutatione opinionum, vel ex qualitate facti variata, vel quia meliùs conſiderauit iura partis ſuæ, & videns ſe priùs conſuluiſſe pro eo, qui non fouet ius, ab 778. 779.

eius

eius defenſione debet omninò deſiſtere, & conſequenter contrariam partem adiuuare, & defendere poteſt; & teſtatur eſſe communem, & receptam ſententiam, pro qua & Iuriſperitos innumeros, & etiam Summiſtas refert. Et ratio eſt, quia cùm cogatur deſerere partem fouentem iniuſtam cauſam, cui priùs bona fide patrocinatus eſt, omninò liberatur,& nil ampliùs intereſſe in illa habet, & conſequenter nulla cauſa,vel iure impediri debet, quo minus pro altera parte iuſtitiam fouente conſulare,& aduocare poſſit, licet de honeſtate(inquit Carotius *n.41.*cum pluribus aliis, & approbat Farinacius *d.n.16.*) hoc fieri nullo pacto permittatur, & ideo tanquam ab igne à tali conſultatione,& aduocatione Doctor cauere debeat, cùm vix poſſet malignitatem vulgi effugere, & maximam fraudis, & auaritiæ ſuſpicionem,vt dictum eſt. Ad textum autem *in §.final.l.Athletas,* reſpondet Carotius procedere, vel quando ſine cauſa Aduocatus relicta priori parte viſis iam illius ſcripturis alteram tuetur,vel quando vtrique ſimul aſſiſtit, & prodita cauſa prioris partis alteram adiuuet,vt ibi,*prodita cauſa ſua.* & ibi,*ex vtraque parte conſiſtit.* Ad rationem adiunctam reſpondetur non lædi honorem, cùm Aduocatus bona fide cauſam iniuſtam defendit, & cognita iniuſtitia ſtatim eam deſerit,& retractat male factum, cùm ſapientis ſit mutare conſilium in melius.

780. Tertius caſus eſt,an in cauſa dubia, & pro vtraque parte litigantium probabili,liceat Aduocato in diuerſis articulis, & diuerſa inſtantia pro vtraque parte aduocare, vt ſi pro vna parte aduocauit in cauſa principali, poſſit pro altera in cauſa appellationis; & licere, modò vitetur ſcandalum puſillorum,communiter aſſerunt Syluester, Armilla,Sanchea,Fagundea *locis allegatis*, Graſſius *p.1. deciſ.aur. lib.3.d.cap.8.n.10.* Trullench *lib.8.d cap.5. dub.1.n.5.* & ex Iuriſperitis Speculator *d.§.nunc tractemus n.11.* & Carotius *vbi ſuprà*, Ioannes Andr.& Præpoſitus *in cap.diſciplina d.46* & alij à Carotio,& Speculatore relati; facit ratio præcedenti caſu adducta; ſcilicet,quia Aduocatus obligatus in vno articulo, & in vna inſtantia, liber eſt quoad alium articulum, alterámve inſtantiam; & quia vbi ſunt diuerſi articuli,& diuerſæ inſtantiæ,cenſentur diuerſæ lites, & cauſæ, vt notat Speculator *ibidem n.13.* in diuerſis autem litibus, ſeu cauſis poteſt Aduocatus, & cauſidicus vtrique parti patrocinari, vt apertè conſtat *ex l.2.C.de aduocatis fiſci.* vbi habetur, quòd qui in vna cauſa aduocauit pro fiſco, in alia cauſa poteſt aduocare contra fiſcum, quod *ibidem* etiam notat Gloſſa,Speculator *d.n.12.*& Graſſius *d.n.10.* Meliùs tamen,& honeſtius eſt, ſi abſtineat ab aduocatione contra partem, cui in cauſa principali patrocinatus eſt; vt aduertit Speculator *d.n.14.*vel, quia,inquit, cauſa appellationis ſecundùm quoſdam, eſt eadem cum principali,vel ſaltem eius ſequela; vel quia ſecreta cauſæ nouit, vnde in hac inſtantia multum lædere poterit partem, quam in priori defendit, vel quia oportebit eum aſſerere, quod priùs negauit, vel ècontra,quod eſſe non debet,vt infrà.

781. Quartus caſus eſt,an in eadem inſtantia in cauſa dubia, & hinc inde probabili Aduocato, & cauſidico liceat in foro externo, & conſcientiæ vtramque partem tueri. & Angelus *v. Aduocatus num.17.* Tabiena *v.eodem. num.15. fine*, abſolutè dicunt Aduocatum,& Procuratorem, quando cauſa eſt dubia, poſſe ſine peccato pro vtraque patrocinari. idem dicit Graſſius *d.cap.8. num.10.* vbi ait fieri poſſe, vt quis aduocetur in cauſa principali ambarum partium, licèt hoc non ſit honeſtum; Carotius *d.tit.6. n.35.& 40.*aſſerit Doctorem poſſe conſulere, (& loquitur in eadem inſtantia,)& aduocare pro vtraque parte, altera tamen, ſeu priori parte relicta: ſecus autem neutra parta relicta, quia tunc, inquit,eſſet infamis,& præuaricator,*d.l.Athletas. §. penultimo ff. de his qui not.infam.* Caſtrus Palaus *d. tom.1. diſp.2. p.11.num.3.* dicit. attento iure naturæ, & canonico etiam in eadem inſtantia poſſe Aduocatum inter cauſas probabiles modò vnius partis, modò alterius patrocinium ſuſcipere, ſi abſit ſcandalum; & mouetur, quia dum pro vtraque parte eſt probabilitas, neque apparet iniuſtitia,vtraque pro libito defendi poteſt,cùm non ſit maior ratio, quare poſſit potius vnam,quàm alteram defendere. Neque,inquit,dici poteſt arctatum eſſe defendere eam, quam primò ſuſcepit,eo quòd allegans contraria non ſit audiendus,*l.1.Cod.de furtis.l.cùm precum, C.de liberali cauſa;* nam id procedit in allegante contraria facta, ſecus in allegante contraria iura; & ita quoque in dubio poſſe Aduocatum iure communi attento nunc vni, nunc alteri parti patrocinari,tenet Salas *1.2.tract.8. d.diſp.vnica num.19.fine.* † Dicunt *iure natura,& ca-* 782.
nonico,vel communi,quia iure eorum municipali prohibitum eſt, cuique Aduocato cauſa vnius ſuſcepta in eadem cauſa patrocinari, etiam in diuerſis inſtantijs,vt decernitur *lib.2.noua compilat. tit.16.l.31.* & docent *ibidem* Azeuedo, Burgos de Paz *in proœmio,l.Tauri num.410.* Sanchez *d dub.7. & locis citatis.* Salas,& Palaus,qui vnà cum Azeuedo *lib.17.num.5. & 6.*addit lite nondum cœpta, & actibus nondum factis per Aduocatum poſſe de rigore pro contraria parte aduocare, ſi ei ſalarium non ſoluatur; indecens tamen ob non ſolutum ſalarium partem ſuſceptam relinquere, & in aliam inflectere,niſi de licentia iudicis.

Verùm in hoc caſu concludendum primò, tam 783.
iure naturæ,ſeu in foro conſcientiæ, quàm iure poſitiuo communi, & ciuili non licere Aduocato, & cauſidico in eadem inſtantia aduocare pro vtraque parte litigantium ſimul, ſeu neutra earum relicta. ita Syluester,Armilla,Sanchea locis ſuprà *num.779.* allegatis. Fagundez *d.cap.38. num.37.* Trullench *d. dub.1.eodem num.5.* D. Antoninus *3.p.tit.6.cap.2.§.5. initio.* Roſella *verb. allegatus. §.14.* & ex Iuriſperitis Gloſſa *in d.cap.diſciplina,verb. allegauit d.46.* Doctores ſuprà *n.778.*relati, Speculator *d. num.12.& 13.* Carotius *d.tit.6.num.40.* Petrus Ala *d.tractatu de aduocato p.1.quaſt.41.fine,& quaſt.97.* Menochius *d.caſu 323.num.5. & ſeqq.* Farinacius *d. quaſt.4. num.14. §.ſecundò notandum. & num.15. per totum*, & Boſſius *d.tract. cauſarum crim. tit. de Prauaricatoribus num.2. & 5.* vbi iidem Boſſius, Menochius, & Farinacius notant Aduocatum,aut cauſidicum,qui cùm ſuſceperit vnam partem defendendam, alteram etiam adiuuat,dici, & eſſe præuaricatorem ſaltem impropriè,*l.1.ff.de prauaricatoribus,& d l.Athletas §. penult. ff. de his qui notantur infamia*, & incidere in infamiam, ſeu haberi tanquam infamem, vt expreſsè decernitur *d.§.penultimo. & d. num. 2.* refert Boſſius ſe vidiſſe in Ciuitate Mediolani quendam Cauſidicum hac de cauſa, (quia ſcilicet ſuſcepto vnius patrocinio, contrariam etiam partem adiuuabat,) mulctatum in bonorum publicatione, & exilio ad tempus. & licèt quis reſpondere poſſit dictas leges loqui,quando Aduocatus, aut cauſidicus ſui clientis cauſa prodita adiuuat partem aduerſam; nihilominus contra reſponſionem eſt, tum quia in dictis legibus dicitur præuaricator, & infamis, qui ex vtraque parte conſiſtit; tum quia Aduocatus, aut cauſidicus, qui ſuſcepto vnius partis patrocinio, &

viſis

viſis iam omnibus ſcriptoris, & documentis, tranſit ad protegendam etiam alteram partem, vix poteſt id efficete non prodendo, & manifeſtando ſectera prioris elientuli, vel non vtendo illis aliquo modo in fauorem alterius partis; & talis eſſet ſemper præſumptio aduersùs ipſum; tum quia præallegati ttes Iuriſperiti, qui dictis legibus nituntur, abſolutè dicnnt eſſe ſaltem imptoptiè prævaricatorem, & infamem Aduocatum, aut Procutatorem, qui cauſam, quam iam mercede accepta defendebat, deſerit, & ad aliam partem defendendam tranſit, ſaltem
784. quando prior cauſa non agnoſcitur iniuſta. † Itaque inſpecto iure poſitiuo, communi, & ciuili probatur conclusio primò dictis legibus, & præſertim *d. §. penultimo l. Athletas.* Secundò probatur, quia iuxta iura, ſeu leges allegans contraria, & idem modò affirmans, modò negans, non auditur, *d. l.* 1. & *ibidem* Gloſſa & ſcribentes *C. de furtis, & ſeruo corrupto.* Quæ diſpoſitio non ſolùm de allegante contraria facta, ſed etiam de allegante contraria iura in eadem cauſa procedit, iuxta Gloſſam *ibidem*, & alios ſcribentes, qui ex dicta lege formant abſolutè regulam generalem, ſcilicet, quòd allegans contraria, non auditur; & rationem affert *ibidem* Gloſſa, quia eſſet ſibi contrarius, quod eſſe non debet: non enim ſolùm allegans diuerſa facta, debet dici ſibi contrarius, ſed etiam in eadem cauſa, & circa eundem articulum allegans contraria iura, quibus idem probat,
785. & impugnat, affirmat, & negat, vt per ſe patet. † Iure verò naturæ, & conſcientiæ foro inſpecto probatur eadem concluſio, & quòd in eadem inſtantia vtriuſque partis patrocinium ſit illicitum, tum quia rariſſimè hoc fieri poteſt abſque ſcandalo, & ſine detrimento alterius partis, & periculo famæ; tum etiam, quia videtur impoſſibile quòd viſa, & conſiderata materia habeatur bona fides de vtraque cau-
786. ſa. † Quare rectè monuit Pettus Ala *d. quæſt.* 97. Aduocatos, & cauſidicos debere cauere ab his patrociniis valde ſcandaloſis: addens non præbere iuſtam excuſationem apud Deum, & homines probos quandam cautelam à ſe quandoque in nonnullis cauſidicis obſeruatam; qui ſcilicet habent in numero ſuorum ſectatorum quoſdam Notarios iuuenes in ordinem cauſidicorum cooptatos, qui ad ſpeciem ſuſcipiunt tutelam clientis aduerſantis; ſed reuera cauſidicus principalis omnia regit, diſponit, & moderatur, & ita furtiuè prævaricatur, vtrumque litigatorem acerrimè defendendo. Dato etiam, quòd iuxta priorem ſententiam in foro rigoroſo conſcientiæ in cauſa dubia, & probabili liceret patrocinium vtriuſque partis (à quo tamen, tanquam ab igne cauendum ſaltem ex honeſtate, & ad conſeruandam opinionem boni, & probi Aduocati, aut cauſidici,) animaduertit idem Ala, quòd Aduocatus non affirmet ſe pro vtroque cliente ita ſentire, ſicut ſcribit, aut loquitur, quia hoc profiteri non poſſet ſine impudenti mendacio, & manifeſta contrarietate, ſed ſimpliciter ſuggerat iudici rationes vtriuſque partis, vt meliùs poſſit diſcernere merita cauſæ.

787. Secundò concludo in hoc eodem caſu, & in eadem inſtantia eiuſdem cauſæ Aduocatum, aut cauſidicum tam iure communi, quàm iure naturæ, & foro animæ inſpecto, non poſſe vtrique parti patrocinari ſucceſſiuè, ſcilicet, defendendo priùs vnam, & poſtea hac relicta tranſeundo ad patrocinium alterius. ita Syluester, Armilla, Sanchez, Fagondex, Trullench *locis allegatis.* & ex Iuriſperitis Speculator *de Aduocato, d. §. nunc tractemus num.* 11. Ioannes Andreas, & Bertachinus locis ſuprà *n.* 778. relatis, & ita ſentiunt Boſſius, Menochius, & Farinacios *locis citatis.* Menochius enim *dicto caſu* 325. *num.* 5. expreſsè ait, quòd tunc Aduocatus, & Procurator prævaricator dicitur, cùm cauſam, quam iam mercede accepta defendendam ſuſceperat, & tuebatur, deſerit, & in aliam partem tranſit, & poſt alios refert hoc delicto damnatum fuiſſe Tuſcillinum, quòd Vicentinorum cauſam deſeruiſſet, & probro aliqoando datum fuiſſe Demoſtheni, quòd cùm vna die Reipublicæ Athenienſis cauſam contra Milleſiorum Legatos defendiſſet, altera die pretio victus tacuit, in publicum prodiens collo lana circumuoluto, ſe anginam pati aſſerens; cui vnus ex populo exclamans dixit: *Non anginam, ſed argentaginam pateris Demoſthenes.* qua de cauſa idem Demoſthenes à populo quinquaginta talentis damnatum, atque in carcere duci iuſſum poſt Plutarchum *in vita Demoſthenis*, ſcribit *ibidem* Menochius, vbi etiam ex Caſtro refert eodem crimine notatum fuiſſe Oldradum, cúmque præ nimio dolore, quòd delictum fuiſſet detectum, deceſſiſſe. Boſſius item *n.* 2. & Farinacius *num.* 14. & 15. eadem ferè habent, & ille *num.* 15. & hic *num.* 16. à crimine prævaricatoris, & ab infamia *d. §. penult. l. Athletas* inflicta vix excuſant Aduocatum, & Cauſidicum, qui poſt ſuſceptam vnius partis defenſionem, viſis ſui clientuli ſcripturis, & cognoſcens illum iuſtam cauſam non fouere, ſibi habito honorario reſtituto, iuſtiorem aduerſarij cauſam ſuſcipit patrocinandam. Probatur hæc concluſio iiſdem rationibus, quibus præcedens, ſcilicet, tum quia oporteret Aduocatum allegare contraria, quod non licet, iuxta *d. l.* 1. *C. de furtis*; tum etiam, quia rarò hoc fieri poſſet ſine ſcandalo, damno prioris clientis, cuius ſcripturas, & ſecreta nouit, & detrimento famæ. Priuſquam autem Doctori demandata ſunt ſecreta cauſæ, & traditæ, ſeu viſæ ſcripturæ, etſi altera pars ipſum conſuluerit, poterit contra eandem partem in eadem cauſa eſſe Aduocatus, vt notauit Speculator *d. §. nunc tractemus, eodem num.* 11. quia alioqui (inquit idem Speculator) nullum eſſet conſilium dandum, & addit ſe ſæpè vidiſſe ab aliquibus peti conſilium, non vt acciperetur, ſed vt illi poſtea parati alteri conſulere erubeſcant.

Qui fuit iudex in cauſa principali, an poßit eſſe Aduocatus in cauſa appellationis.

An verò Doctor, qui fuit iudex in cauſa principali, poſſit eſſe Aduocatus in cauſa appellationis, affirmant Speculator *tit. de iudice deleg. § ſupereſt, verſic. quid è conuerſo, & d. tit. de aduocato. verſic. item quod olim fuit iudex*, Capella Tholoſana *deciſ.* 278. *ibidem* Aufrerius *in addit.* Farinacius 2. *p. frag. v. index num.* 85. & Camillus Botellus *in ſumma omnium deciſionum tom* 1. *tit.* 65. *num* 95. & alios allegans Sanchez *conſil. lib.* 3. *cap. vnico dub.* 26. *num.* 6. nulla enim in iure reperitur prohibitio; & ratio, ſeu cauſa diſpoſitionis *l. finalis C. de aſſeſſ.* de qua ſequenti difficultate, non videtur habere locum in hoc caſu. Aduertit autem Speculator, & Capella, quòd melius faciet, ſi abſtineat, & Botellus conſulit, vt non patrocinetur niſi contra illum, qui in iudicio ſuccubuit, cùm iudex poſſit cauſam ab eo per ſententiam terminatam defendere: ſi verò ad ſententiam non fuiſſet proceſſum, idem Botellus ex Almaro Pelagio *de Planctu Eccleſiæ lib.* 2. *cap.* 35. ait optimum fore, ſi nemini patrocinium præſtet; Aufrerius verò cum pluribus aliis dicit, quòd licèt 788.

iuxta

iuxta conſilium Capellæ non debeat fungi officio Aduocati in fauorem appellati, bene tamen poterit, ſi volet, aſſiſtere cauſæ appellationis, & inſtruere eundem appellatum, & defendere proceſſum ſuum, non tamen, ſubdit, poteſt in ſe aſſumere iudicium animo nouandi, quia non eſt propriè aduerſarius, *l. Lucius, ff. de his qui not. infam.* Innocent. *in cap. 1. de appellat. in 6.* & Bartolus *in rubr. C. de pœna iud. qui malè iud.*

Qui eſt, vel fuit in cauſa Aduocatus, an poſſit in eadem eſſe iudex, & Aſſeſſor, & ſi pronunciet, an teneat ſententia.

VTrùm verò è contra Doctor in ea cauſa, in qua fuit Aduocatus, poſſit eſſe iudex?

789. Certum eſt iure ciuili nullum poſſe eſſe ſimul in eadem cauſa Iudicem, ſeu Aſſeſſorem, & Aduocatum; ita enim decernitur *l. vltima, initio*, vbi Gloſſa, *C. de aſſeſſoribus.* & colligitur ex *c. 1. 2. 4. q. 4.* vbi habetur non licere exercere duo officia contraria in eadem cauſa: & ita etiam tradunt D. Antoninus *3. p. tit. 6. cap. 1. §. 1. verſic. item in illa cauſa.* Syluester *v. Aduocatus q. 2. verſic. quarto*, & Speculator loco *infrà* allegando.

790. Certum eſt etiam eodem iure ciuili prohiberi eſſe iudicem in cauſa eum, qui in ea fuit Aduocatus. ita expreſsè habetur *d. l. vltima in fine, C. de aſſeſſor.* & ſi quis auſerit ſecus facere, ſubiicitur pœnis *ibidem* latis contra eum, qui auderet exercere ſimul officium Aſſeſſoris, & Aduocati in eadem cauſa, *eidem*, ait lex, *pœna ſubiiciendo etiam eo, vel eis, qui in iis cauſis, quarum patrocinium adepti ſunt, quibúſque aduocationem ſuam præſtiterunt, aſſeſſiones cuiuſque Magiſtratus colere audeant, vel iudicare, ne affectionis ſuæ, vel aduocationis memor, incorrupti iudicis non poſſit nomen perferre.* vbi Gloſſa *verb. iudicare*, addit, depoſita etiam aduocatione; & ita eum, qui fuit in vna cauſa Aduocatus, in eadem etiam depoſita aduocatione non poſſe vllo modo eſſe iudicem; tradunt Gloſſa *in l. Prætor. ff. quod quiſque iur. in alterum, verb. cum iuſtam cauſam*, vbi addit, & neceſſariam hodie, vt *d. l. fin. in fin. C. de aſſeſſ.* Speculator *tit. de iudice déleg. §. supereſt, verſic. item ſi fueris aſſeſſor. §. fin.* Paulus de Caſtro *in l. quiſquis, C. de poſtul.* Gregorius Lopez *in l. 10. tit. 4. p. 3.* Auendagno *lib. 2. de exeqnend. mand. Regum cap. 13. num. 10.* Auiles *cap. 3. Prætorem. §. abogados num. 1.* Menochius *de arbitr. lib. 1. quæſt. 73. n. 4.* Stephanus Gratianus *tom. 1. diſcept. for. cap. 4. num. 4.* Sanchez *d. cap. vnico. dub. 26. num. 1.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. l. finalem num. 10. & collectaneo ad cap. poſtremo num. 3. de appellat.* & Doctores com-
791. muniter. † Quapropter qui fuit Aduocatus in cauſa, ſi conſtituatur in eadem cauſa iudex ordinarius, aut delegatus, poteſt, nedum à parte, contra quam aduocauit, ſuſpectus vti cauſæ affectus allegari, & reiici, ſed etiam à cliente repelli. *d. cap. poſtremo, ibidem.* Canoniſtæ Maranta *de ordin. iud. p. 6. num 42.* Farinacius *2. parte fragm. verb. iudex num. 848. & ſeqq.* Garcias Maſtrillus *Siciliæ deciſ. 151. num. 35. & 41.* Camillus Borellus *d. tit. de aduocatis 65. num. 125.* Menochius *d. num. 4.* Auguſtinus Barboſa *dictis collectaneis*, & innumeri alij, quos cumulat Farinacius, & Stephanus Gratianus *d. cap. 4. num. 4. & 21.* Ratio autem cur iura prohibuerint Aduocatum eſſe iudicem in cauſa, cui patrocinium præſtitit, indicatur in *d. l. finali*, verbis adductis, ſcilicet, quia iudicium talis iudicis redditur valdè ſuſpectum; ſi enim ſententiam ferat pro clientulo, cui patrocinium præſtiterat, redditur ſuſpectus ex illius affectione iudicaſſe; ſi verò pro aduerſario iudicet, præbet ſe malum, & fictum Aduocatum, ſeu Conſiliarium. † Addit autem Gratianus *d. num. 21.* quòd 792.
ſi Aduocatus in eadem cauſa factus iudex ferat ſententiam, erit valida, niſi fuiſſet recuſatus, vt ſuſpectus. quod docuerunt Alexander, & Iaſon in *l. ſolent, ff. de iuriſd. omn. iud.* & Aymon *conſil. 299. num. 14* quos idem Gratianus allegat, idque approbat Auguſtinus Barboſa *locis citatis*; ſed Paulus de Caſtro, Auiles *vbi ſuprà num. 4.* diſtinguunt, ſcilicet, ſententiam valere, ſi iudex erat ordinarius, irritam verò, ſi delegatus. At Speculator, & Auendagno *locis citatis* abſolutè dicunt ſententiam eſſe nullam, eo quòd *dicta lex finalis C. de aſſeſſor.* & aliæ ſimiles denegent huic iudici iuriſdictionem; & ſententiam hanc approbant Sanchez *d. dub. 26. num. 3.* & Trullench *dicto dubio 1. num. 5.* & in eam magis inclinet Lopez *vbi ſuprà*, relinquens tamen cogitandum: & ita etiam mihi videtur ſentiendum; prohibitio enim fit illis verbis, *nemo audeat*, &c. quæ cùm ſint negatiua, videntur auferre omninò iuriſdictionem.

Hinc quamuis Diana (quem ſequitur Ioannes 793.
Lugo *de iuſtitia tom. 2. diſp. 41. num. 4.*) *p. 2. tract. 5. miſcellaneo reſolut. 56.* aſſerat in foro conſcientiæ eum, qui fuit Aduocatus in cauſa, poſſe eſſe in eadem iudicem, quia, inquit, *l. Prætor ff. de iuriſdict. omn. iudic.* (debebat tamen potiùs dicere *lex finalis C. de aſſeſſ.* quia *in d. l. Prætor*, ſolùm habet prætorem habere iuſtam cauſam delegandi aliam perſonam in iudicem, ſi antè ipſe fuerit Aduocatus alterius partis) fundatur in præſumptione, ac proinde dicendum eſt, procedere in foro exteriori, non in foro conſcientiæ, in quo propterea ſi ceſſat omnis inordinatus affectus, dictus iudex non peccabit ferens ſententiam, etiam altera parte inſcia, dummodo ſententiam proferat ſecundùm leges nullo habito reſpectu ad affectionem carnalem. ita Diana, & ait ita docere etiam Cordubam *in ſum. quæſt. 259.*

Nihilominus dicendum eſt, neque in foro con- 794.
ſcientiæ Doctorem in cauſa, cui aduocationem ſuam præſtitit, poſſe eſſe iudicem, prout expreſsè docet D. Antoninus *d. tit. 6. cap. 2. §. 5. verſic. Decimoquintò.* & ita oportet ſentiant Sanchez, & Trullench locis citatis *num. 792.* & ex *ibidem* dictis conuincitur, nam eo ipſo quòd iure priuatus eſt iuriſdictione, non poteſt licitè, & tuta conſcientia iudicis officium aſſumere, & exercere. Præterea *lex illa finalis C. de aſſeſſoribus*, non in ſola præſumptione fundatur, ſed abſolutè prohibet, ne quis in eadem cauſa ſit iudex, & Aduocatus ſimul, & ne Aduocatus iudicis officium aſſumat in cauſa cui patrocinatus eſt: ita quòd ratio illa, *ne affectionis ſuæ*, &c. eſt cauſa adæquata, & finalis dictæ diſpoſitionis, propter quam lex abſolutè condita eſt, vt ex iiſdem verbis legis colligi apertè videtur, & quia cùm iuxta ea, quæ communiter accidunt, videmus Aduocatos valde affici erga cauſam, pro qua aduocarunt, aut velle effugere præſumptionem fictæ, & prauæ aduocationis, lex abſolutè voluit (vt expediebat, & decens erat) prouidere, etiamſi aliquando in aliquo talis ratio prauæ affectionis, aut timoris ſuſpicionis prauæ aduocationis non eſſet locum habitura. Quare iudex ordinarius, qui fuit olim in eadem cauſa Aduocatus, debebit alium iudicem delegare, prout habetur *d. l. Prætor*, & manifeſtè conſtat ex *d. l. fin. C. de aſſeſſoribus.*

Porrò

795. Portò notanter dictum eſt, non poſſe eſſe iudicem in cauſa, in qua fuit Aduocatus. nam ſecus ſi fuiſſet Aduocatus in alia cauſa, tunc in cauſa diuerſa conſtitui, & eſſe poſſet iudex, nec poſſet recuſari, vt cum aliis Auiles *vbi ſuprà.* & Farinacius *num.*852. niſi forſan alia cauſa eſſet connexa, & dependens ab ea, in qua quis fuit Aduocatus, vt poſt alios iidem Auiles *num.* 3. & Farinacius *num.* 854. vel niſi cauſa in qua fuit Aduocatus, vel Procurator, fuiſſet capitalis, & famoſa, nam tunc aduerſarios, contra quem patrocinatus eſt, poteſt illum in diuerſa cauſa recuſare vt ſuſpectum, vt cum aliis tradit idem Farinacius *num.*853.

SVMMARIVM.

796 *Cauſa criminales maiores, & minores quæ dicantur.*

798 *Iudex cùm certò ſcit Reum ex proceſſu conuictum nocentem eſſe innocentem, tentare debet omnia remedia conducibilia ad illius liberationem, &* 823.

& quæ ſint huiuſmodi remedia, num. 824. *& ſeqq.*

*Quòd ſi nullo alio remedio iudex poſſit illum liberare, vna ſententia ait non poſſe illum condemnare, ſed ſi iudex ſit inferior ne condemnet, teneri potiùs officium dimittere, & quodcunque aliud damnum pati, ſi ſupremus, debere eum liberare, dict. num.*798.

*Altera ſententia affirmat iudicem poſſe, & teneri damnare hunc innocentem, num.*817.

*Reſolutio Auctoris, num.*836. *& ſeqq.*

799 *Hominem innocentem directè, & per ſe occidere eſt intrinſecè malum.*

Homo quoad vitam, & membra ſubeſt dominio, & poteſtati Dei extra caſum delicti, vel neceſſariæ defenſionis, ibid.

800 *Iudex certò ſciens inter aliquos non eſſe verum matrimonium, non poteſt eos cogere ad carnalem copulam, quamuis in proceſſu probentur coniuges.*

Reſpublica, & gentium iura neque volunt, neque poſſunt iudici dare poteſtatem, vt hominem, quem certò ſcit eſſe innoxium, poſſit licitè condemnare ad mortem, vel mutilationem membri. ibid.

801 *Reſpublica vult iudices ſeruare ordinem iudiciorum ex præſumptione, quæ ceſſat quando iudex certò ſcit Rei innocentiam.*

In dubio innocentiæ Rei iudex tenetur iudicare iuxta allegata, & probata in proceſſu, ibid.

802 *Lex decernens iudicem debere ſequi allegata, & probata, contra priuatam ſcientiam de Rei innocentia ſi fieret, eſſet iniqua, num.*802.

*Contrarium, num.*851.

*Lex non poteſt tollere naturalem veritatem, dict. num.*802.

803 *Occiſio innocentis iudici ſcienti certò illius innocentiam, licèt oppoſitum conſtet ex proceſſu, eſt directè voluntaria, & iudex dicitur per ſe, & directè eum occidere ſi eum condemnet.*

*Contrarium, num.*820. *&* 821.

*Occiſio innocentium in bello iuſto, & iniuſti inuaſoris, qua ratione liceat, & dicatur indirectè, & per accidens voluntaria, d. num.*803. *&* 820.

804 *Iudex certò ſciens ſe carere iuriſdictione in Reum, non poteſt illum condemnare.*

Ad condemnandum aliquem requiritur crimen, & meritam pœna, ibid.

806 *Lex præcipiens occiſionem malefactoris non propter teſtes probantes crimen, ſed principaliter propter ipſum crimen eſt edita.*

807 *Iura iubentia iudicem ſequi allegata, & probata, quomodo intelligenda.*

Lex non eſt ſeruanda, quando ex eius obſeruantia ſequitur id, quod intentioni, & fini legis eſt contrarium. ibid.

808 *Iura de pronuntiando ſententiam iuxta allegata, & probata, fundantur in præſumptione.*

Teſtibus duobus, vel tribus fidem adhiberi cur iura voluerint, ibid.

Nullum eſt genus probationis, quod iudicem omninò certum reddat, ſed in probationibus multum iudicis arbitrio relinquitur. ibid.

Quinam ſint caſus, in quibus ad condemnandum requiruntur plures teſtes, quàm duo, aut tres, ibid.

809 *Iuriſdictio omnis, & poteſtas in ſubditos tam ciuilis, quàm canonica inducta eſt ob meram vtilitatem ſubditorum.*

810 *Iudex debet ſequi veritatem.*

811 *Epiſcopus, vel Pontifex, qui ſit magnus Theologus iudicans aliquam propoſitionem non eſſe hæreticam, debet in iudicando ſequi ſuam ſcientiam, non obſtante aliorum iudicio in contrarium, &* 853.

813 *Iudex Reum in iudicio probatum nocentem, quem ipſe certò ſcit eſſe innocentem, non ſolùm ad mortem, neque ad mutilationem membrorum condemnare poteſt, non obſtante quocunque ſcandalo, vel etiam proprio detrimento.*

814 *In huiuſmodi caſu, an iudex teneatur tantùm abſtinere à condemnatione, an verò etiam poſſit, & teneatur Reum verè innocentem liberare, & abſoluere contra allegata, & probata: alij affirmant, alij negant, & ſi non poteſt alio modo innocentem iuuare, debere Reum remittere ad ſuperiorem, vel officium dimittere, &* 813.

817 *Iudex talem innocentem condemnans ad mortem eſt verus homicida, & tenetur ad reſtitutionem.*

819 *Iudex, qua iudex eſt perſona publica vtens publica auctoritate, & ſic publicam ſcientiam ex allegatis, & probatis in iudicio ſequi debet in iudicando.*

820 *Maleficia diſtinguuntur propoſito, & intentione.*

Iudex tenetur iudicare ſecundùm allegata, & probata, ibid. & 822.

823 *Iudex in indicando debet ſequi veritatem publicam.*

824 *Remedia tentanda, & adhibenda à iudice ſiue inferiore, ſiue ſupremo, pro liberatione Rei, quem ipſe ſcientia priuata certò nouit eſſe innocentem, & ſeqq.*

835 *Iudex poteſt licitè pati quoduis malum, quàm condemnare Reum, quem certò ſcit eſſe innocentem.*

Quilibet licitè poteſt propriam vitam corporalem exponere periculo pro alterius vitæ corporalis defenſione. ibid.

836 *Supremus iudex, ſeu Princeps non recognoſcens ſuperiorem, non poteſt licitè condemnare Reum in iudicio conuictum, ſibi tamen ſcientia priuata certò notum innocentem.*

Princeps debet iudicare iuxta æquitatem naturalem, omiſſis ſolemnitatibus iudiciorum. ibid.

Principi quoties cauſa de iure decidenda committitur, intelligitur ſola veritate facti inſpecta, ibid.

837 *Princeps non ligatur legibus conditis, & approbatis tum à ſe, tum à ſuis prædeceſſoribus.*

838 *Princeps ſupremus ex iuſta cauſa poteſt pœnam iuxta leges debitam condonare, & totaliter remittere.*

839 *Iudices ſuperiores, ſeu magiſtratus maiores, vt Proreges, Parlamenta, & Senatus Principum, poſſunt iudicare ſecundùm conſcientiam, & veritatem ſimplicem ſibi notam, non obſtante quòd contrarium in iudicio fuerit probatum.*

840 *Iidem iudices, & Magiſtratus maiores ex cauſa poſſunt ante ſententiam, vel in ipſa ſententia pœnam legum, vel ſtatutorum remittere, vel augere,*

841 *Iudices inferiores ordinarij, an idem poſſint, & 842.*

843 *Eandem facultatem ex iuſta cauſa minuendi, vel augendi pœnam à lege ſtatutam an habeat delegatus Principis, & etiam inferioris.*

844 *Iudici tam ſupremo, quam inferiori aſſerenti in ſententia ſe ex cauſa iuſta pœnam minuiſſe, vel alteraſſe, etiam ſi cauſam in ſpecie non expreſſerit, credi debet.*

Pro iudice ſemper præſumitur, & illi in multis creditur.ibid.

845 *Qua ratione iudex Reum ſibi notum innocentem & probatum nocentem in proceſſu poſſit abſoluere abſque ſcandalo.*

846 *Iudex certò ſciens Reum in proceſſu conuictum nocentem eſſe innocentem, cum alia via non poteſt illum liberare, poteſt, & debet pronunciare ſibi non liquere de veritate cauſæ.*

Probatio teſtium non certitudinem, ſed veriſimilitudinem inducit, num.808. & d.num 846,

Probationes iuxta leges ſunt arbitrariæ, ſed in illis iudicis arbitrio multum relinquitur.ibid.

847 *Cùm iudex nullo remedio poteſt Reum innocentem liberare, non poteſt vllo modo illum condemnare, ſequendo allegata & probata, & ſeqq.*

848 *Reſponſio ad argumenta ſententiæ ſecundæ oppoſitæ, ad 850.*

Pilatus cur peccauerit condemnando Chriſtum Dominum, num.712. & 854.

855 *In cauſis criminalibus minoribus, & in quibaſcunque cauſis ciuilibus iudex quantum poteſt, tenetur liberare Reum probatum nocentem, quem priuata ſcientia ſcit eſſe innocentem.*

856 *Si nullo modo liberare poteſt, an licitè poſſit, & teneatur illum condemnare? ſententia negatiua, & 873.*

857 *Affirmatiua, & 858. & 873.*

Limitatur in Principe ſuperiorem non cognoſcente, d.num.857.

858 *Reſpublica, & Princeps qualiter poſſit de bonis temporalibus ciuium diſponere, & de vno in alium transferre, licèt non poſſit diſponere de vita, aut mēbris humanis, & 862. & n.864. ad 867. & n.873.*

859 *Reus verè innocens, ſed iuxta probata, & allegata nocens, ſeu debitor, ſi condemnetur, non amittit dominium propriarum rerum, ſed poteſt ea à poſſeſſore recuperare ſecluſo ſcandalo.*

& poſſeſſor, ſi innocentia detegatur, tenetur illa reſtituere, ibid

860 *Si tamen talis innocens priuetur officiis, & beneficiis, ac Rebus Reipublicæ, quæ aliis conferuntur, amittit dominium, ſed de damno ſibi dato poteſt occultè compenſare à teſtibus, & accuſatoribus, qui illum ſcienter falſis criminibus, & depoſitionibus accuſarunt; & ſi illius innocentia publicè innoteſcat, conuenit vt Eccleſia, vel Reſpublica ei aliud officium, vel beneficium per modum compenſationis conferat, & 861.*

863 *Reus innocens in iudicio conuictus nocens, poteſt à iudice priuatim ſciente illius innocentiam condemnari ad pœnam infamiæ crimini ſtatutæ.*

Hæreditatem petitam ex ſuppoſititio teſtamento, quod falſum probari non poteſt, iudex priuata ſcientia ſciens teſtamenti falſitatem, poteſt adiudicare, & ad id cogi à Principe, ibid.

868 *In officiis, oneribus, & beneficiis conferendis, & diſtribuendis, in diſpenſationibus, & aliis, quæ iudicis arbitrio remittuntur, iudex non tenetur ſtare dictis aliorum, ſed ſuam ſcientiam ſequi debet, & 869. & 900.*

869 *Item quoties agitur de iuriſdictione voluntaria, & vbi iudex nemini nocet, & ſi ſit iudex arbitrator, vel procedat ſola veritate facti inſpecta.*

871 *In cauſis ciuilibus ingentis quantitatis, vel omnium rerum, iudex ſciens Reum non eſſe debitorem, ſeu ſciens eſſe innocentem, ſaltem ex charitate tenetur deponere officium (ſi id videat profuturum) quàm illum condemnare.*

874 *Iudex an poſſit pronuntiare ex confeſſione veritatis cauſa ſibi ſecretò facta à parte, & ex inſtrumento in actis non apparente ſibi tamen noto, ad 877.*

878 *In cauſis breuioribus, & minimis, in quibus non fit proceſſus, & iudex poteſt pronuntiare in ſcriptis, & ſine ſcriptis, an iudex poſſit ferre ſententiam ſecundùm priuatam ſcientiam aduerſùs allegata, & probata, & 879.*

880 *Regula de iudicando iuxta allegata, & probata non procedit quando probatio vnum oſtendit completa, aliud dum ſit.*

881 *Miniſter, ſeu Officialis, aut iudex executor non poteſt exequi ſententiam habentem notoriam iniquitatem, vel intolerabilem errorem.*

882 *Quod ſi tentet, poteſt ei reſiſti.*

Damnatus iniuſtè poteſt reſiſtere iudici, & eius miniſtris.ibid.

883 *In dubio de iniquitate, & iniuſtitia ſententiæ executor debet illam exequi.*

884 *Miniſter, ſeu iudex, cui alterius iudicis, ſeu ſuperioris ſententia committitur exequenda, certò ſciens eſſe nullam, vel iniuſtam, an poſſit, & teneatur illam exequi. Sententia negatiua tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, & 899.*

885 *Affirmatiua, & ſeqq.*

887 *& etiamſi eſſe nullam cognouerit ex actis.*

Tertia ſententia affirmat in cauſis ciuilibus, & in criminalibus minoribus, negat in criminalibus vitæ, vel membrorum.n.889. & 891.

Iudex lator ſententiæ non tenetur executori acta, ex quibus ſententiam tulit, oſtendere, & maximè iudex Eccleſiaſticus executori laico, d.n.887.

Iudex laicus cui demandatur executio ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici, puta Inquiſitoris, non poteſt executionem ſuſpendere ſub prætextu, quod illi conſtet de iniuſtitia, vel nullitate ſententiæ.ibid.

888 *Miniſter, cui à iudice latore committitur executio ſententiæ, quam ipſe certò ſcit eſſe contra veritatem, debet quantum fieri poteſt à ſe excutere executionem.*

890 *Executor, cui committitur executio ſententiæ capitalis, vel mutilationis membrorum, ſciens certò illam eſſe nullam, vel iniuſtam, poteſt reſiſtere iudici cogenti ad executionem.*

Ipſe verè innocens iuxta allegata, & probata condemnatus non poteſt Poteſtati publicæ per vim reſiſtere maximè iudicem, vel Miniſtrum vulnerando; ſed tamen poteſt vti defenſione citra graue ſcandalum.ibid.

892 *Intellectus textus* in cap. Paſtoralis §. quia verò, dè offic.

offic.deleg. *aientis iudicem ordinarium requiſitum à iudice delegato Sedis Apoſtolicæ, vt ſuam ſententiam exequatur, teneri obſequi, etiam ſi ſciat ſententiam eſſe iniuſtam, & ſeqq ad* 896.

893 *Appellationis à ſententia omiſſio ſpontanea purgat turpitudinem ſententiæ iniuſtæ contra ius litigatoris latæ, &* 894.

Quod declaratur procedere in ſententia iniuſta in iis, quæ condemnatus cedere poteſt, ſecus ſi ſit iniuſta in iis, quæ cedere non poteſt condemnatus, vt ſunt vita, membri mutilatio, d.num. 893.

896 *Iudex executor non poteſt exequi ſententiam contra ius litigatoris, quam certò ſcit eſſe nullam, puta, latam à carente iuriſdictione, vel contra ius, aut iuris ordine non ſeruato.*

897 *Iudex executor an poſſit ſuper prædictis exceptionibus inducentibus nullitatem ſententiæ iudicare, & de eadem nullitate pronuntiare, an verò debeat tantùm eas admittere, & ſi videat impugnare ſententiam, & impedire executionem, remittere ſuperiori, ſeu ſuo iudici iudicandas, &* 898.

899 *Quibus in caſibus, & quando iudex executor datus teneatur, vel non teneatur obtemperare ſtatim ſuperiori, vel eius delegato, aut cognoſcere, vel non cognoſcere poſſit ſuper exceptionibus, quibus Reus intendit impedire executionem commiſſionis remiſſiuè.*

§. XXIX.

An tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis maioris, vel minoris momenti, cùm in iudicio, & proceſſu per falſos teſtes, aut falſa documenta Reus innocens eſt probatus, & conuictus nocens, & iudex priuata ſcientia certò, & euidenter ſcit eius innocentiam, idem iudex in foro conſcientiæ poſſit, & teneatur contra propriam ſcientiam iudicare, & Reum iuxta allegata, & probata condemnare; an verò vtroque foro inſpecto poſſit illum abſoluere, vel ſaltem non condemnare.

796. EX Michaele Salone, Petro Nauarro, Leſſio, Fagundez, Gordono, & Layman, locis *infrà* citandis, cauſæ criminales maiores appellantur, & ſunt, in quibus agitur de pœna capitis, vel mutilationis mẽbrorum, damnationis ad triremes, præſertim in perpetuum: cauſæ verò leuiores appellantur, & ſunt, in quibus agitur ſolùm de pœna pecuniaria, vel de corporali non ita graui, vt de exilio, vel priuatione officij, aut beneficij. Explicemus primò quid ſentiendum in criminalibus grauioribus, poſtea quid in leuioribus, & in cauſis ciuilibus.

In cauſis criminalibus grauioribus capitis, vel mutilationis membri iudex in foro conſcientiæ, an poſſit Reum iuxta allegata, & probata in iudicio nocẽtem condemnare, licèt certò, & euidenter ſciat eſſe innocentem.

797. IGitur quoad primum caput cauſæ criminalis capitalis, vel mutilationis membri omnes Doctores conueniunt iudicem debere tentare omnia remedia conducibilia pro liberatione talis Rei iuxta allegata, & probata in iudicio nocentis, verè tamen innocentis, prout ipſe certò, & euidenter ſcit. Controuerſia ergo eſt, quando omnia alia remedia ceſſant, & ipſe non poteſt illum liberare, & à ſentẽtia condemnationis abſtinere niſi cum magno ſuo bonorum fortunæ detrimento, aut vitæ periculo, aut ſcandalo, & offenſione magna populi, ſeu Reipublicæ, an tunc licitè poſſit, & ex iuſtitia teneatur contra talem Reum proferre ſententiam capitalem.

Prima ſententia.

SEntentia prima aſſerit nullo modo poſſe hunc innocentem à iudice illius innocentiam certò, & euidenter ſciente contra propriam ſcientiam iuxta allegata, & in proceſſu probata condemnare ad mortem, vel ad mutilationem membrorum; ſed ſi ſit iudex inferior, nec aliter poſſit ſe ipſum, & illum liberare, potiùs debere officium dimittere, quamuis hoc Reo nihil eſſet profuturum, aut pati aliud detrimentum, & damnum quantumuis graue: ſi verò ſit iudex ſupremus non habens ſuperiorem, debere vti ſua poteſtate abſoluta, & illum liberum dimittere, permittendo etiam offenſionem, & ſcandalum populi, quod tamen in ſupremo iudice non condemnante vix poſſe ſequi aiunt nonnulli huius ſententiæ Doctores. ita ex Theologis Adrianus *quodlib.* 6. *art.* 3. *& quodlib.* 2. *art.* 2. *in fine*, Angelus *verb. iudicare n.*7. Nicolaus Lyranus *Exodi cap.* 23. Corduba *quæſtionarij lib.* 1. *q.* 37. P Nauarrus *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 161. *& ſeqq.* Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 10. Coninch *de Sacram. diſp.* 13. *n.* 110. *& diſp.* 34. *n.* 98. Raynaodus *de ortu infantium cap.* 10. *n.* 15. P. Aragon 2.2. *q.* 60. *art.* 5. *fine.* Layman *lib.* 3. *tract.* 6. *c.* 2. *n.* 8. Gordonus *lib.* 4. *quæſt.* 12. *cap.* 2. *n.* 4. Bonacina *de legibus, & præceptis diſp.* 10. *q.* 2. *p.* 2. *n.* 2. Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 28. *puncto* 14. *n.* 7. & in hanc eandem ſententiam inclinare videtur Villalobos *in ſumm. p.* 2. *tract.* 14. *diff.* 3. *num.* 5. 6. *&* 7. ex Iuriſperitis verò, & Canoniſtis Accurſius poſt Hugonem *in l. Prætor ff. de iuriſd. omnium iudicum*, Marinus antiquus iuris ciuilis interptes *in l. illicitas §. veritas ff. de officio Præſidis*, Calderinus, Panormitanus, Ioannes Andreas, Cardinalis, Felinus, Bellamera *in cap. Paſtoralis §. quia verò, de offic. delegati.* Imola *in cap.* 1. *de officio delegati, & in l. à Diuo Pio, ff. de re iudicata.* Vaſquius *controuerſiarum illuſt. lib.* 6. *cap.* 14. Ioannes Arboreus, Carotius, & alij relati à Couarruuia *var. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 3. & à Ioanne Valero *de diff. in vtrumque forum. verb. iudex, diff.* 1. *num.* 2. vbi *verſic. & ratio differentiæ, & verſic. dubium*, idem videtur ſentire, licet poſtea *n.* 3. *verſic. quintò*, inferrur tandem admittere videatur iudicem poſſe condemnare hunc innocentem iuxta allegata, & probata nocentem, cùm aliter non poteſt euadere periculum vitæ, bonorum, vel amiſſionis membri, aut denunciationis officij, de quo vincebat.

Primò probatur hæc ſententia. Nam hominem innocentem directè, ex intentione, & per ſe occidere (niſi Deus ita iubeat,) eſt per ſe, & intrinſecè malum, ſicut fornicari, cùm homo quoad vitam, & membrum ſubſit dominio, & poteſtati ſolius Dei, qui etiam diuino ſuo præcepto negatiuo prohibuit hominem occidi, niſi id fiat à poteſtate publica in pœnam delicti, vel ad neceſſariam defenſionem; ergo mulctari vitæ, aut membrorum punitione non poteſt homo, quem iudex contra allegata, & probata certò nouit eſſe innocentem; neque enim ex allegatis, & probatis in iudicio talis poteſtas iudici competere poteſt, cùm ſint falſa, & Reus ſit verè innocens, ac proinde lex diuina prohibens innoxium occidi ſtet in ſua materia debita. Neque etiam dicendum, poſſe iudicem condemnare ob rationem boni communis ex obſeruantia iudicij 799.

ordinis prouenientis, & ob pacem conſeruandam
in populo, qui aliàs valdè offenderetur, videns iu-
diciorum leges, & regulas contemni: nam potiùs
re ipſa eſſet inuerſio ordinis, & nullius boni, quan-
tumuis ingentis, vel ſcandali euitandi prætextu po-
teſt honeſtari ea innocentis occiſio, quæ abſque
poteſtate, & iuriſdictione licitè fieri nequit, quam
poteſtatem in vitam hominis ſibi ſoli competen-
tem Deus homini non conceſſit, niſi ad neceſſa-
riam defenſionem, & poteſtati publicæ ad punien-
dos crimінoſos, & verè criminoſos, & noxios,
qualis reipſa non eſt, qui ex allegatis, & probatis
in iudicio, & ſcientia publica nocens probatus, &
conuictus, reipſa autem à iudice ſcitur innocens.
800. † Quare ſicut iudex, cùm inter aliquos iuridicè,
& iuxta allegata, & probata matrimonium vali-
dum probatur, ſeu potiùs apparet, ſcit certò eſſe
verè inualidum, & nullum, nullo modo poteſt præ-
cipere, nec ſuadere alteri ex dictis coniugibus pu-
tatiuis coniunctionem carnalem cum altero, cùm
talis copula ſit intrinſecè mala, cuius poteſtatem
extra matrimonium reuera validum Eccleſia ne-
mini vult, aut poteſt facere, ita pari ratione com-
munitas, Reſpublica, vel gentium iura neque vo-
lunt, neque poſſunt dare iudici poteſtatem, vt ho-
minem crimine prorſus carentem, & quem ipſe
certò ſcit eſſe innocentem, capitis ſententia con-
801. demnet. † Et quamuis negandum non ſit, quamli-
bet Rempublicam, ſeu communitatem velle iudi-
ces in publicis iudiciis etiam criminalibus, & gra-
uioribus procedere, & iudicare iuxta publicam
ſcientiam, & iuridicas allegationes; id tamen vult
ex præſumptione quòd ſint veræ: ſi autem contra-
rium iudici euidens, & indubitatum ſit, non datur
locus præſumptioni. Quòd ſi iudex priuata ſcientia
non nouiſſet certò Rei in iudicio conuicti inno-
centiam, ſed ſolùm dubitaret, tunc etſi maiorem
diligentiam teneretur adhibere circa examen te-
ſtium ad veritatem inueniendam; nihilominus ſi
omni diligentia præſtita, adhuc remaneret dubius,
& non certus de Rei iuxta allegata nocentis conui-
cti innocentia, poſſet, & deberet illum condemna-
re, quia tunc procedit præſumptio fundata in iuri-
dica probatione ex allegatis, & probatis in pro-
ceſſu, quæ tamen ceſſat, quando iudex ſcit certò,
802. & euidenter Reum eſſe innocentem. † Quapropter
(& ſit confirmatio huius primæ rationis) ſicut ſi
fieret lex expreſsè decernens iudicem debere ſequi
probationem teſtium, & iuxta allegata, & ea, quæ
in proceſſu conſtant, tametſi eſſet contra innocen-
tem, huiuſmodi lex foret euidenter iniqua, quia
eſſet contra ius naturale, & diuinum prohibens
innocentis occiſionem, & quia authoritas legum
poteſt veritatem naturalem tollere, ſecundùm Bal-
dum *in cap. contingit, de reſtitut. ſpoliat.* Bertachinum
tract. de Epiſc. quos allegat, & approbat Neuizanus
lib. 5. ſyl. num. 121. Ita ſi Reſpublica vellet iudicem
in cauſa capitis iudicare iuxta ſcientiam publicam,
& allegata, & probata in proceſſu, quando ſola
ſcientia priuata certò nouit Reum in iudicio pro-
batum nocentem, eſſe verè innocentem, talis vo-
803. luntas eſſet manifeſtè iniqua. † Neque ad huius
rationis vim infringendam iuuat ex Caietano, &
aliis proſequenti ſententia allegandis dicere in
huiuſmodi caſu innocentis occiſionem eſſe indi-
rectè voluntariam, & ſequi tantùm per accidens,
quia iudex vt perſona publica, & publica ſcientia
condemnans ad mortem Reum ſibi ſcientia priua-
ta innocentem per ſe, & directè intendit rectè exer-
cere ſuum officium, & ſeruare publicum iudiciorum
ordinem, cui indirectè, & per accidens coniuncta
eſt occiſio innocentis, indirectè autem, & per ac-
cidens occidere innocentem licitum eſt; vt cùm in
oppugnatione vrbis ex cauſa iuſti belli dirigitur tor-
mentum in locum, vbi ſunt multi innocentes, quo-
rum occiſio caret culpa, quia oppugnans non inten-
dit illos occidere, ſed procurare bonum publicum
ſeruando legum præſcriptum; & vt cùm quis occi-
dit alterum cauſa ſuæ defenſionis, qui quoque non
peccat, quia intendit conſeruationem ſui, cui
per accidens, & indirectè coniungitur occiſio in-
uaſoris, hoc, inquam, non iuuat. Quia huiuſmodi
innocentis occiſio iudici certò ſcienti eius innocen-
tiam non ſolùm indirectè, ſed directè eſt volun-
taria, ſicut occiſio aliorum noxiorum, & crimino-
ſorum, dum enim iudex interficit nocentem ex al-
legatis, & probatis, de quo neſcit contrarium, dire-
ctè intendit illum priuare vita, eo quòd tale crimen
de eo probatum eſt; ergo ſimiliter quando interfi-
cit innocentem, intendit illum directè priuare vita,
quia de illo probatum eſt crimen: neque refert
quòd inuitus, & dolens faciat, quia omnibus con-
ſideratis abſolutè vult, & facit: caſus autem oppu-
gnantis vrbem iuſto bello eſt diſſimilis; etenim op-
pugnans habet ius dirigendi tormenta in quamuis
partem vrbis, quo iure non priuatur per hoc, quòd
aliqui innocentes adſint, & præterea directio tor-
mentorum eſt actus diſtinctus ab occiſione inno-
centis, quem actum ille directè intendit, cui ſolùm
indirectè, & per accidens coniuncta eſt occiſio in-
nocentis; iudex autem condemnans innocentem
non habet ius ferendi ſententiam in hunc homi-
nem, cùm hoc ſit directè occidere hominem inno-
centem; neque intendit aliquem actum diſtinctum
ab occiſione innocentis, cui ipſa per accidens ad-
iungatur, ſed ipſammet occiſionem. Item non eſt
ſimilis caſus occidentis alterum cauſa ſuæ defen-
ſionis; nam exercere ſuum officium, & ſeruare or-
dinem iudiciorum, & conſeruare bonum publicum
per innocentis condemnationem, non eſt quid di-
ſtinctum ab occiſione huius hominis, quia directè
per huius hominis occiſionem intenditur hæc exe-
cutio, & conſeruatio, immo condemnatio, & occi-
ſio huius hominis putatur eſſe conſeruatio. Quare
minor eſt coniunctio inter occiſionem inuaſoris, &
conſeruationem vitæ defendentis, quàm inter occi-
ſionem innocentis, & conſeruationem ordinis iu-
diciarij; nam condemnatio, & occiſio innocentis
putantur formaliter eſſe conſeruatio boni publici.
Præterea retorquetur exemplum, etenim, qui ſe
ipſum defendit, directè intendit ſaltem læſionem
alterius grauem (ſi aliter ſe non poteſt liberare,) tan-
quam medium ad ſui conſeruationem; ac proinde
ſi iudex eodem modo intendit mortem, vel mutila-
tionem innocentis, non poteſt dici eam ſolùm per
accidens, & indirectè intendere. Poſitis dictis in hac
ratione facilè cumulantur aliæ rationes pro hac ea-
dem ſententia. igitur

Secundò probatur, quia ſi iudex certò ſciret, ſe 804.
carere iuriſdictione in Reum, quamuis multi affir-
marent illum habere, non poſſet illum condemna-
re, etiamſi illi eidem iudici mortem minarentur, at
in hoc caſu iudex ſcit non habere auctoritatem in
innocentem, quam ſibi ſoli Deus reſeruauit.

Tertiò, ad rectum iudicium non ſolùm ex parte 805.
iudicis requiritur iuriſdictio, legum auctoritas, ſed
etiam non minus neceſſariò ex parte rei requiritur
crimen, & meritum pœnæ, ſed in huiuſmodi caſu
Reus verè caret crimine, & merito pœnæ, & id iudex
certò ſcit; ergo non poteſt iudex Reum hunc in-
nocentem

nocentem ex allegatis ſolùm præſumptiuè innocentem iudicare Reum mortis. Quod magis confirmatur ex illo Exodi 23. *Innocentem, & iuſtum non occides, quia auerſor impium.* Neque valet reſponſio Doctorum ſententiæ oppoſitæ, ſcilicet Reum conuictum per teſtes, & iuridicè, non eſſe innocentem, quia publicâ ſcientia habetur nocens, & impius: nam cognitio ex teſtibus, & allegatis, ac probatis, non eſt ſcientia, ſed opinio, & præſumptio orta ex calomnia; opinio autem, & calumniæ aliorum non poſſunt facere aliquem nocentem, impium, & dignum pœna, alioquin Suſanna fuiſſet nocens, quam tamen ſacra Scriptura *Danielis* 13. vocat innocentem.

806. Quartò lex iubens occidere malefactorem, non propter teſtes, ſed principaliter propter crimen commiſſum eſt edita, alioqui eſſet iniuſta, (vt eſſet iniqua, ſcandaloſa lex expreſsè diſponens, vt omnis, qui probaretur per duos teſtes eſſe malefactor, puniretur etiamſi reuera, & certò innoxius eſſet, vt dictum eſt ſuprà *num.* 796.) Quare cùm præcipua condemnationis cauſa, & conditio non ſubſiſtat, iniquum, & contra legis intentionem eſt, pœna capitis, vel mutilationis membrorum plectere huiuſmodi hominem.

807. Quintò ſi iudex tenetur condemnare hunc innocentem, maximè quia iuxta iura, & leges tenetur iudicare ſecundùm allegata, & probata, *l. illicitas §. veritas. ff. de officio Præſidis.* vbi dicitur Præſidem Prouinciæ debere id ſequi, quod ex fide geſtorum probatur. *l. proponendum, §. & ſi quidem*, in illis verbis, *tunc iudicem negotij acta apud ſe confecta; & §. ſin autem ex geſtis apud ſe habitis, cap. iudicet 3. q. 7. cap. Deus omnipotens 2. q. 7.* & ſimilibus. Sed hoc non viget, quia ratio finalis, ob quam Ius poſitiuum requirit notitiam publicam, & decernit iudicem debere iudicare iuxta eandem publicam notitiam per allegata, & probata acceptam, eſt, vt conſtet iudici de veritate rei, & facti, atque iuſtitia, ab eâque facilè non diſcedat in iudicando; ergo quando ei certò conſtet aliunde de veritate, & iuſtitia, & omninò euidens eſt iudicium fore contra veritatem, & iniuſtum, ſi ſequatur notitiam publicam falſam habitam ex allegatis, & probatis, non debet, nec poteſt ex illis iudicare, cùm nulla lex ſit ſeruanda, quando ex eius obſeruatione ſequeretur id, quòd eſt intentioni, & fini legis contrarium. Confirmatur, vt enim tradunt Theologi in materia Epiicheiæ quotieſcunque aliqua lex eſt cauſa alicuius mali, deſerenda eſt. v.g eſt lex depoſiti reddẽdi, ſed ſi depoſitum noceret Reipublicæ, v.g. ſi enſis redderetur furioſo, deberet conſeruari, & non reddi, ſed lex, quæ iubet eſſe ſtandum teſtibus, nocet in hoc caſu, quia eſt cauſa homicidij iniuſti; ergo deſerenda. Hinc

808. Sextò probatur eadem ſententia, quia leges, & iura de pronunciando ſecundùm allegata, & probata fundantur in præſumptione, quia ius præſumit teſtes iuridicè interrogatos, & examinatos vera dicere, iuxta illud Chriſti Domini, *In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.* ne præſumimus delictum contra *l. meritò. ff. pro ſocio.* Præſumptio autem, ſeu lex in præſumptione fundata ceſſat ſaltem in foro conſcientiæ, vbi certò, & euidenter conſtat aliter de veritate. Hanc rationem, quòd leges prædictæ fundantur in veriſimilitudine, & præſumptione, & quòd etiam in foro externo non habeant locum, vbi aliter certò de veritate iudici conſtat, confirmant, quæ habet Vaſquius *d. cap.* 14. *num.* 2. ſcilicet, quòd nullum eſt genus probationis, quod iudicem omninò certum reddat de re controuerſa; nam, vt lex noluit integram fidem adhibere vni teſti, quia poteſt mentiri, ita quoque duo, & tres, & etiam mille teſtes mentiri poſſunt; ſed tamen duobus, vel tribus teſtibus fidem adhiberi iubet, eo quòd veriſimile ſit (vt legi viſum eſt) duos, vel tres verum dicturos; quam tamen coniecturam, ſeu veriſimilitudinem fallere poſſe, non eſt dubium, & humana cognitio, & induſtria vlterius non ſe extendit, & ita ait Vaſquius tradere communiter Doctores *in cap. affert*, per text. *ibi, de præſumpt.* Bartolum & alios *in l. admonendi ff. de iur. iur.* ideoque *in l. 3. §. 1. ff. de teſtibus.* Imperatorem à Iureconſulto ibi relatum dicere: *Tu magis dicere poteris, quanta fides ſit teſtibus adhibenda.* quibus verbis apertè iudicat (inquit Vaſquius) probationes eſſe arbitrarias, vel in his iudicis arbitrio plurimum eſſe relinquendum, & omnes pertinere ad eruendam veritatis fidem, addit idem Vaſquius ex *l. fin. C. de fideicom.* ac proinde *l. 1. §. fin ff. de dote prælegata*, dici quòd rei ſatis demonſtratæ fruſtrà alia demonſtratio, aut probatio adiicitur. Ex quo fit (ſubdit idem auctor,) vt licèt regulariter duo, vel tres teſtes ſufficiant, iuxta illud præallegatum CHRISTI Domini, *In ore duorum*, &c. tamen multis in caſibus longè plures deſiderãtur, vt in codicillis, & donatione cauſa mortis quinque, in teſtamentis ſeptem; vbi agitur de excellentia, aut præeminentia inter egregias perſonas deſiderantur quindecim, ex Boërio *tract. de author. magiſt. conſ.* 1. ad condemnandum Diaconum, Acolytum, lectorem, exorciſtam, aut oſtiarium ſaltem ſeptem, *c. Præſul. 2. q. 4.* ad condemnandum Diaconũ Cardinalem ſaltem viginti ſeptem; ad condẽnandum Preſbyterum Cardinalem ſexaginta quatuor, & ad Epiſcopum amouendũ ſeptuaginta duo, *d. c. Præſul.* Quorum omnium rationem eſſe, ait Vaſquius, quòd probatio teſtium non certitudinem, ſed tantùm veriſimilitudinem, & præſumptionem inducit; & cùm dignitas perſonarum inducat per contrarium magnam veriſimilitudinem probitatis vitæ vt veriſimilitudo, & præſumptio quæ ex teſtium depoſitionibus, & teſtimonijs oritur, vincere poſſit, maior numerus exigitur: ex quibus concludit Vaſquius, æquum eſſe, & omni iuri conſonum, vt iudex contra Reum innocentem non adeſſe legitimam, & idoneam probationem pronunciet, etiamſi ſeptuaginta teſtes, nedum ſi duo, vel tres contra eum deponerent, quia qualis, & quanta eſſe debeat in quacunque re, de qua lis agitur, legitima probatio, negandum eſt vlla lege præcisè definitum eſſe, vel ſaltem non aliter, quam ſub hoc moderamine, vt iudex poſſit circa id arbitrari.

Septimò probatur ex eodem Vaſquio *d. cap.* 14. 809.
num. 5. Nam cùm omnis iuriſdictio, & poteſtas in ſubditos tam ciuilis, quàm canonica inducta, data, & creata ſit ob meram ſubditorum, ſeu ciuium vtilitatem, (vt latè idem Vaſquius *cap.* 1. probat) cumque iniuſtitiam fieri ciuibus non poſſit eſſe vtile, *l. 1. & 2. ff. de leg. c. erit autem lex 4. d.* & certum ſit, innocentem ad mortem damnare fieri iniuſtitiam, & iniuriam, concludendum eſt ſub illa poteſtate, aut iuriſdictione non comprehendi poteſtatem damnandi, & occidendi innocentes; ac proinde iudex, qui contrarium faceret, nullo iure, nullâque authoritate publica id feciſſe videretur: nec dicatur populo, qui illum ex actis proceſſus nocentem eſſe falsò exiſtimat ſatisfaciendum ad euitandum ſcandalum, & pacem conſeruandam; nam reſpondet Vaſquius, probationes fieri occultè, & publicationem teſtium, quæ poſtea fit, non ad vniuerſorum ciuium notitiam, ſed vtplurimum ad paucorum aures peruenire. Et dato, quòd ad vniuerſorum aures perueniret, non ideo nocere, aut

iuſtitiæ adminiſttandæ impedimento eſſe deberet; tum quia res iudicata habetur pro veritate, *l. res iudicata, ff. de reg. iur. l. ingenuum, ff. de ſtatu hominum*, & *ibi* Bartolus, & notat Cagnolus *in d. l. res indicata.* ſicque ciues plus fidei ſententiæ, quàm leuibus rumoribus, aut actis proceſſus adbibebunt, vt decet, & veriſimile eſt; tum quia, vt S. Auguſtinus ait, fiat ius, & pereat mundus, & vtilius, (vt dicitur *cap. qui ſcandalizauerit, de reg. iur.*) ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas deſeratur. Quapropter

810. Octauò probatur eadem ſententia ex prædicto *cap. qui ſcandalizauerit*, & aliis iuribus, quibus ſuprà *num.* 543. oſtenſum eſt, iudices debere veritatem ſequi, quod latiùs etiam tradit Neuizanus *d. lib.* 5. *ſyluæ num.* 121. vbi ex dicto Papæ Pij *epiſt.* 5. habet, quòd veritas eſt iudicij domina, cui ſeruiant iudices, neceſſe eſt, & quoad ſubleuamen bonorum, non ad tutamen malorum inuenta eſt ſella iudiciaria. Addit Neuizanus dictum Ciceronis 2. *officiorum, circa medium*, ſcilicet, quòd iudicis eſt ſemper in cauſis verum ſequi, & facit illud Exodi 23. *neque in iudicio plurimorum acquieſces ſententia, vt à*
811. *veritate deuies.* † Et quòd veritati iudici euidenter notæ ſit adhærendum, non obſtante aliorum iudicio, ſeu aſſertione in contrarium, confirmatur hoc exemplo. Nam ſi quis accuſaretur crimine hæreſis, & ei obiiceretur propoſitio aliqua, quæ iudicio multorum Theologorum eſſet hæretica, & Epiſcopus, vel Pontifex ſit magnus Theologus, & iudicet eam non eſſe hæreticam, tenetur Epiſcopus, vel Pontifex ſequi ſcientiam ſuam priuatam, & eum liberare; ergo idem iudici faciendum eſt in hoc caſu.

812. Nonò probatur, etenim ſi iudex non peccaret condemnando hunc innocentem, ſequeretur Pilatum non peccaſſe condemnando CHRISTVM Dominum Noſtrum, quia à toto populo accuſabatur, vnde Pilatus iudicauit ſecundùm allegata, & probata. Neque dicatur, quòd Pilatus ſciebat quòd per inuidiam tradidiſſent eum, nam reſpondetur, quòd id ſciebat per priuatam ſcientiam; ergo non peccauit.

Decimò, & vltimò omiſſis aliis rationibus, quas habent Corduba, & Leſſius, vel iſte iudex eſt ſupremus non agnoſcens ſuperiorem, qui poteſtatem habet condendi leges, & conditis derogandi, vt Princeps, Rex, Papa, & iſte poteſt, & tenetur iudicare iuxta ſcientiam propriam, & ſimplicem veritatem, tametſi contrarium in iudicio probatum ſit, vt infrà latiùs oſtendetur: vel eſt iudex inferior, & hunc etiam ex iuſta cauſa poſſe à lege recedere, & legum pœnas minuere, & alterare in ſententia, exprimendo cauſam ſaltem in genere eſt multorum Iuriſperitorum ſententia, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 670. *&* 671. & magis conſtabit ex dicendis infrà *num.* 837. *& ſeqq.*

813. Igitur iuxta hanc ſententiam, & iuxta dicta ad illam probandam iudex non poterit (vt in eiuſdem ſententiæ propoſitione dictum eſt,) abſque peccato ferre ſententiam mortis contra hunc innocentem, etiamſi officium ſuum deberet deſerere, vel etiam niſi ferret, à populo, vel à ſuperiore occidendus, vel membro aliquo mutilandus foret; vt in terminis aiunt ferè omnes præallegati Doctores, cùm ſit intrinſecè malum, iuxta dicta in prima ratione; & quia alioqui ſi in hoc caſu iudex ad propriam vitam tuendam poſſet licitè innocentem ad mortem condemnare, liceret etiam (inquit Petrus Nauarrus) alicui occidere hominem, ne à tertio ipſe occidatur, & quia etiam ad propriam vitam tuendam non licet innocentem, & me non inuadentem per ſe, & directè occidere. Idem iuxta eandem ſententiam, & iuxta præallegatas rationes dicendum de ſententia mutilationis alicuius membri, vt in terminis tradunt ferè omnes præallegati Doctores. Et Leſſius *d. dub.* 10. *n* 82. addit id docuiſſe etiam Raymundum in ſua Gloſſa, vbi dicit debere iudicem prius omnia mala pati, quàm condemnare talem innocentem ad mortem, vel mutilationem etiam ad præceptum ſuperioris, vel exponere condemnandum. etenim in hac pœna mutilationis homo (vt conſtat ex prima ratione,) non eſt ſubiectus diſpoſitioni Reipublicæ, ita vt Reſpublica poſſit eam homini inferre, niſi ob veram culpam. Item iuxta eandem ſententiam, & ſupradicta nec in caſu ſcandali totius populi talis innocens à iudice ſiue inferiori, ſiue ſupremo occidi, ſeu ad mortem, vel mutilationem damnari poteſt, vt tradunt in terminis Vaſquius, Corduba, Petrus Nauarrus, & ferè omnes alij Theologi præallegati, cùm ob nullum ſcandalum vitandum ſit malum admittendum, maximè, quod intrinſecè tale eſt, ſicut nec mentiri, aut adulterari pro ſcandalo vitando licitum eſt. & in prædictis conueniunt huius ſententiæ Doctores.

Sed diſſentiunt, an hunc innocentem in proceſſu, 814.
& iudicio probatum nocentem iudex priuata ſcientia certus de illius innocentia poſſit, aut debeat per ſententiam abſoluere contra acta, & probata; & aliqui aſſerunt iudicem propriam ſcientiam ſecutum poſſe, ac debere per ſententiam abſoluere contra probationes, & ſcientiam publicam ex actis. ita Martinus, & Calderinus *vbi ſuprà*, pro vt teſtatur Couarruuias *d. cap.* 1. *num.* 3. & idem videtur ſentire Vaſquius *d. cap.* 14. At Bellamera, & Panormitanus *locis citatis*, Ioannes Valerus *d. diff.* 1. *num.* 2. Petrus Nauarrus *d. cap.* 3. *num.* 173. Leſſius *num.* 8. Villalobos *d. diff.* 3. *num.* 7. Layman *d. cap.* 2. *num.* 6. aiunt iudicem ex ſola ſcientia priuata contra allegata, & probata hunc Reum innocentem per ſententiam non poſſe abſoluere, ſicut nec contra ſcientiam priuatam, iuxta allegata, & probata poſſe condemnare. Quod idem ſentire videntur cæteri Theologi ſuprà allegati, cùm ſolùm aiunt hunc Reum non poſſe condemnari, ſed potiùs officio renunciandum. Non poſſe abſolui aiunt, quia eſſet contra regulam iuris, quòd iudex cùm pronunciare debet, tenetur pronunciare ſecundùm allegata, & probata in iudicio, & quia alioqui ſcandalizaretur populus, dum probatum hæreticum, vel homicidam, aut latronem videret per ſententiam impunitum dimitti: non poſſe verò etiam condemnari, dicunt, quia non minus eſt contra ius naturale, & iuſtitiam, vt dictum eſt; aiunt igitur iudicem aliis mediis, & viis, quàm per ſententiam abſolutiuam debere conſulere tali Reo innocenti, puta, vel examinando diligentiùs teſtes, vel repellendo ab initio accuſatorem, ſeu actorem, vel id notificando ſuperiori, ad eum remittendo negotium, vel inſtando, & ſollicitando eundem Reum, vt ipſum remouere procuret allegando, ſcilicet, intendere ipſum iudicem in teſtem producere, vel aperiendo carcerem, aut detinẽdo in carcere, donec habeat opportunitatem dimittendi, vel (ſi iis, vel aliis remediis ſuauioribus illum nequeat liberare,) denique dimittendo omninò officium, aut ſuſtinendo aliud damnum in re familiari; immo & in perſona potius, quàm deuenire ad talis innocentis condemnationem; & ſi ſit ſupremus iudex, vel benignè ex gratia à pœna liberando, vel iubendo ne procedatur in cauſa, vel ſecretò dimittendo, quaſi ille aufugerit,

aut

aut aliis remediis quæ ſupremo Principi non dee-
815. runt.† Quòd ſi aduersùs prædicta dicatur cum Soto loco *infrà* citando), remittere Reum innocentem ad ſuperiorem; vel dimittere officium, vt alius iudex ignarus innocentiæ conſtituatur, idem eſſe ac ſupplicio offerre (quia ipſe remittens, aut dimittens officium vt ſit teſtis innocentiæ eiuſdem Rei, eſt teſtis vnicus, contra cuius teſtimonium præualent probationes aliorum teſtium, qui ſunt plures, & ſufficientes ad conuincendum in iudicio, & ſic damnaretur) & conſequenter ſi non liceret iudici eum occidere, eo quòd ſit innocens, nec etiam liceret, aut deberet eum tradere ſuperiori, vel dimittere officium. Reſpondetur iudicem inferiorem non teneri in hoc caſu omninò liberare Reum à morte, aut alio damno, cùm ſua ſcientia priuata non ſit ſufficiens de iure ad id conſequendum, ſed ſolùm teneri ſeruare ſe iudemnem à peccato illo malè iudicandi contra veritatem, & damnãdi innocentem, quod ſatis obtinet remittendo negotium ad ſuperiorem, vel dimittendo officium abſolutè, quando aliis remediis non poteſt Reum liberare. Hæc quoad hanc primam ſententiam, quæ fortè apud alios non ita exactè diſcuſſa, & explicata reperientur. & hanc ſententiam probabiliorem putat etiam Ioannes Lugo *de iuſtitia, & iure, tom. 2. diſp. 37. num. 45. initio.*

816. Ex dictis autem Petrus Nauartus *n.* 177. concludit eſſe verum homicidium, & ad reſtitutionem teneri iudicem talem Reum innocentem condemnantem, cùm peccet contra iuſtitiam, etiam in caſu ſcandali vitandi.

Secunda ſententia.

817. ALtera ſententia (quæ ſaltem apud Antiquiores Theologos, & Iuriſperitos magis recepta eſt) tenet licitè poſſe, & teneri iudicem ſententiam ferre, & damnare hunc innocentem contra veritatem à ſe cognitam ſequendo allegata, & probata, quibus nocens probatur, quando non poteſt aliquo remedio illum liberare, aut medium iuridicum inuenire, quo ſe poſſit ſecundùm leges excuſare, & à ſuperiore, vel actore, vel parte læſa, aut populo compellitur ſententiam ferre. ita ex Theologis S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 6. *ad* 3. & latiùs *quæſt.* 67. *art.* 2. *ibidem* Caietanus, & Thomiſtæ communiter, Salon *eod. art.* 2. *verſic. opinio autem prima D. Thomæ,* Alexander de Ales, Richardus, Petrus Paludanus, Petrus Tarantaſia ab eodem Caietano relati; Henricus Maior, Viguerius, Abulenſis à Sanchez *lib.* 6. *conſil. cap.* 1. *dubit.* 17. allegati Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia quæſt.* 4. *art.* 2. Syluester *verb. iudex* 2. *quæſt.* 5. *versùs finem.* Armilla *verb. eodem, num.* 36. Tabiena *verb. iudicare num.* 6. Toletus *lib.* 5. *inſtruct. cap.* 6. *num.* 21. & *cap.* 56. *num.* 8. Azorius 1. *part. lib.* 2. *cap.* 17. *quæſ.* 8. & *part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *quæſ.* 11. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 21. *part.* 2. Saytus *lib.* 12. *clauis cap.* 8. *num.* 13. Sanchez *dict. dub.* 18. *num.* 25. loquens tamen de iudice inferiore. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 40. *cap.* 6. *num.* 170. Fagundez *in Decalogum lib.* 5. *cap.* 14. Trullench *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 13. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipubl. part.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 163. & 168. Breſſerus *lib.* 3. *de conſc. cap.* 14. *num.* 130. & alij apud eoſdem. Ex Iuriſperitis verò ita ſentiunt in iudice inferiore Bartolus *in d. l. illicitas §. veritas, de officio Præſidis, ibidem* Gloſſa, Albericus, Cynus, Oſaſcus *deciſ. Pedem.* 79. *num.* 44. Nauarrus *in man. cap.* 25. *num.* 10. & *in cap. ſi quis, num.* 129. *diſtinct.* 7. Couarruuias *var. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Iulius Clarus *lib.* 5. *ſent. q.* 66. *num.* 2. Maſcardus *de probat. concl.* 950. *num.* 11. & plures alij à Couarruuia, Maſcardo, & Sanchez *locis citatis* allegati, & alij, quos refert Valerus *dict. diff.* 1. *num.* 1. vbi, vt *ſuprà* dixi, & ipſe ſentit iudicem, cùm aliter non poteſt euadere periculum vitæ, bonorum, vel amiſſionis membri, aut renunciationis officij, de quo viuebat, poſſe contra veritatem, & ſcientiam priuatam damnare innocentem in actis ſufficienter probatum, & conuictum nocentem. Hanc eandem ſententiam tenere videtur D. Antoninus 3. *part. tit.* 9. *cap.* 2. §. 6. *fine*, vbi teſtatur eſſe magis communem apud Theologos.

Primò probatur hæc ſententia, authoritate D. 818.
Ambroſij *in dict. cap. iudicet* 3. *quæſt.* 3. cuius verba ſunt: *Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed iuxta leges, & iura pronunciat.* tum D. Gregorij *in cap. ſummoperè* 11. *quæſt.* 3. vbi, *ſummoperè*, inquit, *ſecundùm quod iudicio per teſtes conſtitutum eſt, definita proferatur ſententia;* tum legum ciuilium, quæ ſuprà *num.* 807. ſunt adductæ; tum ex *cap. Paſtoralis,* §. *quia verò, de offic. deleg.* vbi habetur iudicem ordinarium requiſitum à delegato S. Apoſtolicæ Sedis poſſe, & omninò teneri exequi eius ſententiam, licèt ſciat eam eſſe iniuſtam.

Secundò quòd iudex non peccet, ſed debeat 819.
(quando poſt omnem ſuam diligentiam, & prudentiam, vt hunc innocentem liberaret, adhibitam, aliter facere non poteſt, vrgente accuſatore, ſeu parte læſa, aut populo,) iudicare contra veritatem ſibi priuatim notam ſecundùm allegata, & probata oſtenditur principaliter hac ratione; nam iudex, vt iudex fungitur auctoritate publica, à communitate, ſeu Republica, aut Rege accepta, & ex eadem auctoritate, & poteſtate, & voluntate publica iudicat, *leg. Barbatius ff. de officio Prætoris, & cap.* 1. *de re iudicata.* ac proinde iudex, qua iudex, non eſt perſona priuata, ſed publica; ergo in quibuſcunque controuerſiis, ſeu cauſis definiendis, debet ſequi ſcientiam publicam iuridicè ex actis, & geſtis habitam, non priuatam; ſcilicet, debet iudicare iuxta ſcientiam, & iuxta ea, quæ ſibi non vt priuato, ſed vt iudici ſunt manifeſta remedia à iure, & legibus conſtituta, & approbata: & ſic tenetur ſecundùm publicam teſtium depoſitionem, & publica documenta, ac publicum iuris ordinem procedere in omnibus cauſis; publica enim poteſtas hoc agendum illi tribuit, & publica perſona, ſicut publica poteſtate vtitur, ita publica ſcientia, & voluntate vti debet, quicquid (inquit Caietanus,) inde veniat; & hoc eſt neceſſarium ad bonum publicum, & pacem, & tranquillitatem Reipublicæ, nam aliter poſſent iudices facili negotio pecunia corrumpi, & Reos verè noxios abſoluere, dicendo ſe habere priuatam notitiam facti, & certò ſcire, &c. atque ita ſumma eſſet rerum confuſio, & perturbatio in Republica, etenim cùm populus de occultis, & iudici tantùm notis iudicare nequeat, facilè turbaretur Reipublicæ tranquillitas, & Populus ſcandalizaretur videns iudicem publicis probationibus, & iuris ordini non ſtare. Ex his

Tertiò probatur eadem ſententia hac ratione de- 820.
ſumpta ex Caietano, & Tabiena (licèt non ita exactè explicata.) nam ſecundùm veram Philoſophiam moralem, & ſecundùm iura, tam ciuilia, quàm Pontificia, maleficia diſtinguũtur propoſito, & intentione, ſcilicet, quo propoſito, & quo animo ſint facta; vnde ſi ex intentione iuſta aliquod damnum conſequatur, illud damnum non imputatur facienti, exemplo occidentis inuaſorem; etenim ſi ex intentione vindictæ peccat, ſed ſi ſolùm ob defenſionem neceſſariam, hæc defenſio facit, vt ei non imputetur; ſed intentio iudicis, de quo eſt ſermo, (qui

ſcilicet omnem ſuam adhibuit prudentiam, vt illum libetatet) condemnantis innocentem non fertur in nocumentum, ſeu occiſionem, & mortem, aut mutilationem, ſed in obiectum iuſtum. ergo nocumentum tale, ſeu occiſio, aut mutilatio non imputatur iudici; immò imputaretur ei, ſi contrarium faceret. Probatur minor, quia intentio iudicis eſt fungi ſuo officio publico, quo ſi non fungeretur, peccaret; quod obiectum eſt iuſtum tripliciter. Primò ex natura, eſt ſubſtantia actus, quia iudicare eſt actus publicæ poteſtatis, & iuridicus actus; vnde debet habere omnia publica, vt ſit proportio inter operationem, & cauſas operationis. Quare cùm ſit indicium publicum, debet inniti publicæ perſonæ, & publicæ ſcientiæ, & ſic non debet procedere per ſcientiam priuatam, ſed publicam, quia facit actum publicum, ideo non debet habere circunſtantias huius actus priuatas. Secundò eſt iuxta hæc intentio ex parte fidelitatis in commiſſum ſibi officium, quod fuit illi delatum non propter priuatam vtilitatem, ſed publicam; publica verò vtilitas à publica ſcientia ſuſtinetur; nam Reſpublica non poteſt bene regi niſi per publicam ſcientiam, ideo ſi per teſtes publicè innotuit Reipublicæ, quod eſt reus iſte, debet iudex ſequi id, quod conſtat per teſtes, quia eſt publicum Reipublicæ. Tertiò ex parte iuſtitiæ officij, quia hoc officium iudicandi non poteſt iuſtè præſtari, ſi tribuatur hæc facultas iudici recedendi à publica ſcientia, quia naſcerentur occaſiones multorum litium, perturbationis, & ſcandali in Republica, & condemnandi multos innocentes ſub prætextu priuatæ ſcientiæ; & ſic ſi volumus ſeruare iuſtitiam, oportet ita facere; & minus malum eſt ex hac publica ſcientia, & obſeruantia ordinis iudiciarij puniri aliquando innocentem, quàm dare occaſionem iudici, vt frequenter ex priuatæ ſcientiæ prætextu condemnet innocentes, & abſoluat noxios, & Reipublicæ pacem, & tranquillitatem perturbet, ac ſcandalum in populo excitet. nec mirum eſſe debet, ſi in aliquo caſu (qui tamen rariſſimè contingere poteſt, ſi iudex omnem adhibuerit diligentiam, & prudentiam ſuam ad conuincendam teſtium falſitatem, vel mediis licitis, & iuridicis liberandum innocentem) Deus permittat in iudiciis humanis innocentem pati, cùm iudicium humanum ſit natura ſua erroribus ſubiectum, & reſtet iudicium diuinum, in quo CHRISTVS Dominus iuſtitiam iudicabit; ideo enim ille ait Pſalmo
821. 74. *cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* † Confirmantur prædicta, quia magis tenetur habere rationem ſuæ defenſionis, & publici iuris, & officij commiſſi, quàm vitæ alterius ſibi non commiſſæ; ſicut quis poteſt licitè occidere ſuum inuaſorem, vt ſe defendat, quia maiorem curam, & rationem debet habere ſuæ, quàm alterius vitæ ſibi non commiſſæ. Nec occidere innocentem per accidens, & extra intentionem directam dando operam rei licitæ (vt in propoſito), eſt contra ius aliquod naturale, vt patet exemplis tum eiuſdem occidentis inuaſorem ob defenſionem propriæ vitæ, vel furem ob defenſionem propriarum rerum; tum occidentis aliquem in via, dum fugit hoſtes, tum occidentis in opugnatione vrbis, & in bello iuſto; & in tali caſu iudex, inquit S. Thomas, non occidit
822. innocentem, ſed illi, qui probant falſum. † Neque ex eo quòd præceptum non occidendi innocentem ſit iuris naturalis, leges autem ſtatuentes ordinem, ſeu formam publicam iudiciorum, & quòd iudicetur iuxta allegata, & probata ſint ius poſitiuum, inferri poteſt obligationem non occidendi in hoc caſu innocentem, vtpote iuris naturalis præferendam obligationi ſeruandi leges prædictas, ius ſolum poſitiuum continentes. Nam licèt prædictæ leges ſint poſitiuæ, tamen hoc iure poſitiuo ſuppoſito tenentur iudices iure naturali ſequi iuris ordinem, & formam à legibus præſcriptam in iudicando, & ſecundùm allegata, & probata iudicare, ne detur ſcandalum, nam ius naturale dictat eſſe vitandum ſcandalum. † Neque etiam iudex in 823.
hoc caſu deſerit veritatem, quam tenetur amplecti, etenim veritas dicitur id, quod probatum eſt, aut per legem præſumptum, *l. pen. ff. de probationibus, & cap.* 1. iuncto *cap. laudabilem, de frigid.* iudex enim vt perſona publica, & publica poteſtate fungens, publicam veritatem ſequi debet, & per accidens tunc actio tendit contra veritatem priuatam, & in nocumentum innocentis. Neque demum facit contra conſcientiam, quia opinatur contra propriam ſcientiam priuatam, ſe poſſe, & teneri iudicare iuxta ſcientiam publicam ex allegatis, & probatis acceptam.

Portò omnes Doctores huius ſententiæ conueniunt, quòd iudex antequam condemnet innocentem ſiue in criminalibus, ſiue etiam in ciuilibus cauſis, debet tum ex officio, tum ex charitate tentare omnia remedia conducibilia pro liberatione talis Rei innocentis, quamuis in aliquibus remediis differant.

Primum remedium eſt, quòd principio repel- 814.
lat accuſatorem, aut actorem, vel impediat iudicij proſecutionem aliquo honeſto modo, ſcilicet, admonendo per ſe, vel per alios, ne ad iudicium veniant, vel à iam cœpto deſiſtant ſignificando illis veritatem ſibi notam. ita Valerus, Sayrus, Fagundez, Trulleuch, & alij poſt Tabienam, Caietanum & alios.

Secundum remedium in defectum præcedentis 825.
debet iudex conari, vt teſtium dicta infirmet, & eorum falſitatem conuincat eos exactiſſimè examinando, & per interualla, ſeu multoties circa circunſtantias temporis, loci, & ſicut fecit Daniel circa teſtes Suſannæ *Daniel.* 15. & in cauſa ciuili examinando exactiùs inſtrumenta, & ſubtiliùs interrogando de forma, & aliis circunſtantiis ſiue temporis, ſiue loci, vt eorum falſitatem detegat. ita Tabiena, & in terminis ferè omnes Theologi pro hac, & præcedenti ſententia relati. & Couarru. *n. 9. fine.*

Tertium remedium poteſt, & tenetur, ſi commo- 826.
dè, & ſine ſcandalo fieri poteſt, ſecretò aperire carcerem, vt innocens iſte aufugiat; ex vna enim parte nulli irrogatur iniuria, cùm Reus ſit verè innocens, & ex altera innocens euadit pœnam capitalem, quam non meretur, ac proinde ſaltem ex charitate tenetur iudex ſiue inferior, ſiue ſupremus tali via in extrema neceſſitate exiſtenti ſuccurrere, ita Caietanus 2. 2. *q. 64. art. 6.* Sotus, Corduba, Sayrus, Valerus, & reliqui Theologi pro vtraque ſententia relati. & Sanchez *d. cap. 1. dub.* 19.

Quartum (ſi nihil prædictorum proſit) debet iu- 827.
dex, ſi aliquam vtilitatem ſperet, cogere populum, & in publico conſilio explicare veritatem, & ſuam priuatam ſcientiam, & petere facultatem iudicandi ſecundùm hanc ſententiam (non explicando tamen nocentem ſecretum) quam etiam iureiurando debet affirmare; & ſi populus remittat, tunc iudicet, neque per huiuſmodi declarationem, & teſtificationem innocentiæ Rei aliqua falſis teſtibus irrogatur iniuria. nam ſi ſcienter id fecerint, ipſis imputetur; ſi autem bona fide, potior eſt ratio innocentis,

cui

cui aliorum bona fides nocere non debet. ita Caiet.
Sot. Valent. Saytus, Sanchez, Corduba, P. Nauarrus,
Salon, & Theologi pro vtraque ſententia allegati,
& Couarruu. *d. n. 9. in fine*, vel ſi ſit iudex inferior, ex-
poſita populo veritate cum iuramento debet ſigni-
ficare ſe velle hac de cauſa remittere Reum inno-
centem ad Superiorem, coram quo ſimiliter debe-
ret iurare veritatem, quam nouit, vt illum liberet;
fortaſſe enim populus, vel ſuperior iudicis aſſertioni
eius probitate perpenſa, publicéque omnibus co-
gnita fidem exhibet. ita Caietanus, & Couarruuias,
& communiter alij Doctores vtriuſque ſententiæ.
828. Quintum remedium (ſi nullum ex prædictis pro-
ſit, vel adhiberi poſſit) eſt quòd iudex inferior debet
cauſam remittere ad ſuperiorem, & depoſita ad
tempus iudicis perſona apud eundem iudicem ſupe-
riorem, vel alium iudicem à ſuperiore delegatum aſ-
ſumere officium teſtis, ſic inſtante Reo innocente à
ſe priùs inſtructo, ſi probabiliter poteſt hac ratione
ipſum à morte, vel mutilatione, aut alio graui dam-
no liberari poſſe. ita S. Thomas, Caietanus, Sotus,
Syluester, Couarruuias, Saytus, Sanchez & reliqui
Doctores vtriuſque ſententiæ: & ratio eſt, quia li-
cèt officium iudicis ad id non obliget, verùm ex
communi charitatis lege tenetur quis, quando ex-
tra ſuum magnum detrimentum poteſt, proximum à
morte, aut alio graui damno liberare, hoc autem
poteſt iudex in hoc caſu ſaltem ex probabili ſpe, ac
829. proinde tenetur. † An verò, abſolutè loquendo,
quando alia remedia prodeſſe non poſſunt, teneatur
iudex inferior remittere, ſeu relinquere Reum ſupe-
riori, aut alteri iudici ab eodem ſuperiore delegato
iudicandum, exonerando ſe negotio, & munere iu-
dicandi pro hac vice, & exhibendo etiam ſe in te-
ſtem veritatis, & innocentiæ Rei, Sotus, & Couar-
ruuias aiunt hoc remedium eſſe licitum, nam quam-
cunque cauſam poteſt inferior ſuperiori remittere,
negant tamen eſſe neceſſarium, ſeu iudicem ad id
abſolutè teneri, ſed ſolùm quando cernit ſe ſic fa-
ciendo profuturum, & hac ſpe non collucente, &
aliis remediis iam tentatis non iuuantibus, iudicem
poſſe licitè, & teneri damnare Reum iuxta allegata,
& probata. Probant, tum quia ex vna parte iudex
inferior legitimam habet auctoritatem determinan-
di cauſam ſecundùm allegata: tum quia hoc reme-
dium eſt inutile, nam ab alio iudice, ex eiuſdem actis,
& proceſſu innocens damnabitur ex huius iudicis
remiſſione, quia cùm ſuperior, vel alius iudex ab eo
delegatus neſciat Rei innocentiam, non poſſet ob
teſtimonium inferioris illum abſoluere, ſed debe-
ret actis, & aliorum teſtium iuramento ſtare, ac pro-
inde ſi non liceret damnare, neque tradere iudici,
ſed liberare; alioqui idem iudex inferior remittens
non erit liber à reatu, cauſam dans morti innocen-
tis. Igitur cùm poſſit ſententia ferri ex his, quæ iu-
dici, vt iudici nota, & probata ſunt, & iudex non
debeat in hoc caſu aliter à munere iudicandi abſti-
nere, quàm vt innocenti ſubueniat, & iſte effectus
non ſequetur ex remiſſione cauſæ ad ſuperiorem;
poterit ipſe, & debebit vrgente parte aduerſa, vel
populo, ſententiam damnationis ferre. Addit tamen
Sotus, ſi Reus ſit perſona inſignis, & delictum illi
imputatum infame, debere iudicem pium, iſto re-
miſſionis diuerticulo ſubterfugere, poſtquam om-
830. nia alia remedia nihil prodeſſent. † At S. Thomas
d. q. 64. art. 6. ad 3. abſolutè dicit, quòd debet iudex
ſuperiori relinquere iudicandum, *Teſtes*, inquit, *exa-
minare debet diligenter iudex vt liberet innocentem, quod
ſi non poteſt, debet ſuperiori relinquere iudicandum.* idem
dicunt Caietanus *d. art. 1. q. 67.* Syluester, Tabiena,
Valentia, Saytus, Valerus, Sanchez, & alij Theolo-
gi non ſolùm pro priori ſententia allegati, ſed etiam
allegati pro hac ſententia, quia quòd cauſa remitta-
tur, ſeu relinquatur, iudici ſuperiori, vel alteri ab eo
delegato iudicanda, & iudex remittens veritatem
ſibi notam patefaciat aſſumendo perſonam teſtis,
vtplurimum poteſt prodeſſe Reo innocenti, nec
hoc eſt illum offerre occiſioni, vel relinquere occi-
dendum; ad ſummum procederet, ſi remitteret con-
uictum, non aperiendo eius innocentiam, vel vide-
ret ſe nihil omninò profuturum, remittendo, ſeu re-
linquendo ſuperiori iudicandum, eo quòd agnoſce-
ret, non obſtante ſuo teſtimonio apud ſuperiorem
maiorem vim habituram iniquitatem, & potentiam
accuſatoris, aut teſtium, quo caſu ferè omnes Do-
ctores huius ſententiæ aiunt non teneri iudicem in-
feriorem remittere eundem Reum innocentem ad
ſuperiorem; & id in terminis notant Sayr. *n. 5. verſic.
intelligendum*, & Salon. Quamuis etſi iudex inferior
remiſſionem nihil prorſus profuturam exiſtimet, ad-
huc teneri cauſam remittere ad ſuperiorem, vt ipſe
ſic ab ea cauſa ſe excutiat. docent in terminis Ioan-
nes Valerus *d. diff. 1. fine*, & Fagundez *d. cap. 24. n. 3.*
& ita videntur ſentire S. Thomas, & Caietanus, cùm
ſine vlla diſtinctione dicant Reum innocentem de-
bere relinqui ſuperiori iudicandum, cùm alia me-
dia non poſſunt. & hoc aiunt Corduba, Petrus Na-
uarrus & alij Doctores omnes prioris ſententiæ, &
idem videtur ſentire Farinacius *part. 1. praxis crim.
q. 23. num. 164. fine*, ſaltem quoad hoc, quòd in tali
caſu poſſit ſe exonerare cauſa, illam remittendo ſu-
periori, vel rogando eundem ſuperiorem, vt alteri
delegat, immò dicit Farinacius *ibidem*, quòd potiùs
officio renunciaret, quàm, quem certò ſciret inno-
centem eſſe, condemnaret.
Sextum remedium (licèt hoc non admittat Sotus 831.
d. art. 2. poſt med. dicens perpetuum carcerem æqui-
parari morti) ſi alia remedia enumerata non iuuant,
vel ſine graui incommodo, aut ſcandalo adhiberi
non poſſint, poteſt, & debet iudex (niſi à ſuperiore,
vel actore iuxta iura, vel à populo, vel à parte læſa
ſententiam ferre cogatur) ſententiam, ſeu condem-
nationem differre, etiam ſi longiſſimo tempore
Reus innocens in carcere detineatur, quia nullum
malum morti æquiparatur, innocens enim ſemel oc-
ciſus non poteſt amplius vitæ reſtitui; detentus au-
tem in carcere poteſt, vel ab ipſo iudice aliquando
ſine vlla nota, aut ſcandalo populi ſecretò liberari,
vel ipſemet fugere; vel teſtes forſan aliquando ad
cor redibunt, & ſua dicta retractabunt. ita Salon,
Saytus, Trullench, & alij
Septimum remedium eſt, quòd iudex tenetur de- 832.
ponere abſolutè officium, ſi hac via videt poſſe inno-
centem à morte liberari. ita Sylu. (malè tamen id at-
tribuens S. Thomæ) *d. q. 5.* At alij ſi iudex aliis reme-
diis non poſſit prodeſſe innocenti, & ſuperior, vel
populus, vel accuſator, ſeu actor, aut pars læſa vr-
geat, & inſtet, vt ipſemet ſententiam ferat iuxta iu-
ra, & allegata, & probata, affirmant non teneri cede-
re officio, etiamſi id futurum eſſet vtile innocenti;
neque inde ſecuturum populi ſcandalum; ſed poſſe
licitè, & debere pronunciare iuxta allegata, & pro-
bata. ita Sotus, Caietanus, Couarruu. Valentia, Sa-
lon, Saytus, Sanchez, Fagundez, Trullench *locis cita-
tis*, & nonnulli alij Doctores huiuſmei ſecundæ ſen-
tentiæ. Quòd non teneatur, probant, quia, cùm quis
damnum patitur ex malitia alterius, nemo tenetur
cum tanta ſua iactura, ſeu tanto detrimento rerum
ſuarum illum liberare, ſeu abſtinere ab actu, quem li-
citè exercere poteſt, licèt ex eo per accidens, & citra
illius

illius intẽtionem ſequatur alterius damnum;& alioqui, ſi iudex eſſet Princeps ipſe, ſeu Rex, teneretur cedere Principatui,& Regno; & ſi iudex inferior, & tota eius familia viueret de officio, teneretur ſe, & familiam in extremam conijcere neceſſitatem, quæ omnia nimis dura, & creditu difficilia videntur. Quòd verò teneatur ſeotentiam proſerre, & iuxta allegata,& probata, probant rationes *ſuprà* addo-
833. ctæ. † At ſuſtinendo etiam hanc ſecundam ſententiam placet ſententia Azorij *d. p.3. lib.2. cap.2. q.12.* Filliocij *d.c.6. n.171.* Fragoſi *n.167.* ſcilicet, quòd ſi commodè, & abſque magoo ſuo detrimento poteſt iudex inferior deponere officium, nempe ſine detrimento famæ,vel honoris,vel booorum ſuorum, obligatur deponere; ſecus ſi commodè non poteſt. & ratio eſt,quia vnuſquiſque tenetur tueri vitam innocentis, quandocunque commodè poteſt, ſupremus autem iudex,vt Princeps,Rex ſemper poteſt tueri,& liberare talem innocentem aliis remediis, vt explicatur *infrà*.& ita ſentit etiam Valerus *dict.diff.1.n.3. fine*.vbi ponit regulam,quòd iudex teoetur abſtinere à iudicando, cùm ſcit Reum eſſe innocentem, & addit fallere ſolùm, cùm aliter non poteſt euadere periculum vitæ,bonorum, vel amiſſionis membri, aut renuntiationis officij, de quo viuebat; & huius fallentiæ rationem ſubdit, ſcilicet, ne iudicem obligemus cum tanto eius incommodo ad vitandum damnum proximi, quod ipſe non intulit; & quia licitum eſt pro tuenda, & conſeruanda vita propria innocentem occidere, puta, ſi iniuſtus aggreſſor exiſtat à tergo pueri,vel alterius,& eo veluti clypeo ſe defendat,& me offendat,ſi aliter non poſſum mihi cauere, poſſum licitè lancea, vel igneo iclo vtrumque confodere, & occidere, vt poſt alios tradunt Corduba *dict. q. 37. ratione* 14. & Petrus Na-
834. uarrus *d.cap.3. num.*144. *&* 145. † Hanc tamen duplicem rationem Auctores primæ ſententiæ, & præſertim Corduba *dicta ratione* 14. reijciunt, reſpondendo ad primam, quæ etiam eſt Soti, & aliorum Doctorum *num.* 827. relatorum. quòd ſi iudex caret malitia, nec intulit Reum in illud periculum, ſed teſtes falſi, ita etiam Reus ipſe verè innocens probatus nocens caret malitia, quia nullo modo eſt cauſa malitiæ teſtium, vel aliorum quorumcunque, ac proinde iudex ad ſe tuendum, vel ad euitandum quodcunque aliud malum in ſe, vel in aliis, non poteſt illum innocentem occidere; alioqui liceret mihi (vt dicebatur ſuprà *num.* 813.) occidere aliquem ne occidar à tertio, qui minetur mihi mortem, & certò ſit illaturus, niſi illum occidam, quod eſt falſum, vt tradunt rectè Syluester, & Petrus Nauarrus *vbi ſuprà*,& magis conſtabit ex dicendis *infrà num.926. & ſeqq.* iniuſtum autem aggreſſorem poſſunt ad me defendendum occidere, quia & malitia ſua eſt cauſa ſuæ occiſionis. Ad ſecundam reſpondent io prædictis caſibus occiſionem innocentis eſſe omninò per accidens, quia ictus, ſeu actus occidendi dirigitur in noxium, aut in aggreſſorem; hic autem iudex per ſe, & directè occidit innocentem contra quem dirigit, & fert ſuam ſententiam condemnationis,licèt faciat intentione,vel fungendi ſuo officio, vel liberandi ſe, aut euitandi ſcanda-
835. lum,aut aliud malum. † Quanquam autem Valerus dicat iudicem licitè poſſe condemnare innocentem, iuxta allegata, & probata, ad euitandum in ſe periculum bonorum, & vitæ, ait tamen non teneri, ac proinde ſi nollet ferre ſententiam iuxta allegata, & probata contra innocentem,ſed potiùs pati quodlibet incommodum in perſona,vel rebus,quàm talem ſententiam ferre, eum non peccare, immò mereri; tum quia cùm prima opinio ſit probabilis,licitè eam ſequi poteſt, tum quia licet cuique ponere vitam propriam pro alterius corporalis vitæ defenſione, vt poſt Gloſſam *in Clem.1. de homic.innocentium*, Panormitanum, & alios *in cap. penult. de cler. percuſſor.* tradunt Sotus *d. lib.5. de iuſt.q.1. art.6.* Nauarrus *in ſumm. cap.15. n.2.* & Doctores communiter. Et hæc remedia à Doctoribus huius ſecundæ ſententiæ proponuntur intentanda pro liberatione Rei iooocentis,quamois magis communiter ſolùm approbentur ab ipſis quinque remedia priora; ex quibus ſi nullum omninò valeat,ſeu proſit(quod rarò aiunt contingere poſſe,)tunc aſſerunt ſententiam à iodice fore proferendam,iuxta ſcientiam publicam, & allegata, ac probata.

RESOLVTIO.

Ex his duabus ſententiis vtraque iudicanda eſt probabilis, cùm pro vtraque ſint rationes veriſimiles,& graues Doctores, licèt poſterior ſit communior computatis antiquis, & modernis Doctoribus tam Theologis, quàm Iuriſperitis, loquendo de iudice inferiori.

Vt autem ego quoque proferam,quod ſentio,
Primò exiſtimo, quòd ſi iudex ſit ſupremus ha- 836.
bens auctoritatem condendi,& abrogandi leges,vel ſtatuta,aut conſuetudines, vt Rex, Papa, & quilibet alius Princeps oon recognoſcens ſuperiorem, nunquam poterit licitè Reum, quem certò ſcit eſſe innocentem,condemnare, licèt iuxta allegata, & probata ſit conuictus nocens, ſed poterit, & tenebitur iuxta propriam ſcientiam iudicare, ſeu eundem Reum abſoluere,& liberare.ita Neuizan. *lib.5.ſylua n.121.* Couarruuias *d cap.1.n.7. verſic. Tertium.* Maſcardus *d. concl.950.* Oſaſcus *dec. Pedem.1.n.44.* alios allegans Auguſt. Barboſa *collect. ad cap. Paſtoralis n.17.de offic deleg.* Fragoſus *d diſp.10.n.170.* Sanchez *d. dub.17. n.11.* Salon. *d. art.2. verſic. opinio ſecunda*, & Azorius *d.cap.2. quaeſ.16.* Princeps enim poteſt iudicare ſecundùm ſuam conſcientiam contra allegata, & probata, vt tradunt Cyrus, Bartolus *in l.1. C. vt quæ deſunt aduoc.* Albericus *in d.l. illicitas §. veritas,ff. de officio Præſid.* Felinus *in d cap. Paſtoralis §.quæ verò.* Iaſon *in § ſed iſte,Inſtit. de actionibus*, Boſſius *in ſua practica tit.de Principe n.77.* Neuizanus,& Couarruuias *vbi ſuprà*, & Pariſ. *de ſyndicatu,in verb.ſententia.* (vbi dicit, quòd Princeps ſolum debet iudicare ſecundùm naturalem æquitatem, & ſubſtantiam veritatis, omiſſis ſolemnitatibus iudiciorum iuductis à iure ciuili, quia coram Principe iura ciuilia non allegantur pro authoritate,) Curtius ſenior *conſil. 65.* Decios *conſil.11.* Brunus *in tract. de forma*, & Iacoblnus *de inueſtitura,verb.Princeps,verſic.nunc addo vobis, & verſic.octaua ſpecialitas*,qui omnes (vt *loco citato* teſtatur Neuizaous) aiunt, quòd quandocunque cauſa Principi de iure decidenda committitur,intelligitur ſola facti veritate inſpecta; ac proinde Curtius, Iaſon,& Neuizanus dicunt quòd Princeps non ſolùm poteſt, ſed debet iudicare ſecundùm ſuam conſcientiam maturè,benè, & plenè informatam, & ſi aliter
facit,peccat. † Et prædictorum ratio eſt, quia Prin- 837.
ceps eſt ſolutus,ſeu non ligatur legibus conditis, & approbatis tum à ſe, tum à ſuis Prædeceſſoribus, *l. Princeps ff. de legibus*, Boſſius *d. tit. de Principe n.83.* Cynus,Bartolus,Couarruu.& alij Iuriſperiti præallegati,& Sanchez *d.n.11.* & poteſt ex cauſa iuſta recedere à lege, vt tradunt tum iidem Doctores, tum relati ſuprà *n.* 670. & 671. & ita quando certò ſcit veritatem facti priuata ſcientia, relicto ordine iudi-

citio

Digitized by Google

ciario à legibus ſtatuto poteſt iuxta ſuam conſcien-
tiam iudicare, & conſequenter debet abſoluere
Reum innocentem in actis nocentem probatum. †
838. Præterea Princeps non recognoſcens ſuperiorem
poteſt in hoc caſu abſoluere innocentem, quia po-
teſt ſaltem ex iuſta cauſa pœnam debitam ſecundùm
leges condonare, & totaliter remittere, vt tradunt
Menoch. *de arbitr. lib.1.q.96.n.6.& 7.* Caſtro *lib.2.
de lege pœn.cap.12.§.contra hanc ſecundam*, Felinus *cap.
qualiter, §. ad corrigendas, de accuſationibus*, Nauarr. *in
man. c.25.n.14.* Boſſius *in d.practica tit. de remediis ex
ſola clementia Principis*, &c. & alij iuriſperiti, quos
idem Boſſius citat, & ex Theologis S. Thomas 2.2.
d.q.67.art.4. Sotus *lib 5.de iuſtit.quæſt.4.art.4.* Sanch.
d.lib.6.conſil.cap.1.dub.51. Leſſius *de iuſtit. lib.2. dicto
cap.59. dub.5.n.46.* Trullench *lib.1.cap.1. dub.12.n.2.*
& alij Theologi communiter, & Summiſtæ *verb.iu-
dex.* Ad euitandum tamen omne ſcandalum Couar-
ruuias, & Sanch. locis *n.*836. allegatis aduertunt, vt
publicè coram Populo propriam ſcientiam manife-
ſtet, & teſtetur, quòd populo ſatisfaciat, quod etiam
notarunt Caietanus, Sotus, & Corduba locis *ſuprà*
allegatis.
839. Immò non ſolùm Principem ſupremum, ſed
etiam alios iudices ſuperiores, ſeu Magiſtratus ma-
iores, vt ſunt Proreges, Parlamenta, & Senatores
Principum, poſſe iudicare ſecundùm conſcientiam,
& ſimplicem veritatem ſibi notam, non obſtante,
quòd contrarium in iudicio per teſtes, aut documen-
ta falſa ſit probatum, tradunt Oroſcius *in d.l.illicitas,
§.veritas, ſub n.12.ff.de officio Præſidis*, & Guido Papa
q.59. vbi addit, quòd ſi aliter facerent, & contra veri-
tatem ſibi notam Reum condemnarent, peccarent.
& quamuis Couarruuias, Sanchez locis *ſuprà n.*836.
relatis, & nonnulli alij ab eodem Sanchez allegati
id reprobent, quia hi iudices (inquit Couarruuias)
nullam habent à Principe poteſtatem derogandi le-
gibus, quæ ſemper ſtatuerunt in maximum Reipu-
blicæ commodum, oportere iudicem ipſis publicis
documentis allegatis, & probatis in proceſſu fidem
exhibere: nihilominus potiùs approbandum vide-
tur, modò ſcientia priuata veritatis innocentiæ Rei
ſit omnium iudicum, ſeu Senatorum, vt dicit Alcia-
tus *in cap.1. de offic. ordin.* His etiam iudicibus ſupre-
mis, ſeu maioribus maior auctoritas conceſſa cenſe-
tur, quàm aliis minoribus, alioqui nulla eſſet diffe-
rentia inter hos iudices inferiores, & ſupremos Ma-
giſtratus à Principe conſtitutos, quales ſunt Prore-
ges, Parlamenta, & Senatus. Confirmatur ex mox
dicendis.
840. Eoſdem Magiſtratus maiores ex iuſta cauſa, ſal-
tem ante ſententiam, ſeu in ipſa ſententia poſſe re-
mittere etiam in totum pœnam legum ciuilium, &
ſtatutorum, tradunt Iaſon *in l.1.n.8.C. de prec. Imper.
offerendis* (vbi etiam intelligit maiores Magiſtratus
eſſe veluti Præſides, & Prætores, quod idem dicit
Menochius *d.q.96.n.10.*) Decius *in c.de cauſis n.18. de
offic.delegati.* Vaſquius *quæſt.illuſtr. d.c.14.n.4.* Boſſius
tit.de pœnis n.10. (vbi loquitur in Capitaneo Iuſtitiæ
Mediolani, quem dicit habere hanc amplam pote-
ſtatem, & addit competere etiam aliis maioribus
Magiſtratibus,) *& tit.de remediis n.44.* (vbi loquitur
de Senatu Mediolani,) Iulius Clarus *lib.5.ſent.§.fin.
quæſt.85.num.10.* Menochius *d.quæſt.96. num. 14. &
15.* Farinacius 1. *part.praxis crimin. q.17.num.67.* &
communiter Iuriſperiti, quos latè referunt Clarus,
Menochius, Vaſquius, & Boſſius *dict. num.44.* vbi
dicit Senatum ſecundùm æquitatem non ſolùm
ſcriptam, ſed etiam non ſcriptam quotidie iudicare
tam in ciuilibus, quàm in criminalibus; & ita quam-
uis ſubtilitate iuris quis mereatur condemnari, vel
abſolui, nihilominus ſi æquitas etiam non ſcripta
contrarium exigat, Senatum abſoluere, mitigare,
vel è contra: & huius rei addit rationem, ſcilicet,
quia aliter non eſſet differentia inter iudices infe-
riores, & Senatum. † Quin etiam, quamuis Boſſius 841.
d. tit. de pœnis num.10. Clarus *vbi ſuprà*, Menochius
d.q.96.num.18. Farinacius *d.quæſt.17.num.67.* & plu-
res alij, quos ipſi referunt, aſſerant iudicem infe-
riorem etiam ordinarium non poſſe etiam ex cau-
ſa pœnam à lege, vel ſtatuto ſancitam minuere,
vel augere, niſi conſulto ſupremo Principe, vel ſal-
tem niſi cauſa ſit intrinſeca, & cohærens delicto;
& quoties iudex inferior non poteſt ſuper delicto,
ſeu crimine diſpenſare, quòd etiam non poſſit di-
minuere pœnam à lege ſtatutam, ſentiunt etiam
Gloſſa *in cap.3. ibidem* Ioannes Andr. Innocentius,
Anchatanus, Buttius *de raptoribus*, Henricus *in cap.
in Archiepiſcopatu, eodem tit.* Felinus *in cap. qualiter,
num.33. de accuſ.* & alij, quorum aliquos refert San-
chez *d.dub.51. num* 8. † Nihilominus plures alij ab- 842.
ſolutè tradunt iudicem quemcumque inferiorem
poſſe ante ſententiam latam ex cauſa etiam delicto
extrinſeca diminuere, vel augere pœnam legis, vel
ſtatuti, quamuis ſuper crimine diſpenſare minimè
valeat; ita poſt Innocentium *in cap. dilectus, de tem-
poribus ord.* Couarruuias *var. lib.2. cap.9. num.8.* Vaſ-
quius *d. cap.14. num.4.* & Sanchez *d. dub. 21. num.9.*
per *l. & ſi ſeuior, C. ex quibus cauſ. infam. irrog. l. quid
ergo, §. pœna grauior ff de his qui nat.infam.cap.vltimum,
de tranſact.cap.at ſi clerici §.de adult.de iudiciis*, & alia
iura allegata à Vaſquio, & Couarruuia, qui opinio-
nem Gloſſæ *in d. cap.* 3. & aliorum, quòd iudex in-
ferior non poſſit diminuere pœnam delicto à lege
ſtatutam, quando ſuper eodem delicto non poteſt
diſpenſare, dicit iuxta Cardinalem, & Panormita-
num *in d. cap.3.* procedere poſtquam iuxta legem
ipſa condemnationis ſententia lata fuerit, quo caſu
ſententiæ, & legis pœnam non poteſt mitigare iu-
dex, qui non poteſt ſuper eo crimine diſpenſare;
ſecus verò prius quàm iudex ſententiam ferat, nam
tunc quicunque ſit, etiam non habens poteſtatem
diſpenſandi, poterit legis pœnam temperare, ſicuti
& augere, cùm aliud ſit diſpenſare ſuper crimine,
& eius pœna, aliud rigorem legis pœnalis ex cauſa
mitigare. ita Couarruuias. † Eandem facultatem 843.
ex iuſta cauſa minuendi, vel commutandi pœnam
legis habere ſaltem delegatum Principis aſſerit
etiam Menochius cum aliis *d. q. 96. num.* 10. *num.*
tamen *ſequenti* negans illam habere delegatum in-
ferioris Magiſtratus. At Auctores *num præcedenti* al-
legati, & innumeri alij, ab iis relati non diſtinguunt
inter iudicem ordinarium, & delegatum, neque in-
ter delegatum Principis, & inferioris, ſed abſolutè
dicunt iudices inferiores ante latam ſententiam ex
iuſta cauſa poſſe diminuere, & alterare pœnam le-
gis: & quoad delegatum inferioris in terminis te-
nent Decius *in d. cap. de cauſis num.18.* & *ibidem* Be-
roius *num.* 80. & alij quos refert Menochius *vbi ſu-
prà.* † Porrò quoties ex cauſa iudex ſiue ſupremus 844.
condonat pœnam, ſiue inferior mitigat, dum pro-
nunciat, ſeu ſententiam fert, ſtandum eſſe aſſertio-
ni eiuſdem iudicis in ſententia dicentis ſe ex cau-
ſa pœnam minuiſſe, vel alteraſſe, etiamſi cauſam
in ſpecie non expreſſerit, nec de ea aliunde conſtet,
Vaſquius *d. num.4.* teſtatur eſſe commune placitum
Doctorum, quos ipſe cumulat; & docent etiam
Menochius *dict. quæſt. 96. num. 17.* & Farinacius *d.
quæſt. 17. num. 65.* vbi aiunt ſufficere expreſſionem
cauſæ in genere, prout dixi ſuprà *numero* 670.

Rationem

Rationem addit Vaſquius, quia pro iudice, qui officium ſuum legaliter exercere intauit, ſemper præſumitur, & illi in multis creditur, *cap. ad audientiam, de præſumpt. l. Diuus, ff. de officio Præſidis. l. publicanus, in princip. ff. de publician.* Baldus *in rubric. de offic. deleg.* Felinus *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut.* & alij per eundem Vaſquium relati.

845. Hinc ad caſum noſtrũ, ſi iudex Reum in proceſſu ex allegatis, & probatis nocentem probatum, quem ipſe certè nouit eſſe innocentem, abſoluat, vel leui ſolùm pœna ad ciuium ſatisfactionem condemnet ſui conſilij cauſa, neceſſitatéque expreſſa in ſententia, nullo modo ſuperior, aut populus cauſa tam iuſta, neceſſaria, & pia inſpecta poterit indignari, aut ſcandalum pati, præſertim, quia ſi iudex ſit ſupremus, eius authoritas cum tam piæ, & iuſtæ cauſæ expreſſione ſufficit ad ciuium animos ſedandos: ſi inferior, cùm ab eius ſententia ex parte accuſatoris, vel fiſcalis appellari poſſit, & ita nullum ferè præiudicium ea ſententia afferat priuatæ, aut publicæ vindictæ, ſuperior, qui cauſam agnouerit, non reprehendet talem iudicem, nec ſyndicatui ſubiicier; ſed, (ſi immanis non ſit,) potiùs laudabit. quod eruditè proſequitur Vaſquius *vbi ſuprà.*

846. Secundò, quando alia via iudex innocentem iuxta allegata nocentem non poteſt liberare, approbanda mihi videtur ſententia eorum Iuriſconſultorum, qui dixerunt iudicem poſſe, & debere pronunciare, ſibi de cauſa, ſeu veritate non liquere, affirmando etiam hoc ipſum iuramento. ita Alciatus *in cap. 1. num. 91. de officio ordin.* & nonnulli alij, quos refert Couarruuias *dict. lib. 1. var. cap. 1. num. 9. verſic. ſeptimo.* vbi etſi ipſe (& eum ſequitur Salon *d. art. 2. verſic. ex his ſequitur primò*) id reprobet, tum quia, inquit, hic iudex non poteſt pronunciare, & iurare ſibi non liquere, etenim ſiue conſideremus publicam, ſiue priuatam ſcientiam, certus eſt, quid in ea cauſa, de qua lis eſt, verum ſit. Tum quia cùm ſententia ſit ferenda ſecundùm ſcientiam publicam ſumptam ex actis publicis, iudex qui pronunciat, & iurat ſibi non liquere, debet pronunciare ſibi nondum liquere ex allegatis, & probatis in actis; quare cùm in hoc caſu veritas, ſecundùm allegata, & probata, & ſcientiam publicam liquidè conſtet, talis ſententia, quòd nondum liquet veritas, contineret falſum. Nihilominus hanc ſententiam confirmant ea, quæ *ſuprà n.* 808. ex doctrina Vaſquij (quem etiam ita ſentire ex eadem ipſius doctrina colligitur,) tradita ſunt, ſcilicet, quòd nullum genus probationis eſt, quod iudicem omninò certum reddat, & quòd probatio non certitudinem, ſed tantùm veriſimilitudinem, & præſumptionem inducit, & quòd probationes iuxta leges ſunt arbitrariæ, vel ſaltem in illis iudicis arbitrio plurimum relinqui; ac proinde, in hoc caſu noſtro iudex citra falſitatem poteſt pronunciare ſibi non liquere de veritate.

847. Tertiò dato caſu, (qui videtur impoſſibilis, moraliter loquendo) quòd iudex tam ſupremus, quàm inferior mediis prædictis, & aliis ſuprà explicatis pro liberatione Rei innocentis vti neſcierit, vel non potuerit, vel adhibita non iuuerint; exiſtimo non recedendum à priori ſententia, cuius fundamenta vrgentiora, & rationi naturali magis conformia mihi videntur; neque obſtant rationes alterius ſententiæ.

Reſponſio ad fundamenta ſecundæ ſententiæ.

848. NAm ad primã reſpondetur ex dictis *n.* 807. 808. quòd Partes, & leges procedunt, ſeu loquuntur attento eo, quòd regulariter, & vtplurimum euenit, & iuxta veriſimilitudinem, & præſumptionem, quòd illud ſit verum, quod in actis iuridicè probatur; ſecus verò ſi contrarium iudici certò, & euidenter conſtet, quo caſu non debet iudicare contra veritatem ſibi notam, nam & diuina Scriptura, & ius ipſum poſitiuum decernunt in iudiciis non eſſe diſcedendum à veritate nota, vt ſuprà *num.* 810. *&* 811. dictum eſt. Ad §. *quia verò,* Gordonus *dict. quæſt. 12. num. 5. fine,* & Valerus *dicta diff. 1. num. 4.* reſpondent ibi agi de mero executore, qui nullo modo habet cognoſcere de cauſa, ſed tantùm exequi; hîc verò quæſtio eſt de iudice, qui debet de cauſa cognoſcere, in quo ſecus dicendum eſt: & ait Valerus hoc illum met textum innuere, à contrario ſenſu; ſed de intellectu illius textus infrà poſt *num.* 880.

Ad ſecundum reſpondetur primò iudicem teneri ſequi ſcientiam publicam ſolùm ex præſumptione, quòd verum contineat, quæ præſumptio ceſſat, quando ſcientia priuata certò ſcit contrarium. Secundò ad ſummum non poſſe ex priuata ſcientia contra publicam, & allegata, ac probata in proceſſu iudicare, ſcilicet, abſoluere, vel condemnare, iuxta Doctores *ſuprà num.* 814. relatos, ex quo non poteſt inferri, quòd teneatur, aut iura abſolutè velint, vt ſuper ſententiam proferat iuxta probata in proceſſu, ſed abſtinendo à prolatione ſententiæ poterit, & debebit tentare innocentis liberationem, & illius condemnationem euitare, iuxta tradita *eodem num.* 814. Tertiò ſi ſit iudex ſupremus, non ligatur legibus, ſed poteſt iuxta ſuam conſcientiam iudicare, vt *num.* 836. ſi inferior poterit in hoc caſu in pronunciando ſe gerere, iuxta tradita *à num.* 839. *ad* 846. 849.

Ad illud de periculo corruptionis iudicum, & perturbatione pacis, & tranquillitatis Reipublicæ, reſpondetur ex Leſſio & aliis, iudicem non debere quidem, nec poſſe contra priuatam ſcientiam Reum innocentem condemnare, nec ex priuata ſcientia abſoluere, ſed aliis modis explicatis conſulere ſaluti innocentis, & eximere ſe ab illius condemnatione: ſecundò rariſſimè poſſe accidere, vt iudices velint ſubire magnum illud diſcrimen illis imminens ex liberatione veri crimінoſi, & talis probati in proceſſu iuridicè fabricato. Quòd ſi contingeret aliquando, non tamen ad illum euitandum forent innocentes condemnandi, cùm melius ſit decem, & plures nocentes abſolui, quàm vnum innocentem damnari; neque etiam mors innocentis eſt medium conueniens ad conſeruandam iuſtitiam, vel tranquillitatem in Republica, ſicut neque fornicatio, quia tam hæc, quàm illa ſunt intrinſecè mala. 850.

Quæ in tertia ratione adducuntur, manent ſufficienter ſoluta, & reiecta tum ex modò dictis, tum ex dictis *n.* 803. 804. 805. 809. *&* 810.

Nonnulla autem alia, quæ à Patronis ſecundæ ſententiæ contra eandem primam ſententiam obiiciuntur, quam habeant vim, patebit ex dicendis.

Reſponſio ad fundamenta primæ ſententiæ.

SVſtinendo autem eandem ſecundam ſententiam, 851.

Ad primam rationem primæ ſententiæ, reſpondendum erit in hoc caſu occiſionem innocentis non eſſe intrinſecè malam, quia ipſa non intenditur,

inteoditut, ſed fidele exetcitiom publici officij, & bonum Reipublicæ, & ius naturale dictat, quod priuatum bonum vitæ, vel honotum externorum non ſit illæſum obſeruandum cum publico ſcandalo, & damno Reipublicæ. Hinc ad confitmationem dicendum non fore iniquam legem, quæ iuberet damnari ad mortem innocentem ob publicum, & commune bonum, cui iuxta ius natorale poſtponendum bonum priuatum vnius innocentis. Exemplum verò marimonij inualidi, de quo *num.* 800. non facit ad rem, quia coniux putatiuus ſcientia publica, certò ſciens ſcientia priuata matrimonium eſſe inualidum, dum cognoſcit alteram coniugem, non agit tunc perſonam publicam iudicis, ſed perſonam hominis priuati, ac proinde ſecuudùm notitiam hominis priuati debet procedere, & potiùs mille mortes pati, quàm tam graue peccatum committere.

Ad ſecundam catens iuriſdictione in Reum, etiam iutidicè conuictum, non poteſt illum condemnare, quia non condemnaret vt iudex, ſed vt perſooa priuata: in noſtro autem caſu, cùm alioqui habeat iuriſdictionem, vt iudex agnoſcit illum nocentem, & criminoſum.

Ad tertiam innocens ex allegatis, & probatis in iudicio conuictus nocens reſpectu iudicis, vt iudex eſt, & eſt criminoſus, & habet meritum pœuæ; quoties calumnia, aut falſitas teſtium, vel documentorum, iutidicè non poteſt conuinci; ſicut fuit conuicta, & detecta à Daniele calumnia ſenum, qui accuſauerunt Suſannam, quam propterea Daniel vocat innocentem, quia verè à parte rei erat talis, & etiam ſciebat patefaciendam eſſe teſtium malignitatem.

Ad quartam in noſtro caſu Reus in iudicio conuictus de crimine verè damnaretur propter crimen, quia damnaretur à iudice, vt iudex eſt, & ſic ſecundùm ſcientiam publicam, iuxta quam eſt criminoſus.

Ad quintam, & eius confirmationem dicitur intentionem, & finem legum eſſe, vt conſtet de veritate facti, ſeu criminis, ſeu litis in forma iuridica publica probanti, quæ communiter, & regulariter ſolet eſſe verior, quàm priuata, ac proinde non facere iudicem contra finem, & intentionem legum, ſi ſecundùm allegata, & probata iudicet, nec malè, aut iniuſtè iudicat, ſed rectè, & iuſtè. Neque hîc habet locum Epiicheia, cùm ſit contra ius naturæ, & contra officium iudicis liberare, & abſoluere eum inoocentem, qui nocens iuridicè probatur, cùm Reipublicæ noceat; Epiicheia enim non debet conſulere prioato commodo eum incommodo publico, ſed ſi eſſet ſine incommodo publico: ſi autem deſeratur publica ſcientia, noceretur Reipublicæ, vt dictum eſt. Quare in hoc caſu inclinat ad maiorem diligentiam & remedia adhibenda, non ad deſerendam publicam ſcientiam.

852. Ad ſextam reſpondetur leges iudicandi iuxta ſcientiam publicam habitam ex allegatis, & legitimè, atque iutidicè probatis in iudicio inductas eſſe ex veriſimilitudine, quòd veritatem contineat, non tamen fundari in ſola præſumptione, ſed abſolutè præcipere, & iubere iudices debere in iudiciis attendere probationes iuridicas, ſeu cognitionem habitam ex actis ioridicè fabricatis, quia regulariter, & communiter eſt verior, &, moraliter loquendo, certa; & ne pateret via fraudibus cum ſcandalo, & perutbatione Reipublicæ. Quare licèt probationes iutidicæ deſumptæ ex depoſitionibus teſtium, vel ex aliis documentis autbenticis habeant latitudinem, & in his ſæpè multum iudex arbitrari poſſit; poteſt tamen deoeoire ad tales probationes iuridicas ita concludentes, & conuincentes iuxta ordinem iudiciarium publicum, vt alicui arbitrio iudicis uullo pacto ſit locus, alioqui ſemper in iudicis poteſtate eſſet omnes probationes eludere.

Ad ſeptimam poteſtas publica inducta eſt, non ſolùm ob vtilitatem priuatam ciuium, & ſingulorum, vt ſinguli ſunt, ſed multò magis ob vtilitatem, & bonum publicum, ſeu ciuium vt plures ſunt, & conſtituunt communitatem, quæ exigit vt in iudiciis attendatur ſcientia publica, quæ ex actis habetur, vt dictum eſt; neque ex eo, quòd iudicando iuxta allegata, & probata in iudicio ſequatur damnum, innocentis committitur iniuria, aut iniuſtitia, ſed immò exercetur actus iuſtitiæ, ad quem exercendum iudex, vt iudex, ſeu ex officio ſuo publico tenetur, poſteaquam vllis remediis oon potuit ſe eximere ab actu iudicandi cootra Reum agnitum innocentem ſcientia priuata.

Ad octauam, cùm duplex ſit veritas, ſcilicet, particularis facti, & publica, ac iuridica, quæ ſumitur, ſeu pendet ex teſtibus, & probationibus, iura volunt vt iudex ſequatur hanc veritatem publicam, vt dictum eſt in confirmanda eadem ſecunda ſententia, præſertim *num.* 823. † Ad confirmationem 853.
Sotus *d. art. 2. fine*, reſpondet eſſe diſparitatem, quia nunquam licet negare veritatem; iudex verò dum ad mortem damnat innocentem, nihil aſſerit falſi, nam pro toto mondo, inquit, non deberet affirmare illum eſſe in culpa, ſed de facto profitetur damnandum eſſe, idque verum eſſe, quia teſtimonia illum morti offerunt. ita Sotus. Sed forte melior reſponſio eſt ſequens; etenim omnis quæſtio vel eſt de facto, vel de iure; ſi de facto, eſt decidenda teſtibus, qui interfuerunt; & quia quæſtio homicidij eſt facti, ideo ſtandum eſt teſtibus; ſed quæſtio hæreſis eſt de iure, & in iure examinando non habent locum teſtes, ſed rationes Scripturæ, ideo ſi ſciat non eſſe hæreticum, non tenetur ſequi aliorum iudicium, quia eſt quæſtio de iure.

Ad nonam reſpondetur primò, quòd Chriſtus 854.
Dominus erat innocens re, & fama, ſeu ſcientia publica apud ſapientes, & probos, & id ſciebat Pilatus, & publicè notum erat, & idem Pilatus poterat conuincere falſitatis teſtes contra eundem CHRISTVM Dominum adductas, & non fecit ex metu, nam inter teſtes erat magna varietas, non enim erant conuenientia teſtimonia illorum, vt aiunt ſatis Euangeliſtæ; & poterat iudex eos examinare, & deregere veritatem, ſed ceſſauit reſpectu humano, ſcilicet, metu Cæſaris, & ita contra publicum iuris ordinem, & debitum ſui officij eundem Chriſtum Dominum ad mortem damnauit.

Ad decimam. Suadet hæc ratio, quòd ſi iudex tam ſupremus, quàm inferior recedendo à lege iudiciorum, ſeu ſtatuente iudicandum iuxta ſcientiam publicam, & allegata, ac probata, vel ſtatuente certam pœnam delicto, poſſit conſulere tali innocenti, receſſus erit licitus, & neceſſarius; ſecus verò, ſi cum ſcandalo, & perturbatione Reipublicæ. Alias reſponſiones ad nonnullas ex prædictis rationibus, & ad aliqua alia argumenta, qui voluerit ſecundæ ſententiæ adhærere, poterit videre apud Caietanum, Sotum, & Salonem, licèt ex dictis in eiuſdem ſecundæ ſententiæ confirmatione facilè colligi poſſit ſolutio cuiuſlibet obiectionis aduersùs dictam ſententiam: & prædicta quoad cauſas criminales grauiores. An verò iſte innocens damnatus ad mortem, vel membri mutilationem poſſit licitè iudici, & iuſtitiæ

miniſtris reſiſtere, & illas occidere, vt ſeruetur, reſoluitur infrà *n.*889.

In cauſis criminalibus minoribus, & quibuſcunque cauſis ciuilibus, an iudex reum in actis probatum nocentem, vel debitorem, quem ipſe priuata ſcientia certò nouit innocentem, & non debitorem, poſſit licitè condemnare.

855. QVo verò ad cauſas criminales minores, in quibus agitur de pœna pecuniaria, aut corporali leuiori, & cauſas ciuiles quaſcunque, etiamſi in eis ageretur de magna quantitate; etſi Doctores omnes in præcedentibus allegati conueniant iudicem, qui certò ſcit Rei innocentiam, teneri tum ex officio, tum ex charitate omnem viam tentare, & facere omnem diligentiam, qua poſſit illum tueri, & illæſum conſeruare, vt vel repellendo ab initio actorem, aut accuſatorem, & deterrendo teſtes, ſignificando eis ſibi certò notam eſſe veritatem cauſæ, & Rei innocentiam, vel exactiùs, & per interualla examinando teſtes, an nihil varient, vel notificando negotium ſuperiori, & ad eum remittendo cauſam, & ſuſcipiendo munus teſtis coram eo, vel differendo ſententiam, vt interim veritas detegatur, vel vtendo aliis mediis, quibus exiſtimat ſe poſſe ſine ſuo graui incommodo, & ſine ſcandalo innocentem in iudicio nocentem probatum liberare; tamen inter eos controuerſia eſt, ſi prædictis modis non poſſit illum liberare, ſeu tueri, & pars aduerſa, ſeu actor, vel accuſator, vel ſuperior vrgeat, vt ſententiam ferat, an poſſit contra eundem Reum innocentem pronunciare iuxta allegata, & probatis in actis, & illum condemnare.

856. Et vna ſententia negat. ita ex Doctoribus ſuprà *n.*798. allegatis Angelus, Lyranus, Hugo, Martinus, Calderinus, Panormitan. Imola, Ioannes Arboreus, Cortaſius, Vaſquius, & alij, quos refert Sayrus *d. lib.*12. *clauis c... n.*6. ex quibus aliqui aiunt iudicem non ſolùm non poſſe condemnare hunc innocentem, ſed & poſſe, ac teneri illum abſoluere. ita Martinus, Calderinus, & Vaſquius; aliqui verò dicunt non poſſe abſolui contra allegata, & probata, ſed neque condemnari, ſed aliis viis pro illius liberatione vtendum eſſe, vel cedendum potius officio, quàm contra innocentem. ita Panormitanus & alij. hæc ſententia probatur iuribus, & rationibus, de quibus ſuprà *a num.*806. *ad n.*813. & hanc eandem ſententiam, quoad hoc vt teneatur cedere potius officio, quàm contra veritatem ſibi certò notam Reum condemnare, niſi ipſe ex officio viuat, tenet Ioannes Valerus *d. verb. iudex, differentia* 1. & docet etiam Sylueſter *v. eodem* 2.

857. Altera ſententia, & communior affirmat iudicem benè poſſe, & debere in iiſdem cauſis criminalibus minoribus, & ciuilibus cuiuſcunque quantitatis ſententiam ferre, & accuſatum, ſeu Reum condemnare iuxta allegata, & probata contra veritatem à ſe certò cognitam, ſi non poſſit eiuſdem Rei innocentiam demonſtrare, vel modis prædictis tueri. Ita imprimis S. Thomas, & alij Theologi, Summiſtæ, & Iuriſperiti relati ſuprà *num.*817. idem ſentientes in cauſis criminalibus, ex quibus tamen Couarruuias, Salon, Sanch. Azorius, Fragoſus, & alij ſuprà *n.*831. allegati id limitant in Principe ſupremo ſuperiorem non cognoſcente, ob rationem *ibidem* allatam, quòd iſte poſſit ſecundùm ſuam conſcientiam, & ſimpliciter facti veritatem à ſe agnitam iudicare. Et hi Doctores omnes ducuntur iiſdem rationibus ſuprà *à num.*819. adductis ad probandum etiam in cauſis criminalibus maioribus poſſe licitè, & teneri iudicem contra veritatem ſibi notam pronunciare contra innocentem, in actis iuridicè nocentem probatum, quæ à fortiori concludunt in cauſis criminalibus minoribus, & in ciuilibus quibuſcunque.

Hanc eandem ſententiam abſolutè, & non diſtinguentes inter iudicem ſupremum, & inferiorem ex auctoribus id negantibus in cauſis criminalibus maioribus ſuprà *n.*798. tenent Adrianus, Corduba, Petrus Nauarrus, Leſſius, Coninch, Petrus Aragon, Bonacina, Layman, Raymundus, Villalobos, Gordonus, Ioannes Lugo, & ex Iuriſperitis *ibidem* citatis Felinus, Panormitanus, Imola, & alij, quos Couarruuias *d. cap.* 1. *lib.* 1. *var. num.* 7. *verſic. ſecundum*, & Sanchez *d. lib.* 6. *conſil. cap.* 1. *dub.* 17. *num.* 3. referunt. 858.
Probant hanc ſententiam hi Doctores ex differentia poteſtatis, quam habet Reſpublica, in vitam, & membra ciuium, & in alia bona. & probatio eſt hæc: nam iudices debent iudicare iuxta allegata, & probata, quia leges humanæ, & ciuiles ita ſtatuunt, & in eas Reſpublica, & populus ob pacem publicam, & lites finiendas conſentit. igitur cùm Reſpublica, licèt non ſit domina vitæ, & membrorum, ſit tamen domina bonorum ſuorum ciuium, ſeu ſubditorum, quoad hoc, vt de illis poſſit diſponere, ea de vno in alterum transferendo, prout bono publico expediens fuerit, vt patet ex legibus vſucapionum, & præſcriptionum, quamuis iudicibus non potuerit concedere poteſtatem auferendi vitam, aut membra contra veritatem innocentiæ propter allegata, & probata, & vt ordo iudiciorum publicorum ſeruetur; rectè tamen potuit, & de facto conceſſit iudicibus poteſtatem auferendi alia bona ab innocente ſequendo contra veritatem ſibi notam iudiciorum ordinem, ſeu allegata, & probata: quandoquidem plurimum intereſt Reipublicæ, ſeu bono publico, vt ſecundùm publicas allegationes iudicia terminentur; & ne forma iudiciorum publicorum cum ſcandalo peruertantur; ac proinde hæc fuit iuſtiſſima cauſa talem poteſtatem conferendi. Nec vllus ciuium licèt à parte rei innocens de iniuria, ſeu iactura ſibi à iudice illata in ea circumſtantia queri iuſtè poteſt, aut ægrè damnum pati, cùm videat ſe ab illo iuuari non poſſe, & duriſſimum ſit, atque irrationabile videatur, quòd ille tunc, ne ſententiam ferat, teneatur officium dimittere, aut amittere honorem, vel aliam notabilem vtilitatem, cùm & ipſe etiam innocens ſit, & nullum crimen commiſerit; & fecerit, quòd potuit, vt innocentiam eiuſdem Rei tueretur; & in pari caſu innocentiæ magis ſibi iudex teneatur, quàm alteri, qui præſertim in publico habetur criminoſus, ſeu nocens.

Addunt tamen, (& ex hoc confirmatur hæc ſententia,) Leſſius, Coninch, Aragon, Layman, & alij ex præallegatis Doctoribus (& idem ait Sotus *lib.* 3. *de iuſtitia quæſt.* 4. *art.* 5.) condemnatum per ſententiam ita materialiter iniuſtam re ipſa, & in conſcientia non priuari propriorum bonorum dominio; ideoque ius habere ea recuperandi, ſeu recipiendi, & auferendi à poſſeſſore, ſi ſcandalum abſit, eo quòd non videatur eſſe mens Reipublicæ per ſententiam, quæ falſis probationibus nititur, aliquem rerum ſuarum dominio priuare; ſic enim abſque neceſſitate calumniatoribus faueret. Vnde rectè concludit Sotus, quòd ſententia iniuſta (ſcilicet materialiter) ius nec aufert, nec confert; ideoque ſi is, cui ſolutio facta eſt, eiuſue hæredes poſtea errorem intelligant, tenebuntur in conſcientia reſtituere; quia 859.

quia ſententia iudicis in falſa præſumptione funda-
860. ta erat; præſumptio autem cedit veritati. † Aduer-
tunt tamen Sotus *d.art.5.* Leſſius *d.cap.29.dub.*10.
*num.*84.*verſic.tertio.* Bonacina *d.p.2.num.*4. hæc in-
telligenda eſſe de bonis fortunæ, & de re pecunia-
ria, quæ ſpecialiter ſunt ciuium, non autem de offi-
ciis, & beneficiis innocentium, qui ſecundùm alle-
gata, & probata habentur pro nocentibus, quia (in-
quiunt) cùm innocentes huiuſmodi officiis, & bene-
ficiis per ſententiam iuxta allegata, & probata la-
tam priuantur, amittunt de iure, & de facto, in vtro-
que foro dominium, & poſſunt alteri validè con-
ferri, quod docent etiam Panormitanus *in cap.1.de
conceſſione prabenda.* & Innocentius *in cap. quia pleri-
que 8.de immunit. Eccleſia.* cùm non ſit eadem ratio
bonorum fortunæ, & officiorum, ac beneficiorum:
nam officia, & beneficia ſunt bona publica, de qui-
bus Reſpublica facilius, & liberius poteſt diſpone-
re, quàm de aliis bonis ciuium. Quare quando iuſta
cauſa datur, poteſt Reſpublica non ſolùm de offi-
ciorum poſſeſſione, ſed etiam de dominio diſpone-
re, & ciues ſuos priuare: in hoc autem caſu iuſta
cauſa adeſt, ne, ſcilicet, peruertatur iuris ordo; & ne
dominia, & iuriſdictiones officiorum ſint incerta,
quæ res ſæpè perturbat hominum cœtus; & maxi-
mè, quia ille, qui officio, & beneficio eo modo pri-
uatur, non poteſt poſtea illa in ſe recuperare occul-
tè, ſicut alia bona; ſed debet à collatore accipere,
qui nihil faciet, niſi publicè de eius innocentia con-
ſtiterit. Quòd ſi contingat, quòd de illius innocen-
tia poſtea conſtet, poterit facilè Eccleſia, & Reſpu-
blica ei aliud officium, vel beneficium per modum
861. compenſationis conferre. † Verùm hæc probant
quidem officia, & beneficia, quibus iſte innocens à
iudice iuxta allegata, & probata pronunciante ſpo-
liatus eſt, dum non conſtat publicè de illius inno-
centia poſſe iuſtè alteri conferri, & validam eſſe
collationem, non tamen inde oſtenditur, nec appa-
ret ratio, cur iſte innocens probatus nocens, iniuſtè
ſuo officio, aut beneficio ſpoliatus non poſſit ſibi
de damno occultè compenſare à teſtibus, vel accu-
ſatoribus, qui illum ſcienter, & animaduertenter
falſis criminationibus, & depoſitionibus accuſa-
runt; cùm ſit communis omnium doctrina, quòd il-
le, qui alteri eſt iniuſta cauſa damni, illud ei tenea-
tur reſtituere, & quòd damnum paſſus de illius va-
lore ſibi poſſit recompenſare. Non poterit quidem
à iudice, qui ſecundùm allegata, & probata iudica-
uit, & iuſtitiam cauſæ non potuit impedire, nec à
collatore officij, aut beneficij, quia vbi primum ſer-
uato ordine iuris publici quis officio ſuo, aut bene-
ficio priuatus fuit, iuſtè illa potuit alteri con-
ferre.
862. Ex his Leſſius *d.cap.29.dub.*10.*n.*85. infert primò
Couarruuiam *d.n.7.§.ſecundum non rectè dixiſſe*, (&
idem quod Couarruuias, dixit Salon *d.art.2. verſic.
ex his opinionibus.*) non eſſe, nec dari poſſe congruam
rationem præfatæ diſtinctionis, ſcilicet, quòd in
cauſis ciuilibus licitè poſſit, & debeat iudex contra
veritatem cognitam condemnare innocentem, ex
publicis allegatis probatum nocentem, non autem
id ei liceat in cauſis criminalibus; etenim cùm Reſ-
publica (inquit Leſſius) poſſit diſponere de rebus, de
quibus ſunt cauſæ ciuiles, non autem de vita, &
membris, de quibus ſunt potiſſimum cauſæ crimi-
nales, mirum videri non debet, ſi poſſit ſtatuere in
illis, vt ſeruetur forma iudiciorum contra priua-
863. tam ſcientiam, non autem id poſſit in his. † Secun-
dò infert, ſi quis in iudicio peteret hæreditatem
ex teſtamento, quod iudex priuatim nouit eſſe ſup-
poſititium, tamen id nullis indiciis probari poteſt,
iudicem poſſe illam hæreditatem adiudicare, immò
ad hoc fore cogendum à Principe. Tertiò infert (vt
idem in terminis dicit Villalobos *d.diff.3.n.6.*) poſſe
quem condemnari ad pœnam infamiæ, ſi illa cri-
mini ſtatuta ſit; nam hoc ipſo (inquit) quo probatus
eſt criminoſus, nec vlla patet amplius ratio effugij,
poſſeſſionem famæ amiſit, & cauſam infamiæ
contraxit; vnde iudex proferendo ſententiam, quam
declinare non poteſt, non videtur aliquid noui ir-
rogare, quod in cauſa non extiterit, cùm potiùs ſit
declaratio eius, quod probatum eſt, quàm nouæ
pœnæ inflictio.

Sed contra primam illationem, & contra funda- 864.
mentum præfatæ diſtinctionis vrget Salon *dicto
verſic. ex his opinionibus.* primò dicens falſum eſſe
Rempublicam conſenſiſſe in leges publicorum iu-
diciorum, quantum ad cauſas ciuiles, non verò con-
ſenſiſſe, nec potuiſſe conſentire quantum ad crimi-
nales, cùm nullibi legatur talis Reipublicæ, aut Po-
puli conſenſus, nullúmque extet huius rei indicium,
quo pacto contra eandem diſtinctionem arguit Va-
lentia *d.verſic.ſed hac ſententia.* † Secundò dicit Sa- 865.
lon falſum eſſe, Rempublicam eſſe dominam bo-
norum, non autem vitæ, & membrorum; non enim
(ait) eſt magis domina bonorum ſuorum ciuium,
quàm vitæ; quia ſicut non poteſt diſponere liberè
de vita, & membris ciuium, ita nec poteſt liberè de
bonis: & ſicut poteſt tollere bona propter culpas, &
applicare fiſco, aut illa exponere pro bono commu-
ni; ita poteſt tollere vitam propter culpas, & illam
exponere pro bono communi in bello iuſto, & ſui
defenſione. † Tertiò addit, cùm veritas non mutet 866.
naturam ſuam, & vim, quamuis mutentur negotia,
& cauſæ, ſi veritas rei priuatim cognita eſt præfe-
renda teſtibus, & publicis probationibus in crimi-
nalibus erit quoque præferenda in ciuilibus. Con-
firmat Salon, quia aut ſequi veritatem certò cogni-
tam non teſtes falſos, ſeu probationes à parte rei
falſas eſt iuſtum, & debitum, vel non: ſi iuſtum, per-
inde erit iuſtum in ciuilibus, ſicut in criminalibus: ſi
verò iuſtum non ſit, ſed illicitum iudici, perinde erit
illicitum in ciuilibus, ſicut in criminalibus; quod
enim ex ſe iuſtum eſt, non variatur, quamuis varien-
tur materiæ, & negotia, circa quæ verſatur, cùm iu-
dicium ſit veluti pondus, & menſura, quæ non va-
riantur, ſed eodem modo ſemper ſe habent; licèt
res, quas illis metimur, ſint variæ, & innumeræ. ita
Salon.

Contra eiuſdem diſtinctionis fundamentum ar- 867.
guit Fagundez *d.cap.*14.*n.*19. dicens, verum quidem
eſſe Rempublicam, & Reges habere authoritatem
diſponendi de bonis ſubditorum, in cauſis grauiſſi-
mis, & ob bonum commune, non eſſe tamen cau-
ſam ſufficientem, diſponendi de illis obſeruationem
publici iudicij; cùm aliunde, inquit, huic damno oc-
curri poſſit, ſaluis bonis ciuium; & quamuis (addit)
hæc bona poſſint poſtea occulta compenſatione
abſolutè loquendo recuperari; tamen reſpectu hu-
ius, illiúſve teſtis, qui falſum teſtimonium contra
Reum dixit, fieri poteſt, vt non poſſint recuperari,
cùm ſint pauperes, & bona non habeant (& idem de
accuſatore, aut actore,) nec ſi habeant, poſſint ad
manus læſorum ciuium deuenire. Quare concludit
Fagundez, Rempublicã adhuc de bonis ciuium non
depoſuiſſe propter obſeruationẽ Ordinis iudiciarij,
licèt aliàs potuerit diſponere de illis ex cauſis gra-
uiſſimis; ſed tamẽ ſine tali diſpoſitione iuris cõmunis
diſpoſitionem deiudicãdo iuxta publicas allegatio-
nes, & probationes tã in ciuilibus cauſis, quàm cri-

minalibus eſſe obſeruanda, vt oſtendunt argumenta, de quibus ſupra *à num.*818. *ad* 824. quæ probant id eſſe verum non tantùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus cauſis, cùm in vtroque cauſarum genere iudex gerat perſonam publicam, & publico officio fungatur, & ita iuxta ſcientiam publicam poſſit, & debeat iudicare.

RESOLVTIO.

868. QVid igitur? Primò dicendum, ſi iudex procedat, ſeu cauſa agatur extra iudicium, vt contingit in diſtribuendis officiis, & oneribus, in conferendis beneficiis, diſpenſationibus, Ordinibus, & aliis, quæ arbitrio, & prudentiæ committuntur, non tenetur pronunciare ſecundùm allegata, ſed poteſt iuxta conſcientiam, ſeu priuatam ſcientiam, & veritatem priuatim cognitam, & ita debet iudicare in fauorem eius, quem ſcit innocentem. ita tanquam indubitatum adſtruunt Angelus *d. v iudicare num.* 7. *fine*, & Syluester *verb. iudex* 2. *n.* 5. *initio*, Salon *d. q.* 67. *art.* 2. Saytus *d. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 18. Sanchez *d. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 10. & Fragoſus *d. diſp.* 10. *num.* 164. In prædictis enim rebus iudex non conſtringitur à legibus ſequi publicas probationes, *l.* 1. *&* 2. *ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi de officiis. *& cap. exiguut* 1. *q.* 7. vbi de
869. diſpenſationibus. † Et vbicunque agitur de iuriſdictione voluntaria, puta, de aliquo emancipando, & ſimilibus, iudicem poſſe iudicare ſecundùm conſcientiam docent Neuizanus *lib.* 5. *ſylue d. num.* 121. Maſcardus *de probat. concl.* 950. *num.* 15. & prius tradiderunt Gloſſa *in l bonorum C. qui admitt.* Felinus *in cap paſtoralis* §. *quia verò num.* 24. & alij à Neuizano, & Maſcardo allegati. & ad id faciunt Baldus *in l. final. de pœnis iud.* & Iaſon *in* §. *ſed iſta, num.* 139. *Inſtit. de actionibus*, dicentes quòd iudex poteſt ſequi conſcientiam ſuam, vbi nemini nocet. Arbitratorem quoque teneri ſequi veritatem ſibi notam, vndecumque illam habeat, dixerunt Curtius ſenior *conſil.* 23. *circa fin.* & Neuizanus *d. num.* 121. Item quoties iudex ſola facti veritate inſpecta poteſt iudicare, tunc illi licere ferre ſententiam ex cauſa non deducta, nec allegata in actis, docuerunt Socinus *conſil.* 11. *num.* 12. *vol.* 3. & Alba *ad Bartolum in d. l. illicitas* §. *veritas num.* 4. *ff. de offic. Præſid.* quos refert, & ſequitur Maſcardus *d. concl.* 950. *n.* 12.

870. Secundò ferè certum mihi videtur, iudicem ſupremum, non cognoſcentem ſuperiorem, qui poteſt iuxta ſuam conſcientiam, & ſcientiam priuatam iudicare, teneri ſicut in criminalibus, ita etiam in ciuilibus abſoluere Reum, quem certò ſcit eſſe innocentem, licèt in actis probatus ſit nocens. idque ſatis probant dicta ſupra *num.* 836. *& ſeqq.* & eſt de mente auctorum, qui *ibidem* allegantur, & ad tollendum ſcandalum populum moneat de veritate ſibi nota. Idem dico de Magiſtratibus maioribus, puta, Proregibus, Parlamentis, Senatoribus, Præſide, & cæteris iudicibus maioribus, cùm ſit valde probabile hos etiam iudices poſſe iuxta ſimplicem veritatem ſibi notam iudicare, vt ſupra *n.* 839.

871. Tertiò quoad iudicem inferiorem in cauſa, in qua agatur de ſumma rerum, vel ingenti quantitate, ita vt ſi innocens probatus nocens, cuius innocentiam iudex certò ſcit, condemnetur, incidere debeat in extremam, vel grauem neceſſitatem, exiſtimo quòd, ne illum condemnet, teneatur ſaltem ex charitate potiùs deponere officium, ſi id illi profuturum ſperat, & poſſit commodè, ſeu ſine notabili iactura, cùm ex charitate obligemur in periculo extremæ, vel grauis neceſſitatis ſubuenire proximo, ſaltem cùm ſine incommodo poſſumus. & ita puto ſentire Syluestrum, Valerum, & Azorium locis *ſuprà n.* 832. *&* 833. relatis.

Quartò ſi iudex inferior non poſſit alia via libe- 872.
rare Reum, quem certò ſcit innocentem, nec veritatem cauſæ ſibi priuatim notam publicè demonſtrare, exiſtimo probabiliorem primam ſententiam Angeli, & aliorum, quòd non teneatur, nec poſſit licitè illum contra veritatem condemnare, ſequendo allegata, & probata, & id videntur ſatis concludenter oſtendere argumenta *ſuprà à numero* 806. *ad* 813. allata. & præter auctores *ſuprà n.* 856. relatos videntur tenere Neuizanus *d. num.* 121. & alij Iuriſperiti, quos ipſe *ibidem* citat, vbi plures ponit limitationes illius regulæ, quòd iudex debeat iudicare ſecundùm allegata, & probata: & primò cum Felino *in d. cap. Paſtoralis*, §. *quoniam, de offic. delegati* limitat in iuriſdictione voluntaria. Secundò cum Curtio ſeniore limitat, ſcilicet, quòd ſi pars fateatur iudici in ſecreto veritatem cauſæ, licèt ex actis non poſſit conſtare de veritate, tamen iudex nunquam debet iudicare contra illam confeſſionem: limitat etiam in materia confinium, & quando iudex ipſe videt aliquem portantem arma, & in Arbitratore, & Principe. Igitur iudex in hoc caſu veritatis cauſæ ſibi certò notæ debebit, quantum fieri poterit, differre pronunciationem ſententiæ, vt interim, ſi fieri poterit, veritas publicè detegatur, vel ſi accuſator, vel actor, aut ſuperior vrgeat, vt cauſam terminet, vel pronunciet ſibi non liquere de veritate, iuxta dicta *n.* 846. vel abſoluat in ſententia ſignificando cauſam, illamque iureiurando affirmando, ob quam non fuerit ſecutus allegata in actis; vel ſi cauſa ſit criminalis, aſſignet paruam pœnam ad populi ſatisfactionem, iuxta dicta ſuprà *à num* 840. *ad* 845. vel demum remittat cauſam ſuperiori, vel alteri iudici, etſi videat hoc non profuturum Reo; quia ſibi ſufficit, quòd ſe liberet à ferenda ſententia contra veritatem ſibi certò notam, vt notatum eſt *ſuprà num.* 815. *&* 838. Neque primæ ſententiæ obſtat, quòd Reſpublica ob publicum bonum poſſit diſponere de bonis fortunæ ciuium, & de facto id faciat ob obſeruationem publicorum iudiciorum, ne ex eorum peruerſione, & perturbatione ſcandala in populo orirentur. Nam, vt dicebatur ſuprà *num.* 864. *&* 867. non apparet in iure vllum iudicium talis diſpoſitionis: & præterea cùm iudex ex prædicta iuſtiſſima cauſa veritatis ſibi certò notæ recedit à lege iudiciorum publicorum, & pronunciat iuxta modò dicta, & iuxta dicta *n.* 845. populus vix poterit indignari, & ſcandalum pati.

Non inficior tamen poſteriorem ſententiam eſſe 873.
valde probabilem, tum quia apud doctos Theologos, & Iuriſperitos tam antiquos, quàm modernos eſt magis recepta; tum ob fundamentum illius diſtinctionis, ſeu diuerſitatis inter cauſas criminales capitis, & membrorum, & cauſas ciuiles, & criminales minores de multa pecuniaria, quod ex Adriano, Leſſio, & aliis *num.* 858. allegatis ad eam confirmandam eſt adductum; & ad ea quæ ex Salone, & Fagundez *à n.* 864. *ad* 867. contra idem fundamentum ſunt obiecta, rectè reſponderi poteſt, non reperiri quidem legem, in qua expreſsè habeatur talis diſpoſitio de bonis fortunæ ob obſeruantiam publicorum iudiciorum, eo tamen ipſo quòd Reſpublica, & Principes ob bonum commune, & ad lites terminandas ſtatuerunt iudices debere iudicare iuxta allegata, & probata, & ſequendo formam iudiciorum publicorum: in cauſis, ſeu negotiis ciuilibus, & pecuniariis conceſſiſſe eiſdem iudicibus poteſtatem

auferendi

auferendi bona ab innocentibus probatis nocenti-
bus iuxta publicas, & iuridicas allegationes, &
transferendi in alios, cùm abſque dubio Reſpu-
blica, & Reges poſſint de bonis fortunæ ciuium,
ex graui cauſa boni publici diſponere; & talis cau-
ſa iuſta, & grauis eſt obſeruatio formæ publico-
rum iudiciorum, ex cuius peruerſione, ſeu inob-
ſeruantia, & pax publica perturbaretur, & lites
nunquam terminarentur. Cùm autem Deus ſibi
reſeruauerit poteſtatem circa vitam, & membra
hominis innocentis, & nullo modo poteſtas in
vitam, & membra hominis competat, niſi in pœ-
nam criminum, non potuit Reſpublica concede-
re iudicibus, vt contra veritatem, & certam, ac
euidentem cognitionem innocentiæ Rei illum ad
mortem, vel membri mutilationem damnarent,
propter obſeruantiam eorundem publicorum iudi-
ciorum.

874. Ex hac autem ſententia, & dictis *ſuprà, num.* 819.
& ſeqq. ad eam confirmandam, primò infert Co-
uarruuias *d. lib. 1. var. cap. 1. num. 9. verſic. quinto* (quem
ſequitur Maſcardus *d. concl. 950. num. 5.*) quod ex
confeſſione veritatis cauſæ iudici ſecretò viua vo-
ce facta à parte non poteſt iudex iudicare, ſi talis
confeſſio non ſit ſcripta apud acta; alioqui erit ini-
qua ſententia, cùm iudex non poſſit ferre ſenten-
tiam iuxta ſcientiam etiam certam, & euidentem,
quam habet vt perſona priuata, & non vt iudex.
875. † Quamuis contrarium, & ſi pars fateatur iudici
in ſecreto cauſæ veritatem, licèt ex actis de veri-
tate non poſſit conſtare, non debere iudicem con-
tra talem confeſſionem vnquam iudicare, ſed poſſe
ex eadem ſecreta confeſſione pronunciare, tradi-
derint Felinus *in cap. cùm venerabilis num. 42. de ex-
cept.* Baldus *in l. 1. num. 6. C. de manum. vind.* Curtius
ſenior *in l. antepenultimam, C. qui admittantur.* Ne-
uizanus *d. num. 121.* & plures alij, quos referunt
Couarruuias *d. verſic. quartò.* & Maſcardus *d. con-
876. cluſ. 950. num. 4.* † Quorum dictum iidem Couarru-
uias, & Maſcardus admittunt, ſi huiuſmodi con-
feſſio ipſi iudici, vt iudici fuerit facta, & non ſcri-
pta in actis, vel ex abſentia, vel negligentia, &
omiſſione Notarij, vel ex alia cauſa; tunc enim
ex ea confeſſione, inquiunt, iudex æquiſſimè pro-
nunciabit, cùm ius litigantium ei non vt perſonæ
priuatæ, ſed vt iudici manifeſtum ſit. Dicit tamen
Couarruuias oportere ſi tali confeſſioni teſtes ad-
fuerint, eos omninò examinari, eorúmque teſti-
monium in acta redigi, quo ſententiæ iuſtitia de-
fendi poſſit, alioqui teſtibus his deficientibus ſen-
tentia ipſius iudicis ex tali confeſſione lata vel ini-
qua iudicabitur ex præſumptione, licèt verè ſit
æquiſſima: vt Felinus, Baldus & alij opinantur;
vel quandoque nulla, aut ex eo, quòd iudex in
ſententia eius mentionem non fecerit, aut ex aliis,
877. quæ notantur *in cap. 1. de ſentent. & re iud.* † Hinc
idem Couarruuias *eodem num. 9. & verſic. quinto,* re-
iicit opinionem Innocentij, & Felini *num. 41. in
d. cap. cùm venerabilis,* Alexandri, & Vincentij *in
l. ait Prætor, §. vltimo.* Baldi, & Saliceti *in l. 3. C. de
ſent. quæ ſine cert. quant.* & aliorum aſſerentium va-
lidam eſſe ſententiam iudicis incertam ex actis,
certam tamen ex inſtrumento in actis non appa-
rente, cuius tamen mentio in ſententia fit. Cuius
contrarium, & eſſe nullam cenſuerunt Butrius *in
d. cap. cùm venerabilis, §. quia verò.* Panormitanus
ibidem num. 48. & plures alij relati ab eodem Co-
uarruuia, teſtante eſſe communem, quam (reii-
ciendo alteram) probat ea ratione quòd inſtru-
mentum non productum in iudicio non dicitur
iudicij cognitum, *l. vltima, C. de fide inſtrum.* de-
clarat tamen hanc communem non procedere, ſi
inſtrumentum iudici, tanquam iudici fuerit pro-
ductum, & ea productio, vel ex abſentia Nota-
rij, vel ex eius omiſſione, ſeu negligentia, vel
inopia teſtium in actis conſcripta non ſit: hoc enim
in caſu dicit idem Couarruuias, quòd ſententia
præſumetur nulla; erit tamen verè æquiſſima, iu-
ſtóque iudicio lata; cui vitio, addit, iudicem poſ-
ſe mederi, ſi teſtibus ea productio probari queat.
Verùm in duobus caſibus prædictis Couarruuiæ
ſententia non videtur re ipſa diuerſa à ſententia
Felini, & aliorum, quam in vtroque caſu appro-
bo, & exiſtimo ſententiam in vtroque caſu non
ſolùm eſſe æquam, ſed nec debere, aut poſſe præ-
ſumi nullam, aut iniquam; ſi iudex in ſententia
mentionem faciat confeſſionis ſibi à parte factæ,
& inſtrumenti ſibi producti, cùm ſtandum ſit iu-
dicis aſſertioni in ſententia cauſam illius expri-
mentis, vt *ſuprà num.* 844. dictum eſt, & ita in
vtroque caſu cum Felino, & aliis ſentit Maranta
diſp. 1. poſt practicam n. 9.

Secundò idem Couarruuias *d. num. 9. verſic. ſex-* 878.
to, infert etiam in cauſis breuioribus, & in mini-
mis, in quibus iudex non confectis actis, nec pro-
ceſſu litigantibus ius dicere, & pronunciare ſo-
let, vt Bartolus, & alij notarunt *in Auth. niſi bre-
uiores, C. de ſent. ex breuic. recit.* non poſſe iudicem
ſententiam dicere ſecundùm priuatam, & particu-
larem ſcientiam aduersùs allegata, & probata;
quia, inquit, tenetur iudicare ex his, quæ vt iu-
dex, non quæ vt priuatus cognouerit; ac proinde
etiam in his cauſis iudex ferre debet ſententiam
ex actorum probationibus; ex allegatis, & pro-
batis, ſeu ex his, quæ ſibi vt iudici manifeſta ſunt,
licèt acta non fuerint conſcripta. † Quamuis con- 879.
trarium, & in cauſis breuioribus, & in quibus iu-
dex poteſt pronunciare in ſcriptis, & ſine ſcriptis,
poſſe iudicem attendere ſuam ſcientiam priua-
tam, & ſecundùm eam iudicare, teneant Felinus
in d. cap. Paſtoralis, §. quia verò, num. 25. de offic. deleg.
& alij relati à Maſcardo *d. concl. 950. num. 13.* & col-
ligitur ex doctrina Bartoli *in d. Auth. niſi breuio-
res,* dicentis in his cauſis minimis ſimplici aſſer-
tioni iudicis credendum eſſe: quod tamen Bartoli
dictum, Couarruuias *vbi ſuprà,* ait eſſe dubium,
& ſaltem intelligendum de his, quæ iudici, vt iu-
dici contigerint, non autem de his, quæ vt priuatus
perceperit. & ita videtur ſentire etiam Maſcardus
num. 14.

Qui *num. 20.* cum Felino *in d. §. quia verò num. 2.* 880.
verſic. 6. limita. (vbi id aduotauit per doctrinam In-
nocentij *in cap. qui contra, de probat.* Bartoli *in l.
huius, ff. de his qui not. infam.* & Baldi *in l. cùm Magi-
ſtratus, C. quando prouocare non eſt neceſſe.*) præfa-
tam regulam de iudicando iuxta allegata, & pro-
bata limitat non procedere, quando probatio
vnum oſtendit completa, & aliud, dum fit. v. gr. ſi
teſtis deponat cum palliditate, & nihilominus
concludenter probet id, ad quod fuit inductus;
tunc enim iudex (aiunt Felinus, & Maſcardus,)
poteſt iudicare ſecundùm id, quod probatio oſten-
dit in fieri, non quòd completa, & ſic iudi-
cabit ſecundùm ſuam conſcientiam. Præ-
dicta de iudice ad quem
ſpectat ſententiam
dicere.

An officialis, & iudex executor teneatur tam in criminalibus, quam in ciuilibus exequi ſententiam quam certò, & euidenter ſcit eſſe iniquam & iniuſtam.

VIdeamus modò de iudice,ſeu officiali, aut Miniſtro, cui mandatur executio ſententiæ latæ, an iſte officialis,qui eſt merus exequutor, poſſit, & teneatur tam in criminalibus, quàm in ciuilibus exequi ſententiam,quam certò,& euidenter ſcit eſſe iniquam,& iniuſtam.

881. Conueniunt in hac difficultate Doctores Officialem, vel iudicem executorem non teneri, nec poſſe exequi ſententiam continentem notoriam iniquitatem, & intolerabilem errorem,nempe ſententiam ſibi, & aliis notoriè iniuſtam, aut notoriè nullam, vt conſtat ex *cap. Paſtoralis. §. quia verò, de offic.deleg.* ita D.Thom. 2.2.*q.*64. *art.*6.*ad* 3. Caietanus *ibid.q.*67.*art.*1.*fin.*Syluester *v.iudex* 2.*q.*6.Angelus *v. iudicare, num.*8. Salon. 2.2. *q.*67. *art.*4. *versùs finem.* Sayrus *lib.*13.*Clauis cap.*8.*n.*17.Sanchez *lib.*6. 6.*conſil.cap.*1.*dub.*18.Trullench *lib.*5. *c.*1. *dub* 3.*n.*16. & *lib.*8.*cap.*1.*dub.*12.*n.*5. & ex Iuriſperitis Gloſſa *in d cap.paſtoralis, verb.ſecus ſi ſciat illam nullam, ibidem* Panormitanus *num.*2.Imola *n.* 4. Felinus *in cap. at ſi clerici,de iudiciis,*Nauarrus *in man.c.*25.*n.*14. & alios allegantes Maranta *diſp.* 1. *poſt pract. num.*24. & 36. Couarruuias *var.lib.*1.*d.cap.*1. *n.*10. Menochius *de arbitr.q.*38.*n.*21.Salzedo *ad practicam Diaz cap.*154. *num.*12. Franciſcus Molinus *de brachio ſaculari c.*11. *num.*39. Auguſt. Barboſa *collect. ad d. cap. paſtoralis num.*14.& Farinacius *in praxi crim. q.*97. *num.*77. & 89. Ratio autem eſt, quia in hoc caſu iudex ſententiæ lator præcipit, ſeu exigit rem apertè iniuſtam; & nulla ex parte executoris poteſt fingi excuſatio, quæ illum à peccato liberet; & alioqui non peccaſſent Martyrum carnifices, qui ſententias intolerabilem errorem, & notoriam iniuſtitiam continentes exequebantur: non enim tenetur ſubditus obedire ſuperiori præcipienti rem apertè iniquam, *cap. quid culpatur* 23. *q.*1. immò obediendo cooperatur iniquitati iudicis, & ageret contra Dei præceptum cui oportet obedire magis, quàm ho-
882. minibus, *Act.*4. † Et adeò verum eſt, non poſſe executorem huiuſmodi ſententiam notoriè iniquam exequi, vt ſi facere tentet, poſſit eidem licitè, & impunè reſiſti perinde, ac priuato vim inferenti: per doctrinam habentem, quòd Officialibus etiam Principis excedentibus in ſuo officio, & malè exequentibus, & cuicunque iudici malè exequenti de iure reſiſti poteſt; quæ doctrina probatur *l. prohibitum, C. de iure fiſci.* & tradunt *ibidem* Gloſſa *verb. reſiſtentibus*, Duennas *reg.* 190. *ampliatione* 8. Menochius *recuperanda remedio* 8. *num.* 9. Maranta *d.diſp.*1.*poſt pract.num.*22.& 36.& communiter Doctores, quos iidem Duennas, Maranta, & Menochius referunt, quibus addo Sanchez alios etiam allegantem *lib.*6.*conſil.cap.*4.*dub.*13.*n.*1. vbi tamen limitat in caſu, in quo inde grauiſſimum oriretur ſcandalum.

883. Conueniunt ſecundò, quòd quoties Officialis, ſeu Miniſter merus executor eſſet dubius, ſeu certò, & euidenter ei non conſtat de iniuſtitia ſententiæ, poteſt, & debet exequi. In dubio enim an res à ſuperiore præcepta ſit honeſta, illi parendum eſt, *d. cap. quid culpatur, & cap. quid ergo* 21. *q.*3. & officialis, ſeu miniſtri merè executoris non eſt diſcutere iuſtitiam ſententiæ, ſed merè exequi. ita in his terminis Syluester, Angelus, Sayrus, Sanchez *locis citatis*, Palaus *tom.* 1. *tract.*4. *diſp.*8. *puncto* 14.*num.*8. Leſſius *lib.*2.*cap.*29.*num.*83. & colligitur ex aliis Theologis. & ita etiam ſentiunt Iuriſperiti. Dynus *in cap. quod quis, de reg. iuris*, Maranta *d. diſput.* 1. *num.* 37. & qui communem concluſionem *num.* 881. poſitam, quòd iudex, ſeu Officialis, cui mandatur executio ſententiæ, non tenetur, nec poteſt illam exequi,quando eſt notoriè iniuſta, vel notoriè nulla, intelligunt quando iniuſtitia eſt notoria notorietate facti, vel iuris inexcuſabili, quæ nullam requirit probationem, aut excuſationem admittit; ſeu nullam habet dubitationem, & offuſcationem; ſecus verò ſi habet dubitationem, diſputationem, & offuſcationem, nam tunc, aiunt, non dici notoriè iniuſtam ad hunc effectum, vt ſit abſtinendum, vel poſſit abſtineri ab executione. ita Felinus *in cap inter cæteras num.* 7. *de ſentent. & re iudic.* Contardus *in l.vnica, limit.*9. *num.* 34. *C. de moment. poſſeſſ.* Boſſius *in tit. de carcerato fideiuſſionibus committendo,num.*17. Maſcardus *de probat. concl.*1102. *n.*27. Farinacius *d.q.*97.*n.*90.& plures alij per Boſſium, & Farinacium allegati.

Controuerſia ergo eſt, quando iniquitas ſententiæ à iudice iuxta allegata, & probata latæ ex ſcientia particulari, & priuatim nota eſt executori, qui certò, & euidenter ſcit eſſe vel nullam,quia certò nouit Reum in actis probatum nocentem, eſſe verè innocentem: vel eſſe iniuſtam, ac tunc poſſit,& teneatur illam exequi.

Et prima ſententia negat, tam in ciuilibus,quàm 884.
in criminalibus teneri, aut poſſe licitè exequi. ita Angelus *d num* 8. motus iiſdem argumentis, quibus probatum eſt iudicem non poſſe tam in cauſa ciuili, quàm criminali damnare Reum, iuxta acta, ſeu ſecundùm allegata, & probata nocentem, quem tamen ſcit eſſe à parte rei innocentem, & quia ſuperiori præcipienti non tenetur, nec poteſt ſubditus obedire, ſi certò ſcit rem præceptam eſſe iniquam, & minus honeſtam. *d. cap. quid culpatur.* & pluribus aliis argumentis hanc ſententiam confirmat Maranta *d. diſputat.* 1. *à numero* 16. *ad* 32.

Secunda ſententia affirmat tam in cauſis criminalibus vitæ, & membrorum, quàm in ciuilibus, & criminalibus pecuniariis merum executorem poſſe, & teneri exequi tam ſententiam à parte rei nullam, vtpote latam ex falſis allegationibus, aut documentis, quàm iniuſtam, quando id non eſt notorium aliis, ſed ſolùm notum certò ipſi exequutori, qui nulla via poſſit ſe commodè excuſare, ſeu liberare ab executione. ita ex Theologis S. Thomas, Caietanus, Syluester, Sayrus, Salon, Sanchez, Trullench locis *ſuprà* allegatis. Aleuſis 3.*p.q.*34. *memb.* 1. *art.* 4. Richardus *quodlib.* 3. *q.*15. & nonnulli alij relati à Sanchez. & ex Iuriſperitis Nauarrus *d. num.*14. Couarruuias *d.cap.*1. *num.*10. Salzedo *d. num.* 12. Locatus *in praxi iudiciaria Inquiſitorum, verb. iudex, verſic. ſed vt rem ipſam melius exploremus.* Simanca *de catholicis inſtit. tit.* 36. *num.*6.& 7. & Farinacius *d. quæſt.*7. *num.*67. 87. 90. & 107.& 108. & *in tract. de hæreſi q.* 186. *num.* 167. & 108. & 169. qui Locatus, Simanca *vbi ſuprà*, & Farinacius *dictis numeris* 90. 107. 108. & 167. & 169. loquuntur in iudice ſæculari, cui mandatur exequi ſententiam mortis contra hæreticum à iudice Eccleſiaſtico latam; quem dicunt teneri, quamuis illi liquidò conſtet eam eſſe iniuſtam, aut nullam, & condemnatum eſſe innocentem.

Primò probatur hæc ſententia ex textu *in d. cap.* 885.
paſtoralis,

paſtoralis, §. quia verò. vbi habetur iudicem ordinarium requiſitum à iudice delegato Sedis Apoſtolicæ, vt ſuam ſententiam exequatur, teneri obſequi, etiamſi ſciat ſententiam eſſe iniuſtam, *& ibidem* affertur ratio, ſcilicet, quòd non cognitio, ſed executio tantùm tali iudici executori demandatur.

Hinc ſecundò probatur, quia iudex, ſeu officialis, cui committitur alterius iudicis ſententia exequenda, eſt perſona publica, & non eſt iudex, ſed executor, & ideo illius ſententiæ iniquitatem expendere vt iudex nequit, ſed debet ſtare ſententiæ publicæ.

886. Tertiò, quia iudex iuſtè damnat innocentem probatum, & conuictum nocentem ex allegatis, & probatis in iudicio iuxta ſententias relatas ſuprà *n.* 817. *&* 857. quando non poteſt aliter eum iuuare; quia tenetur ſequi ſcientiam publicam ex actis habitam; ergo executor, ſeu Miniſter, cui à iudice mandatur executio ſuæ ſententiæ etiam capitis iuxta allegata, & probata latæ, ſi non poteſt abſolutionem ab executione obtinere, nec poteſt ſine graui damno officium deſerere, poteſt, & tenetur contra priuatam ſcientiam innocentiæ Rei talem ſententiam exequi, cùm iudex in tali caſu iuſtè præcipiat; nec obſtet ſcientia priuata Miniſtri, ſeu executoris; quia ſententia ferenda eſt iuxta probata, non obſtante notitia priuata oppoſiti, & executor tantùm vtitur miniſteriali poteſtate à poteſtate publica mota, ſeu vt miniſter, & executor eſt perſona publica, ac proinde debet ſtare ſententiæ publicæ, vt dictum eſt: atque adeò non exequendo mandatum, ſeu præceptum, quia ipſe non habet diſcutere de ſuperioris ſententia; nec ipſe occidit innocentem, ſed iudex, quando iniuſtè aliquem damnat, & teſtes, qui falſis probationibus eum delicti Reum comprobarunt, vt S. Thomas dicit. Confirmatur, quia ſicut iudex, quando lex continet intolerabilem errorem, aut manifeſtam iniquitatem, debet ſecundùm eam iudicare, cùm ipſe non ſit iudex legis, ſed executor tantùm; ita & miniſter, cui iudicis ſententia eſt lex quædam, debet iudicis ſententiam exequi, vbi non continet manifeſtam iniquitatem, quia ipſe non eſt iudex illius proceſſus, & ſententiæ; ſed ſolùm executor. Confirmatur hæc eadem ſententia, quoad ſententiam iniuſtam; quia hæc dum iniuſtitia non eſt in ſe manifeſta, licèt miniſtro priuatim, & ſcientia particulari nota, nec intolerabilem errorem continet, valida eſt, vt docent Nauarrus *d. num.* 14. Caietanus 2.2. *quæſt.* 70. *art.* 4. *ad* 1. & Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia quæſt.* 7. *art.* 4. *ad* 2. ergo miniſter, cuius eſt ſententiam validam exequi, ad id tenetur, quando ſe excuſare non poteſt, cùm non ſit ſuum, iniuſtitiam diſcutere.

887. Extendunt Couarruuias, Locatus, Simanca *locis citatis*, & Farinacius *d. quæſt.* 96. *num.* 90. *&* 108. *& d. quæſt.* 186. *num.* 169. etiamſi officialis exequutor ſententiam eſſe iniuſtam, aut nullam, ex actis ipſis cognouerit, quia merus executor acta legens, & examinans, priuata, & non publica authoritate vtitur, & vt priuata perſona talem ſcientiam adipiſcitur, ex qua ſcientia vtpote priuata moueri non poteſt ad executionem ſuſpendendam, cùm in executione ſententiæ gubernari non debeat ob ſcientiam priuatam, ſed publicam; ſicut iudex in ferenda ſententia non mouetur ex ſcientia priuata, ſed ex publica, quam conſtituunt teſtes, & probationes. hic enim merus executor, licèt aliàs iuriſdictionem habeat, non eſt iudex ad publicam ſcientiam intelligendam ex proceſſu cauſæ viſo, nec is proceſſus ei, tanquam iudici cognitus eſſe poteſt, cùm iudex ipſe qui ſententiam tulit, non teneatur executori, acta, ex quibus ſententiam dixit, oſtendere; vt communiter receptum eſt *in d. §. quia verò, & in cap.* 2. *de exemptionibus in* 6. *& in cap.* 1. *de offic. ordin.* vbi Abbas, & Alciatus ſuper Gloſſam *in verb. publicum.* Alexander, & alij *in l. Magiſtratibus ff. de iuriſdictione omnium iud.* Couarruuias, & Salzedo *locis citatis*, ac proinde iſte executor ſi legit acta, & examinet, hoc facit vt priuatus. Hinc iidem Simanca, Locatus, Salzedo, & Farinacius concludunt iudicem laicum, cui demandatur executio ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici contra hæreticum nunquam poſſe dictam executionem, aut retardare ſub prætextu quòd illi conſtet de iniuſtitia, vel nullitate ſententiæ; quia cùm communiter receptum ſit, iudicem Eccleſiaſticum, qui ſententiam protulit, non teneri executori, acta, ex quibus pronunciauit, exhibere; nec ipſe laicus poſſit de hæreſis crimine directè, aut indirectè cognoſcere, vt habetur *cap. vt inquiſitionis, § prohibemus, de hæreticis in* 6. ſiue iſte iudex laicus dicat, ſe habere notam iniuſtitiam ſententiæ ex proceſſu, ſeu aliunde, & extra proceſſum, ſemper talis notitia eſt particularis, & priuata, illique vt perſonæ priuatæ competit, iuxta quam procedere non poteſt, cùm non vt priuatus, & ſecundùm propriam conſcientiam, & particularem ſcientiam, ſed vt perſona publica, & iuxta allegata, & probata, ſeu ſcientiam publicam.

Aduertunt autem Salon, Sayrus, & Trullench 888.
locis citatis, quòd miniſter, cui à iudice latore demandatur, & præcipitur executio ſententiæ, quæ eſt contra veritatem, quam ipſe priuatim certò nouit, poteſt, & debet vel orare iudicem, vel aliqua alia via licita eniti, quantum commodè poteſt, ne ſibi præcipiatur ſententiæ illius executio, ſed alteri mandetur; ſimiliter ſi videat ſententiam illam non ſolùm eſſe contra veritatem, verùm etiam procedere ex probationibus non ſatis ſufficientibus, neque ſatis conſtare ex proceſſu poterit, & debebit, antequam terminos appellandi excidat, & ſententia illa in rem iudicatam tranſeat, admonere reum, vt appellet, & ei indicare defectus proceſſus, & ſententiæ; & pro illo apud iudicem alium, ſi fieri poſſit, teſtificari. Quòd ſi non appellet, vel quia non ſit locus, vel quia excidit tempus, tunc aiunt eum iuxta ſuprà dicta, & quia ipſe non eſt iudex illius proceſſus, ſed executor, teneri talem ſententiam exequi, etiamſi ſciat procedere ex inſufficienti probatione.

Tertia ſententia loquendo in cauſis criminalibus 889.
capitis, vel membrorum, aſſerit iudicem executorem, & quemcunque miniſtrùm iuſtitiæ, v.g. carnificem, non teneri, nec poſſe licitè exequi ſententiam mortis, vel mutilationis membrorum, quando euidenter, & certò ſcit condemnatum eſſe verè innocentem, & ſententiam ex hoc capite eſſe iniquam, vel eſſe nullam ob non ſeruatum iuris ordinem, vel quia fuit lata à iudice incompetente, & prorſus carente iuriſdictione, quo caſu non ex authoritate publica, ſed ex priuata, & propria Reus condemnatur, quod eſt iniquum. ita ex Theologis Leſſius *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 29. *dub.* 10. *num.* 83. Petrus Nauarrus *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 175. *&* 195. Villalobos *part.* 2. *tract.* 14. *difficult.* 1. *num.* 5. *fine.* Layman *lib.* 3. *tract.* 6. *cap.* 2. *num.* 9. *verſic. ob eandem rationem*, Bonacina *de præcept. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *part.* 2. *num.* 2. & Palaus *dicto puncto* 14. *num.* 7. *&* 8. & ex Iuriſperitis Abbas, & Felinus *in d. cap. paſtoralis §. quia verò, de officio deleg.* Alciatus *num.* 100. *in cap.* 1. *de offic. ordin.* & præter alios infrà allegandos Repertorium inquiſit. *verb.*

executor, verſic. ex prædictis, Conradus Brunus *tract. de hæreticis part.4. cap.15. num.10.12.& 13.* Gundiſſaluus *tract. de hæreticis q.19. num.6.* (quos Simanca, & Farinacius referunt,) & Decianus *tract. crimin. lib.5. cap.25. num.3.& 4.* Probatur ex dictis ſuprà *num.799.& ſeqq.* nam ſicut intrinſecè malum eſt iudicem condemnare, & iubere occidi Reum, quem certò, & euidenter ſcit eſſe innocentem, ita eſt intrinſecè malum ſententiam, & præceptum iudicis exequi, ſi ei, cui præcipiatur executio, euidenter ſit nota Rei innocentia, & ſententiæ iniquitas. Confirmat Leſſius, quia ſubditus certò ſciens bellum eſſe iniquum,& iniuſtum, non poteſt militare (quod eſt ſententiam Principis contra hoſtes exequi,) etiamſi Princeps præcipiat, quia Principis præceptum non poteſt honeſtare pugnationem militis ſcientis iniuſtitiam belli. Ergo ſimiliter miniſter moraliter certus de innocentia, vel iniqua damnatione non poteſt licitè ſententiam exequi. Neque obſtat iniuſtitiam, vel nullitatem ſententiæ non cognoſci, vel minimè cognoſci poſſe ab executore per ſcientiam publicam, ob rationem à Couarruuia, & aliis propoſitam, ſed cognoſci per ſcientiam priuatam; quia hæc priuata cognitio moraliter certa ſufficit, vt exequutor nequeat licitè ſententiam exequi; quia exequeretur rem iniquam, qualis eſt vita, vel membro priuare innocentem. Neque hoc honeſtari poteſt ex ſcientia publica, quæ in errore fundatur, & veritati contraria euidenter cognoſcitur; ſicut pugnatio militis, qui certò moraliter nouit belli iniuſtitiam, non poteſt honeſtari per præce-
890. ptum Principis. † Quare iſte executor, ſeu miniſter poterit reſiſtere iudici volenti illum cogere ad executionem talis ſententiæ iniquæ, vel nullæ, prout dicunt etiam alij Doctores *infrà* pro hac eadem ſententia allegandi. Quamuis ipſi innocenti ſecundùm publicas allegationes,& probationes condemnato non licere ſuæ defenſionis cauſa publicæ poteſtati per vim reſiſtere,& iudicem, aut iuſtitiæ miniſtros interficere, cùm id ſine ſcandalo fieri non poſſit, ſi eius innocentia publicè nota non eſt (quo caſu iuxta dicta ſuprà *num.882.* licita eſſet reſiſtentia) doceant Sotus *lib.5. de iuſt. quæſt.6. art.4.* Couarruuias *d. lib.1. var. cap.2. num.13.* Leſſius alios allegans *d. lib.2. cap.31. num.30.* Suarez *de legibus lib.5. cap.10. num.3.* Fragoſus *de Repub. part.2. lib.5. diſp.12. num.355.* Sanchez *conſil. lib 6. cap.4. dub.17. num.3.* Larrea *allegatione fiſcali 114. fine.* & Layman *d. verſic. ob eandem rationem.* non fore tamen illicitum Reum innocentem damnatum vti mera defenſione, ſi ſcandalum abſit, & alioqui plectendus eſſet morte. ita iidem Doctores, præſertim Sotus, Couarruuias, & Sanch. aientes talem innocentem non poſſe quidem ſe defendere infligendo vulnera miniſtris iuſtitiæ, poſſe tamen citra graue ſcandalum, & citra percuſſionem ſe defendere includendo ſe in locum munitum, & fortè armatis territando miniſtris iuſtitiæ, & dum capitur connitendo ſe eripere etiam pellendo miniſtros, quod genus defenſionis, & reſiſtentiæ multi recentiores docti (quos tacitis nominibus allegat Sanchez *ſuprà*) dicunt non licere, quando damnatus eſt verè nocens. Quòd talis innocens iuxta allegata,& probata in iudicio damnatus poſſit reſiſtere, & ſe defendere abſolutè, docet Valentia *tom.3. diſp.5. q.16. p.2. verſ. Tertiò, nam etiam,*

891. † Hanc tertiam ſententiam exiſtimo probabiliorem, & in praxi ſequendam; & quòd in cauſa criminali iudex executor, ſeu cui demandatur ſententia alterius iudicis executioni mandanda, quando certò moraliter agnoſcit eam ſententiam eſſe iniquam,& iniuſtam, non teneretur, nec debeat illam exequi contra veritatem ſibi notam, ſed poſſit, & debeat ſuſpendere, & reſiſtere, præſertim, ſi executio contineat damnum irreparabile; puta quia ſententia iniuſta ſit de torquendo aliquem, vel de mutilando, aut occidendo, præter Abbatem, Felinum, & Alciatum *locis citatis*, docent Innocentius loco *infrà* allegando, Gigas *de crimine læſæ maieſt. lib.1. tit. qualiter in crimine læſæ maieſt. proced. quæſt.16. n.14.* Maranta *d. diſp.1. num.35.* Boſſius *tit. de foro compet. num.87.* Menochius *de arbitr. lib.1. quæſt.38. num.23.* Ioann. Valerus *d. diff.1. num.5.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. Paſtoralis, num.12.* & plures alij, qoos limitando regulam, quòd executor iudex licèt videat ſententiam eſſe iniuſtam, non poteſt, nec debet illam retardare, cùm nullam habeat cognitionem, refert Farinacius *d. quæſt.97. n.73.*

Huic autem tertiæ ſententiæ non obſtat textus 892.
in d. cap. Paſtoralis, §. quia verò, de officio delegati. ad quem varij intellectus à Doctoribus traduntur. Et primò reſpondetur non eſſe intelligendum, cùm ſententia exequenda non eſt manifeſtè iniuſta, ſed occulta, (vt Caietanus *2.2. q.70. d. art.4. ad fin.* putat,) ſed ad ſummum tantùm intelligi in ciuilibus, ita Innocentius *ibidem num.4.* Gloſſa *ibidem v. etſi ſciat.* & alij Doctores *num. præcedenti*, 881. relati, & expreſsè, & in terminis Petrus Nauarrus *dictis n.175. & 195.* Quamuis infrà *num.206.* intelligat etiam in criminalibus, ſed tantùm quoad capturam,& cuſtodiam, quod idem approbant Trullench *lib.8. cap.1. dub.13. num.9.* & Saytus *d. cap.8. num.27.* qui intellectus non videtur admittendus, cùm textus apertè loquatur de executione ſententiæ, non de præparatoriis ad iudicium, qualia ſunt captura Rei, & eius cuſtodia, nec captura fieri debeat ab executore, ſed
à iudice cauſæ. † Secundò reſpondetur textum lo- 893.
qui de mero executore, qui nullam habet cauſæ cognitionem, & de ſententia iniuſta lata contra ius litigatoris, quæ tranſiuit in iudicatum, ſeu à qua non eſt appellatum, quam licèt iniuſtam, tamen validam executor debet exequi, quia ſpontanea appellationis omiſſio turpitudinem purgat, quæ ſententiæ inerat; argumento *l. ſi ob turpem. ff. de condictione ob turpem cauſ.* cùm enim litigator non appellat, videtur cedere iure ſuo, & agnoſcere ſe Reum, quia ſi putet ſibi fieri iniuriam per ſententiam delegati, debet appellare ad Papam. ita Gloſſa *in d. §. quia verò, verb. etſi ſciat*, Abbas *ibidem in principio.* Maranta *dict. diſp.1. num.36.* Leſſius *d. cap.29. num.91.* Valerus *d. num.5.* & alij. Quare diuerſa eſt ratio de executione præfatæ ſententiæ, & ſententiæ iniuſtæ capitis, & membrorum. nam merus executor debet exequi ſententiam iniuſtam, prout *in d. textu* decernitur, ſcilicet, quæ eſt iniuſta in iis, quæ condemnatus cedere poteſt, vel de quibus Reſpublica diſponere poteſt ob bonum publicum: at cùm in priuatione vitæ, aut mutilatione membri Reus innocens nullatenus cedere poſſit, nec Reſpublica in vitam, & membra hominis extra caſum punitionis criminis poteſtatem habeat, nequit executor, ſi ſententia lata eſt iniuſta, & id ſibi certò notum, executioni mandare.
† Quare eadem Gloſſa *verb. & ſi ſciat, poſt medium,* 894.
habet ſequentia, ſcilicet, *Item nota, quod non ſemper eſt obediendum iudici, ſi euidenter eſt iniquum mandatum ipſius, ſiue contra ius, cap. quid culpatur 13. quæſt.1. ſecus ſi aliàs fuerit iniuſtum, cap. lex æterna, & cap. cùm miniſter 23. quæſt.5. quia hoc præceptum iam non dicitur iniquum, imò iuſtum, id eſt, de rigore iuris inductum,* (ne ſcilicet lites protrahantur, cum publicæ pacis detrimento,) *& ideo eſt exequendum, nam ex quo ſenten-*

tia

*tia lata eſt, licèt iniuſta contra ius litigatoris, à qua non
eſt appellatum elapſo decennio, de iuris rigore mandanda
eſt executioni, quia ſpontanea appellationis amiſſio tur-*
895. *pitudinem purgat*, ita Gloſſa. † Quæ *ibidem* addit
mandandam eſſe executioni ſententiam contra ius
litigatotis in caſu quoque, in quo is contra quem
lata eſt, appellauit ſecundò, & ſuccubuit, hocque
etiam introductum de rigore iuris, vt poſt tres
ſententias omninò debeat iudicatum executioni
mandari, vt ſit aliquis litium finis: quibus in caſi-
bus, ordinarius iudex, cui à delegato Principis com-
mittitur ſententia exequenda, ſciens eſſe iniuſtam,
poſſet tantùm inſtare precibus, ne ſententia execu-
tioni mandetur, non autem violenter reſiſtere.
896. † Quòd ſi iudex executor, ſeu cui à delegato Prin-
cipis committitur ſententia exequenda, ſciat talem
ſententiam eſſe ipſo iure nullam, vt ſi eſſet lata au-
thoritate falſarum litterarum, & ſic à carente iuriſ-
dictione, vt *in cap. ſuper eo, de crim. falſ.* vel obiicia-
tur per falſa inſtrumenta, vel per dolum aduerſarij
fuiſſe latam, vel latam contra ius, ſeu contra legem,
aut iuris ordine non ſeruato, tunc non debere iudi-
cem ſententiam executioni mandare, ſed debere
ſuperſedere, & admittere Reum ad probandas di-
ctas exceptiones, tradunt eadem Gloſſa *ibidem*, Ab-
bas item *ibidem*, Valerus *d. num.* 5. Marauta *d. diſp.* 1.
num. 36. *&* 37. Menochius *de arbit. lib.* 1. *d. quæſt.* 38.
à num. 11. *ad* 19. & plures alij, quos refert, & ex
parte ſequitur Farinacius *dict. quæſt.* 97. *num.* 76. 91.
& 93. Addens ex Angelo *conſil.* 276. *num.* 6. ratio-
nem, ſcilicet, quia ſententia iure nulla, non dicitur
897. ſententia, *l.* 4 *§. condemnatum ff. de re iudicata.* † Quam-
uis in hoc caſu non conueniant Doctores, an iudex
executor poſſit ſuper prædictis exceptionibus in-
ducentibus nullitatem ſententiæ iudicare, & de ea-
dem nullitate pronunciare. Nam aliqui affirmant,
Imola *in l. à Diuo Pio, de re iudicata*, Vrſillus *ad de-
ciſ.* 24. *Afflicti num.* 13. Maranta *d. diſp.* 1. *num.* 26. &
alij, quos Maranta *ibidem*, Menochius *d. q.* 38. *num.* 17.
& Farinacius *d quæſt.* 97. *dictis num.* 76. *&* 91. refe-
runt. Alij verò aiunt non poſſe ſuper dictis exce-
ptionibus, & nullitate iudicare, ſed tantùm debere
admittere dictas exceptiones, & ſi viderit illas im-
pugnare ſenteotiam, & poſſe impedire executio-
nem, debere remittere ſuperiori, ſeu ſuo iudici iu-
dicandas. ita Gloſſa *d. v. etſi ſciat*, Bartolus *in dict. l. à
Diuo Pio num.* 9. Menochius *d. quæſt.* 38. *num.* 14. &
plures alij, quos allegat, & ſequitur Farinacius *dict.*
898. *quæſt.* 97. *num.* 76. *&* 91. † Qui etiam *iiſdem numeris,
& num.* 92. ex Lopez *ad dictum cap.* 154. *practica Diaz
num.* 4. & aliis declarat executorem tunc tantùm
debere ſupraſedere executioni, & admittere oppo-
ſitiones, ſeu exceptiones, quibus Reus intendit
oſtendere ſententiæ nullitatem, quando de nullita-
te in promptu appareat; ſecus verò ſi requireret al-
tiorem indaginem.
899. Et ex his conſtat neque etiam in ciuilibus, &
vbi non agitur de damno irreparabili, iudicem exe-
cutorem, cui à ſuperiori, vel à delegato ſuperioris,
vel ſit iudex laicus, à iudice Eccleſiaſtico fit com-
miſſio, vel iuſſio aliquid exequendi, ſi videt rem,
ſeu ſententiam executiooi mandandam eſſe ini-
quam, & iniuſtam, non teneri ſemper illam ſtatim
exequi, ſed aliquando, & ſæpe poſſe executioni ſu-
perſedere, & reſiſtere, & cognoſcere de iniuſtitia
ſaltem ad effectum remittendi negotium ad ſupe-
riorem, ſeu ad ſuum iudicem. Verùm quando, &
quibus in caſibus iudex executor datos teneatur,
vel non teneatur obtemperare ſtatim ſuperiori, vel
eiuſdem Legato, aut cognoſcere, vel non cognoſcere
poſſit ſuper exceptionibus, quibus Reus intendit
impedire executionem ſenteotiæ, ſeu commiſſionis
exequendæ, non eſt hic locus latiùs pertractandi: &
videri poſſunt Menochius *d. quæſt.* 38. Maranta *dict.
diſp.* 1. Boſſius *de foro competenti*. Lopez *ad d. cap.* 154.
num. 12. *& ſeqq.* & Farinacius *d. q.* 97. *per totam*, qui
cumulat alios de eadem re ſcribentes.

SVMMARIVM.

901 *Iudex inferior tam in cauſis criminalibus, quàm in ciuilibus ex priuata ſcientia, qua certò ſcit aliquem eſſe criminoſum, vel debitorem, non poteſt illum condemnare, ſi iuxta allegata, & probata probetur innocens, vel non debitor.*

Ratio diuerſitatis, cur iudex poſſit liberare Reum iuxta allegata nocentem, quem priuata ſcientia nouit eſſe innocentem, non autem criminoſum, vel debitorem à parte rei, ſed iuxta allegata innocentem ex priuata ſcientia non poſſit condemnare, ibid.

Princeps teſtis æquiualet pluribus teſtibus in teſtamentis, & contractibus, & ſolus ſufficit ad ſolemnitatem, ibidem.

903 *Iudiciorum ſolemnitates alia ſunt de iure naturali, alia de iure poſitiuo.*

904 *Citatio partis, & probatio cauſæ per teſtes legitimos, aut ſcripturas authenticas, ſunt de iure naturali, & 907. & 909.*

Citatio non propter ſe, ſed propter defenſionem iure gentium eſt inducta, n. 908. & 912.

905 *Reliquæ ſolemnitates, vt accuſatio, proceſſus, &c. ſunt de iure poſitiuo.*

906 *Reum non citatum, & inauditum, & omiſſis ſolemnitatibus iuris poſitiui, iudex inferior tam in criminalibus, quàm in ciuilibus non poteſt condemnare, etiamſi ſciat certa ſcientia priuata eum eſſe criminoſum, vel debitorem.*

Princeps ſupremus poteſt quidem in iudicando, & condemnando omittere ſolemnitates iuris poſitiui, ſed non poteſt condemnare aliquem non citatum, & inauditum, cuius crimen, aut debitum Principi priuata ſcientia notum ſit, ſi ſit penitus occultum, & improbabile in iudicio, dict. num. 903. 907.

908 *Citationem, quatenus eſt neceſſaria ad ſui defenſionem, Princeps non poteſt tollere etiam de plenitudine poteſtatis.*

Quod ſecundùm aliquos procedit ſolùm in criminalibus, ſecundùm verò magis communem etiam in ciuilibus, ibid.

Citationis defectus eſt inſanabilis, ſeu reddit ſententiam nullam nullitate inſanabili, ibid.

Citatio vt omitti poſſit, ſtatuto induci non poteſt, ibid.

Reſpublica, ſeu populus poteſt dare Principi auctoritatem omittendi citationem, & ſolemnitates iudiciorum iuris naturalis, & gentium, & vt ex priuata tantùm ſcientia abſoluere, & condemnare poſſit, ibid. fine.

An de facto contulerit, n. 914. & 912.

910 *Grauiter peccat Princeps cum obligatione reſtituendi, qui ſola ſcientia priuata omiſſa citatione, vel etiam contra allegata, & probata in proceſſu condemnat aliquem ad mulctam pecuniariam, vel illum honoribus, aliiſve bonis temporalibus non ad nutum amouibilibus priuat.*

911 *Iudex tam inferior, quàm ſupremus certò ſciens aliquem eſſe debitorem alteri, qui non poteſt debitum probare*

Digitized by Google

probare in iudicio poteſt, & debet cogere debitorem ad ſoluendum debitum.

912 *Princeps ſupremus ex iuſta cauſa poteſt tutè etiam in foro animæ tam in criminalibus, quàm in ciuilibus tollere citationem, & contra inauditum procedere, & ſententiam ferre, & 914.*

Princeps ex cauſa iuſta poteſt tollere defenſionem, d.num.912.

913 *In his cauſa quæ ſunt iuris naturæ per leges, & ſupremos Principes ex iuſta cauſa diſpenſari poteſt.*

Summus Pontifex ex iuſta cauſa, & magna poteſt diſpenſare cum bigamo, ibid.

914 *Princeps tollens citationem ſine iuſta cauſa peccat; ſententia tamen lata in foro externo non erit nulla, niſi ex confeſſione ipſius Principis notorium eſſet ſententiam fuiſſe iniuſtam.*

915 *Negatio, ſeu particula negatiua prepoſita verbo* poteſt*, importat neceſſitatem, & negat omnem potentiam, & num.909.*

917 *Principi aſſerenti ſe ex iuſta cauſa motum proceſſiſſe, & ſententiam tuliſſe ſine citatione, an in dubio ſit credendum, & præſumendum adfuiſſe iuſtam cauſam, negatiua.*

918 *Affirmatiua.*

In his, quæ ſunt iuris poſitiui, & in quibus Princeps habet liberum arbitrium, ſcilicet, poteſt facere etiam ſine cauſa, in dubio præſumitur feciſſe ex iuſta cauſa; ſecus in ijs, quæ ſunt iuris diuini, vel naturalis, vel gentium, & in quibus Princeps non habet liberum arbitrium, d.num.917.

Contrarium, & in omnibus in dubio præſumendum Principem motum fuiſſe ex iuſta cauſa, dict. num.918.

919 *In antiquis creditur Principis aſſertioni, etiam quoad ea, quæ ſine cauſa facere non poteſt.*

920 *Princeps in priuata ſcientia, quæ ſibi certò conſtat, aliquem eſſe criminoſum, poteſt illum non citatum, & inauditum ſecretò occidere, ſi crimen ſit atrox, & expediat Reipublicæ auctorem puniri.*

921 *Item ſi certò nouit aliquem, vel aliquos aliquod graue damnum in eundem Principem, vel Rempublicam, aut innocentem machinari, nec aliter malo occurri poſſit.*

952 *Item omiſſa citatione poteſt Princeps condemnare Reum, quando conſtat eum non habere legitimam defenſionem.*

923 *Item cùm crimen occultum eſt probabile in iudicio.*

924 *Præſertim ſi in iudicio probatio fieri non poſſit abſque graui incommodo, vel infamia, vel rebellionis, aut perturbationis Reipublicæ.*

925 *Item quando crimen eſt notorium, vt appareat delinquentem non poſſe habere defenſionem, & excuſationem.*

Notorietas delicti, & delinquentis excludens omnem excuſationem, habetur loco accuſatoris, aut denunciatoris, & teſtium, ibid.

In notorijs delictis, ſi nulla poſſit eſſe delinquentis excuſatio, iudex etiam inferior abſque licentia Principis poteſt procedere ad punitionem, omiſſa citatione, & non ſeruato iuris ordine, atque ſine vlla ſolemnitate, ac etiam proceſſu, vt fieri ſolet, & licitè poteſt contra publicos, & famoſos viarum aggreſſores, & alios publicos criminoſos, ibid.

926 *Contra delinquentem coram iudice ſedente pro tribunali, vel repertum in flagranti, ſi non poſſit habere aliquam excuſationem, poteſt à iudice omiſſa citatione, & proceſſu procedi vſque ad executionem, & 929.*

928 *Secus ſi delinquenti notoriè, vel reperto in flagranti poſſet competere aliqua excuſatio.*

929 *Delictum notorium vtplurimum poteſt habere aliquam excuſationem, ibid.*

Aliqua tamen delicta nullam habent excuſationem.

930 *Edictum generale habet vim citationis ſingularis, & particularis.*

Iudex præſertim ſupremus, an tam in criminalibus, quàm in ciuilibus licitè poſſit condemnare aliquem, quem certò ſcit priuata ſcientia criminoſum, vel debitorem, in iudicio tamen probatum innocentem, & non debitorem. Vbi an Princeps poſſit licitè contra Reum non citatum, & inauditum procedere, & illum condemnare.

SEd nunquid ſicut iudex tuta conſcientia poteſt, immò iuxta ſententiam, de qua ſuprà *num.798. & 857.* tenetur liberare reum ſibi euidenter innocentem, iuxta tamen allegata, & probata nocentem; ita ne etiam poteſt condemnare, quem certò nouit eſſe reum, & nocentem, ſeu debitorem, cùm tamen iuridicè ex allegatis in actis probetur innocens.

Conueniunt Doctores iudicem in diſtribuendis 900.
officiis, in diſpenſationibus, & aliis, quæ ipſius arbitrio committuntur, non teneri probata per teſtes, aut alia documenta ſequi; ſed veritatem, quam ipſe de meritis, vel demeritis cuiuſque habet; ac proinde non debet diſpenſare propter teſtimonia, aut dicta aliorum, quando ipſe pro certo nouit impedimentum occultum, in quo vel non cadit diſpenſatio, vel non poteſt, aut non debet diſpenſare. ita Doctores ſuprà *num.868.* relati per iura *ibidem* adducta, plures alij, quos refert, & ſequitur Gabriel *comm.concl lib.2. tit.de citatione, concl.1, num.25.* Quibus additur ratio, ſcilicet, quia in conferendis officiis propriè non eſt iudex, ſed diſtributor, teneturque illa diſtribuere pro meritis, quæ non ex teſtium dicto, ſed à parte rei petenda ſunt; quare potiùs ſuæ certæ ſcientiæ, quàm dictis teſtium ſtare debet; ſimiliter in diſpenſationibus, cùm diſpenſatio malè facta non ſit valida, quando illa non poteſt à parte rei vel fieri, vel bene fieri, non eſt facienda, quicquid teſtes dicant, quia etiamſi fiat, ſi deſit authoritas, non eſt diſpenſatio, ſed deceptio potiùs conſcientiarum; & ſi fiat ab habente poteſtatem, quando tamen licitè aliqua de cauſa fieri non poſſit, nullo modo concedi debet, cùm nulla ex cauſa peccandum ſit.

Conueniunt ſecundò iudicem inferiorem tam in 901.
criminalibus, quàm in ciuilibus, non poſſe condemnare eum, quem ipſe ſcientia priuata ſecretò ſcit eſſe Reum, ſed opinione, & ſcientia publica, ac iuxta allegata, & probata eſt innocens. ita Doctores tam Theologi, quàm Iuriſperiti relati ſuprà *num. 798. & 817.* & alij omnes *infra* allegandi aſſerentes eundem inferiorem, immò etiam iudicem ſupremum, ex ſola ſua ſcientia priuata non poſſe condemnare aliquem non citatum, & non auditum, & publicè habitum innocentem, quia iudex inferior eſt omninò ſubiectus legibus iudiciorum publicorum, quibus derogare non poteſt, ac proinde ſi ex ſola priuata ſcientia condemnaret aliquem apud alios, & iuxta allegata, & probata innocentem, illum condemnaret vt perſona priuata, & non vt iudex, quod ei non licet; atque adeò iniuſtitiam cum obligatione damni reficiendi committeret. Neque ex eo, quòd iudex poteſt, & tenetur abſoluere, ſeu liberare

reum

reum ſcientia priuata cognitum nocentem, iuxta dicta *d. num. 798. & ſeqq.* conuincitur, ſeu infertur poſſe condemnare ſcientia priuata criminoſum, qui ſit probatus innocens; quia abſoluere criminoſum, ſeu nocentem priuata ſcientia talem cognitum non habet inſeparabilem malitiam (immò pietatis opus eſſe poteſt;) ſicut habet occidere innocentem, vt ſuprà *num. 799. & ſeqq.* oſtenſum. Præterea ad liberandum aliquem innocentem à morte, vel ab alio malo, non eſt neceſſaria publica authoritas, ſed priuata authoritate liberari, & defendi poteſt proximus, ac debet; ac proinde iudex poteſt, & debet abſoluere, ſeu non condemnare re vera innocentem, quia id non facit authoritate publica, ſed priuata, obligante ad id priuata charitate, & iuſtitia commutatiua: condemnare autem reum nunquam poteſt, niſi authoritate publica, quæ illi ſolùm conceſſa eſt, dum in iudicando ordinem iudiciorum publicorum ſequitur, & ſeruat, quem iura, & leges præſcripſerunt à iudicibus obſeruanda, ne ſi ex priuata ſcientia liceret aliquem condemnare, iudicibus relinqueretur occaſio peruertendi iudicia publica, & condemnandi innocentes ſuo ſimplici dicto, & teſtimonio affirmando, ſe id ſcire, etiamſi non probetur. Quòd ſi dicatur ſic aliquos nocentes non puniri, quia alioqui punirentur. Reſpondetur melius eſſe aliquos nocentes manere impunitos, quàm occaſionem offerre iudicibus puniendi innocentes, quos vellent.

902. Controuerſia ergo eſt, an Princeps ſupremus, qui habet poteſtatem leges condendi, & conditas abrogandi, licitè poſſit tam in criminalibus, quàm in ciuilibus condemnare aliquem, quem certò ſcit priuata ſcientia eſſe criminoſum, aut debitorem, in iudicio tamen, ſeu iuxta ſcientiam publicam, & allegata in actis probatum innocentem; & ſententiam affirmantem tenent, Cynus, Bartolus, Couarruuias, Sanchez, & alij Iuriſperiti *ſuprà num.* 836. & 837. allegati, ob rationem *eodem num.* 837. adductam, ſcilicet, quia Princeps non ligatur legibus à ſe, vel à Prædeceſſoribus relatis, & poteſt circa iuris ſolemnitates in iudiciis ſeruandas diſpenſare; & pro hac eadem ſententia faciunt Doctores tenentes Principem vtentem plenitudine poteſtatis poſſe tam in criminalibus, quàm in ciuilibus contra non citatum, & inauditum procedere, & ſententiam ferre, quos Doctores latè referunt, Gabriel *d. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. num. 13.* Maranta *de ordine iudic. p. 6. tit. de citatione, num. 10.* & Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad cap. 1. num. 9. de cauſa poſſeſſion.* oportet tamen in hoc caſu, vt Princeps palam teſtetur, & publicè propriam, ac priuatam ſcientiam manifeſtet ad euitandum populi ſcandalum, ita Couarruuias, & Sanchez cum aliis *d. num.* 837. relatis. Addit idem Couarruuias Principem in hac ſpecie æquiſſimè facturum, ſi reum ea probationibus, & proceſſu innocentem immunem à pœna iudicauerit, etiamſi ipſe priuatim ſciat eum verè deliquiſſe; niſi delictum ita atrox, ac pernicioſum eſſet, vt maximè expediret Reipublicæ eius auctorem publicè puniri. Eandem poteſtatem non ſolùm abſoluendi, ſed etiam condemnandi iuxta conſcientiam, & ſimplicem veritatem, ſibi certò notam contra allegata, & probata ex falſis teſtibus, vel documentis habere Proreges, & Maiores Magiſtratus aſſerere videntur Guido Papa, & alij Doctores *ſuprà num.* 839. relati. Confirmari poteſt hæc ſententia ex eo quòd Principis teſtimonium, in teſtamentis, & contractibus æquiparatur pluribus teſtibus, ex Molina *de iuſtit. tract. 2. diſp. 129. initio*, & Claro *§. teſtamentum quæſt. 56. verſic. antpen.* vbi volunt teſtamenta facta coram Principe non recognoſcente ſuperiorem, eſſe valida, quamuis fiant abſque alia ſolemnitate; quod conſtat ex *l. omnium, Cod. de teſtamentis*; ergo poteſt condemnare illum ex priuata ſcientia.

903. E contra verò ſententiam negantem Principem poſſe licitè aliquem reum condemnare ex ſola priuata ſcientia, ſi crimen ſit occultum, & improbabile in iudicio, ſeu iuridicè probari non poſſit, ac proinde multò minus poſſe condemnare, ſi iam in iudicio reus ſit probatus innocens, ſuſtinent innumeri alij Doctores mox citandi, qui aduertunt formam iudiciorum publicorum conſtare partim ex his, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini, aut ſaltem gentium apud omnes recepti, partim ex his quæ ſunt inductæ tantùm iure poſitiuo. † Primi generis 904. ſunt, tum prima Rei citatio ad cauſam, vt audiatur, vt poſſit ſe defendere, cùm defenſio ſit iuris naturalis, & diuini, vt dicitur *Clementina paſtoralis §. cæterùm, in fine*, ibi, *defenſionis, quæ à iure naturali prouenit, facultas adimi non valet, de ſentent. & re iudicata*, & conſequenter nemini deneganda: quare & Deus, vt dicitur *cap. qualiter 2. de accuſat.* citauit Adam delinquentem antequam eum priuaret paradiſo pro peccato inobedientiæ, dicendo ei, *Adam vbi es.* Deinde tulit ſententiam condemnationis, ſcilicet, *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Geneſ. 3. & *in Deuteronomio cap. 1.* habetur, *Audite illos, & quod iuſtum eſt, iudicate*; tum quòd delictum, ſeu cauſa probetur per teſtes, aut ſcripturas authenticas antequam fiat condemnatio; hoc enim etiam iuri naturali, & diuino conforme eſt, vt conſtare videtur ex illo Deuteromij 17. *In ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficietur*, & ex *cap. Deus 2. quæſt. 1.* vbi dicitur, *Diuino exemplo monemur, ne diligenter probata, & diſcuſſa cauſa iudicemus.* & infrà, Deus enim cognitor omnium, &c. quibus verbis inſinuatur eſſe ius diuinum, ne ſine probatione aliquis condemnetur. & ex *cap. primò ſemper, ead. cauſ. & quæſt.* vbi ſic dicit Melchiades Papa, *Primum probate, poſtea charitatiuam ſententiam proferte: & quod vobis non vultis fieri, alteri facere nolite*; indicans eſſe ius naturale iuxta illam naturalem legem, *Quod tibi non vis, alteri ne feceris.* & demum ex *cap. nullum 3. q. 5.* vbi Euariſtus Papa, *nullum* (inquit, & loquitur ad Epiſcopos) *ante veram iuſtamque probationem iudicare, aut damnare debemus*, teſte Apoſtolo, qui ait, *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum*, ad Rom. 14. † Secundi generis ſunt 905. reliquæ ſolemnitates iudiciorum, vt accuſatio, terminus ad probandum, vel reſpondendum, & quòd fiat proceſſus per ſcripturam, & publicum inſtrumentum, & cæteræ citationes, præter primam citationem ad cauſam, hæc enim ſunt tantùm de iure poſitiuo, & humano. his notatis,

906. Concludunt primò omnes Doctores huius poſterioris ſententiæ, iudicem inferiorem non poſſe ex ſola priuata ſcientia, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus condemnare nedum Reum non citatum, & inauditum, ſed nec non niſi ſeruatis aliis ſolemnitatibus iudiciorum ſecundi generis, ſcilicet, procedendo per accuſationem, & fabricationem proceſſus, & iuxta allegata, & probata in proceſſu; quia iudex inferior non habet auctoritatem derogandi ſolemnitatibus prædictis iudiciorum, cùm nequeat derogare legibus, in illiſve diſpenſare, vt ſuprà dictum eſt. ita ex Theologis D. Antoninus *3. part. tit. 9. cap. 15. §. 1.* Petrus Nauarrus *de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 180.* Saytus *lib. 12. clauis c. 8. num. 21.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 29. dub. 11. num 91.* Filliucius *tom. 2. tract. 40. cap. 6. num. 172.* Villalobos *tom. 2.*

ſumma

ſumma tract. 19. *diff.*4. *num.*2. Trullench *lib.*8. *cap.*2. *dub.* 33. *num.* 5. & alij. ex Iuriſperitis Couarruuias *lib.*1.*var cap.*1.*num.*7. alij *ſuprà num.*817. & 841. relati. & Clarus *in practica lib.*5.*quaeſt.*8. *num.*5. vbi expreſsè habet, quòd etſi iudex oculis propriis videat aliquem delinquere, non poterit illum condemnare, niſi aliter probetur: & addit, quòd licèt aliqui dixerint, quòd poterit iudex eo caſu delinquentem torquere, tamen contrarium teneri per Doctores. Benè tamen (ſubdit idem Clarus) ex eo quòd iudex videat aliquem delinquere, poterit abſque alia querela, aut denunciatione ſtatim ſuper eo informationes aſſumere, & contra eum procedere; & ſic (inquit) iſte erit vnus ex caſibus, in quibus abſque vlla querela, denunciatione, aut diffamatione præcedente aperitur via iudici ad inquirendum.

907. Secundò concludunt ſupremum Principem, (vt ſunt Papa, Imperator, Reges, & alij Principes non recognoſcentes ſuperiorem,) poſſe quidem iudicare abſoluendo, vel condemnando, omiſſis iudicij ſolemnitatibus ſecundi generis, cùm in legibus ciuilibus, & in iis quæ ſunt ſolius iuris poſitiui, & humani, poſſit diſpenſare; non poſſe verò ex ſola ſua priuata ſcientia ſiue in criminalibus, ſiue in ciuilibus condemnare aliquem non citatum, & inauditum, cuius crimen aut debitum Principi priuata ſcientia notum, ſit penitus occultum, & improbabile in iudicio. ita ex Theologis S. Thomas 2. 2. *quaeſt.* 67. *art.* 2. *ad* 3. (vbi dicit eandem hominem non poſſe eſſe ſimul iudicem, accuſatorem, & teſtem) *ibidem* Thomiſtæ, Syluester *v. iudex* 1.*quaeſt.*5. Caietanus, *v. homicidium, in principio*, Sotus *de iuſtitia lib.* 5.*quaeſt.* 1. *art.* 3. *ad primum.* Petrus Nauarrus *d.cap.*3.*num.*181.193.& 195. Sayrus *d.cap.*8.*n.*22. Leſſius *d.dub.*11. *num.*94. Azorius *part.*1. *lib.*11.*c.*6. *verſic. inſuper peccat.* Sanchez *lib.* 3. *conſil. cap. vnico, dub.*4. Filliucius *d.cap.*6. *num.*175. Fagundez *in Decal. lib.*5. *cap.* 15.*num* 5. Villalobos *d. diff.* 4. *num.*3. Diana *part.*3. *tract.*5. *miſcell reſolut.* 98. Fragoſus *de Repub.Chriſt part.*2.*lib.*4.*diſp.*10. *num.*172. Ioannes Lugo *de iuſtit.tom.*2. *diſp.*37. *num.*51. & *ſeqq.* Trullench *d. dub.*13. *num.*6. & alij apud eoſdem. Ex Iuriſperitis Gloſſa *Extrauag.*1.*de dolo, & contum. verb. non obſtantibus.* Panormitanus & alij *in cap.*1.*de cauſa poſſeſſionis*, Felinus, & Decius *in cap.ex parte* 2. *de offic.deleg.* idem Decius *conſil.*603.*num.*11.& 12 Bartolus *in Extrauag.ad reprimendam, in verb. & in figura, num.*7. *verſic. item quia*, Iaſon *conſil.* 177. *num.*4. Vantius *de nullitate,& defectu citationis, num.*6. Martinus Nauarrus *in ſumma cap.*25.*num.*9. & 10. Couarruuias *practicarum cap.*23.*num.*6. Clarus § *fin.q.*31. *num.*2. Menochius *de arbitr.lib.*1.*quaeſt.*17. *num.*5. & *de præſumpt.lib.* 2.*præſumpt.*48.*num.*12 Pacianus *c.*35. *num.*31 .*lib.*1.*de probat.* Mar. Anguiſol .*conſil.*42.*num.*8. & *conſil.* 135.*num.*7. *volum.*1. Cæuallos *comm. contra comm. quaeſt.*175. *num.* 12. Soarez *in theſauro receptarum, v. citatio, num.*58. Peregrinus *de iure Fiſci lib.*1. *tit.*3.*num.*61. Maranta *de ordine iudiciario p.*4. *diſt.*16. *num.*10.11.& 12.& *part.*6.*num.*10. Cæſar de Graſſis *deciſ.*..*num.*6.& 7.& *deciſ.*8.*de re iudicata*, Rota apud Farinacium *deciſ.*179.*num.*1.& 2.*part.*1. & *deciſ.*474. *num.*1. *part.*1. Ludouicus Rodolphinus *de abſoluta Principis poteſtate*, *cap.*6. *num* 45.& 46. & innumeri alij, qoos Gabriel *comm. concl. lib.*2. *tit. de citatione, concl.*1 .*num.*24.29.34.& 35. Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap.*1. *ex cauſa poſſeſſ. num.*7. Couarruuias, Maranta, & Rodolfinus, & Farinacius *in reper-*
908. *torio iudiciali, quaeſt.*61 .*num.*4. referunt. † Qui Iuriſperiti omnes aiunt Principem de plenitudine poteſtatis non poſſe tollere citationem, non quidem propter ſe, ſed propter defenſionem, quæ eſt iuris naturalis & diuini, cui Princeps etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt derogare; ex quo Rota *locis citatis* cum aliis infert defectum citationis eſſe inſanabilem, ſeu reddere ſententiam prorſus nullam nullitate inſanabili, quia tollit naturalem defenſionem de iure naturali, & diuino competentem. Et neque ſtatuto induci poſſe, vt citatio omitti poſſit, tradunt ob eandem rationem Doctores communiter, quos referunt, & ſequuntur Maranta *dict. diſtinct.* 16.*num.*12. Gabriel *d.concl.*1.*num.*43. Menochius *d.præſumpt.*48.*num.*12. & Farinacius *in repert. iudic. quaeſt.*62.*num.*5. & non ſolùm in cauſa criminali, ſed nec etiam in cauſa ciuili Principem poſſe tollere citationem, cùm ſit defenſio de iure naturæ, docent in terminis præallegati Theologi Mar. Anguiſol. Pacianus, Clarus, Soarez, Rodolfinus *locis citatis*, & alij Iuriſperiti præallegati, qui loquuntur indiſtinctè. Quamuis aliter voluerint Marſil. *in l. vnius* §. *cogniturum, num.*58. *verſic.& iſta maximè, ff. de quaeſt.* & Ioannes Iacob. de Leon. *conſ.*114.*n.*355. dicentes hoc procedere tantùm in criminalibus, non autem in ciuilibus.

Igitur poſita concluſio, quòd Princeps ob priuatam ſcientiam non poſſit tollere citationem, & condemnare Reum inauditum, & non legitimè conuictum, probatur primò ex *d.cap.*1. *de cauſa poſſeſſionis*, vbi Gregorius Papa dicit, *nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.* verbum autem *poteſt*, negationi (qualis eſt dictio *nec*,) præpoſita, importat neceſſitatem, & negat omnem potentiam, vt *ibidem* Panormitanus *num.* 4. Iaſon *in l. Gallus ff. de lib.& poſth.num.*17. Gloſſa *in cap.*1 .*de reg.iur.in* 6. *verſic.non poteſt.* & alij, quos Cæuallos *d.q.*175 .*n.*10. & Auguſtinus Barboſa *de dictionibus, & clauſulis, dictione* 226.*num.*2. referunt. & idem dicitur *d.*§. *caeterùm, Clem. Paſtoralis.* Secundò citatio, qua ex parte neceſſaria eſt ad defenſionem innocentis, & vt ius ſuum vnicuique reddatur, & ad iuſtitiæ miniſterium, eſt inducta iure naturali, (vt aiunt præallegati Doctores, & dicitur *d.*§ *caeterùm*, & oſtendunt dicta *num.*894.) vel iure gentium, (vt aiunt Sylueſter, Sayrus, Leſſius, & Filliucius *locis citatis*) quod idem eſt quod ius naturæ; ius enim naturæ dictat citandam eſſe partem, vt ſe defendat, cùm dictet vnicuique locum ſe tuendi concedendum eſſe. Item ius naturæ dictat, ante ſententiam, ſeu condemnationem plenè, & perfectè eſſe cognoſcendam culpam, vel debiti reatum, quod effici non poteſt, niſi pars citetur, & audiatur, an aliquid habeat, quo à culpa, vel reatu purgetur. Sed à Principe non poteſt ius naturæ immutari, in eòve diſpenſari, vt patet, & iuſtitia ratione naturali miniſtranda eſt, alioqui tyrannidem exerceret Princeps, quia ius ſuum vnicuique non redderet. Tertiò delictum occultum, etſi verum, (quale eſt id quod ſolus iudex nouit,) non eſt humano iudicio ſubiectum, ſed tantùm diuino, cùm ſolus Deus ſit iudex occultorum, vt colligitur ex illo Apoſtoli, *nolite ante tempus iudicare, quoad vſque ipſe veniat, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* & tradunt Canones, *cap. erubeſcant d.* 32. *cap. conſuluiſti* 2. *quaeſt.*4. & *cap. tua nos, de ſimonia*; quibus locis ſermo eſt de occulto, quod teſtibus probari non poteſt, etſi in opus externum prodiit. Id etiam quod eſt priuata ſcientia ſoli iudici notum, cùm ſit occultum, adhuc in humano iudicio Reus negare poteſt æquiuocando, cùm non iuridicè interrogetur, ac proinde ſi nihilominus puniretur, ſeu condemnaretur, ei fieret iniuria, & tolleretur iuſta ſui defenſio; cùm poſſit ſe 909.

defendere

Digitized by Google

defendere quamdiu crimen non eſt probatum, & maximè ſi probari nequeat. Quartò, & vltimò probatur, quia cùm tota Principis poteſtas ſit à Republica, non eſt veriſimile Rempublicam conceſſiſſe, ſeu in Principem tranſtuliſſe ſuam poteſtatem, niſi eo modo, quo ius naturale, aut gentium permittit, & vtile eſt ad bonum regimen, & ad vitandam tyrannidem, ac præcauendum periculum condemnationis innocentium, quod naſceretur ex tam ampla poteſtate liberè damnandi inauditum reiectis teſtibus, & citatione. Quare dato quòd Reſpublica potuerit huiuſmodi poteſtatem liberam facere ſuo Principi, tamen ex eo periculo rectè infertur non conceſſiſſe ſaltem per ſe, & ordinariè. Poſſe autem populum, & Rempublicam dare abſolutè auctoritatem Principi, vt ex priuata tantùm ſcientia abſoluere, & condemnare poſſit, licèt neget Ioannes Lugo *d. diſp.* 37. *num.* 52. affirmant tamen Leſſius *d. cap.* 29. *num.* 97. Filliucius *d. cap.* 6. *n.* 175. & Trullench *d. dub.* 13. *n.* 7. id probantes, quia populus, & Reſpublica poteſt iuri ſuo, quod habet in famam circa occulta, & quod habet, vt de occultis non poſſit ab homine puniri, cedere, & hoc totum in Principem conferre: ſicut de facto in quibuſdam religionibus, inquit idem Leſſius, ſubditi ita ſuo iuri cedunt, vt à ſuis ſuperioribus ex priuata ſcientia puniri poſſint ſaltem modicis pœnis. atque ita in hoc caſu Princeps abſque iniuria, ſeu iniuſtitia, & peccato poterit vti tali iure de occultis, quæ ipſe certò nouit iudicandi, illaque puniendi, dummodo rationabiliter id faceret, & digna ſolùm pœna puniret.

910. Et ex his concluditur multo minus poſſe Principem ex ſola priuata ſcientia condemnare Reum verè à parte rei criminoſum, ex allegatis tamen, & probatis innocentem: etſi hunc probatum innocentem, vel non citatum, & inauditum, & non legitime per teſtes conuictum ob ſolam ſcientiam priuatam condemnet ad mortem, vel mutilationem membrorum, vel ad exilium, vel ad carcerem, vel ad mulctam pecuniariam, vel priuet honoribus, beneficiis, & aliis dignitatibus, à quibus pro ſolo Principis arbitrio quis amoueri non poſſit, teneri ex iuſtitiæ obligatione ad reſarciendum damnum. ita Martinus Nauarrus *d. n.* 9. *verſic. vigeſimoquarto*, Sayrus *d. c.* 8. *n.* 26. *&* 27. P. Nauarrus *d. c.* 3. *n.* 195. Leſſius *d. c.* 29. *n.* 102. Trullench *d. dubio* 13. *n.* 12. Fagundez *d. c.* 15. *n.* 9. 10. *&* 12. & alij, & rationem eſſe aiunt, tum quia quando tertio ſequitur damnũ ex mea omiſſione eius, quod ex officio facere teneor, ex communi Doctorum ſtatim incurritur obligatio reſtitutionis, ac proinde cùm ex omiſſione citationis, & defenſionis debitæ, aut debitæ probationis, quas ex officio, & iure naturæ iudex, licèt ſupremus, adhibere tenetur, alter damnificatur, vltra peccatum, ad reſtitutionem damni ſecuti obligatur. tum quia cùm directè peccet contra iuſtitiam non ſeruando iuris naturalis ordinem, ſequitur quòd ad reſtitutionem teneatur: tum

911. quia eſt iniuſtè cauſa damni dati. † Addunt tamen P. Nauarr. Sayrus, Trullench, & nonnulli alij, quemcunque iudicem, qui certò ſciret aliquem eſſe debitorem alteri, qui non poteſt ſuum creditum probare, poſſe, & debere cogere debitorem ad ſoluendum debitum, quia in hoc caſu (inquiunt) iudex non vtitur iure vindictæ, & poteſtate iudiciali, ſed iure defenſionis rerum proximi ab iniuſto inuaſore, & poſſeſſore, quod etiam priuatus facere poſſet, ſi id eo modo exequi integrum eſſet; ſicut enim creditor ipſe poſſet contra debitorem, vti occulta compenſatione, & tertius aliquis conatum, & operam ſuam præſtare poſſet, vt creditori debita ſatisfactio exhibeatur, ita à fortiori dicendum videtur poſſe iudicem ſuam interponere auctoritatem, vt creditori debita ſatisfactio præſtetur, etiamſi in iudicio probari non poſſit, modò illud iudici notum ſit; etſi non poſſit condemnare reum ad pœnam pecuniariam, vt dictum eſt, eo quia pœna non imponitur niſi crimine probato. ita allegati Doctores, & vniuerſaliter loquendo de cauſis ciuilibus, & de ablatione officiorum, & ſimilibus etiam Lugo *dicta diſp.* 37. *n.* 54. ait Principem habere maiorem poteſtatem ad hoc, vt ſcientia priuata poſſit aliquando condemnare Reum non conuictum, nam cùm rerum ciuium Reſpublica habeat dominium, & poſſit diſponere de his in ordine ad bonum publicum, faciliùs (inquit) poteſt contingere, quòd expediat ad bonum publicum auferre ab aliquo bona, vel officium propter teſtimonium ſolius Principis. Nam ſicut Reſpublica poteſt dare valorem teſtamento, cuius ſolus Princeps fuit teſtis, propter Principis dignitatem tuendam, vt *ſuprà n.* 902. dictum eſt, ita poterit propter eandem rationem transferre dominium ab vno in alium. Hoc autem poſſe Principem in cauſa capitali, negat idem Lugo, quia Reſpublica nullum habet dominium in vitas ciuium, & ideo non poteſt dare maiorem valorem teſtimonio Principis, quàm habeat ex natura rei, & de iure naturæ.

Cæterùm Principem ſupremum ſaltem ex iuſta 912.
cauſa poſſe tutè etiam in foro conſcientiæ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus tollere citationem, ſeu ſine citatione contra inauditum procedere, & ſententiam ferre, docent Gloſſa *in l. is, qui Reipublica, ff. ex quibus cauſis maiores*, in verbis vltimis, Abbas *in dict. cap.* 1 *de cauſa poſſeſſ. num.* 4. Felinus *in cap. quæ in Eccleſiarum, num* 26. *&* 66. *de conſtit.* Decius *in cap. ex parte* 2. *num.* 4. *de offic. deleg.* & alibi Baldus *in l. ceſſante, in princip. C. quomodo & quando iud. & in l. nec cauſas, C. de appell.* Iaſon *in l.* 1. *num.* 9. *verſic. limita ff. de conſtitutionibus Princip.* Alexander *conſil.* 2. *vol.* 1. Vaſquius *de ſucceſſionum progreſſu, in præfatione n.* 99. *ad* 108. *& illuſtrium quæſtionum lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. *& cap.* 31. *num.* 9. *&* 10. *& cap.* 36. *num.* 1. Auguſtinus Barboſa *dict. collectaneo ad dict. cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. num.* 9. *&* 10. & plures alij relati à Cæuallos *d. q.* 175. *num.* 3. *& ſeqq.* Gabriel *d. concl.* 1. *num.* 13. & à Vaſquio *dictis locis citatis*, qui etiam *dict. cap.* 18. *num.* 1. *& dict. cap.* 31. *num.* 10 poſt Alexandrum *in l. cùm mulier, ff. ſoluto matrimonio*, Albert. Roſ. *in l. omnes, in princ. C. de Epiſcop. & cler.* & plures alios ait Summum Pontificem, & ſupremum Principem ex cauſa poſſe tollere defenſionem, & conſequenter citationem, quæ non propter ſe, ſed tantùm propter defenſionem à iure naturali, ſeu gentium inducta eſt. Huius igitur rei rationem eſſe aiunt, quia licèt citatio, quatenus importat iuſtam defenſionem, regulariter tolli non poſſit, nullum tamen eſt inconueniens, quòd occurrentibus iuſtis circunſtantiis, & cauſis, quæ ceſſare faciant rationem illam iuſtæ defenſionis, à lege, vel à Principe tolli poſſit citatio, & defenſio, quamuis ſit iuris naturalis; ne alioqui, inquit Vaſquius *dict. num.* 9. *&* 10. id ius naturæ inſitum ad iuuandum incipiat eſſe noxium. † Et in his quæ ſunt 913.
iuris naturæ per leges, & ſupremos Principes ex cauſa, puta ob neceſſitatem, communemque hominum vtilitatem diſpenſari poſſe ſcribunt Doctores *in §. ſed naturalia, Inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili, & in l. vt vim ff. de iuſtit. & iure*, per textum vbi Gloſſa *in l. ius ciuile. ff. eod.* Turrecremata *in cap.* 1. *diſt.* 5. & alij per Vaſquium *in d. præfat. num.* 108. allegati. & faciunt tradita per Doctores ad textum *in cap.* 2. *& in cap. nuper, & in cap. vltimum, de bigamis*: vbi

probatur non poſſe Summum Pontificem contra
Apoſtolum cum bigamo diſpenſare:quod declarant
intelligi ſine magna,& iuſta cauſa,vt notarunt Sua-
rez *de cenſuris diſp.46.n.6.* & Sayrus *eod. tract. lib.6.*
914. *cap.6.n.2.& 3.* † Confirmat Vaſquius præfatam po-
teſtatem tollendi citationem,& Reum non citatum
condemnandi , ſi iuſta ſubſit cauſa,quia cùm popu-
lus ſeu,Reſpublica omne ſuum imperium,omnemq;
poteſtatem Principi contulerit quoad gubernatio-
nem omnium ſubditorum, & quoad iuſtitiã eis red-
dendam *l.1.ff. de conſtit. omn. Princ.& §.ſed & quod
Principi, Inſtit. de iure natur.* & ſub hac commiſſio-
ne , ſeu conceſſione tam citatio, quàm reliqua om-
nia, quæ ad cauſam inchoandam, proſequendam,&
finiendam pertinent , contineantur , ſequitur , vt ſi
Princeps voluerit , poſſit parte non citata cauſam
terminare, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus,&
erit tutus in foro conſcientiæ etſi ex cauſa iuſta mo-
tus citationem prætermiſerit ; ſecus verò ſi ſine iu-
ſta cauſa,nam tunc peccabit.Dicit tamen idem Vaſ-
quius , quòd ſententia ſic omiſſa ſine iuſta cauſa
citatione partis lata in foro contentioſo non erit
nulla , ſed valebit , licèt ſit iniuſta , ſi Princeps di-
xerit , ſe ex cauſa iuſta, quæ animum ſuum mone-
bat,omiſiſſe citationem , quia vt ſententia à iudice
iuris ordine ſeruato lata præſumitur iuſta , *l.res in-
dicata ff.de re iudicata*; ita etiam ſententia iuris or-
dine non ſeruato à Principe ſupremo lata iuſta præ-
ſumitur;niſi(addit idem Vaſquius *d.præfat.num.*106.)
notorium eſſet etiam ex confeſſione ipſius Prin-
cipis ſententiam fuiſſe iniuſtam. Nam tunc , in-
quit, non valeret, non quidem eo , quòd citatio
omiſſa fuiſſet , ſicque minus rectè ſententia lata
eſſet,(nam eo ipſo quòd à Principe fertur,ritè , ſa-
tiſque ſolemniter lata videtur ,) ſed eo quòd Prin-
cipibus poteſtas ad bonum , non ad malum,ad iu-
ſtitiam, non ad contrarium data fuiſſe intelligitur.
915. Neque prædictis obſtat negatiua illa , *nec nos* , de
qua *in dict. cap.1. de cauſa poſſeſſionis* , quam præpo-
ſitam verbo *poteſt* , dictum eſt ſuprà *n.* 909. negare
omnem potentiam , & conſequenter omnem po-
teſtatem Principi contrarium faciendi. Nam ex
prallegatis Doctoribus reſpondetur non proce-
dere , quando aliqua cauſa occurrit, quæ faciat ceſ-
ſare legis naturalis obligationem , & dictet nullam
ſubſiſtere legitimam defenſionem , reſpectu cuius
tantùm citatio ad ius naturale pertinet.
916. Non obſtat etiam præallegata *Clement. Paſtora-
lis §.caterùm , de re iudicata.* Primò enim reſponde-
tur , quòd Imperator ibi ideo non potuit procede-
re ſine citatione , quia procedebat contra non ſub-
ditum ſibi principaliter ; quare ibi Imperatoris ſen-
tentia damnata eſt per Papam potiſſimum ex de-
fectu iuriſdictionis ipſius Imperatoris. ita Baldus
in l.neque cauſa , num.4. C.de appellat. Vaſquius *in
dict. præfat. num.*107. Secundò quatenus dictus tex-
tus ait, quòd etiam in ſubditum non debet,ſeu non
poteſt per Principem ſine citatione procedi , eo
quòd contra ius naturale ſit procedere ſine cita-
tione ; reſpondetur intelligi de poteſtate ordina-
ria , id eſt , non poſſe ita facilè , nec regulariter , &
ordinariè , de plenitudine tamen poteſtatis ex cau-
ſa iuſta poſſe ; quia ex cauſa iuſta poteſt per Prin-
cipem , & leges ex diſpenſatione fieri aliquid con
tra ea , quæ ſunt iuris naturæ , iuxta tradita iura,
& Doctores , de quibus *ſuprà num.*913. ob ratio-
nem allatam , ne ius naturæ inſitum ad iuuandum
incipiat eſſe noxium. ita Hoſtienſis , & Ioannes
Andreas *in dict. cap.1.de cauſa poſſeſſ.*& Iaſon *in l.ne
quidquam , in princip. num. 29. ff. de officio proconſulis*,
Vaſquius *in dict.præfat.num.*108. & Auguſtinus Bar-
boſa *dict.num.*10. Quare etiam non obſtat quòd di-
cebatur non eſſe veriſimile Rempublicam com-
municaſſe Principi hanc poteſtatem procedendi
ſine citatione ; nam cùm Reſpublica potuerit com-
mittere, vt conſtat ex dictis *num.*909 *fine* , dicen-
dum commiſiſſe tam quoad forum conſcientiæ,
quàm quoad contentioſum,quoties Princeps agno-
ſcit eſſe cauſam id faciendi iuſtam. Immò cùm Reſ-
publica omne imperium in Principem contulerit
abſolutè , etiam hanc poteſtatem procedendi ſine
citatione illi conceſſit , iuxta dicta *num.*914. licèt
tuta conſcientia non poſſit illa vti niſi ex iuſta
cauſa.
An autem Principi aſſerenti,ſe ex iuſta cauſa mo- 917.
tum velle procedere , vel proceſſiſſe ſine Rei cita-
tione , fides debeat adhiberi , ſeu in dubio præſumi
debeat iuſtam cauſam ſubſiſtere,ob quam Princeps
moueatur,vel motus ſit? Communis opinio Docto-
rum eſt, quòd licèt ſit regula generalis, quòd quan-
do Princeps aliquid facit,vel diſponit,in dubio præ-
ſumatur iuſta cauſa, ſeu Principem ex iuſta cauſa fe-
ciſſe,vt latè tradit poſt alios Menochius *de præſumpt.
lib.2.præſumpt.*10.*n.*2.*& ſeqq.*(immò pro quolibet iu-
dice ita præſumendum ſit,iuxta dicta ſuprà *n.*844.)
hoc tamen eſſe verum ſolùm , quando Princeps diſ-
ponit in his, quæ ſunt de iure poſitiuo, & quæ per-
tractare poteſt Princeps liberè,etiam ſine cauſa;non
verò quando diſponit in iis , quæ ſunt iuris diuini,
vel naturalis, vel gentium, & quæ Princeps ſine iu-
ſta , & legitima cauſa non poteſt licitè facere , ſeu
in quibus Princeps non habet liberum arbitrium.
ita Doctores quos cumulant Menochius *dict. præ-
ſumpt.*10.*num.*52. & Cæuallos *comm.contra com quæſt.*
529. *num.*5. iidem Cæuallos *ibidem* , & Menochius
*eadem præſumpt.num.*65.Molina *de primog lib.2.cap.7.
num.*33. Auguſtinus Barboſa nonnullos alios alle-
gans *collectaneo ad dict. cap.1. de cauſa poſſeſſ.num.*11.
Quæ communis ſententia probatur, tum quia alio-
qui nulla eſſet differentia inter diſpoſitionem Prin-
cipis in iis , in quibus habet liberum arbitrium , &
diſpoſitionem in iis , in quibus non habet liberum
arbitrium , ſed abſque legitima cauſa licitè diſpo-
nere non poteſt. Tum,quia omnis diſpoſitio à Prin-
cipe facta contra ius diuinum,vel naturale, vel gen-
tium eſſet valida ; tum quia adeſt regula *l. ſi dona-
tione , C. de collat. & l. ſi fortè , ff. de caſtrenſ. peculio.*
quòd quando quis non poteſt facere aliquid ſine
iuſta cauſa , illa cauſa debet probari ab eo , qui fa-
ctum allegat ; quam regulam habere locum etiam
in Principe , tradunt Innocentius *in cap. penult. de
dilat.* & alij à Menochio *vbi ſuprà num.*53. relati. ob
eam rationem , quòd quando Princeps ſine iuſta
cauſa aliquid facere non poteſt , priuatæ perſo-
næ æquiparetur ; & quia aliàs lex, quæ vult in præ-
dictis adeſſe cauſam diſponendi , facilè eluderetur
exprimendo aliquam cauſam , quæ tamen re ipſa
non eſſet vera. † E contra verò alij Doctores (licèt 918.
ſit minus communis opinio.)volunt etiam in diſpo-
ſitione à Principe facta contra ius diuinum,natura-
læ,aut gentium,& circa ea,quæ non poteſt licitè fa-
cere,vel concedere abſque iuſta,& legitima cauſa,in
dubio præſumendum eſſe iuſtam cauſam,ſeu creden-
dum Principi,ſaltem quando aſſerit ſe iuſta,& legi-
tima cauſa motum.ita Cyrus *in l.reſcripta,q.3.& 4.C.
de precibus Imperatori offerendis* , *ibidem* Baldus *n.* 10.
Bartolus *in l. fin. C. ſi contra ius , vel vtilitatem publi-
cam.* Alciatus *in tract. de præſumpt. reg.3. præſumpt* 8.
*num.*8.& plures alij,quos Menochius *d præſumpt.*10.
*num.*55.& Cæuallos *d.q* 529.*n.*4. referunt. Et in his
terminis

terminis Principis procedentis ſine citatione Ale-
xander *conſ.1.col.7.verſic.& qui not.Bald.&c.vol.*1. &
Vaſqoios *in d.præfatione n.*104. idque ob eam ratio-
nem,quòd ſupremus Princeps in terris vices Dei ge-
rens præſumatur iuſtitia plenus,& verax,ac proinde
illi aſſerenti ſe eſſe motum iuſtis de cauſis ad aliquid
agendum, vel concedendum,in dubio ſemper præ-
ſumendum, & credendum ita eſſe; quæ tamen ratio
à Menochio non approbatur, niſi quoad ea, quæ
919. Princeps liberè facere poteſt. † Addit tamen idem
Menochius *d. præſumpt.*10.*n.*64. poſt alios priorem
opinionem communem non procedere in antiquis,
in quibus ait credi aſſertioni ipſius Principis etiam
quoad ea,quæ ſine cauſa facere non poteſt.

920. Porrò quòd Princeps ex priuata ſcientia,qua ſibi
certò conſtat aliquem eſſe criminoſum,poſſit illum
non citatum,neque auditum ſecretò occidere,ſi cri-
men ſit atrox, & expediat valde Reipublicæ aucto-
rem puniri,vt ſi quis vim Reginæ,vel filiæ Regis in-
tuliſſet,vel aliud crimen læſæ maieſtatis graue com-
miſiſſet; & ſolus Rex id cognoſcat, præter Couar-
ruuiam, & alios *num.*902. relatos, putant probabile
etiam Leſſ.*d.dub.*11.Filliuc.*d c.4.n.*175.& Trullench
*d.dub.*13.*n.*7. (etſi improbabile putet Lugo *d.n.*51.)
quia in tali caſu videtur Reſpublica conſentire, &
iuri ſuo cedere,iuxta dicta ſuprà *n.*909. *fine.* & præ-
ſertim talis criminoſus poſſet occultè à Principe in-
terfici,ſi periculum foret,vt ſimile crimen eſſet per-
petraturus,nec alio modo poſſet occurri, quia tunc
occiſio haberetur vt iuſta defenſio, iuxta mox di-
cenda.

921. Igitur ſi ſoli Principi quoque priuata ſcientia no-
tum certò eſſet aliquem, vel aliquos in Principem
ipſum coniuraſſe, vel aliquod graue damnum in
Rempublicam, vel innocentem machinari, nec ali-
ter malum vitari poſſet,tunc iuxta omnes Doctores
(excepto Ioanne Lugo *d.diſp.*37.*n* 52.) poſſet Prin-
ceps capita coniuratorum,& authorem criminis per-
petrandi ſecretò,& abſque citatione occidere,nem-
pe veneno, aut alia via interficere; tum quia etiam
in hoc caſu cenſetur Reſpublica ob vtilitatem pu-
blicam conſentire: tum quia hoc rationem potius
habet iuſtæ, & neceſſariæ defenſionis, quàm iudi-
ciariæ poteſtatis.ita Leſſius, Filliucius, Diana Say-
rus *d.c.*8.*n.*24. Gordonus *d.quæſt.*12.*n.*7. *verſic. dixi
ordinariè*, Villalobos *d. difficultate* 4.*num.*6. & 7. &
Trullench *d dub.*13.*num.*8.

922. Item poteſt Princeps omiſſa citatione procedere,
Reum condemnare, quoties idem Reus etiamſi ci-
taretur,non poſſet ſe defendere, nec iuſtè contradi-
cere, aut actum contra ſe impedire, cùm citatio, vt
ſuprà dictum eſt,requiratur ſolùm propter defenſio-
nem. ita Oldradus *conſ.*95 *in fine.* Maranta *p.6.tit.de
citatione,n.*5.Couartu.*practicarum d.c.*25.*n.*6.Rota in
recentioribus Farinac.*p.1.dec.*591.*n.*6.& *p.2.dec.*731.
*n.*9.Menoch.*de arbitr.q.*17.*n.*15.Farinac.*in repert.iud.
q.*62.*n.*14.& Iuriſperiti communiter,quos cumulant
Gabriel *d.concl.1.limit.*16.*n.*248.& Farinac.*d.n.*14.&
923. Theologi *n.ſequenti* allegandi. † Quare ſi delictum
occultum ſit probabile in iudicio, quia ſit notum
ipſi Principi, & aliis tribus, ita vt iuridicè probari
poſſit, tunc poſſet occultè à Principe interfici Reus
ſine citatione, & probationibus; quia quando cri-
men ita eſt probabile, nullam habet iuſtam defen-
ſionem, & præſertim quia teſtimonium Principis
multis, & grauiſſimis teſtimoniis æquipollet. ita ex
Theologis ſuprà *n.*907. citatis P. Nauarrus *d. cap.*3.
*n.*191.Aragon *d.q.62.art.*2. Leſſius *d.dub.*11. Sayrus
*d.cap.*8.*n.*25.Sanchez *lib.3.conſ.cap.vnico d.dub.*4.*n.*4.
Fagundez *d.cap.*15.*n.*7. Filliuc.*d.cap.*6.*n.*176. Villal.
*d.diff.*4.*n.*7. Trullench *d.dub.*13.*n.*11. Gordonus &
Diana *locis ſuprà citatis.* Vnde iuxta hoc Syluest.*verb.
homicidium* 1.*q.2.verſic.Tertium,*poſt Archidiaconum
bene ait,quòd ſi Reus propter potentiam non poſſit
capi,& etiam ſi citaretur, non obediret, poſſet ſine
citatione, & ſine iudiciario ordine ſupremus Prin-
ceps, vel iudex habens authoritatem abſolutam
quemcunque puniendi, etiam iuris ordine non ſer-
uato,illum abſentem condemnare, & facere illum
occidi in ſuo diſtrictu, vel alieno, de voluntate ta-
men domini expreſſa, vel tacita, vel probabiliter
præſumpta, quo in caſu iudex non tollit defenſio-
nem,ſed potius Reus illam non vult.

Et præſertim occultè omiſſa omni citatione, & 924.
iuridica probatione poterit à Principe condemnari,
puniri,& interfici talis delinquens, cuius crimen eſt
in iudicio probabile,ſi citatio, & probatio iuridica,
& ſolemnis,& publica punitio non poſſet fieri abſ-
que graui incommodo, ſcilicet, periculo infamiæ
(puta ſi Reus Reginæ,vel filiæ Regis vim intuliſſet,)
vel periculo rebellionis (quia Reus ſit perſona po-
tens,)& turbationis Reipublicæ,aut alterius grauiſ-
ſimi ſcandali in Regno. ita iidem Theologi omnes,
& ex Iuriſperitis Nauarrus *d.c.*25.*n.*10. Vaſq. *quæſt.
illuſt.lib.1.d.c.*36.*n.*1 Monticell.*in practica crim.reg.*14.
*n.*21.Gomez *var.lib.3.c.1.n.*43. & cum aliis Farinac.
*in praxi crim. q.*21.*n.*73. & 78. Et per hoc Nauarrus
d. n. 10. ait ſe excuſaſſe magnum quendam Monar-
cham,qui virtute Proceſſus in abſentia facti,& ſen-
tentiæ ſine citatione latæ fecit capite plecti quen-
dam ſuorum militum ducem,quia nec capi,nec ſine
metu rebellionis illius, & magnæ partis exercitus
auditi poterat. Addit tamen *ibidem* Nauarrus in hoc
caſu Principem debere curare allegari, & probari
pro Reo abſente,quæcunque poſſunt;quod idem ait
Sanchez *vbi ſuprà.* † Multò etiam magis omiſſa ci- 925.
tatione,& quacunque alia defenſione denegata po-
terit procedi ad Rei condemnationem,aut punitio-
nem,quando delictum eſt notorium,& ex notorie-
tate conſtet Reum non habere,aut poſſe habere de-
fenſionem, & excuſationem. ita præallegati Theo-
logi, ac Fragoſus *d. diſp.*10. *n.*172. & ex Iuriſperitis
Vaſquius *d.c.*36.*n.*1.Couarru.*d lib.1.var.c.*1.*n.*7.Na-
uarrus *in man.c.*25.*n.*9. & 10. Menochius *de arbitr.
caſu* 235.*n.*14.& *de recuper.poſſeſſ.remed.*14.*n.*260.Go-
mez *variar. lib.*3. *cap.*1. *num.*41.42. & 43. Boſſius *in
in ſua practica tit. quomodo procedatur in crimine noto-
rio, num.*1. Gabriel *d.concl.*1. *num.*2. & 3. Farinacius
*d.quæſt.*21.*num.*60.77.& 78.& alij communiter,quos
referunt iidem Farinacius.& Gabriel, qui *d.n.*3. vbi
Doctores contrarium ſentientes, & volentes etiam
in notoriis eſſe neceſſariam citationem,declarat in-
telligendos,quando non conſtaret delinquenti no-
toriè,nullam competere,aut competere poſſe defen-
ſionem, aut excuſationem, & eſſe communem Do-
ctorum ait etiam Clarus *q.*9. *n.*3. Notorietas enim
delicti, & delinquentis excludens omnem excuſa-
tionem, habetur loco accuſatoris, aut denunciato-
ris,& teſtium,nec relinquit Reo ius vllum ſe defen-
dendi in iudicio;& ideo in notoriis delictis procedi-
tur vſque ad executionem,iuris ordine non ſeruato;
vt tradunt Clarus,& Boſſ. *locis citatis* (qui,ſicut Go-
mez *vbi ſupra*,& Farinacius *d.quæſt.*21. latè tradunt,
quando nam delicta dicantur, & ſint notoria, & de
modo procedendi contra Reum in notorio crimi-
ne repertum,) ſic publici, & famoſi viarum graſſa-
tores interdum è veſtigio ſuſpenduntur nullo facto,
aut formato proceſſu aduerſus illos;& hos, & alios
publicos criminoſos, quorum crimen ſit publicum,
& patens,nullo formato proceſſu, & denegata de-

Digitized by Google

feuſione damnare ad mortem non eſt contra iuſtitiam, nec ad vllam reſtitutionem obligatur iudex inferior, qui ſimiles publicè criminoſos de ſpeciali mandato,& commiſſione Principis damnat ad mortem:immò omnes præfati Iuriſperiti,& alij per Gabrielem,& Farinacium relati,cùm dicant abſolutè in notoriis,quando nulla poteſt Reo competere excuſatio, poſſe per iudicem procedi vſque ad executionem iuris ordine non ſeruato,nec fabricato proceſſu,volunt etiam iudicem inferiorem abſque ſpeciali defenſione condemnare,& punire:& probatur allegata ratione,ſcilicet, quòd factum publicum,& notorium habetur loco accuſatoris,& teſtium,quia publicè accuſat,& teſtificatur contra Reum publicum,
926. nec relinquit eidem Reo defenſionem. † Hinc ob eandem rationem notoreitatis,ſi Princeps,ſeu Iudex pro tribunali ſedens,aliis aſtantibus, quot ad notorium conſtituendum ſufficiunt, videat aliquem in prædictorum aſtantium præſentia committere delictum,& appareat manifeſtè nullam tali delinquenti competere poſſe excuſationem, in tali caſu Principem, ſeu iudicem poſſe procedere ad punitionem omiſſa citatione,& non ſeruato iuris ordine ſine vlla ſolemnitate,ac etiam proceſſu,& probatione,poſt alios tradunt Boſſius tit. *de denunciatione n.5. & 10.*
927. & Farinacius *d q.21.n.158. & 160.* † Idem, ſcilicet, quòd ex abrupto, & non ſeruato iuris ordine ſine querela, & accuſatione, atque etiam ſine citatione poſſit per iudicem vſque ad executionem procedi contra Reum repertum, & captum in flagranti crimine,& ita conuictum,vt certum iudici ſit,eum non poſſe habere aliquam defenſionem, aut excuſationem, tradunt Follerius *in pract. crim. verb. item quòd fuit captus in flagranti crimine,n.*8. Boſſius *d.tit.de denunciatione n.*10. Clarus *q.*8. *n.*1.*&* 2. & alios allegans Farinacius *d.q.*21.*n.*142.*&* 144. & ex Theologis Ioann.Malderus 1.2.*tract.*6.*cap* 1.*dub.*14.& Syluius 1.2.*q* 67.*art.*3. *concl.*6. quos etiam refert Diana *d.reſolut.*98. Deprehenſio enim in flagranti crimine inducit notoreitatem criminis, ſeu eſſe repertum in flagranti,& eſſe repertum in notorio,æquiparantur, ex Gloſſa *in cap.cùm non ab homine, verb. deprehenſus, de iudiciis.*Decio *ibidem n.*143. Grammatico *deciſ.*36. *n.*80. Follerio *vbi ſuprà n.*1.*&* 2. Maſcardo *de probat. concl.*1106.*n.*15.& Farinacio *d.q.*21.*n.*133.

928. Dixi autem in tribus præcedentibus numeris, *ſi certum ſit defenſionem, ſeu excuſationem aliquam delinquenti non poſſe competere.* nam quantumcunque delictum eſſet notorium, aut coram iudice ſedente pro tribunali, & aliis præſentibus perpetratum, vel delinquens deprehenſus,& captus in flagranti, ſi Reo competeret, vel competere poſſet defenſio, ſeu aliqua excuſatio, vel eſſet dubium, an poſſit, vel non, competere, tunc citationem fore neceſſariam & eidem reo concedendam defenſionem, ordinemque iuris ſeruandum,docent Boſſius *d.tit. quomodo procedatur in crimine notorio,n.*4.*&* 5.*& d.tit.de denunciatione n.*10.Clarus *d.q.*9.*n.*3.Menochius *d.caſu* 235.*n.*15. Farinacius *d.q.*21 *n.*92,134.*&* 160.plures alij à Menochio *d.n.*15. & à Farinacio *d.n.*72. relati. & communem,ac probabiliorem dicunt Clarus,& Boſſius, qui *d.n.*5. huius rationem affert,ſcilicet, quòd delictum nullum poſſit eſſe tam notorium,quin habere poſſit aliquas defenſiones, ſeu excuſationem, ſiue circumſtantias excuſantes: quia, v. g. (inquit idem Boſſ.*d.tit.de denunciatione n.*10.) ſi delinquens notoriè,aut coram iudice,& aliis, aut repertus in flagranti,eſſet fur,poſſet excuſare factum neceſſitate famis; vel quia aliter non poterat habere ſatisfactionem ſui crediti: ſi homicida,quòd occiſus erat bannitus, vel rebellis,vel alia ratione;*& d.tit.quomodo procedatur in crimine notorio,n.*6. addit ex Abbate *in c.veſtra, in fine, de cohab. cler.* quòd regulariter notorium eſt excuſabile. † Subdit autem cum Aretino *conſ.*9. eſſe 929.
aliqua delicta, quæ nullam poſſunt habere excuſationem,vt blaſphemia, adulterium, & ſimilia, & *d. n.*10.*tit.de denunciatione*, dicit, quòd aliquando qualitas rei, aut verba notoriè delinquentis, ſeu reperti in flagranti, poſſunt excludere prorſus omnem defenſionem.quæ omnia teneri communiter à Doctoribus licèt aſſerat Clarus *d.q.*9.*n.*3. ipſe tamen indiſtinctè tenet,quòd in quocunque notorio, ſi reus ſit abſens,debet à iudice citari,non ad proceſſum,ſi non ſit ſuſpicio fugæ (nam eo caſu ait debere,ſi fieri poteſt,perſonaliter capi,)ſed etiam ad ſententiam.quia, inquit, non apparet, quomodo conſtare poſſit nullam defenſionem, ſeu excuſationem Reo competere,niſi eo monito,& audito;ſi verò Reus ſit præſens, ſcilicet, in carceribus detentus, tunc credit, quòd poſſet procedere communis opinio, quod vbi certum eſſet nullam defenſionem competere,nulla citatio requireretur; ſed ſolùm Reus ipſe verbo monendus,& etiam audiendus eſſet ſi vellet aliquid ad ſui defenſionem deducere;verùm de his ſatis Plures alios caſus,tam in criminalibus cauſis,quàm in ciuilibus,in quibus iudex parte non citata,ſeu omiſſa citatione poteſt agere, & procedere, latè tradunt Gabriel *d.tit. de citatione concl.*1. Maranta *d.p.*6.*tit.de citatione.* Boſſius *dictis duobus titulis de denunciatione,& quomodo procedatur in crimine notorio,* Menoch. *de arbitr.lib.*1.*d q.*17.Farinacius *d.q.*21.& Auguſt.Barboſa *collectaneo ad d.c.*1.*de cauſa poſſeſſionis.*

Solùm aduerto, quòd Edictum generale habet 930.
vim citationis ſingularis, & perſonalis, vt docent Iaſon *in repet. l.admonendi, n.*327.*ver. ſecus, ff.de iureiur.* Alex.*conſ.*91.*n.*7.*lib.*2. Nouell.*conſ.*66.*tit.*21. Menochius *conſ.*21.*n.*7.*& conſ.*200.& apud ipſum alij.

SVMMARIVM

931 *Ad petitionem tyranni alias certo euerſuri totam ciuitatem, non licet Reſpublicæ occidere innocentem, & ſeqq.*

934 *Reſpublica poteſt exponere periculo mortis ciuem, pro bono communi, vt cogere ad pugnandum contra hoſtes, & ad non deſerendam in bello ſtationem, &* 937.

Etiam ciuis ipſe aliquando tenetur ſe ſpontè exponere periculo pro ſalute patriæ,ibid.

In bello iuſto ad victoriam obtinendam licet occidere innocentes indirectè, & præter intentionem, & per accidens,non autem directè,& ex intentione, ibid.

Innocentes exiſtentes in caſtris obſidentium non poſſunt occidi, vt ciuitas obſeſſa cogatur ad deditionem, ibid.

936 *Homini pro conſeruatione totius, vel ad euitandum maius detrimentum,quàm ſit obſeſſio alicuius membri,puta ad conſeruandum membrum magis præcipuum, licet abſcindere ſibi corporis partem etiam ſanam.*

Si tyrannus alicui iubeat, vt ſibi manum abſcindat, alioqui illum ſtatim interfecturus, an iſte ad euitandam mortem certam poſſit licitè ſibi manum abſcindere. Negatiua, ibid.

Affirmatiua, ibid.

937 *Homini non licet ſibi eripere vitam, ſeu ſe directè interficere ob bonum Reipublicæ,& d.n.*931.

*Differentia inter membra corporis reſpectu eiuſdem corporis,& inter ciues reſpectu corporis Reipublicæ, eod.num.*937.

938 *Tyranno*

938 *Tyranno petenti innocentem ad illum occidendum aliàs certò euerſuro totam ciuitatem, an Reſpublica, ſeu illius caput licitè poſſit illum tradere. Affirmatiua.*

944 *Diſtinguens vt poſſit permittere illum capi, non autem illum tradere.*

Negans abſolutè.num.950.

In huiuſmodi caſu innocens tum ex charitate, tum ex iuſtitia legali teneri ſponte ſe offerre, affirmat vna opinio,d.num.938.

945 *Alia verò dicit tantùm ex charitate,& 946.& 949.*

950 *Alia quòd neque ex charitate.*

Reſpublica , & Magiſtratus ſeculares an poſſint illum cogere,& obligare ad ſe tradendum , affirmatiua,d.num.938.

Negatiua,d.num.945.& 949.

Quod iudex Eccleſiaſticus poſſit innocentem obligare,vt ſe tradat,ibid.

Si in prædicto caſu tyrannus peteret paruulum carentem vſu rationis ad occidendum, vel ſacros codices ad comburendum,aut ſacramenta ad temerandum, vel virginem ad violandum,Reſpublica non poſſet tradere,num.940.941.& 942.

& quid ſi virgo tam conſtans eſſet , vt per vim violata non conſentiret,ibid.

In eodem caſu Reſpuplica, ſeu ciuitas, à qua tyrannus peteret ciuem innocentem ad illum interficiendum , teneretur illum defendere etiam cum multorum ſanguine,ſi foret ſpes illum, & cæteros ciuitatis liberandi,d.n.942.fine.

Si Princeps eſſet in extrema neceſſitate,& cuius vnicum panem haberet,teneretur illi tradere,d.n.938.

& eo nolente tradere , Princeps per vim poſſet auferre,d.n.949.

Reſpublicn poteſt cogere ciues ad omne id , ad quod iure naturn obligantur,d.n.947.fine.

Reſpublica , ſeu Princeps poteſt cogere ſubditos ad multa, ad quæ ex iuſtitia non obligantur, & etiam ad quæ neque ex charitate obligantur, d.num.948. & 949.

Debitum ex ſola charitate poteſt per vim auferri ab aliquo,& ſic pauper extremè egens poteſt accipere panem ab inuito nolente dare,ibid.

Mortem certam oppetere pro ſaluanda tota etiam Patria nullus tenetur , ſecundùm Vaſquium, dict. num.950.

Charitas benè ordinata incipit à ſe ipſa,ibid.

Ciues tempore periculi vnum ciuem deſerere non poſſunt,ibid.951.

Socium in periculo deſerere turpe , & perfidum eſt, ibid.

Ciuem,cuius culpa ciuitas periclitatur,deſerere licet, ibid. fine.

Societas politica contracta eſt & ob vtilitatem propriam cuiuſque ciuis , & totius corporis Reipublicæ,d.n.950.& 951.

952 *Reſolutio Auctoris circa innocentis occiſionem , ſeu traditionem.*

An ob bonum publicum , puta ad liberandam Rempublicam ab euerſione , & ruina,liceat hominem innocentem interficere , vel illum tradere hoſti , ſeu tyranno eum ad mortem petenti.

SVpereſt , vt ad perfectiorem intelligentiam , & confirmationem nonnullorum , quæ in præcedentibus dicta ſunt,explicemus,an ob bonum commune,& vniuerſale totius Reipublicæ liceat hominem reuera,& iure innocentem (ſcilicet, quem publicè etiam conſtat eſſe innocentem,)interficere,puta ad liberandam ciuitatem à clade , ſeu ruina , ac euerſione , quam hoſtes ciuitatem obſidentes , vel tyrannus eſſent certò illaturi , niſi innocens, quem ipſi perſequuntur, & petunt interfici , à ciuibus, ſeu Republica occidatur,aut ſibi occidendus tradatur.

Conueniunt Doctores,quòd Reſpublica,aut Princeps , ſeu Iudex licitè non poteſt directè interficere 931.
huiuſmodi innocentem , ſcilicet, ſi tyrannus ciuitatem obſidens,& eam capturus peteret à ciuitate,ſeu Gubernatoribus ciuitatis, vt innocentem interficerent,& caput ipſi traderent,alioquin ciuitatem combuſturus , aut omnes de illa ciuitate perempturus, non liceret illi ciuitati, ſeu Gubernatoribus eum innocentem per ſe interficere , ſed potius tenerentur perpeti mortem omnium, quàm id efficere , & certum eſt.Ratio eſt,quia,vt ſuprà *n.*793.dictum eſt,occidere per ſe, & directè innocentem (niſi ex diuina reuelatione iuberetur occidi,) eſt intrinſecè malum, iniurioſumque ipſi innocenti interficiendo,& Deo, qui ſolus eſt Dominus vitæ , & membrorum hominis,& nulli ſecluſa eius particulari certa reuelatione conceſſit ius alterum interficiendi, niſi publicæ poteſtati ad punitionem malefactorum,ſeu in pœnam delicti,vt ſuprà *d.n.*799.dictum eſt : & eſt communis Doctorum ſententia;& conſtat ex illo Exodi 22. *Inſontem,& iuſtum non occidens.* Quare ita eſt illicitum, & malum ad petitionem, ſeu iuſſionem tyranni occidere innocentem , ſicut illicitum, & malum eſſet, iubente tyranno,profanare Sacramenta,aut aliquid aliud agere quod per ſe,& intrinſecè eſſet malum,vt ſi iuberet igni tradere cum ſcandalo ſacros Codidices comburendos , aut virginem volentem violare, cùm vtrumque per ſe malum ſit,illud contra religionem,hoc contra caſtitatem,& bonum ſpiritualе illius virginis ; mala autem non ſunt facienda, vt inde eueniant bona ſiue priuatæ perſonæ,ſiue Communitati. Confirmatur hæc ratio, quia ſic occidere per ſe innocentem eſſet conſentire impiæ voluntati tyranni, & illius malitiæ cooperari , (quod in nullo caſu licet,)non verò ſubuenire neceſſitati Communitatis,cùm ea non oriatur ex huius innocentis vita, per ſe loquendo, ſed ex impia voluntate, & malitia tyranni,quæ non efficit,vt iſtius innocentis vita noceat Communitati. Addo rationem S. Thomæ 2.2. *q.*64. *art.*4. *in corpore*, ſcilicet , quòd vita innocentis, ſeu innocens,quatenus innocens eſt, potiùs conſeruat, & promouet bonum commune, quia iuſti ſunt principalior pars multitudinis. Vnde S. Auguſtinus 1.*de ciuitate c.*17.& 19. dixit grauius eſſe peccatum occidere innocentem,quàm peccatorem; ſed homicidium, ſeu hominis interfectio in tantum licet, in quantum vita illius obſtat bono communi ; ergo, &c. ita præter D. Thomam *d. art.*6. in his terminis *ibidem* Salon,Bannez,Sotus *lib.*5.*de iuſt q.*1.*art.*7. Valentia *tom.*3.*diſp.*5.*q.*8.*puncto* 11.*n.*3.Molina *tom.*4.*de iuſt.tract.*3.*diſp.*10.Sayrus *lib.*7.*clauis c.*12.Leſſ. *de iuſt. lib.*2.*c.*9.*dub.*7.Ioann.Lugo *de iuſt.tom.*1.*diſp* 10.*n.*104. Vaſquius *quæſt.illuſtr. lib.*1.*c.*13.Toletus *lib.*5 *ſumm. cap.*6.& Fagundez *loco infrà citando*.Sed contra hanc communem doctrinam,& certam,

Obiicitur primò,quod habetur 4.*Regum c.*10.vbi 932.
narratur viros Samariæ occidiſſe 70.filios Achab [illegible] more belli,quod Iehu minabatur,quod fac[illegible] placuit Deo. Reſpondetur factum fuiſſe ex vol[illegible] Dei,vt progenies Achab deleretur,quæ fuit reuelata eidem Iehu,& ipſe indicauit viris Samariæ.

Obiicitur ſecundò,cùm ratio boni communis [illegible] tali caſu poſtulet,vt innocens occidatur,vt ſic co[illegible]munitas ſeruetur, non poteſt ipſe eſſe inuit[illegible]

ptoinde nulla ei ſit iniuria. Confirmatur, mains incommodum ſequitur communitati ex vita iſtiua innocentis, quàm ex vita latronis, vel cuiuſuis alterins malefactoris, ſiquidem tora ciuitas peribit niſi is innocens occidatur, non autem ſi latro ſeruaretur; ergo pro bono communi lieet illius occiſio, ſicut licita eſt occiſio latronis, immò magis licita eſt. Reſpondetur ex dictis vitam innocentis per ſe non obſtare bono communi, ſed malitia tyranni, cui proinde alia via eſt occurrendum, quæ ſi non ſuppetat, permittenda potiùs clades, & mors omnium ciuium, vt dictum eſt. Ad confirmationem latro per ſe nocet ciuitati, non autem innocens, vt dixi, ac proinde diſpar eſt ratio.

934. Obiicitur tertiò, Reſpublica poteſt exponere periculo mortis ciuem quemcunque pro bono communi, ſeu ipſiuſmet Reipublicæ ſalute, vt cogere, vt pugnent contra hoſtes ciuitatis inuaſores, & quòd non deſerant ſtationem, ſeu locum in quo ab hoſtibus probabiliter occiderentur; quin & ciuis ipſe tenetur aliquando etiam iuſtus ſe exponere tali periculo; ergo pro ſalute totius Reipublicæ licitum erit ſuum ciuem innocentem interficere. Quod confirmatur, quia in bello ob bonum communitatis, & victoriam obtinendam, licitum eſt interficere innocentes, nempè dirigere tormentum in locum, vbi dirigens videt multos innocentes, quod nihil aliud eſt, quàm eos occidere. Reſpondetur, & ciuem innocentem poſſe vitam ſuam periculo exponere, & Rempublicam poſſe eum illum exponere ad iuſtam defenſionem neceſſariam ad Reipublicæ ſalutem; quia id non eſt malum, ſed bonum, & laude dignum, cùm ad talem defenſionem iure naturæ ciues obligentur, nec id excedit poteſtatem Reipublicæ in ſuum ciuem, & per ſe conferat ſaluti Reipublicæ; at verò directè interficere innocentem ad eundem finem ſalutis patriæ, cùm nihil per ſe conferat ad auertendam Reipublicæ cladem, ſed ſolùm ex malitia tyranni, eſt intrinſecè malum, & ſupra poteſtatem Reipublicæ in eum; ſicut etiam eſſet intrinſecè malum, innocentem ipſum ſe ipſum ad eum finem interficere. Ad confirmationem, illud non eſt directè, & ex intentione occidere innocentes, ſed præter intentionem, intendit enim dirigens alium effectum, ſcilicet, turrim demoliri ad vrbem obtinendam, quod illi licet, neque tenetur abſtinere propter pueros, aut alios innocentes ab hoſtibus obiectos, aliàs victoria nunquam poſſet obtinere; quare mors illorum ſequitur per accidens. non poſſet tamen illi innocentes directò, & ex intentione occidi, & etiam ſi eſſent in caſtris obſidentium, non poſſent occidi, vt ciuitas cogatur ad deditionem.

935. Obiicitur quartò, licitum eſt iudici, & iuſtitiæ miniſtris innocentem iuxta allegata, & probata conuictum nocentem interficere ob bonum publicum, quod reſultat ex obſeruantia formæ publicorum iudiciorum, vt ex probabili, & communiori ſententia oſtenſum eſt ſuprà *n.*817. *& ſeqq.* ergo, &c. Reſpondetur primò negando antecedens, iuxta dicta ſuprà *num.*799. Secundò reſpondetur, quòd eo ipſo quòd iuridicè probatus eſt nocens, iam non eſt amplius innocens; & ſic non eſt mirum, ſi iudici liceat illum interfi- ere.

936. Den. ır obiicitur. Quemadmodum ſe habent membra corporis humani ad totum hominem, ita ſe habent ſinguli ciues ad totum communitatis, ſeu Reipublicæ corpus, ex eis conſtans; ſed licitum eſt propter bonum, ſeu ſalutem totius hominis, aut etiam membri magis præcipui abſcindere quamlibet corporis partem etiam ſanam; ergo ſimiliter propter ſalutem communitatis, & Reipublicæ licebit quandoque partem eius ſanam, hoc eſt, innocentem ciuem interficere. Ad hanc obiectionem, reſpondetur primò, homini pro ſalute ſua, & conſeruatione totius, & etiam ad euitandum maius detrimentum, quàm ſit abſciſſio membri, licere abſcindere ſibi membrum ſanum, vt contra nonnullos rectè affirmant Sotus *lib.*5. *de iuſtitia q.*2. *art.*1. Valentia, & Molina locis *ſuprà* allegatis; putà, ſi quis circulo ferreo ita conſtrictam haberet manum, vt niſi illam abſcinderet, cremandus eſſet igne, quo domus ardere cœpit, vt vitam conſeruaret, aut vt maiorem læſionem vitaret, eam ſibi licitè poſſet abſcindere; ſicut ad mortem euadendam poſſet etiam exilire de feneſtra cum periculo amittendi membrum, vel etiam cum periculo vitæ, ſi ſpes aliqua eſſet eum ea euadendi, vt mortem certam euitaret. Et quamuis Sotus *d.lib.*5 *q.*1 *art.*7. dicat, ſi tyrannus mortem alicui minetur, niſi ſibi ipſi manum, aut membrum aliud abſcindat, non poſſe pro vita tuenda membrum ſibi abſcindere, eam afferens rationem, quòd in hoc caſu abſciſſio eſt illi neceſſaria ab extrinſeco ad vitam conſeruandam, ac proinde non poteſt eam licitè exequi, vt vitam conſeruet; in altero verò caſu quando eſt circulo ferreo vinctus, & combuſtio imminet, abſciſſio manus eſt neceſſaria ſibi ab intrinſeco, atque adeò licita. Contrarium tamen, & etiam in tali caſu licitam eſſe manus abſciſſionem, id iubente tyranno, vt mortem euitet, rectiùs docet Molina *loco citato*, & tenent alij recentiores: etenim ratio, ob quam abſciſſio membri proprij licet, non eſt alia, niſi quia eſt neceſſaria ei, cuius eſt tale membrum, ad vitam conſeruandam; & pro vita tuenda licitum eſt abſcindere membrum, quapropter, vt liceat, impertinens eſt, quòd ad id coactus ſit malitia alicuius, aut abſque cuiuſquam malitia per ſolas cauſas naturales. Quod confirmatur, quia ſi quis non intendendo, vt ille ſibi membrum abſcinderet, accederet enſe diſtricto ad alterum interficiendum, iſte certè vt manus eius effugeret, poſſet ſibi abſcindere manum, quam circulo ferreo haberet alligatam; ergo quòd malitia alterius redactus ſit in eas anguſtias, non impedit, quin pro tuenda vita licitè ſibi poſſit abſcindere manum. His tamen non obſtantibus,

Reſpondetur ſecundò, ſingulos ciues reſpectu 937.
aliorum, & totius corporis Reipublicæ in omnibus non ſe habere eodem modo quo vt pes, manus, aliáve corporis membra ſeſe habent reſpectu totius corporis; licèt enim hæc ſimilitudo ad clariorem alicuius doctrinæ demonſtrationem non raro adducatur, habet tamen vim ſimilitudinis ſolùm, non identitatis; nam quod eſt ſimile, non eſt idem, *l.quod Nerua*, cum *ibi* not. *ff.depoſit.* Vnde cuilibet ciuium quidem licet domicilium mutare, & migrare de vrbe in vrbem, vel de regione in regionem; pedi tamen, aut brachio non licet; igitur membra hominis non ſunt propter ſe, ſed propter totum compoſitum, ſcilicet, hominem ipſum, quem conſtituunt; ac proinde naturali iure homo poteſtatem habet liberè de illis diſponendi, etiamſi ſana ſint, prout toti compoſito expedit; præterea membra non ſunt in ſe ſuppoſita inter ſe diſtincta, aut à toto compoſito, & conſequēter non ſunt capacia iniuriæ, quæ illis à toto compoſito fieri poſſit; ſed imò iniuria, quæ ab aliis in iis fit, non ipſis fit, ſed toti, & perſonæ, quam cōſtituunt; ſinguli verò ciues ſunt propter ſe, ſociabiles tamen ad inuicem, indigentes ad tutè, & commodè viuendum mutuo auxilio, ac gubernatione in eodem Reipublicæ corpore;

eorpote;tatione euius ſociabilitatis naturali iute reſultat in Repub.poteſtas pooiendi ſingulorum delićta,in bonum commune auferẽdo,ſi iia delićtorum meritũ exigat,vitam ab illis, teſecandóque membra nociua Reipublicæ :teſultat quoque poteitas ptæcipiendi ſingulis expedientia bouo communi, illos etiam aliquando obiiciendo vitæ peticulo, ſi ita iudicatum fuerit expedire : vt *n.*934.dićtum eſt. At verò oon eſt eonceſſa Reipublicæ à Deo poteſtas aufereodi ab illis vitam ſioe ipſotum culpa, eriamſi ex hoc reſultet bonum commune, ſicut & ipſis ciuibus Deus non conceſſit facultatem eripiendi ſibi vitam in Reipublicæ bonum, vt *num.*931.*&* 933. oſteoſum eſt; & ita ſi Reſpublica ſecus faceret illis vtpotè ſuppoſitis diſtinćtis à Republica, & iniuriæ capacibus,& inter quos, & ipſam Rempublicam ratio iuſtitiæ commutatiuæ, & iniuſtitiæ illi contratiæ eiſe vtiimque poreſt,iniuriam ioferret, non obſtante illa reſultantia boni communis. Quare ad obiećtionem teſpondetur oſteodete Rempublicam poſſe ſeparare à ſe ciuem moribus cotruptum,ſibíque nociuum, auferendo illi vitam in pœnam delićtorum, ſicut homo poteſt ab ſe præſcindere membtum puttidum, & cotruptum;non tamen concludit quòd Reſpoblica poſſit auferre vitam à ciue innocente, vt ipſa eonſeruetur, ſicut homo poteſt ſibi abſcindere membrum ſanum, ob conſeruationem totius,vel melioris membri.

Id igitur quod inter Doćtores cootrouertitur eſt, an ſi tyrannus eiuitatem certò euerſurus ſit, niſi innocens,quem ipſe perſequirur, & petir,illi tradatut,Reipublicæ ob bonum commune, & ad conſeruandum alios ciues liceat ralem ionocentem eidem tyranno tradere, licèt moraliter certum ſit, quòd eum ſtatim interficiat. & eſt ttiplex ſenteoria.

938. Prima,& eommunis affirmat eſſe licitum Reipublicæ tradere tyraono,non ad occidendum, ſeu eo fine,vt interficiatut, ſed vt ipſa ſuom damoum euitet. ita Valentia,Molina,Sayrus, Leſſius *locis ſuprà citatis.* Fagundez *in Decalogo lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 11. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 18. *cap.* 1. *n.* 11. Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. Gordonus *lib.* 5. *queſt.* 4. *n.* 10. Villalobos *p.* 2. *ſum. tract.* 12. *difficultate* 9. *n.* 2. Petrus Nauarrus *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 3. *num.* 120. *&* 121. Trullench *in Decal. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 6. 7. *&* 8. nouiſſimè Larrea *allegatione fiſcali* 114. Ioannes Lugo *de iuſtit. p.* 1. *diſp.* 10. *num.* 113. & alij apud præallegatos. Probatur primò,quia in hoc caſu tanti periculi Reipublicæ,ionoceus, vt tenetur in acie non deſerere ſtationem,ita etiam tenetur tum ex charitate offerre,& tradere ſe ipſum pro ſalute eiuſdem Reipublicæ, id quod aſſerunt non ſolùm omnes præallegati Doćtores, ſed etiam allegandi pro ſecunda ſententia : tum etiam ex iuſtitia legali, cùm velut ex officio id facete debere videatur, quod expreſsè aſſetuot Petrus Nauarrus,Saytus, Leſſius, & Trullench, & conſequentet Reſpublica, ſeu Ptinceps poteſt illi præcipete, vt huic obligationi charitatis, & iuſtitiæ legalis etga Rempublicam ſatisfaciat, & ſe tradat (ſicut poteſt præcipere vt impleat obligationes ad alias virtutes ſpećtantes, & ſicut ſi Princeps eſſet io extrema neceſſitate, & eſſer niſi vnus tantùm panis, quem vnus ciuis haberet, qoia tenetur ille ciuis illum Principi dare, ſi nolit, poteſt ad id obligari, etiamſi ſtatim ſit moriturus; & etiam ſicut Dux in bello iuſto poteſt ptæcipete, vt hîc,vel ille miles maneat in tali loco, io quo mors certiſſima imminet ob bonum commune.) ergo ſi ſe nolit ttadere,iam non eſt innocens, ſed nocens, & tan-

quam nocens tradi poteſt. † Probatur ſecundò à 939.
Molina, & Gordono, quia talis traditio ad finem
euitandi cladem totius Reipublicæ in ſe, & intrin-
ſecè non eſt mala; nam cùm ſic innocens eiicitur
eiuitate,exponiturque tyranno, tytannus poteſt il-
lum accipere ad bouum,& ad malum,aut ad indif-
ferentem finem;quare ſi ſequatur occiſio,licèt præ-
uiſa,eſt ciuitati, quæ vtitur iure ſuo, per accidens;
per ſe autem talis oeciſio prouenit ex malitia ty-
tanni, nec Reſpublica tradendo innocentem coo-
peratur formaliter ad homicidium, ſed tantùm per-
mittit.Quare idem Molina vult Rempublicam non
teneri prius tali innoceoti nolenti ſponte ſe offerre,
præcipete, vt ſe ttadat (licèt, inquit,deceat illum
priùs ſuadete, ſi tempus ſuppetat :) ſed poſſe ipſam
executioni mandare ipſum ſponte, aut inuitum ty-
ranno ttadeodo,eo quòd,inquit, Reſpublica poſſit
omne id de eo efficere, quod malum non eſt, &
Reſpublicæ expedit iuxta poteſtatem, quam in eo
habet ad omne id, quod malum noo eſt, & eidem
Reipublicæ omninò expedit. † Aduertit tamen Pe- 940.
trus Nauarrus, & poſt eum Trullench, quòd ſi ty-
tannus peteret paruulum vſu tatiuois carentem,
non poſſet tradi, quia cùm ſit incapax præcepti, &
tranſgreſſionis culpabilis, illi iniuria fieret, ſi iure
priuaretur,quod habet ad vitam.† Item ſi tyrannus 941.
peteret ſactos Codices ad comburendum, vel Sa-
cramenta ad temerandum, præallegati Dođtores
Leſſius,& alij aiunt, quòd noo poſſent ttadi, quia
neque in ipſis eſt obligatio, vt tradi debeant;neque
D E V S tenetur ſuſtinere talem iniuriam, vt homi-
nes non occidantur. Prærerquam quòd in huiuſ-
modi tradendis ad impetum tyranni ferè ſemper
ſit periculum ſcandali publici, cùm videatur prodi-
tio quædam terum ſacrarum. † Similiter ſi tyran- 942.
nus peteret Virginem ad violandum, iuxta eoſdem
Doćtores non poſſet ttadi, quia ſicut ipſa ob peri-
culum animæ non tenetur tyrannum adire, ita nec
Reſpublica poteſt illam eogere, & renitentem tra-
dete. Sed quid ſi virgo tam conſtans eſſet, vt per
vim violata non conſentiret? Difficultatem excitat
Gordonus, ſed indeciſam relinquit; dicerem abſo-
lutè non teneri vnquam ſe ttadere, cùm vix poſſit
eſſe cettitudo moralis non conſentiendi, & ſemper
exponeretur aliquali periculo animæ. Demum Mo-
lina, & Layman (quicquid ſecus ſeotire videatur
Ioannes Lugo *d. diſp.* 10. *num.* 117. *&* 118.) obſeruant
tunc ſolùm procedere doćtrinam huius ſententiæ,
quando ſpes nulla ſupereſſet, quamuis cum multo-
tum ſanguine innocentem, & Rempublicam libe-
tandi : nam ſi ciuitas defendere poſſet talem ciuem
innocentem, quem tyrannus peteret ad eum occi-
dendum,teneretur,inquit Molina, illum defendere,
etiamſi anceps eſſet defenſionis euentus, & quòd
in illius defenſionem multi ex vtraque parte eſſent
petituri;tum quia huiuſmodi defenſio debetur ciui
à ſua Republica, aut Reipublicæ capite)cùm vt de-
fendatur,bonóque ipſius proſpiciatur, tributa, re-
uerentiam,& obedientiam præſter, & Reipublicæ,
vbi opus eſt, perſonaliter inſeruiat;tum quia huiuſ-
modi obligatio defendendi ſingulos ciues, tametſi
neceſſe ſit ad id in diſcrimen cæteros de Republica
adducere, cedit in commune bonum; & ſicut vni-
cuique cæterorum de Republica cedere id poteſt
in grauamen, ita cedere potuiſſet in vtilitatem, ſi
eueniſſet,vt ipſe iniuſtè peteretur ad mortem. Qua-
re ſententia procedit ſolùm, vbi non affulget ſpes
defenſionis,etiam cum multorum morte.† Et huic 943.
ſententiæ aiunt præallegati Doćtores non repu-
gnare D.Thomam *d. art.*6. dum negat eſſe licitam

oceiſionem inoocentis etiam ob commune bo-
num;tum quia in hoc caſu Reſpublica non occidit
directè innocentem , ſed occiſio ſequitor ex malitia
tyranni ; tom quia D. Thomas loquitur abſolutè,
non autem in caſu neceſſitatis totius Reipublicæ,
de quo eſt præſeos controuerſia.

944. Secunda ſententia , quæ eſt Soti *allegato art.7.*
Cordubæ *in quæſtionario lib.* 1. *quæſt.* 27. in ratione
tertia, pro tertia opioione , & Arragonij a. 2. *q.* 64.
*art.*5. admittit Rempublicam , ſeu eius capot poſſe
io huiuſmodi caſu permittere tyranno, vt talem ci-
uem innocentem accipiat eum non defendendo, eo
quia Reſpublica cum tanto ſui periculo , & com-
muni damno, non teneatot defendere priuatum ei-
uem : negat tamen poſſe illum etiam iuſſum ſe
ſponte offerre , & facere teoitentem tradere tyran-
945. no , illum ad mortem petenti. † Hócque probant
primò, quia tradere ciuem innocentem tyranoo il-
lum certò occiſuro , eſt intrinſecè malum , cùm
idem ſit ac illum occidere ; ac proinde ſicut non li-
cet Reipublicæ illum occidere, vt *n.*931. probatum
eſt, ita nec tradere. Confirmatur, quia huiuſmodi
traditio eſſet cooperatio ad occiſionem iooocen-
tis,ſicut ſi ſatellites ipſius tyranoi caperent , & tra-
derent illum. Quòd ſi dicatur , quòd Reſpublica
pro ſalute totius poſſit ciuem , vel inuitum in bello
certo diſcrimini exponere , vt ſuprà *n.*934. *&* 937.
dictum eſt. Reſpondent Sotus , & Corduba , quòd
Reſpublica poteſt exponere diſcrimini vitæ ciuem,
quando eſt neceſſarius ad pugnandum , & reſiſten-
dum hoſti , quia tunc eſt medium per ſe neceſſa-
rium,& ordinatum; non autem quando eſt neceſſa-
rius ex malitia alterius : tradere autem innocentem
tyranno ad mortem , non eſt medium ex natura rei
946. neceſſarium , ſed ex malitia tyranni. † Probant ſe-
cundò,quia licèt tunc ciuis innocens in tali caſu te-
neatur ſe tradere , & offerre proprio periculo , vt
damnum publicum caueat,non tamen ad id iure co-
gi poteſt,ſi nolit, cùm ad id non teneatur ex iuſtitia
legali,aut particulari, ſed tantùm ex ſola charitate:
Reſpublica autem, & Princeps non poteſt iuſtè
ſubditos ex iuſtitia obligare , niſi ad illa, ad quæ ex
iuſtitia tenentur;non verò ad quæ ex ſola charitate:
vt non poteſt cogere quempiam ad facieodam elee-
moſynam in graui neceſſitate , ad quam tamen ex
charitate tenetur ; vnde etiam , quia ciuis noo te-
netor Principi in extrema neceſſitate exiſteoti pa-
nem ex iuſtitia miniſtrare , non poteſt à Principe,
947. ſeu Magiſtratu ad id ex iuſtitia obligari. † Verùm
ad primum argumentum Doctores primæ ſenten-
tiæ,præſertim Molina, Saytus , & Petrus Nauarrus
reſpondent , tradere in hoc caſu innocentem tyran-
no,non eſſe idem ac illum oceidere(alioqui nec ipſe
ſponte ſe poſſet offerre,& tradere , ſicut non poteſt
ſe ipſum ad petitionem tyranni occidere , vt *n.*931.
dictum eſt,& aſſerit idem Sotus,)neque eſſe intrin-
ſecè malum, ſicut interficere;nam tradere eſt indif-
ferens in ſe, vt dictum eſt *n.*939. & redditur mora-
liter bonum ex booo fioe boni communis, non ob-
ſtante quòd ad malum finem à tyranno petatur.Ne-
que ſic tradere eſt cooperari propriè ad necem , ſed
vti iure ſuo , & ſic vtendo iure proprio permittere
occiſionem, quæ ex ſola malitia tyranoi ſequitur, vt
*eodem n.*939.oſtenſum eſt. Diſſimilis autem eſt ratio
de ſatellitibus tyranoi , aut Reipublicæ , quia cùm
noo habeant vllam authoritatem in innocentem,
capieodo,& tradendo inferunt ei iniuriam. Reſpu-
blica autem,vel Princeps habet auctoritatem , cùm
ſit iure naturæ ſuperior ſingulorum ; vnde poteſt
iuxta dicta *n.*938. eos ſuo præcepto adſtringere ad
ea,quæ intrinſecè non ſunt mala , & communi bo-
no expedire iudicantur , & cogere ad omne id , ad
quod iure naturæ obligantur , cùm vtatur iure ſuo.
† Quare ad ſecundum argumentum iidem Docto- 948.
tes primæ ſententiæ reſpondent , poſſe ſubditos ad
multa cogi per Rempublicam , ſeu Principem , aut
Magiſtratum,ad quæ ex iuſtitia non obligantur , vt
ad dandam eleemoſynam in magna fame , ad ven-
dendum frumentum , ad vitandos ſumptus immo-
dicos io veſtes , & cooоioia , ad vitandam ebrieta-
tem,fornicationem,inceſtum , ſodomiam , blaſphe-
miam, certos ludos , ad non deſerendam ſtationem
in bello , & ad ſimilia , ad quæ ex iuſtitia non obli-
gantur ; ac proinde poſſe etiam per Rempublicam,
& Priocipem innocentem cogi ad implendam obli-
gationem charitatis,ſe tradendi tyranno,etiamſi ſit
interficiendos,& ſi tenuat tanquam oocens, & cul-
pæ reum poſſe tradi. † Quapropter etſi Fagundez 949.
*d.n.*11.*verſic.ſed ad has rationes* , velit innoceotem io
hoc caſu adimplendum præceptum charitatis , quo
teoetur ad publicum bonum totius Reipublicæ ac-
cedere ad tyrannum , poſſe obligari non per Magi-
ſtratus ſæculares, ſed ſolùm per iudicem eccleſiaſti-
cum,& ſi nolit ei parere , tunc poſſe iudicem eccle-
ſiaſticum implorare auxilium brachij ſæcularis , &
tunc poſſe iudicem ſæcularem poſt implorationem
huius auxilij illum tradere ; & huius rationem eſſe,
ait Fagundez , quia ex nulla obligatiooe iuſtitiæ,
nec etiam legalis tenetur , ſeu obligatur , vt ſe tra-
dat ; miniſtri verò iuſtitiæ ſæcularis ſolùm poſſunt
ex iuſtitia ſubditos ſuos obligare , cùm illi ex iuſti-
tia illis tenentur parere, vt aiebat Sotus. Nec ex eo
ſubdit Fagundex , quòd huiuſmodi inoocens nolit
implere præceptum charitatis , quo tenetur ſe tra-
dere, iam factus ſit nocens , poſſunt iudices ſæcula-
res illum tradere , quia eſt nocens , & reus contra
charitatem , noo contra iuſtitiam ; atque adeò eſt
nocens contra conſcientiam ſuam, ad cuius exone-
rationem ſolùm per iudicem competentem eccle-
ſiaſticum obligari poteſt ; etſi , inquam , ita ſentiat
Fagundex , tamen alij Doctores primæ ſententiæ
ſentioot poſſe obligari,& cogi per iudices , & Magi-
ſtratus ſæculares, & renitens per eoſdem iomediatè
tradi : ſicut poſſunt ſubditos cogere ad alia , ad quæ
aliquandu etiam neque ex iuſtitia , neqoe ex chari-
tate tenentur , vt ex exemplis adductis conſtat ; &
ſicut per vim poteſt auferri debitum ex ſola chari-
tate , vt non ſolùm Princeps extremè egens , ſed
etiam quilibet pauper in extrema neceſſitate con-
ſtitutus , poteſt accipere panem ab inuito nolenti
dare ; ita etiam Princeps ratione boni publici po-
teſt eogere innocentem ad ſe tradendum tyranno,
licèt ad id ex ſolo charitatis præcepto teneatur.

Tertia ſententia eſt Vaſquij *quæſtionum illuſtrium* 950.
*lib.*1.*cap.*13. aſſereotis nec poſſe Rempublicam pro
ſalute totius Reipublicæ tyranoo eum ad pœnam
peteoti tradere ciuem innocentem , nec etiam eum
deſerere , vt ſic eum à concioibus deſertum hoſtis
capere,& iotei ficere poſſit. Primum probat,dicens
inter eiues ſolummodo eſſe ſocietatem bonæ fidei
ad hunc finem contractam , vt quiſque magis rutè,
& cum omni commoditate vitam agere poſſit , &
vnomquemqoe in eam ſocietatem iuiſſe, & eſſe po-
tiſſimum ob ſuam vtilitatem , cùm id congruat na-
turali rationi,& iuri, quando charitas bene ordina-
ta debeat incipere à ſe ipſo,*l.præſes. C.de ſeruis.* iuxta
illud Terentij aientis , *natura comparatum eſſe , vt
omnes ſibi melius eſſe malint , quàm alteri* ; ac proinde
inquit idem Vaſquios , quòd ciuis innocens ob ſa-
lutem totius ciuitatis teneatur ex charitate ſe tra-
dere

dere hoſti iniuſtè illum ad mortem petenti;non videtur verum, cùm ad id ex natura ſocietatis politicæ ob vniuſcuiuſque ciuis vtilitatem contractæ non teneatur. Quare diſcrimen, & periculum pro patria omnes ciues ſimul appetere, & ſubire tenentur, non autem certæ morti ſolùm ciuem offerre, qui innocens reliquis ciuibus non nocuit: & vt ſi ſocij (ſubdit idem Vaſquius) in latrones incidiſſent, bona vnius ex eis traderent, id ex mala fide facere viderentur, niſi parati eſſent ſocio proportionabiliter reſtituere; ita & in hoc caſu idem foret, ſi pro ſalute totius populi vnum ciuem innoxium tradere vellent morti, cui vitam reſtituere nullo modo poſſent. Quapropter (concludit Vaſquius,) aut omnes deberent prælium inire, aut omnes ſeſe dedere; ridendúmque eſſet, putare quòd quiſque vellet pretio capitis reliquorum ſalutem comparare. An verò ciuis innocens hoc caſu, licèt non teneatur pro ſalute ciuitatis ſe hoſti dedere, ſi ſponte faceret, eſſet laudandus, non ſatis certum eſſe ait idem Vaſquius.

951. † Secundum, ſcilicet, quòd ciues non poſſint huiuſmodi innocentem deſerere, vt hoſtis illum capere, & interficere queat, probat Vaſquius dicens contrarium dicti Soti, & aliorum à perfidia eſſe parum remotum; nam, inquit, vna ſalus eſſe debet, & vnum commune periculum inter ciues; & hac de cauſa potiſſimum huiuſmodi ſocietatem politicam, vitámque ſocialem ciues delegiſſe videntur, dicente Cicerone in Verrem, *Ciuis eſt qui patriam ſuam diligit, ac bonos omnes ſaluos, incolumeſque deſiderat*. & in
2 Lælio, *Nos nati videmur, vt inter nos eſſet ſocietas quædam*. quod etiam probat *l. vt vim ff. de iuſtit. & iure.* ac proinde eum deſerere viliſſimum, & perfidum erit, quia contra fidem tacitæ conuentionis, quæ eiuſdem virtutis eſt, ac ſi foret expreſſa. *l. cùm quid, ff. ſi certum petatur*. idque confirmatur à Vaſquio hoc exemplo, puta, ſi in itinere, vbi eſſet latronum periculum, plures viatores ſimul ſociati, vt tutiores eſſent, iter aggreſſi fuiſſent, & deinde coacta manus latronum eos ad ora clamare cœpiſſet: Date nobis vnum ex vobis (fortè agnitum diuitem;) ipſi autem reſponderent, per nos liberum erit, & tutum vobis capere, ex noſtris enim nullus manus ad arma mouebit, dummodo nos reliquos liberos abire ſinatis; certè hi viliſſimè, & perfidè egiſſe viderentur, & contra fidem tacitæ conuentionis, & ſocietatis, cùm ideo ſe coëgerint, vt eſſet vnum, & commune periculum; at eadem, & maior ratio eſt in caſu noſtro, cùm inter ciues maior ſit ſocietas. Pro confirmatione vtriuſque dicti idem Vaſquius *n.* 15. addit, cùm omnis iuriſdictio, principatus, & poteſtas ſit ad meram cuiuſque ciuis vtilitatem, (vt ipſe *eod. lib. 1. cap.* 1. indicat) non poſſe, aut debere conuerti in perniciem alicuius ex ciuibus. *l. legata inutiliter, ff. de legibus, & l. non ideo minus, C. de procur. l. penult. C. de pactis.* Quòd ſi (inquit idem Vaſquius *num.* 15.) tota ciuitas culpa vnius ciuis eſſet oppreſſa, tunc licebit, ſi petatur, tradere ciuem noxium, ne illius culpa omnes pereant, cùm pœnæ ſuos tantùm authores, non alios tenere debeant. prædicta Vaſquius.

952. Ex his tribus ſententiis prima ſicut & magis communis, ita verior videtur; cui non obſtant fundamenta ſecundæ ſententiæ, vt conſtare poteſt, tum ex dictis in confirmatione, & declaratione eiuſdem primæ ſententiæ à *num.* 938. & 944. tum ex dictis *num* 947. *& duobus ſeqq.* tradita verò à Vaſquio ad confirmandam tertiam ſententiam videntur ſolùm concludere ratione ſocietatis politicæ ciuem innocentem fore defendendum ab hoſte etiam cum periculo multorum, ſi ſit ſpes illum tuendi, & liberandi ciuitatem à clade, vt ſuprà *num.* 941. oſtenſum eſt; ſecus verò ſi nulla ſit ſpes, ſed ſumptis armis pro illius defenſione omnes ciues eſſent perituri; quod confirmatur ex dictis ex eodem Vaſquio, nam ſi ſocietas politica contracta eſt in vtilitatem cuiuſque, ſi vnus tantùm ad mortem quæratur, & reliqui omnes ſint certò perituri, ſi illum voluerint defendere, ad illius defenſionem non adſtringuntur ex vi contractæ ſocietatis. Præterea finis ſocietatis politicæ non eſt ſolum bonum, ſeu vtilitas priuatorum, vt ſinguli ſunt, ſed multo magis bonum ciuium, vt conſtituunt vnum corpus Reipublicæ; qui finis proinde alteri fini præferendus eſt, cùm vterque obtineri non poteſt. Et hæc quoad hunc §. 29.

SVMMARIVM.

953 *Duobus modis contingere poteſt eſſe opiniones, vel dubium in materia bellum concernente.*

954 *Opinio probabilis, ſeu probabilitas iuſtitiæ belli poteſt eſſe, vel ex parte facti, vel ex parte iuris.*

955 *Ad bellum iuſtè inferendum non ſufficit quòd Principes credant ſe habere iuſtam belli cauſam; ſed ſepoſito omni inordinato affectu tenentur rem diligenter examinare adhibitis iuris prudentibus, & timorata conſcientia.*

956 *Exorta controuerſia de iure ad regnum, ſi poſt adhibitam debitam examinationem clarè conſtet, vtri contendentium ius competat, illi regnum eſt adiudicandum.*

957 *Si res remaneat omninò dubia, nec ſit ſpes habendi certiorem cognitionem, & alter legitimè, & bona fide poſſideat, huic regnum adiudicandum, nec aliter poteſt licitè illi bellum inferri ad habendum totum regnum, vel eius partem.*

960 *In tali dubio poſſeſſor ſi ſit ſpes inueniendi veritatem, vel nondum fuerit adhibitum debitum examen, tenetur iterum rem examinare, vel conſentire in iudicem communem.*

961 *In dubio huiuſmodi ſi poſſeſſori appareat maior veriſimilitudo, quòd regnum pertineat ad non poſſidentem, an tunc idem poſſeſſor teneatur conuenire; vel compenſationem, vel diuidere pro inæqualitate, ſeu quantitate dubij, & ſeqq.*

962 *Poſſeſſor bonæ fidei dubius an res poſſeſſa ſit ſua, vel aliena, ſi magis propendeat in eam partem, vt ſit aliena, an teneatur partem rei reſtituere, & 964.*

965 *Poſſeſſor bonæ fidei formaliter dubius an ſit res ſua, probabiliter tamen opinans, quòd ſit alterius, an teneatur reſtituere, & 966.*

967 *Poſſeſſor bonæ fidei dubitans rem eſſe ſuam, ſed magis propendens, quòd ſit aliena, quam etiam ad ſe pertinere aduerſarius ſemoto omni dubio, & ſine prauo affectu affirmat eſſe ſua, an teneatur illam diuidere, vel componere, & 968.*

969 *Cùm dubium manet ad quem ex duobus contendentibus ſpectet regnum, & nullus eſt in poſſeſſione, an facienda compoſitio, vel regnum diuidendum, an verò regnum remaneat liberum, vt poſſit ſe modo Reipublica exempta gubernare, & 970.*

971 *Quando ignoratur quis ex duobus gemellis Regina, vel duo gemelli viui reperiuntur in vtero Reginæ matris diſſecto, quid agendum, & quis ad regnum admittendus, & an regnum, vel primogenitura inter eos debeat diuidi, & ſeqq. vſque ad 979.*

Si ex gemellis alter ſit fœmina, alter maſculus, is cenſetur

Digitized by Google

ſetur prior exiuiſſe ex vtero, & ſolus ſuccederet in Regno.

975 *Tempore ſchiſmatis ſi ex duobus Pontificibus electis non poſſet ſciri, quis eorum eſſet indubitatus, Prælati Eccleſiarum, ſeu Concilium generale poſſet pronunciare, quid in tali caſu expediet bono Eccleſiæ.*

980 *Sententia aſſerens licitum eſſe bellum mouere ex ſola opinione probabili dicente bellum eſſe iuſtum, & poſſe licitè inferri, licèt alter etiam habeat opinionem pro ſe probabilem, quòd poſſit inuaſorem repellere.*

Contraria ſententia verior, n. 1032. & ſeqq.

981 *Altera ſententia affirmans, quòd quando Rex contendens cum altero de iure ad regnum, habet pro ſe opinionem probabilem facti, non poteſt bello regnum occupare, ſiue alter poſſideat, ſiue non, ſed debet componere, vel diuidere, vel ad iudicem arbitrum recurrere; ſi verò habeat pro ſe opinionem probabilem iuris, poteſt bello intentare regni occupationem, altero renuente, dare, & ſeqq.*

994 *Alia ſententia tenens Regem, ſeu ſupremum Principem, de iure ad regnum contendentem ſi pro ſe habeat opinionem probabiliorem facti, vel iuris, ſeu probabilius ius ad regnum, poſſe tanquam iudicem ſententiam ferre pro ſe, & ita ſibi applicato regno, illud bello occupare, ſi alio modo non poſſit, & ſeqq.*

997 *Iuxta eandem ſententiam ſi vnus Rex habeat ius minus probabile, quàm alter, non poteſt bello intentare Regni occupationem, licèt habens efficacius ius non poſſideat.*

998 *Si vterque habeat æquè probabiliter ius, & alter legitimè poſſideat, huic relinqui debet Regnum, iuxta eandem ſententiam.*

999 *Si autem nullus legitimè poſſideat, compoſitio eſt facienda, vel regnum diuidendum iuxta eandem opinionem; etſi alij putent vnumquemque habere ius ad primò regnum occupandum, & n. 1000.*

1001 *In æqualitate probabilitatis facti, vel iuris, de iure ad regnum Princeps legitimè poſſidens præferri debet, & totum habere.*

1002 *Si verò neuter poſſideat, facienda eſt compoſitio vel diuiſio, & 1003.*

1004 *Quando inter duos Principes agitur de iniuria, & vtrinque eſt probabile eſſe, vel non fuiſſe illatam, quid faciendum.*

1006 *Ratio generalis belli aggreſſiui, vel defenſiui ad quam cætera particulares reducuntur, eſt iniuria formalis, vel materialis, & tribus ſeqq.*

1008 *Materialis iniuria duplex.*

1009 *Belli aggreſſiui, ſeu offenſiui duplex genus.*

Ad bellum iuſtè inferendum prærequiritur culpa vera, vel præſumpta, ibid.

1010 *Bellum ex vtraque parte iuſtum non poteſt dari per ſe, & à parte rei, ſed tantùm per accidens, & ex ignorantia inuincibili, & quatuor ſeqq.*

1015 *& ita ex vna parte iuſtum materialiter, & formaliter, ex altera tantùm formaliter, ibid.*

Bellum Iſraëlitarum contra Amorrhæos, & cæteras gentes, fuit ex vtraque parte iuſtum, ibid.

Qua ratione ſit obiectum virtutis, quod prudens iudicat fieri poſſe.

Si poſt examen controuerſiæ de iure ad regnum, &c à duobus Regibus, ſeu Principibus prætenſo appareat vnum habere ius probabilius, is non poteſt pro ſe ſententiam ferre, & armis ſpoliare alterum legitimè poſſidentem, & quem ſcit habere ius probabile ad idem regnum, ibid. & 1016. & ſeqq.

Immò etiam idem dicendum ſi neuter poſſideret, ſed tunc facienda eſſet compoſitio, vel expectanda ſententia arbitrorum, ſeu iudicum ad quos ſpectaret definitio controuerſiæ, n. 1030. & 1031.

1016 *Controuerſiam, quæ inter opiniones verſatur, non iudicio prudentium, ſed armis dirimere velle, eſt Barbarorum.*

Quando vtrinque ſunt opiniones probabiles de iure ad Regnum, Principes ſupremi colitigantes an poſſint pro ſe ſententiam ferre, & adiudicare regnum controuerſum, n. 992. 995. 1016. fine 1022. & 1023.

1026 *Compenſatio authoritate priuata non habet locum, niſi quando debitum eſt omninò liquidum, nec alia via poteſt obtineri, & fiat ſine ſcandalo. 1027. 1034.*

Quare non ſufficit opinio probabilis, quòd res ab alio poſſeſſa ſit ſua, vt poſſit illum ſpoliare, ibid.

1038 *In bello iuſto ſemper interuenit aliqua iniuria, vel vera, vel iure præſumpta in altera parte.*

1044 *Imperator, & Summus Pontifex non habent ius ferendi ſententiam inter duos Principes ſupremos contendentes de iure ad regnum, vel Prouinciam.*

Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis poteſt controuerſiam inter duos ſupremos Principes ortam dirimere, ſi id bono Eccleſiæ, & fini ſupernaturali iudicetur omninò expedire, licèt expedientius ſit, vt abſtineat, & ſola hortatione curet inter eos compoſitionem, ibid.

1045 *In cauſis litigioſis, & dubiis, & cùm hinc inde ſunt opiniones probabiles oppoſitæ de iure ad regnum, vel Prouinciam, aut caſtrum, quod habere prætendunt duo Principes ſupremi, vel non ſupremi, quis de iure debeat eſſe iudex. Diſtinguuntur plures caſus, & quis debeat in vnoquoque caſu eſſe iudex, explicatur, ad 1055.*

Quid, cùm dubitatur inter Principes, & Reges ſupremos de ſola iniuria ab alterutro irrogata, ibid. fine.

1056 *Regno, vel Prouincia, aut re alia per iudices ordinarios, vel arbitros communi conſenſu electos vel ex Principibus litigantibus per ſententiam adiudicata, is poteſt poſſeſſionem apprehendere, & ſi alter condemnatus reſiſtat, bellum aduerſus eum mouere.*

1057 *An poſſit apprehendere ante vltimam ſententiam, & ſeqq.*

1059 *Ius vnius Principis contra alium, quando debeat dici litigioſum, vt armis non ſit definiendum, ſed per compoſitionem, aut à iudicibus legitimis.*

1060 *Si alter ex Principibus contendentibus de iure ad regnum ſciat euidenter, vel moraliter certò Regnum ad ſe ſpectare, & alter ex ignorantia inuincibili exiſtimet ſe legitimè poſſidere, & eſſe ſuum, an is ab alio poſſit armis ſpoliare, & ſeqq.*

1068 *Principes Chriſtiani tenentur abſtinere à bello aliàs licito, ſi inde fidei periculum immineat, & hoſtium fidei vires incrementum ſint habitura.*

1069 *Item ſi ex bello præuideantur euentura maiora mala Reipublicæ propria.*

1070 *Item ſi nulla, aut exigua ſpes victoriæ obtinendæ affulgeat.*

An ſufficiat aliqualis ſpes probabilis, an verò requiratur moralis certitudo victoriæ obtinendæ, ibid.

1071 *Bellum valde cautè inſtitui debet, & poſt maturam conſiderationem.*

1072 *Bellum antequam inferatur prius denunciandum parti aduerſæ, vt ſatiſfaciat, & ſeq.*

1073 *Poſt*

1073 *Poſt admonitionem quantum temporis expectandum antequam inferatur,& 1074.*

1075 *An etiam poſt motum, & inchoatum bellum iuſtum inferens teneatur acceptare ſatisfactionem à parte aduerſa oblatam,& à bello deſiſtere.*

1076 *Quam iuſtitia belli cognitionem inquirere, & eiuſdem probabilitatem debeant ſubditi,& non ſubditi Principis, vt ad bellum vocati licitè queant militare,vel ad militandum teneantur, & pluribus ſeqq.*

Duces, & Conſiliarij Principum vocati ad conſilium publicum conuocatum pro belli iuſtitia agnoſcenda, & alij vltrò ad dictum conſilium venientes, tenentur ex iuſtitia inquirere diligenter belli iuſtitiam,ibid.& ſeqq.

1078 *Bellum poteſt eſſe iuſtum ex parte Principis, & non ex parte conſiliariorum, aut informantium, & ſeqq poſt medium.*

1079 *Quam iuſtitia belli cognitionem, quamque diligentiam pro ea agnoſcenda adhibere debeant Principis ſubditi tam maiores, quàm minores, Conſiliarij,& non conſiliarij,ad 1082.*

& quid de non ſubditis,& 1099.

1083 *Quandónam Principis bellum præſumi poſſit, & debeat iniuſtum.*

1084 *An ſubditis Principis bellum gerentis, & etiam extraneis militibus poſt adhibitam debitam diligentiam pro cognoſcenda veritate, adhuc dubitantibus de iuſtitia belli liceat in eo militare; & ſubditi ipſi à Principe ad bellum vocati ire teneantur dicto dubio non obſtante,& pluribus ſeqq.*

1089 *Subditus, qui dubius de iuſtitia belli, iuſſus à ſuo Principe in eo pugnauit, ſciens poſtea bellum fuiſſe iniuſtum, an teneatur reſtituere damna data, & ea ex quibus non eſt factus locupletior, & 1090.*

1091 *Subditorum nomine, vt in dubio iuſtitia belli pugnare licitè poſſint, & parere Principi pugnam præcipienti teneantur, qui intelligantur.*

1092 *Vt ſubditi dubij de iuſtitia belli poſſint in eo licitè militare, non requiratur præceptum Principis expreſſum, an verò ſufficiat tacitum; & in quo hoc tacitum præceptum conſiſtat.*

1093 *Subditus probabiliter credens bellum ſui Principis eſſe iniuſtum, an ad præceptum eiuſdem Principis teneatur in eo bello militare,& ſeq.*

1095 *Extraneus, ſeu non ſubditus, nec ſtipendiarius dubitans de iuſtitia belli, non poteſt in eo licitè militare,& ſeqq.*

Contrarium,1099.& ſeqq.

1096 *Quibus ex coniecturis poſſit dubium deponere, & præſumere, ſeu probabiliter credere bellum eſſe iuſtum,& 1098.& 1099.*

1097 *Miles extraneus habens pro vtraque parte litigantium probabiles rationes iuſtitiæ belli, poteſt licitè, vel alteri parti pro ſtipendio militare.*

1112 *Milites ſiue extranei, ſiue ſubditi ſecundùm animi propoſitum parati militare in quocunque bello ſiue iuſto, ſiue iniuſto ſunt in ſtatu peccati, & damnationis.*

1113 *Multò magis vtriſque non licet militare ſi illis conſtet de iniuſtitia belli.*

1114 *& idem ſi ex conſcientia erronea putent bellum eſſe iniuſtum.*

1115 *Reijcitur ſententia Oberti de Orto, & Gherardi Capiſti.*

1116 *Princeps dubius de iuſtitia belli peccat mortiferè contra iuſtitiam ſi indicat, vel moueat contra alterum bellum aggreſſiuum. ſecus ſi ſe defendat ab aggreſſore.*

1117 *Milites tam ſubditi, quàm extranei ſcientes Principem indicentem bellum aggreſſiuum eſſe dubium de iuſtitia, non poſſunt licitè eum iuuare; poſſunt autem illum iuuare in bello defenſiuo.*

1118 *Milites, qui pugnarunt in bello à parte rei iuſto, quod tamen putabant iniuſtum, detecta belli iuſtitia, ad nullam reſtitutionem tenentur, ſicut nec Princeps, qui indixit bellum iuſtum credens eſſe iniuſtum ſi poſtea agnoſcat belli iuſtitiam,& 1119.*

1120 *Militantes in bello iniuſto tenentur ad reſtitutionem damnorum ſolùm in defectum Principis, qui bellum iniuſtum mouit, niſi Princeps ob ignorantiam inuincibilem excuſaretur à culpa.*

1121 *Si terminato bello maneat dubium, an fuerit iuſtum, an milites tam ſubditi, quàm extranei, qui in eo pugnarunt, ad aliquam reſtitutionem teneantur,& 1122.*

§. XXX.

Vtrùm Rex, ſeu Princeps, aut Reſpublica ad inferendum bellum moueri licitè poſſit ex ſola opinione probabili affirmante ſibi illud Regnum, vel illam ciuitatem ad ſe pertinere, vel iniuriam ſibi fuiſſe illatam.

PRo explicatione tituli ſciendum in hac materia, 953.
ſeu controuerſia poſſe eſſe dubium, vel opinionem, ſeu opiniones oppoſitas, vel de aliqua re, ſcilicet, an hoc regnum, vel hæc ciuitas ſit huius, an illius Principis, ſiue an huic, vel illi aliquid debeatur, vel de aliqua iniuria, nempè an is, qui dicitur alteri intuliſſe iniuriam, eam verè intulerit. Præterea ſuppoſito dubio, vel opinione probabili circa rem, aut iniuriam, an hîc, & nunc omnibus ſpectatis, liceat huic, vel illi bellum inferre. Prior quæſtio, ſeu dubitatio eſt ſpeculatiua, poſterior eſt practica, cuius reſolutionem volunt aliqui ex reſolutione prioris eſſe petendam.

Inſuper ſciendum opinionem probabilem, ſeu 954.
probabilitatem poſſe eſſe, vel ex parte facti, vt cùm vterque Rex, ſeu Princeps contendens de regno per inſtrumenta, ſcripturas, & teſtes probat ius ſuum ad idem regnum, vel ex parte iuris, quia, ſcilicet, ſiue conſtet de facto, ſiue non, hinc inde attentis legibus, & iuribus, aut rationibus ſunt opiniones Doctorum, probabiles oppoſitæ, quarum vna aſſerit, vnum Regem, vel Principem habere ius ad Regnum, altera aſſerit competere alteri, vel vna aſſerit per tale factum, nullam iniuriam fuiſſe irrogatam; vna aſſerit talia tributa impoſita inducere tyrannidem, altera negat, & aſſerit eſſe iuſta.

In hac controuerſia certum eſt, & conueniunt om- 955.
nes Doctores, quoad Reges, ſeu Principes, aut Reſpublicas, quibus competit authoritas mouendi bellum, ſi inter eos oriatur controuerſia de iure Regni, Prouinciæ, aut ciuitatis, &c. ad inferendum iuſtè bellum non eſſe ſatis, vt alter, vel vterque Princeps credat, ſeu arbitretur ſe habere iuſtam belli cauſam, v.g. hoc, vel illud ad ſe pertinere, vel per tale factum ſibi iniuriam fuiſſe illatam; ſed vterque ante omnia tenetur rem, & cauſas, ac rationes iuſtitiæ belli, ſepoſito omni inordinato affectu, diligenter examinare, adhibitis viris prudentibus, & bonæ conſcientiæ, qui credantur ſtatum cauſæ benè intelligere, & de ea liberè, & ſine reſpectu perſonarum, pro veritate iudicaturi: & etiam audiri, & perpendi debent partis aduerſæ (ſi modò ſyncerè, & ſine fraude agere velit) rationes. ita Victoria *relect. de iure belli n.21.* Banoes *2.2.q.40.art.1.dub.5.concl.1.* Saytus *lib. 7. clauis c.13. num.6.*

num 6.Molina *de iuſtit.tract.2.diſp.*103.*initio*, Suarez *de charitate diſp.*13.*ſect.*6.*num.*1.Rodriquez 1. *p. ſum. cap.*126.*n.*3. Coninch *tract. de actibus ſupernaturalibus lib.*3.*diſp.*31.*n.*64.Villalobos 1.*p.ſum.tract.diff.*17. *num.*1. & alij Theologi commuoiter infrà allegandi. Et ex Iuriſpetitis Petrus Bellinus *de re militari p.*2.*tit.*8. *n.*2. Ratio ſecundùm prædictos Doctores eſt primò, quia negotium belli eſt grauiſſimom, ex qoo populorum graues ærumnæ, & ſtrages conſequuntur, ratio autem poſtulat, vt in quouis negotio adhibeatur conſultatio, & diligentia qualitati eius conſentanea. Secundò, quia vt iudex ſententiam ferat in priuato negotio, debet priùs diligentem adhibere examinationem; ergo, & ſupremi Principes in publica belli cauſa, cùm in huiuſmodi cauſa indicendi belli vterque Princeps ſupremus gerat contra aduerſarium vices iudicis. Sed an quilibet Princeps ſupremus aduersùs alterum ſit, ſeu eſſe poſſit iudex, habeátve ius prononciandi ſententiam in ſui fauorem, conſtabit ex dicendis: proportionaliter tamen procedit ratio, quia ſi in cauſa priuata ante ſententiam prærequiritur diligens examinatio iuſtitiæ cauſæ; multò magis in cauſa publicâ belli indicendi. Tertiò, quia alias temeritate Priocipum facilè turbareotur omnia. Quartò, quia ſi ſufficeret ſupremos Principes credere ſe habere iuſtam belli cauſam, Turcarum, & Saracenorum bella aduersùs Chriſtianos, eſſent iuſta, cùm putent ſe obſequium præſtare Deo, alias rationes vide apud Bagnetum.

956. Igitur ſi poſt factam vtrimque, ſeu à quibus, ad quos ſpectat, præfatam diligentem examinationem de iure vtriuſque Regis, vel Principis contendentis ad ſe pertinere Regnum, vel Prouinciam, aut ciuitatem, ſeu ius ſuccedendi, &c. conſtet clarè, & apertè viri ius illud ad regnum, aut Prouinciam, vel ciuitatem competat, certum eſt, illi regnum eſſe adiudicandum, ipſumque certiorem effectum de euidente iure, quod habet ad regnum, poſſe bellum inferre alteri Regi, ſeu Principi, ſi opus fuerit, vt tale regnum ſibi acquirat. ita Suarez *d.ſect.*6.*n.*2.Coninch *d.n.*66. Vazquez 1. 2. *diſp.*64. *cap.*3. *num.*11. Salas 1. 2.*tract.*8. *ſect.*13. & Doctores omnes tam præallegati, quàm allegandi, & alij.

Cùm dubium eſt, ad quem ex litigantibus ſpectet ius, ad Regnum, vel an iniuria ſit illata, quid faciendum.

957. SI verò poſt adhibitam dictam diligentiam pro vtroque Principe de iure ad Regnum, ſeo ad aliam rem contendente, res remaneat omninò dubia, ſcilicet, dubium ſit tale, vt pro nulla parte appareat probabilis aſſenſus opinionis, nec ſperetur veritatem poſſe certiùs inueniri, tunc ſi vnus legitimè, & bona fide poſſidet, ſcilicet, erat bona fide in poſſeſſione ante exortam controuerſiam, illi integrè res controuerſa eſt adiudicanda, nec alter poteſt licitè illi bellum inferre, vt totum regnum, v.gr. vel pars illius tradatur, aut aliqua compenſatio fiat. ita Victoria *d.relect.de iure belli n.*27. Molina *d.diſp.*103. *verſic.primum,& ſecundum.* Sayrus *lib.*7. *clau. cap.*13. *n.*7.Bannes *d. dub.*5.*concl.*2.Rodriquez *vbi ſuprà.* Valentia *tom.*3.*diſp.*3. *q.*16. *p.*2. *verſic. quintò certum eſt.* Vazquez *d.cap.*1.*n.*8.& 10.Salas *d.ſect.* 13. *num.*121. 122.& 128.Suarez *d.diſp.*13.*n.*3.Villalobos *d.diff.*17. *n.*1.& 2.Filliuclus *tom.*2.*tract.*29.*c.*9.*n.*184.Bonacina *de reſtitut. diſp.*2. *quæſt. vltima, ſect.* 1. *puncto vltimo,* §.2.*num.*8.Reginaldus *lib.*21.*num.*88. Layman *lib.*1. *tract.*1.*cap.*5. §.3. *num.*25. Gordonus *lib.*6. *quæſt.*19. *num.*15.*verſic. tertia.* Becanus *tom.* 3.*cap.* 25. *quæſt.*8. Ioannes Sancius *in ſelectis diſput.* 44. *num.* 56. Trullench *in Decalogum lib.* 5. *cap.* 2. *dub.*3. *num.*2. & 5. Coninch *d.diſp.*31.*eodem num.*66. Diana *p.*4.*tract.*3. *reſolut.*50. Ariaga 1.2. *tom.*2. *diſp.* 24. *num.*41. Palaus *tom.*1. *tract.*1. *diſput.* 2. *puncto* 7. *num.*6. & Theologi communiter. & ex Iuriſperitis Tiraquellus cum aliis *de iure primogeniorum quæſt.*17. *initio num.*13. & *opinione* 11.*per totum*, & *opinione* 12.*num.*7. Probatur, quia poſſeſſor bonæ fidei, ſeu qui in legitima poſſeſſione exiſtit, interim, dum omninò ſibi non conſtat rem ad aliom pertinere, neque tenetur ſeipſum re poſſeſſa priuare, aut eius partem alteri tradere, neque alius, licèt ſit iudex, poteſt licitè illum ea, aut parte illius ſpoliare, vt oſtenſum eſt ſuprà *num.*494. & præter Doctores allegatos tradunt Couarruuias *reg.Poſſeſſor p.*1.§.7. *num.*4. Salon 2. 2. *q.*61.*tract. de dominio, ad finem.* & Sanchez *de matr. lib.*2. *diſput.* 41. *num.*12.& 14. in dubio enim, & pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis: vnde tunc *reg.* 11. *de reg.iur. in* 6. *Cùm ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori*; is autem qui poſſidet, reus eſt comparatione illius, qui eſt extra poſſeſſionem, & oſtendit rem ad ſe pertinere, vt dictum eſt ſuprà *num.*494. *tum regula* 65. *eod. tit.* & *lib.* & *reg.*170. *de reg.iur. In pari delicto, vel cauſa, potior eſt conditio poſſi-*
dentis. † Tum præterea ſi, qui eſt extra poſſeſſio- 958.
nem, poſſet in dubio alterum bello inuadere, & à poſſeſſione exturbare, ſequeretur exiſtente eadem cognitione in vtroque bellantium de iuſtitia vtriuſque partis dari bellum iuſtum ex vtraque parte. nam qua ratione non poſſidens poſſet iuſtè rem illam bello occupare, eadem, immò maiori poſſet eam defendere, qui eſt in poſſeſſione illius, cùm dubium vtrique faueat, melióque ſit conditio poſſidentis; id verò concedere, eſſet concedere bellum, ex vtraque parte iuſtum formaliter, & materialiter, quod eſt abſurdum, & Reipublicæ tranquillitas, &
iuſtus ſtatus non patitur. † Quare iuxta eoſdem Do- 959.
ctores ſi ſtante tali dubio, ille qui poſſidet, ſpoliatetur re poſſeſſa, putà regno, Prouincia, Caſtro, vel ciuitate, poterit iuſtè per bellum illam recuperare, quoad vſque conſtet de iuſtitia alterius partis; & ſimiliter alter, qui in iſto bello accepit ciuitatem, aut Prouinciam, tenetur illam reſtituere, niſi fortè (inquiunt Bannes, & Trullench,) timeret quòd examinata cauſa (ſi fortè adhuc noodum fuiſſet debita examinatio facta,) & apparente veritate, alter non reſtitueret; nam tunc in depoſito eſſet res illa depo-
nenda. † Itaque dixi, *ſi poſt adhibitam præfatam dili-* 960.
gentiam, & non ſperetur veritatem certiùs inueniri poſſe. Nam orta controuerſia ſi cauſa non fuerit adhuc diligenter vtrimque examinata, vel facto aliquo examine ſit adhuc ſpes, ſeu probabilitas veritatis inueniendæ; licèt in dubio ex parte vtriuſque partis contendentis de iure ad rem, is, qui eſt in legitima poſſeſſione, interim non teneatur ſe priuare tota re, vel illius parte, neque ab altera parte poſſit ſpoliari, iuxta præallegatos Doctores omnes, ob allatas rationes, tenetur tamen rem diligenter examinare, vel iterum examinare, & permittere vt conuenienti modo examinetur, & rationes oppoſitæ partis audire, vt admittendo ad eum finem Legatos, ſi opus ſit, vel eligendo communem iudicem, vt ſic conſtet de iuſtitia cauſæ, & ſi aliquid certi inueniatur, ſecundùm illud ſententia feratur. Cùm enim ex vna parte Princeps non poſſidens, in huiuſmodi dubio poſſit rationibus ius ſuum expetiri abſque iniuria poſſeſſoris, quia ſi idem poſſeſſor habet legitimum ius rei poſſeſſæ, retinebit poſſeſſionem; ſi non habet, non aufe-

teruf

retur illi, quod ſuum eſt, ſed quod alienum; &
ex altera parte idem poſſeſſor rei dubiæ dubi-
tet, an poſſideat rem ſuam, ſi non vellet admit-
tere debitum examen ad inueſtigandam verita-
tem, inciperet eſſe poſſeſſor malæ fidei, & ex-
poneret ſe periculo retinendi rem alienam in-
uito domino, quod iniuſtum eſt, & ita iniuriam
alteri parti faceret, & conſequenter eo ipſo no-
mine, poſſet bello infeſtari: ita omnes præallegati
Doctores, quando dubium eſt æquale pro vtra-
que parte.

961. Quòd ſi re diligenter examinata, maior ſit,
ſeu appareat veriſimilitudo, quòd pertineat ad
eum, qui non poſſidet, quàm ad eum qui poſſi-
det, ſitque inæquale dubium, non tamen res
certò conſtet, ſed ſemper res remaneat dubia, ali-
qui ex præallegatis Doctoribus affirmant in hoc
caſu eum, qui poſſidet, teneri conuenire, ſeu
compenſationem facere, aut rem diuidere cum
eo, qui non poſſidet, pro quantitate dubij, ita
vt maiorem partem illi tradat, & minorem ſi-
bi retineat, quod ſi opere non præſtet, poſſe al-
terum mouere bellum tanquam aduersùs iniu-
ſtum poſſeſſorem. ita Bannes, Rodriquez, Va-
lentia, Reginaldus *locis citatis*, & Fragoſus *de
Regimine Christianæ Republica, part. 2. lib. 4. di-*
962. *ſputatione* 10. *numero* 204. *fine*, *&* 207. † Pro-
bat Bannes, quia quilibet priuatus poſſeſſor bo-
næ fidei dubitans an res à ſe poſſeſſa ſit aliena,
in tali inæqualitate dubij tenetur partem rei re-
ſtituere pro ratione maioris illius propenſionis,
quia tunc non eſt par cauſa vtriuſque partis,
ſed maior probabilitas alieni iuris præualet alte-
rius poſſeſſioni; id quod aſſeruerunt etiam Sa-
lon 2. 2. *quæſtione* 62. *artic.* 6. *controuerſ.* 4. *concluſ.*
4. Petrus Ledeſma *de matrimon. quæſt.* 45. *art.* 1.
ad 3. *prima ſententia dubij ſecundi*, Coninch *de
Sacram. diſputat.* 34. *num.* 93. loquens tam in du-
bio rigoroſo, quàm in opinatiuo inæquali. idem
Bannes *dict. quæſt.* 62. *in præambulo ad illud dub.
vltim. concluſion.* 2. & tenuit Sanchez *de matrimon.*
963. *lib.* 2. *dict. diſputatione* 41. *numero* 19. † At pro-
babilius eſt contrarium, quod ſuſtinent Moli-
na *dict. diſputatione* 103. *verſic. mihi verò.* Salas
dict. ſectione 13. *numero* 139. Bonacina, Diana,
Trullench *vbi ſuprà*, & Palaus *dict. numero* 6.
Quia dum res manet dubia, ita vt abſque am-
biguitate non conſtet, ita pertinere ad alterum,
vt integrè ſit illi tradenda, melior eſt condi-
tio poſſidentis. iuxta *cap. in dubiis, de reg. iur.
in* 6. & ideo qui eſt in legitima poſſeſſione,
nec totum, nec partem exiſtente eo dubio te-
netur tradere, aut compenſationem facere pro
qualitate dubij; neque iudex, qui non eſt ar-
biter, in eo euentu ſolet ad talem diuiſionem,
vel compenſationem litigantes cogere, ſi alter
ſit legitimus, & bonæ fidei poſſeſſor; neque re-
peritur aliquod ius, quod indicet ita eſſe facien-
dum. Quare iniquus eſſet aduerſarius (inquit Mo-
lina) ſi in eo euentu bellum moueret, reſtituere-
que teneretur damna omnia, quæ eo bello daret.
Neque Princeps (addit idem Molina) qui bona
fide cœpit poſſidere, tenetur conſentire, vt ea
de re iudicent arbitri, cùm ipſe ſit iudex in ſua
cauſa propria aduersùs alteram Rempublicam; ſic-
ut viciſſim Reſpublica altera iudex eſt in ſua
964. cauſa aduersùs eum. † Quare ad fundamentum
Bagnetis reſpondetur contrarium eſſe probabilius,
& nihil in eo euentu poſſeſſorem bonæ fidei te-
neri reſtituere; quia non obſtante tali inæqua-
litate dubij, ſi rationes, quæ poſſeſſori viden-
tur vrgentiores, & eum magis inclinant in eam
partem, vt res ſit aliena, non generent aſſen-
ſum illius partis, ſed relinquant adhuc intel-
lectum dubium, & rem ancipitem, certa poſ-
ſeſſio præponderat tali inæqualitati, ac proin-
de poſſidentem ab omni prorſus reſtituendi obli-
gatione liberat in foro interiori, ſicut & in ex-
teriori, in quo in dubio ſemper pronunciatur pro
poſſeſſore, & Reo, iuxta regulas *hoc* §. *numero*
957. adductas, & iuxta dicta ſuprà *numero* 394.
& ita ſuſtinent Vaſquez t. 2. *diſputation.* 66. *cap.* 7.
numero 42. Salas t. 2. *tractat.* 8. *numero* 231. San-
chez *in ſumma* (vbi retractat, quod dixerat loco
ſuprà allegato) *lib.* 1. *cap.* 10. *numero* 9. *& lib.* 1.
cap. 13. *numero* 179. Bonacina *de peccatis, diſputat.* 2.
quæſtione 4. *part.* 7. *numero* 18. *& de reſtitutione
diſputatione* 1. *quæſt.* 2. *part.* 3. *numero* 6. Filliucius
tom. 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 158. Layman *dict. cap.* 5.
numero 21. *verſic. adde.* Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tra-
ctat.* 1. *diſputatione* 3. *num.* 11. Trullench *in Deca-
log. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 2. & Diana *part.* 1. *tractat.*
17. *reſolutione* 10. *& part.* 4. *tractat.* 3. *reſolut.* 26.
† Quia addit Salas *ibidem* hoc eſſe verum, & pro- 965.
cedere non ſolùm quando rationes pro contraria
parte aſſenſum non valent generare, nec generant,
ſed etiam quando eum generant in intellectu
poſſidentis bona fide, & dubitantis, dummodo
non conuincant, nec aſſenſus ſit certus phyſicè,
aut moraliter, ſed merè opinatiuus; adhuc enim,
inquit idem Salas, res verè eſt dubia, & poſſeſſio
præponderat omnibus rationibus non conuincen-
tibus, eo quòd rationes, quæ non conuincunt, ſed
vtramque partem reddunt probabilem, æquales,
aut ferè æquales ſunt. ita Salas, quem in hoc ſe-
quitur Trullench *dict. num.* 2. & ita ſentit Diana
dict. reſolutione 26. *fine*, cùm dicat poſſeſſionem
præponderare omnibus rationibus non conuin-
centibus: idem ſentire videtur Layman, nam *dict.
cap.* 5. *num.* 25. ait poſſeſſorem bonæ fidei ſuperue-
niente dubio, quòd res poſſeſſa ſit aliena, non
poſſe cogi ad rem reſtituendam, priuſquam
manifeſtum fiat alienum eſſe, & *dict. num.* 21. di-
cit eundem poſſeſſorem bonæ fidei ſpeculatiuè pro-
babilius iudicantem rem ad alterum pertinere;
dum moralem certitudinem non habet, ad nul-
lam reſtitutionem obligari, nec teneri iure poſ-
ſeſſionis ſuæ ſe priuare; niſi conſtet rem ad al-
terum pertinere, iuxta ſententiam S. Auguſtini
dicentis *in lib. de fide, & operibus cap.* 7. (& re-
fertur *cap. ſi virgo* 34. *q.* 1. *Bonæ fidei poſſeſſor
dicitur quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum; cùm ve-
rò ſciuerit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc
malæ fidei poſſeſſor perhibebitur.* Vnde ſi quis (ad-
dit Layman) rem bona fide hactenus vt ſuam
poſſedit, & alius eam reſtitui petat tanquam
ad ſe pertinentem, ſolet poſſeſſor ſi poſt ve-
ritatis inquiſitionem ipſi certò non conſtet ad
alterum pertinere, iudicium experiri, & ante
non reſtituere quàm à iudice cognita cauſa con-
demnetur: ſi tamen partes (ſubdit idem Layman)
in hoc caſu iudicem non habeant (vt ſunt
duo Principes non recognoſcentes ſuperiorem
contendentes de iure ad aliquam rem,) vide-
tur compoſitione res tranſigenda ſi pars alte-
ra exigat, vt idemmet Layman dicit *eodem
cap.* 5. *numero* 25. de qua re paulo infrà *nu-
mero* 966. *&* 968. † At alij aiunt poſſeſſorem 966.
rei dubiæ ſi rationes vrgentiores, non tamen
conuincentes in alteram partem eum inclinan-

tes generent aſſenſum, debere etiam probabiliter iudicare rem eſſe ſuam, vt poſſit eam retinere, alioqui retinens operaretur contra conſcientiam; igitur ſi in intellectu poſſeſſoris bonæ fidei rationes illæ non conuincentes ita generent aſſenſum, quòd ſit probabilius rem ad alterum pertinere, vt tamen ipſe ſemel exiſtimet probabiliter rem eſſe ſuam, nil tenetur reſtituere, quia licet ei hanc opinionem, relicta probabiliori, ſequi: & in hoc caſu vera eſt explicatio Salæ, & aliorum; ſi verò ita generent aſſenſum opinatiuum maioris probabilitatis, quòd res ſit aliena, vt ipſe poſſeſſor remaneat omninò dubius, cum ſola formidine in præfato aſſenſu opinatiuo incluſa non valens formare alterum aſſenſum opinatiuum probabilem, quòd res ſit ſua, rem illam tenebitur reſtituere; quia tunc rem illam retinens operaretur contra opinionem propriam, carens prorſus probabilitate contrariæ. ita Sanchez *dict. num.9. & lib.2. de matrimon. diſput.44. num.5.* & idem ſentiunt Vaſquez, Fillineius, & Palaus *locis citatis*, Diana *dicta reſolutione* 10. Ioannes Lugo *de iuſtitia tom. 1. diſp.17. ſect.4. fine.* & Breſſerus *lib.4. de conſcientia cap.3. num.24.* & videtur probabilius. Ad tuendam tamen oppoſitam ſententiam Salæ, & aliorum dici probabiliter poteſt poſſeſſorem bonæ fidei, poſt ortum dubium, an res poſſeſſa ſua, vel aliena ſit, licèt probabilius putet illam ad alterum pertinere per aſſenſum opinatiuum, ſine iudicio ſpeculatiuo probabili, quòd ſit ſua; poſſe tamen formare iudicium practicum quòd illi licitum ſit, illam rem retinere, donec certò moraliter conſtet eſſe alienam, tum ratione poſſeſſionis ſuæ certæ, tum quia fortè ipſe decipitur in illo aſſenſu, & rationes quibus ad ſic aſſentiendum mouetur à parte rei non ſint ſufficientes ad talem aſſenſum, & potiùs contrarium ſit verum. Retenta etiam ſententia Sanchez, & aliorum valde probabile puto, quòd *ibidem* addit Breſſerus, ſcilicet, ob probabilem tantùm aſſenſum, quòd res ſit aliena, poſſeſſorem bonæ fidei strictè dubium, an ſit ſua, non teneri ſe ſpoliare poſſeſſione totam rem alteri reſtituendo, ſed ad ſummum æqualiter cum illo diuidendo, quia, in ſimili dubio opinatiuo, quòd res ab altero poſſeſſa ſit ſua, non poſſet illum ſpoliare poſſeſſione, quòd ad hoc requiratur certitudo, vt *infra hoc § num.*1048. probabitur, & tenet cum aliis idem Sanchez locis *ſuprà* allegatis; ergo etiam multo minus debet, aut tenetur in ſimili dubio opinatiuo ſpoliare ſe ipſum. Quare in præfato etiam aſſenſu probabili, ſeu dubio opinatiuo exiſtente valet aliquid poſſeſſio, etſi non tantum, quantum in dubio stricto, & rigoroſo de vtraque parte.

Quid ſi poſſeſſor ſit dubius, an res ſit ſua, aduerſarius verò ſemoto omni dubio iudicet, & affirmet ad ſe pertinere, & in id etiam magis propendeat poſſeſſor.

967. SI verò Princeps ſupremus, qui bona fide cœpit poſſidere, & poſtea dubitat, an Prouincia, vel ciuitas, vel res poſſeſſa ſit ſua, vel aliena præponderet, magis rem pertinere ad Principem aduerſarium, & actorem, quàm ad ipſummet; neque depoſita paſſione, adhibitáque morali diligentia poſſet veritatem, dubio omni ſemoto, aſſequi, ſed adhuc maneret dubius, è contra verò aduerſarius abſque prauo affectu, rem ſemoto omni dubio affirmaret ad ſe pertinere; tunc Molina *dict. diſput.*103. *verſic. illud libenter*, Becanus *dict. cap. 25. num. 4.* & Layman *dict. cap.5. num.25. verſic. manent tamen*, aiunt Principem aduerſarium poſſe rem pro qualitate dubij, exigere, & poſſeſſorem in conſcientia obligatum eſſe, vel rem pro qualitate dubij diuidere, cum eodem aduerſario id poſtulante, vel ſaltem, in tranſactionem, & bonorum arbitrium conſentire, & ſi id facere recuſet, poſſe aduerſarium illi bellum inferre. Rationem eſſe inquiunt, quia aduerſarius in tali caſu, & cauſa eſt iudex ſicut & poſſeſſor; nam cùm vterque, vt ſupponitur, ſit ſupremus Princeps non agnoſcens ſuperiorem in temporalibus, vnuſquiſque in ſua cauſa debet eſſe iudex. Quare aduerſarius ſi ſemota paſſione conſtanter, & indubitanter affirmet rem ad ſe pertinere, poteſt illam iuſto bello exigere, & poſſeſſor licèt & ipſe ſit iudex, & poſſit ſententiam proferre, tamen quandiu eſt dubius, & res non eſt ſibi certa, ſed veriſimilius ſibi eſt, rem ad aduerſarium pertinere, non poteſt bona fide iudicare rem ad ſe ſpectare, ac proinde tenetur aduerſario ſatisfacere, vel per arbitros, vel per diuiſionem, vel alio modo, prout circumſtantiæ exigunt. Hoc tamen (inquiunt iidem Molina, Becanus, & Layman,) non tenetur facere poſſeſſor bonæ fidei priuatus iudicem communem habens cum aduerſario, ſeu actore, qui quandiu dubius eſt, nihil reſtituere tenetur, antequam à iudice ſuo condemnetur. Dummodo (addit Layman) actor impeditus non ſit, quominus, ſi velit, iudicio contendere poſſit, & etiam poſſeſſor ſit paratus ſtare iuſtæ ſui ſuperioris ſententiæ. † Sed Salas *dict. tract.8. ſect.13. num.131.* & 968.
Palaus *tom.1. tract.1. diſputat.2. dict. puncto 7. num.6.* non admittunt prædictam rationem diſcriminis inter hunc caſum, & caſum de quo ſuprà *num.*961. *&* 963. & etiamſi iuſtè poſſidens agnoſcat, ſeu inclinet aduerſarium efficacius ius habere ad regnum (quod difficile eſſe, & rarò contingere, ait Palaus) cùm tamen facta diligentia, & ſemota paſſione adhuc ei certum non ſit regnum ad aduerſarium pertinere, ſed res adhuc ei ſit incerta, & dubia, exiſtimant, & in hoc caſu non eſſe eum obligatum regnum diuidere, aut componere, vel in arbitros conſentire, ob eam rationem, quòd melior eſt conditio poſſidentis, & poſſeſſor ratione poſſeſſionis vincit quodlibet ius alterius probabile, ſeu veriſimilius, & probabilius: & ita ſentio & ego, ſi poſſeſſor ita magis propendeat, regnum ad aduerſarium ſpectare, vt tamen non habeat aſſenſum opinatiuum, quo iudicet probabilius ad illum ſpectare, vel ſi habeat talem aſſenſum, ſimul etiam iudicat probabiliter regnum eſſe ſuum; ſecus verò ſi habens illum aſſenſum, ipſe remaneret dubius eſſe ſuum, iuxta dicta ſuprà *num.*966. Hæc in dubio quando alter ante ortam litem legitimè poſſidebat.

Quid in dubio ad quem litigantium ſpectet ius ad regnum, & neuter eſt in poſſeſſione: & quid quando ignoratur, quis ex duobus gemellis Reginæ ſit primogenitus.

969. SI verò neuter Principum contendentium rem (puta regnum, Prouinciam, caſtrum, vel ciuitatem ad ſe pertinere) eſt in poſſeſſione rei controuerſæ, vel ſi alter ſit in poſſeſſione, poſſideat mala fide, quia poſt ortam controuerſiam ſit poſſeſſionem ingreſſus altero renuente, & contradicente, aut in dubio

bio an res ad ſe pertineret, ſi re diligenter diſcuſſa adhuc manet dubium, ad quem duorum pertineat, vt pro nulla parte appareãt probabiles aſſenſus opinatiui, in hoc caſu Doctores communiter aſſerunt, vel rem in vtrumqne diuidendam pro quantitate dubij, vel aliquam aliam compenſationem faciendam, ſi res commodè diuidi non poteſt, vel mutuo conſenſu arbitros eſſe eligendos; quòd ſi alter renuat, poterit eo ipſo contra ipſum tanquam iniuſtum, moueri iuſtum bellum, quo compellatur ſuæ ſatiſfacere obligationi. ita Victoria *d. relect. de iure belli num* 28. Bannes *vbi ſuprà concl.* 3. Molina *d. diſp.* 103. *verſic. in ſecundo verò euentu.* Becanus *d. cap.* 25. *n.* 5. *&* 7. Villalobos *d. diff.* 17. *num.* 4. Salas, Vaſquez, Sayrus, Coninch, Layman, Bonacina, Filliucius, Trullench, Diana locis *ſuprà n.* 957. cit. & Suarez *d. ſect.* 6. *n.* 4. Probant, quia in hoc caſu neutrius illorum eſt melior conditio, ſed par, cùm vterque dubitet de ſua cauſa, & neuter ſit poſſeſſor, vel poſſeſſor bonæ fidei; ergo cùm non conſtet rem, ſeu regnum, aut prouinciam ad alterum pertinere, & maneat dubium ad quem illorum pertineat, componendum erit, vel diuidenda inter vtrumque res pro quantitate dubij, cùm alius nullus ſuperſit modus finiendi litem; id quod confirmatur ea ratione, quòd ſi ſimilis controuerſia eſſet inter priuatos habentes communem iudicem, is, ſi eſſet æquus, vel ſuaderet compoſitionem, vel pronunciaret rem inter vtrumque pro quantitate dubij diuidendam, vt oſtenſum eſt ſuprà *n.* 493. & ſi alter litigantium renueret compoſitionem, vel diuiſionem, poſſet ab eodem iudice compelli: idem igitur dicendum de Principibus communem iudicem non habentibus. Præterea ſi in hoc caſu cuique eorum licitum eſſet, occupare eam rem totam, daretur bellum ex vtraque parte iuſtum formaliter, & materialiter, quod eſt abſurdum, vt *ſuprà*

970. dictum eſt. † Verùm contra prædictam communem doctrinam, Salas *d. ſect.* 13. *num.* 12. Palaus *d. puncto* 7. & Arriaga *d. diſp.* 24. *num.* 42. in huiuſmodi caſu ſi agatur de ſucceſſione in regno, cùm poſt factam cauſæ, ſeu rei diligentem examinationem, adhuc remanet ex vtraque parte dubium, ad quem ex duobus contendentibus de regno in poſſeſſione non exiſtentibus, pertineat regnum ipſum, probabile eſſe vtrumque excludi à ſucceſſione, & regnum manere liberum, ita vt poſſit ſe modo Reipublicæ exemptæ gubernare, vel poſſe alium à litigantibus eligere Regem, vel ſi velit alterum ex illis. Rationem affert Palaus, quia cùm litigantes ius incertum habeant, videtur Reſpublica ſuccedere, vtpote carens certo ſucceſſore: neque tenetur alteri illorum regnum adiudicare, cùm non ſit certum illi debere; diuidere autem regnum inter litigantes, in grauem perniciem Reipublicæ cederet, cuius damnum præferendum eſt cuilibet ſpeciali. ita Palaus. & pro hac opinione (licèt eam non approbet) Doctores, iura, ac rationes affert Tiraquellus *d. quæſt.* 17. *de iure primogen. initio num.* 5. 12. 14. *&* 16. *& opinione ſexta, per totam*, & præſertim *d. num.* 12. affert rationem, quòd incertitudo

971. vitiet. † Examinat autem Tiraquellus illam quæſtionem, quando ignoratur quis ex duobus fratribus gemellis natis ex vxore habentis primogenituram, vel Reginæ primogenitus ſit, ſeu prior ex ventre matris exierit, vel quia id notatum non fuit, vel non potuit obſeruari; aut etiam ex duobus non geminis omninò ignoratur, quis ſit primogenitus, vel quando gemelli maſculi è ventre matris, ſeu Reginæ diſſecto ſimul educti ſunt, quis eorum ſuccedere debeat, ſeu habeat ius ſuccedendi in primogenitura, vel regno. de qua re etiam Molina *de primogen. Hiſp. lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 19. *ad finem.* Molina Theologus *tract.* 2. *de iuſtitia diſputat.* 624. *num.* 2. & Theophilus Raynaudus *de ortu infantium cap.* 14. *num.* 7. *&* 8. circa quam quæſtionem, præſertim vbi agitur de ſucceſſione, ſeu iure ad regnum, Tiraquellus *dict. quæſtione* refert duodecim opiniones. Prima quod ſorte negotium ſit dirimendum. Secunda eſſe locum gratificationi, ſcilicet, quòd ſuperior poteſt eligere alterum ex duobus, quem volet, vt primogenitum ſuccedere. Et ex Doctoribus huius ſententiæ alij dicunt ſimpliciter, eſſe locum gratificationi quaſi ſemper poſſit dominus gratificari cui velit. Alij verò, & eſt tertia ſententia, dicunt eſſe locum gratificationi, cæteris paribus, ſcilicet, cùm contendentes ſunt omninò pares moribus, honeſtate, dignitate, & aliis id genus; aliàs verò præferendum eſſe magis idoneum. Quarta quòd ambo ſimul ſuccedant, & gubernent. Quinta quòd alternis annis adminiſtrent. Sexta quòd neuter nec ſimul, nec alternis ad regnum admittantur, cùm regnum ſit indiuiduum, ſeu indiuiſibile, & videatur contra veram Monarchiam. Septima quòd formoſior. Octaua quòd robuſtior, qui præſumitur priùs exiiſſe de vtero. Nona quòd magnates, & populus alterutrum illorum eligant. Decima quòd pater eligat. Vndecima quòd præferetur is, qui eſt in poſſeſſione. Duodecima quòd præferatur, qui primus adeptus eſt poſſeſſionem, etiamſi tempore litis conteſtatæ non poſſideat. Aliam opinionem ex Miere *de maiorat. part.* 4. *q.* 20. *num.* 195. refert Raynaudus *dict. num.* 7. quòd ſuccedat ex duobus gemellis, vel repertis in vtero diſſecto qui priùs lucem aſpexerit, quam opinionem amplexi ſunt quidam recentiores. Aliam etiam opinionem referunt Molina iuriſperitus *d. c.* 1. *num.* 26. *&* 27. & Molina Theologus *d. diſp.* 624. *num.* 2 *circa medium.* quòd primogenitus, qui naſcetur primò ex vno illorum duorum, ſuccedere debeat in toto regno, & interim ambo admittantur ad regnum, & illud pro indiuiſo adminiſtrent. Quam opinionem vterque Molina reiicit, ea ratione, quia primogenitus ex vtero non minus ſuccederet in iure patris ſui, quàm ille alius ſuccederet in iure ſui

patris. † Ex prædictis autem opinionibus à ſe relatis, 972.
Tiraquellus *eadem q.* 17. *opinione* 12. *num.* 7. vti communiorem, benigniorem & iuri, ac rationi magis conſentaneam amplectitur opinionem, dicentem vtrumque debere admitti, & ſuccedere ſiue in dignitatibus regalibus, ſiue in primogeniis, & in cæteris rebus hæreditariis, niſi alter prior poſſeſſionem rerum adeptus fuerit, qui præfertur, donec conſtiterit alterum fuiſſe natu maiorem, quod limitat, niſi hic qui poſſeſſionem prior accepit, eandem amiſerit, & alter eandem acquiſierit, & diutiùs poſſederit, in eáque eſſet, cùm lis de hoc iure intentaretur; nam tūc (inquit) is qui in poſſeſſione eſt, præferetur, niſi etiam alter maiorem natu eſſe ſe probauerit. Admiſſa verò opinione faciente locum gratificationi, idem Tiraquellus *eodem num.* 7. in rebus priuatis, cæteriſque præter regnum, aliaſque magnas huiuſmodi dignitates, primum locum tribuit patri, vt ſcilicet ipſe eligat alterum ex duobus, quem volet, vt primogenitum ſuccedere; ſecundum ſuperiori; in regnis verò, & aliis ſimilibus magnis dignitatibus, quæ ſuperiorem non agnoſcunt, tribuit Magnatibus, & Populo, ſi neuter alterum vincit moribus, & meritis, alioqui dignior (inquit) erit ſemper præferendus. Demum idem Tiraquellus *eodem num.* 7. dicit, quòd ipſi fratres ſi velint, rem ſorti bona fide committere poſſunt, quamuis alter ad id inuitus cogi non debeat, niſi fortè res ali-

ter tranſigi non poſſet, immineretque aliquod pe-
riculum,& addit hanc eſſe opinionem Ioannis And.
Anton. Panormitani *in cap. licet cauſam, de probat.*
973. † Molina etiam Iuriſperitus *d. cap.1. num. 20. & 22.*
in hoc euentu, quando ignoratur, quis ex duobus
fratribus geminis ſit primogenitus, ſcilicet, prior
natus, adhærens eidem Tiraquello ait ambos æquè
ſuccedere non ſolùm in maioratibus, & primoge-
niis,atque adeò vtrumque dominium, & poſſeſſio-
nem illios comparere pro indiuiſo, debereque pro
indiuiſo adminiſtrare, donec compoſitio, & diui-
ſio maioratus inter eos fiat (quod etiam aiunt Mo-
lina Theologus *d.num.2.* & Raynaudus *d.num.7.*) ſed
etiam in regno ita vt ambo æquè ſint Reges,& am-
bo ſimul adminiſtrent, leges ferant,&c.vel ex æquo
regnum, ſiue imperium, & iura inter ſe diuidant, &
idem dicit *quæſt.* 18. *num.* 5. de gemellis extractis ex
vtero diſſecto.Probant Tiraquellus *d.q.17. initio n.4.*
& 6. & opinione 4. num.31. & 32. & Molina *d. cap.1.*
num.22.& ſeqq. nam licèt aliàs magis conueniat, ex-
pediatque Reipublicæ eſſe vnum Principem, & re-
gnum non diuidi, cùm ex diuiſione regna, atque
Principatus deſtruantur, iuxta illud Chriſti Domi-
ni, *Omne regnum diuiſum deſtruetur*; ac proinde in re-
gnis diuiſio ſit per leges prohibita: nihilominus ad-
mitti poteſt, & debet Principatus duorum Regum,
& regni diuiſio in hoc euentu, ſeu caſu adeò obſcu-
ro, ambiguo, & perplexo, vt quid ſtatuendum ſit ad
componendam tam magnam diſcordiam inter duos
fratres non temerè ortam, & ad euitandum pericu-
lum belli,& tumultus, ac aliorum incommodorum,
quæ ſequerentur ſi ambo, vel alter eorum excludé-
retur à ſucceſſione. Quare prohibitionem diuiſio-
nis in regnis ait Molina *d.cap.1. num.22.* eſſe intelli-
gendam, quando ſciri poteſt quis ſit primogenitus;
non verò in hoc euentu, in quo ex electione vnius
ſcandala, tumultus, & plura alia inconuenientia, &
incommoda Reipublicæ orirentur; ſi enim magna-
tes vnum eligere vellent, aut deberent, ſtatim ante
factam electionem, regnum in diuerſas factiones
ſcinderetur, omniaque ad bella, & cædes dirigeren-
tur; iam facta electione vnius, alter excluſus non ac-
quieſceret electioni, ſed continuò fratrem Regem
conſtitutum bellis, ac ſeditionibus infeſtaret, ita vt
nec regnum pace, nec quiete perpetuò frui poſſet;
quapropter ad huiuſmodi mala euitanda, admitten-
da eſt regni diuiſio, licèt aliàs ſit indiuiduum, quem-
admodum in ducatibus, feudis, regalibus, & ſimili-
bus dignitatibus, quæ ſunt aliàs indiuiſibilia, ob
bellum, ac ſcandalum futurum euitandum diuidi
poſſunt; vt poſt Alexandrum *conſil.7.num.11 lib.5.* &
Carolum Ruinum *conſil. 29. num. 18. lib. 5.* tradunt
iidem Tiraquellus *d. opinione 4.num.33.* & Molina *d.*
cap. 1. num. 23. Qui etiam exemplis ex hiſtoriis de-
ſumptis probant pluries in imperio ſimul duos im-
peraſſe, & aliquando quatuor ſimul fuiſſe Impera-
tores; & ſimiliter etiam in Hiſpaniarum regnis plu-
974. ties contigiſſe multos ſimul regnaſſe. † Verùm alter
Molina *d. diſp. 624. dict. num. 2.* & Raynaudus *dict.*
cap.14.num.8. in regnis negant ambos debere admit-
ti ad ſucceſſionem, maximè cum partitione regni
& iurium eius inter ipſos, idque ad euitandum tu-
multus, & Monarchiæ euerſionem, quæ ex regni di-
uiſione facile conſequeretur. Sed Raynaudus in hoc
caſu ait, ſi is (v. g. pater, vel auus, aut patruus) cuius
iura ad alterum ex gemellis fratribus deuoluenda
ſunt, ſit ſuperſtes, ipſum habere poteſtatem alteru-
trum ex eiſdem gemellis deſignandi in Regem, quia
populus iam pridem in eum tranſtulit ius ſuum,
quodcunque habere potuit circa regni rectionem,
& adminiſtrationem; eo verò mortuo ait fore penes
populum facultatem eligendi ſibi, quem ex gemel-
lis mallet in Regem; Molina verò ait in hoc caſu
ſortem mittendam eſſe inter illos gemellos, quis
eorum futurus ſit Rex, ſi in id proceres regni, pro-
curatoreſque ciuitatum conueniant ad ſuum re-
gnum integrum,& indiuiſum ſeruandum, pacemque
in bonum publicum conſeruanda, idque etiam inui-
tis,& ignorantibus gemellis illis: ac proinde, inquit,
ſortes de conſenſu Reipublicæ mitti deberent, ſta-
tim in illorum infantia, iſque ſolùm pronunciandus,
habenduſque eſſet Rex, quem ſors contingeret, pro-
bant Raynaud.& Molina ſua dicta, quia nullus alius
modus magis rationi conſentaneus apparet, nullave
alia via æquior,& melior geminis ipſis, bono, ac paci
Reipublicæ ſeſe offert in huiuſmodi caſu, quàm ſi
Reſpublica ipſa quoad primores,& proceres, procu-
ratores, qui ad id miſſos à ſingulis ciuitatibus in ge-
nerali conuentu, vel ſtatuat vt ſors inter ipſos ge-
minos, quis eorum ſit futurus Rex, mittatur (vt vult
Molina,) vel alterum, quem malit, eligat relicta alte-
ri congrua ſuſtentatione. Confirmat Molina, quia
Reſpublica, dum conceſſit ius regni Regi, & ipſius
deſcendentibus, non cenſetur ſe priuaſſe iure proſpi-
ciendi bono publico, ac ſuæ tranquillitati in ſimili
euentu tam ambiguo, & periculis ſcandalorum ob-
noxio, ſi vterque deberet ad regnum admitti: ac pro-
inde ipſis gemellis inuitis & inconſultis ſtatuere
poteſt, quid facto opus ſit pro communi bono ac
paci Reipublicæ. † Sicut tempore ſchiſmatis, quan- 975.
do duo eſſent ſummi Pontifices, factaque accurata
diligentia ſciri non poſſet quis eorum eſſet indubi-
tatus, reliquum Eccleſiæ corpus, conciliúmve ge-
nerale eſſet ſuperius, vt illis inuitis ſtatueret, ac
enunciaret quid in eo euentu eſſet faciendum, quid-
que Eccleſiæ bono expediret. † Et ex his duobus 976.
modis dicendi tutior,& paci Reipublicæ conſeruan-
dæ congruentior mihi videtur poſterior aſſignatus à
Molina (licèt *d. diſp.624. n.2.* tacitè receſſerit ab eo,
quod dixit *allegata diſp.103. citata, verſic. ſecundo verò*
euentu. vbi cum communi dixit in huiuſmodi dubio,
ſi neuter Principum contendentium de regno, ſit in
legitima poſſeſſione, regnum fore inter ipſos diui-
dendum ſi non conuenerint in tranſactionem, vel
electionem arbitrorum, abſolutè tamen approbo
ſententiam Tiraquelli,& alterius Molinæ, ac magis
communem, tum Theologorum (vt conſtat ex rela-
tione facta ſuprà *n.960.*) tum Iuriſperitorum (vt te-
ſtatur Tiraquellus *d.q.17.initio, & opinione 4. à n.40.*
& opinione 12.num.7.) quòd ambo fratres gemelli, vel
non gemelli, ex quibus non poteſt ſciri quis ſit pri-
mogenitus, ſuccedant in regno, illudque inter ſe par-
tiri poſſint; quia id apparet magis expedire bono
publico,& tutius ad euitandum tumultus,& ſcanda-
la, vt bene notarunt iidem Tiraquellus, & Molina.
† Quod autem dicitur de duobus fratribus gemel- 977.
lis, idem dicendum, ſi ex Regina naſcantur ſimul duæ
feminæ, nullis extantibus maſculis,& ſciri non poſ-
ſit, quæ ſit primogenita; omnes enim opiniones quæ
ſunt circa modum ſuccedendi fratrum gemellorum,
eædem ſunt circa ſucceſſionem ſororum gemella-
rum, vt tradunt Tiraquellus *d. q.17.* & vterque Mo-
lina *locis citat.* † Quòd ſi ex gemellis alter ſit maſcu- 978.
lus, & altera fœmina, maſculus deberet ſuccedere
ſolus in maioratibus, primogeniis, & regno, vt
ex communi tradunt Tiraquellus *dict. quæſtion.17.*
opinione 7. & 8. num.1. Molina *de primog. dict. cap.1.*
num. 19. & alter Molina *dict. diſp. 624. eod. num. 2.*
quia in dubio maſculus præſumitur prior exiuiſſe
de vtero, eo quòd id fauorabilius ſit, arg. *l. ſi fuerit,*
§ vltimo

Digitized by Google

§. vltimo, ff. de rebus dubiis. Battolus *ibidem*, & alij,
979. quos citat Molina *dict. num.*2. † Et ex dictis patet omnes præſatos Doctores non approbare ſenen-tiam illam à Sala, & Palao locis ſuprà *num.* 920. telatis, approbatam vt probabilem, quòd quando poſt exactam diligentiam inueniendi veritatem, dubium manet ad quem ex duobus Principibus contendentibus regnum ſpectet, vtrumque excludi à ſucceſſione, & penes Rempublicam manere facultatem ſe ſe gubernandi, vel alium ſiue ex ipſis, ſiue ex extraneis eligendi in Regem. Quæ certè ſententia videtur omninò reiicienda, quando certò conſtat ad alterum eorum regnum, vel quodlibet aliud feudum, vel ius primogenij pertinere, quia conſtet eſſe ex deſcendentibus, vel familia eius, cui & deſcendentibus, ſeu familiæ eiuſdem primò collatum eſt regnum, ſed maneat dubium ad quem illorum ſpectet; quia, v.g. non poteſt ſciri quis illorum ſit primogenitus. & ita Tiraquellus *dict. quaſt.*17. *opin.* 6. *num.* 21. dicit hanc ſententiam longè cæteris omnibus deteriorem eſſe, & habere ſolum Imolam *in l. ex duobus, ff. de vulg. & pup.* ſui aſſertorem, & etiam hæſitabundum, atque à cæteris omnibus Iuriſperitis, quos idem Tiraquellus *ead. quaſt.*17. *initio num.*7. refert, reprobatum: & meritò, inquit idem Tiraquellus *dict. num.* 21. quia relictis his, qui proximiores ſunt gradu, & ad quos iure diuino, naturali, gentium, & ciuili hæreditas ipſa defertur, vlteriores in viuis exiſtentes admitterentur, quod iniquiſſimum, & abſurdiſſimum eſt; quod priùs notauit Alexander *in l. qui filiabus, §. ſi quis ita, col.* 2. *verſic. quid ſi ſtatutum diſponat, ff. de legatis* 1. & aliis locis à Tiraquello *dict. num.* 7. relatis, vbi dicit quòd ſi neuter ex gemellis ſuccederet, vt aſtruit Imola, magna reſultaret iniquitas, ſiquidem ſecundogenitus eſſet melioris conditionis, quàm illi duo primogeniti: ſententia ergo prædicta Imolæ à Sala, & Palao approbata, admittenda ſolùm eſſet, quando non conſtaret regnum ad alterutrum ex contendentibus pertinere, quia diligentia debita adhibita adhuc maneret dubium, an ipſi eſſent ex deſcendentibus, vel familia eius in quem Reſpublica, ſeu populus ab initio ius regni tranſtulit; & etiam maneret dubium quis contendentium eſſet primogenitus, vel proximior in gradu, tunc enim videtur habere vim ratio Palai ſuprà *num.* 970. adducta. Et hactenus, quando res poſt factam debitam examinationem vtrimque manet dubia ex vtraque parte.

Quando facto debito examine cauſa, res adhuc manet litigioſa, & neſcitur, ad quem ex contendentibus regnum, &c. ſpectet, ſed vtrimque apparet probabilitas, ſeu pro vtraque parte ſunt opiniones probabiles, quid ſentiendum.

REſtat modò reſoluenda principalis controuerſia in titulo paragraphi propoſita; ſcilicet, quid ſentiendum, quando facto debito examine non poteſt certò, & euidenter conſtare de veritate, ſed cauſa adhuc manet litigioſa (ſcilicet ad quem ex duobus Principibus inter ſe de aliquo regno, ſtatu, aut ciuitate contendentibus pertineat, vel an iniuria fuerit illata; verùm vtrimque ſunt opiniones probabiles, ſiue ex parte facti, quia pro vtraque parte reperiantur probationes facti gignentes probabiliter aſſenſum; ſiue ex parte iuris, quia ſint hinc inde oppoſitæ opiniones Doctorum, propter diuerſitatem rationum probabilium, aut diuerſam, probabilem tamen, intelligentiam legum, & iurium; ſiue ex parte facti., & iuris circa quam controuerſiam plures ſunt ſententiæ.

Prima ſententia.

PRima ſententia aſſerit Principem licitè moueri ad inferendum bellum, quando ſunt hinc in- 980.
de opiniones probabiles virorum prudentum, quòd ſit iuſtum, ſeu adſit iuſta cauſa belli, ſiue quòd poſſit iuſtè inferri aduersùs alterum etiam poſſidentem, pro quo ſtet etiam opinio probabilis, quòd & ipſe habeat iuſtam cauſam belli contra alterum, & poſſit licitè inuaſorem repellere; & ita ſi opinio Doctorum probabilis attentis iuribus, & rationibus, aut facti probationibus affirmet licere Principi ſupremo vrbem ab alio Principe poſſeſſam occupare, poſſe tunc intentare poſſeſſionem, & ſi ab alio Principe poſſidente habente etiam pro ſe opinionem probabilem, quod iuſtè poſſideat, & poſſit licitè inuaſorem repellere, impediatur, bello licitè vindicate. ita Azorius 3. *part. lib.*2. *cap.*7. *quaſ.*4. Petrus Nauarrus *lib.*2. *cap.*3. *num.*265. in vna editione, *& num.* 238. in altera editione, Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.*44. *num.*57. *initio.* ex Doctoribus ſuprà *num.*957. allegatis Filliucius *dict. cap.*9. *num.*183. Bonacina *d. puncto vltimo num.*11. Trullench *d. dub.*3. *num.*4. Palaus *d. puncto* 7. *num.*1. dicens id eſſe citra omne dubium. idem ſentire videtur Reginaldus *dict. lib.* 21. *num.*88. *initio*, dum dicit eſſe licitum gerere bellum, ſi certò, aut valdè probabiliter conſtet de cauſa iuſta. idem aſſerere videtur Gordonus *lib.*6. *q.* 19. *num.* 15. dum poſtquam dixit ad bellum inferendum requiri cauſam iuſtam, ait etiam requiri, vt ſit valdè ſaltem probabile hanc cauſam eſſe iuſtam. pro hac eadem ſententia Azorius allegat Syluestrum *verb. bellum, quaſt.*9. *in fine.* vbi dicit, quòd amici, cognati, & ſtipendiarij Principis in bello cum eo militantes excuſantur à culpa, & à reſtitutione damnorum, quandiu non dubitant, ſed probabiliter credunt bellum eſſe iuſtum. Probatur primò hæc ſententia, quia in practicis, ſeu rebus moralibus ſatis eſt ſequi opinionem probabilem; quoniam in his demonſtratio haberi non poteſt, iuxta dicta ſuprà *num.*121. *&* 127. *& ſeqq.* ſic (inquiunt præſati Doctores) Medicus medicinam porrigit ægroto, quam ex opinione doctorum hominum probabili putat fore ſalutarem; Aduocatus defendit cauſam clientis ex probabili opinione iuſtam: iudici itidem, vt licitè ferat ſententiam, ſufficit, ſi putet eſſe iuſtam ex opinione probabili Doctorum; item viri docti, & boni, quando apparent rationes probabiles iuſti belli, non peccant in ſuadendo Principi bellum; ergo nec Princeps in gerendo ex opinione, & cõſilio illorum bellum. item quia aliter (vt vbi *ſuprà* notauit Sylueſter) vix vnquam bellum licitè aggreſſiuum fieri poſſet. Secundò probatur, quia etſi haberi opinionem probabilem, immo probabiliorem aſſerentem ſuam eſſe rem ab altero poſſeſſam, non licet alterum ſpoliare ſua poſſeſſione; quia dum non eſt certitudo, non eſt probabile, poſſe fieri ſpolium propria authoritate; tamen ſi haberet opinionem etiam minus probabilem dicentem fas eſſe ſpoliare alterum, poſſet illum ſpoliare ſequendo opinionem illam probabilem, vt tradunt Sanch. & Suarez locis ſuprà *n.* 294. relatis. & Ioann. Sancius *diſp.*35. *n.*29. *& d. diſp.*44. *n.* 58. ergo & Regi habenti opinionem probabilẽ iuſtitiæ belli, & quòd poſſit aliũ Regem à poſſeſſione regni ſpoliare, quantũcũque iuxta probabilẽ opinionẽ

is putet regnum eſſe ſuum, & iuſtè poſſideat, licebit nihilominus illum ſpoliare armis & bello, ſi opus ſit. Demum, quia non obſtat (inquiunt Ioannes Sancius, & Palaus) alium iuſtè poſſidere, quia non iuſtè poſſidet abſolutè, ſed ſolùm probabiliter, ac proinde derotbari poteſt à poſſeſſione; quia ſpoliator probabiliter exiſtimat alium non habere ius poſſidendi. Ex prædictis autem Doctoribus Azorius loquitur, quando rationes iuſtitiæ belli vtrimque ſunt æquæ, & pares in probabilitate, vnde oppoſitum ſentire videtur, ſi pro vna parte ſit minor, pro altera maior probabilitas attentis iuribus, & rationibus: alij verò loquuntur abſolutè. Verùm admiſſa hac ſententia, ipſa non explicat, nec reſoluit controuerſiam, nec omnes difficultates circa hanc materiam mouendi belli ex opinione probabili vertentes inter Doctores. Conceſſo enim quòd quoties viri docti, & probi attentis probationibus facti, vel iuribus, & rationibus hinc inde apparentibus probabiliter opinentur bellum eſſe iuſtum, poſſeque iuſtè inferri ad occupandum regnum, vel ad vindicandam iniuriam, licitè iidem viri docti poſſint bellum ſuadere Principi, & Princeps etiam licitè, & iuſtè poſſit bellum mouere, ſi alter Princeps poſſeſſor impediat regni occupationem, vel deneget dare ſatisfactionem; adhuc tamen controuerſium manet, quandònam viri docti, & Principes ipſi de regno, aut vrbe contendentes poſſint iuſtè mouere bellum, an nimitum eo ipſo, quòd attentis probationibus & qualitatibus facti, vel iuribus, ac rationibus, vel conſideratis probationibus facti, & ſimul iuribus, & rationibus viri docti iudicant non eſſe certum, ſed tantùm probabile, vel probabilius regnum, ſeu ius ad illud ſpectare ad vnum ex dictis ſupremis Principibus de eodem regno contendentibus, poſſint inde etiam iudicare bellum probabiliter eſſe iuſtum, & poſſe licitè moueri contra alterum, qui poſſideat regnum, & habet viros doctos, & probos, qui ſemota omni paſſione, & cauſa diligenter examinata iudicant eſſe probabile, vel probabilius ad ipſum pertinere; ac proinde recuſat alter dare regnum, vel partem eius, licèt etiam ex iudicio eorundem virorum doctorum, exiſtimet eſſe probabile, vel probabilius ſpectare ad Principem illud petentem.

Secunda ſententia.

981. IGitur ſecunda ſententia dicit duo. Primum ſi opinio Doctorum probabilis de iure ad regnum, quam pro ſe habet vterque Rex, inter quos eſt controuerſia de regno, ſe tenet tantùm ex parte facti, eo quòd ex ſcripturis, ſeu inſtrumentis, & teſtibus ab vtraque parte productis probabilitas iuris vtriuſque Regis ad regnum apparet, in hoc euentu non eſt licitum bellum aggreſſiuum, ſcilicet, Regi non poſſidenti non licet alterum Regem debellare, & à poſſeſſione regni ſpoliare. Alterum dictum eſt, ſi opinio probabilis, quòd ſibi regnum competat, quam Rex pro ſe habet, non ſit opinio facti, ſed tantùm iuris, eo quòd non ſit diſcrepantia in facto, quod ſupponatur vt certum ab vtraque parte, ſed ſit opinio Doctorum pro vtraque parte probabilis, vel æquè, vel pro vna parte probabilior ob diuerſam intelligentiam iuris, vel diuerſas rationes probabiles vtrique parti fauentes, in hoc caſu Rex habens huiuſmodi opinionem probabilem iuris ſibi regnum competere, poteſt intentare regni occupationem, & alterum poſſidentem, nolẽtem dare, bello inuadere, & regno per vim ſpoliare; licèt ſciat etiam pro eodem ſtare opinionem æquè, vel magis probabilem iuris, quòd regnum ſit ſuum, & illud reſtituere non teneatur. ita Ioannes Sancius *d. diſp.44. num.56. cum ſeqq.*

Primum dictum probat Sancius, quia opinio pro- 982.
babilis facti non eſt propriè opinio, quæ tutam reddere poſſit conſcientiam operantis iuxta illam, ſed eſt verè dubium, vt ipſe vult *diſp. 43. num.48. &* 49. vbi dicit opinionem probabilem facti in nullo alio à dubio diſtingui, niſi quòd aliquando dubium reperitur importans ſuſpenſionem quandam iudicij nullas dubitandi rationes habentis pro vna parte, nec pro altera, ſed intellectus tunc dubitat, quia omninò ignorat quid ſit factum, vel non in aliquo negotio: aliquando etiam dubium reperitur, dum intellectus habet rationes dubitandi pro vtraque parte, non tamen efficaces, quòd vni adhærere valeat abſque formidine alterius; & hoc dubium, (inquit Sancius,) & opinio facti omninò coincidunt, & ſunt idem; vnde ſicut alicui (vt dicit idem Sancius *eadem diſp.43. num.52. & 54. & d. diſp.44. d. num.56.*) teſtes dicentes rem aliquam eſſe ſuam, & Doctores, qui ex eiſdem probationibus teſtium probabiliter iudicent eſſe ſuam: ſi è contrario alij teſtes dicant ad alium ſpectare, non licet eam rem accipere à poſſidente, ſed adeundus eſt iudex, qui inſpectis vtriuſque partis probationibus ſententiam ferat, & rem applicet meliùs probanti, ſic & Regi (ſubdit idem Sancius *d. num.56.*) erit neceſſarium iudicem adire, qui ſaltem ab vtroque Rege nominetur, vt conſideratis vtriuſque probationibus meliùs probanti regnum applicet, cùm ſit iuri naturæ conſentaneum, dirimi iudicio prudentis illud, quod iudicio Doctorum difficultatem in iure continet, nam armis velle ius regni iudicare, & non iudicio iudicis, barbarorum eſt, dictamini rationis repugnans. Quòd ſi nolit Rex requiſitus rem ad iudicem deferre, tunc ratione illius iniuriæ licitum erit Regi requirenti ſpoliare illum regno, ſicut in dubio dictum eſt ſuprà *num. 960.* Confirmatur, nam ſicut licitum eſt, iudici applicare parti petenti, ſeu actori rem, quando Reus recuſat ad iudicium venire, eo quòd tunc habeatur Reus pro conuicto, & tanquam confitens ius ſuum infirmum; ita cùm duo Reges contendentes non habeant alium iudicem ſuperiorem, qui hoc præſtet, Rex, qui prouocat alterum Regem ad iudicium, poteſt ſibi regnum applicare, ſi alter nolit ad iudicium venire, eo quòd tunc meritò iudicetur conuictus, & carere
iure firmo. † Propter eaſdem autem rationes idem 983.
Ioannes Sancius *eodem num.56.* extendit idem dictum primum etiam ad caſum, in quo neuter Regum, pro quibus ſtat ſolùm opinio probabilis facti, quòd regnum ſit ſuum, poſſideat, tunc enim quoque dicit, quòd alter non poterit debellare ad occupandum regnum, ſed tenebitur vterque nominare iudices arbitros, qui iure vtriuſque inſpecto ſententiam ferant, & vni illorum applicent; nec opus erit (ſubdit) inter Reges diuidere regnum, licèt ius ad illud ſit æqualiter dubium, id quod aſſerit iuxta opinionem, quam ipſe tenet *eadem diſp.44. num.51. verſic. in ſecundo ſtatu.* ſcilicet, quòd quando ſunt æquales probationes facti, pro vtraque parte collitigantium integrum ſit iudici applicare totam rem litigioſam, cui maluerit. Cuius tamen contrarium ſuprà *num.495.* probatum eſt iuxta communiſſimam Doctorum aſſenſum, in tali æqualitate probationum ex parte facti iudicem teneri rem æqualiter vtrinque adiudicare, componendo partes inter ſe, vel inter illos rem diuidendo, ſi ſit diuiſibilis, vel diuidendo fructus, aut pretium, ſi res ipſa non ſit diuiſibilis. Quod in hoc etiam euentu faciendum erit, & in terminis probatum

rum eſt ſuprà *num.969.* & tradunt communiter Do-
ctores *ibidem* citati,& alij (excepti a Sala, & Palao,)
qui,vt dictum eſt *n.970.* in hoc caſu æqualitatis dubij
ad quem ex duobus de regno collitigantibus ius ad
regnum ſpectet, putant probabile vtrumque à ſuc-
ceſſione excludi. Hæc quoad primum dictum San-
cij.
984. Secundum dictum probat idem Ioannes Sancius
n. 57. dicens,in hoc euentu cùm Rex habeat pro ſe
opinionem probabilem iuris,cui alia opinio proba-
bilis iuris ſtans pro altero Rege poſſidente,vel non
poſſidente contradicit, non eſt opus adire iudicem,
eo quòd ius ad regnum tunc non nitatur in opinio-
ne facti dubij, cuius dubietas vinci debeat meliori-
bus probationibus,quas iudicare ratione,non armis
oporteat,ſed nitatur facto certo, quod vterque Rex
tale eſſe fatetur, & eo ſuppoſito vna opinio Docto-
rum attentis iuribus, aut rationibus probabiliter
exiſtimet ius ad Regnum vni Regi competere; alia
verò contradicit,aſſerens ad alterum ſpectare: opinio
autem Doctorum probabilis ex parte iuris(vbi con-
ſtat de facto,) ſufficiens eſt ad regulandam actio-
nem, & ita Rex ductus, illa opinione probabili aſ-
ſerente ad ſe ius ad regnum ſpectare, poteſt propria
authoritate illud occupare, ſiue ab altero poſſidea-
tur, ſiue non, licèt altera opinio contradicat, affir-
mans ad alterum ſpectare, & hoc ipſe ſciat, & pro-
985. babile putet.† Confirmat Sancius,quia ſicut legata-
rio habenti opinionem Doctorum probabilem,
quòd ex teſtamento minus ſolemni acquiratur ius
ad rem legatam, licèt huic opinioni altera etiam
opinio Doctorum probabilis contradicat, licitum
eſt vti illa opinione,& priuata authoritate poſſeſſo-
rem ſpoliare re illa, vel per compenſationem rei
æſtimationem vindicare,ceſſante ſcandalo(vt tradit
idem Sancius *d.diſp.43.num.54. & 55.*) ſic nec dete-
rioris conditionis erit Rex habens pro ſe opinio-
nem dicentem regnum ad ſe pertinere, quin poſſit
986. propria authoritate illud iudicare. † Nec debet il-
lum impedire à vindicatione ſcandalum,vel Reipu-
blicæ turbatio,inde conſecutura: tum quia turbatio
tunc à cauſa iuſta oritur, nec Regi eſt medium ali-
quod, quo vitare poſſit ſcandalum, & turbationem,
& aliàs regnum acquirere, ſicut habet priuata per-
ſona,quæ poteſt recurrere ad iudicem pro recupera-
tione. Tum, quia turbatio Reipublicæ ſolùm pro-
hibita eſt inter ciues eiuſdem Regni ob commune
bonum regni, quod inde deſolaretur,cui communi
bono poſtponendum eſt bonum priuatum: quòd au-
tem inter diuerſa regna turbatio detur, cauſa iuſta
intercedente, non eſt inconueniens, nec contra ius
naturæ, cùm vnum regnum non teneatur alterum
regnum conſeruare, & ob illius bonum, ſeu conſer-
uationem ius ſuum negligere; alioqui nunquam eſ-
ſet licitum bellum inter duos ſupremos Principes,
aut inter duas Reſpublicas ſuperiorem non reco-
987. gnoſcentes. † Confirmat ſecundò Sancius *num. 58.*
fine,quia debellare non eſt ſemper actus iuſtitiæ pu-
nitiuæ,ſeu vindicatiuæ,ſupponens iniuriam factam,
& culpam in eo, aduerſùs quem geritur, ſed etiam
actus iuſtitiæ acquiſitiuæ iuris proprij, ſeu eſt actus
iuſtitiæ commutatiuæ rem propriam acquirentis;
licèt enim bellum, quando aggreſſiuum eſt, ſit iuſti-
tiæ punitiuæ actus, non tamen quando defenſiuum
eſt. Vt ſi hoſtes, v.g. occupent domos, vel res allo-
rum, & domini eos inuaſerint pro domorum recu-
peratione, hoc bellum, quod non eſſet aggreſſiuum,
ſed defenſiuum, vt docet Suarez *d. diſput.13. ſect.1.*
num. 6. eſſet actus iuſtitiæ non ſolùm punitiuæ, ſed
988. & commutatiuæ acquirentis res proprias. † Con-
firmat tertiò ex ſententia communi Doctorum ab
eodem allegatorum *dict. num. 58.* quòd dari poſſit
bellum ex vtraque parte, iuſtum ob ignorantiam,
vel probabilem opinionem, ex qua ſententia neceſ-
ſariò infertur licere Regi ius ſuum bello vindicare,
quando ducitur opinione probabili, aſſerente tale
ius ſibi competere, alioqui nunquam daretur caſus
belli iuſti ex opinionibus probabilibus. Nec etiam
deberet admitti communis ſententia Doctorum
(quos ſuprà *num. 291. & 311.* retulimus) quòd Rex
poſſit exigere tributum,ſecundùm ſuam opinionem
probabilem,iuſtum, & à ſuis ſubditis poſſidentibus
auferre, quamuis pro oppoſita parte, nimirum, eſſe
iniuſtum, adſit quoque opinio probabilis. † Neque 989.
ex hoc, quòd Rex ductus opinione probabili, quòd
ſibi competat ius ad Regnum, ab altero Rege poſ-
ſeſſum, qui etiam habet pro ſe opinionem probabi-
lem ad ſe ſpectare regnum, & ab eo iuſtè poſſideri,
nititur bello illud occupare,& poſſidens reſiſtit, ſe-
quitur dari bellum ex vtraque parte formaliter, &
materialiter iuſtum (inquit idem Sancius *num. 60.*)
ex eo quòd qui à parte rei poſſidet, iuſtè poſſidet,
& ideo etiam retinendo non facit iniuriam alteri
ſcienti illum habere pro ſe opinionem probabi-
lem,& ſic iuſtè poſſidere, & conſequenter iſte alter
non poteſt idem regnum tanquam ſuum occupare,
cùm eadem res indiuiſa duobus ex æquo non poſſit
eſſe totaliter debita. Nam(reſpondet idem Sancius)
Rex poſſidens opinione probabili ductus, non eſt
abſolutè, & omnibus modis poſſeſſor iuſtus, ſed
poſſeſſor iuſtus probabiliter: aduerſùs autem poſ-
ſeſſorem iuſtum probabiliter, poteſt dari iuſtus ſpo-
liator poſſeſſionis,qui,ſcilicet, reputet quoque pro-
babiliter alterum eſſe iniuſtum poſſeſſorem; vnde
tunc bellum intercedit inter iuſtum ſpoliatorem,
aduerſùs iniuſtum poſſeſſorem in opinione ſpolia-
toris. Et licèt poſſeſſor regni arbitretur quoque
ex ſua opinione ſe iuſtum poſſeſſorem eſſe, & alte-
rum iniuſtum ſpoliatorem, & ſic iuſtè ſe defendat,
non ob id dicitur à parte rei iuſtè poſſidere regnum,
& iniuſtè, ſed ſolùm ſecundùm aſſenſus opinatiuos
contrarios,nam à parte rei, & coram Deo aut iuſtus
poſſeſſor eſt, aut iniuſtus, & non vtrumque ſimul,
& ſic erit quidem bellum iuſtum ex vtraque parte,
ſed ex vna formaliter, & materialiter ſimul, ex al-
tera verò formaliter tantùm ex ignorantia proba-
bili. † Similiter addit idem Sancius, quòd nullam 990.
iniuriam infert ille, qui ab alio aufert, quod rectè
probabiliter poſſidet; ſed quando iuſtè abſolutè poſ-
ſideret, etenim cum eo, quod aliquis iuſtè proba-
biliter poſſideat,compatitur ſimul iniuſtè ſecundùm
aliam opinionem poſſidere. † Quòd ſi dicatur, eum, 991.
qui ex opinione probabili aſſerente aliquem con-
tractum non eſſe vſurarium, contraxit cum alio op-
poſitam opinionem habente, & ab eo aliquid vltra
ſortem recepit, non poſſe occultè ſubripere, quod
tradidit, aut vel compenſatione,vt tradunt Sanchez
lib.4 ſumm. cap.1. num.17. & Vaſquez *opuſc. de reſti-*
tutione cap.6. §.3. num 84. quia ex illa opinione pro-
babili quòd non ſit vſurarius ille contractus, iuſtè
poſſidet rem illam ſibi vltra ſortem traditam. Re-
ſpondet Sancius *dict. num.60. fine*, totalem rationem
non eſſe, quia alter iuſtè poſſideat, ſed quia contra-
hens non facit iniuriam alteri,ſi nolit cum eo con-
trahere, niſi ſecundùm ſuam rationabilem opinio-
nem, nec alius poteſt conqueri, quòd in eo non ſe-
quatur ſuam opinionem. At Rex debellans cum
alio ductus opinione probabili, nõ obligatur ex ali-
quo opinionem alterius Regis poſſidentis ſequi, &
ob id poterit illum ſpoliare. † Quare idem Ioan- 992.

nes Sancius *ibidem* diſſentit à Sanchez *dict. num.* 17.
dicente, ſi quis reſtituit alteri aliquid, credens ad id
ſe teneri, quod non reſtituiſſet, ſi ſciuiſſet adeſſe
opinionem probabilem ſe potuiſſe non reſtituere,
cum non poſſe ab eo, qui accipit, & innixus opinio-
ni probabili iuſtè poteſt rem acceptam retinere,
rem datam occultè auferre, aut vti compenſatio-
ne, eo quòd hæc ſequitur certam iniuſtitiam poſſi-
dêris, quæ iniuſtitia certa deeſt, quoties ex opinione
probabili aſſerente rem eſſe ſuam, poſſidet. Et præ-
dicta omnia Ioannes Sancius ad confirmationem
ſuæ ſententiæ, quem Diana *part.* 2. *tract.* 13. *reſolut.* 8.
ſequi, & approbare videtur, & ita ſentiunt Docto-
res aſſerentes in qualibet materia licere ſequi opi-
nionem probabilem, ſiue ſit æquè probabilis, ſiue
minus probabilis altera, idem docuiſſe aliquos re-
centiores ſaltem quando ex æquo; vel magis ſit
probabile regnum ad Regem vnum ſpectare, aiunt
993. Vaſquez & Salas *locis citandis.* † Ob eam rationem,
quòd ſicut Iudex in ferenda ſententia, & applican-
da rem vni ex colligantibus, poteſt ſequi opi-
nionem magis, vel æque probabilem, iuxta ſenten-
tiam, de qua ſuprà *num.* 478. *&* 505. ita etiam cùm
Reges de aliquo regno contendentes ſint iudices
(quia in hac re aliquis iudex aſſignari debet, & non
poteſt alius, cùm ipſi careant ſuperiore) quiſque eo-
rum poteſt ſententiam ferre etiam pro ſe iuxta pro-
babiliorem, vel ſaltem probabilem opinionem, ſic-
ut quando iudicant inter ſe, & ſuos ſubditos.

Tertia ſententia.

994. TErtia ſententia cùm poſt factam diligentem
examinationem, de iure vtriuſque Regis de
regno contendentis, non potuit conſtare euidenter
ad quem ius ad regnum ſpectet, ſed tamen iuxta
virorum peritorum, ac proborum iudicium res
vtriuſque eſt probabilis probabilitate facti, quia
vtraque pars ſcripturis, aut teſtibus, aut alia via
probat ius ſuum, ſiue probabilitate iuris, quia iux-
ta eorundem peritorum iudicium, iura, & probabi-
les rationes vtrique parti faueant; ſi probabilitas fa-
cti, ſiue iuris non eſt æqualis pro vtraque, ſed vnius
Regis ius ad regnum iuxta iudicium, ſeu opinionem
eorundem peritorum virorum appareat, & cenſea-
tur probabilius, dicit, quòd is Rex habens pro ſe
opinionem probabiliorem, ſeu cuius ius ad regnum,
à viris doctis, & probis re diligentiſſimè diſcuſſa
iudicatur probabilius, poteſt intentare occupatio-
nem regni, & ad illud obtinendum (ſi aliter non
poſſit) bellum mouere, ſiue alter Rex illud poſ-
ſideat, ſiue non. ita Suarez *de charitate d. diſput.* 13.
ſect. 6. *num.* 2. & alij recentiores tacitis nominibus
relati à Sala *d. tract.* 8. *ſect.* 13. *num.* 123. & à Vaſquez
d. diſp. 64. *cap.* 3. *num.* 10. vbi etiam contra hanc ean-
dem ſententiam deduere ex Victoria *d. relect. de iu-
re belli num.* 27. *& ſeqq.* & ex Nauarro *in man. cap.* 25.
ſed non benè cùm potiùs contrariam ſententiam
tueantur, vt notauit Salas *dict. num.* 123. & ex infrà
995. dicendis conſtabit. † Probatur hæc ſententia, quia
cùm Princeps ſupremus non habeat ſuperiorem,
vt dictum eſt, non tenetur iudicio alterius Regis,
vel alicuius alterius ſtare, ſed ipſemet eſt iudex, &
ſuammet cauſam iudicare poteſt. ergo ſicut iudex
in ferendis ſententiis poteſt, & tenetur ſequi par-
tem, ſeu opinionem non ſolùm facti, ſed etiam
iuris probabiliorem, licèt non ſit omnis euiden-
tia iuris, quia ille eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, in
qua dignior eſt præferendus, eſt autem dignior, cui
probabilius ius fauet, vt ſuprà *num.* 476. 477. 485.
& ſequentib. ita & Rex, qui poſt diligentem cau-
ſæ examinationem, habet pro ſe opinionem Do-
ctorum ſui regni, vel aliorum probabiliorum, &
iuxta eam agnoſcit ſe habere probabilius ius ad
regnum, poteſt pro ſe ferre ſententiam, & ap-
plicato ſibi regno per huiuſmodi ſententiam po-
teſt alteri poſſidenti, vel non poſſidenti denegan-
ti, vel impedienti ſibi ingreſſum in illud bellum
inferre, & ipſum armis debellare. † Id quod con- 996.
firmatur, quia Rex, ſeu Princeps ſupremus habens
ius probabile ad regnum, non debet illud omitte-
re, cùm non debeat eſſe deterioris conditionis
quolibet particulari; ergo ſicut quilibet particula-
ris habens ius probabile ad rem ab alio poſſeſſam,
poteſt litem mouere aduersùs poſſidentem, vt cau-
ſa examinata applicetur res habenti efficacius ius;
ita etiam poterit hic Princeps ſupremus habens
ius nedum probabile, ſed & probabilius ad regnum,
vel caſtrum ab alio poſſeſſum, litem mouere ad-
uersùs poſſidentem: & data ſententia in ſui fauo-
rem poterit poſſidentem à poſſeſſione expellere, &
reſiſtentem debellare.

Ob eandem verò rationem, quòd in ferendis 997.
ſententiis ſequenda ſit ſemper probabilior pars,
concludit è contrario idem Suarez *ibidem*, quòd
ſi pars contraria habeat pro ſe ſententiam proba-
biliorem, ſeu iudicetur habere probabilius ius,
nullo modo poterit alter ille Princeps mouere
bellum; & intelligit etiam ſi pars habens proba-
bilius ius non poſſideat, quod eſt contra ſecun-
dum dictum Ioannis Sancij, & contra Dianam, &
alios Doctores aſſerentes Regem in inferendo
bello poſſe ſequi opinionem, quam poteſt ſequi
iudex in ferenda ſententia; ac proinde ſicut iudex
poteſt ferre ſententiam pro parte, pro qua ſtat
opinio minus probabilis, dummodo ſit probabi-
lis, iuxta Doctores ſuprà *num.* 478. relatos. ita etiam
Rex pro quo ſtat opinio minus probabilis, quòd
ſibi competat ius ad regnum, dummodo ſit pro-
babilis, poſſit pro ſe ſententiam ferre, & armis,
ſi opus ſit, regnum vindicare.

Quòd ſi pro vtroque Rege poſt rem vtrinque 998.
exactè examinatam ſtet æqualis opinio probabilis,
ſeu probabilitas ſit æqua iuxta iudicium perito-
rum, & proborum virorum, & alter ſit in legiti-
ma poſſeſſione, tunc ait Suarez *num.* 3. hunc eſſe
præferendum, & illi regnum relinquendum, ſic-
ut quando eſt dubium formale ex parte vtrinſ-
que, quia etiam in iudicio ſtante æqualitate opi-
nionum, ſeu probabilitatis pro vtraque parte
colligantium, ille qui poſſidet, præfertur, cùm
ratione poſſeſſionis habeat maius ius, & præua-
leat; ac proinde qui non poſſidet, non poteſt mo-
uere bellum contra poſſidentem, qui tutus eſt, &
iuſtè poteſt ſe defendere.

Si verò in eadem æqualitate nullus poſſideat, 999.
tunc idem Suarez *num.* 4. dicit, quòd commu-
nior ſententia eſſe videtur vnumquemque habere
ius ad ſibi adiudicandum, & ad primò illud occu-
pandum; vnde fieret iuſtum bellum ex vtraque
parte, quod non videtur conueniens, cùm inter-
ponitur ignorantia probabilis. Ratio huius (in-
quit Suarez, & dixit etiam Lorca 2. 2. *quæſt.* 40. *di-
ſputat.* 53. *num.* 4.) quia in ſimili caſu iudex poſſet
adiudicare rem ſuo arbitratu, cui vellet partium
litigantium, vt tenent Doctores ſuprà *num.* 505.
allegati. ergo etiam vterque Princeps ſupremus,
cùm ſit in tali cauſa iudex, poterit ſibi regnum,
vel caſtrum controuerſum adiudicare, & bello
vindicare. Et licèt Lorca vbi *ſuprà*, neget hanc
conſequentiam,

conſeqoentiam , dicatque rem eſſe diuidendam
inter eos Principes , ac ſi ius vtriuſque eſſet for-
maliter dubium ; quia ob grauia incommoda , quæ
ex bello ſequontur , aliter in his eſt procedendum,
quàm in cauſis priuatis; contra Lotcam arguit Co-
ninch *de effectibus actuum ſupernaturalium dict. di-
ſputation.* 31. *numero* 68. dicens quòd poſita veri-
tate antecedentis , hioe vt ſummum ſequeretur
taies Principes ex charitate teneri ad hniuſmodi
compoſitionem , alioqui loquendo de iuſtiria uoo
1000. videri cur illa conſequentia non ſit bona. † Qoare
idem Suarez *eodem num.* 4. & idemmet Coninch
dict. num. 68. *fine* , oegando antecedens aiunt, in eo
caſu iudicem non poſſe ſuo arbitratu vni litigan-
tium totam rem adiodicare , ſed teneri inter eos
rem diuidere , vel ſi res eſt indiuiſibilis , aliquo
alio modo vtrique parti ſatisfacete , iuxta vetio-
rem Doctorom ſententiam , de qoa latè ſuprà *nu-
mer.* 513. *& ſequentibus, &* 736. idque ob rationem
dict. numero 513. reiatam , ſcilicet , quia vtraque
pars litigantium ad eam rem habet æquale ius,
quod iudex neutri poteſt demere , aut alteri ma-
ius concedete , quàm habeat , cùm non ſit domi-
nus rei , ſed tantùm diſtributor ; & ita etiam ſum-
mi Prineipes colliriganres in ſimili caſu (aiunt
iidem Suarez , & Coninch ,) tenentur aut rem in-
ter ſe diuidere , aut ſortem mittere , aut aliqua
alia ratione negotium componere , ſicut quando
ex vtraque parte res eſt dubia , prout aſſerit com-
munis ſententia , de qua ſuprà *numer.* 969. & con-
ſeqnenter , ſi vnus tentaret rem totam occupa-
re , aliumqne excludere , hoc ipſo iniuriam alte-
ri faceret , quam poſſet iuſtè repellere , & eo ti-
tulo iuſti belli rem totam occupare. ita idem
Suarez.

RESOLVTIO.

In æqualitate probabilitatis iuris , & facti Rex , ſeu Princeps poſſidens præfer- tur , nec bello ſpoliari poteſt.

EGo controuerſiam cenſeo reſoluendam eſſe ſe-
quentibus.
1001. Primò , cùm poſt factam diligentem cauſæ exa-
minationem à viris doctis , & probis maior veritas
certò moraliter inueniri noo poſſit , ſed res rema-
net litigioſa , ſi pro vtroque Rege prætendente ius
ad regnum, vel caſtrum, &c. ſit æqualis opinio pro-
babilis , ſeu probabilitas facti , ſiue iuris , & vnus
legitimè , & booa fide poſſidet , vterque non poteſt
ſibi rem adiudicare , ſed poſſidens præferendus eſt,
& totum regnum , ſeu rem litigioſam retinere po-
teſt, nec aliquid alteri reſtituere tenetur, ſaltem do-
nec viſa cauſa ab iis , ad quos , iuxta *infrà* dicenda,
ſpectabit controuerſiæ deciſio , condemnetur. ita
præter Suarez *vbi ſuprà*, Salas *t.* 2. *tract.* 8. *dicta ſect.*
13. *num.* 128. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *dicto puncto* 7. *nu-
mer.* 6. Breſſetus *de conſcientia lib.* 3. *cap.* 15. *numero* 154.
Vaſquez *dict. diſputat.* 64. *cap.* 3. Perez *certam.* 10.
ſcholaſt. numero 154. Villalobos *part.* 1. *dict. tractat.* 1.
diff. 17. *num.* 6. & exiſtimo ita etiam ſentire Victo-
riam , Bagnetem, Rodriquez , Molinam , Reginal-
dum , Becanum , Layman , & Trullench locis rela-
tis ſuprà *numero* 957. dum ita faciendum ſentiunt,
quando eſt æquale dubium de iure ad regnum , vel
caſtrum, pro vtraque parte , & alter bona fide poſ-
ſidet , nam ſi atteotè perpendantur , loqui videntur
de dubio latè ſumpto , prout etiam comprehendit
opinionem , ſeu aſſenſum opinatiuum probabilem,
ſeu probabilitatem facti, vel iuris. ita Victoriam in-
telligi debere expreſsè tradit Salas *dict. num.* 128.
Hæc autem ſententia probatur iiſdem rationibus
ſuprà *num.* 957. adductis ad idem probandum, qoao-
do ius ad regnum pro vtraque parte eſt formali-
ter dubium. Poſſidens enim ratione poſſeſſionis
habet efficacius ius, cùm io dubio , & pari cauſa
melior ſit cooditio poſſidentis , iuxta iura *eodem
num.* 957. allegata. Nec æquus iudex etiam inter
perſonas colitigantes aliter ferret ſententiam,
quàm adiudicando totam rem ei , qui legitimè , &
bona fide poſſidet ; vt quando pro vtraque parte
collitigantium iudex videt eſſe æquales facti pro-
bationes , oſtenſum eſt ſuprà *num.* 494. & tradunt
Doctores *ibidem* citati : & quando idem iudex vi-
det pro vtraque parte eſſe æqualitatem probabi-
litatis ioris , quia vtrique parti iura , & rationes
æqualiter fauere iudicet per ſe , vel ex aliorum pe-
ritorum iudicio oſtenſum eſt ſuprà *num.* 511. *&*
516. & docent Auctores eiſdem numeris allegati.
Quare iniuſtum eſſet , ſi non poſſidens vellet Prin-
cipem poſſidentem à poſſeſſione exturbare , & alio-
qui ſic dari poſſet bellum , ex vtraque parte iu-
ſtum , vt explicatum eſt ſuprà *num.* 958. Hinc in
hoc caſu , ſi non poſſidens vellet poſſidentem de-
turbare , & aduerſum eum bello regni , vel rei oc-
cupationem intentare , illi ioiuriam faceret , &
poſſet iuſtè ab eo illi reſiſti, ſicut ſuprà *num.* 959. di-
ctum eſt in euentu dubij formalis.

In eadem æqualitate , ſi neuter litigantium poſſideat, facienda eſt compoſitio, vel diuiſio.

SI verò in eadem æqualitate opinionum, ſeu pro- 1002.
babilitatis facti , vel iuris ex vtraque parte neu-
ter duorum Principum de iure ad regnum , vel
qoamlibet aliam rem , contendentium poſſideat;
tunc (ſicut ſuprà *num.* 969. dictum eſt , io æquali-
tate dubij formalis) neuter eſt præferendus , vel
poteſt licitè primò occupare regnum , aut eam
rem , ſed inter ipſos facienda eſt diuiſio , aut tranſ-
actio , vel aliter vtrique parti ſatisfaciendum , vel
mutuo conſenſu , eligendi ſunt iudices arbitri , &
attendenda deciſio ab iis , ad quos de iure ſpecta-
bit, iuxta dicenda *infrà*. ita Victoria , Molina , Ban-
nes , Becanus , & Layman locis *dict. num.* 969. re-
latis, cùm ibi accipiaot dubium lato modu , vt *num.
præcedenti* dictum eſt , & idem in terminis ait Mo-
lina *eadem diſp.* 103. *verſic. quando inter duos*, ibi, *qua
enim pars vtrumque* idem Salas *dict. ſect.* 13. *num.* 132.
fine. & etiam Coninch *de effectibus actuum ſuperna-
turalium , diſputat.* 31. *num.* 46. vbi dicit, quòd quan-
do inter duos Reges eſt controuerſia circa rem ali-
quam , quam neuter poſſidet , quamque vter-
que veriſimiliter probat eſſe ſoam , ſi vterque ha-
beret ius adiudicandi eam ſibi , daretur bellum
vtrimque abſolutè iuſtum , id eſt , tam materialiter,
quàm formaliter iuſtum. Probatur ex dictis *eodem
num.* 969. quia in hoc euentu neutrius eſt melior
conditio, neuterque habet efficacius ius, ſed par cō-
ditio , & ius vtriuſque eſt. Et in ſimili euentu iudex
vni priuatorum litigantiom non deberet , nec poſ-
ſet licitè totam rem voi applicare , ſed deberet inter
eos rem , vel fructus , vel pretium rei diuidere , aut
ad compoſitionem, & tranſactionem partes ipſas re-
ducere ; vt quando adeſt æqualitas probabilitatis
facti

facti oſtenſum eſt ſuprà *num.*493. & ttaduot Doctores *ibidem* citati: & quando adeſt æqualitas opinionum Doctorum, ſeu probabilitatis iuria, oſtenſum eſt ſuprà *num.*513.732 736. Quare ſicut ſi vnus litigantium priuatotom, renueret compoſitiooem, aut diuiſionem, poſſet ab eodem iudica compelli, ita ſi vnus Princeps in boc euentu diuiſionem, vel compoſitiooem reſpueret, poſſet ab altero (cùm ſuperiorem non habeant) cogi, & is, qui vellet totam rem occupare, iniuriam alteri faceret, quam poſſet iuſtè repellere, & eo titulo iuſti belli rem totam occupare. Prætetea, ſi in hoc euentu liceret vnicuique eorum totam rem occupare, daretur bellum ex vtraque formaliter, & materialiter iuſtum, vt rectè Molina *dicto verſic. quando inter duos.* & Coninch *loco ci-*
1003. *tato*, quod iuri oaturali repugnat. † Et licèt etiam in hoe euentu Salas *dict. num.* 128. & Palaus *d puncto* 7. *num.* 10. videantur cenſere eſſe probabile, quòd regnum ob incertitodinem iuris vtriuſque, & certi ſucceſſotis temaneat liberuio, & poſſe ſe, modo Reipublicæ exemptæ gubernare, aut alterum ex litigantibus, vel etiam alium eligere io Regem, hoc tamen ſuprà *num.*979. teiectum eſt, ſaltem quando certum eſt ad altetum eorum teguum ſpectare, quod conſtet eſſe ex deſcendentibus Regis præmortui, vel de familia ad regnũ vocata, licèt non certò conſtet, vel ſciri poſſit ad quem ius ſuccedendi ſpectet, ſed prò vtroque ſit tantùm æqualis probabilitas iuxta peritorum, & proborum iudicium prudenter poſt exactam cauſæ examinationem formatum.

Si vtrimque ſit probabile iniuriam eſſe, vel non fuiſſe illatam, an ſit locus bello, & quid faciendum.

1004. QVid verò dicendum, quando agitur non de iore ſuccedendi in regno, vel in alia re, ſed de iniuria, quam vous Princeps, ſeu Rex ab alteto ſibi illatam dicit, ſi vttimque probabile ſit tam hunc illi verè intuliſſe, quàio non iotuliſſe, ſed iure feciſſe, quod fecit. Lorea loco ſuprà *num.*999. citato ſentit arbitratorum, mutuo conſenſu electorum iudicio, compoſitionem eſſe faciendam, ita ſcilicet, vt iniuria, quæ dicitur illata, ex parte reparetur. Sed mihi videtur verior reſpooſio Coninch *d. diſp.*31. *de bello n.* 69. quòd in hoc caſu nulla opus ſit reparatione, quando is, qui dicitur iotuliſſe ioiuriam, nullo modo inde factus eſt ditior, quod ſeorit etiam Molioa *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 102. *verſic. dixi paulo antea.* id probat Coninch per illam regulam 11 *iuris, de reg. iur. in* 6. ſuprà *n.*957. allatam, *Cùm ſunt partium iura obſcura, reo eſt potius fauendum, quàm actori.* in boc autem caſu iura partium ſunt obſcura, quia non liquet, vtrùm Reus verè iniuriam alteri intulerit, ac proinde ei fauendum eſt, atque ab omni alterius actione abſoluendus eſt. Quod procedere exiſtimo etiamſi probabilius eſſet iniuriam intuliſſe, dummodo etiam appareat, & iudicetur probabile nõ intuliſſe, ſed iure feciſſe, per tradita ſuprà *n.*496. & 521. *cum ſeqq.* & ita videntur ſentire etiam Coninch, & Molin. *locis citat.* Quiſnam verò debeat eſſe iudex, ad qoem ſpectat cognoſcere, an verè iniuria fuerit illata, & danda debita ſatisfactio, nec ne, cùm non poſſint eſſe ipſimet Principes ſupremi, vt ex dicendis conſtabit, controuerſia erit definienda per arbitros de communi conſenſu electos, qui in dubio, & ſaltem in æqualitate probabilitatis debebunt abſoluere Reum.

Si poſt examen cauſa, ſeu controuerſia de iure ad regnum, &c. appareat vnum habere ius probabilius, & efficacius, is non poteſt armis ſpoliare alterum poſſidentem, ſi etiam pro ipſo appareat probabilitas iuris ad regnum.

QVòd ſi in hoc eodẽ euentu, io qoo facta vtrim- 1005.
que diligenti excuſſione, ſeu examine cauſæ per viros doctos, & probos, res certò non ſcitur, ſed remanet litigioſa, eſtque pro vtraqoe parte opinio probabilis, ſeu probabilitas, facti, ſiue iuris, non tamen æqualia, ſed pro altera iudicatur res probabilior; adbuc Princeps ſupremus, ſeu Rex, pro quo ſtat opioio magis probabilis, ſeu maior probabilitas, ſiue cuius ius apparet probabilius in hac controuerſia tantùm probabili tam ex parte ipſioa, quàm ex parte alterius, nullo modo poteſt contra alterum Priocipem ſupremum, aot ſibi non ſubditom legitimè, & booa fide poſſidentem regnum, ſeu rem litigioſam, ſententiam pro ſe ferre, & armis eam executioni mandate, illumque à poſſeſſione deturbare. ita Vaſqoez *d. diſp.*74. *cap.*3. *num.*13. Perez *vbi ſuprà num.* 106. Molina *d. diſp.*103. *d. verſic. quando inter duas Reſpublicas*, ibi, *qua enim pars*, Villalobos *d. diff.*17. *n.*7. Coninch *d. diſp.*31. *de bello num.*71. *verſic. vnde infert.* Palaus *tom.*1. *tract.*1. *d. diſp.*2. *p.*7. *n.*3. *& ſeqq.* Victoria, Valentia, Bannes, Becanus, Breſſerus, Layman, Rodriquez locis citatis ſuprà *n.*957. qui, vt dixi, nomine dubij non intelligunt ſolum dubium formale, & ſuſpenſiuum aſſenſus, ſed dubium latè ſumptum, quale inuenitur quoties certò non conſtat de re, ſed ſunt tantùm binc inde opiniones probabiles; & ita Victoriam pro bac ſeotentia allegant Villalob. *d. n.*7. & Salas *d ſect.*13. *n.*128. vbi, & ipſe tenet hanc ſententiam eſſe valde probabilem.

Antequam hæc ſententia probetur duo ſupponenda.

Ratio generalis belli gerendi quæ ſit.

PRimum, quòd belli aggreſſiui vnica, & genera- 1006.
lis cauſa, ad quam omnes cauſæ particulares reducuntur, eſt iniuria accepta, ſeu illata reſarcienda, ſeu compenſanda, vel vindicanda; belli verò defenſiui, eſt iniuria imminens impedienda, ſeu repellenda. ita S. Thomas 2.2. *q.*20. *art.*1. *ibidem.* Bannes *dub.*4. Valentia *tom.*3. *diſp.*3. *q.*16. *p.*2. *verſic. tertiò certum eſt.* Victoria *d. relect. de iure belli n.*13. Molina *de iuſtit. tract.*2. *diſp.*102 *initio*, Sayrus *lib.*7. *clau c.*13. *n.*3. Coninch *d. diſp.*31. *de bello n.*22. Suarez *d. diſp.*13. *ſect.*1. Becanus *p.*3. *c.*25. *quæſt.*1. Layman *lib.*2. *tract.*3. *cap.*12. *n.*5. Palaus *tom.*1. *tract.*6. *diſp.*5. *puncto* 3. *n.*1. Breſſerus *de conſcientia lib.*3. *cap.*15. *n.*151. & Theologi communiter, & ex Iuriſperitis Ioannes Lupus *de bello, initio*, §. *iſta quæſtio n.*1. Franciſcus Arias *de bello num.* 1. & Ioannes de Lignano *tract. de bello, prima parte principali, initio.* & deſumitur ex Diuo Auguſtino *q.*10. *in Ioſue* (& refertur *cap. Dominus* 23. *q.*2.) dicente iuſta bella definiri, quæ vleiſcuntur iniurias, ſi qoæ gens, vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per iniurias ablatum eſt. Vnde etiam D. Thomas poſt relata dicta S. Auguſtini verba, ait ad iuſtam belli aggreſſiui, vel offenſiui cauſam neceſſarium eſſe, vt qui eo impugnetur, propter aliquam culpam impugnationem mereatur. † Obſeruat ta- 1007.
meo Molina *vbi ſuprà*, (& expreſsè tradunt, vel tacitè iudicant etiam alij Doctores,) ad bellum iuſtum ſufficere interdum iniuriam materialiter, ſcilicet,

ſine

ſine culpa, & abſque peccato formaliter, & verè, vt contigit in bellu Iſraeliratum cótra Chananæus, & Amorrbęos,prout explicabitur in ſeqoeoti præſup-
1008. poſitu. † Materialis autem iniuria (ex eodem Molina *ibidem, verſic. dixi paulo antea.* & Palau *n.* 15.) eſt duplex;vna,qua ſine peccato,& culpa vera, propter ignorantiam inuincibilem detinetur, quud reueta alteri debetur, ita quòd obligatio id tradendi eſt ex parte ipſius rei,excuſat tamen à culpa ignorantia inuincibilis. Altera,qua ex eadem ignotantia,& ſic ſine culpa damnum, aut iniotia infertur, inde tamen ioferens non ſit factus locupletior, ac proinde neque ex parte rei acceptæ conſurgit obligatio, quicquam tradendi, neque ex parte iniuſtæ acceptionis, eo quòd ignorantia à culpa excuſet. Prior igitur iniuria materialiter ſumpta ſofficit ad bellum iuſtum, vt dicit *ibidem* Molina, & Villalobos *p.* 2. *tract.* 5. *diff.* 4. *num.* 2. & conſtabit ex dicendis, non verò poſterior, vt infertur ex dictis *n.* 1004. & tradit etiam Villalobos *d. n.* 2. & confirmatur ex eo, quòd neque poſſit iuſtè inferri in pœnam, cùm nolla præceſſerit culpa; neque ad obtinendum quòd bellum inferenti debeatur, cûm nihil, quud ad eum pertineat, deti-
1009. neat is,cui bellum infertur. † Ex quibus idẽ Molin. *ibidem, verſic. iuxta hactenus*, (& idem iudicant Suarez *ſect.* 1. & Becanus *d. q* 1. *n.* 4.) duplex diſtingui genus belli aggreſſiui,ſeu offenſiui: vnum, quod infertur ad vltionem ſumendam de iniuria illata; ſiue inferens ſimul intendat recuperare rem ſuam, reſarciteque damna ſibi illata, ſiue non; & ſi intẽdat ſolùm vindictam, ſeu vltionem iniuriæ illatæ erit actus ſolius iuſtitiæ punitiuæ, ſeu vindicatiuæ, ſi ſimul recuperationem rerum, & damnorum compenſationem, erit etiam actus iuſtitiæ commutatiuæ. Atque vt hoc bellum iuſtum ſit, prærequiritur iniuria formalis, & culpa in hoſtibus; & de hoc ait, quod loquuti ſunt S. Auguſtinus, D. Thomas & Victoria, dum ad iuſtitiam belli huius prærequitunt culpam in hoſtibus. Alterum belli aggreſſiui iuſti genus eſt, ad occupandum noſtra, cáve, quæ nobis certò debentur, quando ignorantia inuincibili ab alio detinentur, neque alia via obtinere ea poſſumus, (& eſſe actum iuſtitiæ commutatiuæ, dicit Becanus *d n.* 4. & illud Suarez *d ſect.* 1. *n.* 6. ait eſſe potius bellum defenſiuum, quàm offenſiuum) & ad huiuſmodi bellum, ait idem Molina, non prærequiri culpam, ſed ſufficit ſi præcedat materialis iniuria oriens ex eo ſolùm, quòd quis retinet rem alienam inuito vero domino, licèt ipſe detinens id ignoret. ſicut enim (inquit rectè Molina) Princeps ius dicit ſuis ſubditis non ſolùm quando vnus iniuſtè, & cum iniuria formaliter detinet rem alterius, ſed etiam quando eam detinet iniuſtè ſolùm materialiter, iubetque vi auferri ab eo, qui buna fide poſſidet, licèt iſte putet ſibi iniuriam fieri, ſic etiam ſimile ius in extraneos, qui quod ſuum, aut ſuorum eſt, ſimili modo bona fide retinent, quoties aliter illud obtinere non poteſt, cùm tunc comparatione eorum gerat vicem iudicis, & executoris; ſed etiam in hoc poſteriori genere belli ſemper præcedere culpam ſi non veram, ſaltem ab inferente bellum præſumptam, & ſic etiam iniuriam formalem præſumptam, eo quòd qui nouit certò rem eſſe ſuam, poſſit iure præſumere culpam in detinente, qui tamen putat ignorantia inuincibili ſe iuſtè detinere, tradunt Vaſquez *d. diſp.* 64. *cap.* 3. *n.* 16. *&* 17. Conineh *d. diſp.* 31. *n.* 48. & Salas *d. tract.* 8. *ſect.* 13. *num.* 124. & alij recentiores, & iudicat Villalobos *d. diff.* 17. *n.* 7. & ita doctrina S. Auguſtini, S. Thomæ, & Victoriæ erit vniuerſalis, ſcilicet, ad bellum iuſtũ ſemper prærequiri culpam, vel veram, vel præſumptam; & ita bellum aggreſſiuum erit actus iuſtitiæ punitiuæ, ſeu vindicatiuæ, vt communiter aſſerunt Theologi, & Iuriſperiti, licèt ſimul eſſe poſſit etiam actus iuſtitiæ commutatiuæ. Dixi, *niſi Deus iubeat aliquem inferre bellum alteri, qui id ignoret*, vt mox dicetur de bello à Iudæis ex iuſſu Dei illato Amorrhæis, qui mandatum Dei ignorabant, & id ſciebant Iudæi.

Poteſt eſſe bellum ex vtraque parte iuſtum, & qua ratione.

ALterum præſuppoſitum certum eſt, bellum 1010.
non poſſe eſſe ex vtraque parte iuſtum per ſe, ſeu formaliter, & materialiter ſimul, ſeu à parte rei rationi, iuri, & æquitati, ac iuſtitiæ conſonum ex vtraque parte: ſed tantùm per accidens ob ignorantiam, ſcilicet, alterius partis inuincibilem, ex qua patet ſe habere cauſam iuſtam belli, atqua ita ex vna parte iuſtom formaliter, & materialiter ſimul, ex altero verò tantùm formaliter eadem ignorantia inuincibili, ſeu bona fide excuſante à culpa. ita Victoria *d. relect. de iure belli n.* 29. Couarruu. *reg. peccatum* 2. *p.* §. 10. *n.* 10. Valentia *d p.* 2. *verſic. nonò eſt certum.* Becanus *diſp.* 4. *cap.* 25. *q.* 7. Villalobos *p.* 2 *ſum. tract.* 5 *diff.* 5. Gordonus *lib* 6. *q.* 19. *n.* 50. Vaſquez, & Salas *locis n. præcedenti allegatis*, Molina *d. diſp.* 102. *verſic. obſcurè tamen, & diſp.* 103. *verſic. primum, & ſecundum, & verſic. in ſecundo verò euentu, fine.* Conineh *de effectibus actuum ſupernaturalium, diſp.* 31. *n.* 47. 48. *& ſeqq.* Palaus *dict. puncto* 3. *n.* 9. Breſſetus *d. n.* 151. & Doctores communiter contra Fulgoſium *in l. ex hoc iure ff de iuſtitia & iure*, & Alciatum *lib.* 2. *Parad. cap. vltimo*, qui, vt teſtatur *loco cit.* Couarruu. cenſuerunt abſolutè bella vtrinque poſſe eſſe licita. Prima pars præſuppoſiti, ſcilicet, non poſſe vtrimque eſſe bellum iuſtum per ſe, & à parte rei rationi, & iuſtitiæ conueniens, probatur, quia vtrinque non poteſt cauſa à parte rei eſſe iuſta, nec eadem res indiuiſa, & in totum poteſt ad duos ſpectare, nec verè idem actus à parte rei poteſt eſſe iniuria, & carere iniuria; ac proinde ſi vnus ex duobus Principibus, inter quos eſt bellum, fouet iuſtam cauſam, & habeat ius ad totam rem, vel fuerit iniuria affectus, alter fouebit cauſam iniuſtam, carebit iure ad eandem rem, & illius factum erit iniurioſum. Explicatur magis, quia iuſtum, & iniuſtum ſunt duo contraria, & quæ de eodem non poſſunt à parte rei verificari, & duo actus, ſeu conatus verè, & à parte rei contrarij, nempe circa idem (vt, v.g. conatus defendendi aliquam Prouinciam, aut ciuitatem, & conatus eandem occupandi, aut conatus vlciſcendi factum aliquod, & conatus prohibendi vindictam, & vltionem eiuſdem facti,) non poſſunt pertinere per ſe, & ex natura rei ad eandem virtutem, puta iuſtitiæ, cùm illa virtus non ſit ſibi contraria per ſuos actus, ſiquidẽ omnes actus virtutis ſunt boni moraliter, & nullum bonum eſt bono contrarium, quẽadmodum nec vllom verum vero. Confirmatur, quia vel ipſo ſolo naturæ lumine apparet ad iam violentum remedium non eſſe veniendum, niſi vrgeat neceſſitas, nempe, vindicandæ iniuriæ, quod procedit etiam in bello defenſiuo, quod vt iuſtum ſit, prærequirit etiam iniuriam ſaltem inchoatam, ſeu imminentem
(vt dictum eſt,) quæ ſimul vindicetur, dum repelli- 1011.
tur. † Secunda pars eiuſdem præſuppoſiti, quòd per accidens, & ex ignorantia poſſit vtrinque bellum eſſe iuſtum, & licitum, probatur; nam etſi pro vna parte tantùm verè exiſtat iuſta cauſa, ſeu iuſtitia belli, & talis cognita ab eadem parte, & pro altera parte verè exiſtat iniuſtitia, poteſt tamen eſſe, vt eadem

psta

pars non cognoſcat, ſed ex inuincibili, & iuſtiſſi-
mæ ignorantia exiſtimet ſe iuſtam fouere cauſam,
nempe rem, quæ verè eſt alterius partis id agnoſcen-
tis, & illam petentis, aut volentis occupare, ad ſe
pertinere; quia, v.g. viri docti, & prudentes à ſe con-
ſulti ita iudicarunt; id quod multoties (inquit Villa-
lobos *d. num.* 7.) contingit, quia viri docti in contro-
uerſiis de iuſtitia belli à ſuis Principibus, ſeu Regi-
bus conſulti facilè inclinant in eam ſententiam,
quam putant fore gratiorem ſuis Principibus, ſeu
Regibus, qui propterea ex ignorantia probabili, &
quoad ſe, iuſta (licèt fortaſſe non quoad Conſulto-
res, ſeu Conſiliarios,) putant eſſe iuſtum id, quod
non eſt; in hoc ergo euentu ſi Princeps, qui ſcit ſe
verè fouere iuſtam cauſam, v.g. Prouinciam, vel ci-
uitatem ab altero poſſeſſam eſſe ſuam, ad eam oc-
cupandam bellum moueat alteri poſſidenti bona fi-
de, & ex inuincibili ignorantia eandem ciuitatem
ad ſe pertinere exiſtimanti, & proinde renuenti il-
lam reſtituere, ac ſe defendit, bellum erit ex parte
vtriuſque Principis iuſtum, & licitum; ex parte qui-
dem primi iuſtum per ſe & per alium, ac materiali-
ter ſimul; ex parte verò alterius erit iuſtum ſolùm
per accidens, ſcilicet, ex ignorantia, & ſic erit iu-
ſtum tantùm in opinione, ſeu conſcientia, & forma-
liter, quia geritur ſine peccato bona fide excuſante
à culpa; ſic prærallegati Doctores, (& prius docuit
Abulenſis *ſuper caput* 11. *Ioſue*,) aiunt bellum, quod
Iſraëlitæ geſſerunt aduerſùs Amorrhæos, & cæte-
ras gentes fuiſſe iuſtum ex vtraque parte quidem
Iudæorum per ſe, & formaliter, ac materialiter
propter ſibi manifeſtam voluntatem, ſeu mandatum
Dei, qui iis tribuerat ius, non ſolùm in bona, ſed
etiam in perſonas illarum gentium, quas ob idolo-
latriam, & alia grauiſſima earum peccata iuſſerat
Iudæis, vt interficerent, ac penitus delerent. Ex par-
te verò Amorrhæorum, & aliarum gentium fuit iu-
ſtum tantùm per accidens, & in conſcientia, ac for-
maliter, quia voluntatem, ſeu mandatum, ac iuſſio-
1012. nem Dei iuxta ignorantia ignorabant. † Neque
priori parti præſuppoſiti obſtat, ſi dicatur, quòd
actus abſtinendi à tali cibo, tali tempore, & actus,
quo quis velit illum ſumere, eſſe contrarios, & ta-
men pertinere poſſunt ad eandem virtutem tempe-
rantiæ; ergo, &c. nam negatur conſequens: & ad
antecedens dicitur, (vt rectè Valentia, & Gordonus
locis citatis,) quòd quando dicitur actus contrarios
circa eandem rem, non poſſe ſpectare ad eandem
virtutem, intelligitur in materia iuſtitiæ, vbi me-
dium virtutis ſpectatur, ſecundùm rem ipſam, non
ſic in vtilitatibus circa paſſiones, vbi medium ſpe-
ctatur non tam ſecundùm rem, quàm ſecundùm or-
dinem, ad perſonam operantem, & ſic in his, & non
non in materia iuſtitiæ poſſunt eſſe actus phyſicè
contrarij circa eandem rem, & moraliter boni,
vt latiùs explicat Valentia *d. part.* 2. *verſic. ad ſecun-*
1013. *dum.* † Si etiam dicatur, quòd ſi Princeps iuſto
bello oppugnaret aliquam arcem, vel ciuitatem ho-
ſtilem, in qua eſſent multi innocentes, hi certè iu-
ſtè ſe defenderent, ne occiderentur, & ita bellum
per ſe, & materialiter eſſet ex vtraque parte iuſtum.
Reſpondet idem Valentia, quando dicitur non
dari bellum ex vtraque parte per ſe iuſtum, intel-
ligi circa eandem rem, (vt ſuprà indicatum eſt,) in
hac autem cauſa bellum non eſt circa eandem rem,
etenim, qui oppugnant arcem, ſeu ciuitatem hoſti-
lem, non ſuſcipiunt bellum contra innocentes (alio-
qui non eſſet bellum iuſtum,) ſed contra nocentes,
& per accidens eſt, quòd inter illos ſint aliqui inno-
centes; & ſimiliter innocentes, qui ſe defendunt, non
defendunt nocentes, qui propter iniuriam illatam
bello oppugnantur, ſed defendunt ſuã innocentiam,
quæ propriè non oppugnatur. † Item ſi dicatur pri- 1014
mò quòd iudex ſecundùm allegata, & probata legi-
timè condemnat innocentem, & tamen poteſt in-
nocens ſe tueri contra iudicem. Secundò quòd cap-
tiuus habet ius fugiendi, & dominus ius detinen-
di. Tertiò quòd in carcerem detruſus habet ius
fugiendi, & iudex habet ius detinendi, & puniendi
ſi fugerit. Reſpondet ad primum idem Valentia
etiam huiuſmodi bellum non eſſe circa eandem
rem, nam qui defendit ſe contra iudicem, defendit
ſe vt innocentem, ſicut reuera eſt; iudex autem,
qui oppugnat illum, non oppugnat vt innocentem,
ſed vt publico teſtimonio probatum nocentem, ac
Reum. Ad ſecundum, & tertium reſpondet Palaus
captiuo, & delinquenti detruſo in carcerem con-
cedi ius refugiendi, non tamen reſiſtendi deten-
tioni, & punitioni, quæ licèt aliquam contrarieta-
tis ſpeciem habeant, verè contraria non ſunt, ne-
que inter ſe pugnant. Quare etiamſi dicatur, quòd
quando delictum, ob quod quis veniret condem-
nandus ad mortem, eſt ſemiplenè probatum, iudex
iuſtè interrogare poteſt Reum, & etiam Reus po-
teſt licitè veritatem celare vtendo æquiuocatione,
idque ad tuendam vitam propriam, & tenent plu-
res Doctores, quos latè refert Ioannes Sancius *di-
ſputatione* 45. *num.* 29. Reſpondetur iudici concedi
ius interrogandi de veritate ad bonum publicum
tuendum, ne delicta maneant impunita. Reus
verò habet ius celandi veritatem ob propriæ vitæ
conſeruationem, quæ propriè non ſunt contraria.
† Inſuper ſi dicatur ex Ariſtotele 2. *Ethic. cap.*6. il- 1015.
lud eſſe per ſe medium, & obiectum virtutis, quod
prudens iudicat, ſeu definit, fieri autem poſſe, vt
prudens vnus iudicet eſſe iuſtum belli obiectum,
ſeu materiam; & alter contrarium iudicet item
prudenter, & probabiliter eſſe iuſtum belli obie-
ctum; & ita poterit vtrimque eſſe iuſtum bellum.
Reſpondet idem Valentia Ariſtotelem intelligi,
quando prudens verè ſecundùm intellectualem
virtutem prudentiæ (quæ iuxta eundem Ariſtote-
lem non iudicat niſi verum,) præfinit medium, ſeu
obiectum virtutis, non autem quando ſolùm pro-
babiliter, & apparenter. Et quamuis tunc etiam
(addit idem Valentia) auctoritas prudentis excu-
ſet à peccato, (quod intelligo vbi agitur de ſola
honeſtate, vel turpitudine operationis, & non de
effectu, ſeu damno inſequendo, iuxta dicta *ſuprà*,)
non facit tamen, vt actus per ſe ſit virtutis: ſed
qua ratione actus circa obiectum à parte rei ma-
lum ex ignorantia inuincibili apprehenſum, &
iudicatum bonum ſit bonus, vide ſuprà *num.* 40.
Denique non obſtat eidem primæ parti, ſi dicatur
in ciuilibus dari bellum ex vtraque parte iuſtum:
nam, vt ex dictis colligi poteſt, diſparitas eſt inter
litem iudicialem, quæ & dicitur, bellum ciuile, &
bellum propriè dictum, & caſtrenſe; hoc enim
non poteſt dari vtrinque iuſtum, quia huius
finis eſt punire iniuriam iam irrogatam, lis au-
tem iudicialis datur vtrinque iuſta, quia illius fi-
nis eſt tantùm inquirere in dubio veritatem ad de-
clinandam omnem iniuriam.

Concluſio ſuprà num. 1005. *poſita probatur.*

PRæfata doctrina, ſeu ſententia ſuprà *numero* 1016.
1005. ſtabilita, quòd Princeps, ſeu Rex, pro quo
ſtat opinio probabilior facti, ſiue iuris, ſeu poſt dili-
gens cauſæ examen inuenit per ſe, vel Doctores
ſui regni, & à ſe conſultos, probabilius eſſe ius ad
regnum

regnum controuerſum ad ſe ſpectare, non poſſit contra legitimè, & bona fide poſſidentem, habentem etiam pro ſe opinionem probabilem, ſeu probabilitatem facti, ſiue iuris, ſibi competere ius ad idem regnum, ferre pro ſe ſententiam, & eidem poſſidenti pro illa executioni mandanda bellum inferre, & armis poſſeſſionem auferre. Probatur primò, quia poſſeſſio tribuit ius efficacius, & præponderat probabilitati maiori alterius partis poſſeſſione carentis, cùm in dubio melior ſit conditio poſſidentis, ſcilicet, quando certò non conſtat, ad quem res ſpectet, ſed ſolùm ſunt rationes hinc inde probabiles, licèt pro vna parte probabiliores, non tamen conuincentes, in hoc enim caſu adhuc res verè dubia dici poteſt, vt dictum eſt ſuprà *n.965.* & tradunt Salas loco *eodem n.965.* citato. & Palaus *à puncto 7. n. 2. & 6.* quare nec perſona priuata poſſidens rem, iudicans probabiliter eſſe ſuam, licèt notum ſit ei eſſe etiam probabile, & probabilius eſſe ius alterius, non tenetur illam reſtituere, nec eius partem, donec illi certò conſtet eſſe alienam, vel mota lite à iudice condemnetur. igitur Rex poſſidens regnum ex probabili opinione facti, vel iuris ſuum, non tenetur illud reſtituere alteri Regi exiſtimanti ſe habere ius probabilius; ergo is iniuſtè tentaret propria authoritate illum ſpoliare; quod magis ex dicendis apparebit. Secundò probatur ratione de qua ſuprà *n.982.* ſcilicet, quia controuerſia, quæ inter opiniones verſatur circa ius aliquod, non iudicio prudentum, ſed potentia, & armis dirimere, eſt barbarorum, qui conſtituunt melius ius regnandi in potêrioribus armis. Tertiò ſi eo ipſo, quod vnus Princeps ſupremus ex ſuorum Conſiliariorum, ſeu Doctorum iudicio exiſtimet ſolum probabile ius ad aliquam rem ad ſe ſpectare, poſſet illam tanquam iudex, & propria auctoritate ſibi adiudicare, & ad illam occupãdam armis moueri, aperiretur via frequentiſſimis bellis, & ſæpiſſimè iniuſtis; tum quia Conſiliarij, & Doctores Regum, & Principum, pluries nõ bene informati de circumſtantiis cauſæ conſilium ſuum dant; tum quia vtplurimum conſulũt, quæ Regi, ſeu Principi vident placere, & eſſe vtiliora; & ſic in vtroq; euentu proponunt Principi cauſam tanquam iuſtam, licèt non habeat; & poſſet conuinci non habere, ſi coram alio iudice indifferente, & qui non eſſet pars, cauſa agitaretur.

1017. †Quartò ex dictis in primo præſuppoſito iuxta doctrinam S. Auguſtini, S. Thomæ, & aliorũ communem ad bellum iuſtè inferendum prærequiritur iniuria inferenti illata, & culpa ex parte eius, cui infertur, cùm ſit actus iuſtitiæ punitiuæ, ſeu vindicatiuæ, licèt & poſſit ſimul eſſe iuſtitiæ cõmutatiuæ: ſed quando adeſt opinio probabilis, ſeu ſunt rationes probabiles pro alia parte, Rex, vel Doctores eius non poſſunt iudicare alium Regem irrogare iniuriam regnum retinendo, cùm iuſtè, & abſq; culpa retineat propter opinionem probabilem, ſeu rationes probabiles, quibus ductus credit ius ad regnum ſibi competere, & etiam iſte alius exiſtimare poſſit meliorem eſſe cauſam ſuam, adhibita ſaltem maiori diligentia; ergo alter Rex antequam examinetur vtraq; opinio collatis rationibus, & fundamentis, quę vterque pro ſe allegare poteſt, & pro altera illarum ſententia feratur, & res declaretur, nõ poteſt debellare alterum, vtpote qui ante talem examinationẽ, & ſententiam retinendo nullam illi infert iniuriam, nec alicuius

1018. culpæ reus eſt. †Si dicatur prior ille Rex putat ſuam opinionem eſſe probabiliorem, & contrariam omninò falſam, ac proinde ſibi inferri iniuriam, quam vindicare poſſit. Reſpondetur primò cùm ſibi certò euidenter non conſtet de veritate ſui iuris ad regnum, oportet vt iudicet etiam eſſe probabile alteri Regi ius ad regnum competere; & ita ſibi iniuriam non inferri ab eo, qui poſſidet. Vnde reſpondetur ſecundò ius bellandi non eſſe pro iniuriis, quæ ſpeculatiuè iudicantur tales, ſed quæ reuera ſint tales, & ei, qui dicitur inferre, imputentur ad culpam, aut iure præſumantur imputari, vt in primo præſuppoſito dictum eſt. Sed qui ſcit ſuam cauſam eſſe tantùm probabilem, & conſequenter etiam probabilitatem ſtare pro alio, & poſſeſſore bonæ fidei, non poteſt
iure præſumere eſſe in culpa. †Si dicatur ſecundò ad 1019.
bellum iuſtum ſufficere materialem iniuriam, quæ eſt ſine peccato, & infertur eo ſolùm, quòd quis retinet rem alienam, quam ex ignorantia inuincibili putat ſuam, vt ex Molina dictum eſt in eodem primo præſuppoſito *n.1007. & ſeqq.* in huiuſmodi autem euentu cùm Rex poſſidens, & retinens regnum, quod alter iuxta probabilem, vel probabiliorem ſententiam credit eſſe ſuum, ſi nolit reſtituere, cenſetur inferre iniuriam materialem. Reſpondetur ex eodem Molina tunc ſolùm cenſeri iniuriam materialem, quando ex ignorantia inuincibili detinetur, id quod reuera eſt alterius, iſque certò, & ſemoto omni dubio, & ſecluſa paſſione iudicat eſſe ſuum; non verò, quando tam pro detinente, quàm pro petente ius ſolùm eſt probabile, ſeu ſunt tantùm opiniones, & rationes probabiles; quia cùm tunc res ſit anceps, & à parte rei poſſit eſſe, & forſan verum ſit, rem non eſſe illius, qui etiam probabilius ius putat ſe habere, cùm ſæpè, quæ apparent probabiliora à parte rei, nõ ſint vera; non poteſt ergo cenſeri adeſſe non ſolùm iniuriam formalem, & culpabilem veram, aut præſumptam, ſed nec merè materialem, ſicut quando certum eſt rem alienam detineri, licèt detinens inuincibiliter ignoret, quo caſu etiam poteſt
iure præſumi culpa, & formalis iniuria. † Dices, ad- 1020.
eſſe iniuriam materialem non quidem certam, & abſolutam, cùm nõ ſit certum rem ſpectare ad eum, qui tantùm habet pro ſe opinionem probabilem, eſſe tamen iniuriam materialem probabilem in opinione, ſeu apprehenſione eiuſdem, qui iudicat probabile, vel probabilius eſſe ſibi cõpetere ius ad rem ab altero tamquam ſuam ob opinionem probabilem ſibi fauentem detentam, & hanc ſufficere ad bellum iuſtum. Reſpondetur primò huiuſmodi materialem iniuriam probabilẽ, ſeu probabiliter tantùm exiſtimatam non poſſe iure imputari ad culpã, & ob illam ſolam nõ poſſe inferri bellum iuxta dicta, cùm iuxta Doctores ſemper ſit actus, & executio iuſtitię punitiuæ, ſeu vindicatiuæ, qui ſupponit culpam veram, vel iure præſumptam. Reſpondetur ſecundò, quòd etiam detinẽs iuxta probabilem opinionem, & in legitima poſſeſſione exiſtens multo magis, & potiori iure poteſt iudicare ſibi inferri ab alio iniuriam, ſaltem probabilem, & ita erit bellũ ex vtraq; parte iuſtum per ſe, & circa eandem rem ſecluſa ignorantia, ſed exiſtente eadem cognitione in vtroq; de iuſtitia, vel iniuſtitia vtriuſq; partis, cùm vterq; ſciat alterum habere ius probabile: nõ poſſe autem dari ex vtraq; parte bellum per ſe iuſtum exiſtente in vtroq; bellantium eadem cognitione iuſtitiæ vtriuſque partis, oſtenſum eſt in ſecundo præſuppoſito, & dictum etiam ſuprà *n.958.* & in terminis tradit Molina loco ſuprà *n.957.* relato. Reſpondetur tertiò, cùm nõ poſſidens ſciat alterum poſſidentẽ habere probabiliter ius ad rem poſſeſſam, & ita legitimè, & iuſtè poſſidere, nullo modo poteſt iudicare ſibi inferri vllam iniuriam; neq; poteſt illum ante examen cauſæ debitum, & ſententiam pro vt ſupra latam, bello inuadere, niſi irrogando illi iniuriam volens ab illo

auferre,quod iuſtè, & legitimè tanquam ſuum poſ-
1021. ſidet.† Neque iuuat dicere, quòd non poſſidet iuſtè
abſolutè, ſed tantùm probabiliter iuſtè, cum quo
compatitur ſimul poſſidere iniuſtè ſecundùm aliam
opinionem; nam licèt repugnat à parte rei, & coram
Deo eundem iuſtè, & iniuſte poſſidere aliquam rem,
non repugnat tamen eſſe iuſtum, & iniuſtum poſ-
ſeſſorem ſecundùm contrarios aſſenſus opinatiuos
probabiles, ac proinde, qui iuxta ſuum aſſenſum
probabilem putat alterum eſſe iniuſtum poſſeſſo-
rem, nullam irrogat illi iniuriam auferendo rem, li-
cèt habeatur vt iuſtus poſſeſſor iuxta alteram opi-
nionem; nam ex hoc ſequitur ſolum quòd iuſtè ſe
defendat: non, inquam, iuuat, nam aliud eſt eſſe opi-
niones probabiles, quòd vtrique ius ad rem compe-
tat, aliud eſſe opiniones de legitima, & iuſta poſſeſ-
ſione, etenim eo ipſo, quòd cenſetur probabile rem
eſſe poſſidentis, & per ſe non teneri ad reſtitutio-
nem, ſcilicet, neque ex parte rei poſſeſſæ, neque ex
parte acceptionis, licèt ſciat ſolum probabile eſſe
ius ad rem ſibi competere, ſequitur eum iuſtè, & le-
gitimè omninò poſſidere, & retinere, donec poſt
debitam cauſæ cognitionem ſententia contra ipſum
lata fuerit: ex quo fit, vt alter non poſſidens putans
tantùm probabiliter ſibi ius ad rem competere, non
poſſit bello iuſtè illum ſpoliare, alioqui exiſtente
eadem cognitione de iuſtitia vtriuſque daretur bel-
lum ex vtraque parte iuſtum ſimul formaliter, &
materialiter, & per ſe circa eandem rem, ſicut di-
ctum eſt ſuprà *num* 958. ſi exiſtente cauſa ex vtraque
parte dubia, is qui eſt extra poſſeſſionem, poſſet in
tali dubio alterum bello à poſſeſſione exturbare;
nam ſicut *ibidem* dictum eſt, qua ratione non poſſi-
dens poſſet iuſtè rem bello occupare, eadem, & lon-
gè maiori poſſet eam defendere poſſeſſor, cùm du-
bium vtrique faueat, & melior ſit conditio poſſi-
dentis. ita in hoc caſu cùm opinio probabilis non
minus faueat poſſeſſori, & illius conditio ſit melior,
& dum certò, & liquidò non conſtat rem vni ſal-
tem parti competere, res dici vere poſſit dubia.
Confirmantur prædicta, quia vbi licita eſt offenſio,
non poteſt eſſe licita defenſio, & è contra, vt poſt
Bartolum *in l. vt vim.* & Gloſſam *ibidem, ff. de iuſti-
tia, & iure*, dicit Petrus Bellinus *de re militari 2. p.
tit. 2. num.* 6. Sed in hoc caſu iuxta eundem Ioannem
Sancium poſſeſſor inuaſus poteſt licitè ſe defende-
1022. re. ergo offenſio erit illicita, & iniurioſa.† Quintò
probatur eadem ſententia, quia ſi Princeps ſupre-
mus probabiliter ex ſe, vel ſuorum Conſiliariorum,
& Doctorum iudicio exiſtimans regnum, ſeu ca-
ſtrum ab altero ſupremo Principe poſſeſſum, & iux-
ta probabilem ſuorum Doctorum opinionem iudi-
cantem eſſe ſuum, eo quòd eſt ſupremus, poſſet tan-
quam iudex ferre pro ſe ſententiam contra alterum,
& regno ſibi per talem ſententiam adiudicato, alte-
rum Principem bello inuadere, & armis ſpoliare; ita
etiam iſte alter, cùm ſit ſupremus Princeps (cùm
non ſit major ratio vnius, quàm alterius, cùm vter-
que ſit ſupremus, & quiſque iudicet ſuam opinio-
nem probabilem, & magis probabilem) poteſt pro
ſe contra illum per ſententiam regnum ſibi adiudi-
care, & facta huiuſmodi adiudicatione retinere; &
alteri volenti eum ſpoliare bello defenſiuo reſiſte-
re, immò etiam bello offenſiuo illum oppugnare in
pœnam iniuriæ ſibi illatæ; ex quo manifeſtè ſeque-
retur dari bellum ex vtraque parte iuſtum per ſe, &
formaliter, ac materialiter ſimul, quia circa eandem
rem indiuiduam, & indiuiſam ab vtroque ſibi adiu-
dicatam; & eadem cognitione iuſtitiæ belli in vtra-
que exiſtente, vt dicunt Molina *d. diſp.* 103. *verſic. in*
ſecundo verò, & Coninch *d. diſp.* 31. *de bello num.* 46.
† Quare quod dicunt Recentiores, de quibus ſuprà 1023.
num. 993. in lite, ſeu controuerſia dubia, & probabili
tantùm de regno, aut re alia inter duos ſupremos
Principes, quemlibet eorum habere ius pronuncian-
di ſententiam, & ſententia in ſui fauorem pronun-
ciata, & adiudicato ſibi regno, poſſe regnum armis
occupare, meritò reiicitur à Vazq. *d. c.* 3. *n.* 14. *&* 15.
Sala *vbi ſuprà n.* 123. & Palao *d. puncto* 7. *n.* 4. 5. *&* 9.
Primò, quia ipſe ſupremus Princeps, ſuperior non
eſt aliu Principe de regno contendente in illum ha-
bens iuriſdictionem; ergo non poteſt eſſe iudex il-
lius, illúmq; ſententia ſua ligare. Secundò, quia vnus
Princeps, vt in huiuſmodi cauſa dubia, aut opinabili
proferret iuſtam ſententiam, deberet priùs audire,
quæcunque alter Princeps pro ſe, ſeu ſua opinione,
& iure allegaret, nam inaudita parte ſuo tantùm ar-
bitrio, & vtriuſque partis rationes examinare,
& ſententiam ferre Barbarorum eſt, & iuſtitiæ re-
pugnans; ſed neuter tenetur coram altero rationes
ſuæ iuſtitiæ allegare, cùm non ſit maior ratio pro
vno, quàm pro alio; ergo ne ab vno proferatur ſen-
tentia contra partem inauditam, & ſic ferat ſenten-
tiam iniuſtam, deberent mutuo vnus coram altero
proprias rationes allegare, & alterius ſententiæ pa-
rere (nam fruſtrà deberet coram altero rationes, &
iura allegare, niſi & illius ſententiæ deberet parere:)
igitur ſi quilibet contra alterum (vt contingere fa-
cilè poſſet) ferat, magna inde eſſet confuſio, & im-
plicantia, quia qui tenetur parere, non poſſet licitè
reſiſtere, nec ſententiam ſuam executioni mandare;
ac proinde quilibet peccaret non parendo, & ſen-
tentiam ſuam exequendo, ergo ratio naturalis non
poteſt vtrique tribuere ius integrè ſibi rem adiudi-
candi, ſed debent ab aliquo tertio expectare defini-
tionem iuxta dicenda. Item ſi ſententia cuiuſq; va-
lida eſt, bellum erit (vt num. præcedenti dictum eſt)
iuſtum ex vtraque parte, quod eſt abſurdum, niſi in
quolibet eorũ ſit culpa vera, vel ſaltem ab alio præ-
ſumpta, quod in hoc caſu non contingeret, nam qui-
libet ſciret alterum opinione probabili duci, ac pro-
inde culpa carere. Neq; iuuat dicere poſſe dari bel-
lum iuſtum ex vtraque parte formaliter, ſcilicet, in
quo nullus ſit Reus culpæ, etſi ex vna tantùm mate-
rialiter, nam id intelligitur ſolùm ex ignorantia in-
uincibili vnius partis, cùm altera tamen certò ſciat
rem eſſe ſuam, vt dictum eſt *ſuprà*, & magis explica-
bitur reſpondendo ad argumenta Ioannis Sancij.
† Ex quibus etiam id, quod dicit Suarez (quem ſe- 1024.
quitur Villalobos *d. diſp.* 17. *n.* 8.) ſi neuter Principum
ſupremorum de regno contendentium ſit in poſſeſ-
ſione, nempè Principem ſupremum, poſt conſultos
Iuriſperitos, & Doctores ſui regni, qui dixerint ſibi
efficaciùs, & probabilius ius ad regnum competere,
virtute huius maioris probabilitatis poſſe regnum
poſſidere ſi ſit in poſſeſſione, & exturbantem vi re-
pellere, & ſi non ſit in poſſeſſione, poſſe poſſidentem
armis ſpoliare, eo quòd cùm non habeat ſuperio-
rem, ipſe ſit iudex, & ſic ſuammet cauſam poſſit iu-
dicare iuxta maiorem probabilitatem, quam habet
(ſicut poteſt, & tenetur iudex inter priuatos iudica-
re,) & talem ſententiam exequi, & armis, ſi opus ſit;
reiicitur, inquam, quia etiam alteri Principi ſui
Conſiliarij, & Doctores facilè poſſunt dicere pro ſe
ſtare maiorem probabilitatem, ſéque efficacius ius
habere in regnum, præcipuè cùm illi faueat ſua poſ-
ſeſſio, ſi in ea exiſtat bona fide; & ſic vterque pro ſe
ſententiam proferet. Quæ ergo tunc executioni
mandanda? vtraque enim executioni mandari non
poteſt; ſed non eſt maior ratio cur potius vna, quàm
altera;

altera ; nec ratio naturalis dictare poteſt, vt mande-
tur executioni ſententia illius , qui potentior fuerit,
alias ius regnandi armis metiendum eſſet, quod bar-
barum eſt , & contra naturalem rationem , illéque
diceretur habere efficacius ius, qui potentior armis
1025. eſſet. † Cæterùm ſextò probatur eadem noſtra ſen-
tentia exemplo Confeſſarij , qui licèt habeat opi-
nionem, quam æſtimet probabiliorem , & quamuis
ſpeculatiuè putet eſſe falſam opinionem pœniten-
tis, non poteſt tamen, (vt ſuprà *n.* 226. *&* 229. oſten-
ſum eſt,) pœnitentem damnare peccati , imponere
pœnitentiam, vel negare abſolutionem, ſi videat il-
lum ſequi opinionem probabilem ; ergo & vnus
Princeps ſciens ſe habere efficacius ius ad regnum
tantùm probabiliter, non poteſt præſumere alterum
Regem eſſe in culpa, & illum ſpoliare regno , ſi ſcit
illum habere ius ad idem regnum , iuxta probabi-
1026. lem opinionem. † Denique probatur , quia priuata
perſona tunc tantùm poteſt propria authoritate
vſurpare rem alienam, aut ab alio poſſeſſam in com-
penſationem eius, quod ſibi debetur , & non poteſt
obtinere coram iudice proprio , ſiue ob defectum
probationis, ſiue ob aliam cauſam, quando debitum
eſt omninò liquidum, & moraliter certum , *cap. bona
fides, de depoſito*, ibi , *compenſatio admittitur in aliis con-
tractibus à depoſito , ſi cauſa ex qua poſtulatur, ſit liqui-
da*. & ita docet communis opinio, Sylueſter *v. com-
penſatio num.* 2. *ad finem. & v. furtum num.* 17. Graff. *de-
ciſ. aurear. cap.* 8. *num.* 12. *&* 13. Azorius *p.* 3. *lib.* 5. *c.* 15.
Sayrus *lib.* 9. *clau. cap.* 14. *num.* 7. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 12.
dub. 9. Fagundez *in Decalogum lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 3. *&*
cap. 30. *num.* 1. Petrus Nauarrus *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 1.
parte 4. *num.* 89. Sanchez , & Vazquez locis ſuprà
num. 991. allegatis, & alij , quos cumulat Sayrus *d.*
1027. *cap.* 14. *n.* 3. † Qui etiam omnes ad præfatam vſur-
pationem, vt ſit licita, requirunt, vt fiat ſine ſcanda-
lo, & præiudicio , & ſine grauamine alicuius tertij.
Quando autem ſunt hinc inde ſolùm opiniones
probabiles facti, vel iuris de iure ad regnum, ius non
eſt liquidum, aut certum moraliter. Item certum eſt
ex bello, ſeu recuperatione armis facienda aduersùs
Regem poſſidentem ſequutura ſcandala , & præiu-
dicium, ac damnum aliorum , non ſolùm quoad bo-
na temporalia , ſed etiam quoad perſonas prorſus
innocentes , quæ licèt non debeant impedire bel-
lum liquidò , & certò moraliter iuſtum , ſcilicet,
quando inferenti illud liquidò , & certò moraliter
conſtat de iure ad regnum, vel de iniuria culpabili-
ter , vel cum damno illata , alioqui nunquam dare-
tur bellum iuſtum ; ius tamen naturale omninò ali-
ter dictare videtur , quando ius ad regnum eſt in-
certum, vel incertum eſt, an iniuria fuerit illata, vel
culpabiliter , vel ſecutum ſit damnum ; ſicut enim
ius naturale dictat , liquidi ad non liquidum non
eſſe compenſationem , vt tradunt omnes præalle-
gati Doctores, & alij communiter ; ita etiam dictat
pro conſecutione rei, quam incertum eſt ſibi debe-
ri , non eſſe excitanda certa ſcandala , & innocen-
tibus inferenda certa damna in rebus temporali-
bus, & in vita. Neque obſtat, quod ſuprà *num* 986.
dicebatur ex Ioanne Sancio, ſcilicet , perſonam pri-
uatam poſſe pro recuperatione recurrere ad iudi-
cem ; nam hinc non fit in cauſa incerta ſupremum
Principem poſſe rem , vel iniuriam armis vindica-
re , & cum ſcandalo , & publico damno tum ſuo-
rum ſubditorum , tum extraneorum ; tum , quia
in cauſa incerta inter priuatos ſententia fortè pro-
nunciabitur contra petentem ; tum quia ſicut vnus
Princeps poteſt in ſui fauorem ſententiam ferre,
ita & alter in fauorem ſui , vt *ſuprà* dictum eſt , &

ita habebunt locum inconuenientia , de quibus
num. 1023. *&* 1024. Et prædicta omnia cùm oſten-
dant iniuſtum eſſe bellum contra poſſeſſorem re-
gni , quando inferens exiſtimat ſe habere proba-
bilius ius quam poſſidens , multò magis conuin-
cunt , quando exiſtimat non minus eſſe probabile
ius poſſidentis , quàm ſuum , ſed æquale, quia tunc
quoad ius ad regnum æqua eſt conditio vtriuſque,
& poſſeſſio facit meliorem conditionem ipſius
poſſidentis. † Qui etiam tam quando habet ius 1028.
probabile æquale , quàm quando minus probabi-
le quàm alter prætendens nihil tenetur reſtituere,
etiam pro quantitate dubij , ſed poteſt exſpectare
ſententiam à legitimo iudice proferendam ; qui
quis eſſe debeat , infrà explicabitur. id quod pro-
bat prima ratio ſuprà *num.* 1016. allata. & omnia
adducta ſuprà *num* 963. *& tribus ſeqq. &* 968. & te-
nent expreſsè Doctores *d. num.* 968. citati. † licèt 1029.
quando ius prætendentis appater probabilius etiam
ipſi poſſeſſori pro quantitate probabilitatis maio-
ris rem fore diuidendam , videantur tenere Moli-
na *d. diſput.* 103. *verſic. in ſecundo verò euentu , & d.
verſic. quando inter duas Reſpublicas* , Beccanus , &
Layman locis ſuprà *num.* 967. relatis , & Victo-
ria , Bagnes , & Rodriquez locis ſuprà *num.* 961.
relatis.

Ex prædictis quoque infertur, quòd etiam quan- 1030.
do neuter ſupremorum Principum contendentium
de iure ad regnum , vel caſtrum , aut Prouinciam
poſſideret, is , qui iuxta ſuorum Doctorum opinio-
nem haberet probabilius ius , non poſſet armis , &
bello intentare primò occupare regnum , ſi ſciat
etiam alterum habere ius probabile , quod eſt con-
tra non ſolùm Suarez *vbi ſuprà* , ſed etiam Villalo-
bos *d. diff.* 7. *num.* 8. & Perez *d. num.* 106. aientes,
quòd vbi nullus poſſidet , qui habet ius probabi-
lius , poteſt bellum mouere , & armis regnum oc-
cupare , licèt ius ſuum illi non ſit euidens , & mo-
raliter certum ; ſed illationem tenent Vazquez
d. diſput. 64. *cap.* 3. & Salas *d. ſect.* 13. *num.* 132. *fine*,
& etiam approbat Molina *d. diſput.* 103. *verſic.
quando inter duas Reſpublicas*. vbi dicit , quòd quan-
do inter duos Principes ſupremos oritur contro-
uerſia circa regnum , aut Prouinciam aliquam , ſi
vterque poſt rem diligenter examinatam , iudicet
certò , & ſemoto omni dubio , regnum , aut Pro-
uinciam ad ſe pertinere , & alterum mala fide pro-
cedere , nullóque niti fundamento , poteſt vter-
que pro ſe ſententiam ferre , & ita bellum erit ex
vtraque parte iuſtum ; ſed cùm ſit neceſſe vnam
partem decipi , etſi inuincibiliter erret , quia
moralem diligentiam adhibuit , & ſecuta eſt iu-
dicium peritorum , ac timoratorum , erit iuſtum
ex vna parte formaliter & materialiter , ex altera
verò formaliter tantùm ; ſi verò vterque ſibi per-
ſuaderet alterum procedere bona fide , & habere
bellum iuſtum ſaltem formaliter , ſequi non mi-
nus poſſe decipi , quàm alterum ; tunc qui vtrum-
que horum ſibi perſuaderet , non poſſet armis in-
tentare occupationem , ſed teneretur vel facere
tranſactionem cum altero , & ſi vnus cœpiſſet bo-
na fide poſſidere , ei maior pars eſſet relinquen-
da , vel conſentire , vt iudices arbitri eligeren-
tur , qui rem definirent. ita Molina , (quem ſe-
quitur Coninch *d. diſput.* 31. *numer.* 72.) *loco ci-
tato* , & ſubdit rationem , ſcilicet , quia cùm in
eo euentu æqua ſit conditio vtriuſque partis , ex
bellóque grauiſſima mala oriantur , tenentur par-
tes litem altero illorum modorum compone-
re ; à bellóque abſtinere. Sed præter hanc ratio-

nem confirmant illationem omnia in præcedentibus numeris adducta, quæ conſtat habere vim etiam quando neuter ex ſupremis Principibus exiſtimantibus non certò, & euidenter, ſed ſolùm iuxta opiniones ſuorum Doctorum probabiles ſibi competere ius ad regnum, vel Prouinciam, licèt pro vno appareat maior probabilitas, eſt in poſſeſſione, igitur in hoc caſu, vel res controuerſa diuidenda pro quantitate probabilitatis, iuris, vel definienda per ſortem, aut per arbitros mutuo conſenſu electos, vel ab eis, ad quos in ſimili caſu litigioſo ſpectare dicetur infrà, & hoc idem tenet Breſſetus *d. cap. 15. n. 157. & ſeqq.*

1031. Quòd ſi in hoc caſu, aut quando neutro poſſidente ius vtriuſque exiſtimetur æquè probabile, vous reiecta diuiſione, aut tranſactione, aut electione arbitrorum, aut deciſione danda à iudicibus ordinariis, iuxta dicenda *infrà*, intentaret primò illam armis, & bello occupare, alterum excludere, iſte iniuriam ſibi factam poſſet bello vindicare, & totam rem occupare, iuxta dicta ſuprà *n. 1000.* ex Suarez, & idem dicit Palaus *d. puncto 7. n. 9. fine.*

1032. Inſuper omnia *à n.* 1016. huc vſque adducta mihi videntur probare, etiamſi pro vno Principe ſupremo cum altero Principe ſimiliter ſupremo de re aliqua contendente ſtet probabilis opinio, quòd habeat iuſtam cauſam belli, iuſtéque poſſit ciuitatem, aut Prouinciam ab altero poſſeſſam occupare, ſi tamen etiam alter habeat pro ſe opinionem probabilem, quod foneat cauſam iuſtam, & hac de cauſa poſſit iuſtè impedire, ne alius rem controuerſam occupet, idque ſibi perſuadeat ille alius Princeps, ſicut perſuadere ſibi debet, quoties tantùm probabiliter ſcit ſuam cauſam eſſe iuſtam, & nouit etiam alterum habere pro ſe opinionem probabilem iuſtitiæ ſuæ cauſæ, videntur, inquam, probare illum alium Principem ſola illa probabili opinione de iuſtitia belli innixum non poſſe licitè alterum, ſi poſſideat, armis ſpoliare, aut ſi non poſſideat, primò intentare bello, & armis occupare. & ita prorſus ſentire videntur omnes Doctores ſuprà *n. 1005.* allegati præter Palaum; in hoc enim caſu, cùm ſit par conditio vtriuſque, melior debet eſſe conditio poſſidentis; & cùm vterque ſit ſupremus Princeps, non eſt cur potiùs debeat in ſui fauorem contra aliũ ferre ſententiam; neque bellum inferens tunc poteſt culpam aliquam in altero agnoſcere, aut præſumere, aut iniuriam aliquam ab eo ſibi inferri, aut fuiſſe illatam: & cùm res ſit hinc inde ſub opinione, poteſt, & debet ſibi perſuadere, ſe non minus decipi poſſe, quàm alterum, & ſic daretur bellum verum iuſtum ex vtraque parte per ſe formaliter, & materialiter, & non ſolùm ex accidenti ratione inuincibilis ignorantiæ iniuſtitiæ belli in altera parte, vt dicit Conin. *d. n. 46.* Demum ſi ex ſola probabilitate, ſeu probabili opinione iuſtitiæ belli pro vno Principe ſupremo exiſtente poſſet de facto iuſtè, & licitè bellum inferri, vel ad rem aliquam, vel ad iniuriam præteuſam vindicandam, vt aſſerit prima ſententia ſuprà *n. 980.* id certè in prauam Reipublicæ Chriſtianæ perniciẽ, & detrimentum eſſet, vt conſtat ex dictis ſuprà *n. 1016. verſ. Tertiò, & n. 1023. & 1024.* Ex quibus mihi etiam videtur, quòd quoties pro vtraque parte nihil certò moraliter, vel phyſicè apparet de iure vtriuſq; Principis ad vrbem prætenſam, & controuerſam, vel de iniuria; ſed ſolùm pro vtraque parte de vtroque res iudicatur probabilis probationibus facti, vel iuribus, & rationibus attentis, non poſſint, nec debeant Doctores iudicare bellum fore iuſtum, ſeu poſſe iuſtè inferri: & ſuprà dicta omnia proculdubio tenet Ioannes Lupi *de bello. §. ſi bene n. 4. fin.* vbi dicit, quòd Princeps non recognoſcens ſuperiorem prætendens habere iuſtam cauſam belli pro recuperatione rei contra ſubditum alterius, debet priùs recurrere pro iuſtitia ſibi adminiſtranda ad illius ſuperiorem; ſi verò prætendat habere iuſtam cauſam belli contra alium non recognoſcentem ſuperiorem, & iſte ſit paratus ſtare iuri, vel iudicio arbitrorum, vel bonorum virorum, habens iuſtam cauſam pro ſe, etiam in hoc caſu ait, quòd alter non poteſt licitè mouere bellum, quia bellum debet eſſe neceſſitatis. *c. militare 23. q. 1.* Prædictis verò omnibus non obſtant adducta ad confirmandas ſententias ſuprà *n. 980. 984. & 994.*

Reſponſio ad fundamenta primæ, ſecundæ, & tertiæ ſententiæ.

Nam ad primum argumentum primæ ſententiæ (quam aliis duabus probabiliorem exiſtimo) reſpondetur non in omnibus materiis opiniones ſpeculatiuè probabiles poſſe tutò, & licitè adhiberi in praxi, vt ſuprà *n. 447. & ſeqq.* latè oſtenſum eſt, quod præcipuè procedit in hac materia belli, quod eſt actus iuſtitiæ punitiuæ; ac proinde vt careat culpa, debet ſupponere iniuriam, & culpam ſaltem præſumptiuè, quod non poteſt contingere, cùm inferens bellum ſcit etiam alterum habere cauſam probabiliter iuſtam; & propter incertam iuſtitiam belli ius naturale dictet, non debere excitari certa ſcandala in Republica, & inferri tanta, & tam ingentia mala, quæ certò ſequutura ſunt ex bello, vt *ſuprà* oſtenſum eſt. Quam autem vim habeant duo exempla in eodem argumento adducta, conſtare poteſt ex ſuprà dictis de opinione, quam poteſt Medicus, aut iudex ſequi. Ad tertium verò reſpondetur, primò, vbi ſint tantùm hinc inde probationes facti, aut iura, & rationes, quæ iuxta Doctorum iudicium poſt rem diligenter examinatam, ſolum oſtendunt eſſe probabile vtrumque Principem habere ius ad regnum, vel factum fuiſſe iniurioſum, non poſſe à Doctoribus tutò iudicari bellum tunc iuſtè poſſe inferri ad ſpoliandum poſſeſſorem regno, aut ad vindicandam iniuriam, vt *num. præcedenti* dixi. Secundò, reſpondetur viros doctos, quando apparent rationes ſolùm probabiles iuſti belli, non peccare ſi ſpeculatiuo iudicio putent bellum eſſe iuſtum, cæterùm ſi hortarentur Principem, vt de facto bellum inferret, ſciẽtes etiam alteram partem niti fundamento probabili, & probabiliter fouere cauſam iuſtam, peccarent, ſicut, & ipſe inferens. Neque dicatur hinc ſequi, iudicium illud ſpeculatiuum fore omninò inutile, nam poteſt eſſe vtile, vt controuerſia definiatur per ſortes, vel tranſactionem, vel per arbitros mutuo conſenſu electos, vel definienda proponatur iis, ad quos ſpectat, iuxta dicenda infrà. 1033

Ad ſecundum argumentum. Primò, negatur habentem tantùm opinionem probabilem dicentem 1034
quòd ei liceat alium ſpoliare, poſſe licitè illum ſpoliare, quia vſurpatio rei alienæ, ſeu ab altero bona fide poſſeſſæ in cõpenſationem authoritate propria non eſt licita, quando vſurpanti non eſt omninò liquidum, & moraliter certum ius ſibi ad illam rem competere, (vt ex communi oſtenſum eſt ſuprà *n. 1025.*) quod non poteſt contingere ſi quis habeat pro ſe opinionem probabilem tãtùm, ſiue dicentem ſuam eſſe rem ab altero poſſeſſam, ſiue ſe poſſe alterum ſpoliare. Vnde eo ipſo, quòd Doctores *ibid.* citati, & alij tenent, nõ eſſe licitum ſpoliare propria authoritate alterum à ſua poſſeſſione ob ſolam probabilem opinionem, quòd res ab altero poſſeſſa ſit ſua,

ſua, quia ad talem vſurpationem requiritur certitudo phyſica, vel ſaltem moralis; tenentur etiam aſſerere eandem actualem vſurpationem non eſſe licitam ob ſolam opinionem probabilem dicentem illam eſſe licitam, quia etiam in hoc caſu non conſtat liquidò, & certò moraliter de iure ad illam rem. Secundò, reſpondetur iuxta dicta ſuprà *num.* 299. & 1026. eo caſu eſſe licitum ſpolium ſolum occultum, & ſine ſcandalo, & præiudicio tertij; ſecus autem manifeſtum, aut cum ſcandalo, aut præiudicio aliorum: vſurpatio autem per bellum, & vi armorum non poteſt contingere niſi cum ſcandalis magnis, & cum ingenti detrimento rerum temporalium, & vitæ plurimorum, vt dictum eſt *n.* 1026. Tertiò, reſpondetur bellum verum, & propriũ non poſſe licitè dari niſi ad vindicandam iniuriam, & puniẽdam culpam veram, vel iure præſumptam, vt *ſuprà* dictum eſt.

Ad tertium argumentum nihil oportet dicere, cùm maneat reiectum ex dictis ſupr. *n.* 1019. 1020. & 1021.

1035. Ad probationem ſecundi dicti ſecundæ ſententiæ ſuprà *n.* 984. adductam, Reſpondetur, ſi vnus ex Regibus contendentibus de iure ad regnum ſola opinione probabili iuris aſſerente ſibi probabiliter competere ius ad regnum ductus, poſſet licitè armis regnum occupare, & poſſeſſorem ſpoliare. ita etiam ad id faciendum poſſet duci ſola opinione probabili facti, ſcilicet, cùm ſui regni Doctores attentis probationibus facti in ſui fauorem adductis, & allegatis iudicarent probabile eſſe ad eum ſpectare regnum; nam falſum eſt opinionem probabilem facti, quæ continet verum aſſenſum probabilem circa alteram partem contradictionis, non eſſe aptam dirigere actionem, ſed æquiparari dubio: quicquid ſecus Ioannes Sancius *d. diſp.* 44. *n.* 57. & *diſp.* 43. *à n.* 49. *ad* 56. cui alij contradicunt. negatur ergo ſolam iuris opinionem probabilem de iure ad regnum, vel de iniuria ſufficere ad hoc, vt bellum inferri poſſit ad vindicandam rem ab altero iuſtè poſſeſſam, & retentam, vel ad vindicandum factum, quod iuxta aliam opinionem probabile eſt non fuiſſe iniurioſum, vt *ſuprà* latè probatum eſt.

1036. Ad primam confirmationem primò negatur aſſumptum, nam tunc etiam illicitum eſt ſpolium propria authoritate, cùm non ſit liquidum, aut moraliter ſaltem certum, rem ab hærede ab inteſtato obtentam, & poſſeſſam, eſſe ſuam; quare expectanda eſt iudicis ſententia. Secundò reſpondetur eſſe diſparitatem, quia vſurpatio per bellum, & vi armorum non poteſt fieri ſine ſcandalo, turbatione Reipublicæ, & magno præiudicio aliorum: & id quod *n.* 986. dicitur, procedit ſolùm, quando conſtat de iure ad regnum, vel de iniuria illata; non verò quando id incertum eſt, & bellum inferens ſcit ſe non minus decipi poſſe, quàm alterum, vt ſuprà *n.* 1026. dictum.

1037. Ad tertiam confirmationem reſpondetur ex dictis in ſecundo præſuppoſito ſuprà *n.* 1010. & 1011. poſito iuxta Doctores *ibidem* citatos, & doctrinam *ibid.* traditam poſſe eſſe bellum ex vtraque parte iuſtum, ſed non niſi per accidens, nimirum, ob ignorãtiam inuincibilem alterius partis, quia vnus ignorat inuincibili ignorantia aliquid, quod alius certò nouit, (vt expreſsè tradunt Vaſquez, & Coninch locis *d. n.* 1010. relatis, & indicant ferè manifeſtè Victoria, Couarr. Valentia locis *eodem n.* 1010. citatis, & Molina *d. diſp.* 103. *verſic. quando verò inter duas Reſpublicas:*) quod non contingit quando ignorantia in vtraque parte accidit ex opinionum probabilitate, vt notauit Vazq. *d. c.* 3. *n.* 16. & poſt eum Salas *d. ſect.* 13. *n.* 124. Quare alter Princeps, (vt bene inquiũt iidem Vazq. Salas, & nonnulli alij recentiores,) qui intendit bellum gerere; ſciẽns alterum ignorare inuincibili ignorantia aliquid, debet ipſum certiorem efficere; & deinceps, ſi non permittat regnum occupari, præſumet in eo culpam, & iniuriam, ſeu iniuſtitiam, ratione cuius poſſit illum licitè debellare; licèt & ipſe, quia fortè non apparent ei, & ſuis Doctoribus ſigna ſufficientia, ob quæ debeat credere alteri, & iudicare ſe fouere cauſam iniuſtam, (vt contigit in Amorrhæis, & aliis gentibus iuſſu Dei debellatis,) poſſit interim, dum durat inuincibilis ignorantia, licitè bellum gerere. At verò concedere bellum ex vtraque parte iuſtum, vtriuſque partis iure per ſe conſideratis rationibus ambarum partium exiſtente ſolùm probabili, & incerto, vt non minus vnus, quàm alter decipi poſſit. & ſic neutro de altero præſumente culpam, ſed exiſtimante rectè agere, ſententiam contra aduerſarium ferendo ob ſolam opinionem probabilem, inauditum, & abſurdum videtur, vt aiunt iidem Vazq. & Salas. Controuerſia enim opinionum, & rei incertæ etiam inter ſupremos Principes iudicio, non armis definienda eſt, & cùm quiſque altero ſuperior non ſit, vt licitè contra ipſum ſententiam ferat, & exequatur, vt *ſuprà* oſtenſum eſt; ſequitur aliorum iudicio definiendam, per quos autem debeat definiri, explicabitur *infrà*.

Igitur in bello iuſto ſemper interuenit aliqua cul- 1038.
pa, vel vera, vel iure præſumpta, in altera parte, vel in inferioribus, in quibus non erit, cùm obedient, ſed in altero Regum, vel etiam in vtroque; vel poteſt aliquando eſſe ſine peccato Regum, & inferiorum, quando ſequuntur iudicium Doctorum, (vt notarunt Valentia, Becanus, & Gordonus locis ſuprà *n.* 1010. relatis) ſed non ſine culpa iſtorum iudicantium aut ex paſſione, aut ex negligentia; in quo caſu alius Rex poteſt præſumere peccatum in alio Rege; aut certe non tenetur propter Conſiliarios, vel ignorantiam alterius Regis (ſi de proprio iure ſibi conſtet) cedere iuri ſuo, vt *infrà* oſtendetur.

Ad illud de tributo, quod in eadem confirmatio- 1039.
ne additur, reſpondetur primò eſſe valde probabile ſubditum teneri ſoluere tributum, quoties iudicat probabile eſſe, quòd ſit iuſtum, iuxta dicta ſuprà *n.* 311. Secundò, reſpondetur cùm ſubtractio tributi fiat nonniſi occultè, ex ea non oriuntur ſcandala publica, nec aliorum damna: bellum autem non poteſt contingere ſine ſcandalis, & abſque multorum ſtrage, & ruina, quæ non ſunt permittenda, & inducenda, vt quis proſequatur ius ſuum probabile, & incertum, & quod poteſt, & debet exiſtimare probabiliter ſibi non competere, & in prætenſione huius iuris non minùs ſe poſſe decipi, quàm alteram partem; hoc enim repugnat naturali rationi, vt ſuprà *n.* 1026. dictum eſt; ſecùs quando aliquis certò, & ſemoto omni dubio poſt rem benè examinatam iudicat ius ſibi competere, tunc enim ob ordinaria mala bellum conſequentia non tenetur cedere iuri ſuo. Quare licèt in aliis materiis admittatur non requiri phyſicam, vel moralem certitudinem iuſtitiæ, in materia tamen belli ob ingentia mala publica, & damna priuatorum, ſtragem hominum, quæ regulariter ex bello ſequuntur, ius naturale dictat requiri maiorem iuſtitiæ cognitionem, quàm in aliis materiis; ſcilicet, cognitionem euidentem, vel moraliter certam excluſo omni dubio.

Ad alia ex eodem Ioanne Sancio adducta ſuprà *n.* 989. & 990. quid dicendum, patet ex dictis ſuprà *à n.* 1019. *ad* 1025.

Ad rationem *num.* 993. adductam ad confirma- 1040.
tionem ſecundi dicti ſecundæ ſententiæ, reſpondetur primò, vt ad rationem tertiæ ſententiæ, neutrum

Regum poſſe pro ſe ſententiam ferre, vt alter teneatur obedire, aut vtrumque teneri ſibi inuicem obedire, vt oſtenſum eſt *num.* 1023. *&* 1024. Reſpondetur ſecundò, iudicem inter partes priuatas, cùm iudicat vtriuſque partis ius ad rem litigioſam eſſe æquè probabile, teneri iuxta magis communem ferre ſententiam pro exiſtente in poſſeſſione legitima; & ſi neutra pars poſſideat, teneri inter eos rem diuidere, vel eos componere, vt ſuprà *n.* 494. 513. 516. 732. *&* 736. atque adeò ad idem teneretur ſupremus Princeps ſi tanquam iudex poteſt in cauſa inter ſe, & alium ſupremum Principem, vel ſubditum alterius ſupremi Principis vertente, ſententiam ferre: prout etiam tenent Suarez & Coninch locis ſuprà *n.* 998. *& duobus ſequentibus* citatis.

Sed dato quòd iudex ob ſeruandam pacem Reipublicæ poſſit vni ex litigantibus habentibus æquale ius, rem applicare, non inde tamen rectè infertur, quemlibet Regem poſſe ſibi applicare, quia vnius ſententia, ſeu applicatio, (vt dictum eſt,) non excludit alterius applicationem.

1041. Ad rationem tertiæ ſententiæ ſuprà *n.* 995. adductam negatur, quòd alicuius alterius iudicio ſtare non teneatur, vnde, & negatur conſequentia; quia, (vt *ſuprà* dictum eſt) etſi alter Rex prudenter iudicet pro ſua ſententia, alius Rex non tenetur obedire, & propterea non eſt dignus pœna belli, alioqui vtroque pro ſe iudicante, (cùm non ſit maior ratio cur vnus potius, quàm alius iudicare deberet,) quilibet peccaret non parendo, & ſuam ſententiam exequendo, quod abſurdum videtur, vt *n.* 1023. dictum eſt; vel ſi vtraque ſententia eſt valida, & iuſta, daretur bellum ex vtraque parte iuſtum per ſe, & abſque ignorantia inuincibili, ſcilicet, de eadem re indiuiſibili iudicata, exiſtente eadem cognitione vtriuſque partis, cùm vnuſquiſque poſſet pro ſua ſententia executioni mandanda facere iuſte bellum contra alium. Quare non obſtat exemplum de iudice inter perſonas priuatas, nam in iudiciis vulgaribus tenentur inferiores obedire, & rectè fertur ſententia ſecundùm probabiliorem opinionem, (vt ſuprà *n.* 476. *&* 486. oſtenſum eſt,) alioqui nullus eſſet finis litium.

1042. Ad confirmationem reſpondetur certum eſſe, Principes non debere in cauſa litigioſa eſſe deterioris conditionis quolibet particulari, & poſſe mouere litem; ſed id, quod controuertitur, eſt, apud quem ſit mouenda lis, & controuerſia definienda, ſeu cuius iudicio ſtare debent Principes ſupremi, qui æquè dubitant, vel habent contrarias opiniones facti, vel iuris circa ius Regni, vel Prouinciæ, aut ciuitatis; & hoc eſt, quod modò ſupereſt explicandum.

Inter duos Principes ſupremos habentes cauſam litigioſam, aut dubiam, aut ſolùm probabilem hinc inde ob contrarias opiniones circa ius ad Regnum, vel Prouinciam, aut caſtrum quis de iure debeat eſſe iudex.

1043. Itaque ſupponendum duplicem inter Principes contendentes eſſe poſſe quæſtionem, ſeu controuerſiam; vnam, ad quem, ſcilicet, iure ſucceſſionis pertineat, v.g. Regnum, quia dubium eſt, quis ſit propinquior; alteram de iure ſucceſſionis, cùm conſtat de gradu propinquitatis.

1044. Præterea in hac quæſtione quis debeat eſſe de iure iudex inter duos Principes ſupremos habentes cauſam litigioſam, & dubiam, aut ſolùm probabilem hinc inde ob contrarias opiniones circa ius regni, ſupponendum nec Imperatorem, nec ſummum Pontificem habere ius ſententiam ferendi, cui Principes parere debeant, quia, vt inquiunt Vazquez 1.2. *d.diſp.*64.*n.*17.& Salas *ibid.tract.*8.*ſect.*13.*n.*124.*fine*, ſecundùm communem opinionem Theologorum neuter habet in alios Principes merè temporalem iuriſdictionem, de qua eſt præſens quæſtio. Immò, quamuis, inquit Molina *d.diſp.*103.§. *quamuis autem*, quando lis eſt inter Principes Chriſtianos, & iudicaretur bono Eccleſiæ, finique ſupernaturali expedire omninò, vt ſummus Pontifex rem definiret, poſſet pro plenitudine poteſtatis, quam ad finem ſupernaturalem habet, ſe intromittere, & cauſam ad ſe auocare, eámque ſententia definire, & cenſuris, vel aliis viis rebellem compeſcere, (vt tradunt Theologi, & in ſpecie Molina *ibid.diſp.*29.) & ex Iuriſperitis Ioannes Lupi *de bello* §.*ſi bene.n.*5.) regulariter tamen, & ordinariè expediens non eſt, ne id faciat (addit idem Molina,) quia id occaſio eſſe poſſet grauiſſimorum malorum; dum qui damnaretur, facilè in odium ſummi Pontificis exardeſceret, arbitraretúrque paſſione ductum; aut re non bene examinata, & cognita, ſententiam contra ſe tuliſſe; ex quo ſumere poſſet occaſionem denegandi obedientiam ſummo Pontifici tum in aliis, tum etiam in ea re prætendens tam elatum eſſe ius ſuum, vt diceret ſe etiam aduersùs ſummum Pontificem poſſe bellum mouere. Quapropter ſummus Pontifex rarò, aut nunquam ſolet ſe intromittere in controuerſiis Principum Chriſtianorum vtendo hac ſuæ poteſtatis plenitudine: ſed ſolùm tanquam Pater ſolet eos monere, vt ſe ipſos componant, & à bello abſtineant. ita Molina. Prædictis ſuppoſitis,

Plures caſus contingere poſſunt.

Primus ſi, mortuo Rege, duo, vel plures perſona- 1045.
liter ſubditi contendant de ſucceſſione, & vnuſquiſque prætendat ad ſe pertinere ratione dubij, vel probabilitatis pro quolibet exiſtentis, & in hoc euentu videntur Doctores conuenire ad ipſam Rempublicam, quæ eſt ſuperior, ſingulis ſuis membris iudicium, & definitionem controuerſiæ ſpectare, illamque debere pronunciare ad quem regnum pertineat, & illud ei tradere; quemadmodum etiam ſchiſmatis tempore, (vt ſuprà *n.* 975. notatum eſt,) ad Eccleſiam ſiue Prælatos, Eccleſiarum Epiſcopos pertinet iudicare, an, & quis contendentium ſit legitimus Pontifex. ita Molina *d.diſp.*103.§. *Dixi ſuprà.* Vazq *d.diſp.*64.*n.*18. Salas *d ſect.*13.*n.*125. Becanus *p.*3.*c.*25.*q.*9.*n.*8. Layman *lib.*1.*tract.*1.*c.*5.*n.*18. Villalobos, & Palaus locis *infrà* allegandis. (neque contra banc communem in iſto caſu poſſunt habere locum, quæ Ariaga 1.2.*p.*1.*diſp.*24.*n.*45. *& duobus ſeqq.* dicit, quæ infrà referuntur, num eo ipſo, quòd prætendentes ſuccedere ſunt perſonaliter ſubditi, & ſubiecti Reipublicæ, iam habent iudicem legitimum, cui ſtare debent.) † Qui tamen nihil dicunt, ſi duo 1046.
perſonaliter Regno ſubditi monuiſſent, ſeu haberent quæſtionem de iure ſucceſſionis viuente adhuc Rege carente alio certiori ſucceſſore; tunc videtur dicendum, quòd Regis, qui adhuc poſſideret regnum, de quo eſt controuerſia, iudicio definienda eſſet, cui vterque ſtare deberet, id quod poteſt confirmari ex dictis ſuprà *n.* 974. & ita ſentiunt etiam aliqui recentiores.

Secundus caſus. Si quæſtio ſit de iure ad aliquod 1047.
caſtrum, ſeu comitatum, ſeu Marchionatum verè, & certò ſubiectum alicui regno, ſeu Regi omnes litigantes, ſiue alter poſſideat, ſiue non, ſiue vnus ſit ſupremus Princeps, alter verò non ſupremus, ſiue omnes ſint ſupremi, debent ſtare iudicio Regni, aut Regis, cui territorium controuerſum conſtet eſſe ſubiectum;

ſubiectum; ita ex Iuriſperitis Ioannes Lupi *de bello §.
ſi bene.n.4.* vbi dicit eſſe commuoem. & ex Theologis
Vaſq. Salas *vbi ſuprà,* Villalob. *p.1.ſum.tract.1.diff.7.*
& Palaus *tom.1.tract.1.diſp.1.punct.7.n.7.* & in parte
Layman *loco citato,* quando aliquis litigantium poſ-
ſidet territorium Regno, vel Regi ſubiectum, &
conſequenter eſt ſubditus Regno, vel Regi ratione
territorij, tunc enim ait debere ſtare iudicio Regis,
aut Regni, cui territotium à ſe poſſeſſum ſubiectum
eſt. Quoad verò Principem litigantem non ſubdi-
tum vllo modo; vel ſi omnes litigantes (ſiue omnes
ſint Principes ſupremi, ſiue alter tantùm,) nullo mo-
do ſint ſubditi Regno, aut Regi, ſub cuius ditione
eſt territorium litigioſum, eos non teneri ſtare iudi-
cio regni, aut Regis, cùm nullo modo nec perſona-
liter, nec ratione territorij, quod ſupponitur à nullo
eorum poſſideri, ſint Regno, aut Regi ſubditi; &
hoc idem videntur ſentire Molina, & Suarez locis
infrà allegandis. Sed poſita doctrina, probatur tum
quia controuerſia definienda eſt (vt etiam caſu ſe-
quenti dicetur,) aliqua regula, & hæc non poteſt eſſe
alia, niſi leges ipſius territorij: harum autem inter-
pres non poteſt eſſe alius magis legitimus, quàm
qui eas condidit, ſcilicet, ſupremus Dominus ter-
ritorij, ſeu Regnum, cuius membrum eſt territo-
rium; ergo illius iudicio ſtandum erit. Tum quia, in
hoc caſu non ſubditus perſonaliter ratione terri-
torij, de quo eſt controuerſia, dum territorium oc-
cupat, fit, & durante poſſeſſione manet ſubditus
Regno, ſeu Regi, ſub cuius ditione eſt territorium; ac
proinde non eſt iuſtũ, vt ſine eius iudicio, & conſen-
ſu illud occupet; ergo debet tali Regi oſtendere ti-
tulum ſufficientem occupandi eius terram, & illius
iudicio ſtare; aliàs dum non oſtendit, poteſt Rex
illum à ſuo territorio expellere. Confirmatur magis,
præſertim quando ſupremus aliquis Princeps præ-
tendit territorium, ſeu ſtatum ab aliquo inferiore
ſubdito Regno, vel Regi ſub cuius ditione eſt ter-
ritorium, quia regula eſt, quòd actor ſequi debeat
forum Rei, *cap.cùm ſit, de foro compet.* & patet etiam
in Clerico prætendente aliquid à laico, ſeu ſeculari,
qui debet adire iudicem ſæcularem. Quare licèt ſit
ſupremus Princeps aliàs nemini ſubiectus, nibilo-
minus in illa cauſa regno ſubiici debet, ſicut ſubiici-
tur Gallus legibus, & iudicibus Hiſpaniæ, ſi contra
Hiſpanum de aliqua hæreditate Hiſpana contendit.

1048. † Prædicta autem doctrina, quòd in hoc caſu vtet-
que litigans debeat ſtare iudicio, ſeu ſententiæ Re-
gni, vel Regis, ſub cuius ditione eſt territorium, de
quo eſt quæſtio, quæ videtur communis, intelligi-
tur niſi vel lata ſenteoria manifeſtò iniqna ſit, vel
ab initio ab altero litigantium ex iuſta ratione du-
cto habiti ſint ſuſpecti ipſi iudices ordinarij, & pe-
titum dari arbitros iudices carentes ſuſpicione, in
quos conſentieodum ab vtraque parte erit in euen-
tu, qoòd ordinarij iudices ab vna parte rationabili-
ter habentur ſuſpecti; vt rectè Vaſquez *d. diſp.* 64.
num. 20. Salas *num.* 126. & Layman *vbi ſuprà.* Si verò
quæſtio ad quem iure ſucceſſionis pertineat ali-
quid, ſit, quia ſolùm eſt dubium, quis ex litigantibus
(ſiue ſint omnes Principes ſupremi, ſiue vnus ſu-
premus, alius alteri Principi, ſiue Regno ſubditus,
ſiue omnes vni Regno, ſeu Regi ſubditi,) ſit pro-
pinquior: aliqui ſentiunt poſſe rem definiri per ar-
bitros ab vtraque parte electos, apud quos teſtes
deponant; quia hæc res cùm ſit de facto, non po-
teſt dirimi legibus, ſed etiam hanc quæſtionem tan-
quam verius puto cognoſcendam, & definiendam
per præfatos iudices ordioarios.

1049. Tertius caſus eſt. Quando inter aliquos, ſiue om-
nes ſint ſupremi Principes, ſiue vnus tantùm ſit ſu-
premus, alter non ſupremus, eſt controuerſia de iu-
re eiuſdem regni ad quem illorum pertineat, & vnus
legitimè poſſideat, vel nullus poſſideat, (vt morte
Heorici contigit in Regno Luſitaniæ, quod Philip-
pus ſecundus Hiſpaniæ Rex contendit iure ſucceſ-
ſionis ad ſe pertinere, & cæteris Hiſpaniarum re-
gnis vniendum; & idem prætendebant alij ex fami-
lia Bragantia eodem regno ſubiecti, & alij Princi-
pes ſupremi extranei, eo quòd dubitabatur an fœ-
mina filia viri, an verò vir filius fœminæ ſuccedere
deberet. Et in huiuſmodi caſu, ſeu caſibus aliqui
putant, rem debere definiri per iudices arbitros mu-
tuò electos, qui iure vtriuſque Regis, ſeu partis in-
ſpecto ſententiam ferant, & vni illorum applicent
Regnum, ſeu rem illam. ita Ioannes Sancius (licèt
id velit procedere tantùm vbi controuerſia ortum
habet ex dubio, vel probabilitate facti, ex vtraque
parte litigantium ſe tenentis,) *d. diſp.* 44. *num.* 56.
† Idem ſentit Molina *d.diſp.*103.*§. quando inter duas* 1050.
Reſpublicas, & §. aduerte, ſi poſtquam vnus Princeps
alteri viciſſim propoſuit ſuas ratiooes, & iura, vel
miſſis vtrinque legationibus, vel celebrato aliquo
conuentu in confiniis regnorum miſſis vtrinque
viris doctis, & peritis, qui vtriuſque partis rationes,
& iura prædicta diligenter examinent, hoc diligen-
ter præſtito partes iudicio diſcordent, & vtraque
innixa iudicio ſuorum peritorum putet ad ſe ius ad
regnum ſpectare, ita tamen ſibi perſuadeat, etiam
alteram partem bona fide procedere, & probabili
fundamento niti, & ſe non minus decipi poſſe, quàm
alteram partem; in hoc enim caſu ait Molina (vt
etiam ſuprà *num.* 1030. dictum eſt) partes teneri, vel
litem tranſactione componere, vel iudices arbitros
eligere, quorum iudicio ſtent; dicit autem neutrum
litigantium, cùm ſit ſupremus Princeps alteri non
ſubiectus, neque ſubiectus Regno controuerſo te-
neri ſtare iudicio alterius Principis, vel Regni, ſeu
Procerum regni. & hoc idem ſentit Layman *d. c.* 5.
num. 28. *fine.* † Idem, ſcilicet, quòd controuerſia ter- 1051.
minetur iudicio arbitrorum ex conſenſu vtriuſque
partis electorum probabile, & multum expediens
ait Suarez *d. diſp.* 13. *ſect.* 6. *num.* 5. *&* 6. nam colliti-
gantes tenẽtur, (inquit) quoad poſſunt vitare bellum
honeſtis mediis: ſi ergo nullum periculum iniuſti-
tiæ timeatur, illud eſt optimum medium, ac proin-
de amplectendum. Confirmat Suarez, quia quòd
omnes lites inter Principes ſupremos, & Reſpubli-
cas non niſi per bellum terminari debeant, aut poſ-
ſint, eſt contra prudentiam, & bonum commune
generis humani, & conſequenter contra iuſtitiam;
præterquam quòd regulariter ij haberent maius
ius, qui potentiores eſſent; atque adeò ius ex armis
eſſet metiendum, quod barbarum, & abſurdum ma-
nifeſtè apparet, vt *ſuprà* dictum eſt. Quia verò ſu-
premi Principes litigantes de aliquo regno, Prouin-
cia, aut vrbe ſæpiſſimè ſuſpect os habent iudices ex-
ternos, ideo idem Suarez *eodem num.* 6. addit poſſe
ſupremum Principem, ſi bona fide procedat, expen-
dere ius ſuum per prudentes, & do ctos viros; quo-
rum iudicio, (ſi per illud ſibi conſtet de iure ſuo,)
ſequi poteſt, ſicque non teneri ſtare aliorum iu di-
cio. & rationem eſſe, ait, quia ſit de hoc iure i udi-
candum, ſicut de iuſta lite: in iuſto autem iudicio
duo intenduntur, vnum eſt examen cauſæ, & cogni-
tio iuris vtriuſque partis, ad quod non eſt neceſſa-
ria iuriſdictio, ſed ſcientia potiùs, & prudentia; quia
cùm non intendatur per bellum, ſed bello ſuppo-
natur, non eſt cur arbitris ſit committendum. Alte-
rum eſt executio iuris iam patefacti; & ad hoc exi-

gitur iutiſdictio, quam per ſe haber ſupremus Princeps,quádo aliàs ſibi ſatis conſtar de iure,præſertim quòd habeat probabilius,& efficacius ius, quàm alter litigans; ergo non eſt cui expectare teneatur alterius arbitrium, quamuis debeat iuſta pacta aceeptate,ſi offerantur. Sed contra bunc modum dicendi eſt,quia hinc ſequerentur inconuenientia,de quibus *ſuprà :* nam ſi ſupremo Principi licet ſibi ius dicere ex conſilio ſapientium ſui regni, & moueri ad regnum occupaodum, non magis vni, quàm alteri comperit, & ita quilibet ex ſuorum ſapientium conſilio ſibi regnum applicaret: vode ſequerentur illa ioeoouenientia, vei quòd vterque alteri parerc teneretur, & ſic vterque peccaret getendo bellum; vel abſque ignorantia, ſed exiſtente eadem cognitione eiuſdem partis daretur ex vtraque parte bellum iuſtum abſolutè, ſcilicet, formaliter, & materialiter.

1052. Igitur Vaſquea *d.diſp.*64.*num.*19. Salas *d.ſect.*13. *num.*126.Villalobos *d.diſſ.*17.*num.*8.& Palaus *d punƐto* 7.*num.*7.*&* 9. Breſſerus *d.cap.*15. *num.*157.*& ſequentibus*, aiunt litem, ſeu controuerſiam fore definiendam ab ipſo regno, ſcilicet, à iudicibus ipſius regni vacantis,vel ſi alter ex litigantibus poſſidear, ab ipſis,qui mortuo Rege, ſeu Principe ex electione ciuitatum habent ius gubernandi, ita quòd eorum iudicio vterque ſtare debeat; & ita Vaſquez dicit factum in regno Aragoniæ tempore Sancti Vincentij Ferterij, oam tunc omnes contendentes, & litigantes coacti ſunt ſtare iudicio regni. Rationem autem manifeſtam eſſe dicunt, quia ios illud ſucceſſionis, quod in controuerſia, & opinione poſitum eſt, definiri debet aliqua regula, quæ non poteſt eſſe alia,quàm leges ipſiuſmet regni, de quo eſt controuerſia; & legum illarum nullus videtur iegitimus intetptes niſi regnum ipſum, cùm ad externos oon debeat pertinere legirima interpretario; ergo debet definiri ab ipſo regno, ciuſque iudicio omnes litigaotes ſtare tenentur. Neque obſtat eſſe ſupremum Priocipem nemini ſubiectum, nam in illa cauſa ſubiici debet Regui legibus,& cooſequen-
1053. ter eiuſdem regni iudicibus. † Limitant tamen, ſeu declarant, vt quilibet ex litigantibus poſſit eos iudices regni,& otdinarios tecuſare, ſi illos ſuſpectos ſibi eſſe prudenter exiſtimet, petendo eligi iudices arbitros,quorum iudicio ſtetur,cum iis Principibus litiganribus ius,quod quælibet perſona particularis habet, non ſit negandum. Ac proinde ſi in tali recuſatione, & aſſignatione aliorum iudicum non velit alius conſentire, manifeſtam itrogatet iniuriam alteri petenti, quam iure poterit armis vindicate. Electis verò mutuo cooſenſu arbitris ioterim donec ferant ſententiam, bellum moueri non poteſt, cùm nullus alteri iniutiam faciat, quæ debeat bello vindicari: & ſi durante controuerſia, & nondum re deciſa per ſententiam arbitrorum electorum, aut per compoſitionem vnus tentaret regnum occupate, aliumque excludere, hoc ipſo iniuriam alteri faceret, quem poſſet iuſtè repellere, & eo titulo iuſti belli rem totam occupare, prout etiam notatum eſt ſuprà *num.* 1031. & dixit Suarez loco ſuprà *num.*1000. allegato. Ita præallegati Doctores. quibus Ariaga 1.2. *tom.*1. *d. diſp.*24. *num.*45. admitti poſſe air præfatam doctrinam de ſtando iudicio, ſeu definirione iudicum regni, in illis regnis, vbi electio Regis ad regnum pertiner, quia ille (inquit) deber cauſam ſucceſſionis decidere, ad quem ſpectat ſucceſſorem eligere, hacque de cauſa addit meritò in Aragonia ad regni iudicium recurſnm eſſe eo tempore,quia regnum Aragoniæ elegit ſibi olim Reges, & præſcripſit illis cerras regulas, ex quo de facto (ait) illi prætendunt ſe habere quædam priuilegia, quæ à Rege non poſſunt reuocari: immò in multis rebus debere Reges ſtare iudicio Regni, aut iudicis, quem in caput ipſi vocant. At in aliis regnis, quæ a Regibus primùm armis occupara ſunt, & regnum non cenſetur habere ius vllum eligendi, vt Luſirania (inquit) & Caſtella (& idem ait dicendum de Ducatibus, aut Marchionatibus, vbi Prouinciæ nullum habent ius eligendi ſibi caput) aſſerit idem Ariaga nullam apparere rationem, cur, quando dubitatur de iure ſucceſſionis,debeat ipſum regnum decidere cauſam. Etſi dicatur per ſe ad omne Regnum, & Prouinciam pertinere, vt deficiente hærede regni, regnum ſibi eligat caput, & conſequenter ob eandem rationem babere ius, vt in dubio de hærede decidat cauſam. Reſpondit idem Ariaga in caſu præſenti non eſſe defectum hæredis, ſed quis eorum iuxta leges, aut diſpoſitionem priorum Regum habeat maius ius, vt in præallegato caſu Regni Portugaliæ ſub Philippo ſecundo contigit; in quo cooſtabat eſſe hæredes ſufficientes, ſed dubitabatut (vt dictum eſt) an fœmina filia viri, an verò vir filius fœminæ ſuccedere deberet iuxta regulas maioratus,& ciuilem diſpoſitionem;non pertioebat autem ad regnum qua tale,hoc ius decidere; quia non regnum, ſed prædeceſſores Reges clauſulas hæreditatis conſtituerant; vel certè ſi ad ius ciuile attendendum erat, non poterat Regoum Luſitaniæ qua tale,ſpecialiter illud ius decidere; ac proinde meritò(inquit Ariaga)Philippus ſecundus non recurrit ad Regnum, ſed ad Iuriſperitos, qui in ea cauſa optimi iudices eſſe porerant, atque adeò non potuerunt illi vitio vertere prudentes, quod ita fecerit; ac proinde concludendum eſt, non eſſe vniuerſaliter verum, id debere à Regno ipſo decidi. ita Ariaga. Qui propterea exiſtimat vniuerſaliter loquendo in omnibus ferè caſibus optimum modum componendi talia dubia eſſe per Iuriſperitos, & Theologos, qui quid in conſcienria, quid in iure Rex poſſir facete, decidere optimè poſſunt. Nam licèt agatur de Regno, quod habear ius electionis, ſemper tamen in ſimilibus dubiis(inquit) admiſcentur multa, ius commune, & cooſcientiam tangentia, quæ proiode non poſſunt commodè decidi à Regno, ſeu à Proceribus Regni, ad quos alioqui ſpectaret electio; commodiſſimè autem deciduntur à Iuriſtis,& Theologis; nec per boc inducitur (ſubdit Ariaga) barbaricus mos, vt dicit Vaſquez,ſiquidem maximè attenditur ad rigorem iuris, & cooſcientiam. Quòd ſi Iuriſtæ cuiuſlibet Regni dicant ſuis Regibus licere inferte bellum alteri; tunc ait idem Ariaga, ſi ſubditi Iuriſtæ habeantur ſuſpecti, Reges debere conuenire Iuriſtas, & Theologos alterius Regni non ſuſpectos, & illorum ſtare iudicio. Verùm hic diſcurſus Ariagæ concludit quidem dubium de ſucceſſiooe ad regnum non eſſe decidendum ſine cooſultatione, & cooſilio Iuriſperitorum, & Theologorum, qui à Proceribus Regoi, de cuius ſucceſſione inter duos ſupremos Principes, vel alterum ſupremum, & alterum non ſupremum contenditur, ſiue regnum habear electionem, ſiue priùs fuerit armis occupatum, adbibendi ſunt, & conſulendi,vt iuxta eorum conſilium rectè definire poſſint, cui maius ius ad ſucceſſionem competat; non verò quod ad regnum ipſum, de cuius ſucceſſione agitur, quomodocunque peruenerit ad Prædeceſſores Reges defunctos,per ſe loquendo, auditis priùs, qui audiendi ſunt, ſuis peritis in iure, & Theologis ſuper controuerſia conſultis non ſpectet

contro

controuerſiam definire, & ſententiam ferre, cui ex collitigantibus ſucceſſio in regno competat, nam cùm vterque Princeps contendens non poſſit ex conſilio ſuorum peritorum ſibi ius dicere, & contra alium ſententiam ferre propter dicta tum *num.* 1016. *&* 1017. tum *num.* 1022. *& ſequentibus.* tum *num.* 1051. *fine*, nulli alteri, iure naturali inſpecto, videtur competere ius controuerſiam decidendi, quam ipſi regno, de cuius ſucceſſione contenditur, id quod oſtendit ratio *num.* 1052. adducta. quæ licèt præcipuè habeat locum in regno, in quo Principatus vnius habuit initium ab electione, tamen concludit etiam in quouis regno quomodocunque Principatus vnius fuerit introductus; tum quia diſpoſitio eorum, qui priùs Principatum obtinuerunt, in dubio videtur interpretanda non ſolùm iuxta ius commune, ſed etiam iuxta ius municipale, & leges proprias regni: quibus præſumendum eſt voluiſſe ſe conformare Reges, dum de ſucceſſione in regno diſpoſuerunt, ſicut in aliis diſpoſitionibus, quæ à Regibus fiunt, in dubio interpretatio facienda eſt iuxta ſtatuta, & leges ſui regni; tum quia ſicut regnum vacans, dum duo contendunt de ſucceſſione, habet ius ſe gubernandi; ita dicendum eſt iure naturali habere ius definiendi controuerſiam de ſucceſſione in idem regnum.

1054. Quare iure naturali inſpecto ſententia Vaſquez, & aliorum eandem tenentium mihi videtur probabilior, quamuis, quia iudices Regni ſemper aliquo prætexto poſſent haberi ſuſpecti, & Princeps extraneus, ſi contra ipſum ſententia pronunciaretur, illam facilè exiſtimaret iniuſtam, & ex aliqua paſſione latam; ac proinde non acquieſceret, puto conſultius, & tutius, ſi deciſio controuerſiæ ſemper committatur iudicio vnius arbitri, vel plurium arbitrorum de conſenſu vtriuſque litigantis, & etiam regni prætenſi, ſi id ad quietiùs, & firmiùs controuerſiam terminandam conducere iu-

1055. dicatum fuerit. † Et præſertim arbitrorum mutuo partium conſenſu electorum, iudicio, negotij deciſionem committendam exiſtimarem, ſi vnus ſupremus Princeps (& iſte poteſt eſſe quartus caſus a ſupradictis diſtinctus,) nulli ſubiectus prætenderet partem alicuius regni, v. g. Prouinciam, vel ciuitatem, ſiue ab alio Regni vaſallo, ſiue à nullo particulari poſſeſſam ad ſe liberè, & abſolutè ſpectare, & ſuis ſtatibus vniendam, contendens nullo modo eſſe ſubiectam, aut debere remanere ſubiectam ditioni regni illam poſſidentis immediatè per ſe, vel mediatè per vnum ex ſuis vaſallis, ſeu ſubditis, nam tunc non videretur certò habere locum illa regula, quod controuerſia definiri deberet legibus ipſius regni, cùm Princeps prouinciam, aut ciuitatem prætendens contendat non eſſe de ditione eiuſdem regni. Denique per iudices arbitros de communi conſenſu electos erit definienda controuerſia, quando inter Principes, & Reges ſupremos dubitatur non de acquirendo regno, alióve dominio, ſed de ſola iniuria ab alterutro irrogata, vt ſuprà *n.* 1004. dictum eſt, & tradunt Breſſer. *de conſcientia lib.* 3. *c.* 15. *n.* 162. & Arriaga locis *ſuprà* allegatis. Hac etiam de cauſa niſi vrgeat neceſſitas multò minus veniendum eſt ad bellum, quod tantùm eſt vltimum remediorum, cùm non ſupereſt aliud.

Sententia à legitimis iudicibus in fauorem vnius ex Principibus collitigantibus lata, is poteſt poſſeſſionem rei apprehendere.

1056. IN prædictis itaque caſibus controuerſia, ſeu cauſa apud iudices regis, aut regni poſſeſſi, vel vacantis, vel apud arbitros mutuo litigantium conſenſu electos agitata, & diligenter, ac exactè cognita, & lata ſententia, qua vni adiudicetur regnum, Prouincia, vel Marchionatus, aliáve res, de qua erat controuerſia, poterit ipſe, pro quo ſententia lata eſt, regni, vel Prouinciæ, aut alterius rei poſſeſſionem apprehendere; & ſi condemnatus reſiſtat, bellum aduerſùs eum mouere, cùm tunc illi ſit ius certum legali euidentia.

An poſſit apprehendere ſtatim poſt latam vnam ſententiam, an verò debeat expectare tertiam ſententiam.

AN autem ſtatim poſt latam vnam ſententiam 1057.
pro ſe ſtatim poſſit intentare occupationem, & aduerſùs condemnatum reſiſtentem bellum mouere; an verò debeat expectare vltimam, ſeu tertiam ſententiam? Perez *d. certam.* 10. *ſcholaſt. n.* 105. à Sala 1. 2. *d. tract.* 8. *ſect.* 13. *num.* 132. relatus, aſſerit non eſſe obligatum expectare vltimam ſententiam, etſi danda ſit, ſed lata pro ſe vna ſententia ſtatim poſſe mouere bellum aduerſùs condemnatum contradicentem, & intendentem impedire occupationem, quia, inquit, ex ſententia pro ſe lata efficitur ius eius probabilius, & efficacius, licèt non euidens (eo quòd, ait, vna, aut altera ſententia non facit euidentiam, alioqui contra primam, & ſecundam ſententiam non fierent licitè appellationes, ſed ſolùm poſt tres ſententias res fit euidens euidentia legali.) Addit tamen idem Perez, quòd licèt ſecundùm aliquos condemnatus non poſſet reſiſtere, ſibi tamen placere, id ei eſſe licitum, ſi prudenter putet iudices fuiſſe ſui iuris ignaros, vel paſſione contra ipſum ductos, contra ipſum ſententiam tuliſſe, vel ita ſuſpectos, vt meritò illorum ſententiam, atque iudicium poſſit per appellationem, aut inhibitionem declinare. † Sed longè probabilius exiſtimo, 1058.
quòd Salas *vbi ſuprà*, Breſſerus *d. cap.* 15. *num.* 161. & Palaus *d. puncto* 7. *num.* 11. dicunt, ſcilicet, ſi ſententia illa appellationem, ſeu ſupplicationem admitteret, & alia ſententia expectanda, ſeu danda eſſet, non poſſe licitè illum, pro quo iudicatum eſt virtute illius ſententiæ primæ, regnum intrare, & occupare, ſi à neutro poſſideatur, aut inuadere poſſidentem ante vltimam ſententiam, alioqui ad quid vltima ſententia foret expectanda; & appellatio etiam executionem ſententiæ non ſuſpenderet, ſi non obſtante ſupplicatione, vel appellatione armis executioni mandaretur. Quapropter ſi illud inuaderet, poſſet condemnatus mouere arma aduerſùs illum, quia iniuſtè inuaderet, eſtò habeat pro ſe vnam, aut alteram ſententiam; & eſto probabilius cenſeatur regnum ad illum pertinere, ſicut iniuſtè faceret, (inquit Salas) homo priuatus, ſi ante vltimam ſententiam bona, quæ à nullo poſſidentur, & ipſi adiudicantur, ſurriperet.

Ius vnius Regis, aut Principis contra alium quando dici debeat litigioſum, vt non armis, ſed vel per compoſitionem, vel à iudicibus Regni, aut arbitris ſit definiendum.

POrrò Vaſquez *d. diſp.* 64. *num.* 20. Salas *d. ſect.* 13. 1059.
num. 127. Villalobos *d. difficultate* 17. *num.* 8. *fine*, & Palaus *d. puncto* 7. *num.* 12. aiunt tunc cauſam fore litigioſam, ſeu ius vnius Regis contra alium Principem ſupremum, vel non ſupremum cenſendum dubium, ſeu probabile, & litigioſum, neque armis definiendum, ſed per compoſitionem, vel à iudicibus

cibus regni, vel arbitris electis, quando iudicio iuris prudentum tale cenſetur ob rationes probabiles vtrimque exiſtentes, quæ etſi negotium inter priuatos, & particulares agitaretur, conſtituerent cauſam ita litigioſam, vt nullus cenſeretur contra iuſtitiam litem mouere.

Cùm alter ex Principibus collitigantibus euidenter, vel certò moraliter ſcit Regnum, aut Prouinciam ad ſe ſpectare, & alter non vult cedere, exiſtimans bona fide, & inuincibili ignorantia ſe habere ius ad Regnum, an is poßit armis ſpoliari,& oppugnari.

1060. QVòd ſi ius alterius Regis, aut Principis ſupremi ad Regnum ſit manifeſtum, & euidens, ac certum, iidem Vaſquez *ibid. & num.*11.& 12. Salas *ibid.& num.*123.Breſſerus *num.*153.Palaus *d.punct.*7. *num.*13.& Villalobos *d.diffic.*17.*num.*5. dicunt tunc nullam fore expectandam ſententiam alicuius alterius; ſed ſi alius in legitima poſſeſſione exiſtit, alterum habentem ius certum debere admonere poſſeſſorem, vt admittat, allegatis cauſis, & rationibus ſui iuris, cùm teneatur, quantum fieri poſſit, ad euitandum bellum, id quod tradunt omnes Doctores agentes de bello. Quòd ſi monitus, & certior factus, noluerit acquieſcere, poterit tunc alter illi bellum inferre,& armis, ac per vim ſpoliare; nam tunc datur iuſta ratio bellandi, quæ eſt iniuriam imminentem propulſare, vel factam vindicare,& rem certò ſuam occupare; in tali autem cauſa poſſeſſor alteri facit iniuriam, retinendo rem illius, licèt fortè id non cognoſcat; ergo habet ſupremus Princeps ius illam propulſandi, ſeu vindicandi, & rem certò ſuam occupandi; & cùm id nulla alia via efficere poſſit niſi bellando, bellum illi conceſſum eſt. Quare id volunt procedere non ſolùm quando etiam poſſeſſor admonitus agnoſcit ius alterius euidens, vt ſuprà *num.*956. dictum eſt, ſed etiam quando non cognoſcit euidentiam talis iuris, nec iniuriam, quam alteri facit, retinendo rem ſuam, ſed ex inuincibili ignorantia putet tale ius ſuo aduerſario non competere, ſed iure ſe legitimè poſſidere, quam ignorantiam iidem Doctores nolunt obſtare, quominus alteri liceat bellum gerere, & Principem ignorantia illa laborantem oppugnare; nam licèt ob talem ignorantiam, ſeu bonam fidem ſit bellum iuſtum ex vtraque parte, vt *ſuprà* dictum eſt; nihilominus non videtur iuſtum, vt qui habet ius euidens,& ſaltem moraliter certum ad regnum, remedio careat ad habendum illud, aut recuperandum; aliud autem (vt dictum eſt) non eſt, quando alius Princeps non ſinit regnum illud occupare.

1061. Idem etiam quod præallegati Doctores, ſentire videtur Molina *de iuſtitia tract.* 2. *dicta diſput.*103. §. *quando inter duas Reſpublicas.* vbi dicit, quòd orta controuerſia inter duas Reſpublicas, vel Principes diuerſarum Rerum publicarum de iure regni, Prouinciæ, vel ciuitatis, aut alterius rei oportere rationes, & iura vtriuſque partis ſemota omni paſſione diligenter, & prudenter per Iuriſperitos expendi, & vtrimque audiri, ſeu communicari, vel legationibus vtrimque miſſis, vel conſtituto conuentu in confiniis Regnorum miſſis vtrimque eò viris doctis,& peritis; quo facto ſi vtraque pars ſecuta iudicium ſuorum peritorum, & timoratorum iudicet ius ſuum eſſe certum, & citra omne dubium, tunc Molina *ibidem*, licèt dicat fore conſilium optimum, vt litem tranſactione componerent, vel vt iudices arbitros eligerent, quorum iudicio ſtarent; affirmat tamen ad neutrum teneri, quando grauiſſima alia mala præter ordinaria belli inde non timerentur: quia quando vtraque pars ſibi perſuadet rem certò, & abſque dubio ad ſe pertinere, conſequenter exiſtimat alteram partem non ſine culpa non velle à lite deſiſtere, vel ſaltem non ſine paſſione, aut negligentia negotium examinare, & expendere; ac proinde propter hoc non tenetur cedere iuri ſuo, nec ad tranſactionem, aut electionem arbitrorum, cùm vtraque certum ſuum ius dicat,& ſit ſupremus iudex aduersùs alteram; & hac ratione, inquit idem Molina, erit bellum iuſtum formaliter ex vtraque parte, licèt ex vna ſit iniuſtum materialiter, cùm oporteat vnam partem tunc decipi, licèt ex ignorantia inuincibili. Quamuis (addit) ſemper timendum ſit eſſe in culpa, quod non quantum oportet, aut ſine paſſione velit non expendere, & examinare, ita Molina. † Et hoc idem quod Molina aſſerit Co- 1062.
ninch *de effectibus actuum ſupernaturalium*, *d.diſp.*31. *num.* 71. ſi vtraque pars ita ſibi videatur certa de iure ſuo, vt ſimul certò putet alteram partem nullo probabili niti fundamento, adeò vt meritò credat eam mala fide procedere, atque ita formaliter ſibi eſſe iniuriam irrogatam; aut ſi bona fide procedat, id prouenire ex ingenti ſtupiditate, ac rerum omniſque iuris inſcitia, quæ ſibi, non autem aliis debet nocere; quamuis, inquit, hoc poſtremum rarò inter gentes cultas poſſit habere locum. & hac ratione, ſeu iuxta hanc ſuam declarationem, ait, intelligi dictum Molinæ.

Sed idem Coninch *d. diſp.*31. *dubio* 2. poſtquam 1063.
num. 59. difficultati illi, an, quando vnus Rex intulit alteri damnum, ſine ſua culpa, eo quòd inuincibiliter ignoraret, ſe iniuſtè agere, læſus poſſit bellum inferre ad vindicandam iniuriam, & reparandum damnum. Reſpondit negatiuè, ſi vel alter ex illatione illius damni nullo modo factus ſit ditior, vt etiam dictum eſt ſuprà *num.*1004.& 1009. quia tunc ad nullam reſtitutionem tenetur, ſcilicet, nec ratione rei acceptæ, quia hæc non extat, nec etiam ratione iniuſtæ acceptionis, quia hæc non obligat ad reſtitutionem, niſi ſit formaliter iniuſta, nimirum coniuncta cum vera culpa, vt tradunt Summiſtæ communiter *v.reſtitutio*, & Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.*7. *dub.*5. & 6. vel ſi factus eſt ditior, paratus eſt reſtituere, in quantum factus eſt ditior; ſi verò factus eſt ditior,& veritatem edoctus, renuit reſtituere ea, in quibus factus eſt ditior, poſſe talem bello cogi ad reſtitutionem, quia tunc nolendo hæc reſtituere, facit alteri formalem iniuriam, atque ita eſt culpabilis: poſt prædicta autem tanquam certa ſtabilita. Proponit difficultatem, ſi talis nequit ita de rei veritate inſtrui, quin pergat ignorare ſe aliquid alienum, aut verè alteri debitum poſſidere. v.g. poſſidet vnus Rex aliquam vrbem, aut regionem, quam inuincibiliter credit ſe iure poſſidere; alter verò certò ſcit eam eſſe ſuam,& conatur hoc alteri perſuadere, nequit tamen ad hoc eas rationes afferre, quæ illum conuincant, ita vt ipſe his non obſtantibus ſibi perſuadeat ſuum ius eſſe certum, aut ſaltem valdè probabile, ideo renuit rem poſſeſſam dimittere. An is, qui certus eſt, rem hanc eſſe ſuam, poſſit eam bello repetere, non obſtante quòd ipſe poſſidens, quamdiu habet hanc ignorantiam, licitè inuaſori reſiſtat, ac proinde ratione ignorantiæ tunc detur bellum ex vtraque parte formaliter iuſtum, ex vna tamen materialiter iniuſtum, vt *ſuprà* dictum eſt.

Ad quam difficultatem ſoluendam præmittit du- 1064.
pliciter

pliciter poſſe contingere, vt aliquis Rex rem aliquam ex ignorantia inuincibili poſſideat, quam alter Rex certò ſcit eſſe ſuam. Primò, quia hic nequit ſufficienter probare, ita, ſcilicet, vt quiuis prudens iudex ex allegatis, & probatis iudicaret eam moraliter certò eſſe petitoris, eamque poſſidenti auferret, ſi eius eſſet ſuperior. Secundò, ita vt petitor poſſit clarè probare eam rem eſſe ſuam, adeò vt quiuis prudens, ac communis vtriuſque iudex, ſi quis talis daretur, eam ſibi adiudicaret, & alteri auferret: ab altera tamen parte poſſeſſor ob ignorantiam iuris, ac mentis hebetudinem, ac propter perſuaſionem aliquorum, quos putat eſſe viros intelligentes, ac probos, aut alia ex cauſa, non ſatis capiat rationes petitoris, ac ſibi bona fide omninò perſuadeat eas nihil probare, & conſequenter ſe licite eam ſibi retinere, ac contra inuaſores defendere.

1065. Igitur Coninch *num.* 48. reſpondet primò petitorem in hoc ſecundo caſu poſt propoſitas alteri ſuas rationes, ſi hic nolit rem petitam reddere, habere ius eam ſibi bello vindicandi; tum quia tunc communiter prudenter poteſt ſibi perſuadere alterum mala fide, & ſimulare ignorantiam veritatis; tum etiam, quia, cùm habeat clarum ius circa dominium, & etiam circa poſſeſſionem rei, quæ ei verè à parte rei apertè eſt debita, alterius hebetudo, aut ignorantia non debet ei obeſſe, cùm per ſe appareat iniuſtum, aliquem ideo præcisè debere priuari iure ſuo, quia alter hebes, ac ignorans eſt, hocque in caſu dicit Coninch poſſe dari bellum vtrinque formaliter iuſtum. Aduertit autem idem Coninch petitorem non poſſe alteri plus damni inferre, quàm præcisè neceſſarium eſt, vt ſua recuperet; nec poſſe exigere vllam compenſationem iniuriæ illatæ, quia nulla formalis iniuria ei illata eſt, niſi fortè omninò ſibi perſuadeat poſſeſſorem fingere ignorantiam.

1066. Secundò idem Coninch *num.* 49. reſpondet, quòd in primo caſu, & quando petitor nequit clarè probare rem illam eſſe ſuam, vt quiuis prudens ſemota omni paſſione meritò iudicet eam certò eſſe ipſius, nullum habet ius eam ſibi vindicandi, & conſequenter iniuſtè poſſeſſori eius recuperandæ cauſa, bellum inferret. Probat primò, quia ſi negotium ageretur inter priuatos, iudex, etiamſi ſciret ſcientia priuata rem eſſe petitoris, tamen non poſſet ſententiam proferre contra poſſeſſorem, eumque ſpoliare, quia non ſcientiam priuatam, ſed publicam, quæ habetur ex allegatis, & probatis, ſequi debet in iudicando, præſertim quando agitur de condemnando Reum, iuxta dicta ſuprà *num.* 901. 906. *& ſeqq.* Secundò, probat, quia quamuis dominus illius rei certò ſciens eam eſſe ſuam, poſſit eam ſibi occultè ſine vlla vi vindicare; tamen quamdiu illud nequit iuridicè probare, neque ipſe, neque iudex licitè eam poſſeſſori vi auferre poteſt; tum quia ipſi nequeunt ea iuſtè ita auferre, quæ nequeunt poſſeſſori iuridicè, ſiue per iudicialem ſententiam abiudicare, ſeu auferre; tum etiam, quia aliàs daretur bellum ſimpliciter, ſiue tam materialiter, quàm formaliter vtrimque iuſtum, ſcilicet, circa illius rei poſſeſſionem, nam & poſſeſſor haberet verum ius eam vi tuendi contra inuaſorem, & iſte haberet ius eam vi auferendi à poſſeſſore, idque ſine vlla ignorantia, quæ verſaretur circa idem, de qua immediatè eſt concertatio, quæ eſt poſſeſſio illius rei poſſeſſori auferenda, & ab eodem conſeruanda. Et hanc ſententiam Coninch, quoad vtramque reſponſionem approbat, & ſequitur Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *diſput.* 5. *puncto* 3. *num.* 8.

Verùm etiam in primo caſu Rex, ſeu Princeps ſupremus petitor certò ſciens rem eſſe ſuam, poterit bello illam recuperare à poſſeſſore nolente illam dimittere, licet eidem poſſeſſori, aut eius peritis, ſemota omni paſſione, rationes petitoris non appareant euidentes, & conuincentes; & id præter Maldeꝛum 1. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. *dub.* 2. poſt ſecundam aſſertionem, Lorcam *ibid. diſp.* 52. *num.* 3. à Coninch *d. diſp.* 31. *num.* 40. relatos, proculdubio volunt Vaſquez, Salas, Villalobos, & Molina locis ſuprà *n.* 1060. *&* 1061. allegatis. & Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia d. cap.* 15. *num.* 643. *verſic. Aduerte ſecundò.* Idque ſufficienter oſtendunt adducta *d. num.* 1060. quæ non oportet repetere; & confirmatur, quia nedum ſupremus Princeps, ſed & quilibet iudex, qui certò ſcit aliquem eſſe alteri debitorem, qui non poteſt ſuum creditum probare, poteſt, & debet cogere debitorem ad ſoluendum debitum, vt ſuprà *num.* 911. dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* citati; quia in tali caſu iudex non vtitur iure vindictæ, & poteſtate iudiciali, ſed iure defenſionis; ergo & ſupremus Princeps, quando certò ſcit rem ab altero Principe poſſeſſam, eſſe ſibi debitam, licèt fortaſſe non poſſit illum rationibus conuincere de veritate, poteſt vtendo iure defenſionis bello cogere illum ad rei reſtitutionem. Præterea in ſimili caſu ſemper poteſt in ipſo poſſeſſore, vel eius Conſiliariis, & Doctoribus præſumere culpam, ſcilicet, vel moueri paſſione aliqua, vel non expendere rationes, & iura petitoris, ſicut, & quantum oporteret, vt dicebat Molina loco ſuprà *num.* 1061. citato. Quare

Ad primum argumentum Coninch reſpondetur, 1067.
iudicem eo caſu vtendo iure defenſionis poſſe cogere poſſeſſorem ad rei reſtitutionem, vt dictum eſt, licèt non poſſit ex vi iuriſdictionis ferre ſententiam condemnatoriam, niſi iuxta allegata, & probata.

Ad ſecundum reſpondetur, priuatum, qui certò ſcit rem eſſe ſuam, quam alius poſſidet bona fide, & ignorantia inuincibili, licèt non poſſet illam obtinere in iudicio ob defectum probationum conuincentium, poſſe tamen occultè, & ſine ſcandalo auferre à poſſeſſore, vt dictum eſt ſuprà *d. num.* 911. & tradunt Doctores *ibidem* citati, & alij communiter citati ſuprà *num.* 1025. Vnde id, quod dicitur in prima ratione, verum non eſt. Ad ſecundam reſpondetur in tali caſu non dari bellum per ſe, & abſolutè iuſtum ex vtraque parte, ſed ſolùm ex accidente ob ignorantiam inuincibilem poſſeſſoris illum à culpa excuſantem, atque ita formaliter iuſtum ex vtraque parte, materialiter verò iniuſtum ex parte poſſeſſoris, vt tradunt etiam Doctores *num.* 1060. citati, & Molina *loco allegato*; neque verum eſt concertationem eſſe de ſola poſſeſſione rei, ſed de re ipſa, ſeu de iure ad ipſam rem; & præterea licèt eſſet de poſſeſſione, non eſſet tamen iuſta ex vtraque parte exiſtente eadem cognitione iuris vtriuſque partis; nam petitor certò ſcit poſſeſſionem à parte rei eſſe iniuſtam, poſſeſſor verò ſolùm ex ignorantia inuincibili, non ex certa cognitione iudicat eſſe iuſtam. Et prædicta quoad principalem difficultatem in titulo huius §. trigeſimi propoſitam.

Quibus in caſibus bellum inter Principes Chriſtianos aliàs, ſeu per ſe licitum, ſit illicitum per accidens.

SVpradictis autem addenda cenſeo ſequentia aduertenda antequam moueatur bellum aliàs iuſtum.

Primò,

1068. Primò, quòd quando ex Principum Chriſtianorum bellis timerentur grauia aliqua extraordinaria mala, præſertim, quæ toto orbi Chriſtiano imminerent, vt ſi inde multum creſcerent hæreſes, aut vires hoſtium fidei augerentur, & fidelium minuerentur; atque ita hi fierent impotentes illis reſiſtere, tunc iidem Principes eſſent obligati inter ſe componere, & potius iuri ſuo ex parte cedere, quàm religionem Chriſtianam eiuſmodi periculis exponere; amor enim religionis, & charitas debita bono communi obligat in tali caſu Principes, vt ad vitandum grauius malum commune, patienter ferant damnum aliquod proprium. ita Nauarrus *in ſumm. cap.* 25. *num.* 4. Victoria *d. relect. de iure belli, num.* 33. Molina *de iuſtit. d. tract.* 2. *diſp.* 107. §. *rectè admonet.* Vaſquez *d. diſp.* 64. *num.* 10. Salas *d ſect.* 13. *num.* 122. Coninch *d. diſp.* 32. *num.* 72. Diana *part.* 6. *tract.* 4. *reſolut.* 7. Layman *lib.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 5. *verſic. oportet*, & Doctores communiter. Et ſi in tali caſu Principes Chriſtiani nollent deſiſtere à bello cum tanto religionis periculo ſequuturo, Summus Pontifex poſſet eos ad id cenſuris compellere, iuxta dicta ſuprà *num.* 1044. & tradunt Couarruuias *reg. peccatum part.* 2. §. 9. *num.* 6. Molina loco *dicto num.* 1044. citato. Coninch *d. num.* 72. & Villalobos *p.* 2. *tract.* 5. *diff.* 4. *num.* 7. Cùm autem Reges plerumque ſint iuris, ac Theologiæ ignari, poſſunt tuta conſcientia ſtare iudicio peritorum, quæ vacent omni ſuſpicione, ſiue ſint in proprio regno, ſiue extra, an ſi bellum fiat, ſcandalum ſit futurum in Eccleſia; nec refert, ſi qui etiam ſint in contraria opinione.

1069. Hinc ſecundò bellum aliàs licitum, erit illicitum per accidens, ſi Princeps alioqui potens iuſto bello recuperare ciuitatem, aut ſumere vindictam de iniuria ſibi illata, præuideret ex bello euentura eſſe longè maiora mala boni communis ad ſe pertinentis, vt deuaſtationem multarum ſuarum ciuitatum, ingentes cædes ſuorum, aliáve ſimilia mala ſuæ Reipublicæ. ita Victoria, Molina, Diana, Layman *locis citatis*, & communiter Doctores agentes de bello, & probat ratio adducta. Quare iidem Doctores poſt Maiorem *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 10. *ad finem* aiunt, magnum aliquod intereſſe, iniuriámve grauem, ac magni momenti eſſe debere, vt publicum bellum licitè moueri poſſit; cùm in tot hominum etiam innocentium cædes fiant, regiones deuaſtentur, & ipſamet Reſpublica, quæ bellum infert, periculo ſe exponat, nam belli euentus incerti. Vnde Princeps eiuſque Conſiliarij ſi ſine cauſa graui, ac magni momenti bellum inſtituant, mortaliter peccant inferentes iniuriam non ſolùm alienæ, ſed etiam propriæ Reipublicæ, cùm eam periculis exponant, tributis grauent, & publicum ærarium exhauriant. ita Victoria *d. relect. de iure belli, num.* 14. Molina *diſp.* 102. §. *illud eſt animaduertendum.* Layman *d. verſic. oportet autem.* Villalobos *d. diffic.* 4. *num.* 1. & Coninch *dict. diſp.* 32. *dub.* 2. *num.* 53.

1070. Tertiò ſi nulla, aut exigua ſit ſpes victoriæ obtinendæ, tunc etiam bellum aliàs licitum eſt, per accidens illicitum; nam tunc Princeps bellum indicens ſuis inferret iniuriam, eos præſentiſſimis grauiſſimiſque exponendo periculis ſine ſufficiente neceſſitate, aut ſpe vtilitatis. ita Molina *d. diſp.* 102. §. *illud etiam eſt animaduertendum*, Suarez *d. diſp.* 73. *ſect.* 4. *num.* 10. Coninch *d. diſput.* 31. *num.* 73. Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 5. *puncto* 3. *n.* 13. Diana *p.* 6. *tract.* 4. *reſol.* 7. & priùs docuit Caietanus 2. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. Dicunt tamen Suarez, & Palaus bellum defenſiuum cum aliquali ſpe victoriæ poſſe tentari, & tentandum, quia neceſſitatis, non voluntatis eſt. Addunt etiam ad bellum aggreſſiuum non requiri certitudinem moralem victoriæ (quam requirere videtur Caietanus,) ſed ſufficere probabilem ſpem victoriæ, quæ præualeat damnis, quæ ab aduerſariis timentur; quia alioqui rarò liceret Regi minus potenti bellum potentiori indicere, cùm moralis certitudo victoriæ à minus potente ferè nunquam haberi poſſet; & præterea bona Reipublicæ maximè expedire poteſt, vt inimici intelligant illius Principem non eſſe puſillanimem, & timidum, ſed forti animo, audacem, & pericula contemnentem.

Quartò Principibus Chriſtianis, vt agnoſcant quàm cautè bellum inſtitui debeat, proponere aduertenda placet ea, quæ ſcripſit Petrus Bellinus *de re militari part.* 2. *tit.* 8. vbi ſic habet. *Longa ſerie ad ipſam belli denunciationem velut quodam omine deuenimus, multa animo voluere, multa penſare, diuque meditari oportere, qui bellum machinatur, & parat. Res eſt enim cui maximè congruit poeticum illud,* 1071.

——Facilis deſcenſus Auerni,
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

Utinam bene ſecum cogitarent Reges ſuas curas, populorumque ærumnas, & ſtrages, euentus bellorum varios, cùm ſæpiùs, quæ facilia videbantur initio, difficillimos exitus inuenerint. Neque enim fruſtrà de Ænea dixit illuſtris Poeta,

Hîc magnus ſedat Æneas, ſecumque volutat
Euentus belli varios.

Lentiùs profectò, ſi ſaperent, feſtinarent. Ego quidem pro tenuitate mei ingenij, cùm hæc mecum reputo cernóque, quàm facile, quàm leui ex cauſa (ſit verbo venia,) quàm inconſultò ſæpe renouentur bella his noſtris infelicibus diebus, facilè adducor, vt credam, populorum ſimul, & Principum reatus mentem diuina accedente iuſtitia eripere Principibus ipſis, vt ſua, atque aliena quæris immemores in tam vaſtum, & patens pelagus ſe demittant, vnde vix ſine diuina ope poſſint eripi, & reduci. ita non minus piè, quàm prudenter Bellinus.

Bellum aliàs iuſtum, antequam inferatur denunciandum, & pars aduerſa admonenda priùs, vt ſatisfaciat.

DEinique poſito, quòd cognita ſit, & adſit iuſta belli cauſa, & concurrant aliæ conditiones, propter quas nec per ſe, nec per accidens poſſit eſſe illicitum, ſi decernatur, & inferatur; non ſtatim poteſt licitè inferri, ſed priùs denunciandum, niſi à parte aduerſa debita præſtetur ſatisfactio, ſcilicet eidem parti aduerſæ per Legatos proponenda iuſta belli cauſa, (ſiue ſit iniuria illata, ſiue iniuſta retentio alicuius rei,) & admonenda vt condignam ſatisfactionem præſtet, quam ſi illa offerat, & ſit præbere parata, acceptari debet, & à bello abſtinendum, idque ob ingentia mala, quæ cum bello coniuncta eſſe ſolent, quæ euitari debent, quoad fieri poteſt; & quia bellum non eſt licitum, niſi quatenus eſt neceſſarium ad finem obtinendi debitam iniuriæ ſatisfactionem, quæ neceſſitas tunc ceſſat. Bellare enim (vt dixit D. Auguſtinus *epiſt.* 205. *ad Bonifacium*, & habetur *cap. noli* 23. *quæſt.* 1.) non eſt voluntatis, ſed neceſſitatis. Hinc illud Deuteronomij 20. *Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem; ſi receperis, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo: ſin autem fœdus inire noluerit, & ceperit contra te bellum, oppugnabis eam.* & ita docent communiter Auctores. Caietanus *in ſumma verb. Bellum.* 1071.

§. *fac*

§. fas ergo confeſſor. Syluester *ibid.q.4. concl.2.* Maior *in 4.diſt.15.q* 20. Driedo *lib.2. de libertate Chriſtiana cap.6.* Valentia *tom.3. diſp.3.q.16. puncto 2. §. ſeptimò certum eſt.* Molina *de iuſtit.tract.2. d diſp.103.§. Bello cauſa explorata*, Suarez *de charitate diſp.13. de bello ſect.7.n.3.* Villal. *d.diff.4.n.4.d.c.12.n.5. verſic. Aſſer-*
1073. *tio 4.* & Becan. *p.1.c.25.q.9.n.2. & 3.* † Et idem ſentiunt Iuriſperiti, volentes bellum decretum, priuſquam inferatur debere denunciari, ſeu bellum non eſſe mouendum contra aduerſariũ niſi præcedat admonitio, & diffidatio. ita Petr. Bell. *d.tit.8.n* 4. Guido Papa *dec.*191. (vbi latè de diffidatione, & qua ratione diffidamentum ſit aduerſario denunciandum, & intimandum,) Baldus *in l.ſi manumiſſor. C.de obſequijs à libertis, & libertis parentibus, & patronis praſtari, & in l.2.n.10. C.de ſeruitutibus, & aqua,* & Ioan. Andr. *in c. pro humani, de homic. in 6.* qui duo poſteriores locis citatis dicunt, quòd ſpecies proditionis eſt arma mouere ſine diffidatione, quod etiam dicitur *in l.imperiali*, quam refert, & explicat Guido Papa *d.dec.*191. dicit tamen Bald. *in d.l.ſi manumiſſor. verb adde*, quòd quandoque lex indicit bellum, & tunc non eſt neceſſaria monitio, cùm tunc furtiuè, & clam liceat conſulere damnis ſuis. & idem habetur *in additione ad d. dec.*191. *Guidonis litt.B.* quod intelligo ſi præuideatur admonitionem nihil profuturam, ſed potius admonenti futuram nociuam; Ioann. Lupi quoque *de bello §. ſi bene n.5.* dicit, quòd ſi Princeps, qui habet cauſam iuſtam aduersùs alium, huncque requiſierit, vt vellet ſtare iuri, vel iudicio arbitrorum, vel bonorum virorum, & iſte recuſauerit, tunc abſque alia admonitione poteſt contra illum bellum mouere: id
1074. quod colligitur etiam ex ſupradictis. † Quærit autem Petr. Bellio. *d tit.8.n.8.* quæ temporis dilatio debeat intercedere ab indicto bello ad motum, & geri cœptum; & dicit primò ſe nullibi ex annalibus comperiſſe ſtatutos eſſe dies: dicit ſecundò naturalem rationem dictare æquum eſſe, vt aliquid intercedat temporis, quo quis ſe præmuniat, & defenſioni præparet, quia vix à dolo, & perfidia excuſaretur, qui eodem ferè momento, & indiceret, & aggrederetur, arg. text. *in l.& quis alter § ſi quis ita denunciauerit, ff. quod vi, aut clam.* ibi, *neque tam arctare aduerſarium, vt intra diem occurrere ad prohibendum non poſſit.* Dicit tertiò cauſas bellorum ietuendas, nam paratum ſe præſtare oportet, quia cauſam belli indicendi præbuit, maximè ſi ſit recens, ſi ardua, ſi inexcuſabilis. ita Bellious. Sed in hac re dicendum (ſecluſo morali periculo notabilis damni proprij, quod ex dilatione belli immineret) poſt admonitionem de iuſta belli cauſa per Legatos, aut alia via factam, & petitam debitam ſatisfactionem tantum temporis expectandum, vt pars aduerſa poſſit maturè expendere ius admonitoris, & petitoris, & excogitare modos competentis ſatisfactionis præſtandæ, quod quantum eſſe debeat relinquendum prudentum arbitrio.

1075. Cæterùm non ſolùm ante bellum inchoatum, & vtrimque dimicare cœptum ſit, ſed poſt ſecutam mutuam aggreſſionem, & bellum iam cœptum, ſi aduerſa pars offert condignam ſatisfactionem paratam illam præſtare, nõ ſolùm pro iniuria ante bellum, ſed etiam in bello ipſo illata, acceptari debere, & non ſolùm ex obligatione charitatis, ſed etiam ex iuſtitia à bello incepto fore deſiſtendum, contra Caiet. Maiorem, & Driedonem (quos ſequi videntur Lorca *2.2.diſp.57.n.12.* & Diana *p.6.tr.4.reſol.8.* docent Mol. *d diſp.103.fine.* Suar. *d.ſect.7.n.3.* Becan. *d.q.9.n.4.& 5.* & Laym. *d.c.12.n.5.verſ.dubitant.* Pal. *tom 1.tr.6.diſp.5. punct.3.n.14.* Gord. *lib.6 q.19.n.18.* Valent. *d punct.2.§. ſeptimò certum eſt.verſ.& hac ſententia.* vbi ait id etiam indicari à Syluest. *vbi ſuprà q.10.concl.5.* Ratio autem eſt, quia ab eo temporis momento, in quo offertur talis competens ſatisfactio, quam Princeps, qui bellum intulit, licitè petere poteſt, ceſſat aduerſarius ab vlteriori iniuria, & pro præterita iniuria nil amplius poteſt Princeps ipſe exigere, quàm quod offertur, licèt Diana *reſol.4.verſ.ſed audiamus*, cum Duuall. *2.2. tr.de charitate q.16.art.4.* dicat Principem læſum, qui ad vindicandam iniuriam acceptam mouit bellum, teneri ad ſummum acceptare ſatisfactionem, quando nondum eſt inita vltima pugna, ſecus verò in medio conflictu, & quando Princeps in manibus ſuis quaſi tenet victoriam. Sed de his plura videri poſſunt apud præcitatos auctores, & apud Coninch *de effectibus actuum ſupernaturalium, d. diſp.31. de bello, dubio 2.à n.24.* & Dian *p.6.tr.4.reſol.6.* & præſertim, an ſi pars rebellis, quæ iniuriam culpabiliter intulit alteri, ob illatam iniuriam digna ſit morte, & ſi inter priuatas perſonas res ageretur, iudex poſſet, & deberet ad mortem condemnare iniuriæ illatorem, petat veniam, & in quantum poteſt, ſe alteri ſubmittit; & iniuriam pecunijs, tributis, & alijs eiuſmodi compenſare vult, & pignora tradit, quibus alterum ſecurum reddit à timore in poſterum ſimilis iniuriæ, alter teneatur hanc ſatisfactionem acceptare, & à bello deſiſtere, an verò poſſit bellũ mouere, quouſque ſibi tradantur nocentes iugulandi. Ego alia proſequar.

Subditi Principis qua ratione veritatem iuſtitiæ belli inquirere teneantur, quamque probabilitatem de ea re habere debeant, vt vocati ad bellandum à Principe poſſint licitè, & teneantur militare? & quid de non ſubditis Principi.

ET explicandum, quam cognitionem inquirere, quámque probabilitatẽ de iuſtitia belli debeant habere ſubditi, & non ſubditi, qui vocantur ad bellum, vt poſſint licitè pugnare, teneantúrve militare.

Conſiliarij Principum tenentur ex iuſtitia, belli iuſtitiam diligenter inquirere.

COnueniunt Doctores, Duces Senatores, & Cõ- 1076.
ſiliarios Regum, & Principum, & vniuerſaliter eos, qui ad conſilium vocantur, & etiam non vocatis vltrò venientes ad conſilium publicum conuocatum pro iuſtitia belli agnoſcenda, teneri diligenter veritatem inquirere, & cauſas belli exactè examinare, adeò vt ſi eorum malitia, vel culpabili negligentia bellum iniuſtum inferatur, ſeu geratur, reſtituere tenentur omnia damna inde ſequuta. ita Victoria *d.relect. de iure belli n.25.* Bannes *2.2 q.4 art.1. dub.6.verſic.ex quo ſequitur.* Molin. *tr.2.de iuſt.diſp.113. §.ſit verò prima concluſio*, Mercadus *de reſt.c.15.* Petr. Nauar. *de reſt.lib.2.c.3.n.273.* Sayr. *lib.7.clauis c.13.n.6.* Coninch *de effectibus actuum ſupernaturalium diſp.31. ſect.5.n.74.* & Suar. *de charitate d.diſp 15.n.7.* Ratio eſt, quia vocati, vel vltrò venientes ad dictum publicum conſilium, vt iuſtitiæ belli veritatem inquirant, tenentur ex officio iniuncto, ſeu ſuſcepto, & conſequenter ex iuſtitia (ex eo quòd munus ferendi iudicium circa iuſtitiam belli in ſe ſuſcipiunt) dare conſilium iuſtum; ergo & inquirere, & examinare diligenter iuſtitiam belli, ac proinde ſi eorum culpabili negligentia bellum iniuſtum inferatur, ſeu geratur, illis imputabitur iniuſtitia belli, & conſequenter reſtituere tenebuntur omnia damna ſecuta.

Non vocati verò, aut non admiſſi ad præfatum 1077.
conſilium, & qui ex officio iniuncto, vel ſuſcepto, non tenentur examinare cauſas belli iuſtas, ſiue ſine

Duces, ſiue ptiuati milites, licèt ex obligatione iu-
ſtitiæ ad id non tenentur, quia mouentur, & non
mouent ad bellum; nihilominos ſi ſuſpicatentur,
non fuiſſe ſatis examinaram belli iuſtitiam, bellum-
que eſſe iniuſtum, & ſperatent ſua induſtria verita-
tem comperturos, foreque audiendos ex obligatio-
1078. ne charitatis, tenereutur veritatem inquirere, ac pa-
tefacere. ita Molina, & Suarez *locis citatis*. † Et ex di-
ctis duobus numeris præcedentibus infertur bellum
intetdum formalitet iuſtum eſſe, (vt etiam obſerua-
tum eſt ſuprà *n.* 1011. *&* 1038.) teſpectu Ptincipis,
non item teſpectu Conſiliariorum, aut eorum, qui
Ptincipem, vel Conſiliarios infotmant, de variis cir-
cunſtantiis cauſæ; vt cooſilium ſit erroneum ex Con-
ſiliatiorum culpa, vel malitia, ſeu prauo effectu, vel
informatio falſa cum culpa informantiom, & ipſe
Princeps tationabilem cauſam non habeat ſuſpican-
di de deceptione, vel falſitate; tunc eoim practicè
conformare poteſt iudiciom ſuum, conſilio viro-
rum doctorum minimè ſuſpectotum, & allegationi-
bus infotmanrium item oon ſuſpectorum.

Minores ſubditi quam diligentiam teneantur adhibere, pro agnoſcenda belli iuſtitia.

1079. VIdentur ſecundò conuenite Doctores, mioores
ſubditos, qui non admittuntur, nec audiuntur
à Principe, neque debent de bello indicendo ſen-
tentiam fette, non teneti examinare cauſas belli, ſed
ſine vllo examine innixos conſilio communi Prin-
cipis, & Regni, ſeu committentes ſe iudicio, aot defi-
nitioni Principis, ac eorum, qui Principi ſunt à con-
ſiliis, poſſe licitè militate, & pugnare, ſi illis oon
conſtet de iniuſtitia, nec etiam appateant tationes
dubitandi de iuſta cauſa, quæ ſint alicuius momenri.
ita Victoria *d. relect. de iure belli, n.* 25. Bannes *vbi ſu-
prà*, Valentia *tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 6. *p.* 2. *verſic. certum eſt*.
P. Nauatrus *de restit. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 270. *&* 273. Molina
d. diſp. 113. §. *ſecunda concluſio*, Vaſques 1. 2. *diſp.* 66.
c. 9. *n.* 52. Saytus *d. cap.* 13. *n.* 6. Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 26.
num. 272. Suatez *d. ſect.* 6. *num* 8. Coninch *d. diſp.* 31.
dub. 2. *num.* 74. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *puncto* 8.
num. 2. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 1. *diff.* 18. *num.* 11. Ex
Summiſtis Caietanus *verb. bellum, verſic. cauſa verò
iuſta*. Nauatrus *in ſumma cap.* 15. *n.* 15. & alij Theo-
logi, & Summiſtæ, quos Saytus, & Villalobos *vbi
ſuprà n.* 11. teſetunt. Ptobatur, tum quia nec fieri po-
teſt, nec debet, expeditve vt tatio negotiotum po-
blicotum, omnibus de plebe teddatur, neque illi
minotes ſubditi ſunt ſufficienres belli cauſas iuſtas
examinate, aut petcipete. Tum, quia vbi illis non
conſtat de iniuſtitia, nec occurrit tatio, cut meritò
poſitiuè dubitent, an bellum ſit iuſtum, poſſunt
ſuum iudicium ſubiicete iudicio ſui Ptincipis, &
Conſiliatiorum, ſufficiens enim argumentum de-
bet eſſe pto iuſtitia belli, quod publico conſilio, &
authoritate getatur, & valde durum eſſet aſtringere
ſubditos, vt audito ſuperioris ptæcepto tenetentur
adire ſapientes, & de iuſtitia illius inquitere: tum,
quia ſubditotum non eſt diſcutere conſilia, defini-
tioneſque ſuotum ſuperiotum, ſed patate ſe ad obe-
diendum, quando de iniquitate apertè non conſtat;
vel non ſunt, ſeu appatent indicia; tunc enim præſu-
1080. muntur, ſeu præſumenda ſunt iuſta. † Tom qoia bel-
lum à Ptincipe fideli ſuptemo indictum, licèt non
appateat iuſta cauſa, ptæſumendum eſt iuſtum, & ex
iuſta cauſa indictum, & motum, vt poſt alios Meno-
chius *præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 96. *n.* 7. Quod tamen
Maſcardus *concl.* 168. limitat procedere ſolùm qoan-
do bellum indicitur ab Imperatore, vel à Summo
Pontifice: quo ad alios autem bellum indicentes po-
nit *n.* 15. concluſionem, quòd bellum præſumitur in-
iuſtum eo ipſo, quòd non ptobatur iuſtum; & ſic aſ-
ſetenti eſſe iuſtum, incumbere onus probandi, quod
inter alios præcipuè docuit Hoſtienſis *in c. ſicut 3. de
iureiurando*, quem tefert Maſcardus *d. n.* 1. & Ioannes
Lupi *de bello* §. *ſi ſumus n.* 5. qui tamē §. *omnia n.* 2. *&* §.
ſi bene, ait præſumi bellum iuſtum, qood edicto Prin-
cipis non tecognoſcentis ſupetiotem fit contra ſub-
ditos, niſi manifeſtè conſtatet de iuſtitia, aut violen-
tia, aut oppreſſione. item *eodem* §. *bene n.* 1. ait etiam
bellum ab iiſdem Principibus ſuperiorem non co-
gnoſcentibus indictum contra noo ſubditos præſo-
mi iuſtum, ſi id fiat in caſibus à iure permiſſis, ſcili-
cet de tebus tepetendis, aot propulſandorum ho-
minum cauſa, ſcilicet, pto ſua, & ſuotum defenſio-
ne, aut recuperarione bonorum, & alia iura non poſ-
ſit ſibi conſulere; ſecus (inqoit *num.* 4.) ſi Imperator,
aot quicunque alius Ptinceps ioducit bellum coo-
tta non ſubditos extra defenſiooem perſooarum,
aut rerum, aot pro recuperatione, cùm alia via poſſit
recupetare, puta, ſi ille, cui indicitur bellum, habeat
ſuperiorem, ad quem priùs eſſet recurrendum; vel ſi
noo recognoſcat ſupetiotem, eſt paratus ſtare iuri,
vel iudicio arbitrorum, vel bonorum virorum, ha-
beos etiam iuſtitiam pto ſe; tunc enim, ait idem
Ioannes Lupi, non debet mouete bellum, quod de-
bet eſſe neceſſitatis, 13. *q.* 1. *c. militare*, & *ſuprà* dictum
eſt, & ita præſumetetur iniuſtum. At Abbas *in d. cap.
ſicut* 3. *de iureiurando*, & *ibidem* alij ſcribentes magis
communiter tenent bellum à Principe Chriſtiano
tam contra ſubditos, quàm contra non ſubditos ptæ-
ſumi iuſtum, licèt cauſa ignotetur, ſi non appareat
de iniuſtitia. & tenet etiam Pettus Bellinus *de re mi-
litari p.* 2. *tit.* 2. & fauet textus *in d. c. ſicut* 3. *initio*, ibi,
*ſi conſtiterit quòd prædictus H. iniuſtè bellum mouerit
contra I.* ipſum, & talis præſumptio iuſtitiæ belli
debet habere locum in ſubditis, ſi ab eorum Princi-
pe, & Domino ptæcipiatur, vt militent, cùm ptæce-
ptum ſuperiotis præſumendum ſit iuſtum, ſcilicet,
donec conſtet de illius iniquitate, vt Caietanus *vbi
ſuprà*, & indicant alij Doctores *ſuprà* allegati, & tra-
dunt Doctotes ſuprà *n.* 261. relati & D. Auguſtinus
loco *infrà* allegando, & allegato ſuprà 262. & oſten-
dit tatio adducta ſuptà *n. præcedenti*, *in fine*, ſcilicet,
quòd graue onus iniunctum foret ſubditis, ſi audito
præcepto ſupetiotis tenetentur à ſapientibus de il-
lius iuſtitia inquitere. Limitandum tamen puto
communem ſententiam aſſerentem in dubio præſu-
mi bellum iuſtum, ſi Princeps inferens non exiſti-
maretur timoratæ conſcientiæ, ſed potiùs laxæ, &
libenter aliena occupare, & nimis facilè iniurias
vindicare, vel ſuo bello iuuaret infideles, aut hære-
ticos contra aliquem Principem Catholicum, tunc
enim de iuſtitia belli meritò poſſet, & deberet dubi-
tari, iuxta dicenda infrà *num.* 1083.

Qood autem dictum eſt de minoribus ſubditis, 1081.
idem air Molina *vbi ſuprà*, eſſe dicendum de iis ſa-
pientibus ſubditis, quibus iudicium de cauſa belli
non eſt commiſſum, quando oon eſſent indicia in-
iuſtitiæ, ptoptet quæ meritò dubitaretur, an bellum
eſſet iuſtum. Ptobat Molina ex eo, quòd illa diligen-
tia adhibita à Conſiliariis, quibus iudicium de cauſa
belli fuit commiſſum, videtur ſufficiens, vt etiam
ſapientes tutè ſe poſſint committere Principis defi-
nitioni, præſertim cùm non minus ſubditi ſint,
quàm alij, & ita abſque dubio ſentiunt etiam alij
Doctores allegati.

Dixi verò, *ſi non appareant rationes alicuius momen-* 1082.
ti, ſeu indicia iniuſtitiæ. nam ſi eſſent grauia indicia
iniuſtitiæ, ſeu rationes tales occurretent, vt non le-
uitet,

Digitized by Google

uitet, & ſcrupuloſè, ſed meritò miles ſubditus dubitaret poſitiuè, an bellum ſit iuſtum, tunc non poſſet ſtatim ad Præceptum Principis militare, ſed teneretur priùs de iuſtitia belli inquirere, conſulendo viros in ea re peritos, & bonæ conſcientiæ, quorum authoritatem ſequi poſſet. ita in terminis Syluester *v. bellum num.* 10. *verſic. Tertia*, Victoria ſuprà *num.* 25. Molina *loco citato*, Vaſquez *dict. cap.* 9. Palaus *d. puncto* 8. *num.* 2. *&* *diſp.* 3. *punct.* 14. *num.* 2. Ariaga *t.* 2. *tom.* 1. *diſp.* 26. *num.* 36. Conioch *d. dub.* 5. *num.* 76. vbi id dicit eſſe certum, Suarex *d. ſect.* 6. *num.* 9. *&* 12. (vbi diſtinguit dicens dubium ſubditi, aut poſſe eſſe negatiuum, quia nempe omninò ignorat rationem iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ, & tunc dicit non teneri inquirere, ſed ſufficienter niti poſſe authoritate ſui Principis; aut poſſe eſſe dubium poſitiuum ortum ex rationibus pro vtraque parte occurrentibus; & ait quòd ſi rationes oſtendentes iniuſtitiam belli, eſſent tales, quibus ipſe neſciret ſatisfacere, & redderent valde ſuſpectam iuſtitiam belli, teneretur aliquo modo inquirere veritatem.) idem docuit Raymuodus, vt *loco citato* teſtatur Syluester, & puto non diſſentire Auctores infrà allegandos, dicentes abſolutè milites ſubditos dubitantes de iuſtitia belli vocatos à Principe ad militandum poſſe, & debere militare, nam intelligi poſſunt vel in dubio negatiuo, vel quando rationes dubitandi non ſunt vrgentes, ſed leues, vel ſi poſt factam aliquam inquiſitionem adhuc manent dubij, vel ſi in tali dubio non poſſent commodè peritos conſulere, quia Princeps præcipiens bellare vrgeat, & inſtet neceſſitas obediendi, & bellandi, qua ratione etiam puto intelligendum Petrum Nauarrum *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 279. dum ait ſubditum dubium de iuſtitiæ belli non teneri inquirere de iuſtitia, ſed audito præcepto debere deponere dubitationem, & militare pro ſuo Principe iudicando; igitur quòd occurrentibus grauibus rationibus, ſeu indicijs iniuſtitiæ belli tam ſapientes, quàm communes ſubditi vocati ad militandum teneantur, (vbi ſaltem non vrget tempus exequendi Principis præceptum ob inſtantem bellandi neceſſitatem, ſed datur locus ad commodè inquirendum de veritate) rem examinare, probatur, tum quia quando adſunt huiuſmodi efficaces rationes dubitandi, & graoia indicia iniuſtitiæ, hæc ipſa ſuadent ſubditos non ſe debere committere Principis definitiooi, ſed debere aliunde inquirere, & rem examinare, prout quiſque commodè poteſt, alioqui (inquiunt Victoria, & Molina) ignorantia eſſet quaſi affectata nolentis intelligere, quæ nec à culpa, nec à reſtituendi onere excuſat; tum quia dum eſt locus inquiſitioni, ratio naturalis dictat, vt adhibeatur, quia fortè veritas soocoietur, & euitabitur malum etiam materialiter; tum quia ex bello grauiſſima damna ſubditis, & aliis obueniunt; ergo licèt in aliis, in quibus graue detrimentum nobis, vel aliis obuenire oon poſſit, ſubditus dobitans de iuſtitia præcepti omiſſo omni examine poſſet, & teneretur obedire ſuperiori præcipienti; noo tamen io hoc caſu, io qoo ex obedientia ſequi debent graoia detrimenta publica: tum demom, quia ſi ſubditi tam rationabiliter dubitantes de iniuſtitia belli oullum tenerentor præmittere inquiſitionem pro agnoſcenda veritate, ſed ſtatim iuſſioni Principis ſibi factæ obedire poſſent, & tenerentur; milites, qui crucifixerunt Chriſtum Domioum, carnifices Martyrum, Turcæ, & Saraceni ſequentes Principes ſuos in bello contra Chriſtianos, hi, inquam, omnes (inquiunt Victoria, Molina, & Palaus,) excuſarentur à peccato, & ab iniuſtitia, quod nulla ratione eſt dicendum. Aduertit autem Suarex *d. num.* 12. quòd ſi milites vnum corpus politicum conficiuot, habentque ſua capita, ſatisfacient ſuperiores, ſi per ſuum quiſque caput, aut Ducem examineot iuſtitiam belli, eorumque ſequantur iudicium. Addit Ariaga, quòd ſi ſubditis habentibus rationes vrgentes dubitandi dicatur: Hæc quidem ratio habet aliquam difficultatem, Rex tamen ob alias cauſas iuſtiores, & præponderantes, quæ non debent manifeſtari vobis, poteſt licitè bellum inferre, &c. tunc ſubditi noo obſtante illo dubio poterunt ſine ſcrupulo militare: ſed ſi ſic dicentes eſſent Conſiliarij Regis, nun eſſet facilè credendum, niſi eſſent tantæ peritiæ, & probitatis, vt meritò eis non obſtantibus rationibus dubitandi vrgentibus
credi poſſet. † Porrò iuxta Victoriam, Molinam, & 1083.
Coninch, videretur graue indicium iniuſtitiæ, & iuſta, ac ſufficiens ratio dubitandi, quando aut oulla, aut ſaltem parum probabilis belli cauſa apparet, vel adeſt publicus rumor de iniuſtitia, ſeu publicè circumfertur cauſa belli apparens noo ſufficieos ad mouendum bellum, præſertim ſi Princeps ſciatur eſſe læſæ conſcientiæ, & parum curare, qua ratione aliena occupet, ſuaſque opes amplificet, aut iniurias vlciſcatur; quo in caſu ſubditus non poteſt prudenter præſumere ſuum Principem non ſuſceptutum bellum niſi iuſtum. Et hæc aiont Coninch, & Ariaga maximè habere locum, quando eiuſmodi bello iuoantur hæretici, aliíve infideles contra Catholicos, debet enim præſumi iuſtitiam ab his ſtare, donec clarè appareat cootrarium, loquit, &, meo iudicio, beoe, Coninch *d. num.* 2.

An ſubdito Principis, & etiam extraneo, poſt adhibitam debitam diligentiam pro veritate agnoſcenda dubitanti de iuſtitia belli, liceat militare.

ID igitur quod inter Doctores præcipoè controuertitur eſt, ſi exorto rationabiliter dubio de iniuſtitia belli, facta ſit præfata inquiſitio, prout dubitans pro captu ſuo potuit, adhuc ioſtitia belli appareat formaliter dubia, ſi is, qoi dubitabat (ſiue ſit ſubditus Principis bellum gerere volentis, ſiue extraneus, & minimè ſubditus,) non potuerit maiorem iuſtitiæ belli cognitionem adipiſci, ſed adhuc maneat formaliter dubius, an bellum ſit, nec ne iuſtum; verùm huiuſmodi dubitanti, ſiue ſubdito, ſiue non ſubdito Priucipis liceat ire ad bellum, & in illo militare.

Prima ſententia abſolutè negans.

PRima ſententia docet tam ſobditum, licèt à ſuo 1084.
Principe vocatum, & iuſſum, quàm non ſubditum, in tali dubio oon poſſe licitè militare. ita Adrianus *quodlibet.* 2. *p.* 2. Probat, quia dubitans de iuſtitia belli habet conſcientiam dubiam, peccatum autem eſt agere cootra conſcieotiam dubiam, cùm ſic operans exponat ſe periculo peccati mortalis. Quare vult ſolùm eos milites ſubditos bellantes eſſe excuſandos à culpa, qui ignorantia iooincibili
laborant. † Et idem re ipſa ſentit Vaſq. *d. c.* 9. vbi nul- 1085.
lam diſtinctionem agnoſcens inter militē ſubditum, & non ſubditum, dicit neutrum poſſe militare, quando penſatis omnibus dubitat de belli iuſtitia; qoia in dobio circa factum tutior pars ſit eligenda; & quoad ſubditum, ſi rationabiliter dubitet, an id, quod à Principe, ſeu ſuperiore præcipitur, liceat, an non, nec valeat per principia intrinſeca, vel extrinſeca deponere dubium, probat eum tali dubio perſeuerante

non poſſe licitè obedite; quia (inquit) cum tali dobio oon poteſt habere iudicium conſcientiæ determlnatuo, qno credat licitum eſſe id, quod præcipitur, ſed conſcientia etiam erit dobia, cum conſcientia autem dubia operati oon minus malom eſt, quàm contra iudicium conſcientiæ, qoo creditur aliquid eſſe malum.

1086. Addit tamen, quòd licèt vterque, ſcilicet, tam ſubditus Principis, quàm extraneus ſpectatis ſolùm cauſis, & principiis intrinſecis ſibi uatis dubitet de iuſtitia belli, aut de honeſtate rei præceptæ, poteſt tamen deponere dubium, & formare iudicium de iuſtitia belli, ſeu præcepti ob principia extrinſeca, ſi ambo omninò ſibi perſuadeant bellum eſſe iuſtum ob auctoritatem Principis, & Cunſiliariorum eius, qui id tale decernunt, eo quòd omninò exiſtiment tam Principem, quàm Conſiliarios eſſe viros prudentes, ac bonæ conſcientiæ, qui nullo modo vellent aliis facere iniuriam, & fortè habere ſecretas iuſtas belli cauſas, quas ipſi ignorent; in tali enim caſu tam extranei, quàm ſubditi poſſunt propter horum auctoritatem dubium aliunde ortum deponere, & ſibi perſuadere bellum eſſe iuſtum, ſuum iudicium eis ſubmittendo; & ita quamdiu hoc ſibi verè perſuadent, poſſunt ire ad bellum, & licitè militare. & hoc, ait idem Vaſquez, maximè habere locum in ſubditis rudibus, & ignorantibus, qui non ita facilè ſciunt diſcernere id, quod præcipitur, nec circa illud dubitare liceat, necne, qui proinde multò magis excuſantur, ſi bona fide ſecuti auctoritatem ſuperioris, ſeu domini, ei obediunt non diſcernentes iuſtitiam eius, quod præcipitur, cùm ipſi id indicare non poſſint; & idem quod Vaſquez, ſentire Lorc. 2.2. *ſect*. 3. *diſp*. 53. *n*. 7. teſtatur Coninch *d. dub*. 5. *n*. 79. & in re quod Vaſquez ſentire videtur Palaus *d. diſp*. 3. *puncto* 14. cuius fundamenta adducuntur *infra*.

Secunda ſententia diſtinguens inter ſubditum, & extraneum.

1087. SEcunda ſententia, quę eſt communis, diſtinguens inter ſubditum Principis indicentis bellum, & non ſubditum, aſſerit ſubditum, qui exorto dubio, an bellum eſſet iuſtum, præmiſit examen pro ſuo captu iuxta ſuprà dicta, non potuit certò cognoſcere, an ſit iuſta belli cauſa, necne, ſed adhuc manet dubius, ſeu dubitat de iuſtitia belli ſiue defenſiui, ſiuę offenſiui, ſi à ſuo Principe vocetur ad bellandum, poſſe licitè, & teneri militare; non ſubditum verò neque ſponte, neque inuitatum poſſe in tali bello militare, ſi verè dubitat rationabiliter de eiuſdem belli iuſtitia, eo quòd habeat graues rationes dubitandi de iniuſtitia belli. ita Caietanus *d. v. bellum*, Syluester *eodem d. q*. 9. Angelus *eodem n*. 4. Armilla *n*. 4. Tabiena *q*. 11. *n*. 14. Nauarrus *in man. c*. 15. *n*. 15. Driedo 2. *de libertate Chriſtiana cap*. 6. Gab. *in* 4. *diſt*. 15. *q*. 4. *art*. 2. *concl*. 4. Maior *ibidem q*. 20. Victoria *vbi ſupra n*. 31. Bann. 2.2. *q*. 40. *dub*. 6. Valent. *d. p*. 2. *verſic. Sextò certum eſt*. Molin. *d. diſp*. 113. *concl*. 3. *& diſp*. 114. Corduba *lib*. 1. *quaſtionary. q*. 39 *punct*. 1. *&* 2. Sanch. *lib*. 6 *ſumm. c*. 3. *n*. 15. Sayrus *d. c*. 13. *n*. 6. Sà *v. bellum, n*. 1. Azorius 1. *p. lib*. 2. *cap*. 19. *quaeſ*. 9. *&* 3. *p. lib*. 2. *cap*. 7. *quaeſ*. 21. Villalobos 1. *p. tract*. 1. *diff*. 18. Layman *lib*. 2. *tract*. 3. *cap*. 12. *n*. 8. Filliucius *tom*. 2. *tract*. 29. *cap*. 9. *n*. 194. Bonacina *de reſtitutione diſp*. 2. *q vltima, ſect*. 1. *p. vltimo* §. 1. *&* 2. *n*. 10. Diana *p*. 4. *tract*. 5. *reſol*. 96. Ariaga 1. 2. *diſp*. 26. *n*. 37. & alij Theologi, & Summiſtæ apud eoſdem; & ita etiam poſt plura alia præmiſſa tandem ſentit Coninch *d. dub*. 5. *n*. 84. idem aſſerunt Petrus Bellinus *de re militari p*. 2. *tit*. 2. & alij, plures, quos idem Bellinus *ibidem*, & Sanchez *d. num*. 15. referunt.

Primum dictum, ſeu prima pars huius ſententiæ, quòd ſubditus à ſuo Principe vocatus, & iuſſus militare, licitè poſſit, & teneatur militare. probatur primò ex D. Auguſtino *lib*. 2. *contra Fauſtum cap*. 75. relato *in cap. quid culpatur*. cuius verba relata, & latè explicata ſunt ſupra *num*. 262. *& ſeqq*. & ſunt hæc. *Vir iuſtus ſi fortè ſub Rege homine etiam ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt, vel vtrum ſit, certum non eſt; ita vt fortaſſe Reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi.* Ex quibus verbis patet ſecundùm S. Auguſtinum, Regi etiam iniquo, & fortè peccanti ob dubium, vel iniuſtitiam belli ſibi notam indicenti bellum, & ad bellum vocanti ſubditos eſſe obediendum ab iiſdem ſubditis, dum non conſtat certò eſſe iniuſtum bellum, ſeu præceptum, excuſante à culpa ſubditos ordine ſeruiendi, ſcilicet, obedientia, ſeu obligatione obediendi; vt latè ſuprà *d. num*. 262. *& ſeqq*. explicatum, & probatum eſt. Vnde ex hoc Auguſtini dicto Gloſſa *ibidem*, quam reliqui Scribentes, & Doctores communiter, quos allegaui ſuprà *num*. 261. infert generalem concluſionem, quòd in dubiis ſemper eſt ſuperiori obediendum; quod intelligitur (vt benè notat Molina *d. concl*. 3.) de dubio ſpeculatiuo, non verò de practico, contra quod non licet operari, niſi illo depoſito. Secundò probatur, quia in dubio præſumenda eſt iuſtitia pro ſuo Principe, & non obediendo exponeret ſe periculo agendi contra obedientiam, & iuſtitiam ſuperioris exiſtentis quaſi in poſſeſſione præcipiendi, & vt ſibi obediatur, qua non poteſt priuari ob dubium ſubditi; & quoties non conſtat præceptum eſſe iniuſtum, vt latè ſuprà *d. num*. 262. *& pluribus ſequentibus* oſtenſum eſt. Quare tertiò probatur, quia, cùm ſuperior ſit in poſſeſſionè præcipiendi, non debet ea priuari, niſi conſtet eum malè præcipere, præſertim quando ſubditus nequit non parere, niſi oſtendendo publicè ſe nolle parere, & ita accuſando ſuum Principem quaſi iniuſta imperet; quo caſu ſubditis, & vaſallis, Principi ſuo non parere ſub prætextu quòd dubitent de iuſtitia belli, & quòd velint ſibi fieri notas belli cauſas iuſtas; eſſet periculoſum, vt notat Petrus Bellinus *d. tit*. 2. *n*. 6. Demum vbi bellum eſſet defenſiuum, probatur ex Victoria, quia ſi ſubditi in caſu dubij non ſequantur Principem ſuum in bellum, exponunt ſe periculo prodendi hoſtibus Rempublicam, quod multò grauius eſt, quàm pugnare contra hoſtes in dubio. ergo debent potiùs pugnare. Quæ ratio poteſt procedere etiam in bello aggreſſiuo ad recuperandam rem ſuam, vel reſarcienda grauia damna accepta, nam etiam tunc ſubditus ob ſuum dubium non ſequens ſuum Principem ad bellum, exponeret eum periculo ſuſtinendi grauiſſimum damnum. Neque obſtat fundamentum Adriani, & Vaſquez ſuprà *num*. 1084. *&* 1085. relatum. quia aliud eſt operari contra dubium ſpeculatiuum, aliud contra conſcientiam; nam ſtante dubio ſpeculatiuo, an bellum ſit iuſtum, non poteſt quidem ſubditus ſic dubitans formare iudicium determinatum, quod ſit iuſtum; poteſt tamen formare iudicium practicum determinatum, ſeu conſcientiam, quod ſibi liceat hîc, & nunc pugnare, & obedire Principis præcepto, quia in dubio, & donec conſtet de illius turpitudine, parendum ſit præcepto ſuperioris, quod licèt non variet naturam rei præceptæ, prout eſt in ſe, variat tamen in ordine ad ſubditum, & efficit, vt quod aliàs illi erat illicitum ratione dubij ſpeculatiui, contra

quod

Digitized by Google

quod ſecluſo præcepto non poterat formari iuſtè iudicium practicum de recta operatione, fiat illi licitum accedente præcepto, & poſſeſſione ſuperioris, quæ efficiunt vt non obſtanre iudicio ſpeculatiuo, formetur iuſtè practicum iudicium determioatum, quod liceat operari. Igitur io hac mareria, ſicut in aliis procedit illa diſtinctio dubij ſpeculatiui, & practici: cùm igitur in hoc caſu dubium ſpeculatiuum ſit, vtrùm bellum, quod meus Princeps indixit, vel gerit, iuſtum ſit; practicum verò, vtrùm mihi, qui de iuſtitia belli dubius ſum, liceat ſequi meum Principem in bellum, & illum adiuuare; quod aſſerit hæc communis ſententia eſt, manente priori dubio, licitum eſſe ſubditis adiuuare, & pugnare in eo bello, cùm vocantur, & iubentur à ſuo Principe, ac proinde non eſſe dubium, ſed certum, & determinatum iudicium id licere, ſeu quòd id liceat. Quemadmodum (exemplificat Molina) orto dubio ſpeculatiuo, an quod hactenus bona fide poſſedi meum ſit, necne, poſſum illud licitè retinere, ſeu formare iudicium practicum, licere illud retinere; quia cùm in dubio ſit melior conditio poſſidentis, ſimul cum eo dubio certum eſt, me illud licitè retinere; ſic etiam cùm ſubditus ſit aſtrictus ſuo Principi, ſuæve Reipublicæ, eíque obedire tenetur donec ſibi conſtet de iniuſtitia ſui Principis, ſeu ſuę Reipublicæ, debet ei parere, fauere, & auxilium prælíãdi præſtare: & ſicut (exemplificat Victoria) lictor dubitans ſpeculatiuè, an ſententia iudicis ſit iuſta, non dubitat practicè, ſcilicet, an liceat ſibi exequi ſententiam, ſed iudicat, & ſcit, quòd tenetur exequi; & dubitans, au hæc ſit vxor ſua, non dubitat de obligatione reddeudi debitum, nec concludit debitum non eſſe reddendum, ſed iudicat rectè adhuc ſe teneri ei reddere debitum, cùm illa ſit in poſſeſſione matrimonij, & iuris exigendi; ita ſubditus ſpeculatiuè dubitans an bellum ſit iuſtum, non obſtante eo dubio ſpeculatiuo, iudicat, & ſcit ſibi licere ad imperium ſui Priocipis militare, illumque adiuuare.

1088. Addit Molina *d.diſp.*113.*§.illud circa rem*, quòd, etſi ſubditus non ſolùm dubitaret, au bellum ſui Principis eſſet iuſtum, ſed etiam an in tali dubio, ſeu perſiſtente eo dubio licitum ſibi eſſet militare, & pugnare accedente Principis præcepto, quo militare præciperetur, poſſet licitè, & teneretur pugnare; quia licèt ſecundum hoc dubium ſit practicum comparatione illius prioris, eóque durante non liceat cootra illud agere, interim dum non aduenit circunſtantia, quæ tranſire illud faciat de practico io ſpeculatiuum; quia tamen per præceptum Principis tranſit in ſpeculatiuum comparatione huius alterius quæſtioois, an in dubio, oum aliquid licitum ſit, aduoniente ſuperioris præcepto ſit obediendum, conſtat parendum eſſe, ſeu formari poſſe, & deberi iudicium conſcientiæ practicæ, quòd pugna ſit licita, & debita, quia in dubio, an res præcepta ſit licita, ſuperiori parendum eſt, vt latè ſuprà *d.num.*262.*& ſequentibus* oſtenſum eſt; ideo nihil impediente vtroque dubio ſubditus poteſt licitè, & tenetur io eu euentu pugnare. Et hoc idem expreſsè approbat Salas *d.ſect.*26. *n.* 268. declarans in vtroque dubio fore parendum Principi ſuo, ſi facilè fieri poſſit, vel commune bonum id poſtulet, vt in caſu belli (inquit) poſtulare ſolet, & propterea conſtare eſſe parendum. Et puto contrarium non ſentire Valentiam *vbi ſuprà*, Azorium *d.q.*21. & Victoriam *n.*33. dum aiunt, quando miles ſubditus non ſolùm eſt dubius, an bellum ſit iuſtum, ſed etiam an licitum ſit militare, tunc non eſſe illi licitum militare, quia ageret contra conſcientiam dubiam practicam, quod non licet; nam intelligendi ſunt, quando dubitaret, an eſſet licitum parere ſuo ſuperiori præcipienti militare, vt clarè ſe explicat Valentia, tunc enim licèt ſubditus deberet tale dubium deponere, & iudicium conſcientiæ practicæ, quòd liceat parere, & pugnare, efformare: oihilominus perſeuerante tali dubio pugnando peccaret, quia ageret cootra conſcientiam dubiam practicam.

1089. Hinc huiuſmodi ſubditi, qui modo explicato licitè in dubio pugnant, ſi poſtea comperiant bellum à parte ipſorum fuiſſe iniuſtum, non tenentur damna data reſarcire, nec aliud reſtituere, niſi ex acceptis ab hoſtibus in aliquo facti ſint ditiores. Et idem dicendum eſt de quibuſcunque aliis, qui abſque peccato eos inuincibili ignorantia iniuſtitiæ excuſante fuerunt cauſa illius belli; quia cùm non peccauerint, non tenentur ratione acceptionis, ſed ſolùm rei acceptæ, ſi permaneat, vel ſi facti ſint locupletiores. ita Victoria *n.*33. Bann. *vbi ſuprà dub.*7. Molin. *d.diſp.*113. *§.dubium eſt*, Villal. *d.diff.*17.*&* 2.*p.tr.*6.*diff.*6. P. Nauarr. *lib.* 2. *de reſt.c.*3.*n.*276.*& ſeqq.* & alij magis communiter. Ac proinde Victoria, Molina, & P. Nauarr. meritò reiiciunt ſententiam Syluestri *d. q.* 9. *concl.*3. exiſtimantis ſubditum, qui dubitans de iuſtitia belli pugnauit, licèt non peccauerit ſuperioris obedientia eum excuſante, ſi poſtea ſciuerit, aut probabiliter crediderit bellum eſſe iniuſtum, teneri reſtituere etiam ea, quæ conſumpſit, & in quibus noo eſt factus locupletior.† Addit tamen Victoria, quòd ſubditus, 1090.
qui in dubio pugnauit, teneretur reſtituere damoa, quæ dedit, eſtò ex illis non ſit factus locupletior, ſi fuiſſet dubius non ſolùm de iuſtitia belli, ſed etiam dubius, an ſibi ita dubio liceret parere, & ire ad bellum; quia, inquit, tunc fecit cootra conſcientiam, & conſequenter peccauit. At Molina *loco citato* contrarium exiſtimat probabilius, & meritò. Et ratio eſt, quia ille ſecluſo errore conſcientiæ, ius verè habebat pugnandi, & infereudi ea damna, eſtò de iuſtitia belli dubitaret, vt admittit idem Victoria: iniuſtitia autem, quæ prouenit ex ſola cooſcientia erronea, quia quis putat ſe iniuſtè facere, quod facit, non inducit obligationem reſtitueodi ex parte iniuſtę acceptionis, vt patet io eo, qui putaos id eſſe peccatum ad ſui conſeruationem, occideret iniuſtum inuaſorem cum moderamine inculpatæ rutelæ.

1091. Porrò nomine ſubditorum, vt in dubio hoc iuſtitiæ belli pugnare licitè poſſint, parereque Principi pugnare præcipienti teneantur, iotelligi non ſolùm ſubditos indigenas, ſed etiam milites alienigenas mercede coonductos, qui continuis ſtipendiis ſub eodem Principe degunt tam tempore belli, quàm tempore pacis, aſſerunt Caietanus, Armilla *vbi ſuprà*, Bannes *d.dub.*6.*concl.* 1. Molina *d. diſp.*113. Valentia, Nauarrus, Layman, Villalobos locis ſuprà *num.*1088. relatis. Sanchez *d.cap.*3. *num.*16. Salas *d. ſect.*26.*num.*268. & Coninch *d.diſp.*31.*dub.*5, *num.*8. & eam reddit ratiooem Molina, quia ij ſtipendiarij reputantur taoquam famuli, qui ſimiliter in dubio parere tenentur heris, qui mercede iam antea illos conduxerant. Quamuis idem Molina addat hos fortè teneri ad maiorem diligentiam adhibendam, vt ſciant de iniuſtitia belli, quando aliqua iniuſtitiæ apparent indicia, quàm iodigenas; & in dubio ſi multum propendeant bellum eſſe iniuſtum, integrumque ſit illis diſcedere, quia expleuerunt tempus, pro quo ſe militiæ aſtrinxerant, teneri diſcedere: quod idem quoad vtramque partem aſſerit Sanchez *d.n.*16. Salas verò approbat ſolùm, quoad primam partem, Syluestrum verò, & alios dicentes ſtipendiatios in dubio iuſtitiæ belli non excuſari,

Saochez *ibidem* ait debere intelligi de iis, qui aote bellum tales non erant.

1092. Idem Sanchez *num.* 17. cum Caietano 2.2.*q.*169. *art.* 2.*circa ſolut.ad* 4 *dub.*2. addit,vt ſubditi in eo dubio iuſtitiæ belli licitè militare poſſiut, non exigi præcepium esptesſum ſuperioris, ſed ſufficere tacitum,quod ait conſiſtete in hoc, quòd ſuperior velit, vt ſubditi neceſſarij ſe militiæ adſcribant,nec obſtet eotum dubiom de belli iuſtitia, quod præceprum, ſeu velle cenſetut adeſſe eo ipſo,quòd Princeps bellum indicit, ideoqoe ex hac ſola voluntate Principis poſſunt ſubditi iuxtra eundem Sanchez dubium deponere, & militare. Ceſſaote verò præcepto tam expreſſo, quàm tacito, ait idem Sanchez non licere ſubditis ſpeculatiuè dubitantibus de rei alicuius honeſtate illam exequi, ex eo ſolùm, quòd poſſent ſuum ſuperiotem, ſeu Prælatum ſentite tem illam eſſe licitam, niſi ea authoritate ſcientiæ, & prudentiæ polleret ille apud ſubditos, vt ea ducti conciperent opinionem probabilem eſſe, id licere; quia ſeclusſis his doribus,& præcepro,ſola authotitas Prælatioois non facit opinionem eſſe probabilem, nec ſufficientem deponendi ſpeculariui dubij anſam prębet. ita Sanchez. Alij verò Doctores omnes (ſaltein Molina excepto) videntur requitere præceptum expreſſum, & verum ſuperiotis,qno ſubditi ipſi de iuſtitia belli dubitantes compellaotur militare,ſeu ſe militiæ aſſcribere. qnod probari poteſt ex eo, quòd iidem Doctores, & ipſemet Sanchez dicuot ſubditos de iuſtitia belli dubirantes iuſſi à ſuo Principe militare, licitè poſſe pugnare, quia cùm habeant obligationem ſuo ſuperiori obediendi in eo dubio, habent circunſtantiam ſufficientem deponendi illud dubium ſpeculatiuum, ſeu formandi iudicium practicum,quòd non obſtante illo dubio ſpeculatiuo illis liceat pugnare. At ſola illa voluntas Principis,vt ſui ſubditi vadant ad bellum, quam Sanchez dicit cenſeri eſſe in Principe eu ipſo,quòd bellum indicir, non obligat ſubditos obedire,ſeu ire ad bellum,cùm quilibet poſſet abſqne peccato illius executionem omittere, alioqui omnes ſubditi Principis bellum indicentis peccarent non faciendo ſe aſſcribere militiæ, vel non imperrando indulgentiam à Principe, quod eſt contta communem praxim; ergo illa ſola voluntas non eſt ſufficiens ratio deponendi dubium ſpeculatiuum, ſeu fotmandi iudicium practicum, quòd non obſtante eo ſpeculatiuo dubio liceat militare, ſed requiritur expreſſum præceptum. id quod in terminis tradit Conincb *d.diſp.*31.*dub.*5. *num.*80.dicens nullum eſſe diſcrimen inter ſubditos, & non ſubditos, qui omninò liberè & ſponte daot nomina militiæ dubij de iuſtiria belli, quia (ioquit) nulli ex his,quamdiu ad bellum non compelluntor, præ aliis poſſunt per neceſſitatem obediendi excuſari. & idem expreſsè docuit priùs Corduba *d. q.*39. *p.*1. Dixi, *ſaltem excepto Molina.* ille enim *d.diſp.*113. *concl.*3.*& diſp.*114.§. *Præcipuum aſſertum*, dicit ſubditum Reipublicæ, ſeu Principis bellum indicentis dubirantem de iuſtitia belli, & quoties de iniuſtitia non conſtat, poſſe licitè militare, quia cùm ſit ſuæ Reipublicæ,ac Principi deuinctus, bonumque illius præponere debeat cuiuſuis alterius, debet in dubio illi fauere,eumque,ſeu eam iuuare. Ex quo videtur Molina abſque præcepto expreſſo Principis de militando ſibi facto poſſe licitè ſubiectum de iuſtitia belli dubium militare,ex eo ſolùm,quod eſt Reipublicæ membrum, & tanquam membtum debete illius bono proſpicere:qoæ ratio videtur bene procedere quoad bellum defeoſiuum; & videtur etiam probabilis quoad aggreſſiuum.

Quòd ſi ſubditus non ſit dubius de iuſtitia belli, ſed probabiliter eredat, ſiue ſuſpicetur bellum à parte rei eſſe iniuſtum, tunc Coninch (& idem ſentit Syluester *d.q.*9.*tertia concluſione*,) *d.dub.*5.*num.*95. ait illi non licere militare, etiam ad imperium, ſeu præceptum ſui Principis,quia tunc(inquit)iniuſtitia belli non eſt ei dubia; & addit hoc ſempet præſumi quoties agitut de iuuandis in bello hæreticis contra Catholicos, aut ſubditis tebellantibus ſuis ſuperioribus,qui ſua poſſeſſione,ſiue iuriſdictione in ſubditos iniuſtè ſpoliantur, quamdiu non conſtet ipſos eam iniuſtè poſſidere; ſed huic dicto, ſeu doctrinæ Coninch, & Syluestri contradicit Salas *d. ſect.* 26. *n.*269. & obſtant tradita ſuprà *n.* 261. *& ſequentibus* (quæ non ſunt hîc repetenda) quibus oſtenſum eſt, ſubditum,cui certò non conſtat tem præceptam eſſe illicitam, licèt ex opinione probabili putet eſſe illicitam,poſſe,& teneri obedire ſuperiori illam præcipienti. † Et eodem dicto *n.*261.*& ſequentibus* tradita obſtant doctrinæ Caſtri Palai *d. tract.*1. *diſp.*2. *puncto* 8.*n.*2. aientis,quòd,quando ſubditi habent rationes probabiles pro vtraque parte de iuſtitia belli, poſſuot ſe illis conformare, non tamen teneri obedire Principi præcipienri milirare.Quòd enim etiam teneantur obedire,& militare, probant dicta *præfata num.*261.*& ſequentibus*. 1093.

1094.

Secundum dictum eiuſdem ſecundæ ſententiæ, ſcilicet,quòd milires exttanei, ſeu non ſubditi, nec ſtipendiarij, ſeu ante belli indictionem mercede coonducti non poſſinr milirare,ſi dubitent de iuſtitia belli, ſiue præmiſerint, ſiue non præmiſerint debitam diligenriam circa examen cauſæ belli:probatur, quia ſic ſponrè militando exponunt ſe periculo inferendi grauiſſimam iniuriam aduerſariis eoniunctam cum damno vitæ, aliorumqne bonorum, & nullam habent rarionem, ſeu citcunſtantiam, propter quam dubium illud ſpeculatiuum deponere poſſint, ſeu practicè iudicare ſibi licitum eſſe (non obſtante eo dubio ſpeculatiuo,) pugnare in illo bello, cùm in illis ceſſet neceſſitas obediendi, & quælibet alia circunſtanria excuſans, quæ in ſubditis adeſt. Confirmat Bannes ex *reg.*19. *de reg. iuris in* 6. *Non eſt ſine culpa, qui rei* (ſcilicet, periculoſæ, quæ alteri damnum infert,) *quę ad eum non pertinet, ſe immiſcet.* & facit illud Ambroſij *lib.* 3. *officiorum, cap.*9. & habetut 14.*quæſt.*5. *c.denique*, ſcilicet, neminem debere cum diſcrimine alterius alterum iuuare. † Quare iuxta auctores huius ſententiæ, vt non ſubditus licitè militare poſſit, oportebit, & ſufficiens erit, vt ſaltem probabiliter exiſtimet bellum eſſe iuſtum. ita Syluester *vbi ſuprà*, & alij *ſuprà* relati. Ad quam perſuaſionem, ſeu exiſtimationem concipiendam iuxta eoſdem Doctores ſatis erit, (vt ſuprà *numer.* 1086. dictum eſt) ſibi perſuadeat Principem indicentem bellum, eiuſque Conſiliarios eſſe viros prudentes, & bonæ conſcientiæ, & qui bellum niſi iuſtum decernerent, ſeu ſuſcipere ſolcant, & fortè habere ſecretas iuſtas belli cauſas,quas ipſi ignorant; tunc enim (vt *dicto num.* 1086. notatum eſt) miles tam non ſubditus,quàm ſubditus ſubmittendo eis iudicium ſuum, poteſt tuta conſcientia probabiliter putare Principem iure bellum alteri inferre, maximè quia ipſi milites non tenentut (inquit Valentia) valdè accuratè iuſtitiam belli examinare, cùm id munus ſit potiùs Principis, & Conſiliariotum eius, iuxta dicta ſuprà *numer.* 1076. Addunt Azorius *dicta part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *allegata quæſtion.* 19. Villalobos *dict. diff.* 18. *fine*, eiſdem non ſubditis integrum eſſe militare, quando ex probabili aliorum conſilio 1095.

1096.

ad

1097. ad id faciendum adducti permonentur. † Ex quo
dicto *cap.12. num.8. verſic. Aſſertio 4.* infert, ſi pro
vtraque patte præſumi poſſit quòd bona fide,& iu-
re practicè probabili ad bellandum procedant,
damnari non poſſe milites, ſi de iuſtitia belli ex
principiis intrinſecis dubitantes,ſeu huic, ſeu alteri
1098. patti pro ſtipendio militent. † Infert inſuper idem
Layman *ibidem* intet milites Principi bellum indi-
centi, ſubditos, & extraneos hoc diſctimen eſſe,
quòd illi iuſtitiam belli examinare non tenentur,
quamdiu nulla probabilis ratio in contrarium oc-
currit, quæ ipſos poſitiuè dubitantes reddit, vt ſu-
prà *num.*1079.dictum eſt;quia tunc(inquit)eo ipſo,
quòd ſubditi ſunt,pro Principe præſumere poſſunt.
Milites verò extranei, & non ſubditi ſpontè ſe offe-
rentes ad bellum, & non priùs conducti,inquirere
debent de iuſtitia belli, & facta inquiſitione ſaltem
probabile iudicium concipere Principem, cui bel-
laturi ſunt,bellum formaliter iuſtum gerere:& idem
videntur ſentire Caietanus *d.v.bellum.* Molina *dicta*
*diſput.*114.*initio*, (vbi allegant ad id etiam Driedo-
nem,Gabrielem, & Syluestrum locis ſuprà *n.*1087.
relatis,) Villalobos *d.diff.*18.& idem videntur tene-
1099. re nonnulli alij ex allegatis *eodem num.* 1087. † Sed
nullam exiſtimarem faciendam diſtinctionem in-
ter ſobditum, & non ſubditum, quamdiu reputant
Principem bellum indicentem, eiúſque Conſilia-
rios, & miniſtros eſſe viros bonæ conſcientiæ,& ti-
moratos, qui nullo modo vellent aliis inferre iniu-
riam,& indicere bellum, quod crederent iniuſtum;
eo enim caſu puto etiam non ſubditos, ſicut, &
ſubditos poſſe ſine vllo examine iuſtitiæ belli mi-
litare, quamdiu eis non occurrit vlla particularis,
probabilis, & ſufficiens ratio de iuſtitia belli dubi-
tandi,(hac enim occurrente ad diligens examen te-
nerentur non minus, immò magis, quàm ſubditi,
iuxta dicta ſuprà *num.* 1082.) quia rectè præſumere
poſſunt Principem iure moueri, licèt ipſi iuſtam
belli cauſam ignorent, nec expediat Principes cau-
ſam ſuorum conſiliorum aliis aperire, quæ omnia
conſtant ex dictis ſuprà *num.* 1079. *&* 1080. & ita
expreſsè tenent Coninch *d.diſp.*31.*dub.*5.*num.*81.&
omnes Doctores pro ſequenti tertia ſententia alle-
gandi, & præſertim Suarez *d.diſp.*13.*ſect.*6.*num.*12.
& fortè contrarium non ſentiunt auctores *ſuprà*
allegati, qui videntur intelligi poſſe, vt velint ſo-
lùm,quòd ſubditi dubitantes de iuſtitia belli, & co-
acti Principis præcepto ad bellandum, vt non per-
mittatur eis tempus examinandi belli iuſtitiam,
poſſint abſque examine militare eos excuſante obe-
dientia ſuperiori debita,donec conſtet illicitum eſſe
præceptum; non ſubditi verò dubitantes de belli
iuſtitia, ſemper teneantur inquirere de iuſtitia bel-
li, nec queant militare donec facta inquiſitione
perſuaſum habeant ſaltem probabiliter bellum eſſe
iuſtum; quia neceſſitas obediendi (cùm nulla ſit)
eos excuſare non poteſt. cui obligationi inquiren-
di,ſi dicti milites conſtituant vnum corpus, & ha-
beant ſua capita, ſatisfacient(vt notat Suarez)infe-
riores ſi per ſuum caput, aut Principem examinent
iuſtitiam belli, & eorum ſequantur iudicium. Dixi
verò initio huius *numeri* 1099. nullam eſſe facien-
dam diſtinctionem inter ſubditum, & non ſubdi-
tum,quamdiu reputant Principem bellum indicen-
tem,& eius Conſiliarios,& miniſtros eſſe viros bo-
næ conſcientiæ,&c. Nam etſi abſolutè bona perſo-
næ conſcientia ſit magna præſumptio ad iuſtifican-
das illius actiones;in Regibus, & ſummis Principi-
bus tamen magnus eſt ſæpè in eo puncto error,
cùm non rarò contingat eos habere iuxta ſe Con-
ſiliarios, & miniſtros, qui propter vtilitatem pro-
priam, vel ex malitia, vel quia ab aliquibus ſubor-
nati ſunt, vel quia ex bello ſperant magnum lu-
crum, vel ob alias cauſas ita diminutè rationes in
contrarium Regibus, ſeu Principibus proponunt;
proprias verò ita fortiter, vt Rex, ſeu Princeps
putet inuincibiliter ſe habere iuſtam cauſam, vbi
re ipſa iniquiſſima eſt, iuxta dicta ſuprà *num.* 1078.
Hinc fit vt non poſſit quis, quantumuis de bona
conſcientia Regis, ſeu Principis ei conſtet, face-
re inde præſumptionem, & iudicium probabile de
iuſtitia belli: vnde non ſubditi, ad quos liberiùs
perueniunt rationes in vtramque partem, quando
habent potentes rationes contra iuſtitiam belli,
& nunquam audiunt aliàs ſufficienter compen-
ſantes, meritò poſſunt, & debent timere, ne ibi
fraus lateat, & Rex, ſeu Princeps decipiatur; ac
proinde non ſufficienter excuſabuntur, ſi leuiter
credant, nec iuuabuntur ob bonam ſolius Regis
famam, niſi etiam ipſius Conſiliarij, & Miniſtri
ratione eorum prudentiæ, & timoris Dei exiſti-
mentur bonæ, & rectæ conſcientiæ, & non con-
ſulere bellum ex ignorantia, vel ex aliquo pra-
uo affectu, tunc enim faciliùs credi poteſt eos
habere iuſtas cauſas, etiamſi eas non vulgent
paſſim.

Tertia ſententia.

TErtia ſententia nullam agnoſcit differentiam 1100.
inter ſubditos, & non ſubditos; ſed aſſerit
etiam non ſubditos de iuſtitia belli dubitantes, &
ſimiliter ſubditos Principis bellum indicentis ſimi-
liter de iniuſtitia dubitantes nullo præcepto co-
actos poſſe licitè ſub eodem Principe militare, do-
nec illis non conſtet bellum eſſe iniuſtum. ita Pe-
trus Nauarrus *de iuſtitia d.lib.*2.*cap.*3.*num.*277.278.
& 279. Suarez *de charitate d.diſput.*13.*ſect.*6.*num.*11.
Salas 1.2.*d.tract.*8.*ſect.*16. *num.*272. Caſtrus Palaus
*tom.*1.*d.tract.*1.*diſput.*2.*puncto* 8. *num.*4. *&* *diſput.* 3.
puncto 14. & Trullench *in Decalogum lib.*5. *cap.* 2.
*dub.*3.*num.*8. Probatur primò ex P. Nauarro, quia
quamdiu non ſubditus, & ſubditus non eſt certus
de iniuſtitia belli, tenetur iudicare Principem il-
lam iuſtitiam habere, aliàs peccato temerarij iudi-
cij eſſet obnoxius, cùm condemnet eum, quem
ſine certis iudiciis iniuſtè bellare exiſtimet. Secun-
dò probatur ex Sala, quia expedit, vt in bello
amici, & conſanguinei, & etiam ſubditi præcepto
non compulſi Principem militantem adiuuent,non
manifeſtando illis cauſas, quibus bellum honeſta-
tur, ſed in fide Principis. Confirmat Salas, tum
quia iuxta Doctores ſecundæ ſententiæ miles non
ſubditus ſi probabiliter credat bellum eſſe iuſtum,
licitè poteſt militare, vt dictum eſt ſuprà *n.* 1096.
at quando iniuſtitia belli eſt incerta, ſemper poteſt
eſſe iſta credulitas. Tum quia etiamſi ſint rationes
euidenter probabiles, parum refert aſſenſum pro-
babilem propter illas habere, vel non habere; er-
go ſi eſt licitum cum tali aſſenſu militare, etiam li-
cebit ſuſpenſo omni probabili iudicio, cum ſola
euidentia probabilitatis id facere. † Tertiò proba- 1101.
tur ex Palao *d.puncto* 8.*num.*4. quia cuilibet licitum
eſt alterum iuuare in re, quæ præſumitur iuſta,præ-
ſertim cùm non leue emolumentum inde accipiat;
ſed bellum præſumitur iuſtum, dum de iniuſtitia
non conſtat, iuxta Menochium, & alios Doctores
ſuprà *num.*1080. relatos. Quartò ex eodem Palao
probatur nullam eſſe differentiam inter ſubditum,
& non ſubditum; nam vel vterque miles tam ſub-

Digitized by Google

ditus,quàm non ſubditus, habet rationes dubitandi de iuſtitia belli bene fundatas, vel non habet; ſi hoc ſecundum dicatur, cuilibet rationem minus fundatam,ſeu ſcrupulum deponere licet, & contra illum operari; ſi primum nullus poteſt abſque examine facto, & cum tali dubio obedire; quia ſpoliare alios bonis fortunæ, honoris, & vitæ,obſeruandum ius ſuperioris, videtur eſſe maxima iniuſtitia. Quod confirmatur ex eodem Palao, quia quando certum eſt ex ſubditi obedientia ei, vel alteri graue damnum eſſe ſequendum, non tenetur ſubditus obedire ſuperiori, ſi dubitat, an legitimè præcipiat, vt tradunt Doctores ſuprà *num.* 301. relati. ex bello autem grauiſſima eidem ſubdito, & aliis damna debent obuenire; ergo non debet obedire, ſi dubitat de iuſtitia belli, & an Princeps ſuus
1102. legitimè præcipiat. † Quintò probatur ex Suarez, quia iuxta ſecundam ſententiam ſubditi non poſſunt licitè ire ad bellum, niſi quando ſtrictè præciperentur, ita vt non eundo inobedientes fierent, ſiquidem tunc ſolùm excuſat eos obedientia; conſequens autem eſt contra conſuetudinem, & omnem morem, & eſſet pernicioſum Reipublicæ. Alias quinque rationes affert idem Suarez,quæ tamen non multum vrgent, & facilè reiici poſſunt tenendo ſecundam ſententiam. Concludit ergo Suarez *num.* 12. in dubio purè negatiuo non ſubditos omiſſo omni examine poſſe in bello iuuare Principem, quem ſupponunt bonæ conſcientiæ; ſi verò dubium ſit poſitiuum, exiſtentibus hinc inde rationibus probabilibus, ait teneri ad inquiſitionem veritatis, quam ſi non poſſint aſſequi, debere ſequi quod probabilius erit, ac iuuare illum Principem, qui habet ius probabilius, quia cùm dubium ſit in facto, & de damno proximi, vel defenſione innocentis, ſequendum eſt, quod probabilius apparuerit; ſi verò pro vtraque parte habeant rationes æquè probabiles, tunc dicit eos ſe gerere poſſe, ac ſi dubium eſſet merè negatiuum, cùm vtrobique ſit æqualitas, & præponderet au-
1103. ctoritas ſuperioris. † Sed vltra prædictas rationes, ſextò probatur hæc tertia ſententia. Tum quia Princeps, qui eſt belli cauſa principalis, non peccat; ergo neque non ſubditi, qui ſunt cauſa inſtrumentalis. Tum quia Aduocatus dubitans de clientuli iuſtitia, licitè ei patrocinatur, vt *ſuprà* dictum; nil autem refert an patrocinio, an armis aliquem quis tueatur.

1104. Neque huic ſententiæ ait Palaus obſtare, quòd ex bello grauiſſima mala oriantur, nam propter hoc dicit in authore belli requiri moralem certitudinem de iuſtitia; at verò in iuuante ſufficere, ſi probabile ſit hanc certitudinem in authore eſſe: debet autem eſſe probabile (ſubdit) quoties de iniuſtitia non conſtat; & Princeps bellum indicens vt Chriſtianus, bonæque æſtimationis habetur. Ad rationem autem, & confirmationem ſecundi dicti ſecundæ ſententiæ ſuprà *num.* 1095. adductam: Reſpondet Palaus cuilibet militi importare locare operas ſuas in bello, neque ſe immiſcere rei periculoſæ moraliter, cùm ex opinione probabili operetur. quæ omnia ait à fortiori procedere in bello non purè aggreſſiuo, ſed defenſiuo; in quo dicit clarum eſſe ſufficere militibus iniuſtitiam aggredientis incognitam eſſe, vt meritò probabiliter iudicent milites etiam non ſubditi ſe adiuuare poſſe defendentem: ideóque cautè dixiſſe D. Ambroſium loco *d. num.* 1095. relato, ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſſe neutrum iuuare, non verò dixiſſe non poſſe iuuare alterum, ſed commodius eſſe abſtinere. Quòd ſi in adiutorio (ſubdit Palaus) per interceſſionem, de quo Ambroſius, conſultius eſt abſtinere à ſubuentione vnius cum læſione alterius, à fortiori in adiutorio per bellum, in neutro tamen eſt obligatio, concludit idem Palaus *d. puncto* 8. *fine.* † Puncto autem 1105.
illo 14. *num.* 4. dicit eidem ſententiæ non obſtare, ſi dicatur, quòd quiliber miles poterit modò vni, modò alteri parti militare, ſi præſumere poteſt vtrumque Principem præliantem iuſtè præliari. Reſpondet enim id non poſſe habere locum in ſubditis, qui aduerſam partem iuuantes eſſent Rei læſæ Maieſtatis, & inobedientiæ; quoad alienigenas autem ait, vt in bello aggreſſiuo vni militare poſſint, debere eos habere efficaciores, & ferè conuincentes rationes, quia ſtat pro contraria parte poſſeſſio, & in dubio non debet ſpoliari; ſecùs verò quando bellum eſt ſolùm defenſiuum. Et ſi quis vrgeat dicendo poſſeſſionem nemini ſuffragari, cùm Princeps eo ipſo, quòd bellum indicit, priuat alterum iure poſſidendi, & ad executionem ſententiæ à ſe prolatæ procedit bello. Reſpondet ſententiam vnius Principis alteri non ſubiecto præiudicare non poſſe, neque talem ſententiam dicendam eſſe propriè ſententiam, cùm ſit contra partem inauditam, & quæ non tenetur coram ipſo comparere, vt ſuprà *num.* 1023. & 1041. oſtenſum eſt; ex quo fit ex vi illius (vt iiſdem locis dictum eſt) non tolli poſſidenti poſſeſſionem. ita Palaus.

Verùm tam adducta à Palao, quàm à Sala, & Suarez videntur probare ſolum non ſubditos poſt exortum in eis dubium de iuſtitia belli, poſſe licitè gratis, vel pro ſtipendio ſponte militare, ſi non remaneant dubij, ſed ſaltem probabiliter iudicent, ſeu præſumant bellum eſſe iuſtum ob principium extrinſecum, ſcilicet, authoritatem Principis bellum indicentis, quia, ſcilicet, communiter, & apud omnes bonæ æſtimationis, ſeu conſcientiæ exiſtimetur, & prudentes, ac timoratos Conſiliarios habere, & ita nonniſi ex iuſta cauſa potuiſſe ad bellum indicendum, vel gerendum moueri; ſed difficultas procedit quando non ſubditi habent rationes, propter quas meritò poſitiuè dubitant de iuſtitia belli, nec ante, vel poſt cauſæ iuſtitiæ belli examen poſſunt dubium vincere, aut deponere; ſeu ſibi vllo modo ſaltem probabiliter perſuadere bellum eſſe iuſtum, quia fortè vltra alias rationes dubitandi, quæ illis occurrunt, Princeps, & eius Conſiliariorum auctoritas ſit aliquo modo ſuſpecta, ita quòd hæc nequeat eos ſufficienter mouere, vt prudenter ſaltem omninò probabiliter ſibi perſuadere poſſint eos iure fuiſſe permotos ad bellum indicendum,& ita nec iudicare, ſeu præſumere bellum eſſe iuſtum.

RESOLVTIO CONTROVERSIÆ.

IGitur mihi videtur non eſſe recedendum à ſecunda ſententia, vtpote communi, & probabiliori, quam proinde approbo cum eiuſdem declarationibus, in probando, & explicando vtroque dicto eiuſdem ſententiæ poſitis, & admiſſis. Quare

Ad primum argumentum tertiæ ſententiæ re- 1106.
ſpondetur, quòd ſicuti ad hominem iudicandum, damnandúmve requiruntur indicia, ac præſumptio iniuſtitiæ, ita etiam ad hominem iuuandum, cùm aliorum præſertim tam graui præiudicio, requiri debent indicia, vel præſumptio, illum ius agendi habere;

habere; itaque Sanchez rectè dicit aſſumptum il-
lud non eſſe vniuerſaliter verum, ſed ſi indicia ſint
ſufficientia ad dubitandum de rei iuſtitia, non au-
tem ad certum iudicium formandum, teneutur
non formare certum iudicium iniuſtitiæ belli, ſed
dubitare poſſunt: in præſenti autem difficultate
ſupponitur adeſſe ſufficientia indicia ad dubitan-
dum: immò eſto (vt ait idem Sanchez) talia non
eſſent, ſed dubitando peccarent, id tantùm proba-
tur, teneri non ſubditos dubium deponere, quam-
diu autem non deponunt, non poſſunt rem illam
exequi.

1107. Ad ſecundum expedit, quando Princeps exiſti-
matur prudens, & bonæ exiſtimationis, ac talis,
vt meritò eius conſcientiæ fidere poſſint amici il-
lius, & propter illius auctoritatem præſumere bel-
lum eſſe iuſtum; ſecus verò quando ex ſufficienti-
bus indiciis, ac rationibus ſunt omninò dubij de
iuſtitia belli, nec valent dubium vllo modo ratio-
nabiliter deponere. Ad confirmationem, ad mino-
rem primæ rationis dicitur non ſemper poſſe eſſe
illam credulitatem rationabiliter: prætereà ſuppo-
nimus non eſſe talem probabilem credulitatem, ſed
non ſubditum manere ſemper omninò dubium. Ad
ſecundam rationem, ſi rationes iuſtitiæ belli eui-
denter probabiles vt tales agnoſcantur à non ſub-
dito, iam non erit omnino dubius poſitiuè, ſed
potiùs ſaltem virtualiter opinabitur bellum eſſe
iuſtum.

1108. Ad tertium, præſens quæſtio procedit, quando
non ſubditus non præſumit bellum eſſe iuſtum, ſed
habet rationes, ſeu indicia, propter quæ meritò
dubitat de belli iuſtitia, in eóque dubio perſeuerat;
nec ſemper bellum præſumi poteſt, & debet iu-
ſtum, vt ex ſupradictis conſtat. & dato quòd non
ſubditus erraret non præſumendo bellum iuſtum,
& dubitando de iuſtitia, nihilominus donec manet
dubius, & non perſuadet, ſeu poteſt ſibi perſuade-
re ſaltem probabiliter bellum eſſe iuſtum, non po-
teſt militare, iuxta dicta ad primum.

1109. Ad quartum, ſi ratio dubitandi ſit leuis, & par-
ui ponderis, deberet deponere, interim tamen dum
non deponit, ſed remanet omninò dubius, non
poteſt operari, vt ad primum dictum eſt; ſi verò
ſit ſufficiens, & talis, vt meritò dubitet, non ſub-
ditus quidem ita dubitans nequit ſe militiæ adſcri-
bere; at verò ſubditus ob obedientiam ſeruandam
erga ſuum Principem illum ad bellum vocantem,
poteſt licitè, & tenetur militare. Quod autem di-
citur, ſubditum in dubio, an ſuperior legitimè præ-
cipiat, non teneri obedire cum periculo graui ſui,
vel aliorum intelligitur, ſi ex inobedientia nihil
incommodi ſuperiori metuendum ſit; ſecus verò ſi
illi graue detrimentum ſequeretur (vt *dicto n.* 301.
dictum eſt, & tradunt Doctores *ibidem* citati) vt in
caſu belli, quod ſolùm ob grauem cauſam indici-
tur; ac proinde ſi Principi indicenti a ſuis ſubditis
ob dubium iuſtitiæ denegaretur aſſiſtentia, maxi-
mum ipſe pateretur detrimentum.

1110. Ad quintum reſpondet Sanchez ad antecedens
ſufficere præceptum tacitum, quod cenſetur adeſſe
quoties Princeps bellum indicit, vt ſuprà *n.* 1092.
explicatum eſt. Reſpondetur ſecundò admiſſo an-
tecedente, non conſtare de contraria conſuetudi-
ne, & ſi eſſet, foret corrigenda, nec excuſaret.
Reſponderi poteſt tertiò iuxta dicta ſuprà *eodem
num.* 1092. ex Molina militem ſubditum, cùm ſit
ſuo Principi, ac Reipublicæ deuinctus, ex hac ſo-
la coniunctione, ſeu neceſſitudine, & ſubiectione
habere ſpecialem obligationem, ſeu ſpeciale ius
iuuandi ſuum Principem, ac proinde in dubio ſpe-
culatiuo de iuſtitia belli poſſe formare iudicium
practicum, quòd licitè poſſit, & debeat illi fauere,
illúmque iuuare.

Ad ſexti argumenti primam rationem rectè re- 1111.
ſpondit Sanchez non ſubdito dubitanti non con-
ſtare, an Princeps peccet, necne; & eſto conſta-
ret, poſſet eo non peccante, ipſe peccare; quia
Princeps caret dubio, at ipſe non ſubditus dubitat
de belli iuſtitia. Alteram verò rationem eiuſdem
ſententiæ, iam diu ſoluit Syluester *d. q. 9. concl. 4.* &
poſt eum idem Sanchez, & ego ipſe ſuprà *n.* 741.
& 756. igitur diſcrimen eſt inter Aduocatum, &
non ſubditum de iuſtitia belli dubium. Aduocatus
enim habet iudicem ſuperiorem, cuius eſt lite du-
bia inquirere merita cauſæ vtriuſque litigantis, &
iuxta allegata, & probata ſententiam ferre. At in-
dicere bellum eſt proferre ſententiam, & illam
mandare executioni (cùm in bello viribus agatur,
non rationibus,) contra alium Principem, quod
non licet, dum cauſa eſt dubia, vt dictum ſuprà
d. num. 741. & latiùs oſtenſum *n.* 957. *&* 969. & *infrà*
etiam dicetur.

Ad quam autem reſtitutionem damnorum te-
neantur huiuſmodi milites extranei dubij de iuſti-
tia belli militantes, explicatur infrà poſt *n.* 1117.

*Milites, qui ſunt in propoſito bellandi in quo-
cunque bello ſunt in ſtatu damnationis, nec
abſolui poſſunt, niſi mutent propoſitum, &
multò magis peccant milites ſubditi, & non
ſubditi pugnantes in bello ſiue aggreſſiuo,
ſiue defenſiuo, ſi illis conſtet de iniuſtitia
belli.*

CÆterùm in confeſſo eſt apud omnes Docto- 1112.
res, milites tam non ſubditos, quam ſubdi-
tos, qui ſunt parati bellare, ſeu in propoſito bel-
landi in quocunque bello, ſiue iuſto, ſiue iniuſto,
quales ſunt, qui ſtatim audito belli nomine, &
ſtrepitu, currunt ad pecuniæ ſonitum, nihil curan-
tes iuſtitiam, vel iniuſtitiam eſſe in manifeſto ſta-
tu extremæ damnationis, nec poſſe à Confeſſario
abſolui, niſi mutent propoſitum, & diſponant ſe
ad ſeruiendum iuſtitiæ, vel omninò artem bellandi
dimittant. ita D. Antoninus *in ſum. p. 3. tit. 4. cap. 1.
§. 1.* Caietanus, Syluester, Tabiena, Petrus Belli-
nus, Petrus Nauarrus, Molina, Layman, & alij
ſuprà *num.* 1087. *&* 1099. allegati. Dixi autem, *ſeu
in propoſito.* quia, vt Molina *d. diſput.* 114. *initio*, rectè
aduertit, vt peccent, & ſint in malo ſtatu, requi-
ritur, vt eliciant actum ea de re, quia habitibus ne-
que meremur, neque demeremur.

Quare quando militibus ſiue ſubditis, ſiue non, 1113.
conſtat de iniuſtitia belli, multò magis non pote-
runt licitè, & abſque peccato iniuſtitiæ militare
etiam ad imperium Principis; non enim licet in-
terficere innocentes quacunque humana auctori-
tate; & Princeps tunc peccat inferendo bellum,
ſed non ſolùm malè agentes, ſed etiam qui con-
ſentiunt, & illi fauent, mali ſunt, & digni morte
ſunt, *ad Rom. 1. cap. Dominus 23. q. 2. cap. ita planè,
ead. cauſa q. 4.* vnde & *in cap. qui conſentit 2. q. 3.* dici-
tur eum, qui peccantem defendit acrius, quàm
peccantem ipſum eſſe puniendum. Confirmatur,
nam non licèt interficere ciues innocentes manda-
to Principis; ergo nec extraneos. † Et hæ ratio- 1114.
nes conuincunt, quòd ſubditis habentibus con-
ſcientiam de iniuſtitia belli, non licet militare ſiue
errent,

errent, ſiue non, donec talem conſcientiam depo-
nant, vt tradit Victoria *d. relect. de iuſtitia belli n.23.*
& conſtat ex illo Apoſtoli ad Rom. 14. *Omne quod*
non eſt ex fide, peccatum eſt, & ex traditis ſuprà
1115. *num.* 19. † Conuincunt quoque damnandam eſſe
ſententiam Oberti de Orto, & Gerardi Capiſti, qui
(vt refertur *cap. 1. hic finitur lex, in principio, de feu-*
dis, & eſt *tit.27. lib. 2.*) arbitrati ſunt vaſallos, &
ſubditos in bello notoriè iniuſto teneri, & debere
ſuum Principem iniuſtè habentem guerram iuuare
ad eius defenſionem, ad offenſionem verò alterius
poſſe eum adiuuare ſi velint; quos Baldus *in d. cap.*
hic finitur lex, in principio, (& poſt Baldum Petrus
Bellinus *de re militari p.2.d tit.2.num.6.*) iure merito
dicit, fuiſſe duo pecora, conſiderata ſine iure ci-
uili, ſiue iure gentium, ſiue iure diuino; quia in-
iuſta bella, inquit, ſunt quædam latrocinia, vt no-
tatur *l.ex hoc iure ff.de iuſtit.& iure.* & pluribus aliis,
iidem Baldus, & Bellinus reprobant dictam ſen-
tentiam, ſeu potiùs errorem, quòd vaſallus ſciens
dominum habere bellum defenſiuum iniuſtum, te-
neatur, aut licitè poſſit illum in tali iniuſta defen-
ſione adiuuare; tum quia hoc legibus prohibetur,
iuxta quas non licet propulſare legitimum aggreſ-
ſorem, vt *l. ſi ſeruus, C. de his qui ad Eccleſ. confug.*
Tum, quia ſceleratis præſtare patrocinium defen-
ſionis eſt eiſdem legibus & ipſi naturæ contra-
rium, vt *in l.finali, in fine, C. ne ſacrum Bapt. & l.*
per omnes, C. de defen. ciu. tum quia hoc eſt contra
iuſtitiam, quia talis defenſor non tribuit ius ſuum
cuique, & iuſtitia eſt ars boni, & æqui. Neque
Oberto, & Gerardo fauet Bartolus *in l. vt vim, ff.*
de iuſt.& iur. vbi diſtinguens inter ius naturale, &
gentium, dicit primo caſu licere vti defenſione, &
vim vi repellere; ſecundo verò caſu non licere,
nam, vt bene notauit Petrus Bellinus *d num.6.* Bar-
tolus in priore membro non debet intelligi de eo
iure naturali, quod æquum ſecernit ab iniquo, ſed
de iure naturali, id eſt, naturali inſtinctu animan-
tibus indito, vt conſeruari cupiant, & propterea ſibi,
vt poſſunt, conſulant.

Milites an poſſint pugnare in bello aggreſſiuo, vel defenſiuo, ſi certi ſint Principem bellum gerentem eſſe dubium de iuſtitia belli.

1116. SEd quid ſi milites ſiue ſubditi, & ſtipendiarij,
ſiue non ſubditi, certi ſint Principem gerentem
bellum eſſe dubium de iuſtitia belli. certum eſt
Principem ſiue ante debitum, ſiue poſt diligens, &
debitum examen cauſæ dubium de iuſtitia belli
peccare mortaliter contra iuſtitiam, ſi indicat, &
moueat bellum aggreſſiuum aduersùs alterum, tunc
enim bellum eſt iniuſtum, vt expreſsè, & bene
Azorius 3 *p.lib.2.d.cap.7.q.1.* Molina *d. diſput.114:*
§.ſi verò. Filliucius *tom.2.tract. 29. d. cap.9.num.194.*
Trullench *in Decalog. lib. 5. dub. 3. num.7.* & priùs
Bannes *2.2.d.q.4.art.1.dub. 6.concl.3.* & conſtat ex
dictis ſuprà *num. 957. & 969.* & tradunt Doctores
ibidem citat, & alij communiter. Certum eſt etiam,
ſi bellum ſit defenſiuum, licèt Princeps ſe defen-
dens ſit dubius de iuſtitia belli, ei licitum eſſe ſe
tueri, & hoſtem inuadentem, ſi aliter ſe defende-
re non poſſit, interimere, quia licita illi eſt de-
fenſio ſeruatis iis, quæ ſuprà *dicto num. 960. & ſeqq.*
& 969. & ita in terminis Azorius, & Filliucius *vbi*
ſuprà & conſtat ex dictis allegatis *num.957. & 969.*
& docent Doctores *ibidem* allegati, & alij commu-
niter. in controuerſia enim dubia, & litigioſa, do-
nec res fuerit per eos, ad quos de iure ſpectat, vel
per arbitros electos definita, & lata ſententia in
fauorem alterius ex litigantibus, ſi vnus de facto
bello aggrediatur alterum, is licitè ſe poteſt defen-
dere, vt latè explicatum eſt, ſuprà *numeris citatis,*
& num. 1016. & ſequentibus, & nullus diſſentit.
† Hinc ad dubium propoſitum dicendum primò 1117.
certum eſſe non licere vlli militi pugnare in bello
aggreſſiuo, ſi ſciat Principem inferentem eſſe du-
bium de iuſtitia belli, cùm illud bellum ſit iniu-
ſtum, vt dictum eſt; & hoc nouit miles, cùm cer-
tus eſt de dubio Principis. ita Bannes, Azorius,
Filliucius, Trullench *locis citatis*, & Caſtrus Palaus
tom.1.tract.1. diſput. 3. puncto 13. num. 11. Secundò
dicendum certum eſſe, cuicunque militi licitum
eſſe pugnare in bello defenſiuo, quod Princeps du-
bius de illius iuſtitia gerit, licèt ipſe miles ſciat
eum eſſe dubium, quia huiuſmodi bellum eſt iu-
ſtum ex parte eiuſdem defendentis. ita iidem Ban-
nes, Azorius, & Filliucius.

Ad quam, quantámve reſtitutionem damnorum tenentur milites, qui cum peccato contra iuſtitiam in bello militarunt.

AN autem, & ad quantam reſtitutionem dam- 1118.
norum, quæ illata fuerint, teneantur mili-
tes, qui cum peccato contra iuſtitiam adiuuant,
ſeu cooperantur ad bellum. Reſpondendum plu-
ribus dictis. Primum ſi poſtea illis innoteſcat bel-
lum in ſe fuiſſe iuſtum, nil teneri reſtituere, vt
conſtat ex dictis ſuprà *num.1089.* & docent Molina
de iuſtit.tract.2. d. diſput. 114. §. petes. & diſput.113.
§.dubium, & alij Doctores *d. num.* 1089. citati. † Et 1119.
quia cooperantes ad bellum cum peccato contra
iuſtitiam non tenentur (vt notauit etiam Molina
d.§ petes) reſtituere, niſi in defectum principalis,
ſcilicet, Principis, quia cauſa fuit præcipua om-
nium damnorum, qui ſi bellum fuit à parte rei
iuſtum, ad nullam reſtitutionem tenetur. † Secun- 1120.
dum dictum, ſi illis poſtea conſtet de iniuſtitia bel-
li, obligati eſſent reſtituere damna omnia illata ra-
tione ſuæ cooperationis, eo quòd iniuſtè formali-
ter, & materialiter dediſſent, quod iuxta mox di-
cta intelligendum eſt in defectum Principis, qui
fuit cauſa principalis eorum omnium damnorum,
niſi Princeps ob ignorantiam inuincibilem à culpa
excuſaretur, quo caſu ipſi ſoli tenerentur tum
damna omnia, quæ ipſi dediſſent, tum etiam illa,
quæ data non eſſent, niſi ipſi in eo bello auxilium
præſtiſſent, vt rectè docet Molina *d. diſput. 114.*
§. quod ſi. † Tertium dictum, ſi finito bello, & ad- 1121.
hibita diligentia debita, dubium maneat, an bel-
lum fuerit iuſtum, ſi certum erat, Principem, dum
bellum intulit, aut geſſit, fuiſſe dubium de iuſti-
tia belli, omnia damna ſunt aduerſariis integrè re-
ſtituenda, ſcilicet, in defectum Principis, qui præ-
cipua cauſa illatum damnorum extitit, & ad illa
reficienda tenetur. Nam ſicut dubius, an aliquid
ad ſe pertineat, illud vſurpans à bonæ fidei poſſeſ-
ſore peccat mortaliter, & tenetur ei illud integrè
reſtituere, ſic qui dubius, an iuſtè poſſit damnum
inferre proximo, illud infert, & mortaliter pec-
cat, & tenetur integrè illud reſtituere, cùm in vtro-
que caſu melior ſit conditio poſſidentis bona fide.
ita etiam Molina *d. diſput.114.* † Quartum dictum 1122.
ſi poſt confectum etiam bellum, & adhibitam de-
bitam diligentiam maneret dubium, an bellum
iuſtum fuerit, non tamen conſtaret quali conſcien-

tia Princeps bellum intulerit, neque ille faciat reſtitutionem, extranei milites, qui dubitantes bellum eſſe iniuſtum, in eo bello adiuuerunt, tenentur reſtituere partem damnorum, quorum fuerunt cauſa, maiorem, vel minorem prudentis viri arbitrio pro quantitate dubij, vel veriſimilitudine maiori, vel minori, quòd bellum fuerit iuſtum. ita Molina *d. diſput.* 114. *fine*, probans ex eo, quia ſi iuſtitia eſſet à parte illius, quem adiuuerunt, ad nullam ipſi tenerentur reſtitutionem; ergo in dubio, an bellum iuſtum fuerit, ſolùm reſtituere tenebuntur pro quantitate dubij, quod ipſi habeat de belli iuſtitia. Dixi verò *extranei milites*, quia milites ſubditi, ſi ſolùm fuerunt dubij de iuſtitia belli, non verò certi, quòd Princeps eſſet dubius de iuſtitia eiuſdem belli, dum bellum geſſit, vel quòd bellum iniuſtè indixerit, non tenerentur ad vllam reſtitutionem ratione illius dubij, vt ex dictis ſuprà *num.* 1089. conſtat. Et prædicta de cognitione iuſtitiæ belli, tam ex parte Principis, & Conſiliariorum illius, quàm ex parte militum ſubditorum, & non ſubditorum neceſſaria, vt iuſtè bellum indicant, vel in illo licitè pugnare poſſint. Quæ ſicut exactè, & latè explicata ſunt; vtinam non minus exactè, & diligenter à Principibus Chriſtianis, & eorum Conſiliariis, nec non à militibus, cùm agitur de bello mouendo, vel exhibenda opera in bello indicto perpenderentur, fortè enim Europa tot non vexaretur bellis, & maiori pace frueremur.

SVMMARIVM.

1123 *Sententia aſſerens nunquam eſſe de conſilio, neque laudabilius ſequi opinionem probabiliorem, & tutiorem, quàm oppoſitam minus probabilem, & minus tutam.*

1114 *Aliquando eſt præceptum ſequendi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori; & aliquando etiam eſt præceptum ſequendi probabiliorem, relicta minus probabili, & 1125.*

1126 *Si ſint oppoſitæ opiniones de eadem re, & agatur tantùm de honeſtate, vel turpitudine operationis, conſilium eſt, & laudabilius, ſequi probabiliorem, & tutiorem, ſi id fieri poſſit ſine graui incommodo, nec ſubſit cauſa aliter faciendi, ad 1130.*

Bonitas, & honeſtas operationis moralis, an conſiſtat in indiuiſibili, d. n. 1123. & 1129.

1131 *Regula circa electionem opinionum, quando de eadem re ſunt oppoſitæ opiniones.*

§. XXXI.

An ſit conſilium, ſeu magis laudabile ſequi in praxi opinionem probabiliorem, & tutiorem, relicta minus probabili, ac minus tuta.

1123. IOannes Sancius *in ſelectis diſput.* 42. *num.* 12. *verſic. non places*, (quem ſequitur Paſqualigius *in ſuis deciſionibus, deciſione* 25. licèt illum non alleget) vniuerſaliter negat eſſe conſilium, vel laudabilius, vt quis, quando de eadem re ſunt duæ oppoſitæ opiniones probabiles, ſed altera probabilior eſt, ac tutior, ſequatur in praxi probabiliorem, & tutiorem. Probat, quia nullum eſt peccatum ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, vt ex Doctoribus ſuprà *num.* 127. relatis, & ex dictis *num.* 131. conſtat: & ſic quoad imputabilitatem ad culpam, non eſt magis tutum vnam ſequi opinionem probabilem, quàm aliam, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 137. (ſi quis enim non peccat minus probabilem, & minus tutam ſequendo, non minus tutè, quàm alius incedit, quoad incurrendam culpam, cùm non ſit dare magis, vel minus inter peccare, & non peccare.) ergo cum vna opinio non ſit magis tuta, quàm alia quoad imputabilitatem ad culpam, conſilium non habebit locum, vt dictet vnam magis eſſe ſequendam, relicta altera; & ita qui iuxta opinionem minus probabilem operatur, non agit contra conſilium, neque minus laudabiliter. Prolixiori probat Paſqualigius diſcurſu, ſcilicet, quia æquè iuxta leges prudentiæ, & æquè conformiter rationi operatur ſequens opinionem minus probabilem, ac ſequens probabiliorem; nam omnis opinio probabilis, & conſequenter omnia operatio directa, ſeu regulata ab opinione probabili (ſiue magis, ſiue minus probabilis ſit,) eſt perfectè conformis rectæ rationi, ſeu principiis rectæ rationis. Cùm hæc conformitas conſiſtat in indiuiſibili, ſicut veritas, & falſitaa, ita quòd ſi in aliquo non ſit conformis, ſtatim abſolutè eſt difformis; quare maior probabilitas opinionis non confert ad efficiendam maiorem opinionis conformitatem ad rectam rationem, ſed tantùm ad magis mouendum intellectum, & ad firmiorem intellectus adhæſionem; ergo non erit conſilium, vel laudabilius agere iuxta opinionem probabiliorem, quàm iuxta minus probabilem. Probatur conſequentia, quia laudabilitas operationis non ſumitur ex bonitate, & honeſtate materiali, ſeu quæ eſt ex obiecto, vt eſt à parte rei, ſed ex bonitate, & honeſtate ipſius opinionis probabilis, vt regulæ, & menſuræ illas infundentis in operationem, quæ opinionis bonitas, & honeſtas, cùm non ſit aliud, quàm conformitas ad rectam rationem, conſiſtit in indiuiſibili, ſicut & ipſa conformitas ad rectam rationem; ergo cùm opinio magis probabilis non ſit magis conformis ad rectam rationem, ſeu principiis rectæ rationis, nec etiam erit magis bona, & honeſta. Et ita non erit conſilium, nec magis laudabile illam in praxi amplecti.

Reſpondeo primò aliquando non eſſe conſi- 1124.
lium, nec magis laudabile ſequi opinionem probabiliorem, ſed potiùs præceptum ſequendi minus probabilem. patet ex dictis ſuprà *num.* 142. & 147. vbi dictum eſt eſſe operandum ſecundùm opinionem minus probabilem, quando ſequendo probabiliorem, ſequeretur aliquod inconueniens; & ex dictis à *num.* 134. *ad* 143. vbi oſtenſum eſt, Confeſſarium audita pœnitentis confeſſione teneri ſequi illius opinionem, licèt minus probabilem.

Reſpondeo ſecundò, aliquando eſſe non ſolùm 1125.
conſilium, ſed præceptum, & obligationem ſequendi ſententiam probabiliorem, & tutiorem, vt conſtat ex dictia de opinione, quam ſequi debet Sacerdos in adminiſtratione Sacramentorum, Medicus in adhibendis medicamentis, & iudex in ferenda ſententia.

Reſpondeo tertiò, vbi ſunt de eadem re, ſeu 1126.
operatione oppoſitæ opiniones, ſit necne licita, vel illicita, permiſſa, vel prohibita, ſi vna ſit probabilior, & tutior altera, vel ſi ſunt æquè probabiles, vna eſt magis tuta, quàm altera (quam ſi quis ſequeretur in praxi, vel nullo, vel minori periculo faciendi, vel omittendi aliquid, quod re ipſa iuxta legem diuinam, naturalem, vel poſitiuam omittendum, vel faciendum eſſet,) ſi agatur tantùm de

honeſtate,

honeſtate, vel turpitudine actionis, vel omnibos
atientis nulla adſit obligatio ſequendi in praxi po-
tius vnam, quàm alteram, ſed liberum ſit operan-
ti ſequi, quam maluerit; reſpondeo, inquam,
conſilium, & laodabilius eſſe in praxi ſequi, ſeu
amplecti probabiliorem, & tutiorem, ſi id ab ope-
raote ſine incommodo fieri poſſit, nullámve ha-
beat iuſtam cauſam, qua moueatur potiùs ad ſe-
quendum minus probabilem, & minus tutam; ita
in terminis Nauartus *in cap. ſi quis, de pœnit. diſt.7.
num.* 34. Syluester *v. dubium quæſt.*2. §. 4. Corduba
lib.2.quæſtionary quæſt.3.propoſito 3. Sanchez *de matr.
lib.2.diſput.*41.*num.*9. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.*1.
diſput. 2. *puncto* 2. *num.* 3. *fine.* Bonacina *de legibus
diſput.2.q.4.p.9.num.5. reſponſione* 2. *ad* 1. *obiectionem*,
Breſſerus *lib.* 3. *de conſcientia cap.* 6. *num.* 80. & ita
proculdubio ſentiunt alij Doctores communiter,
dum agentes de ordine attendendo, ſeu regulis
ſeruandis in electione opinionum, aiunt, quòd
qoando ſunt duæ opiniones in cæteris pares, ſed
altera earum eſt tutior, hæc vtplurimum ſeruanda
eſt. & hi ſunt Azorius 1.*p. lib.* 2. *cap.* 12. *initio.* &
*cap.*13.*q.*1. *verſic. quando igitur.* Villalobos *p.* 1. *ſum.
tract.*1.*diffic.*5.*num.*1. Filliucius *tom.*2.*tract.*21.*cap.*4.
*num.*140. Item ſi vna ſit communis, quòd hæc in
praxi regulariter eſt anteponenda, vbi altera mi-
nus communis non eſt magis tuta, vel fundata in
fortioribus rationibus. id quod præter Nauarrum
locis citatis, & *d.cap.*27.*num.*286. Azorium *d.cap.*13.
Villalobos *d. diff.* 5. & *diff.* 4. *num.* 19. Filliucium
*num.*141. tradunt communiter Summiſtæ *v.opinio*, &
plures alij, & pro hac ſeotentia facit tum *cap. Ca-
pellanus, de ferijs*, vbi S. Pontifex ſecutus eſt ſecun-
dam opinioοem, quia, inquit, meliori, & ſubtilio-
ri nititur ratione, ſcilicet, probabilior iudicaba-
tur; tum illud vulgatum, in dubiis tutiorem par-
tem eſſe eligendam, quod ſaltem debet intelligi
de conſilio, & vbi eſt ſola opinio, ibi res dicitur
dubia. Probatur ratione, quia licèt is, qui ſequens
opinionem probabilem aſſerentem aliquam rem,
ſeu actionem eſſe licitam, quæ à parte rei eſt illici-
ta, & contra legem dioinam, vel naturalem, noo
committat inordinationem formalem, & conſe-
quenter excuſetur à culpa, tamen committit inor-
dinationem materialem, quia verè, & realiter fa-
cit id, quod io re diſſonat à lege, & materialiter
eſt peccatum, ſeu malum, vt ſuprà *num.* 137. latè
explicatum eſt; ergo qui in operando eligit ſeqoi
opinionem probabiliorem, & tutiorem, in qua ſe-
qoenda, vel nullum, vel minus periculum eſt
tranſgrediendi à parte rei legem DEI, ſeu facien-
di id, quod reuera & à parte rei ſit contra legem
Dei, melios, & laudabilius, ſeu opus maioris per-
fectionis facit, quia ſic vult ooo ſolùm euitare in
ſua operatione inordinationem formalem, ſed
omnem inordinationem, & diſſonantiam à lege
DEI formalem, & materialem. Quis enim ne-
gare iure poteſt, eſſe melius, & laudabilios, &
opus maioris perfectionis, ſeu prudeotiæ, velle in
ſua operatione euitare omne malum tam formale,
quàm materiale, omnémque diſſonaotiam à lege
DEI formalem, & materialem, quàm velle eui-
tare ſolùm malitiam, ſeu inordinationem forma-
lem, exponendo ſe periculo, vel ſaltem maiori pe-
riculo faciendi id, quod à parte rei ſit malum, &
contra legem DEI? illud certè præ ſe fert maio-
rem reuerentiam erga legem Dei. & inſuper con-
ſilium prudentiæ eſt euitare omne malum, & nulli,
vel ſaltem minori periculo faciendi, quod re ipſa,
& obiectiuè eſt malom, quoties id abſque incom-
modo fieri poteſt, licèt alioqui aliunde malum il-
lud ooo debeat imputari ad culpam. † Confirma- 1127.
tur exemplis; nam ſub opinione eſt, an qui lapſus
eſt in mortale, poſſit differre pœnitentiam vſque
ad illud tempus, in quo vel moriendi, vel aliquod
Sacramentum ſumendi neceſſitas ad id hominem
adigit, & tamen certum eſt, eſſe optimum conſi-
lium prudentiæ, & laudabilius pœnitere peccati
mortalis ſtatim poſt illud perpetratum, vel ante-
quam præceptum vrgeat, vt tradit Nauartus *in d.
cap. ſi quis, num.* 32. & ſub opinione eſt, an debea-
mus confiteri ſtatim, vt nobis eſt oblata commo-
ditas, & qui iuxta opinioοem negantem illam dif-
fert, non obſtante, quòd commodè confeſſio-
nem facere poſſit, noo peccat; & nihilomious
coοſilium bonum, & ſaluberrimum eſſe, ſi tunc
fiat, quis negabit? Item opinio hinc inde eſt, an
attritio agnita ſit ſufficiens diſpoſitio ad effectum,
& valorem ſacramenti Pœnitentiæ, & qui cum ſo-
la attritione cognita accedit ad ſacramentum Con-
feſſioοis extra mortis articulum oon peccat; &
tamen citra omne dubium eſt, optimum conſilium
eſſe, & laudabilius accedere cum contritione per-
fecta. Item eſt opinio multorum, ad ſubſtaotiam
ordinum non requiri tactum materiæ ab Epiſcopo
porrectæ, & tameo nemo negabit, prodentiùs, &
conſultiùs facere, qui in ſuſcipiendis Ordioibus
materiam tangit, quàm qui oon tangit. & alia ſi-
milia exempla poſſent in medium afferri ad idem
confirmandum. † Quare fuodamentum Sancij, & 1128.
Paſqualigij ſolùm oſteodunt excuſari à culpa, &
oon facere malè formaliter, ſeu æquè bene quoad
carentiam culpæ, ſeu non imputabilitatem ad cul-
pam operari, tam qui ſequitur opinionem minus
probabilem, & minus tutam, quàm qui ſequitur
probabiliorem, & tutiorem; non autem æquè be-
ne, quoad conſilium prudentiæ, & perfectionem
bonitatis, & honeſtatis actus. Quemadmodum
æquè benè & tutè quoad carentiam, & non impu-
tationem ad culpam aliquam operatur, qui eligit
viuere cum bonis temporalibus, & in ſtatu matri-
monij, ac qoi eligit carere bonis temporalibus, &
viuere in ſtatu religionis; conſilium tamen opti-
mum prudentiæ, & opus maioris bonitatis, ho-
neſtatis, & perfectionis eſt cootemnere bona tem-
poralia, & eligere ſtatum religionis, ſi nil aliud
obſtet. † Vode ad diſcurſum Paſqualigij reſponde- 1129.
tur iuxta leges prudentiæ æquè perfectè quoad eui-
tandam culpam operari amplectentem opinionem
minus probabilem, & mious tutam, ac ample-
ctentem probabiliorem, ac tutiorem, non autem
æquè perfectè omnibus modis. Neque verum eſt
bonitatem, & honeſtatem operationis moralia
conſiſtere in indiuiſibili, ſicut in indiuiſibili coo-
ſiſtit veritas, vel falſitas iudicij, cùm ſuſcipiat ma-
gis, & minùs qooad perfectionem maiorem, vel
mioorem, vt per ſe patet. Vnde neque verum eſt
ſemper totam bonitatem, & honeſtatem moralia
operationis deſumi à bonitate, & honeſtate iudi-
cij probabilis opinatiui, à qoo regulatur; à boni-
tate enim opinionis, & eius conformitate ad re-
ctam rationem (ſiue dicta conformitas conſiſtat in
iodiuiſibili, ſiue non,) habet quidem, quòd ſit
bona eſſentialiter, & ſubſtantialiter, eo quòd ſit
conformis rectæ rationi, nec aduerſetur legi DEI
formaliter; cum quo tameo ſtat, vt etiam à boni-
tate obiectiua, ſeu obiecti operationis, & aliarum
circumſtantiarum io eadem bona operatione poſſit
refundi maior, vel minor perfectio, ſeu fieri, vt
bonitas, & honeſtas operationis ſit formaliter, &
intrinſecè

intrinſecè maior, vel minor; & quando non eſſet maior intrinſecè, & formaliter, ſi obiectum habet in ſe maiorem bonitatem, & honeſtatem obiectiuam, faciet vt operatio ſit perfectior ſaltem extrinſecè ratione eiuſdem obiecti, quod ſufficit vt conſilium habeat locum, & laudabilius ſit ita operari, quàm operari oppoſitum.

1130. Dixi autem in reſponſione, *ſi abſque incommodo fieri poſſit, nullave ſubſit cauſa aliter faciendi*, nam ſi retinens rem aliquam bona fide ex probabiliori opinione exiſtimaret rem eſſe reſtituendam alteri, ſi tamen etiam ex probabili opinione putat non eſſe reſtituendam, in hoc caſu neque de conſilio cogitur reſtituere, quia id ſine incommodo facere nequit, & quia militat alia ratio retinendi, ſcilicet, quòd in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Item probabilior, & communior opinio aſſeris Reum etiam in cauſa ſanguinis, aut perpetui exilij, vel omnium bonorum iudici præcedente ſemiplena probatione delicti interroganti teneri reſpondere veritatem, quia tamen ſine graui incommodo hanc opinionem ſequi non poteſt, ſequendo aliam, non facit contra conſilium; item quamuis opinio aſſerens omnes circunſtantias non mutantes ſpeciem, notabilitèr tamen in eadem ſpecie aggrauantes eſſe in confeſſione aperiendas, ſit probabilior, & tutior oppoſita ſententia negante, quia tamen graue onus iniungit pœnitenti; & etiam poreſt facere ſcrupulis obnoxium, videtur pœnitens habere iuſtam cauſam, non ſequendi in praxi talem opinionem.

Regulæ ſeruandæ quoad electionem opinionum.

1131. CÆterùm Nauarrus, nonnulli ex aliis Doctoribus ſuprà *num.* 1126. relatis, & alij proponunt nonnullas alias regulas in foro externo non ſolùm à iudice, ſed & ab Aduocato, & Cauſidico in patrocinio ſuſcipiendo, & cauſis defendendis, à Doctore in docendo, & à conſultore in conſulendo ſeruandas in electione opinionum, quæ ab omnibus ſaltem de conſilio videntur ſeruandæ, vbi id fieri abſque incommodo poteſt, & ſunt eædem quas *ſupra* dictum, & oſtenſum eſt, fore omnino ſeruandas à iudice in pronuncianda ſententia, & latè explicaui *à num.* 529. *ad* 736. &

Prima eſt, ex duabus oppoſitis opinionibus eſſe præferendam, & eligendam eam, quæ eſt conſuetudine recepta, ita Nauarrus *in ſum. dict. cap.* 27. *num.* 285. Azorius *dict. lib.* 2. *cap.* 9. Villalobos *dict. tract.* 1. *diff.* 4. *num.* 14. & alij ſuprà *num.* 529. vbi ab eodem *num.* 529. *ad* 533. explicatur, qua ratione *d. regula* debeat intelligi.

Secunda, eligenda eſt ea opinio, quæ nititur alicui textui, cui contraria nequit apertè reſpondere, ita Nauarrus *num.* 286. Azorius *d. cap.* 9. Villalobos *dict. diff.* 4. *num.* 15. & alij relati ſuprà *num.* 534. vbi vſque *ad numerum* 541. habetur lata explicatio eiuſdem regulæ.

Tertia regula, ex duabus eligenda, quæ fulcitur rationi conuincenti, ſeu argumento ita valido, vt ei vix reſponderi poſſit. ita Nauarrus, & Villalobos *locis citatis*, & alij ſuprà *num.* 542. citati, vbi pluribus regula hæc confirmatur.

Quarta, his ceſſantibus præferenda eſt communis opinio. ita Nauarrus *d. num.* 286. Azorius *d. lib.* 2. *cap.* 13. Villalobos *d. diff.* 4. Layman, Filliucius, & plures alij citati ſuprà *num* 487. vbi regula confirmatur. Et pluribus ſequentibus numeris declaratur appoſitis ſuis ampliationibus, & limitationibus, & *à num.* 693. latiſſimè declaratur, quandónam opinio Theologorum, aut Canoniſtarum, ſeu Iuriſperitorum, ſi ſint ſibi inuicem oppoſitæ, præferenda, & eligenda ſit.

Quinta, ex duabus opinionibus ſaltem cæteris paribus præferenda eſt benignior, & æquior, præſertim in pœnalibus. ita Syluester *verb. opinio q.* 2. Nauarrus *n.* 287. Villalobos *d. diff.* 4. *num.* 18. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 140. Trullench *in Decalog. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 3. de qua regula latè ſuprà *num.* 672. vbi etiam latè diſcuſſum eſt, an à iudice benignior, & æquior ſit præferenda communi, & benignior etiam iuxta Syluestrum, & Trullench *locis citatis* exiſtimatur non ſolùm quæ fauet reo, ſed etiam quæ conſcientiam ſoluit, v.g. *Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, de reg. iur. in* 6. quæ tamen regula limitatur in caſu, in quo præcipitur aliquid ſub pœna excommunicationis, intelligitur enim de maiori; verùm hoc expreſſum habetur in iure *cap. ſi quem, de ſentent. excom.*

Sexta, præferenda ſaltem, cæteris paribus, opinio, quæ fauet iuramento, voto, matrimonio, doti, teſtamento, libertati, viduæ, pupillo, peregrino, & aliis ſimilibus cauſis piis, & fauorabilibus. ita Syluester, Nauarrus *vbi ſuprà* Azorius *dict. lib.* 2. *cap.* 15. & faciunt Doctores relati ſuprà *num.* 501. 511. 679. 717. *ad* 772. vbi latè de hac regula, quoad iudicem, & *dict. num.* 679. an etiam ſit præferenda opinio dictis cauſis fauens, licèt oppoſita opinio ſit communis, inter cauſas quoque fauorabiles enumerantur ſubſtantia, ſeu valor actus, vt proinde ſaltem, cæteris paribus, ſit eligenda, & præferenda ea opinio, quæ valorem actus defendit, ita Nauarrus *dict. num.* 287. & Doctores relati ſuprà *num.* 725. vbi late explicatur, quomodo iudex in pronunciando debeat in æqualitate opinionum ſequi eam, quæ fauet ſubſtantiæ actus, & in quibus actibus id procedat.

Septima, vbi non agitur de prædictis cauſis piis, & fauorabilibus, ſaltem cæteris paribus præferenda eſt opinio fauens Reo, vel priuato contra fiſcum, ita Nauarrus *dict. num.* 287. Villalobos *d. diff.* 4. *num.* 21. & faciunt Doctores relati, & tradita ſuprà *num.* 496. 497. 498. 499. 502. 509. 723. & 729. quibus in locis reſpectiuè latè explicatum eſt, an, & quomodo à iudice ſit pronunciandum pro Reo contra actorem tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & pro priuato contra fiſcum.

Præter prædictas verò regulas notandum cum Azorio *d. lib.* 2. *cap.* 9. Villalobos *d. diff.* 4. *num.* 10. & 1132.
12. Filliucius *dict. cap.* 4. *num.* 140. quòd quotieſcunque ſententia aliqua eſt manifeſta ex fide, vel ei maximè accedit, eam abſolutè, & omninò eſſe amplectendam, relicta quauis alia opinione contraria, quamuis aliàs viri grauiſſimi priuſquam eam eſſe de fide conſtaret, vel definitum fuerit, illam tradidiſſent. Hoc enim ita certum eſt, & clarum vt non egeat probatione.

SVMMARIVM.

1133 *An bonum, ſeu melius ſit eſſe de eadem re morali & agibili, varias oppoſitas opiniones Doctorum, affirmatiua.*

1134 *Negatiua.*

Mala, & incommoda grauia, quæ ex opinionum varietate de eadem re oriuntur, tam attento iure poſitiuo, quàm naturali, ibid.

§. XXXII.

An bonum, ſeu melius ſit eſſe plures, & diuerſas, & contrarias Doctorum opiniones circa res morales, & agibiles.

1133. AFfirmat Inannes Sancius *in ſelectis diſp.* 44.*n.*70. vbi habet ſequentia, ſcilicet, *immeritò aliquos dolore commoueri, & triſtari, quòd tot reperiantur diuerſa ſententia in rebus moralibus, potiùs in eo fulgere maximè prouidentiam diuinam eſt arbitrandum; nam ex opinionum varietate iugum Chriſti ſuauiter ſuſtinetur; poſſet namque euenire pleroſque hominum rebelles ſe praedere, ſi ad aliquid determinatè agendum, vel omittendum conſtringerentur eo modo, quo tenentur mandata Dei implere, quòd in illis decretum ſit determinatè, & abſque opinionum varietate, quod agere oporteat, vel minus: prouidentia ergo ſuprema cautum eſt, vnicam tantùm viam operationum non dari, ſed rectam inueniri poſſe actionem, ſiue iuxta vnam, ſiue alteram opinionem operentur mortales; ſicut & melius herclè eſt plures vias ad Matritum ducentes dari, quàm ſi vnica tantùm reperiretur, nam vel eam nimis latam eſſe oporteret, aut per eam tranſeuntes impediri, & cum moleſtia pergere eſſet opus. Tum non ſolùm moleſtiam inueniendam iri eſt notum conſtringendo homines vnicam tantùm opinionem in ſuis actionibus, ſiue omiſſionibus amplexari, verùm pertimeſcendum valde eſſet ex illis plures contra opinionem nauaturos operam, & conſequenter peccaturos, potius quàm ſi placidam rem deſinerent, vel à ſibi exoſo abſtinere retraherentur: huic damno bonitas diuina medens diuerſa ingenia hominibus contulit, quibus diuersè inter ſe iudicia rerum ferrent, & ſe rectè operari arbitrarentur. Deo namque nullum emolumentum accreſcit, quod quis operetur iuxta vnam, aut alteram opinionem; ſolùm deſiderat mandatum ſuum non infringi. Cum ergo iuxta opinionem probabilem operans, Dei praeceptum non infringat., Dei non intereſt quicquam, quòd iuxta vnam, vel aliam opinionem operatio deducatur.* ita Ioannes Sancius *d. num.* 70. Hoc idem ſentit Diana *in Epiſtola ad Lectorem,* quam babet initio ptimæ partis ſuatum teſolutionem; vbi ſic admonet, ſeu alloquitut lectorem: *Caue ne multiplices opinionum varietates, que in moralibus, & in hoc maximè reperiuntur volumine, hereas animo, eaſque incuſes, quod confuſionem mentibus ignorant. Caue, ne ſummam ſimul omnipotentis aquanimitatem, ſuauequo diuina legis iugum accuſes, ac damnes. Cùm enim plura inter vnam veritatis ſemitam ita naturali lege claudantur, vt nefas ſit eam vel latum vnguem aberrare, in aliquibus tamen aliquam Deus nobis libertatem fecit, quorum videlicet veritatem vt multiplici eam calle poſſemus adire, veluti in compito collocauit. Cúmque naturaliter varium ſit, praſertim in ſapientioribus iudicium, variumque ingenium, prudenter quiſque aget, ſi prudentum iudicio, ac rationis dictamine hanc, vel illam arripuerit viam. Qua in rererum conditer, & humana conſuluit imbecillitati, & ſceleſtorum hominum exprobrauit improbitatem, quod tam latum iter nimis malitiosè fallit.* Hæc Diana.

1134. Sed in contratium, & pro negatiua parte faciunt tradita ab Antonio Maria Carotio *tract. de communi opinione, in prafat. num.* 18.19. & 20. & Cæuallos *com. contra commun. in præfat. à num.* 113. quò enim multiplicentur de eadem re opiniones Doctorum, eo magis receditur à veritate, & res incerta, & dubia redditur, cùm veritas conſiſtat in indiuiſibili, & omnis opinio inclinet ad aſſenſum, cum dubitatione, ſeu formidine oppoſiti, & ſic cum incertitudine, à quo differt à ſcientia, quæ eſt adhæſio certiſſima per euidentiam, ſeu demonſtrationem; & à fide diuina, quæ inclinat ad vnam pattem cum cettitudine, vt tradit S. Tbomas a. a. *quaſt.* 1. *art.* 4. & ita vbi plures ſunt opiniones, ibi maius periculum ettoris, iniquitatis, & iniuſtitiæ à parte rei, vt latè Cæuallos *vbi ſuprà num.* 120. & ex opinionum diuerſitate ius dubium, & obſcurum reddi, habetur *l.* 1. *prope finem*, §. *noſtram autem conſummationem, C. de vet. iur. enucl.* & tradunt communiter Iuriſperiti, quos Carotius allegat *dictis num.* 18. & 19. vbi ex Ioan. Fabro, & Decio, & communi addit ex opinionum diuerſitate natam eſſe obſeruationem, quæ non ſolùm leges non eſt interptetata, ſed potiùs eas deſtruxit, & ius poſitiuum petturbauit, cùm ptiuauerit eaſdem leges claritate, & facilitate, quæ adeò legum propriæ ſunt, vt ſi ſint obſcuræ tanquam inutiles ad deciſionem cauſarum allegari non debeant, atg. *l.* 2. *in principio, C. de ind. vidui. toll.* ex eadem opinionum diuerſitate factum eſſe, vt omnia iura iam ſint arbittaria, & ſic abſque lege, abſque iure, abſque ratione viuamus, tradit Cæuallos *dict. num.* 113. Ex eadem otiuntur lites, diſcordiæ, & terum diuiſiones, vt inquit *num.* 114. idem Cæuallos. qui proinde *num.* 148. concludit fore valdè conueniens, vtile, & neceſſarium, vt omnes communes opiniones contrariæ ad certas leges reducantur. & Carotius *dict. num.* 20. & 27. ait quòd quia ius tot opinionum contrariarum tenebris inuolutum redditum, erat inutile, & lites in longum protractæ, non ſine maximo partium diſpendio, & iudicis periculo aut nullum, aut peſſimum exitum ſortiebantur, (ſiquidem iudices tantu opinionum conflictu obtuſi, quò ſe verterent, vt tuti à periculo animæ, & rei ſententiam ferre valerent, ignorabant,) Doctores exiſtimarunt in tanta opinionum contrarietate, ac confuſione, cùm aliter veritas haberi non poſſit, opinionem illam in iudicando attendendam, quæ ab omnibus, vel à pleriſque Doctoribus, qui ſuper caſu, de quo dubitare contingit, ſcripſerunt, eſſet recepta, & approbata, idque ob rationem alibi allatam.] Hinc etiam ad euitandam confuſionem, & perturbationem, & damna, quæ ex opinionum contrarietate, & varietate oriuntur, à Iuſtiniano fuit editum edictum contra interpretes iuris, de quo Alciatus *lib.* 4. *de verborum ſign. in fine.* Neuizanus *in ſylua lib.* 5. *num.* 24. & Azorius *lib.* 1. *com. opin. cap.* 10. *num.* 371. & à nonnullis Principibus ſtatutum, vt ſuorum diſtrictu iudicibus non liceret in iudicando ab opinionibus Bartoli, & paucorum aliorum Doctorum antiquiorum recedere: & concludi poteſt, quòd opinionum diuerſitas, & multitudo in materiis legalibus, & iuſtitiæ vtilis tantùm eſt Cauſidicis, & Aduocatis, qui inde viuunt, & locupletantur, ſubminiſtrante illis opinionum diuerſitate, & multiplicitate occaſionem pattocinandi in quacunque ferè cauſa, & protrahendi in longum lites, & prouocandi ab vno, ad alium iudicem ſuperiorem; quæ omnia etſi maximè oſtendant non expedire oppoſitarum opinionum multiplicationem foro iudiciali inſpecto; nihilominus videntur idem perſuadere in vniuerſum; ex opinionum enim diuerſitate, & multiplicitate, quas varij Doctores introduxerunt, tot bella inter Chriſtianos Principes originem trahunt, cum tanto animarum, corporum,

&

& bonorum temporalium detrimento; rixæ, & contentiones cum publico ſcandalo oriuntur inter regulares, dum ſubditi, alicuius Doctoris, & fortè etiam minus claſſici opinione freti, ſæpè recuſent ſuis ſuperioribus obedire: gignuntur perplexitates conſcientiæ; inde etiam oppoſitæ, & contrariæ reſponſiones eadem de re, quæ à variis Confeſſariis dantur eiſdem pœnitentibus, qui inde non rarò perturbantur, excandeſcunt, & remanent incerti, quid facere debeant, ad peccatum euitandum. Inde Confeſſariis præcluditur via tum adſtringendi pœnitentes ad acceptandas, & exequendas pœnitentias, quas iudicant peccatis correſpondentes, & etiam opportunas ad præcauendum peccatum in futurum; tum agnoſcendi ſtatum eorundem pœnitentium, & præſcribendi medicinam, qua in poſterum à peccatis præſeruentur. Inde homines laxioris conſcientiæ, parum timorati, & ad quædam vitia propenſi, dum eis proponuntur ſententiæ liberiores in materia eorundem vitiorum, & illas in praxi amplexantur, & exponuntur periculo habendi facilè in vitium. Denique cùm veritas vna ſit, & in indiuiſibili conſiſtat, vt dictum eſt; & ita tanto ab illa magis recedatur, & errores à parte rei multiplicentur, quanto circa eandem actionem, ſeu rem opiniones oppoſitæ, & diuerſæ multiplicantur; inde fit vt opinionum multiplicitas perturbet ius naturale, ſicut perturbat ius poſitiuum, & illud reddit obſcurum, & occaſionem præbeat faciendi vt plurimum id, quod à parte rei lege naturali, & diuina eſt prohibitum, & ita committendi à parte rei iniquitates, & iniuſtitias plurimas, quæ licèt operanti iuxta opinionem (ſi probabilis ſit,) non imputentur ad culpam, tamen verè legi naturali, & diuinæ de illa materia repugnant, & proximo noxiæ, & materialiter ſaltem iniurioſæ ſunt, dum vel ſpoliatur re, quam aliàs legitimè, & iuſtè retinere poteſt, vel impeditur conſequi rem, quæ à parte rei, & verè eſt ſua. Quapropter ſupradictis attentis exiſtimo quòd melius foret non eſſe tot opiniones Doctorum de eadem re agibili, & conſultius futurum ſi Doctores abſtinerent ab introducendis nouis opinionibus, & maximè ſi ſubtili potius ratione, quàm ſolido fundamento, & electione voluntatis magis, quàm motiuo efficaci intellectum ad aſſenſum impellente nouitatem affectent. Et prædicta de conſcientia opinatiua: proſequamur reliqua ad conſcientiam dubiam ſpectantia.

PARS SECVNDA
DE
CONSCIENTIA DVBIA.

SVMMARIVM

§§. Trigeſimitertij, & trigeſimiquarti.

1135 *Conſcientia dubia, ſeu dubium circa res agendas, quid propriè ſit & 1136.*
1137 *Dubium varijs ex cauſis oritur.*
1138 *Dubium ſtrictè acceptum, & vt dicit ſuſpenſionem intellectus neutri parti aſſentientis, vel diſſentientis, poteſt eſſe in actu exercito, & in actu ſignato, ſcilicet, cum reflexione in ſuum actum.*
1139 *Vtrouis modo contingat, nil refert quoad bonitatem, & malitiam operationis, & an ſit idem in materia hæreſis, & fidei.*
1140 *Dubium aliud ſpeculatiuum aliud practicum.*
1141 *Item aliud iuris, ſeu de iure, aliud facti, ſeu de facto.*
Quot modis contingat dubium iuris ibid.
Quomodo inter ſe differant dubium iuris, & dubium facti. ibid.
1142 *Ad regulandam voluntatem, & humanam operationem non eſt attendendum ſpeculatiuum, ſed practicum.*
1143 *Operari cum dubio ſpeculatiuo, ſeu cum conſcientia ſpeculatiuè dubia, licitè contingere poteſt.*
1144 *Operari cum conſcientia practicè dubia, ſeu cum dubio practico ſemper eſt peccatum.*
1145 *Procedit hoc etiam ſi dubium ſit merè ſuſpenſiuum ſine reflexione in ſuum actum.*
1146 *Quid ſi tenui aſſenſu iudicaret aliquid eſſe licitum, & valde dubitaret eſſe illicitum.*
1147 *Operari cum iudicio ſpeculatiuo ſine principiis practicis ſufficientibus ad formandum iudicium practicum procedens de honeſtate operationis eſt peccatum.*
Impoſſibile eſt variare iudicium ſpeculatiuum, ſeu illud deponere in praxi, niſi adſit efficax, vel probabilis ratio variandi, ſeu diſponendi. ibid.
1148 *Operari cum conſcientia practicè dubia, ſeu cum dubio practico, quale peccatum ſit, & cuius ſpeciei.*

§. XXXIII.

Conſcientia dubia quæ ſit, quidque dubium propriè ſumptum, vnde oriatur, aliud merè ſuſpenſiuum, aliud cum iudicio expreſſo, aliud de iure, aliud de facto; aliud ſpeculatiuum, aliud practicum, & quod peccatum ſit operari cum dubio practico, an aliquid ſit illicitum.

1135. ET in primis nomine conſcientiæ dubiæ intelligitur dubium, ſeu dubitatio intellectus circa res agendas, ſeu circa actionem moralem, vtrùm licita ſit, vel illicita, & accipitur hîc dubium propriè, quod, vt conſtat in dictis *suprà* in hoc titulo primo *num.* 3. eſt ſuſpenſio iudicij circa vtramque partem contradictionis, intellectu dum rem perpendit, neutri parti aſſentiente, aut diſſentiente, & ita tradunt communiter Doctores, Syluester *verb. dubium, initio*, Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 284. Gutierrex *de matrim. c.* 49. *num.* 75. Bartholomæus Medina 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 2. *dub.* 2. Vaſquez *in* 2. 2. *diſp.* 65. *num.* 4. Sanchez *de matr. lib.* 2. *diſp.* 42 *initio, & in ſumma lib.* 1. *cap.* 9. *initio, & cap.* 10. *num.* 4. Azorius *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. Reginaldus *lib.* 13. *num.* 79. & 80. Beccanus *part.* 2. *tract.* 1. *q.* 8. *num.* 1. Coninch *de Sacram. diſputat.* 34. *num.* 81. Layman *lib.* 1. *tractat.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 153. Ioannes Sanciuia *in ſelect. diſputat.* 42. *num.* 2. Salas *in* 2. 2. *tract.* 8. *num* 138. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *num.* 2. Gordonus *in ſumma lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 22. & *lib.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 52. Bonacina *tract. de peccatis diſp.* 2. *quæſt.* 4. *p.* 7. *num.* 1. & alij communiter. † Quare dubium conſiſtit in voluntaria iudicij ſuſpenſione, 1136.
non ſolùm quod exercitium (quod non ſufficit ad dubitandum, cùm poſſit quis circa res certiſſimas ſuſpendere iudicium, & conſiderationem,) ſed etiam quoad ſpecificationem, quia, nimirum, voluntas non determinat intellectum ad alteram partem contradictionis, ex eo quòd non inueniat rationem ſufficientem connexionis extremorum in aliqua parte, ac proinde dubium non dicit ſolam abſentiam actus circa rem, de qua dubitatur, vt opinatus eſt Cano *lib.* 12. *de locis, cap.* 10. ſed etiam includit cognitionem, & iudicium, quaſi reflexum de minus ſufficienti medio, aut ratione ad aſſentiendum, vel diſſentiendum.

Oritur huiuſmodi dubium (vt notant Salas *n.* 139. 1137.
Reginaldus *num.* 80. Coninch *d. num.* 81. & Gordonus *dict. num.* 52.) Aliquando ex nuda ignorantia, ſeu ex defectu medij reſpectu vtriuſque partis, vt in agibilibus contingit in eo, qui ſic dubitat, an liceat ſibi aliquid agere, vel omittere, vt deſtituatur omni ratione probabili, propter quem eliciat aſſenſum, vel diſſenſum; & in ſpeculatiuis, an aſtra ſint paria, vel an arenæ maris ſint pares, quod Coninch vocat dubium negatiuum: aliquando verò oritur propter rationes, vel ex variis principiis intrinſecis, vel ex deciſionibus Doctorum quoad factum vniuersè, vel ex aliis coniecturis petitis ex circumſtantiis probabilibus vtrinque, & tanta æqualitate, vt intellectus, ſeu homo illinc meritò dubitet, & ſuſpendat aſſenſum: ſi enim non eſſent vtrinque rationes æquales, vel ferè æquales, ſed pro vna parte leues, & pro altera vrgentes, (vt in ſcrupuloſis contingit,) immeritò ſuſpenderetur aſſenſus circa partem pro qua apparent vrgentiores, & ſufficientes rationes, & hoc dubium Coninch appellat poſitiuum.

Poteſt inſuper dubium ſtrictè, & propriè acceptum, (vt notarunt Vaſquez *dict. diſp.* 65. *num.* 4. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 3. Filliucius *vbi ſuprà*, & Palaus *d. tract.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 1. *num.* 1. contingere duobus 1138.
modis,

modis, vno modo in actu, vt dicunt, exercito, vt cum rationibus hinc inde repræſentatis, & perpenſis intellectus hæret anceps, nec efformat iudicium, an res ita ſit, necne, neutri parti contradictionis aſſenſiens, nec vltra ſuper ſuum actum dubitãdi reflectit: altero modo in actu, vt vocant, ſignato, vt cùm intellectus reflectens ſupra actum dubitandi, expreſſo iudicio affirmat talem rem eſſe dubiam, & incertam, v.g. indicat eſſe dubium, & incertum, an tale quid vel vniuersè, vel hîc, & nunc liceat, necne; quoad hanc enim materiam bonitatis, vel malitię actionis moralis, nil refert vtrouis modo quis dubitet, an aliquid liceat necne, vt præallegati Doctores tradunt, & in-
1139. frà explicabitur. † Quamuis quoad materiam hæreſis, ſeu fidei, multum intereſſe, ſeu diſtare dicant Vaſq. & Filliucius *vbi ſuprà*, ac indicat Sanchez *eodem n.* 3. nam in primo dubio merè ſuſpenſiuo circa propoſitionem fidei aiunt, non eſſe hæreſim; in ſecundo verò, cùm quis, reflectens ſupra actum dubitandi, actu elicito iudicat propoſitionem fidei eſſe dubiam, eſſe hæreſim, de qua re latè egi in meo tractatu *de triplici Iubilæi priuilegio*, *ſectione* 1. *caſu* 10. *n.* 80. *&* 81. vbi cum magis communi Doctorum tenui nullam eſſe differentiam inter vtrumque modum dubitandi circa res fidei: ſed etiam deliberatè & pertinaciter dubitantem; ſolum ſuſpendendo aſſenſum rebus fidei eſſe, verè & propriè hæreticum.

1140. Porrò dubium ſtrictè ſumptum, (vt conſtat ex dictis ſuprà *numero* 6.) duplex eſt, aliud ſpeculatiuum, aliud practicum. Speculatium, (vt *ibidem* explicatum eſt,) cõtingit cùm quis abſtractè à circuuſtantiis, ſeu conditionibus hîc & nunc, & ab exercitio operationis dubitat abſolutè, & in communi, vt hoc, vel illud ſit licitum, nec ne, an hæc res, quam poſſideo, ſit mea, vel aliena. Practicum, quando quis in particulari, & ipſo exercitio operis dubitat, vt an hîc & nunc ſibi liceat operari, nec ne, an liceat ſibi rem, quam poſſidet, retinere donec cognouerit eſſe alienam: & hanc diuiſionem dubij ponunt, & approbant Doctores ſuprà *n.* 1135. relati: Fagnan. *controu. lib.* 1. *c.* 65. Bec. *p.* 2. *tract.* 1. *c.* 4. *q.* 8. *n.* 1. Dian. *p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 1.

1141. Rurſus dubium eſſe poteſt vel iuris, ſeu de iure; vel facti, ſeu de facto, vt explicatum eſt ſuprà *n.* 7. & dubium iuris (quod, vt *ibidem* dixi, poteſt eſſe tam ſpeculatiuum, quàm practicum,) pluribus modis contingere poteſt, vt ex dictis *eod. n.* 7. conſtat, & explicat Becanus *vbi ſupra*, nempè primò ſi quis dubitet, an iſta actio in ſpecie contractus ſit iuſta, necne: ſecundò ſi non dubitet in ſpecie, ſed tantùm in particulari, vt ſi ſciat, mendacium eſſe malum, ſed tamen dubitet, an aliquando cum his, aut illis circunſtantiis ſit licitum: tertiò ſi dubitet, an de tali re facienda, vel omittenda ſit præceptum, vel lata lex, necne, vel talem actionem facienti per legem iniuncta talis pœna, v.g. cenſura excommunicationis, aut irregularitas: quartò ſi dubitet de duobus præceptis ſimul concurrentibus, vtrùm ſit ſeruandum, ſi vtrumque ſimul ſeruari non poſſit. v.g. ſi dubitet, an debeat audire ſacrum in die Dominico, an ſubuenire ægroto, & omittere ſacrum: quintò ſi dubitet, an actus ſit legitimus, ſeu factus cum ſolemnitatibus ad illius valorem iure naturæ, vel poſitiuo requiſitis, v.g. an teſtamentum ſit legitimum, necne. Dubium facti eſt de ipſo opere quoad ſubſtantiam, vel qualitatem, ſeu circunſtantiam, & conditionem, ex qua facti honeſtas pendet, prout *dicto n.* 7. declaratum eſt: vt ſi quis dubitet an occiderit, ex cuius occiſione obligatus ſit reſtituere: vel contraxiſſe irregularitatem, vel ſi coniuges dubitent, an matrimonium ſit validum, ex quo pendet, an concubitus ſit inter eos honeſtus, & hanc eãdem diſtinctionem agnoſcunt & ponunt præallegati Doctores, & repetit Vaſquez *in opuſculo de reſtitutione cap.* 6. §. 3. *n.* 75. vbi ait dubium facti, (& idem approbat Ioannes Sancius *loco citato*,) illud dici, cuius veritas ſumitur in propoſitione ſemper in ordine ad rem ipſam, vt ſi illa ſit propria vxor, vel non: iuris autem dubium dici, cuius veritas in propoſitione examinanda eſt, non in ordine ad id, quod in re eſt, & ſcitur à Deo, ſed in ordine ad rectam rationem, & appetitum rectum: & talis (inquit) eſt hæc propoſitio, hoc tributum impoſitum eſt iuſta de cauſa, quia examinanda eſt arbitrio prudentis, non in ordine ad id, quod eſt in re, & idem addit dicendum de iuſto pretio. Quare dubium facti verſatur circa rem ipſam tanquam circa obiectum, an, ſcilicet, taliter ſe habeat à parte rei, vel non: non verò verſatur circa bonitatem, & malitiam rei tanquam circa obiectum, vt quòd ſit licita, vel illicita; peccatum, vel non peccatum ſit talis actio, vel omiſſio: dubium autem iuris verſatur circa bonitatem, vel malitiam rei, ſeu actionis vel in genere, & abſolutè, vel in particulari circa bonitatẽ, vel malitiam huius actionis. ex quo inferri poteſt dubium facti ſemper eſſe ſpeculatiuũ, vt etiã obſeruat Laym. *lib.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. *n.* 29. quia in dubio, ſeu quæſtione facti directè non dubitatur, aut quæritur, an operatio aliqua licita, & honeſta ſit, necne, licèt ex eo oriri poſſit dubiũ practicum iuris, vt ex dubio, an homicidium ſit factum, oriri poteſt dubium, an ſic dubitans de homicidio ſit irregularis, & peccet, ſi actum ordinis exerceat. Quomodo autem ex dubio facti oriatur dubium iuris, & è conuerſo, oſtenſum eſt *ſuprà* præfato *n.* 7. His præmiſſis,

Conueniunt Doctores, ad regulandas humanas actiones non tam attendi debere iudicium ſpeculatiuum, quàm practicum, ſcilicet, dum hîc, & nunc quis dubitat, an aliquo præcepto teneatur, ſeu an hîc, & nunc licitum ſit agere, vel omittere aliquid, ita Sanch. *lib.* 1. *ſum. c.* 9. *n.* 4. Palaus *d. puncto* 1. *num.* 3. Gordonus *d. quæſt.* 6. *n.* 53. & Doctores communiter citati ſuprà *n.* 9. 11. *&* 12. & *infrà* allegandi, & conſtat ex dictis ſuprà *num.* 8. vbi oſtenſum eſt regulam propriam voluntatis, & humanæ operationis eſſe conſcientiam practicam, ſeu iudicium practicum. 1142.

Hinc concludunt omnes Doctores *n. præcedenti*, & aliis numeris citatis allegati, & *inf.* allegandi cum dubio ſpeculatiuo, ſeu non obſtante dubio ſpeculatiuo, ſtare & eſſe poſſe iudicium practicum certum, & prudens de recta operatione, ſeu quòd liceat hîc, & nunc operari; id quod etiam oſtenſum eſt ſuprà *n.* 10. & patet exemplis tum *eod. n.* 10. tum *n.* 1140. allatis; nam non obſtante dubio quòd res, quam poſſideo, ſit aliena, poſſum habere iudicium certum, quòd liceat mihi illam retinere, eo quòd melior ſit conditio poſſidentis, & non obſtante dubio ſpeculatiuo, an huic viro ſit reddendum debitum coniugale, attentis circunſtantiis, poſſeſſione, & periculo damnorum, poteſt haberi iudicium, quod huic exigenti hîc, & nunc ſit reddendum debitum. Quare hæc duo iudicia non ſunt neceſſariò conformia, vt ſuprà *d. n.* 10. dictum eſt; ſicut etiam dubio ſpeculatiuo non eſt propriè contrarium iudicium practicum de recta operatione, ob aliquam circunſtantiam, ſeu poſſibilem rationem formatum, non obſtante eodem dubio ſpeculatiuo licitum ſit, necne, operari, id quod ſuprà *n.* 15. declaratum eſt. Quòd ſi obiiciatur iudicium practicum oriri ex ſpeculatiuo, & in eo fundari, & conſequenter fieri non poſſe, vt iudicium practicum ſit certum, & prudens, ſi ſpeculatiuum ſit dubiũ. Et cõfirmatur, quia rectè ſequitur: Non licet mihi aliquem aggredi bello iniuſto, ſed ego dubito, an hoc bellum ſit iuſtum; ergo dubito, an mihi liceat 1143.

aliquem aggredi in hoc bello:ac proinde hoc iudiciũ non poteſt eſſe determinatũ,& certum. Reſpondetur cum Beccano *d.q.8.n.4.* quòd iudicium licèt practicũ ſupponat aliquod iudiciũ ſpeculatiuum;tamen propriè oritur ex propriis principiis practicis,ex quo fit, vt exiſtente cognitione ſpeculatiua dubia,iudicium practicum nihilominus poſſit eſſe certũ,& prudens, ſi eliciatur ex principiis practicis certis, vt patet in exemplis allatis;nam licèt quis ſpeculatiuè dubitet, an hæc res,quam poſſidet, ſit ſua,poteſt tamen practicè eſſe certus, ſe poſſe etiam illam retinere tanquam ſuam;ſic diſcurrendo in dubiis certum eſt meliorem eſſe conditionem poſſidentis, & certum eſt me poſſidere hanc rem;ergo,&c. Similiter ſubditus ſpeculatiuè dubitans de iuſtitia belli ſui Principis, poteſt eſſe practicè certus ſibi licitum eſſe in eo militare,hac ratiocinatione,nempe quia certum eſt ad ipſum non pertinere iudicare de iuſtitia belli,& certum eſt obediendum eſſe ſuo Principi, quoties non conſtat de iniuſtitia belli; ergo certum eſt me poſſe militare in hoc bello. Et prædictorum ratio eſt,quia iſta practica principia non ſemper ſumuntur ex veritate rei,ſed ſæpè ex circunſtantiis,& dubiis occurrentibus hîc,& nunc,quibus omnibus penſatis iudicat ratio practica,quid agere liceat in tali caſu;vnde fit vt poſſit certitudo practica ſtare cum dubitatione ſpeculatiua.

1144. Similiter tanquam certam concluſionem ſtatuunt Doctores operari,vel omittere actionem cum dubio practico,an hîc,& nunc liceat operari, vel abſtinere ab operatione, eſſe peccatum; ſed ad rectam operationem requiri neceſſariò aſſenſum, ſeu iudicium, quo exiſtimet ſibi licitum eſſe,& nullum eſſe peccatum hîc, & nunc operari.ita omnes Doctores allegati hoc §.& allegati ſuprà *n.9.* vbi id latè probatum eſt pluribus rationibus,& præcipuè,quia qui operatur cum dubio practico,an hoc,quod facit,vel omittit,licitum,ſeu peccatum ſit,necne,manifeſtè exponit ſe periculo errandi, & illius peccati admittendi, de quo dubitat;& hoc verum eſt etiamſi haberet iudicium ſpeculatiuum aliquid eſſe licitum:vt ſi abſolutè iudicet licitum eſſe docere in die feſto, dubitet autem,an in hoc die feſto ſibi liceat,& in huiuſmodi dubio practico non de conſilio, ſed de præcepto eligendam eſſe tutiorem partem certum eſt, & tradunt Doctores cõmuniter, Nauar.*in c.ſi quis autem, n.41.de pœnit.diſt.7.* Gutierr.*de matrim.c.49.n.27.* Syl-ueſt.*v.dubium q.2.§.4.* Cord.*lib.2.q.3.propoſ.4.* Sanch. *de matrim lib.2 diſp.41.& n.9.* Leſſ.*de iuſt.lib.1.c.1.n.1. verſ.Probatur ratione,& n.5.* Azor.*inſtit.mor.p.1.lib.2. c.16.in fine.* Ioan. Sanchez *d. diſp.42. n.11,* Palaus *d. diſp.3.p.1.n.6.*& alij,tum *ſuprà* allegati, tum allegandi *infrà*.quæ autem ſit pars tutior,*infrà* explicabitur.

1145. Declaratur prædicta concluſio, vt procedat tam in dubio practico ſecundo modo accepto, iuxta diſtinctionem ſuprà *n.1138.* poſitam, ſcilicet, quando intellectus reflexè, & expreſſo iudicio affirmat dubium,& incertum eſſe, an hîc, & nunc liceat, necne operari; quàm in dubio practico primo modo iuxta eandem diſtinctionem accepto, ſcilicet, merè ſuſpenſiuo,ita Vaſq.1.2.*diſp.65.c.1. n.4.* Sanch. *d.lib.1. ſum.c.10.n.3.* Filliuc.*d.4.n.143.* Suar.*de cenſuris diſp 4. ſect.5.n.2.*& Palaus *d.p.3.n.4.* in vtroque enim dubio practico ſubeſt periculum admittendæ rei illius illicitæ,de qua operans dubitat, quod periculum oritur ex eo quòd abſque determinato alterius partis aſſenſu, ac integra bonitatis, vel malitiæ cognitione, indicantibus rationibus in ea operatione, vel omiſſione periculum culpæ ineſſe,voluntas eam amet,(vt conſtat ex dictis ſuprà *d. n.9.* & notauit Vaſq. *d.c.1. n.5.*)quod in vtroque dubitandi modo reperitur.

1146. Declaratur item,ſeu ampliatur eadem concluſio, vt procedat etiã in caſu, in quo intellectus tenui aſſenſu rem, ſeu operationem eſſe licitam iudicat. ita Cord.*d.c.10.n.4.* & Filliucius *d.c.4.n.157.* aſſerentes cum tali tenui aſſenſu de recta operatione non eſſe licitum operari;quod abſolutè loquẽdo videtur verũ: nam licèt vbi eſt aſſenſus,non poſſit dici eſſe dubiũ,quia in dubio ſuſpenditur aſſenſus;tamen cur in tali tenui aſſenſu bonitatis actionis,cum vehementi dubitatione malitiæ,non liceat operari, eſt, quia huiuſmodi tenuis aſſenſus propter vehementes rationes ferè pares pro contraria parte, ſcilicet, quòd operatio ſit illicita, vix poteſt percipi, ac perinde eſt ac ſi intellectus maneret ſuſpenſus: & non tam eſt ille verus aſſenſus,quàm ſola inclinatio,ſeu propẽſio in eam partẽ;ac proinde ſola ſuſpicio quædam,quæ(vt conſtat ex dictis *ſuprà* initio huius tituli *n.3.*)contingit ſine aſſenſu determinato in alteram partem. Quapropter voluntas in tali caſu abſque determinato iudicij aſſenſu operaretur: & certè cùm vix percipi poſſit talis aſſenſus,ob allatã rationem, tunc temerè,& imprudenter exerceretur operatio,& in hoc ſenſu, ſeu caſu Vaſq. *vbi ſuprà* ait intelligendum,quod docet S.Thom.*quodl.8.art.14.* nempe,non licere operari cum aſſenſu opinatiuo circa partem minus tutam, quando eſt formido in oppoſitum; & eodem modo ait idem Vaſq. Almainõ *tr.3.moral.c.3. poſt 3.concl.* dicere nõ poſſe eſſe prudentiæ dictamen, quando eſt maxima formido pro parte oppoſita:quę tamen dicta de aſſenſu tenui & aſſerta à S. Thoma, & Almaino aliter accipienda ſunt in ſcrupuloſis,ſeu cùm conſcientia eſt ſcrupuloſa; imò ſi tenuis ille aſſenſus benè perciperetur,addunt Vaſq.& Sanch. nil obſtare, quominus cum illo licitè exerceretur operatio: quia iam fieret cum determinato aſſenſu. Neque contra hanc declarationem, & ſubdeclarationem vrgent obiecta ab Ariaga *locis cit.* contendens,etiamſi non aduertatur tenuis ille aſſenſus,adhuc iuxta illum poſſe quem licitè operari. Nam ſi non notetur,ergo res manet dubia omnino,ac ſi intellectus nullo modo aſſentiretur. Quòd ſi intellectus actu reflexo ob rationes hinc inde probabiles iudicet vtramque partẽ probabilem, (vt idem Ariaga dicit,) non obſtante quòd ſpeculatiuè ob rationum æqualem vim neutri parti aſſentiatur, iam ſumus extra caſum propoſitum,quia ſic adeſt determinatus aſſenſus cognitus. Præterea ſi intellectus ob rationum æqualem vim,directè,& ſpeculatiuè neutri parti aſſentitur, quomodo poteſt abſque aduertentia noui motiui actu reflexo iudicare vtramque partem probabilem.

1147. Ampliatur inſuper eadem concluſio,vt ſit peccatum agere illud,de quo quis dubitat ſpeculatiuè,ſcilicet,an abſolutè,& in ſe ſit illicitum, nec poteſt ex certis,ſeu probabilibus principiis practicis formare iudiciũ,illud agere hîc,& nũc eſſe licitum,&,ſi iudicat,& credit eſſe licitum,id ſine rationabili,& ſufficienti cauſa ad prudenter variandũ,ſeu deponendum dubium ſpeculatiuum.ita præter Doctores allegatos initio huius tituli *n.12.* Reginald. *d.lib.13.n.83.* Gordonus *d.q.9.n.24.* Becan.*d.q.8.n.5.& 6.* Filliuc.*d.c.4. n.156.*& conſtat ex dictis *d.n.12.* vbi oſtenſum eſt ad formãdum iudicium practicum diuerſum à iudicio, vel dubio ſpeculatiuo,requiri aliquem efficacem,ſeu probabilẽ rationem variandi;ac proinde vt quis cum dubio ſpeculatiuo rectè operetur,requiritur, vt habeat rationabilem aliquam cauſam perſuadẽtem ad variandũ tale iudicium,& formandum certum iudicium practicum de honeſtate actionis,ſcilicet,hîc,& nunc talem operationem eſſe ſibi licitam:aliàs contra rationem,& temerè operaretur iudicio illi ſpeculatiuo

latiuo non ſe conformando; abſurdum eoim, immò impoſſibile videtur,(vt ex dictis *n.12.* cõſtare poteſt,) dubitantem abſolutè, an aliquid ſit illicitum, non dubitare pariter an ſit ſibi hic,& nunc illicitum,niſi rationabilẽ habeat cauſam,ob quam prudenter iudicet ſibi peculiariter hic, & nunc licitum eſſe:nam vt is,qui abſolutè ſcit aliquid eſſe peccatum,cõſequenter ſcit,& ſibi eſſe peccatum;ita qui dubitat abſolutè, & conſequenter & quoad ſe(quandoquidem re exiſtente dubia,non eſt danda certa ſententia,*c.graue* 11. *q.3.*) dubitat, niſi occurrat aliqua rationabilis cauſa non dubitandi. Ac proinde ſicut quis non poteſt abſque peccato id agere, de quo practicè dubitat, ſit ne ſibi illicitum;ita nec poteſt illud,de quo dubitat ſpeculatiuè,ſeu abſolutè,ſi nullam habeat rationabilem cauſam ſub tali dubitatione formãdi prudenter conſcientiam, quòd id ipſum quoad ſe ſit licitum. Quæ autem ſint ſufficiẽtia principia practica,ſeu cauſæ deponendi dubium ſpeculatiuum, ſeu variandi, & efformandi iudicium practicum, quòd (non obſtante dubio ſpeculatiuo,) hìc & nunc liceat alicui operari; conſtare poteſt ex dict.ſupr.*n.*13.14.*&* 69.& exactiùs explicabuntur *infrà*.& ex his,atque ex dict.ſup.*n.*12. apertè infertur ad variandum iudicium ſpeculatiuum neceſſariò requiri diligentiam aliquam ad inueſtigandam rationem variandi,& quòd ratio huiuſmodi ſit probabilis, vt dictum eſt ſupra *n.*15. & tradunt Doctores *ibid.*citati,& alij in præcedentibus allegati.

§. XXXIV.

Quale peccatum, & cuius ſpeciei ſit operari cum dubio practico.

1148. QVale autem peccatum, & in qua ſpecie ſit, ſic operari cum conſcientia dubia,ſeu dubio practico,an aliquid licitum, vel illicitum ſit,inferri poteſt ex dictis ſuprà *n.* 72. de qualitate peccati, quod committit agens contra conſcientiam erroneam.Dicendum enim, tale eſſe, quale ipſum eſſe dubitatur, ſcil. mortale, vel veniale, ſi ſic operans dubitat eſſe mortale,aut veniale, & in ſpecie furti, aut adulterij, vel ſacrilegij,ſi dubitet, quòd ſit furtum, aut adulterium,aut ſacrilegium;& ratio eſt, quia in eo peccat, cuius periculo ſe exponit(cùm malitia hæc cõſurgat ex periculo illius peccati admittẽdi, cui dubitans exponitur (vt conſtat ex dictis *n.9.&* 1144.) at exponit ſe periculo eius peccati,de quo dubitat,& ita ſentiũt communiter Doctor.ita poſt S.Thom.*quodl.8.art.*13. Gerſ.2.*p.tit.*1.*de reg.mor.* Nauar.*in d.c.ſi quis autem,n.* 56.*de pœnit.d.*7. Sanch.*d.c.*10.*n.*2.*&* 6. Bec.*d.q.*8.*n.*2. Regin.*d.lib.*13.*n.*85. Gord.*lib.*1.*q.*9.*n.*27.*fine*, Filliuc. *d.c.*4.*n* 155.Bonac.*vbi ſupra*,& alij.Quare in confeſſione eſt explicãda illa qualitas,& ſpecies peccati,de quo dubitatur,vt in terminis notat Sanch.*ibidem.*

SVMMARIVM.

§§. Trigeſimiquinti, & trigeſimiſexti.

1149 *Pars tutior eſt in qua ſequenda vel nullum apparet, aut eſſe poteſt malum,ſeu peccatum,vel apparet,ſeu omnibus penſatis iudicatur eſſe minus malum, leuiuſque peccatum.*

1150 *Dubius in vtramque partem, poſt debitam diligentiam adhibitam ad inueſtigandam veritatem non peccat ex duobus malis ſibi apparentibus, eligendo id quod omnibus penſatis ſibi videtur minus, & ex duobus preceptis incompatibilibus,quæ ex ignorantia inuincibili ſibi occurrunt violando, quod ſibi minus obligare videtur,&* 1151.

1152 *Quod ſi vtrimque appareat æqualitas mali,ſeu obligationis precepti,liberum erit vtrumuis amplecti.*

1153 *& ſi exceſſus ſit paruus, erit tantùm culpa venialis eligere minus malum, ſeu frangere preceptum maioris obligationis.*

1154 *In concurrẽtia duorũ præceptorũ incõpatibiliũ,quibus modis dignoſci queat quodnã plus obliget;& ex duobus malis propoſitis quomodo poſſit maius,&* 1155.

1156 *In caſu extremæ neceſſitatis is,qui eſt in peccato mortali,miniſtrare poteſt ſine peccato Sacramentum,ſi tempus ita vrgeat,vt ei non ſit locus pœnitendi.*

Licèt per iterationem Sacramenti ſub conditione non tolleretur,iniuria Sacramẽti,ſi tamẽ paruulo extremè egenti fuiſſet collatum Baptiſma in materia dubia ob defectum certæ,hac habita deberet repet.ibid.

Præceptum procurandi ſalutem proximo ſæpè præponitur precepto ſeruandi reuerentiam erga Deũ, ib.

1157 *Præceptum naturale ſeruandi vitam,honorẽ,diuitias proprias,vel alienas precepto diuino ſeruandi feſtũ, communicandi,adimplendi votum,& ſimilibus alijs prefertur:non verò præfertur precepto ſeruandi ſigillum confeſſionis,aut conſecrandi in duplici ſpecie.*

1158 *Precepti obligatio,quo probabilior,& certior,& maior cæteris paribus, & ita etiam è duobus malis illud cæteris paribus cenſetur maius, quod eſt certius,& magis imminet,ibid.*

Limitatur niſi quod magis imminet, & certius eſt, eſſet longè leuius.

1159 *Ceſſante neceſſitate eligendi vnum ex duobus malis, & ſuppoſita hypotheſi, ſeu conditione quòd quis vel ex malitia, vel ex fragilitate eſſet admiſſurus alterum ex duobus malis, voluntas tunc debet abſolutè reſpuere vtrumque & ſuppoſita illa hypotheſi tenetur tendere in electionem minoris mali.&* 1164.

1165 *Si determinaretur ad electionem maioris mali, quale nam peccatum eſſet, mortale ne peccatum, an veniale tantum eſſet talis electio.*

§. XXXV.

Pars tutior quænam ſit, & an dubitans in vtramque partem licitè poſſit,& debeat eligere id, quod illi minus malum videtur, & qua ratione dignoſci queat,quodnam ex duobus malis menti perplexæ, & in vtramque partem dubitanti ſit maius,vel minus;quodque ex duobus preceptis incompatibilibus concurrentibus plus obliget.

SEd videamus,quænam pars dicatur tutior,ac pro- 1149.
inde in dubio practico ſit eligenda:Et Doctores communiter tradunt,partem tutiorem eſſe primò illam,in qua ſequenda nullum malum culpæ,ſeu nullum peccatum apparet,ſeu eſſe poteſt; ſecundò ſi in vtrauis parte,tẽqua appareat,ſeu dubitetur eſſe malum culpæ,ſeu peccatum,(vt quando alicui duo præcepta incompatibilia concurrere videntur,& ita conſtitutus eſt,vt alterum implere,alterum violare compellatur)illa eſt pars tutior,in qua eligenda omnibus diligenter penſatis,ſcilic. vi & natura præceptorum, quæ concurrere videntur,& ſimul commodis,& incommodis, quæ ſequi poſſint,benè, & attente perpenſis apparet,& iudicatur eſſe minus malum,& leuius peccatum.ita Barth.Medina 1.2.*q.*19.*art.*6.*dub.*2. *concl.*4. Azor.1.*p.lib.*2.*c.*18.*q.*4. Vaſq.1.2.*diſp.*66.*initio.* *&* *c.*4.*n.*21.Sal.1.2.*tr.*8.*ſect.*17.*n.*163.Leſſ.*de iuſt.lib.*4. *c.*3.*n.*34.Sanch.*lib.*1.*ſum.c.*10 *n.*26.*& ſeqq.*Baſil.Pont. *de matr.lib.*10.*c* 15.*n.*5 Regin.*d.lib.*13.*n.*86.*& ſeqq.*Becan.*tom.*2.*tr.*1.*c.*4.*q* 8.*n.*7.Filliuc *d tr.*21.*c.*4.*n.*161 Palaus *d.tr.*1. *de conſcient.dubia,diſp.*3 *p.*1. *n.*7. Bonac.*d. diſp.*2.*q.*4.*p.*7.*n.*8.*&* 9. Aug.Barb.*collect.ad c duo mala*, & alij communiter, quos latè refert idem Auguſt. Barboſa *ibid.n.*1.*& ſeqq.*& Salas *ſuprà.*

Hinc concludont communiter Doctores, eum, qui practicè dubitat, in vtramque partem timẽs ſibi peccatum imputandum quidquid faciat, ſcilic. ſiue agat aliquid, ſiue omittat illud, deſtitutus fundamẽto, quo ſe ad vnam partem determinet, ſi adhibita, quam poteſt, morali diligentia inueſtigandi per ſe, vel alios peritos conſulendo, nequeat dobitatlonem vincere, non peccare, ſed rectè operari, ſi ex duobus illis malis poſt factam per ſe, vel alios debitam conſiderationem pro cognoſcendo, quodoam ſit maius, aut minus, eligat Illud quod ſit, vel apparet minus malum, ſeu eligat illam partem, in qua minus malum apparet, nam quoties duo mala ita occurrunt, vt neceſſe ſit alterum eligere, vt contingit quando quis eſt inuincibili ignotantia perplexus inter duo, quorum alterum neceſſariò eſt facturus, & vtrumque arbitratur eſſe peccatom; illud enim iuſtè eligi poteſt, & debet quod ſibi videtur minos, vt euitet maius, vt habetur *c. nerui, & c. duo mala, d.* 13. & tradunt commoniter Doctores relati *ſuprà n.* 54. & alij, quos refert, & ſequitur Barboſa *d. collect. ad d. c. duo mala n.* 1. & in his terminis de dubitante in vtramque partem, docent Medina, Vaſq. Sanch. Salas, Regin. Filliuc. Pal. Bonac. Beccan. Barb. Pontius *locis citatis*, & præter eos Nauar. *in d. c. ſi quis autem n.* 101. *de pœnit. d.* 7. Couat. *de ſpon. p.* 2. *c.* 7. *§.* 2. *n.* 9. *& ſeqq.* Gord. *lib.* 1. *q.* 9. *n.* 24. *& lib.* 7. *q.* 6. *n.* 64. Leſſ. *lib.* 4. *de Iuſt. c.* 3. *n.* 34. & alij ab iiſdem relati. Et ratio cur in huiuſmodi caſu licitè eligatur, & eligi debeat pars, in qua minus malum, leuiuſq; peccatum apparet, eſt adducta *d. n.* 54. ſcilicet, qoia cùm in nullo caſu admitti debeat, vt quis neceſſariò eſſe poſſit perplexus vinculo peccati, ita quòd non poſſit aliquam partem ſioe peccato eligere, (cùm nõ ex neceſſitate, ſed ex libertate omne peccatum committator,) ſi ex duobus malis alterum neceſſariò eligendum eſt, nullum erit peccatum, ſed bonum, & honeſtum eligere, quod umnibus, ſcil. qualitate obligationis præceptorum, & materia circunſtantiarom rectè perpenſis minua, leuiuſque apparet: cùm ita, ſcil. tunc minus eſſe eligendum, dictet recta ratio ad euitandum maius, vt habetur expreſsè *d. c. nerui, & d. c. duo mala d.* 13. & ſit axioma ab omnibus Doctoribus approbatũ, ac proinde tunc ab operante oon eligitur illud minus malom, vt malum, ſed vt bonom; nam peuſatis omnibus nihil poteſt tunc facere, quod melius ſit, & rectæ rationi conformius. In tali igitur caſu homo ex inuincibili ignorantia dubius in vtramqoe partem, & exiſtimans ſibi impoſitam eſſe obligationẽ ex doobus, quæ alioqui dubitat eſſe mala, alterum faciend i, poteſt, & debet formare hoc iudicium practicum, quod tũc licitè, & abſque peccato operetur, ſi quod minus malum, ſi adhibita, quam potuit, diligentia apparet, eligat. Quod procedit etiam ſi ſua culpa, & ex negligentia in eum dubitationis, & perplexitatis ſtatum inciderit, modò hîc, & nunc dubitatio vinci nõ poſſit; ad quod faciũt dicta, & Doctores, de quibus ſop. *n.* 32. & in terminis tradit Becc. & patet ex prçallegata ratione, ſiquidem licèt ex culpa, & negligentia etiam mortali in eas anguſtias deuenerit, ſi tamẽ in eo ſtato iam conſtitutus de præterita negligentia doleat, & faciat quod in ſe eſt, non committet nouam culpam; qoia nulla colpa, aut negligentia prçterita poteſt hominem ad nouum peccatum neceſſitate, & tunc eligens, quod ſibi minos malum apparet, prudẽter operatur: voluntas autem, quç ſequitur regulam prudentiæ, non peccat. Quare ſi quis inuincibiliter dubitet, an teneatur officioſè mentiri pro ſaluanda vita hominis, ita vt timeat ſibi à reatu homicidij, ſi nõ mentiatur, & à reatu mendacij, ſi mentiatur, formata bona conſcientia, quod per ignorantiam, quam hîc, & nunc vincere non poteſt, excuſabitur à peccato, eligendo id qnod de ſe minus malom eſt, vt vitet maius, mentiri licitè poterit, quia mendacium officinſum citra omnem controuerſiam eſt minus malum, & leuius peccatum, quàm homicidium, cùm illud ſit veniale, hoc mortale: immò & debebit, alioqui fieret reua homicidij, quòd conſcientia illi dictat ſe in tali caſu commiſſurum non mentiendo.

Quòd ſi vtrimq; omnibus peccatis appareat æqua- 1151.
le malum, & peccatum, ſeu non appareat maior vis vnius præcepti ad hîc, & nunc obligandum, qoàm alterius, tunc ſic dubius poterit ex dictis duobus malis eligere, qood voluerit, & nõ peccabit. ita Med. Sanch. Regio. Beccar. Pal. Filliuc. Bonac. *vbi ſup.* Leſſ. *de Iuſt. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5. & alij, allegati ſupr. *n.* 55. & patet ex *ibid.* & modò dictis, quia ex vna parte nunquam ſimpliciter eſt neceſſariũ peccare, ac proinde inter duo mala culpæ perplexitas nunquam verè, & ſimpliciter datur, aut dari poteſt; ſic nimirum, vt peccetur, quodcunque illorum eligatur, alioqui cõtinget hominem aliqoando obligari ad aliquid ſimpliciter impoſſibile; quale eſſet in tali perplexitate vitare peccatũ, cùm ex hypotheſi debeat peccare, ſiue agat, ſiue omittat illud, de quo dubitatur; ex altera verò parte, neutrius ex dictis duobus malis, quæ omnibus penſatis apparent æqualia, maior eſt ratio, vt alteri præponatur.

† Porrò ſi inter dicta duo mala, ſeu peccata præpoſi- 1152.
ta, ſeu apprehenſa ſit, ſeo appareat inæqualitas, ſcil. vnum videatur grauius altero, & omnibus penſatis, exceſſus inter illa duo mala, ſeu inter obligationes duorum præceptorum concurrentium exiſtimetur paruus, erit ſolùm venialis culpa eligere partem, in qua ſequenda iudicatur grauius peccatum; quia à mortali excuſat leuitas materiæ, ita Medina, Filliuc. *locis citatis*, & Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 21.

Ex dictis colligitur in hoc caſu perplexitatis, ſeu dubitationis culpæ in vtraque parte ſequenda, hominem ſic perplexum, ſeu dubitantem antequam alteram eligat, teneri adhibere diligentiã, & facere qnod eſt in ſe, ſcilicet, per ſe, vel aliorum conſilio adhibendo, inueſtigare veritatem, etſi illam non poſſit aſſequi, & vllo modo dubium vincere, eadem diligentia per ſe, vel aliorum conſilio vtendo, cõſiderare quodnam ex duobus, quæ mala eſſe dubitat, ſit minus malum, vel an ſint æqualiter mala. Præterea hoc iuxta opportunitatem, & inſtantem operandi neceſſitatem præſtito, debet ſemper in ipſo exercitio practico iudicare, ſeu iudicio practico ſibi perſuadere in tali caſu ſibi licitum eſſe eligere minus malum; vel ex duobus æqualibus eligere alterum illorum pro ſuo libito; nam ſi non haberet hoc iudicium pacticum de honeſtate operationis, ſed exiſtimaret in ipſo operis exercitio eſſe illicitum, & peccatum ſic agere, vel omittere, peccaret agendo, vel omittendo, vt conſtat etiam ex dictis de conſcieotia erronea: facta autem prædicta ſufficienti diligentia, & fotmato dicto iudicio practico, quòd ſibi in tali ſtatu dubitationis liceat eligere minus malum, vel alterum ex duobus, quæ æqualia exiſtimàrit, nullum cõmittet peccatum, quamuis, (vt *ſuprà* dictom eſt) antea ſua culpa incidiſſet in hunc perplexitatis ſtatum, neque vllum hîc, & nunc mediũ occurrat rectiùs operandi, & exercendi ſe in tali dubio. & prædicta confirmant text. *in c. dominus, de ſecundis nuptijs, in c. iuuenis, de ſponſalibus, & in c. inquiſitiom, de ſent. excom.* nam deciditur io caſibus horum iurium inuincibiliter de vtroque malo dubitantes potuiſſe, & poſſe ſine peccato ad maius malum euitandum minus eligere, etiam ſtante huiuſmodi dubio in vtramq; partem, & illo non depuſito: ita qoòd ad hanc electionem minoris mali pro vitando maius iuſtificandam in terminis eorundem iurium non ſit opus, quòd dubitantes illud dubium

depone

Digitized by Google

deponerent, aut deponant reſpectu partis electæ, vt contra Adrianum *in 4. de reſtitutione, quæſt. de præſcriptione, §. inſtabis, & quodlib. 2. art. 1. verſic. ad ſecundum*, & nonnullos alios docuerunt Nauarr. *d. n.* 101. Couarruuias *d. §. 2. num.* 7. 8. *&* 9. Sanchez alios allegans *dict. diſp.* 41. *num.* 47. & Auguſt. Barboſa *d. collect. ad cap. duo mala n. 6. fine*, & rectè, vt magis explicabitur *infrà*; ſufficit enim ad rectam electionem, vt tali dubio non obſtante, formetur conſcientia bona, ſeu iudicium practicum, quòd liceat minus malum eligere, vt explicatum eſt.

1154. Ad dignoſcendum autem, quodnam ex duobus malis culpæ ſit grauius, & conſequenter in illo ſtatu perplexæ mentis euitandum, vel vnum non excedat alterum, & ſic quodlibet poſſit eligi, ſeu ad dignoſcendum quodnam ex duobus præceptis incompatibilibus concurrentibus plus obliget, & ita eius obſeruantia ſit alteri præferenda, vel neutrum plus altero obliget, plures regulas tradunt Medina *d. concluſione* 4. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 17. *& tribus ſeqq.* Reginaldus *d. lib.* 13. *num.* 86. 87. *&* 88. Bonacina *d. p. 7. num.* 9. & Filliucius *d. cap. 4. num.* 161. ſed firma, & certa regula dari non poteſt, vt notarunt Becanus, Palaus, & Gordonus *vbi ſuprà*, & colligitur etiam ex Sanchez, Medina, & Reginaldo *locis citatis*. Quapropter conſideranda eſt non ſolùm vis, & natura præceptorum incompatibilium, quæ videntur concurrere, ſed etiam oportet expendere circunſtantias, commoda, & incommoda, quæ ſequi poſſunt maiorem, vel minorem certitudinem mali, quod timetur, & maiorem, vel minorem probabilitatem obligationis; his enim omnibus pro temporis opportunitate penſatis, ſi alterum ex duobus malis appareat leuius altero, poterit iuſtè, & debebit eligi, ſeu ſi ex duobus præceptis concurrentibus alterum videatur hîc, & nunc magis obligare, hoc erit obſeruandum, nec erit peccatum aliud tranſgredi. Si verò inter mala, ſeu præcepta omnibus penſatis appareat æqualitas, vtrauis pars pro libito eligi poterit, iuxta *ſuprà* dicta; & aduertendum in tali concurſu præceptum, quod omnibus penſatis cenſetur minus, ſeu minoris obligationis, propriè non obligare, ſed omnino tunc ceſſare eius obligationem, & ita non poſſe vnquam huiuſmodi præcepta concurrere ex rei natura, ſed tantùm ex ignorantia, & errore.

1155. Quapropter licèt alioqui cenſeatur maior vis præcepti diuini, quàm humani, & diuini naturalis, quàm diuini poſitiui, & præceptorum primæ tabulæ, quàm ſecundæ, ſcilicet, præceptorum reſpicientium Deum, & reuerentiam eidem debitam, quàm præceptorum reſpicientium proximum, eiuſque cómodum; & præcepti negatiui, quàm affirmatiui, & vniuerſaliter præcepti maioris, ſeu altioris virtutis, quàm inferioris; puta præcepti religionis, quàm præcepti miſericordiæ, & charitatis erga proximum, vt notarunt Sanchez *d. cap.* 10 *num.* 17. & aliqui ex *ſuprà* allegatis; nihilominus in concurrentia duorum præceptorum, vt impoſſibile ſit vtrumque ſeruare, poteſt hîc, & nunc omnibus putatis cenſeri prudenter minorem eſſe obligationem, immo ceſſare omnino obligationem præcepti excellentioris, vel ſpectantis ad altiorem virtutem, & vrgere magis obligationem præcepti inferioris, vel ſpectantis ad inferiorem virtutem, eo quòd ex eius obſeruatione ſequatur magnum commodum, vel publicum, vel priuatum proximi temporale, aut ſpirituale; ex violatione verò, ſeu non obſeruantia eiuſdem magnum ſequeretur incommodum, quòd non timeatur in violatione

1156. præcepti excellentioris. † Hinc in caſu extremæ neceſſitatis Sacerdos, qui eſt in peccato mortali, miniſtrare debet, & poteſt Sacramentum ſine peccato, ſi tempus ita vrgeat, vt ei non ſit locus pœnitendi, vt docet Vaſquez *tom. 2. in 3. p. diſp.* 13, *c.* 4. & approbat Pontius *d. cap.* 15. *num.* 5. nam, quamuis, inquit benè idem Vaſquez, ſit maior virtus religio erga Deum, quàm miſericordia erga proximum, tamen quia Deo plus placet, vt proximo, in cuius vtilitatem inſtitutum eſt Sacramentum, ſuccurramus, quàm vt diſpoſitionem aliàs debitam erga Sacramentum ſeruemus, atque adeò tunc licitè Sacramentum in peccato mortali miniſtrari debet: eadem ratione licèt per iterationem Sacramenti ſub conditione, eiuſdem conditionis vi non tolleretur iniuria Sacramenti, ſi tamen paruulo in extrema neceſſitate conſtituto fuiſſet collatum Baptiſmum cum materia tantùm probabili, & incerta ob defectum certæ; habita certa materia, repetendum eſſet Baptiſmum ſub conditione, quia periculum repetendi Baptiſmum, quod videtur eſſe contra religionem, minorem obligationem inducit, quàm pericula ſalutis proximi, vt ei iterum remedium Sacramenti applicetur; quod docuit idem Vaſquez *vbi ſuprà diſp.* 146. *cap.* 3. *num.* 31. vbi etiam ait id non ſolùm naſci ex libera Rei voluntate, ſed etiam ex ipſa inſtitutione Sacramenti ſuapte natura id depoſcentis, eo quòd Sacramentum inſtitutum ſit in remedium humanæ miſeriæ: & ita ratio poſtulat, vt non cenſeatur irreuerenter tractare Sacramentum, nec Deo iniuriam irrogare, qui vigente neceſſitate eius propter quam inſtitutum eſt, illud miniſtrat in peccato, vel repetit in dubio. Neque in hoc caſu (ſubdit Vaſquez) obligatio maioris virtutis ceſſare dicitur occurrente minore, ſed circunſtantia quædam, quæ neceſſaria erat vt maior virtus obligaret, adueniente neceſſitate, ad quam ex minore virtute tenemur. Circunſtantia autem neceſſaria, vt obliget religio ad illam reuerentiam erga Sacramentum, & Deum, eſt, ne ſit in detrimentum eius, propter cuius neceſſitatem inſtitutum eſt; ita *loco citato* Vaſquez, nec non Pontius *d. num.* 5. † Hinc etiam 1157.
præceptum naturale ſeruandi vitam, honorem, diuitias, proprias, vel alienas, præcepto diuino ſeruandi factum communicandi, adimplendi votum, & ſimilibus aliis antefertur: immo quia id, quod alicui præcepto aduerſatur, non eſt apta materia voti, ideò voto præferendum eſt quodlibet præceptum etiam humanum, licèt voti obligatio ab altiori virtute, nempe religionis oriatur, quàm præceptum humanum, ita Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 18. Præceptum autem ſeruandi ſigillum confeſſionis, & conſecrandi in duplici ſpecie, cuilibet alio præcepto ſeruandi vitam, & honorem cuiuſlibet, præualet: vt etiam notauit Palaus *d. p.* 1. *num.* 7. idque ob rationem ſpecialem talium præceptorum, ex quorum tranſgreſſione ſequeretur maius incommodum, & abſurdum, quàm ex inobſeruantia præcepti ſeruandi vitam proximi, aut propriam. Similiter præceptum non mentiendi iocosè, præcepto ſeruãdi feſtum, (ſi cuique non permittatur ſeruare feſtum, niſi mentiatur,) præferendum eſt, licèt hoc alioqui obliget ſub mortali, illud tantùm ſub veniali; quia eſt præceptum negatiuum, & vetans rem intrinſecè malam: in dubio autem contrahendi reatum homicidij ſi officiosè non mẽtiatur, & contrahendi reatum mendacij, ſi officiosè mentiatur ad vitam hominis ſoluendam, & homicidium vitandum; mentiendum potiùs eſt, vt dictum eſt ſuprà *num.* 1152. quia præceptum non occidendi obliget ſub mortali, & homicidium eſt etiam intrinſecè malum: ſimiliter quoties præcepti obligatio eſt probabilior, & certior cæteris paribus, cenſetur maior, & præponderare obligationi alterius præcepti concurrentis.

Digitized by Google

concurrentis, licèt hoc ſit altioris virtutis; ſeu malum eo ipſo quòd eſt probabilius, & certius, & magis imminens, cæteris paribus, cenſetur maius, vt tradunt *vbi ſuprà* Medina *d.concl.*4. Sanchez *n.*17. & Reginaldus *n.* 81. etenim etiam bonum eo ipſo quod eſt certius, cenſetur cæteris paribus maius, vt conſtat ex doctrina S. Thomæ 2.2.*q.*62.*art.*2.*ad* 4. & tradunt communiter Doctores agentes de contractibus, & de reſtitutione. Quare ſi vnum ex duobus malis, vtrque homo dubius in vtramque partem conſtituitur, fuerit quidem paulo grauius altero, ſed multo incertius, ita vt exceſſui grauitatis vnius ex parte obiecti præponderet exceſſus certitudinis alterius, tunc ad illud quod eſt certius vitandum, tanquam maius malum, eligendum erit grauius ex parte obiecti tanquam minus malum; id quod fortè fuit ratio deciſionis, quæ habetur *c. Dominus, de ſecundis nuptiis, & cap. inquiſitioni, de ſent. excom.* vbi definitur mulierem dubitantem, an is, cum quo contraxit, ſit legitimus coniux (vel quia audit, quod prior maritus adhuc viuat, quem credebat defunctum, vel quòd intercedat impedimentum conſanguinitatis dirimens matrimonium,) teneri debitum coniugi exigenti reddere, etiamſi non poſſit ipſa exigere; quia in tali caſu, ſeu dubio, multo certius imminet peccatum iniuſtitiæ negando debitum coniugi, ratione bonæ fidei, & certæ poſſeſſionis habenti ius petendi, quàm peccatum fornicationis, ſeu adulterij, aut inceſtus reddendo debitum: quamuis fornicatio, ſeu adulterium, aut inceſtus ex parte obiecti ſit grauius peccatum, quàm illud peccatum iniuſtitiæ; & hanc eſſe rationem deciſionis in prædictis capitibus factæ, aiunt Couarruuias, Pontius locis *ſuprà* allegatis, Reginaldus *num.*88. Sanchez *de matr. lib.*3. *diſp.* 41. *num.*45. & alij, quos latè allegat Barboſa *d.collect. ad cap. duo mala, d.* 13. *num.* 6. item ſi duo præcepta incompatibilia, quæ alicui videntur concurrere, ex ſui natura ſint æqualia, ſeu æqualis obligationis; ſeu mala dubitáti in vtramque partem propoſita ſint ex parte obiecti æqualia, ſed alterius præcepti obligatio ſit probabilior & certior, ſeu alterum ex duobus malis aliàs æqualibus ſit probabilius, & certius; tunc eligendum eſſe malum minus certum, & violandum præceptum, cuius obligatio eſt magis incerta, eo quòd id omnibus conſideratis cenſeri debeat minus malum. ita Medina *d concl.*4. Sanchez *d. cap.*10.*n.*20.
1158. & Reginaldus *vbi ſuprà*. † Quòd ſi ex duobus malis vnum fuerit multò, & longè grauius altero, licèt minus probabiliter immineat, quàm minus, nihilominus non deſit eſſe maius, & tanquam tale cenſeri debet; ad quod proinde euitandum, aliud minus, etſi magis probabiliter imminens, & certius ab homine in illo ſtatu perplexitatis conſtituto eligendum eſt; vt in exemplo ſuprà *n.* 1151. allato de homine dubio, quòd ſi mentiatur iocosè pro ſaluanda vita alterius, peccet peccato mendacij, ſi non mentiatur, peccat peccato homicidij, debet enim formata bona conſcientia (vt *ibidem* explicatum eſt,) eligere mentiri, licèt mendacium certius ſit quàm homicidium, ita Medina, Reginald. *vbi ſuprà*, & Bonac. *d.p.*7.*n.*9.

§. XXXVI.

Ceſſante neceſſitate operandi, & data hypotheſi, quòd quis ex duobus malis propoſitis eſſet alterum admiſſurus, an teneretur eligere minus.

1159. AN verò ceſſante neceſſitate eligendi alterum ex duobus malis proueniente ex præfata perplexitate ex inuincibili ignorantia cauſata, teneatur quia ita eſſe animo conſtitutus, quòd ſi caſus accideret, quòd ex duobus peccatis apprehenſis, ſeu ſibi propoſitis, eſſet alterum commiſſurus, eligeret minus malum, vt mentiri potius, quàm apoſtatare; furari potius, quàm occidere. hanc difficultatem latè tractat, & examinat Sanchez *dict. lib.*1. *ſum. citato cap.*10. *à num.*22. vbi data illa hypotheſi, ſeu poſita illa conditionali, ait, voluntatem tripliciter ſe habere poſſe, primò intendendo determinatè in ipſum obiectum malum, & non in præelectionem, ſeu antepoſitionem, vnius mali alteri; ſecundò tendendo in ipſam ſolam præelectionem: tertiò tendendo in vtrumque, diſtinctione præmiſſa, ſtatuit tres concluſiones.

Prima eſt, quòd ſi voluntas ſe habeat primo modo tendens in ipſum obiectum malum, non in præelectionem, peccat, & tali peccato, quale eſt obiectum volitum, vt ſi quis proponat, data occaſione, aut mentiendi officiosè, aut furandi, ſe commiſſurum mendacium, erit Reus mendacij; ſi verò ſtatuat ſe commiſſurum furtum, incidet in peccatum furti, quia in vtroque caſu, inquit, voluntas, data illa occaſione, determinatur ad malum amplectendum, & conſequenter ſit rea eius culpæ, cuius eſt id malum, quemadmodum in hac conditionali, ſi fornicandi anſa ſe offeret, fornicater, inuenitur culpa, ſeu malitia fornicationis.

Secunda concluſio, ſi voluntas ſe habeat ſe- 1160.
cundo modo, honeſtè operatur præeligendo committere minus malum, peccat autem anteponendo, & eligendo maius malum perpetrare; vt ſi quis data illa hypotheſi, ſi ſe offerat occaſio iocosè mentiendi, aut furandi, abſolutè reſpuerem vtrumque malum: &, ſi ex malitia, vel ex fragilitate eſſem alterum commiſſurus, eligerem potius minus malum, rectè operabitur; ſi verò maius malum, peccaſet. Quòd non peccet, ſed rectè faciat præeligendo minus malum, probatur, quia ex vna parte voluntas tunc proponit vitare vtrumque malum, & ex altera ſuppoſita hypotheſi alterius eligendi, quæ nihil ponit in eſſe, eligit minus malum ad cauendum maius; quæ præelectio eſt conformis dictamini rectæ rationis præſcribentis electionem minoris mali ad maius vitandum, maioremque culpam maioſi odio proſequendum, vt ſuprà *num.* 1150. dictum eſt, & conſequenter caret omni culpa, & bona eſt, ſeu habet rationem boni, ſicut *dict. num.* 1150. oſtenſum eſt, quando ob perplexitatem neceſſitas alterius mali eligendi cogit, eligere minus eſſe bonum, & honeſtum, quia tunc non habet rationem mali, ſed boni. Quòd verò peccet præeligendo maius malum, patet ex dictis, quia operatus contra rectam rationem dictantem minus malum eligendum ad maius vitandum: vnde ſicut quando in caſu perplexitatis quis cogitur eligere alterum ex malis inæqualibus propoſitis, adeſt præceptum eligendi minus malum; ita etiam adeſt tale præceptum, quando quis voluntariè vult eligere alterum ex duobus malis: nam in illo caſu perplexitatis neceſſitas non efficit præceptum maioris mali vitandi, ſed illud ſupponit; ſed ſolùm facit, vt culpa non ſit velle determinatè, & eligere minoris mali executionem, qualis eſſet, vbi neceſſitas non cogeret; cùm enim illa electio minoris mali ad euitandum maius induat rationem boni, & ſit rectæ rationi conformis, non eſt vllo modo peccatum, caretque omni culpa, ſi voluntas ſit firma neutrius peccati committendi; atque adeò de illa poteſt eſſe præceptum,

Digitized by Google

præceptum, inquit Sanchez *num.* 31. quòd ſi quis proponat data illa occaſione committere peccatum, leuius erit peccatum, ſubdit idem Sanchez, non in ratione electionis, ſed ratione illius mali propoſiti. Hinc

1161. Tertiam concluſionem ſtatuit idem Sanchez *num.* 29. ſcilicet, quòd ſi voluntas ſe habeat tertio modo tendendo in electionem, & in obiectum ipſum, vt ſi eliceret hunc actum, ſi ſe offerret occaſio furandi, aut negandæ fidei, furarer, ita vt voluntas non ſolùm ad minoris mali electionem, ſeu antepoſitionem feratur; ſed etiam determinetur ad illud furtum committendum, peccaret peccato furti, cùm teneretur vtrumque vitare, & determinare ad minus malum perpetrandum, nulla neceſſitate cogente, & ſic ille actus ſit inordinatus; at non peccaret contra præceptum electionis, cùm talis actus volitionis in ratione electionis ſit ordinatus, & conformis rectæ rationi, ſicut difformis eſſet ſi electio foret maioris peccati, quo caſu duplex eſſet culpa neceſſariò in confeſſione explicanda, altera contra præceptum illius peccandi, vitandi, altera contra præceptum rectæ electionis proponendo peccatum multò grauius peccato longè leuiori.

1162. Ex quibus idem Sanchez *num.* 30. infert diſcrimen inter actum conditionalem eligendi minus malum, quando voluntas quoque determinatur ad illud patrandum, dum neceſſitas cogit, & quando non cogit, ſiquidem in priori caſu nulla culpa reperitur, quinimo illa electio cadit ſub præcepto; in poſteriori autem reperitur culpa non prauæ electionis, ſed contra præceptum vitandi illud peccatum. prædicta Sanchez

1163. Reſolutio ſit, in tali caſu, ſeu hypotheſi, cùm nulla vrget neceſſitas eligendi alterum ex duobus malis certum eſſe, voluntatem abſolutè debere proponere vtriuſque mali vitationem; ſcilicet, data occaſione officioſè mentiendi, aut furandi, nullum ex his peccatis committerem. ita Sanchez *locis citatis*, & Fillincius *dict. cap.* 4. *num.* 162. & ante eos Henriquez *lib.* 4. *de pœnitentia cap.* 27. *numer.* 8. & Suarez *de pœnitentia diſp.* 3. *ſect.* 10. *num.* 6. & iudicant alij allegati à Sanchez *vbi ſuprà num.* 25. & probant dicta in prima, & tertia concluſione
1164. Sanchez. † Suppoſita verò illa voluntate abſoluta, neutrum malum committendum, & data illa hypotheſi, ſeu conditione, quòd ex malitia, vel ex fragilitate alterum ex duobus peccatis propoſitis eſſet admiſſurus, videtur etiam certum, quòd debet eligere minus peccatum, vt potiùs leuiter mentiri, quàm blaſphemare: & id ſufficienter probant dicta in ſecunda concluſione Sanchez. & ita præter eundem Sanchez expreſſè, & in terminis ſentiunt Henriquez, Suarez, Filliucius *locis citatis*. Sotus *in num.* 4. *diſt.* 7. *quæſt.* 2. *art.* 4. Bartholomæus Ledeſm. *in ſum. ſacram. tract. de pœnit.* vbi de contritione *diff.* 6. & Martinus Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 2. *art.* 2. *propoſitione* 4. & alij à Sanchez relati.

1165. Quòd ſi eligeret maius peccatum, quod eſſet mortale, & alterum minus foret veniale, certum videtur, quòd peccaret mortaliter in tali electione maioris mali, ſicut ſi haberet hunc actum, mallem deprehendi in homicidio, quàm in leui furto: aut ſi mihi eligendum eſſet inter leue mendacium, aut fornicationem, eligerem fornicari; & ratio eſt, quia maxima eſt inordinatio præferre leuem culpam mortali; ſi verò vtrumque tam maius, quàm minus peccatum eſſet mortale, ſuppoſita voluntate neutrius peccati committendi, tunc electionem maiorem peccati fore tantùm peccatum veniale, eo quòd illa electionis inordinatio non videatur adeò grauis, vt ſufficiat ad mortale, docuerunt *vbi ſuprà* Sotus, Martinus, Ledeſma, & Henriquez, & probabile dicit Suarez *dict. ſect.* 10. *num.* 7. quando inter illa mortalia intercederet paruus voluntatis exceſſus: ſecus ſi vnum altero longè grauius eſſet; tunc enim ait futurum mortale peccatum, eligere leuius peccatum, & idem ſentit Sanchez *num.* 22. volens tamen probabilius eſſe, quòd venialis tantùm culpa ſit, eligere maius, quando paruus eſt exceſſus, iuxta dicta ſuprà *num.* 1152. Aduertit verò Sanchez in hac conditionali, mallem deprehendi in grauiſſimo crimine non infami, quàm in veniali infami, vt in leui furto; poſſe electionem, & comparationem cadere non in ipſas culpas, ſed in ſolam infamiam ex eis conſurgentem, & ita non eſſet mortale: vt ſi quis haberet hunc actum, mallem æſtimari homicida, quàm mendax, eo quòd appareat, & ſit leuis inordinatio.

SVMMARIVM.

1166 *Ad deponendum dubium ſpeculatiuum, & ad honeſtè operandum, ſe non conformando eidem dubio ſpeculatiuo, prærequiritur diligens inquiſitio veritatis, iuxta capacitatem operantis, & rei opportunitatem.*

1167 *Si adhibita ſufficienti diligentia quis adhuc remaneat ſpeculatiuè dubius, & neſcit, vel non poteſt ex ſufficientibus principiis practicis formare iudicium practicum, an actio ſit turpis, vel honeſta, debet illam emittere, ſi id alundè non eſt malum, & aliunde habet certam viam operandi.*

1168 *Principium ſufficiens practicum, ſeu cauſa rationabilis variandi iudicium practicum à dubio, ſeu iudicio ſpeculatiuo, eſt bona fides in perplexo, ſeu eo, qui iudicat, vel dubitat, in vtraque parte ſequenda adeſſe peccatum.*

Vrgens neceſſitas operandi, vel abſtinendi ab operatione ad euitandum magnum incommodum, an ſit ſufficiens principium, & cauſa formandi iudicium practicum oppoſitum dubio, ſeu iudicio ſpeculatiuo; negant aliqui num. 1169.

Alij verius affirmant. 1170.

Homini poſt debitam diligentiam dubio, an ſit excommunicatus, licet ſe ingerere, & aliis cum eo communicare, ſi id fiat ad euitandum notabile damnum, ibid.

Poſt debitam diligentiam dubius, an irregularitatem contraxerit, ad euitandum magnum detrimentum, poteſt exercere actus ordinum, niſi alius in ſpeciali caſu ius poſitiuum prohibeat, ibid.

Beneficiarius in dubio iuris non tenetur ad recitandas horas canonicas, ibid.

1171 *Sufficiens principium, ſeu cauſa formandi contra dubium ſpeculatiuum, iudicium practicum de honeſtate operationis, eſt defectus alterius medij, quàm ipſa operatio.*

1172 *Auctoritas item Doctorum, ſeu viri periti eſt ſufficiens ratio variandi.*

1173 *Item in materia ad iuſtitiam ſpectante iuſta cauſa formandi iudicium practicum, & operandi contra dubium ſpeculatiuum, eſt poſſeſſio.*

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Quæ ſint principia practica ſufficientia, ſeu rationabiles cauſæ variandi, aut deponendi dubium ſpeculatiuum, & eo non obſtante formandi iudicium certum practicum de honeſtate operationis, & enumeratur diligens inquiſitio, bona fides, vrgens neceſſitas, defectus alterius medij, auctoritas Doctorum, poſſeſſio in materia iuſtitia.

1166. VErùm prædictis omiſſis, quæ latiùs videri
poſſunt apud Sanchez *loco citato*, explicemus
principia practica, ſeu cauſas iuſtas variandi, ſeu
deponendi iudicium, ſeu dubium ſpeculatiuum, &
eo non obſtante formandi iudicium prudens pra-
cticum de honeſtate, operationis, ſeu quod hîc &
nunc liceat operari, vel non operari non confor-
mando ſe tali iudicio, ſeu dubio ſpeculatiuo.
Igitur ante omnia prærequiritur prudens, ac di-
ligens inquiſitio veritatis, ſiue ſtudendo, ſiue con-
ſulendo peritos, iuxta dicta ſuprà *num.* 1153. &
latiùs ſuprà *num.* 13. & tradunt Doctores *num.* 12.
allegati, & alij communiter, tum *ſuprà* allegati,
tum allegandi *infrà*; & ratio eſt, quia dubium ſpe-
culatiuum vel circa ius, nempe circa legem, aut
cenſuram inde dependentem, vel circa factum, ex
quo conſurgit aliqua obligatio faciendi, vel omit-
tendi aliquid, non ſatis examinato iure, vel facto
iuxta capacitatem operantis, & rei opportunita-
tem, infert ſemper (vt ſuprà *dict. num.* 12. *&* 1147.)
conſcientiam practicè dubiam, quæ non poteſt
prudenter deponi ab operante, niſi poſt adhibitam
diligentiam ſufficientem ad eam tollendam, alio-
qui non facienti quod in ſe eſt, imputatur teme-
ritas, error, & culpa contingens; aut certè quæ
contingere potuit, dum eius periculo ſe exponit.
1167. Quòd ſi poſt adhibitam dictam ſufficientem di-
ligentiam adhuc conſcientia remanet dubia ſpecu-
latiuè, eo quòd dubius neſcit ex debitis, ſeu certis,
aut probabilibus principiis practicis elicere iudi-
cium practicè certum, an actio ſit turpis, aut ho-
neſta, tunc ſi aliunde putat non eſſe malum omit-
tere talem actionem, tenetur eam omittere, alio-
quin peccabit, vt omnes Doctores ſuprà *num.* 12.
relati aſſerunt, & ex dictis manifeſtè infertur,
nam imprudenter, & temerè operaretur non ha-
bens in praxi certa, ſeu ſufficientia operandi
principia, & aliunde habet certam viam non pec-
candi, & in huiuſmodi caſu habet locum illa regu-
la, in dubiis tutiorem partem eſſe eligendam, vt ſu-
prà *num.* 9. *fine*, *&* *num.* 1144.
1168. At ſi adhibita diligentia exiſtimetur, vel dubi-
tetur eſſe malum tam exercere, quàm omittere ta-
lem actionem, vt in homine perplexo, vel inuin-
cibiliter dubio in vtramque partem, tunc pru-
dens principium variandi, & formandi iudicium
quòd hîc, & nunc liceat agere, vel omittere actio-
nem, eſt bona fides, & certa perſuaſio, quòd pec-
catum non poteſt eſſe niſi vbi eſt libertas operan-
di, & ita quòd non peccabit tunc eligendo id,
quod apparet minus malum, vel ſi vtraque pars
æqualiter appareat mala, vnam ex illis eligat, iux-
ta dicta *num.* 54. *&* 55. *& præcedente* §.
1169. Sin verò poſt adhibitam ſufficientem diligen-
tiam inueniendi veritatem adhuc quis remaneat
ſpeculatiuè dubius, vtrùm illi liceat operari, ſciens
tamen certò nullum eſſe peccatum, ſi non ope-
retur, & vrgeat ingens neceſſitas operandi, ſeu
ſubeat magnum incommodum, ſi non operetur;
tunc eſt difficultas, an talis vrgens neceſſitas ſit
ſufficiens principium practicum, ſeu rationabilis
cauſa variandi, & in exercitio operis non ſe con-
formandi tali dubio, ac formandi iudicium practi-
cum quod hîc & nunc non obſtante tali dubio ſpe-
culatiuo, licitum ſit operari; & negant Becanus
tom. 2. *tract.* 1. *cap.* 4. *dicta quæſtione* 8. *num.* 6. &
Garzias *de Benef. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 25. & pro
hac opinione citari poſſet Paſqualigius loco ſuprà
num. 143. allegato. Probat Becanus, quòd dubi-
tans tunc omiſſa parte certa, non poſſit eligere du-
bium ob vrgentem neceſſitatem operandi, ad eui-
tandum notabile detrimentum, & incommodum;
quia temporale damnum non poteſt excuſare eum,
qui ſe exponit periculo peccandi, ac proinde, in-
quit, vt quis operetur ex tali dubio rectè, &
prudenter, non ſatis eſt, vt timore damni ſibi
perſuadeat ſe hoc poſſe facere, ſed debet habere
principia practica, ſi doctus eſt, vel probabi-
lem auctoritatem, ſi indoctus. † Sed veriùs eſt vr- 1170.
gentem neceſſitatem operandi ad aliquod graue
incommodum, ſeu detrimentum, eſſe ſufficiens
principium practicum non ſe conformandi in
praxi dubio ſpeculatiuo, & formandi iudi-
cium prudens practicum de honeſtate operatio-
nis, vel omiſſionis, non obſtante dubio ſpecu-
latiuo; ſeu, quod idem eſt, ex cauſa graui, &
magno detrimento notabiliue incommodo vi-
tando poſſe in praxi eligi partem dubiam, omiſ-
ſa certa. ita Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 17. *num.* 154.
& ſectionibus ſequentibus. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.*
19. *num.* 25. *& cap.* 10. *num.* 37. Suarez *de cen-
ſuris diſputat.* 40. *ſect.* 5. *num.* 12. Gordonus *lib.* 1.
quæſt. 9. *num.* 24. *lib.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 57. *&* 64. *&
eadem quæſt.* 17. *num.* 25. & priùs docuit Cordu-
ba *lib.* 3. *quæſtionarij quæſt.* 6. & ad id faciunt
Doctores citati ſuprà *num.* 142. *& num.* 301. & plu-
res alij, quos latè refert Salas *dict. num.* 154.
& ratio eſt, quia nulla lex, vel præceptum con-
tinens notabile incommodum, quamque quis
non poteſt implere niſi ſubeundo grauia damna,
obligat, niſi de tali obligatione ſufficienter con-
ſtet, ac proinde niſi ſufficienter, & ſine dubio
propoſita ſit, ſicut lex non obligat niſi ſit ſuffi-
cienter promulgata, & propoſita communitati.
Quod maximè procedere in lege pœnali, & pri-
uatiua, vt in cenſuris, ait Gordonus. Præterea in
hoc neceſſitatis caſu Salas *num.* 162. *fine*, ait ha-
bere locum illam maximam, quòd debito incer-
to non debemus ſatisfacere ſolutione certa. Igi-
tur quoties poſt adhibitam ſufficientem diligen-
tiam non potuit vinci & deprimi dubium ſpecu-
latiuum, & vrget graue damnum iudicio pruden-
tis, vel neceſſitate operandi in hoc neceſſitatis ca-
ſu, & dubitatione (ſi ius in ſpeciali eucoru non
prohibeat,) poteſt homo formare ſibi conſcientiam
ſe hîc, & nunc poſſe operari, vel omittere actio-
nem, ex hoc principio morali, quòd nulla lex, (præ-
ſertim pœnalis priuatiua, & odioſa) obligat ita
ex bona fide agentem, vt ſubeat graue damnum,
quandiu de ea lege taliue obligatione ſufficienter
non conſtat, conſtareue non poteſt. Quòd ſi ob vr-
gentem neceſſitatem operandi non potuiſſet om-
nem diligentiam (quæ alioqui extra talem caſum
fuiſſet poſſibilis,) adhibere, poſtea extra hanc neceſ-
ſitatem conſtitutus; & nactus opportunitatem tene-
bitur maiorem diligentiam adhibere ad veritatem
inueſtigandam, vt conſtat ex dictis ſuprà *n.* 13. & ali-
bi,

bi, & notauit etiam Gordonus *d.a.* 25. Hinc Cordu-ba, Salas, & Gordonus inferunt licitum eſſe ei, qui poſt debitam diligentiam adhibitam dubitat, an ſit excommunicatus, celebrare, ſeu exercere actum ordinis, vel ſe ingerere, vt euitet aliquod damnum; & ſimiliter licere aliis cum ſimili dubio communicare illi, vt euitent ſimile damnum, & dubitanti an irregularitatem contraxerit, (niſi ius ſpecialiter prohibeat, iuxta *infrà* dicenda,) ſimiliter licere exercitium Ordinum vrgente neceſſitate, & pariter Corduba *d. q.* 6. & Salas *d.n.* 154. aiunt beneficiatum in dubio iuris, ſcilicet vtrùm ob tenuitatem beneficij teneatur recitare diuinum Officium, non teneri ad recitandum horas canonicas, quia id eſt magnum incommodum, quod ſine certitudine ſubiri non debet, de qua re infrà *n.* 1288. ex quibus patet reſponſio ad fundamentum Becani.

1171. Præterea ſufficiens principium practicum variandi, & deponendi iudicium, ſeu dubium ſpeculatiuum, eſt aliquando ipſa operatio ex defectu alterius medij, nimirum, quando eſt dubium facti, & non iuris, licet enim vti re dubia, ſolùm quia non eſt aliud medium ad depellendum dubium, iuxta *cap. laudabilem, de frig. & malef.* vbi triennij tempus conceditur, vt qui dubitat de valore matrimonij propter impedimentum naturæ frigidæ, poſſit experimento cognoſcere, an vere ita ſit, quia non eſt aliud ſufficiens medium ad expellendum dubium, de qua re in terminis Gordonus *d.lib.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 11. *& d.lib.* 7. *quæſt.* 6. *n.* 57.

1172. Sola quoque auctoritas Doctorum, ſeu viri periti poteſt eſſe ſufficiens principium practicum deponendi iudicium, & dubium ſpeculatiuum, vt Becanus, & Gordonus *locis citatis* tradunt, & conſtat ex dictis de opinione probabili.

1173. Demum principium practicum, ſeu iuſta cauſa variandi iudicium practicum à iudicio, ſeu dubio ſpeculatiuo remanente poſt adhibitam diligentiam eſt poſſeſſio in materia iuſtitiæ, ita vt hac interueniente poſſit quis operari contra conſcientiam ſpeculatiuè dubiam, eam practicè deponendo; id quod latè *infrà* probabitur, & pro nunc ſufficiat illa regula iuris, quòd *in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis*, qui in tali dubio habet æquale ius dominij, ſeu proprietatis cum alio, & maius etiam ratione poſſeſſionis, in qua eſt bona fide, ratione cuius ſuperat ius alterius, & ita illi præferendus, & conſequenter iuſtam cauſam habet variandi iudicium ſpeculatiuum, ſeu deponendi dubium ſpeculatiuum, & formandi iudicium practicum illi oppoſitum; & ita tradunt communiter Doctores *ſupra* allegati, & *infrà* allegandi.

SVMMARIVM.

1174 *In aliis materiis à iuſtitia non eſſe meliorem conditionem poſſidentis, & in dubio non obſtante poſſeſſione tutiorem partem fore eligendam affirmat vna ſententia, & ſeqq.*

1176 *Alia ſententia in iiſdem materiis docet in dubio eſſe eligendam tutiorem in foro conſcientiæ, ſecus in foro contentioſo.*

1177 *& ita in dubio præſumi delictum in foro conſcientiæ, cùm agitur de ſalute animæ.*

1180 *Alia ſententia aſſerit in præceptis negatiuis in dubio tutiorem partem eſſe eligendam, ſecus in affirmatiuis, in quibus vult meliorem eſſe conditionem poſſidentis.*

1181 *& in dubio voti, vel præcepti negatiui eſſe implendũ.*

1182 *Item in dubio valoris matrimonij abſtinendum à petitione debiti.*

1183 *In dubio homicidij, & cuiaſcunque facti, ob quod incurritur irregularitas, quem in vtroque foro cenſeri irregularem quoad abſtinendum ab opere irregularibus prohibito, non verò quoad priuationem beneficij, & alias pœnas, &* 1184.

1185 *Item prædicta procedere ſiue dubium ſit æquale, ſiue inæquale.*

1186 *Quarta ſententia indiſtinctè affirmans etiam in alijs materiis à iuſtitia in dubio poſſeſſionem reddere meliorem conditionem poſſidentis, & eſſe ſufficientem titulum, ſeu cauſam deponendi practicè dubium ſpeculatiuum poſt debitam veritatis inueſtigationem remanens.*

Hæc quarta ſententia approbatur, n. 1193.

Limitatur tamen in caſibus in iure expreſſis, vt eſt caſus irregularitatis in dubio homicidij, in quo habet locum illa regula, Tutior pars eſt eligenda, *n.* 1194.

Ampliatur verò, vt habeat locum non ſolùm in dubio æquali, ſed etiam ſi pro altera parte appareat maior veriſimilitudo, ſeu probabilitas, in illámque magis inclinet dubitans, n. 1195.

Reſponſio ad argumenta primæ ſententiæ, n. 2001. *& ſeqq.*

Regula illa, In dubiis tutior pars eſt eligenda, *an ſit de iure diuino, ſeu naturali, & ſemper in omnibus obliget, num.* 1175. 1177. 1183. 1190. 1194. *&* 2005.

Forum internum an diſcrepet ab externo, ſeu an idem in vtroque iudicandum, quando forum externum non fundatur in falſa præſumptione, n. 1178. 1179. 1187.

Iudex fori externi potius debet abſoluere nocentem, quàm condemnare innocentem, d.n. 1177.

In foro contentioſo in dubio non fertur ſententia condemnatoria, ſed abſolutoria ab inſtantia, & ſemper à iudice fauendum Reo. ibidem & d.n. 1187.

1191 *Poſſeſſio in aliis materiis à iuſtitia, an ſit etiam poſſeſſio iuſtitiæ, &* 1192.

Impedire aliquem per vim, ne eleemoſynam elargiatur, eſt peccatum contra virtutem eleemoſynæ, & contra virtutem iuſtitiæ, d.n. 1191.

Impedire per vim ne quis religionem ingrediatur, eſt peccatum contra religionem, & contra iuſtitiam, ibid.

1196 *Poſſeſſio eſt pro ea parte, ſeu pro quo eſt iuris præſumptio.*

1197 *Vbi eſt certa præſumptio iuris pro aliqua parte, ea pars debet iudicari vera donec contrarium probetur.*

Cùm de præſumptione iuris quoad forum externum conſtat, pro ea in foro quoque interno ſtandum eſt, ibid.

1198 *Poſſeſſio multis in caſibus non facit meliorem conditionem poſſidentis, nec pro poſſidente inducit iuris præſumptionem, ſed ab allegante eſt probanda: puta ſi contra poſſidentem ſit aliqua præſumptio, vel ſi poſſeſſioni ius commune reſiſtat.*

1199 *Si præſumptio, ſicut & poſſeſſio pro aliqua parte eſt dubia, tunc reputatur ac ſi non eſſet.*

1100 *Factum in dubio regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.*

Limitatur vbi præſumptio ſit potiùs pro facto, ſcilicet, ſi adſit cauſa præſumendi factum, ibid.

Factum in dubio præſumitur, ſi illud de iure faciendum erat, ibid.

Alienatio in dubio præſumitur facta cum debitis ſolemnitatibus,ibid.

Votum,vel promiſſio & quilibet contractus præſumitur factus cum ſufficienti deliberatione,ibid.

1203 *Regula,*In dubiis tutior pars eſt eligenda,*habet ſemper locum in dubio practico, & vbi poſſeſſio ſtat pro præcepto; in reliquis extra caſus in iure definitos intelligitur eadem regula de conſilio, & perfectione,non de obligatione.*

1204 *Regula*, In dubiis melior eſt conditio poſſidentis,*& regula,* In dubiis tutior pars eſt eligenda,*an ſint contrariæ, & an prior ſit menſura poſterioris.*

Intellectus ad cap. Ad audientiam,& ad c.ſignificaſti 2.de homicid. *n.* 1174. 1177. 1179.& 1205.& 1210.1211.1212.& 1213.

Intellectus ad cap.illud Dominus, de Cler. excom.miniſt.*d.n.*1177.*& n.*2007. & 1208.

1211 *Intellectus* ad cap.iuuenis,de ſponſalibus.

*Excommunicatio per ſolam famam publicam ſufficienter probatur in foro animæ, & quod abſtinendum à celebratione, & participatione tam in diuinis, quàm in humanis quoad actus communes,non verò ſi agatur de præiudicio alterius, aut de repellendo aliquem à iudicio, vel de pœna infligenda, tunc enim requiritur plenaria probatio, d.n.*1208.

Quando agitur de graui damno, & præiudicio,fama non probat contra aliquem,ibid.

*Fama excommunicationis probata poteſt iudex ex officio reijcere diffamatum à iudicio, vel beneficio, & aſſignare terminum ad ſe purgandum, ad id tamen non tenetur ad inſtantiam partis, n.*1209.

*Purgationis indictio pendet ex officio iudicis,& non competit actio parti ad illam petendam,*1210.

§. XXXVIII.

An extra iuſtitiæ materiam ſit ſemper in dubio pars tutior eligenda, nec iuuet poſſeſſio; an verò in quibuſcumque materiis cuiuſcunque virtutis, poſſeſſio ſit ſufficiens titulus deponendi conſcientiam ſpeculatiuè dubiam,& contra illam operandi.

SEd quod valdè inter Doctores controuertitur, eſt, an etiam extra iuſtitiam in materia aliarum virtutum melior ſit in dubio conditio poſſidentis, ac proinde ratione poſſeſſionis, licitum ſit practicè deponere dubium ſpeculatiuum, ſiue iuris, ſiue facti,& contra illud operari;&

Prima ſententia abſolutè negans.

1174. PRima ſententia negat in dubio extra materiam iuſtitiæ meliorem eſſe conditionem poſſidentis; ſeu ſolam poſſeſſionem eſſe cauſam ſufficientem non ſe conformandi dubio ſpeculatiuo;affirmátque abſolutè,in dubio tam iuris,quàm facti, in materiis aliarum virtutum præter iuſtitiam (ſi poſt debitam diligentiam non poteſt ex aliquo alio principio morali vinci,& deponi,) eligendam eſſe partem tutiorem,(ſcilicet, vel in qua ſequenda nullum poteſt eſſe peccatum,vel quæ eſt minus mala, & periculoſa)iuxta illam maximam,ſeu regulam quòd *in dubiis tutior pars eſt eligenda.* ita Azorius 1. *p. lib.* 2. *cap.*18. *quæſ.* 4. (vbi vniuerſaliter aſſerit in dubiis tutiorem partem eſſe eligendam,)*& cap.*19. *quæſ.*10. & alibi; Vazquez 1. 2.*diſp.* 65.*cap.*3. vbi abſolutè aſſerit in dubio,v.g.an lata ſit lex,vel votum emiſſum, tutiorem partem eligendam, quando ſolùm agitur de periculo peccandi, ſecus in aliis, *& opuſc.de reſtitutione cap.*6.*num.*80.Saytus *lib.* 1. *Clauis cap.*15.*num.*8. 9.*&* 36.& alibi, Antonius Perez *in laurea Salmantina certamine* 10.*num.* 132. Baſilius Pontius *de matr. lib.*10.*cap.*15.*num.*2.*&* 3. Hurtadus *de matr. diſp.*10. *num.*43.Monteſinus 1.2.*diſp.*29. *num.* 112. Torres *de iuſtitia diſp.*13.*num.*19. Turr. *in opuſc.Theolog.opuſculo de conſcientia dubia diſp.*1.*dub.*1. Comitolus *reſp. mor. lib.*2.*quæſt.*18. Auguſtinus Barboſa *collect. ad Decretales tom.*2.*coll.ad cap.iuuenis n.*6. *de ſponſalibus*; idem tenent alij ab iiſdem allegati, & *infrà in ſequentibus* §§.allegandi; & approbant etiam Salas 1.2.*tract.*8. *ſect.*17.*num.*152.*&* 154.*& ſect.*25.*num.*252.Breſſerus *lib.*4.*de conſcientia cap.*6.*& cap.*9. *& cap.*14. *num.*152. *verſ.vlt.*& Fauentinus *in* 4.*d.*25. *diſp.*4. *num.*27. cum illa limitatione,ſcilicet, quando quis partem tutiorem ſine magna difficultate, magnóve incommodo ſuo, vel alterius amplecti poteſt, ſecus ſi pars tutior eſſet illi valdè incommoda, & difficilis, & hoc poſterius probat Salas rationibus ſuprà *n.* 1170. adductis. Igitur prædicti Doctores omnes aiunt regulam illam, quòd melior ſit conditio poſſidentis, habere locum ſolùm in materia iuſtitiæ: vt ſi quis dubitet,ſit ne res,quam poſſidet,aliena,necne; non verò in materiis aliarum virtutum, v.g. religionis, aut temperantiæ, in quibus volunt eſſe ſeruandam aliam regulam, quòd in dubio ſit eligenda pars tutior,in qua ſequenda vel nullum malum, vel minus malum eſſe poteſt.Probatur hæc ſententia primò, quia poſſeſſio eſt titulus ſolius iuſtitiæ;non ergo extra iuſtitiæ materiam iuuat;ſed præter poſſeſſionem libertatis requiritur aliqua cauſa extrinſeca, alioqui eligens viam minus tutam, exponeret ſe periculo peccandi,atque adeò peccaret,vt ſequenti ratione magis explicabitur.Confirmat Breſſerus *n.*51. adducendo diſcrimen inter poſſeſſionem in materia iuſtitiæ,& aliarum virtutum;quòd illa ſit, & libertatis circa rem extrinſecam, & præterea (quod ait eſſe potiſſimum)rei ipſius, ac proinde ſpoliationem dictæ poſſeſſionis maiorem eſſe pœnam, quàm ſolius libertatis in materia aliarum virtutum: licèt ſæpè per accidens hæc maior ſit pœna, vel quia circa omiſſionem, vel actum difficilem etſi internum; vel quia ad illum accedit materia, vel actus externus difficilis:ita grauis pœna(ait)eſt priuari libertate circa omiſſionem, vel longam peregrinationem, largitionem eleemoſynæ(vbi immiſcetur poſſeſſio, & materia iuſtitiæ)vel ingreſſum religionis,ad quæ quis dubitat, an obligetur vno, aut alio præcepto, necne. Hinc infert Breſſerus poſſeſſionem in materia iuſtitiæ, ſecus quàm aliarum virtutum, ſemper eſſe cauſam iuſtam non ſequendi partem tutiorem, cùm præſertim vniuerſaliter eius priuilegium eo ſenſu à iure poſitiuo confirmatum ſit,ſecus quàm in materia aliarum virtutum:quapropter deficiente ea cauſa, legitima poſſeſſione, etiam in materia iuſtitiæ eligenda eſt pars tutior, diuidendo, v. gr. rem dubiam non retinendo, ſi eam non poſſidemus legitimè. Addit idem Breſſerus *num.* 52. *fine*, aliam confirmationem, ſcilicet, ideo in dubio meliorem eſſe conditionem poſſidentis, quia durum eſſet & incommodum in dubio ſpoliari certa poſſeſſione; ergo iuxta dictamen legis naturalis, quando id non eſt durum, & incommodum, ceſſat ratio, adeóque ipſum priuilegium: at in materia aliarum virtutum aliquando ceſſat iſta ratio, vt cùm quis æquè commodè facit, vel omittit id, de quo dubitatur: ſecundò probatur, quia expo-

nere

nere ſe periculo violandi legem aliquam veram, & iuſtam, eſt peccatum ſaltem, ſi ſine cauſa, & ratione ſufficiente, & neceſſitate excuſante id fiat; ſed in dubio iuris, vel facti amplectens partem minus tutam, omiſſa parte certa, vel tutiori, exponit ſe tali periculo; ergo peccat: & confirmatur, quia dubitans practicè operans contra dubium peccat, quia exponit ſe periculo violandi legem, ſeu præceptum; ſed eidem periculo ſe exponere videtur, qui in dubio iuris, & an ſit lex, necne, vel votum emiſſum ſit, aut non operatur contra dubium. Tertiò, (& eſt argumentum Vazquez *d. diſput.66.cap.*1.) quia dubitans de facto aliquo, quo poſito neceſſariò orietur obligatio iuris naturalis, aut poſitiuè, debet neceſſariò dubitare, vtrùm illud factum ſit peccatum, aut non: at ſtante hoc dubio conſcientiæ nequit quis rectè operari, niſi ſequendo partem tutiorem; ergo in tali dubio facti tenetur amplecti partem tutiorem; ex quo etiam fit, vt ſi in dubio facti eſt neceſſariò eligenda pars tutior, vt periculum animæ vitetur, idem dicendum erit etiam in dubio iuris. Quartò, quia ſi in aliis materiis extra iuſtitiam poſſeſſio ſuffragaretur ad operandum contra dubium, ſequeretur futurum, vt nunquam habeat locum illa regula, *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, cùm ſemper poſſit allegare homo poſſeſſionem libertatis ad faciendum contra præ-
1175. ceptum. † Quintò, & vltimò (omiſſis aliis argumentis, quæ in ſequentibus §§. proponentur) in aliis materiis à iuſtitia in dubio tam iuris, quàm facti vniuerſaliter eſſe veram, & ſeruandam præfatam regulam quòd *in dubiis tam iuris, quàm facti tutior pars eſt eligenda*; probatur ex multis iuribus *cap. ſignificaſti 2. de homicidio, & cap. Ad audientiam, eodem titulo*; vbi in dubio, an Sacerdos occiderit (ſcilicet, an ex vulnere ab ipſo inflicto, an verò ex infirmitate poſtea ſuperueniente vulneratus mortuus fuerit,) Summus Pontifex iudicat eum eſſe irregularem, eam reddens rationem, quòd cùm in dubiis ſemitam, ſeu partem debeamus ſequi tutiorem, ille Sacerdos in ſacris Ordinibus non debet, nec poteſt miniſtrare: quare in dictis capitibus S. Pontifex non tanquam quid noui ſtatuit, vt in caſu homicidij dubij pars tutior eligatur, ſed potiùs ſupponens regulam illam, in dubiis tutiorem partem eſſe eligendam, tanquam veram, ex ea colligit, in dubio homicidij, habendum illum Preſbyterum, vt irregularem, & debere abſtinere à miniſterio Ordinum ſacrorum. Similiter *cap. illud Dominus, de clerico excomm. miniſtr.* Summus Pontifex decidit, Epiſcopum rationabiliter dubitantem de ſua excommunicatione, (quia ſcilicet erat conſcius ſuæ excommunicationis ex ſola forma, ac proinde non omnino certus,) eſſe deponendum, ſi ante abſolutionem celebrauit, & reddit rationem, quia, inquit, in dubiis, via eſt tutior eligenda, etſi delata in eum ſententia dubitaret, debuerat tamen potius ſe abſtinere, quàm Sacramenta Eccleſiaſtica pertractare. vbi etiam apparet, deciſionem ſuam fundare S. Pontificem in illa regula, quòd *in dubiis tutior pars eſt eligenda*. item *cap. iuuenis, de ſponſalibus*, iuuenem, qui puellam nondum ſeptennem duxit, & cùm illa conſummare forſan tentauit, etſi non potuit, & poſtea conſobrinam illius duxit, mandatur ſeparari, ratione impedimenti publicæ honeſtatis contracti, licèt impedimentum eſſet dubium, quia dubium erat, an talia ſponſalia valerent; imò præſumptio iuris pro eorum nullitate ſtabat; quia tamen in hoc dubio temerè contraxerat matrimonium, mandatur à Pontifice ſeparari, ob eandem rationem, ſeu regulam, quòd in dubiis, quòd certius eſt, ſcilicet, tutius tenere debemus. vnde quamuis prædicta iura loquantur in dubiis facti, nihilominus ea eis colligitur regulam eſſe obſeruandam, ſeu habere locum in vtroque dubio, ſcilicet facti, & iuris; cùm dicta iura nihil noui ſtatuant, ſed regulam ſupponant, & ex ea inferant, ſeu colligant deciſionem, & in vtroque dubio militet eadem ratio, propter quam in dubio facti eligenda dicitur, & debet eligi tutior pars, quæ eſt illa, de qua *ſuprà*, ſcilicet, ne fortè fiat illud, quod re vera peccatum eſt; idem autem periculum eſt in dubio iuris: quare regula hæc, quòd in dubiis tutior pars ſit eligenda, in foro ſaltem animæ fundata eſt in iure diuino (vt in terminis Ioannes Valerus *de diff. in vtrumque forum, v. interpretatio, differentia 2. num. 1.*) iuxta illud Eccleſiaſtici 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.* Quòd autem in dubio quis non teneatur ſequi partem tutiorem cùm notabili incommodo proprio, vel alterius, iuxta Salam, Breſſerum, & Faucutinum, probatur, quia ipſo etiam iure, ac lumine naturali apparet nimis durum, aliquem cùm dubitat prudenter, an reuera ad aliquod faciendum, vel omittendum tenetur, debere iudicare ſe obligatum etiam cum ſui, vel tertij incommodo notabili. Addit tamen Breſſerus *d. cap. 6. n. 55.* hoc incommodum non debere ordinarie eſſe magnum. Quod probat, quia lex ſiue ciuilis, ſiue eccleſiaſtica, etſi certò promulgata, & cognita, nō obligat cum magno incommodo, ergo minor cauſa debet excuſare ab obſeruatione, ſeu obligatione quauis dubia: ac proinde ſufficiet incommodum notabile mediocre, ſeu medium inter paruum, moraliter non exiſtimandum, & magnum excuſans ab obligatione legis certæ. Confirmat, quia lex dubia, ſiue naturalis, ſiue poſitiua, eo ipſo, quo dubia, non eſt plenè dubitanti promulgata; ergo non poteſt plenè, ſeu cum graui incommodo obligare, quod item (inquit) valet de quauis obligatione dubia, non tantùm circa ius, ſed & factum, ac proinde non requiritur graue incommodum, ſeu grauis cauſa, ne eam quis obſeruare debeat. aliqua tamen iuſta cauſa (ſubdit) requiritur ad non ſeruandam legem imperfectè, & dubiè promulgatam; quia iuxta naturalem æquitatem (inquit) & prudens dictamen, apparet eiuſmodi legem plus debere efficere, quam ſi nulla eſſet, vel putaretur omnino. Aduertit autem *n. 56.* quo lex ſeu naturalis, ſeu poſitiua, & obligatio quamuis dubia grauior eſt, eo debere eſſe maius incommodum, quòd excuſet ab eius executione, ac proinde abſolutè fieri poſſe, vt debeat illud eſſe magnum, ſi lex ſit valde magni momenti. ita Breſſerus.

Secunda ſententia diſtinguens inter forum conſcientiæ, & contentioſum.

SEcunda ſententia conuenit cùm præcedenti, vt 1176.
in foro conſcientiæ, ſeu animæ in dubiis tam iuris, quàm facti extra materiam iuſtitiæ pars tutior, ſecurior, & fauens animæ, ſeu in qua euitatur peccandi periculum, ſit eligenda; in foro verò exteriori, & contentioſo ſit ſeruanda pars mitior, & benignior, ita Panormitanus *in d. cap. ad audientiam n. 3. & in d. cap. ſignificaſti num. 4. de homicidio*, quem ſequuntur Anania, & Felinus *num 1. in d. cap. ad audientiam*, Marianus Socinus *ibidem num 46.* Neuizanus *lib. 6.* Syluester *num. 46.* Angelus *in ſum. v. dubium num. 2.* Syluester *eodem, quæſt. 4.* Armilla *eodem num 1.* Roſella *eodem*, Borgaſius *de irregul. pag. 379. num. 21.* Nauarrus *in Man. cap. 27. num. 193. & in cap. ſi quis*

Digitized by Google

autem, n. 38. *& 39. de pœnit. d.* 7. Ioannes Valerus *de diff. verb. irregularitas diff.* 5. *v. interpretatio diff.* 2. *verb. iudex, diff.* 7. *& verb. iudicium, diff.* 5. & plures alij, quos referunt Garzias *de beneficiis p.* 7. *cap.* 2. *num.* 18. & Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 10. *num.* 10. *&* 39. & ad id allegatur Innocentius *in d. cap. ad audientiam*; qui Doctores omnes proinde aiunt in dubio homicidij commiſſi hominem debere cenſeri, & iudicari irregularem, vt à miniſterio celebrandi abſtineat, aut ab alio, in quo ſubeſſet peccandi periculum; in foro verò contentioſo in tali dubio non eſſe iudicandum irregularem. Rationem diuerſitatis aſſignat Nauarrus illam, nempè, quòd nemo poteſt facere ſine peccato id, de quo dubitat ſit peccatum necne, cùm nemo ſe peccandi periculo exponere debeat,
1177. neque alteri conſulere, vt illi ſe exponat. † At verò iudici conuenit potius abſoluere nolentem, quàm condemnare innocentem, *l. abſentem. ff. de pœnis*, & in dubiis non fertur ſententia condemnatoria in foro contentioſo, ſed immò abſolutoria ab inſtantia iudicij, *cap. habuiſſe* 33. *d.* & facit *l. duo ſunt ff. de teſtam. tutel. & cap. graue* 11. *q.* 3. *& regula, cum ſunt iura partium obſcura*, &c. & quòd in foro animæ tutior, & ſecurior pars ſit eligenda, videtur manifeſtè colligi ex dictis *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti* 2. *de hom.* quæ nouum ius non inducunt (vt *ſupra* dictum eſt,) ſed ſupponunt illam regulam generalem, in dubiis eſſe tutiorem partem eligendam, tanquam de iure diuino, & ex illa generali regula obligationem præexiſtentem declarant, & de iure reſpondent. Ad idem facit, quod ex communi Iuriſperitorum, & Canoniſtarum tradunt Menochius *de præſumpt lib.* 5. *præſumpt.* 2. *num.* 40. & Franciſcus Molinus *de ritu nupt. lib.* 1 *comp.* 6. *num.* 13. nimirum delictum in dubio præſumi in foro conſcientiæ, cùm de ſalute animæ agitur. vnde idem Menochius *num.* 41. infert, quòd in dubio præſumitur contractus ſimulatus, & fœneratitius in foro conſcientiæ pro ſalute animæ. Addit idem Menochius *præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 90. *n.* 23. in dubio præſumi contra Reum non ſulùm in foro animæ, ſed etiam in foro canonico quoad pœnam ſuſpenſionis à diuinis, per dicta iura *ſuprà* allegata.

1178. Quòd ſi dicatur nullam faciendam eſſe differentiam inter forum conſcientiæ, & externum, tum quia Summus Pontifex dictis duobus capitibus loquitur etiam de foro externo, vt videtur conſtare apertè ex illis verbis, *Ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit*; & poſtea *eodem cap. te conuenit iniungere presbytero memorato*, & ex illis verbis, *cap. ſignificanti, à ſacerdotali officio abſtinere debet*: tum, quia regulariter forum conſcientiæ, & externum parificantur, *cap. vt animarum, de conſtit. in* 6. *& cap. nam quidem, de iureiur.* atque idem in vtroque iudicandum eſt, quando externum non innititur falſæ præſumptioni, per Doctores communiter infrà *n.* 1188. allegandos; & ita quòd ſufficit in foro conſcientiæ vt quis à Sacramentis ſe abſtineat, id ipſum in foro iudiciario ſufficiet, ſi conſtet de eo, vt ait Nauarrus *in d. c. ſi quis autem n.* 36. *fine*, & poſt eum Rebellus *de obligat. iuſt. p* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 13. ita prædictam differentiam inter forum conſcientiæ, & exterius reprobant Nauarrus *d. n.* 36. (qui proinde videtur ſibi contrarius, quem tamen conciliare nititur Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 67. *n.* 6.) Couarruuias 1. *p. relectionis, de homicidio n.* 3. Molina *d. num.* 6. Rebellus citato *num.* 13. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 43. Garzias *d. cap.* 2. *num.* 18. *&* 19. & alij ab eodem Garzia relati & allegandi *infrà*, cùm agemus, an in dubio homicidij quis ſit cenſendus irregularis; prout cenſendum eſſe in vtroque foro, iuxta *d. cap. Ad audientiam, & d. cap. ſignificaſti*, tradunt iidem Doctores modò allegati.

Reſpondet Valerus *d. differentia* 5. non poſſe ne- 1179.
gari, quòd in foro iudiciali, etiamſi agatur de aliquo facto, v. gr. de homicidio contra aliquem, vel ad pœnam imponendam pro irregularitate contracta, & ſit dubium, an cummiſerit homicidium, vel incurrerit irregularitatem necne, non poterit iudex condemnare Reum de homicidio, nec eum irregularem iudicare, per iura *num.* 1177. allegata, & Doctores *num.* 1176. relatos; ſecus ſi agatur in foro pœnitentiali ad imponendam pœnitentiam, vel ad cauendum ab Altaris miniſterio; aut conſultatio fiat extra dictum forum pro ſecuritate animæ, nam etiam hoc caſu agitur in foro conſcientiæ; tunc enim in dubio ſemper pars ſecurior tenenda eſt, etiamſi ſit durior, vt præter Doctores *num.* 1176. allegatos, & alios quos *ſuprà*, allegatis differentiis, allegat idem Valerus, *Gloſſa fin. in cap. vnic. de ſcrut. in ord. fac. & Gloſſa* 2. *in cap.* 3. *de cler. percuſſore.* Quare idem Valerus negat iura præallegata loqui de foro iudiciali, ſeu contentioſo, dicens ex eiſdem conſtare S. Pontificem fuiſſe tantummodo conſultum pro ſecuritate animæ pœnitentium extra iudicium, idque colligi ex *d. cap. Ad audientiam*, ibi, *& eidem iniuncta pœnitentia congruenti*, & ex *cap. ſignificaſti*, ibi, *cùm de cæteris credendum ſit ipſi, qui non accuſatur, vel denunciatur ab aliquo: ſed per ſe ipſum conſilium appetit ſalutare*, & ex *d. cap.* 3. *de clerico percuſſo.* ibi, *præſentium lator in quodam conflictu aſſerit ſe fuiſſe*, &c. & etiam ex *cap.* 2. *de cler pugn. in duell.* ibi, *Henricus presbyter nobis humiliter intimauit*, &c. Ad rationem in contrarium allatam, præſertim ad illud quod ſufficit, &c. dicit idem Valerus contrarium conſtare ex ſupradictis, ſi quidem in foro conſcientiæ ſufficit dubium contractæ irregularitatis ineſſe, vt quis teneatur ſe à Sacramentis abſtinere, vt probant prædicta iura; quod tamen non ſufficit ad proferendam ſuper illo ſententiam condemnatoriam, vel ad declarandum quem irregularem, cùm de veritate non conſtat. Poſſet etiam iuxta hanc ſententiam dici vtrumque forum pacificari (vbi forum exterius non fundatur in præſumptione,) quoad hoc, ſcilicet, vt quoties forum exterius obligat, ita etiam in foro conſcientiæ obligatio conſurgat, ſeu adſit; non è contra, vbi agitur de periculo peccandi, quia hoc caſu fauore animæ attendendum eſt quod ſecurius, & certius ad euitandum peccatum, licèt rigidius, quod vbi non conſtat de veritate, non conuenit in foro iudiciali, & contentioſo in quo ſemper faciendum eſt reo, & mitior pars attenditur.

Tertia ſententia diſtinguens inter præceptum negatiuum, & affirmatiuum.

TErtia ſententia (quæ eſt Garziæ *de benef. dicta* 1180.
p. 7. *cap.* 2. *n.* 13. *& ſequentibus, vſque ad* 26.) diſtinguens inter præceptum negatiuum, (ſcilicet, quo quis obligatur abſtinere ab aliquo opere exercendo) & affirmatiuum (ſcilicet, quo quis obligatur ad opus exercendum) dicit, quòd illa regula, *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, intelligitur, & procedit generaliter quoad præceptum negatiuum, nempè quoad hoc, vt non poſſit quis facere id, de quo eſt dubium, an ſit prohibitum, ſed debeat ab illo abſtinere, & iuxta hoc procedere omnia iura ſuprà *n.* 1175. adducta; non tamen procedit quoad præceptum affirmatiuum, nempè quoad hoc, vt in dubio debeat

quis

quis ſpoliari, ſeu priuari re poſſeſſa, vel facere actum
poſitiuum, de cuius obligatione non conſtat; nam
tunc, inquit, intrat alia regula, quòd in dubio, & pa-
ri cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *reg. in pari,*
lib. 6. quam aſſerit idem Garzias procedere non ſo-
lùm in materia iuſtitiæ, ſed etiam aliarum virtu-
tum & pro hac diſtinctione facere illud axioma, de
quo *in cap. quemadmodum, ſect.* 1. *de iureiur. Turpius*
1181. *eijcitur, quam non admittitur hoſpes.* † Hinc idem
Garzias primò infert *num.* 16. quòd in dubio vo-
ti, vel præcepti illud eſt adimplendum, ſi ſit vo-
tum, aut præceptum negatiuum de non faciendo.
1182. † Secundò *num* 17. infert coniugem etiam poſt fa-
ctam diligentiam circa inueſtigationem veritatis,
adhuc manentem dubium de valore matrimonij,
non poſſe exigere matrimonium, iuxta *cap. inqui-*
ſitioni, verſic. verum, de ſent. excomm. quia obliga-
te coniugem ad non petendum debitum, eſt eſſe
1183. obligatum abſtinere à copula. † Tertiò *num.* 18.
infert in dubio non ſolùm homicidij, ſed etiam
alterius cuiuſcunque facti, ob quod incurritur ir-
regularitas, etiam poſt factam diligentiam, cen-
ſeri debere quem irregularem ad effectum abſti-
nendi, & ceſſandi ab officio, & opere irregulari-
bus prohibito, etiam in foro exteriori, propter
periculum errandi contra ſalutem animæ, vt ha-
betur in dictis *cap. ad audientiam, & ſignificaſti,*
quæ ait non inducere ius nouum, ſed ex dicta re-
gula generali declarat obligationem præexiſten-
tem, vt ſuprà *num.* 1175. *&* 1177. dictum eſt; non
verò debere cenſeri irregularem in foro exteriori
quoad hoc vt debeat ſpoliari, ſeu priuari benefi-
cio, & quoad alias pœnas, quæ in dubio non de-
bent imponi, per *d. l. abſentem, ff. de pœnis*, & regu-
lam, *cùm ſunt partium iura*, &c. quamuis, inquit, ſi
non abſtineat ab his, à quibus verè irregulares ab-
ſtinere debent, pro eo verò, & certo delicto non ab-
ſtinendo commiſſo punietur condignè, & compe-
tenter in foro exteriori. & id, ſubdit idem Garzias
num. 19. eſt, quod volunt Panormitanus, & alij Ca-
noniſtæ, ac Iuriſperiti antiquiores relati *num.* 1176.
quos dicit non benè intellexiſſe Nauarrum *in d. cap.*
ſi quis autem num. 35. *&* 36. *& d. cap.* 27. *num.* 193. *&*
conſ. 6. *&* 46. aliàs 11. *&* 12. *de homicidio*, & Couarru-
uiam *d. n.* 3. imponentes eidem Abbati, & aliis, quòd
dicant neminem in dubio cenſeri irregularem in fo-
1184. ro exteriori. † Quartò infert idem Garzias *num.* 21.
idem dicendum in dubio iuris, vbi ſcilicet quis du-
bitet, an ſuo delicto, ſeu facto ſit impoſita pœna ir-
regularitatis antequam fiat diligentia, & examen in
iure: interim enim debet abſtinere tanquam irregu-
laris, & etiam poſt factum examen, & diligentiam,
dum manet dubius; niſi dubium eſſet apud omnes,
an in aliquo caſu ſit iure impoſita aliqua irregula-
ritas, ſeu in caſu dubio apud Doctores, an ſit de il-
lis, in quibus irregularitas incurratur; nam tunc
non eſſet quis cenſendus irregularis ex quo non eſt
in iure expreſſum, vt *in cap. is qui, de ſentent. excomm.*
1185. † Denique idem Garzias *n.* 23. animaduertit con-
tra Rebellum 1. *p. de oblig. iuſt. lib.* 2. *quæſt.* 14. *à num.* 8.
& 2. *p. lib.* 1. *q.* 2. *à num.* 10. nihil referre in hac mate-
ria dubij quòd dubium ſit æquale, vel non; nam
ſtante vero dubio, licèt pro vna parte ſit maior ve-
riſimilitudo, ſeu probabilitas, non tenetur dubitans
ad id, ad quod aliàs in dubio æquali non teneretur,
nec deobligatur ab eo, ad quod aliàs in dubio æqua-
li teneretur; nec etiam teneretur (vt infrà *n.* 1195.
explicabitur) ad diuidendum. Prædicta omnia Gar-
zias *vbi ſuprà.*

Quarta ſententia abſolutè, & indiſtinctè
affirmans.

QVarta & vltima ſententia ac communior in- 1186.
diſtinctè aſſerit regulam illam, ***In dubio melior***
eſt conditio poſſidentis, habere locum etiam in mate-
riis aliarum virtutum, puta religionis, ſeu tempe-
rantiæ, ſiue alterius virtutis, ac proinde in aliis
materiis à iuſtitia poſſeſſionem eſſe ſufficientem
titulum, ſeu cauſam variandi iudicium ſpeculati-
uum, ſeu deponendi practicè dubium ſpeculati-
uum, quòd præmiſſa diligentia debita non potuit
vinci, atque ita, poſſeſſione interueniente poſt
præmiſſam debitam diligentiam ad vincendum du-
bium, poſſe quem ſicut in materia iuſtitiæ, ita quo-
que in materia cuiuſcunque alterius virtutis, ope-
rari licitè contra conſcientiam ſpeculatiuè du-
biam, eligendo partem minus tutam, relicta tu-
tiori. Quapropter ſi, v. gr. dubito, an aliquid vo-
uerim, quia adhuc ſum in poſſeſſione meæ liberta-
tis, & Deus eſt quaſi actor exigens debitum, ego
Reus; in hoc dubio mea conditio eſt melior, &
abſoluendus ſum, nec teneor me mea libertate de
facto ſpoliare, antequam conſtet me eam de iure
amiſiſſe per voti obligationem; & conſequenter
dubio illo adhuc poſt diligentem inueſtigationem
veritatis remanente, poſſum formare iudicium pra-
cticum me hic, & nunc non teneri obſeruare illud
votum. Hanc ſententiam præter plures alios in ſe-
quentibus §§. allegandos tenent in terminis Sua-
rez *de cenſuris diſput.* 4. *ſect.* 5. *num.* 15. *& tom.* 2. *de re-*
ligione lib. 4. *cap* 5. *num.* 7. & alibi, Sanchez *de matr.*
lib. 2. *diſput.* 41. *num.* 32. *& lib.* 1. *ſum. cap.* 10. *num.* 11.
Rebellus 2. *p. lib.* 1. *quæſt.* 2. *ſect.* 2. Malderus 1. 2.
quæſt. 19. *art.* 5. *diſput.* 87. Villalubus *tom* 1. *ſum.*
tract. 11. *diff.* 21. Coninch *de Sacram. diſput.* 34. *n.* 86.
Fagundez *in Decalogum lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *&* 6. *&*
de præceptis Eccl. præcepto 4. *lib.* 1 *cap.* 10. *num.* 2. Bona-
cina *de peccat. diſput.* 2. *quæſt.* 4. *p.* 7. *num.* 11. *& de re-*
ſtitutione diſput. 1. *quæſt.* 2. *p.* 2. §. *incidens.* Palaus
tom. 1. *diſput.* 3. *p.* 6. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4.
num. 139. Gordonus locis ſuprà 1171. allegatis, &
lib. 3. *quæſt.* 3. *num.* 10. Ioannes Sanchez *in ſelectis*
diſput. 42. *num.* 6. *&* 9. Layman locis *infrà allegandis.*
Ioan. Baptiſta Fragoſus *de regimine Chriſtianæ Reipub.*
p. 1. *lib.* 4. *diſput* 10. *num.* 208. *verſic. ex his.* Ariaga 1. 2.
tract. 1. *de actib. humanis, diſput.* 25. *num.* 6. *& ſeqq.* Dia-
na *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* plures alij recentiores apud
ipſos, & priùs docuerunt Sotus *lib.* 7. *de iuſtitia q.* 3.
art. 2. & inſinuat P. Nauarrus *lib.* 3. *de reſtitut. cap.* 4.
dub. 4. *num.* 48. *in noua edit.* & ita ſentire etiam vide-
tur Nauarrus *in d. cap. ſi quis autem, num.* 11 *de pœnit.*
d. 7. vbi ait in dubio tutiorem partem eſſe ample-
ctendam in ſolis caſibus in iure expreſſis; ita etiam
ſentit Syluester *v. ieiunium num.* 27. *in fine*, vbi dicit,
in dubiis non eſſe neceſſarium ſequi partem tu-
tiorem, ſed ſufficere ſequi tutam. Probatur hæc
ſententia, primò, quia poſſeſſio eſt titulus vniuer-
ſalis omnibus virtutibus conueniens, & per om-
nes tranſcendens eo modo, quo aliqua pars poten-
tialis iuſtitiæ, vt obedientia Dei, tranſcendit omnes
virtutes, &, communiter loquendo, voluntas dicitur
poſſidere ſuam libertatem; ita quòd, qui non eſt
obligatus præcepto temperantiæ, ſit in poſſeſſione
quoad illam virtutem, ac proinde ſicut in materia
iuſtitiæ poſſeſſio ſufficit ad practicè deponendum
dubium ſpeculatiuum, & operandum contra illud,
eligendo illam partem, pro qua ſtat poſſeſſio, licèt
minus tuta cenſeatur, ita etiam in materiis aliarum
virtutum, vt in dubio voti, vel iuramenti, id quod

confirmatut, quia eo ipſo quòd pro illa parte ſit
poſſeſſio(ſi cætera ſint paria,)melior eſt eius condi-
tio,cùm habeat aliquem titulum, ſcilicet, ius poſ-
ſeſſionis cettum, quo alia pats caret: etenim ideo
in materia iuſtitiæ in dubio, vtrùm res, quam
quis poſſidet, ſit ſua, potior eſt conditio puſſiden-
tis,ſeu is, cui fauet puſſeſſio, puſt præmiſſaio debi-
tam diligentiam poteſt licitè rem retinere, & ſequi
partem minus tutam, quia (vt ſuprà *num.*1173. di-
ctum eſt,)ex voa patte ius dominij eſt æquè dubium
inter ipſum,& non poſſidentem, & ex altera habet
maius ius ratione poſſeſſionis,cùm hoc ius ſuæ poſ-
ſeſſionis ſit cerium,& conſequenter præponderet,&
faciat, vt poſſidentis ius ſupetet ius non poſſiden-
tis; ita in materiis aliarum virtutum cùm intet vo-
luntatis libertatem, & obligationem eſt dubium,ſi
conſter poſſeſſionem eſſe pro libertate voluntatis,
hoc ius poſſeſſiouis præponderabit, & faciet me-
liotem eius condirionem, vt proinde nou teneatur
illa obligatione, ſeu non cogatur ſequi pattem tu-
tiorem, ſed depoſita conſcientia ſpeculatiuè dubia,
poſſit licitè amplecti pattem minus tutam. Quare
ratio, cur in dubiu melior ſit conditio poſſidentis,
nun eſt illa, quam dicebat Breſſeius, nempe, quia
durum eſt, & incommodum ſpoliari ſua poſſeſſio-
1187. ne; ſed quia ex poſſeſſione oritur maius ius. † Se-
cundò probatut eadem ſententia, quia forum in-
ternum uoo diſcrepat ab externo, ſed idem in vtro-
que iudicandum cognita veritate,& quando forum
exterius non nititur falſa præſumprione, ſeu ex
præſumprione ſola nou procedit, vt tradunt com-
muniter Doctores,Baldus *Auth.Ingreſſi, n.49. Cod.
de ſacroſanctis Eccleſ.*Couarruuias loeo ſupra *n.*1178.
allegato,*& in cap.cùm eſſes num.7.de teſtam.*Menoch.
*de præſ.lib.4.præſ.*83.*num.*62.Nauattus, Rebellus lo-
cis *eodem num.*1178. relatis, Garzias loco allegato
*dicto num.*1178.*& p.9.cap.1.num.*10. P. Nauattus *de
reſt.lib.3.cap.4. num.*121. Sotus *lib. 4. de iuſt. quæſt.*5.
*art.*3. *verſic. Quarto arguitur*, Molina *de iuſt. cap.*1.
*diſp.*196.*verſic.nomine propinquorum*, Suarez *d.ſect.*5.
num. .6. Sanchez *d.cap.* 10. *num.* 11. *& lib.*2. *cap.*13.
*num.*40 *fine*, Ioannes Sancius *d.diſp.*42. *num* 4. *fine*,
Filliucius, & Bonacina locis *ſupra* allegatis, Vazq.
*vbi ſuprà diſp.*66.*num.*3. *&* 36. Salas *d. tract.*8.*n.*166.
& 171.Sayrus *d.cap.*13.*num.*24.Palaus *d.p. 6.num.*2.
& alij apud eoſdem. At in foro externo, quando in
illo plenè conſtat rem eſſe dubiam, ſeu dubiam eſſe
obligationem, nemo obligatur, ſeu à iudice con-
demnatur,ſed præſumitur pro libertate, ſeu iudica-
tur pru poſſeſſione libertatis,& Reus abſuluitur ab
inſtantia iudicij,vt ſuprà *n.*1177.oſtenſum eſt; ergo
etiam in foro interno cùm poſt debitam veritatis
iouestigationem conſtat eſſe dubiam obligationem,
idem erit præſumendum, & iudicandum: & licèt
huic rationi reſponderi poſſit, iuxta dicta ſuprà
*n.*1179. nihilominus magnam habet probabilita-
1188 tem.†Tertiò ſpecialiter probat Ioannes Sácius hanc
ſententiam, impugnando diſtinctionem Garziæ,
nam iuxta eundem Garziam ideò in præceptis af-
firmatiuis non tenetur quis operari, uiſi conſtet de
obligatione ad faciendum opus, quia tunc intrat
regula, quòd *in dubio melior ſit conditio poſſidentis*, &
quando quis eſt in poſſeſſione non agendi, non eſt
obligandus,vt agat,niſi certò conſter de obligatio-
ne;at etiam qui obligatur, vt noo abſtineat ab eo,
quod poteſt liberè facere, priuatur poſſeſſione, in
qua erat ad ageodum,nec minoris momenti eſt pri-
uare aliquem poſſeſſione ageodi obligando eum,vt
non agat, cùm multoties id poſſit eſſe intolerabi-
lius,vt,v.g.obligari in dubio ad abſtinendum à ma-
trimonio,vel matrimonij vſu,quod certè dotios eſt,
quàm in dubio obligari ad recitaodum aliquoties
ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Quòd ſi dicatur
eum, qui obligatur, & neceſſitatur ad faciendum
aliquod opus,quod antea non faciebat, obligari ad
efficiendum aliquid de nouo, qood onus quoddam
eſt, & imponi æquum non eſt, niſi expreſsè conſtet
de obligatione;at verò quòd quis obligetur, vt non
agat id, quod antea non agebat, non obligatur ad
aliquid, quod autea oon eſſet; nam ſi obligatur ad
non agendum, nec antea operabatur: quod autem
obligetur quis vt, oon faciat, quod ipſe oon facie-
bat,oullo modo eſt onus; ſi, inquam, hoc dicatur,
vrget,& reiicit idem Sancius,quia,ioquit,dum obli-
gatur ad abſtinenduo ab aliquo, non ſolùm obli-
gatur ad non faciendum, quod non faciebat, ſed
etiam quòd non faciat, etſi velit: hac aotem liber-
tate priuari,maximum onus, & iocommodum eſſe,
certum eſt. † Arguit inſuper Ioaooes Sancius con- 1189.
tra Garziam eo quòd *part.*5.*cap.*1.*n.*528. teneatur in
caſu dubij, quando dubitatur in quo menſe benefi-
cium vacauerit, & facta ſufficienti inueſtigatione,
coostare non poteſt, Epiſcopum poſſe illud coofer-
re, rùm de iure communi ad euio ſpectet prouiſio
omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis, ceſſantibus
reſeruationibus,(vt idem Garzias dixerat *n.*52.)quo
iure prioari nou debet oon conſtando de reſerua-
tione:at non prouidere (ioquit Sancios)beoeficium,
abſtineoriam importat,& non actionem poſitiuam;
ergo vt quis obligetur ad abſtinendum ab aliquo,
certus etiam eſſe debet de ſua obligatione, ſicut
quando obligatur ad aliquid agendum. † Quartò 1190.
probatur eadem ſeotentia ex Ioanne Sancio, quia
ſi illa regula, *In dubiis tutior pars eſt eligenda*, eſſet de
iure diuino, ſeu in principiis rationis naturalis de-
ducta, vt conteudunt auctores aliarum ſententia-
rum,ſemper ſeruanda foret, non ſolùm in materia
aliarum virtutum,ſed etiam in materia. Quando ex
ſpolio poſſeſſionis in materia iuſtitiæ nullum ſe-
queretur peccatum, atque ita poſſeſſor alicuius rei,
cui ſuperuenit dubium,an ſit ſua, vel alterius,tene-
retur eam alteri reddere,ereoim ſi non reddit,expo-
nit ſe periculo inferendi iniuriam alteri, reddendo
tamen, & ſpoliaodo ſe poſſeſſione rei ſuæ, nullum
committit peccatum; hoc autem nec ipſi auctores
aliarum ſententiarum admittunt, nec vllus boni
nominis Doctor. † Addit idem Ioannes Sancius *in* 1191.
fine numeri ſexti, minus verum eſſe, quod Vazquez
*d.diſp.*65. *num.*14. docet, ſcilicet, eum qui priuatur
poſſeſſione religionis,aut alterius virtutis, non pri-
uari etiam poſſeſſione in materia iuſtitiæ. Nam qui
impediret(inquit Sancius)aliquem per vim,ne elar-
giretur eleemoſynam,peccaret, & contra virtutem
eleemoſynæ quatenus eſt in cauſa,ne exercearet; &
contra iuſtitiam, propter generalem rationem, qua
quis habet ius, ne ab alio virtutes exercere impe-
diatur. vnde (infert idem Sancius,) quandocunque
quis priuatur poſſeſſione certa,quam habet ad exer-
cendum actum alicuius virtutis propter dubium
ſuperueniens, priuatur directè iure, & poſſeſſiooe
iuſtitiæ, vt ſi quis impediret aliquem per violen-
tiam, aut fraudem, ne efficeretur religioſus, certè
peccaret directè contra iuſtitiam, & contra religio-
oem. Quare vniuerſaliter loqueodo(coocludit San-
cius,) quoties quis habet ius certum, & poſſeſſio-
nem libertatis ad exercendum aliquem actum vir-
tutis, contra iuſtitiam fiet, ſi propter ius dubium,
certa poſſeſſiooe priuetur. materia enim aliarum
virtutum, ſeu poſſeſſio illarum (vt idem Sancius,)
habet ſe ſicut res poſſeſſa reſpectu iuſtitiæ; ad iuſti-
tiaio

tiam verò materialiter pertinet, illod, quod poſſide-
tur, eſſe vnam rem, vel aliam, vt quòd ſit domus,
equus, aurum, aut libertas ad quamlibet actionem
humanam virtutis, & ea his ſubdit Sancius *num.* 8.
inferre malè Doctores primæ ſententiæ illam regu-
lam, *In dubijs melior eſt conditio poſſidentis*, iotelligi
ſolum circa materiam iuſtitiæ, & non in materia
aliarum virtutom, cùm etiam is qui habet poſſeſſio-
nem in materia aliarum virtutum, habeat poſſeſſio-
nem ex iuſtitia. Vnde (concludit Sancius) coinci-
dunt in vnum, & idem, poſſeſſio in aliis virtutibus,
& poſſeſſio in iuſtitia; ſolumque differunt quòd
poſſeſſio in aliis virtutibus habet ſe, vt materia, &
1192. res poſſeſſa reſpectu iuſtitiæ. Hæc Sancius. † Quæ
tamen concludunt lædi iuſtitiam, cùm quis ab al-
tero per vim impeditum exercere ſuam libertatem
circa actus aliarum virtutum, ob iniuriam, quæ illi
fit, priuando illum vſu rei ſuæ, non tamen oſtendunt
falſam eſſe doctrinam Vaſquea, qui ſolùm ait, du-
bitantem in materia aliarum virtutum à iuſtitia,
putà de voto elargiendi eleemoſynam alicui, non
contendere cum proximo, cui dare pecuniam pro-
miſerat Deo, ſed cum ipſo Deo, cui ex ſola virtute
religionis obligator ſeruare promiſſionem, non
verò ex iuſtitia, ac proinde poſſeſſio libertatis vo-
uentis reſpectu Dei non poteſt dici poſſeſſio in ma-
teria iuſtitiæ, & ſimiliter poſſeſſio libertatis io du-
bio legis, aut iuramenti reſpectu Dei non poteſt
dici poſſeſſio in materia ioſtitiæ, cùm in ordine ad
Deum, homo non obligetur legem obſeruare, aut
iuramentum implere ea obligatione virtutis iuſti-
tiæ, ſed ea obligatione religionis, aut alterius vir-
tutis ad quam lex ſpectat; etſi poſſeſſio libertatis ad
exercendos actus aliarum virtutum à iuſtitia, reſpe-
ctu alterius hominis volentis per vim illi talem
libertatem impedire, dicenda ſit poſſeſſio io mate-
ria iuſtitiæ, quia tunc libertas ſe habet, vt quælibet
alia res ab homine legitimè poſſeſſa, qua ſi per vim
ſpoliatur, læditur iuſtitia erga proximum. Quod ſe-
cùs eſſet ſi à Deo ipſo ſpoliaretur, qui eſt Dominus
voluntatis hominis.

*Quarta ſententia tanquam verior ap-
probatur.*

1193. CÆterùm hæc quarta ſententia, ſicut commu-
nior eſt, ita longè probabilior mihi videtur.
nam vltra prædicta, fauendum eſt libertati, cùm ho-
mo in poſſeſſione illius ſit, & videtur re vera durum
obligare hominem in ea circunſtantiâ, qua dubita-
tur, v.g. an detur lex, aut præceptum, qood obliget,
& quòd debito incerto teneatur ex præcepto ſatiſ-
facere ſolutione certa. Nec fundamenta prioris ſen-
tentiæ obſtant, vt ea reſponſionibus ad illa *infrà n.*
1201. *& ſeqq.* adducendis conſtabit.
.1194. Limitatur hæc tamen ſententia in caſibus in iure
expreſſis, vt iuxta communem Doctorum eſt caſus
irregularitatis in dubio homicidij, io quo ſpeciali-
ter S. Pontifex iuxta communem Doctorum impo-
ſuit irregularitatem, *d. cap. ad audientiam, & d cap.
ſignificaſti* 2. *de homicidio*, in quo proinde non habet
locum illa regula, *In dubijs melior eſt conditio poſſi-
dentis*, ſed alia; *In dubijs tutior pars eſt eligenda.* vt di-
citur in iiſdem textibus, in quibus tamen non ſup-
ponitur, & adducitur, vt de iure diuino, ſeu naturali,
& tanquam ex præcepto ſemper & in omni dubio,
ſiue iuris, ſiue facti obſeruanda ad vitandam cul-
pam; ſed ſatis eſt, quòd S. Pontifex illam in eo caſo
extimauerit rationi, & regulis prodentiæ magis
conſentaneam, vt iuxta illam in eodem ſpeciali caſu
irregularitatis legem ſtatuerit; quod ſatis eſt ad le-
gem iuſtam condendum, non tamen ad obligatio-
nem inducendum extra caſus expreſſos, vt latè, &
benè explicat Soarez *d. diſp.* 40. *ſect.* 6. *num.* 5. *&* 6. 8.
& 9. & poſt eum Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 15. *initio*, de
qua re *infrà*.
Ampliatur aotem eadem ſententia quarta, vt pro- 1195.
cedat non ſolùm quando dubium pro vtraque par-
te eſt æquale, ſed etiam quando (ſtante vero dubio)
pro vna parte ſit, ſeu appareat maior veriſimilitu-
do, ſeu probabilitas, in eamque dubitans magis pro-
pendeat; nam etiam tunc tam in materia iuſtitiæ,
quàm aliarum virtutum poſſeſſio ſuffragatur pra-
cticè, ad deponendum dubium ſpeculatiuum, &
operandum contra illud, nec tunc tenetur dubitans
ad aliquid, ſiue diuidendum, ſiue compenſandum,
aut implendum in parte, ſiue omittendum, ad quod
in dubio æquali non teneretur, ſed non obſtante
dicta inæqualitate dubij, & maiori veriſimilitudine
pro altera parte, adhuc habet locum regula, quòd
in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, ita (quidquid ſe-
cus ſentiant Bannes, P. Ledeſina, Salon, Coninch
locis ſuprà *num.* 962. relatis, Fragoſus *de regim. Chri-
ſtiana Reipub. part.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 207. Rebellus
de oblig. iuſt. lib. 2. *quæſt.* 14. *à num.* 8. *part.* 1. *& p.* 2. *lib.* 1.
dicta quæſt. 2. *à num.* 10.) Vaſquez, Sanchez, Salas, Fil-
liucius, Caſtrus Palaus, Molina, Bonacina, Trulleuch
locis ſuprà *num.* 963. *&* 964. allegatis, Garzias *de
benefic part.* 9. *dicto cap.* 2. *num.* 23. Auguſtinus Barboſa
collect. ad Decretal. tom. 2. *collect. ad cap. ad audientiam,
num.* 2. *de homic.* Fagundez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 10.
num. 4. & Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 33. *num.* 32.
in fine, & conſtat ex dictis *num.* 963. 964. *num.* 965.
& 968. Non enim ille exceſſus eſt conſiderabilis,
nec facit imparem cauſam, ſi nihilominus res non
extrahitur à dubio; ſed adhuc verè remanet dubia,
vnde intrat, ſeu habet locum tum regula, *In dubijs
eſt melior conditio poſſidentis*, tum alia regula iuris *in* 6.
Cum ſunt partium iura obſcura, reo, (qualis eſt poſſeſ-
ſor vt *ſuprà* dictum eſt,) *fauendum eſt potius, quàm
actori*, etenim etiam ſtante maiori probabilitate pro
vna parte, adhuc res remanet obſcura, vt ſuppoui-
mus, & certè ita videntur ſentire communiter Do-
ctores, cùm communiter dicant, quòd in dubio me-
lior eſt conditio poſſidentis, & non quòd in æquali
dubio, & confirmatur, quia certum ius poſſeſſionis
præponderat maiori illi probabilitati, ſeu veriſimi-
litudini alterius partis.

*Poſſeſſio in dubio eſt cenſenda pro qua parte,
ſeu pro quo eſt iuris præſumptio.*

AD dignoſcendum autem pro qua parte in cau- 119
ſis dubiis ſit poſſeſſio, ſeu quis poſſideat nec-
ne, attendendam eſſe iuris, ſeo fori externi præſum-
ptionem (vt ſcilicet poſſeſſio ſit cenſenda pro quo
eſt iuris præſumptio, ac proinde ſi iuris præſumptio
faueat obligationi, tenebitur etiam voluntas ad id,
ſi faueat libertati, non tenebitur) docent Sotus *lib.* 7.
de iuſt. quæſt. 3. *art.* 2. Arragon 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 8. *no-
tab.* 2. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 13. Filliucius *d. cap.* 4.
num. 16. & Bonacina *d. part.* 7. *num.* 14. & hoc idem
approbat Palaus *d. part.* 6. *num.* 2. quoties de præſum-
ptione iuris conſtat, nam iura non præſumont abſ-
que cauſa, ſed ex probabili coniectura, vt Meno-
chius *lib.* 1. *de præſumpt. quæſt.* 4. *num.* 3. † Atque adeò 1197.
vbi eſt certa præſumptio iuris pro aliqua parte, ea
pars debet iudicari vera, dum non probatur con-
trarium, & huius probatio incumbit contrariæ par-
ti, vt tradit idem Menochius *d. q.* 4. *& quæſt.* 8. *num.* 1.

confirmatur eadem doctrina ex alia doctrina communi, tradita ſuprà *num.* 1187. ſcilicet, quòd idem ſit iudicium fori externi, & interni, hocque illi conformari debeat, quando falſæ præſumptioni non nititur, ac proinde ſi de præſumptione iuris quoad forum externum conſtet, pro ea in foro quoque interno ſtandum erit, vt in terminis Menochius, & Molina locis *d. num.* 1188. allegatis, & Sanchez *dict.*
1198. *num.* 13. † Porrò aduertendum eſt poſſeſſionem multis in caſibus non efficere meliorem conditionem poſſidentis, & iuxta ius non ſuffragari, ſeu non habere pro ſe iuris præſumptionem, nec in negantem illam transferre ius eam probandi, putà, ſi contra poſſidentem ſit aliqua præſumptio, tunc enim ab allegante illam eſt probanda, vt de communi Maſcardus *concl.* 1000. *num.* 65. per ea quæ habentur c. 1, *& cap. vt vnuſquiſque, de pecul. cler.* Vel ſi poſſeſſioni ius commune reſiſtat, tunc enim quoque poſſidens ſpoliatus non reſtituitur niſi priùs probauerit poſſeſſionem fuiſſe legitimam, vt ex *cap. conſtitutus, de elect. ex cap. ex inſinuatione, de Procuratoribus, & ex cap. ad decimas, de reſtitut. ſpoliat. in* 6. colligunt, & tradunt communiter Doctores, quos allegant, & ſequuntur Maſcardus *d. concl.* 1000. *num.* 66. *&* 67. (vbi quòd talis poſſeſſio, quæ eſt contra ius commune, non releuat, nec præſumptionem inducit pro poſſidente.) *& num.* 67. *& duo ſeqq.* & Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. ad decimas num.* 2. *& ſeqq. tom.* 3. *collecta. ad ius canonicum.* qui etiam enumerant caſus aliquus, in quibus poſſeſſio vtpotè contra ius commune non ſuffragatur ad reſtituendum ſpoliatum antequam probauerit ſuam poſſeſſionem fuiſſe, &
1199. legitimam. † Aduertendum quoque, quòd ſi præſumptio pro aliqua parte ſit dubia, tunc iudicandum eſt, ac ſi nulla eſſet; ſicut ſi dubium ſit de legitima poſſeſſione, ſcilicet, an ego poſſideam legitimè rem de qua dubito, ſit aliena necne, poſſeſſio non facit meliorem conditionem poſſidentis, nec reputatur, & res diuidi debet inter poſſidentem, & alium, de quo dubitatur, vt tradunt Caietanus 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. Sotus *de iuſt. lib.* 4. *quæſt.* 7. *art.* 1. *circa* 1. *ad* 5. Vaſquez *allegata diſp.* 66. *num.* 47. Azor. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *quæſ.* 6. Salas 1. 2. *d. tract.* 8. *num* 233. & Palaus *d. part.* 6. *num.* 2. de qua re *infrà.* Quando nam autem præſumptio iuris ſit pro poſſeſſione vnius, vel alterius partis, non poteſt vna regula definiri: in ſequentibus autem §§ pertractabuntur plures caſus, & explicabitur pro quibus tam in dubio iuris, quàm in dubio facti ſit, ſeu ſtet poſſeſſio, an pro libertate, an verò pro obligatione; ex quibus etiam patebit, an ſit vera regula ad dignoſcendum quandónam ſtandum ſit pro libertate, quando pro obligatione, tradita ab Ariaga 1. 2. *diſp.* 25. *num.* 58. ſic aiente, ſcilicet, quòd quando obligatio erat antiquior dubio, tunc ſtandum eſt pro obligatione; quando verò per dubium ipſum primò intrat, ſeu incurritur obligatio, tunc ſtandum pro libertate; vt qui dubitat, an votum emiſſum fuerit validum, dubitat non tam, an intret obligatio, quàm vtrùm ab obligatione, votum quam præcedens ſecum attulit, eximatur per illud dubium, & exeat ab obligatione, quam vota afferunt; è contrario verò dubitans an emiſerit votum, dubitat primò, an intrauerit obligatio, ſcilicet, an fecerit id, quod affert ſecum obligationem: item dubitans an ſit elapſa media nocte, quia vult comedere carnes, quæ ea die non poterat comedere, dubitat, an eximatur ab ea obligatione, quam habebat, ac proinde ei non fauet dubium; ſi verò dubitet, quia timet tunc comedendo carnes frangere ieiunium diei ſequentis, dubitat an intret noua obligatio, & ſic ei fauet antiqua libertas, & ita in aliis materiis poſſe eandem regulam applicari dicit idem Ariaga. Sed, vt dixi, an hæc regula ſit vera, ex ſequentibus caſibus particularibus conſtabit.

Factum regulariter non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.

AD quorum etiam maiorem intelligentiam hîc 1200.
obſeruandum duxi regulam à Doctoribus communiter receptam, ſcilicet, quòd factum non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, quam regulam aliis allegatis tradit Maſcardus *de prob. concl.* 737. *num.* 1. & eam colligunt Doctores ex *l. in bello* §. *facta ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ. & ex l.* 2. *ff. de probat.* vbi habetur, quòd ei incumbit probatio, qui dicit (ſcilicet, affirmat aliquid factum,) non ei, qui negat, & regulam idem Maſcardus *num.* 3. cum aliis extendit etiam ad ea, quæ ex ipſo facto oriuntur, vt & illa non præſumantur, niſi probentur. Limitatur autem eadem regula, ſi præſumptio potiùs ſit pro facto, ſeu affirmante factum aliquid fuiſſe, nempe ſi adſit iuſta cauſa præſumendi factum, ita poſt alios idem Maſcardus *ead. concl. num.* 7. qui proinde *concluſione* 734. cum aliis tradit aliam regulam, nimirum in dubio factum præſumi, ſi illud de iure faciendum erat, vnuſquiſque enim præſumendus eſt ſuæ ſatisfeciſſe obligationi, rectéque ſuum munus nihil omiſſo obiiſſe; & delictum defectúſve non præſumitur, ſed probari debet, vt ex regula communiter approbata, de qua idem Maſc. *concl.* 496. Quare, v. g. ſi conſtet alienationem aliquam eſſe factam, in dubio præſumendum eſt omnem neceſſariam ſolemnitatem adhibitam fuiſſe; & ſimiliter ſi conſtet quempiam aliquid egiſſe, v. g. vouiſſe, vel promiſiſſe, aut contraxiſſe, præſumitur deliberationem ſufficientem adhibuiſſe, quia id natura ineſt, & requiritur, vt homo deliberatè agat. Alia exempla habentur apud Maſcardum, quæ omitto, & deuenio ad ſolutionem argumentorum primæ ſententiæ, dé quibus ſuprà *num.* 1177.

Reſponſio ad argumenta, ſeu fundamenta primæ ſententiæ.

IGitur ad primum negatur, poſſeſſionem eſſe titu- 1201.
lum ſolius iuſtitiæ, nam etiam in quacunque materia aliarum virtutum in dubio meliorem eſſe conditionem poſſidentis, conſtat ex dictis *num.* 1186. ex quibus etiam ſufficienter reiiciuntur confirmationes *ibidem* adductæ ex Martino Breſſero.

Ad ſecundum reſpondetur eum, qui in dubio eli- 1202.
git partem minus tutam ſuæ poſſeſſioni innixus, non ſe exponere periculo peccandi, cùm ſit certus, ſeu prudens iudicet ſe hîc, & nunc non obligari præcepto, aut lege in tali dubio, cùm poſſeſſio faciat meliorem eius conditionem, vt explicatum eſt *num.* 1186. & etiam nemo obligatur præcepto, ſeu lege, niſi illi ſit ſufficienter propoſita, ſeu ſufficienter conſtet de illius obligatione: homini autem poſt debitam inueſtigationem veritatis adhuc dubio an, v. g. ſit talis lex, aut impoſitum tale præceptum, vel an lex ſuum factum comprehendat, non eſt ſufficienter propoſita lex, ſeu ſufficienter non conſtat de legis obligatione. Ad confirmationem vera eſt maior, quia dubitans practicè non habet iudicium determinatum de honeſtate actionis, ac proinde ſe exponit periculo peccandi, niſi eligat partem tutiorem, negatur verò minor; quia cùm dubio ſpeculatiuo, & abſtracto, an lex aliqua obliget, vel talis actio

in

Google

in generali, & ſecundùm ſe ſit peccatum, poteſt prudentet haberi iudicium practicum, quòd hîc, & nunc liceat operari: quoties autem quis non dubitat, ne talis actio hîc, & nunc ſibi ſit peccaminoſa, ſed prudenter iudicat eſſe ſibi licitam, operando non ſe exponit periculo peccandi, nec vllo modo peccat, patúmque (quoad peccatum vitandum) refert quòd dubitet, an talis actio ſecundùm ſe, ſeu materialiter ſumpta, ſit peccaminoſa, vt *ſuprà* latiùs explicatum eſt. Neque hæc generalis dubitatio (vt latè *ſuprà* oſtenſum eſt) infert neceſſariò illam particularem; niſi quando nulla eſt facta diligentia ad inueſtigandam veritatem, & expellendum dubitationem generalem, nec ſubeſt aliqua rationabilis cauſa operandi cum tali generali dubio, quando expelli non potuit; his autem duobus concurrentibus ſæpè licitum eſt operari, non obſtante tali dubio, vt latè *ſuprà*; iuſta autem cauſa eſt poſſeſſio ſuæ libertatis, vt ex dictis conſtat. Quare

Ad tertium negatur ſimiliter maior, ſcilicet, debere neceſſariò dubitare practicè, nempe hic, & nunc eſſe peccatum, quia ex illo generali dubio ſpeculatiuo, (quale eſt dubium de facto, iuxta dicta ſuprà *num.* 1141. *fine*,) non oritur neceſſariò dubium practicum, niſi in prædictis duobus caſibus, ſcilicet, quando nulla adhibita eſt diligentia ad expellendum dubium generale, nec ſubeſt aliqua cauſa non dubitandi practicè.

1203. Ad quartum reſpondetur, habere locum ſemper in dubio practico, vt practico, vt dixi ſuprà *n.* 1144. & tradunt communiter Doctores *eodem num.* 1144. allegati. Quare ſiue poſſeſſio ſtet pro libertate, ſiue non, tenetur dum practicè dubitat, ſequi quod tutius eſt. Præterea quando non eſt poſſeſſio, quæ iuſtam operandi cauſam præbeat, contra dubium ſpeculatiuum, tunc eligenda pars tutior, item ſæpè in dubio, an præceptum obliget, poſſeſſio ſtat pro præcepto (vt ex dicendis conſtabit,) atque ita tunc regula, *In dubijs*, &c. obligabit. Neque ea, quæ Breſſerus *d. cap.* 6. *num.* 50. contra hanc reſponſionem obiicit, vrgent, cùm præſupponant falſum, ſcilicet, dubium nunquam præcedere poſſe libertatem voluntatis. nam licèt libertas voluntatis præcedat legem poſitiuam, ſeu præceptum humanum, à quo reſtringitur, tamen vbi conſtat certò de præcepto, & ſic etiam de reſtrictione, poſſeſſio ſtat pro præcepto. Neque etiam efficit id quod idem Breſſerus *eodem cap.* 6. *num.* 53. cum Sala *d. tract.* 8. *num.* 259. dicit, nempe legem, vel votum non niſi impropriiſſimè dici poſſidere, ideoque non eſſe capacia priuilegij poſſeſſionis, quia ipſis non conuenit ratio priuilegij, ſcilicet, libertas, & moleſtia in poſſeſſionis ac libertatis ſpoliatione, eo quòd frui libertate, ac priuilegia poſſidere, & puniri, ac percipere moleſtiam, tantùm ſit rei rationalis: vnde, ait, ſequitur vlterius, cum legi ſuperuenit dubium, non debere iudicari pro illa tanquam poſſidente, ſed potiùs pro homine poſſidente libertatem ſuam, et ſi, addit, pro vtroque foro meritò præſumptio ſtet pro certa lege, donec contrarium probatur. Non, inquam, hæc officiunt, quia ſat eſt, vt lex ſuo modo poſſideat, vt in dubio non debeat tali poſſeſſione ſpoliari, de qua re latè ſequenti §. Demum extra dubium practicum, & caſus in iure peculiariter definitos, regula illa generalis, *In dubijs tutior pars eſt eligenda*, intelligenda eſt de conſilio, & perfectione (vt præter Doctores ſuprà *num.* 1126. relatos (reſpondent Sanchez *lib.* 1. *ſumm. d. cap.* 10. *num.* 15. Fagundez *lib.* 2. *in Decal. citato c.* 10. *num.* 6. Salas 1. 2. *tract.* 8. *num.* 163. *fine*, Villalobus 1. *part. tract.* 1. *diff.* 22. *num.* 3. & Caſtrus Palaus *d part.* 6. *num.* 4. non verò de obligatione: vel intelligenda reſpectu partis non tutæ, (vt idem Fagundez) non verò reſpectu tutæ: qualis eſt cui fauet poſſeſſio; ſeu reſpectu cuius libertatis poſſidet, cùm enim tunc poſſidens ratione ſuæ poſſeſſionis ſit certus ſe non obligari, ſeu prudenter iudicet hîc, & nunc, non teneri ſe conformare dubio ſpeculatiuo, non ſe conformans eligit partem tutam. † Aliam reſponſio- 1204.
nem dat Ioannes Sancius *d. diſp.* 42. *num.* 13. nimirum illas duas regulas, *In dubijs melior eſt conditio poſſidentis*; & *In dubijs tutior pars eſt eligenda*, non eſſe diuerſas, & contrarias, ita vt vna expellat aliam, (vt videntur aſſerere Doctores communiter,) ſed vnam eſſe explicationem alterius, & mutuo ſe iuuare tali ratione, quòd quoties adeſt regula, *Melior eſt conditio poſſidentis*, adſit & alia, *Tutior eſt pars eligenda.* Nam quotieſcunque quis poſſidenti fauet, partem ſequitur tutiorem, cùm omnia iura velint in dubio fauendum eſſe poſſeſſioni, & id fiat ſine peccato, & peccatum eſſe poſſit ſi fauere quis deſiſtat, vnde etiamſi præceptum ſit in poſſeſſione obligandi, cùm tunc melior ſit conditio præcepti, tutior etiam pars erit ſequi præceptum, quàm è contra, atque ita erit obligatio ſequendi præceptum, vt *ſuprà* dictum eſt, & tradit Sanchez *d num.* 15. *& de matr. lib* 2. *dict. diſp.* 41. *num.* 41. *ad* 2. Quare ſemper coincidunt, & ſe mutuò iuuant illæ duæ regulæ, taliter quòd ſi quis (inquit Sancius) velit cognoſcere, quando ſit ſeruanda regula, *In dubijs tutior pars eſt eligenda*, reſpicere etiam debeat ad aliam, *In dubijs melior eſt conditio poſſidentis*, & hoc modo quem inuenerit aliquis poſſidentem, tueri debet, quo facto tutiorem partem ſequitur; eſt enim (concludit Sancius) regula illa, *Melior eſt conditio poſſidentis*, menſura, ſeu regula alterius, *In dubijs tutior pars eligenda.* ita Ioannes Sancius *d num.* 13. *initio.* Quæ rectè poſſunt procedere comparatione tertiæ perſonæ, ſeu iudicis, quia in dubio poſſidens habet ius certius, & ita qui illi fauet, tutiorem partem ſequitur, iuxta ſuprà *n.* 1157. ſecus verò quando agitur res inter hominem, & Deum, vt in dubio legis, aut voti, vel iuramenti, quia cùm tunc homo dubius deſiſtens fauere ſuæ libertati, nullam culpam incurrat, aut incurrere poſſit: fauens autem ſuæ libertati non obſeruando legem votum, aut iuramentum, poſſit à parte rei ire contra legem, & votum, non poteſt dici, quòd ſequatur partem tutiorem; ſed quòd ſequatur tutam, ſcilicet, quia certus eſt ſe non obligari in dubio, & iudicat prudenter ſe non adimplendo, nullo modo peccare, ſed licitè facere.

Intellectus ad cap. ad audientiam, *&* ad cap. ſignificaſti 2. de homicid.

AD quintum quoad *cap. ad audientiam*, *& cap.* 1[illegible]
ſignificaſti 2. *de homicidio*, reſpondetur *ibidem* ſpecialiter decerni, vt in dubio homicidij quis cenſeatur irregularis, & debeat abſtinere ab vſu Sacerdotij, idque (vt aiunt Suarez, & Sanchez locis ſuprà *num.* 1194. relatis, Fagundez *d. cap.* 10. *num.* 13. *fine*, Palaus *d. puncto* 6. *num.* 4. & Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *dict. cap.* 4. *num.* 39. *verſ. ſecundo pronunciato*,) ob periculum ſpecialis indecentiæ, ſi fortè poſtea innoteſcat, homicidam ſacrum celebraſſe, de qua re infrà §. 40. *num.* 1355. Summus ergo Pontifex, (vt ſuprà *eodem num.* 1194. dictum eſt, & aiunt Suarez, Sanchez, Fagundez, & Palaus *locis allegatis*,) non innititur illi regulæ, *In dubijs tutior pars eſt eligenda*, tanquam neceſſariæ in omnibus materiis, ſed tanquam optimo conſilio, cui proinde innixus decreuit, in dubio homicidij

micidij incurri irregularitatem, & abſtinendum ab vſu Ordinum ſacrorum ob reuerentiam, & decentium ſacrarum rerum, ſeu (vt dictum eſt) propter ſpecialem irreuerentiam, quem habet homicidium ad ſacros Ordines; quapropter inde non concluditur idem eſſe in alijs dubiis, ſiue iuris, ſiue facti, neque in aliis irregularitatibus, vt *infrà*, præſertim *n.* 1351. 1352. *&* 1353. oſtenditur. Aliter reſpondet Ioannes Sancius innixus doctrinæ *num. præcedenti* traditæ, ſcilicet, Summum Pontificem, Preſbyterum illum, qui alium vulnerauerat, & dubium erat, an ea vulnere, vel ex infirmitate poſtea ſuperueniente mortuus eſſet, iudicaſſe irregularem & præcepiſſe, vt abſtineret ab exercitio ſacrorum Ordinum ob eam rationem quòd in dubiis ſemitam debemus eligere tutiorem, quia cùm Preſbyter eſſet certus de vulnere inflicto, & dubitaret, an ex vulnere mors ſecuta foret, poſſeſſio ſtabat pro præcepto, ſeu lege prohibente, ne qui alium occidit Ordines ſuſcipiat, aut in ſuſceptis miniſtret: cùm enim in caſibus prædictorum iurium duo fuerint certa reperta, nempe quòd vulneratus mortuus eſt, & quòd vulnus erat inflictum, præceptum poſſidebat, & illi fauendum erat, ſi pars tutior eſt eligenda, non verò libertati vulnerantis, quæ ſolùm habebat ius dubium ad ſe protegendum, cùm dubitaret, an ea vulnere mors ſecuta fuerit: ita Sancius, & ita etiam videtur reſpondere Ariaga *t.* 2. *d. diſp.* 25. *n.* 16. *&* 17.

Intellectus ad cap. illud Dominus, de cler. excomm. miniſtr.

1206. AD idem quintum quoad caput *illud Dominus, de cler. excomm. miniſtr.* Auila *de cenſuris part.* 7. *diſp.* 2. *dubit.* 5. *concl.* 5. *verſiculo ſecundò arguitur*, Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 15. *&* 65. & Palaus *d. part.* 6. *n.* 2. reſpondent priorò illum Epiſcopum poſt ortum dubium de excommunicatione ſe immiſcuiſſe diuinis ante adhibitam debitam diligentiam ad illud vincendum (cùm nullam legatur feciſſe) ac proinde tanquam temerarium violatorem puniri potuiſſe; ſi quidem ſtante dubio, & non facta diligentia ad illud deponendum, tutior pars eſt eligenda, vt ex dictis *ſuprà* conſtat, & quòd hic Epiſcopus non præmiſerit debitam, diligentiam tradunt *Gloſſa penultima in cap. penult. eod. tit.* & idem Butrius, & Abbas *in fine*, dicentes hunc Epiſcopum, de quo *in d. cap. illud Dominus*, non habuiſſe probabilem, ſed craſſam
1207. ignorantiam excommunicationis. † Reſpondent ſecundò eidem Epiſcopo ſufficienter conſtitiſſe de excommunicatione per famam, per quam ſicut probantur impedimenta matrimonij, quoad hoc, vt non poſſit contrahi, *cap. ſuper eo, de conſang.* & latè oſtendi *in tract. de contractu matr. cap.* 7. ita etiam probatur excommunicatio ſaltem quoad hoc, vt ſit abſtinendum à celebratione, & participatione diuinorum, & excommunicatione quoad actus communes, & commercia anioentia ad vitam humanam, vt tradunt etiam Gloſſa *in d. cap. illud*, *verb. in hoc*, & poſt alios Couarruuias *in c. alma mater, part.* 1. §. 2. *n.* 4. *&* 5. Maſcardus *de prob. concl.* 701. *num.* 4. 5. *&* 6. *& concl.* 755. *num.* 43. Duennas *reg.* 249. *num.* 15. & Marius Alterius *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 11. *cap.* 1. quapropter Epiſcopus propter formam ſuæ excommunicationis debuerat abſtinere à diuinis. Dicitur autem ibi, excommunicatio dubia, & Epiſcopum non fuiſſe omninò culpabilem, quia excommunicatio ei non erat omninò certa, ac proinde non fuit culpabilis in tantum, quantum ſi non per ſolam famam, ſed pro certo ſciuiſſet ſe eſſe excommunicatum; vt notauit Gloſſa *d. verb. in hoc* † Dixi *quoad abſtinendum à celebratione, & participatione in diuinis, & communicatione fidelium quoad actus communes*, &c. nam ſi ageretur de præiudicio alterius, vel de reiiciendo aliquem à iudicio, ſeu ab actibus ciuilibus, & iuriſdictionalibus, vel de pœnis, ſeu de puniendo excommunicato v. g. de priuatione beneficij, vel pœna infligenda ipſi excommunicato per ſolam famam, tunc non probari ſufficienter excommunicationem, ſed probationes debere eſſe plenarias, & concludentes, tradunt aliis allegatis Maſcard. *d. concl.* 701. *num.* 1. *&* 2. *& d. concluſ.* 755. *num.* 44. Alterius *d. cap.* 1. Ricciullus *de iure perſon. lib.* 4. *cap.* 13. *in fine*; & Rota *deciſ.* 602. *num.* 3. *part.* 1. *tom.* 2. in recentioribus Farinacij, iuxta quus textus *in d. cap. illud Dominus*, volens, quòd per ſolam famam ſciens ſe eſſe excommunicatum, debeat ſe gerere pro excommunicato, intelligitur in ſolo foro animæ, non quoad forum exterius. Rationem affert Alterius, ſcilicet, quia quando agitur de graui damno, & præiudicio, fama non probat contra aliquem, quidquid ſecus ſentiat Romanus *conſ.* 349. *num.* 4. Addit Alterius hanc communem doctrinam euidenter probari ex *cap.* 1. *de except. in* 6. vbi habetur excommunicationem debere probari apertiſſimis documentis. 1208.

Obſeruat autem idem Alterius *in fine dicti cap.* 1. 1209.
quòd licèt publica fama excommunicationis, non ſit ſufficiens, vt quis legitimè repellatur ab agendo, vel à beneficio, vel in ſimilibus caſibus, tamen iuxta doctrinam Abbatis *in cap. prudentiam*, §. *ſexta n.* 11. *in fine, de offic. deleg.* poteſt iudex ex officio, probata fama excommunicationis, reiicere diffamatum à iudicio, vel beneficio, & aſſignare terminum ad ſe purgandum, licèt non teneatur ad inſtantiam partis hunc modum ſeruare, cuius rationem aſſignat Abbas, † quia indictio purgationis pendet ex officio 1210.
iudicis, neque competit actio parti ad illam petendam, vt *in tit. de purgat. Canon.* Neque pars conqueri poteſt, ſi iudex non indicit purgationem, *cap. paſtoralis, de except.* ſed iudex ex officio poteſt repellere diffamatum. Cæterùm an cùm quis dubitat de facto, propter quod incurritur excommunicatio, debeat in tali dubio cenſeri excommunicatus, & pro excommunicato ſe gerere, latiùs infrà examinabitur: nunc ſufficiat declaraſſe ex *d. cap. illud Dominus*, affirmatiuam non conuinci, nec colligi.

Intellectus ad cap. iuuenis, de ſponſalibus.

AD idem quintum ſuprà *num.* 1175. adductum 1211.
quoad *cap. iuuenis, de ſponſalibus*, variæ illius textus interpretationes à Doctoribus afferuntur, quas habent Gloſſa *in d. cap.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad idem caput, num.* 2. *&* 3. & Sanchez *dict. cap.* 10. *num.* 15. *ad* 3. & verè continet non exiguam difficultatem, faceteque videtur potiùs contra auctores eiuſdem primæ ſententiæ illud pro ſe adducentes; nam *ibi* S. Pontifex iudicat contra poſſeſſionem poſterioris matrimonij, quæ eſt ex iuſtitia, & contra fauorem matrimonij, cui in dubio faueri debet: verior reſponſio, ſeu interpretatio eſt S. Pontificem rectè iudicaſſe in eo caſu matrimonium fuiſſe nullum, quia cenſuit priora ſponſalia fuiſſe valida, & conſequenter impedimentum publicæ honeſtatis dirimens ex illis ortum; iudicauit autem ea eſſe valida, quia licèt non conſtaret de conſenſu puellæ poſt ſeptennium, nihilominus agnouit fuiſſe doli capacem, & malitiam illius ſuppleuiſſe ætatem, idque collegit tum ex nixu ad copulam, quia ſcilicet

forſan

Digitized by Google

forſan tentauerat conſummare, tum quia erat ſeptennio proxima, tum ex aliis coniecturis, quæ quamuis non eſſent omninò euidentes, erant tamen moraliter certæ, vt rectè S. Pontifex potuerit iudicare illas plenè probare, & illarum vi declarare ſponſalia fuiſſe valida. ita Gloſſa, & Præpoſitus *in d.cap.iuuenis*, Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad idem cap.num.*4. Suarez *de religione tom.*2.*lib.*4. *de voto c.*5. *num.*12. Sanchez *vbi ſuprà*, & Palaus *d.part.*6.*num.*4. & confirmatur hæc interpretatio ex eo, quòd Summus Pontifex non dixit in dubiis tutius eſſe ſequendum, nam tutius erat ſtare pro matrimonij valore, iuxta *cap.licet ex quadam, in fine, de teſtibus*, *& atteſt.* ſed dicit, quod certius exiſtimemus, eſſe amplectendum; certò autem moraliter ei conſtabat valida fuiſſe ſponſalia priora, quæ tamen *ibidem* appellantur dubia, quia cùm de illorum valore non conſtaret, ratione conſenſus præſtiti poſt ſeptennium, ſed ex ſolis coniecturis, & præſumptionibus, non omninò plenè conſtabat, nec erant vndequaque certa illa ſponſalia, quamuis ex illis coniecturis haberetur talis certitudo moralis, quæ fuit ſufficiens, vt Pontifex meritò iudicaret fuiſſe valida, & ſic poſterius matrimonium cum illius prioris ſponſæ conſobrina fuiſſe nullum. ita colligit ex Gloſſa *in eod. cap.* & in terminis Sanchez *loco citato*.

Ex dictis in hoc §. reſolui facilè poſſunt plures difficultates, ex quarumque ſolutione magis confirmabuntur aſſerta in hoc eodem §. ideo ſigillatim explicandæ ſunt. Sit igitur

---

SVMMARIVM

1212 *In dubio de tota lege, ſeu an lex extet, lex non obligat, & 1213.*

1214 *In dubio de ſenſu legis, nempe an lex aliquem caſum comprehendat non obligat.*

1215 *Si conſtet de lege, ſeu præcepto, & de ſenſu illius, & quis dubitet, an ab obligatione excuſetur in aliquo euentu ratione alicuius neceſſitatis, tunc aliqui exiſtimant dubitantem non teneri lege, ſi eſt incommoda.*

1216 *Sed verius eſt in tali caſu obligari lege.*

1217 *Quando lex eſt certa concedens appellationem, vel aliquid aliud, eſt autem dubium, an caſus aliquis ab illa excipiatur, ſeruanda eſt lex.*

Habens pro ſe legem, habet ſuam intentionem fundatam, & exceptionem alleganti incumbit onus illam probandi, ibid.

1218 *Dubitans, an lex prohibens edere carnes in Quadrageſima ſe extendat ad obligandum in aliqua neceſſitate, ſalutis nempe, aut alterius circunſtantia, tenetur petere diſpenſationem à ſuperiore.*

1219 *Dubitans ex vna parte, an lex in tali euentu obliget, & ex altera parte etiam dubitans, an ex legis obſeruatione ſibi immineat periculum vitæ, vel animæ, in tali caſu non obligatur ſeruare legem, ſi non poteſt commodè recurrere ad ſuperiorem.*

1220 *In dubio magni, ſeu notabilis periculi ſalutis, ex obſeruatione ieiunij, aut ex abſtinentia à carnibus oriundi recurri debet (ſi commodè fieri poteſt,) ad ſuperiorem pro diſpenſatione, quidquid ſecus aliqui ſentiant, aientes tunc diſpenſationem non eſſe neceſſariam, ſed ſolum, quando dubium eſt de aliquali nocumento, non verò de magno, & ſequentib.*

Superior poteſt diſpenſare non ſolùm quando cauſa eſt ſufficiens ad diſpenſandum in ieiunio, vel eſu carnium, ſed etiam quando eſt dubium, an ſit ſufficiens cauſa talis diſpenſationis, ibid.

In ſimili dubio notabilis periculi in lege ieiunij etiam Parochus præſente quoque Epiſcopo diſpenſare poteſt, num. 1223.

1222 *In caſu vrgentis neceſſitatis deficiente copia ſuperioris, à quo petatur abſolutio, contra iuramentum licet venire propria auctoritate abſque abſolutione.*

1224 *In dubio an lex ſit abrogata, obligat.*

& etiam ſi conſtet de obligatione legis, & dubium ſolùm ſit, an dictæ obligationi ſatiſfactum ſit, ibid.

1225 *Quid ſi dubitetur, an ſit vſu recepta, an tunc obliget, & 1226.*

Lex promulgata in dubio an præſumatur vſu recepta, 1228. & 1229.

1227 *Cùm dubitatur, an lex fuerit ſufficienter promulgata, tunc non obligat, & 1230. fine.*

Lex promulgata nondum acceptata, in ſui eſſentia eſt lex, & ligat, & ſubditi tenentur illam acceptare, ac proinde primi contrafacientes peccant, ibid.

1231 *In dubio an lex communis, vel conſtitutio ſtatutaria, vel conſuetudo ſit iuſta, & laudabilis, præſumi debet.*

1232 *Cùm dubitatur an lex ſit de præcepto, vel de conſilio, præſumitur de præcepto.*

In dubio an conſuetudo ſit de præcepto, vel conſilio, ſeu an introducta ſit animo obligandi, vel ex ſola doctrina, & ad melius eſſe; præſumitur introducta ex ſola deuotione, & non animo obligandi, ibid.

1233 *In dubio de iuriſdictione, ſeu legitimo titulo ſuperioritatis legem, vel præceptum ſuperioris obligare, aliqui negant, ſed verius affirmant alij, ſi ſuperior ſit in quaſi pacifica poſſeſſione dignitatis, & iuriſdictionis, & 1234.*

1235 *In dubio an poteſtas ſuperioris ſe extendat ad talem caſum particularem, lex, vel præceptum ſuperioris in illo caſu obligat.*

1236 *Æquum, & bonum opponitur iuri ſtricto verborum proprietati tenaciter adhærenti.*

Epicheia eſt emendatio legis ex ea parte, qua deficit propter vniuerſale, ſeu benigna interpretatio, caſum aliquem ob ſuas circunſtantias lege vniuerſaliter lata non eſſe comprehenſum, licèt verba legis clarè comprehendant, ibid.

1237 *Leges conduntur de his, quæ vtplurimum accidunt, ac proinde in aliquo caſu particulari deficiunt, & interpretari debent.*

1238 *Ratio cur in lege poſitiua, & humana detur, ſeu admitti debeat Epicheia.*

Epiicheia habet locum non ſolùm quando legis obſeruatio eſſet nociua bono communi, ſed etiam quando caderet in detrimentum priuatæ perſonæ, ibid. fine.

1239 *Item habet locum non ſolùm quando ſeruare legem eſſet malum, & iniquum; ſed etiam quando eſſet nimis graue, aut difficile, ſeu intolerabile, licèt minimè peccatum.*

1240 *Item habet locum in aliquo caſu, in quo legiſlator, ſi voluiſſet vti omni ſua poteſtate, obligare potuiſſet.*

Vnde ad Epiicheiam non requiritur, vt fiat interpretatio, caſum non comprehendi ſub lege, quia legiſlator non potuerit comprehendere; ſed ſatis eſt interpretari, noluiſſe illum comprehendere ad euitandum rigorem, ibid.

Per Epicheiam quis excuſatur à ieiunij præcepto non

non ſolùm propter grauem ægritudinem, ſed etiam propter minorem debilitatem, ibid.

Epiicheia locum habet non ſolùm quando ex obſeruatione legis ſequitur damnum proprium, vel proximi in bonis acquiſitis; ſed etiam in acquirendis, vt ad euitandum notabile lucrum ceſſans, ibid. fine.

Si ex obſeruatione legis diei feſti, quis amittit occurrentem occaſionem magni lucri, ab obſeruatione feſti ceſſare poterit, ibid.

1241 *Epiicheia an habeat locum non ſolùm in legibus obligantibus, ſed etiam in annullantibus, circa finem.*

Si manifeſtum ſit caſum aliquem ob ſpeciales circumſtantias à lege generali excipi debere, & in eo legem minimè obligare, non eſt pro interpretatione recurrendum ad ſuperiorem, ſed talis interpretatio à quouis priuato fieri poteſt iuxta leges prudentiæ, ibid.

Nonnulla regula ad cognoſcendum caſum aliquem euidenter non comprehendi ſub lege, ibid.

1242 *In dubio formali an caſus particularis ſub legis obligatione comprehendatur, pro interpretatione recurrendum eſt ad ſuperiorem ſi adiri poteſt.*

1243 *Quòd ſi ſuperior conſuli non poteſt, aliqui aiunt eſſe locum epiicheiæ, & licere inferiori interpretari legem, non obligare affirmant aliqui.*

1244 *Sed veriùs negat communis ſententia, aiens tunc legem ſeruandam.*

1245 *Limitatur tamen hæc communis ſententia, ſi cum tali dubio concurreret etiam dubium, an obſeruatio legis in tali caſu alteri grauiori legi, & magis obliganti contrarietur, & 1246. & 1247.*

Quando eſt dubium ex vna parte, an lex obliget in tali caſu, & ex alia parte dubium eſt, an ex legis obſeruatione immineat periculum ſalutis ſpiritualis, aut corporalis, tunc ſi ſuperior adiri non poteſt, ſic dubitans non tenetur legem ſeruare, ibid.

1248 *Ex iudicio ſeu opinione probabili, legiſlatorem noluiſſe, vel non potuiſſe ſua lege comprehendere talem caſum particularem, ſi non poteſt recurri ad ſuperiorem, licet priuato vti epiicheia, & operari contra verba legis, ad 1250.*

1251 *An ſi tunc non ſit periculum in mora adeundi ſuperiorem, ſed conſuli poſſit, ſit ad illum recurrendum pro declaratione, quando iudicium probabile eſt de ſola voluntate legiſlatoris, & 1252.*

1253 *& quid ſi iudicium probabile ſit de defectu poteſtatis legiſlatoris, & 1254.*

Ex iuſta cauſa quis excuſatur ab obſeruatione legis humanæ, d. n. 1248.

Iuſta cauſa, & ſufficiens excuſans ab obſeruatione legis humanæ eſt illa, ob quam legiſlator excuſaret; & quæ bona fide pro iuſta habetur, & propter quam niſi talem eam quis iudicaret, non faceret contra legem, ibid.

Talis cauſa excuſat non ſolùm à mortali, ſed etiam à veniali facientem contra verba legis, ibid.

Si cauſa multum deficeret à ſufficientia, non excuſaret à mortali, ſi parum non excuſaret à veniali, ibid.

Cùm verba legis ſunt clara, iudex fori externi ab illis recedere non debet in caſu dubio, niſi poſſit ſufficienter probari in eodem iudicio externo aliam fuiſſe intentionem legiſlatoris, num. 1249. & numer. 1250.

§. XXXIX.

An in dubio iuris, ſeu legis, præcepti, aut conſuetudinis, ſcilicet, an extet ius, ſeu lex, vel præceptum, aut conſuetudo legitimè introducta, is qui facta ſufficienti diligentia ad inueſtigandam veritatem adhuc dubius manet, obligetur lege, vel præcepto, aut conſuetudine.

AFfirmant abſolutè Vaſquez 1. 2. *diſp. 64. cap. 3. & diſp. 66. cap. 1. initio*, Azorius 1. *part. lib. 2. c. 19.* 1212.
quæſt. 10. Auguſt. Barboſa *collect. ad cap. iuuenis, num* 6. *de ſponſalibus*, & idem ſentiunt alij ſuprà *num.* 1174. relati. idem Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 25. *num.* 258. cum illa limitatione, niſi dubitans legem, ſeu præceptum obſeruare nequeat ſine magna difficultate, & incommoditate, aut graui detrimento. idem Garzias loco ſuprà *num.* 1180. allegato, ſi lex, aut præceptum ſint negatiua, ſeu prohibitiua: idem in foro animæ tantùm alij allegati ſuprà 1167. fundamenta ſunt eadem, quæ §. præcedenti pro prima, ſecunda, & tertia ſententia adducta ſunt.

Verùm longè probabilius eſt in dubio, an lex, ſeu 1213.
præceptum ſint lata, ſiue extent, rationabili, (vt quia verè de hoc dubitent viri periti,) poſt factam moralem diligentiam, manente, legem, ſeu præceptum non obligare, ſiue ſint naturalia, ſiue diuina, poſitiua, vel humana, ſed potiùs iudicandum tum ſpeculatiuè, tum practicè non eſſe latam talem legem. ita Henriquez *lib. 8. cap. 45. num. 3. in comm. lit. P.* Emanuel Sà *v. dubium, n. 2.* Suarez *de cenſ. diſp. 4. dicta ſect. 5. num. 15.* Rebellus *de obligat. iuſt. 1. part. lib. 1. quæſt. 2. ſect. 2.* & ex Doctoribus *§. præcedenti, n.* 1188. allegati Sanchez *dicta diſp. 41. num. 36. & d. cap. 10. num. 32.* Filliucius *d. cap. 10. num. 8.* Palaus *d. diſp. 3. puncto 7.* Villalobus *dicta diff. 21. num. 4.* Ioannes Sancius *in ſelect. diſp 42. & diſp. 43. initio.* Gordonus *lib. 1. quæſt. 9. num. 25. & lib. 7. quæſt. 6. num. 25.* Fragoſus *de regimine Christianæ Reipub. part. 1. lib. 4. diſp. 10. n.* 208. *verſic. ſuffragetur, & num. 209.* Diana locis *infrà* allegandis, & alij *infrà* allegandi aſſerentes in dubio voti, ac iuramenti, & in dubio iuris de excommunicatione, & irregularitate neminem cenſeri obligatum, ſeu ligatum. Probatur primò illo axiomate, quòd nemo obligatur lege aliqua, niſi illi ſit ſufficienter promulgata, & propoſita; at in præſenti caſu quando facta morali diligentia non conſtat, an detur talis lex, non eſt ſufficienter promulgata, & propoſita; ergo etſi in genere, ſeu ſpeculatiuè maneat quis dubius, tali lege non ligatur. Ex quo ſecundò probatur alia regula, quòd melior eſt conditio poſſidentis: in hoc autem dubio tota poſſeſſio eſt pro libertate, cùm quilibet ſit ſuarum actionum dominus, & liberè in illis procedere poſſit, dum certò, vel ſufficienter illi non conſtat ſe eſſe ligatum. Tertiò probant Sanchez, & alij, quòd in tali dubio forum exterius non iudicat dubitantem eſſe ligatum, neque condemnat. Neque officit illa obiectio, quòd tutior pars ſit eligenda, ne dubius ſe exponat periculo peccandi; cùm in hac actione non immineat morale periculum peccandi.

Si dubium ſit non de tota lege, ſed de ſenſu illius, an nimirum comprehendat talem caſum, vtrùm tunc obliget.

SEd quid ſi dubium non ſit de lege, quia conſtet 121
eſſe latam, ſed de ſenſu legis, nimirum an lex, vel

vel præceptum comprehendat aliquem, ſeo talem caſum, ſeu rem. Reſponderur primò conſulendum eſſe legiſlatotem, aut ſuperiorem, ſi fieri poteſt, iuxta dicenda Infrà *n.*1242. Reſpondetur ſecundò, ſi non poteſt adiri, vel audiri legiſlatot, aut ſuperior, idem dicendum, quod in dubio legis, ſiue præcepti; quia tunc petinde eſt, ac dubitare de lege, an ſit impoſita de illo caſu, ſeu illa re, aot actione, ac proiode eſt, ac ſi non eſſet lex de illa re, ita Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 33. Palaus *d. p.* 7. *n.* [illegible] Gordoous *d. quæſt.* 9. *n.* 25. *& d. q.* 6. *n.* 59. Filliucius *locis citatis*, & Fragoſus *d. n.* 209.

Si conſtet de lege, & ſenſu ipſius, ſed dubium ſit ſolùm, an lex obliget in aliquo euentu ratione alicuius neceſſitatis, aut circunſtantiæ, an tunc lex obliget.

1215. QVid ſi conſtet de lege, & de ſenſu illius, ſed dubium ſit, an habeat locum in tali euentu, ſcilicet, quis dubitet, an aliqoo caſu ratione alicuius neceſſitatis, aut alterius eitcunſtantiæ ab illius legis obligatione eximatur. Salas *d. ſect.* 25. *n.* 259. (quem videtur ſequi Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 22. exiſtimat tunc dubitantem non obligari lege, aut præcepto, ſi lex ſibi ſit incommoda, & moleſta. probat, quia tunc (inquit) lex, ſeu præceptum impropriiſſimè dicitur poſſidere, voluntas autem antea poſſidebat ſuam libertatem, qua ſpoliari noo debet, ſi ea indigeat ad damnum aliquod graue iurandum; fauendum eſt enim libertati maximè in ſimili caſu; & addit Salas ſic, (ſcilicet quando lex, vel præceptum ſine incommodo, & graoi detrimeoto ſeruari poteſt) limitari, ſeu intelligi debere Medinam 1. 2. *quæſt.* 96. *a.* 6. *ad finem prop.* 3. & omnes Doctores aſſereotes in dubio præcepti circa qualitatem materiæ ipſius orto, ſeruandum eſſe præceptum, vel intelligendos eſſe in dubio practico.

1216. Verùm communior, & verior ſeotentia affirmat dobitantem in hoe caſu teneri lege, aut præcepro, illique obtemperare debere, ſi nulla eſt probabilis ratio ad excuſandum, ita Sanchez *d. c.* 10. *n.* 34. Palaus *d. p.* 7. *n.* 6. Layman *lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 20. *n.* 5. Fragoſus *d. n.* 209. *initio*, Villalobus *d. diff.* 21. *n.* 4. Gordonus *d. n.* 15. *& d. quæſt.* 6. *n.* 60. & Ioannes Sancius *d. diſp.* 23. *n.* 8. Mouentur, quia in hoc caſu lex eiuſque obligatio certò poſſidet, quæ abſtulit antiquam voluntatis libertatem (cui fauendum eſt ſolùm tunc, cùm oon conſtat eſſe ligatam,) ac proinde is dubitans ab obligatione certa legis, irrationabiliter, & temerè ſe eximeret excuſatione dubia. Confirmat Sanchez, tum quia certus de mutuo à ſe recepto, atque adeò de ſoluendi obligatione iuxta omnes Doctores non liberatur à tali obligatione, ex eo quòd dubitet de aliqua cauſa excuſanti; tum quia iuxta omnes compenſationi non eſt locus, quando meum debitum eſt liquidum: quod autem alter mihi debet, eſt dubium; ergo ſimilem ab aliarum legum certarum
1217. obligatione noo eximet excuſatio dubia †. Addit idem Sanchez pro hac ſententia ſtare, tom Decium *conſ.* 28. *vol.* 1. *& in cap. ſuper eo* 2. *n.* 2. *de appellat.* Surdum *conſ.* 334. *n.* 15. *&* 16. *vol.* 3. & alios Iuriſperitos aſſerentes, quoties lex eſt certa concedens appellationem, vel quicquam aliud: eſt autem dubium, an caſus aliquis ab illa excipiatur, ſeruandam eſſe legem; tum Gloſſam *in reg. omnis definitio, paulo poſt princ. ff. de reg. iuris* Tiraq. *de retractu ligna.* §. 1. *gloſſa* 9. *n.* 211. *verſic. quibus adde*, Euetard. *loco ab exceptione ad regulã n.* 10. Couaruuiam *lib.* 2. *var. c.* 12. *n.* 4. Gonzalez *ad reg.* 8. *gloſſa* 8. *n.* 72. & alios Doctores communiter, à ſupradictis, & ab eodem Sanchez telatos tradentes, habentem pro ſe legem habere ſuam iotentionem fundatam, ac exceptionem alleganti incumbere onus eam probandi, & hanc eandem ſenteotiam tenet Medina *vbi ſupra*, & etiam Ioannes Medina *Cod. de ieiunio, quæſt. de his, qui ieiunare tenentur*, cùm *ibi* doceant, ſi aliquis dobitet vtrùm obligatione ieiunij ob aliquam cauſam liberatus ſit, ſi ſuperiorem adire nolit, vel non poſſit, legem ieiunij ſeruandam eſſe. † Hinc Igitur Ioannes Sancius *d. n.* 8. 1218.
infert eum, qui dubitat, an lex prohibens edere carnes in Quadrageſima ſe extendat ad obligandum ratione neceſſitatis, ſalutis ſcilicet, aut alterius circumſtantiæ teneri petere diſpenſationem à ſuperiore, vel ſi habeat Bullam, licentiam ab vtroque Medico, ſpirituali, & temporali; vt ex tenore Ipſius Bullæ conſtat, & agit ſuper illum §. Manuel Rodriq. & Antonius Gomez, & ipſemet Sancius *diſp.* 51. *n.* 9. † 1219.
Villalob. verò *d. n.* 4. addit, quòd ſi ex vna parte quis dubitaret, an lex lo tali euentu obligaret, & ex altera parte etiam dubitaret, ao ex legis obſeruatione, ſeu ſeruando legem ſibi immineret periculum vitæ, vel animæ, in tali caſu non obligaretur ſeruare legem, eo quòd tunc haberet locum Epiicheia, eo quòd legiſlator non debet velle, vt ſoa lex obſeruetur cum tanto periculo; & qood ex duobus malis minos eſt eligendum, qood idem repetit *tract.* 2. *diff.* 26. *n.* 7. *verſ. anga demos Medina.* quod certum videtur, ſi non pateat facilis aditus ad legiſlatorem, vel ad ſuperiorem babentem auctoritatem diſpenſandi in lege, & illam interpretandi.

Cùm dubium eſt magni, & notabilis damni ex obſeruatione legis humanæ, puta ex obſeruatione ieiunij, an tunc ſit petenda diſpenſatio à ſuperiore, ſi facilè adiri poſſit.

SEd quid ſi in tali dubio ſuperior poſſit commodè adiri, & ab eo obtineri diſpenſatio, an tunc 1220.
neceſſariò ſit petenda diſpenſatio? & communis ſententia Doctorum agentium de præcepto ieiunij, & de diſpenſatione in eodem ieiunio, tam quoad plures refectiones, quàm quoad eſum carnium, ex aliqua iuſta cauſa, eſt, quòd ſi cauſa excuſans à præcepto ieiunij quoad plures refectiones, vel quoad eſum carnium, ſit certa, & manifeſta, nulla opus eſſe diſpenſatione; ſi non ſit certa, ſeu manifeſta, ſed dubia, tunc conſulendos eſſe viros Doctos, vt Doctorem Theologiæ, Profeſſorem caſuum conſcientiæ, Confeſſarium, & Medicum, & ſi aliquis eorum aſſerat eſſe cauſam ſufficientem faciendi plures comeſſationes, vel edendi carnes, etiam tunc non eſſe neceſſariam diſpenſationem; quòd ſi cauſa adhuc iudicatur dubia, ſeu adhuc remanet dubium, an ſit ſufficiens cauſa non ieiunandi, vel edendi carnes. tunc eadem communis Doctorum affirmat neceſſariam fore diſpenſationem, & pro ea recurrendum ad ſuperiorem, ita docent S. Thom. 2. 2. *qu.* 147. *a.* 4. & eius ſequaces, Angel. *v. ieiunium, n.* 10. Syl. *n.* 10. Roſella *nu.* 25. Armilla *n.* 6. Nau *in man. c.* 21. *n.* 20. *&* 21. Ledeſma 2. 4. *q.* 19. *art.* 3. Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 2. Sanchez *conſ. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 5. *n.* 25. *& dub.* 6. *n.* 2. Leſſius *de iuſt. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 45. Villalob. *p.* 1. *ſum tract.* 23. *diff.* 3. *n.* 11. Filliucius 2. *tom. tract.* 27. *c.* 7. *n.* 128. Diana *p.* 1. *tract.* 9. *reſol.* 15. & alij communiter, quos Nauarrus, Sanchez, & Diana *locis citatis*, & Ioannes Sancius loco mox allegando referunt. Rationem non exprimunt prædicti auctores, ſed ea eſt, quòd in hoc caſu certa poſſeſſio ſtat pro lege, ſeu præcepto ieiunij, à cuius obligatione quis non debet eximi ob excuſationem dubiam, vt in præcedentibus numeris oſten-

ſum eſt;ac proinde,cùm quis bona fide, & rationabiliter non iudicat per ſe, vel peritorum conſilio ductus,ſe habere cauſam ſufficientem ad non ieiunandum, vel ad edendum carnes,ſed dubitat an habeat cauſam ſufficientem,an nimirum ſine notabili damno ſuæ ſalutis ieiunare poſſit, aut abſtinere à carnibus,debet recurrere (ſi commodè adiri poteſt) ad ſuperiurem pro diſpenſatione, & ſi hoc noluerit facere, non eſt abſolnendus, eo quòd non ſit ſatis contritns, cùm videatur nolle parere Eccleſiæ, inquit expreſsè Nauarrus poſt D. Antoninum à ſe allegatum. Notant antem poſt alios Sanchez *d.n.*25. & Diana,ſuperiorem non rantùm poſſe diſpenſate, qnando cauſa eſt ſufficiens ad diſpenſandnm in ieinnio, vel ad eſum carninm, ſed etiam qnando dubiterur, an adſit ſufficiens cauſa, miſcendo aliquam commutationem, v. g. iniungendo aliquas orationes, vel eleemoſynas, &c. quando cauſa non eſt ſufficiens ad diſpenſationem, & qnanto cauſa fuerit; ſufficientior, tanto minus eſſe iniungendum.

1221. Prædictæ tamen communi ſententiæ contradicit Ioannes Sancius *d.diſput.*51.*num.*9. contrarium ſentiens, & aſſerens quòd ſicut cùm cauſa eſt manifeſta, non eget ieiunans diſpenſatione, ita etiam non eget, cùm cauſa eſt dubia, ſaltem quando eſt dubium notabilis, & magni nocumenti ex obſeruatione ieiunij, aut ex abſtinentia ab eſu carnium. quod probat ſequenti diſcurſu, ſcilicet, quia idemmet ius haber quis ad fugiendum damnum certò venturum, atque illud, de quo rationaliter dubitatur,an ſit exoriundum;ſicut qui probabiliter, & rationabiliter dubitat, quòd in extremam neceſſitatem deueniet, ſi extremè indigenti ſubueniat, non tenebitur ſubuenire, & quia dubium in fauorem rei ſit interpretandum, & in poſſidentis fauorem accipiendum, ex vulgatis iuribus *ſuprà* adductis. Nec in boc caſu(inquit Sancius)ins dubium vincit ius certnm. nam quamuis præceptum ieiunij, & abſtinendi à carnibus ſit certum, & in poſſeſſione obligandi; etiam ius ad conſeruandam vitam in homine certum eſt,& antiquus, & antiquior etiam poſſeſſio in illo ad conſeruandam vitam ſuam, & à ſtrictiori iure orta. Quapropter (ſubdit) in homine non ſolùm eſt iua certum ad certò conſeruandam vitam; ſed etiam eſt illi ius certum ad non exponendam vitam periculo dnbio eam amittendi, & quamuis dubium ſit homini, an ex abſtinentia à carnibus ſit detrimentum paſſurua in ſalute; non eſt tamen illi dubium, quod iua habeat certum non ſe committendi tali dubio. Fit ergo(concludit Sancius) quòd ius certum conſeruandæ ſalutis ſuperet ius eertum præcepti abſtinendi à carnibus. Hine idem Sancius infert, & ait, Doctores præallegatos, & alios à ſe citatos aſſerentes recurrendum eſſe ad ſuperiorem pro diſpenſatione in ieiunio, vel in eſu carnium, quando cauſa excuſans à præcepto ieiunij eſt dubia,non intelligendos eſſe, id aſſerere, quando fuerit dubium, magnum nocumentum exoriundum ex obſeruatione ieiunij, cùm tunc iuxta dicta non videatur neceſſaria diſpenſatio; ſed quando dnbitaretur aliquale oocumentum promanandum: quod qnamnis actu exiſteret, obligatio ieiunij, vel abſtinentiæ à carnibus non ceſſaret,cùm legea poſitiuæ cum aliquali obligent labore, & detrimento. hæc Sancius; io cuius ſeotentiam iuiſſe videtnr etiam Diana *p.* 4. *tract.*4. *reſolut.*56.& valde inclinat Trullench *in Decalogum lib.*5. *cap.* 2. *dub.*7. *num.*19. quamuis tandem dicat communem eſſe probabiliorem, & tenendam, & ſententiam Sancij ſolùm poſſe habere locum,quando exiſtente dubio de nocumento grani non pateat facile aditus ad diſpenſantem.

Verùm contrà Sancium eſt, & primò contra vltimum illius dictum. Nam S.Thom. & alij Docto- 1222.
res pro communi allegati loquuntur indiſtinctè in cauſa dubia, & nunquam indicant diſpenſationem eſſe neceſſariam, quando dubium eſt ſolùm de leui nocumento; immò Nanarrns *d.num.*20. expreſsè loquitur, eùm quis dubitat,an ſine notabili damno ſuæ ſalutis ieiunare poſſit. Quin etiam idem Sancius *diſput.*43. *allegato num.*8. abſolutè, & indiſtinctè aſſerit, cùm conſtat de lege, vel præcepto, dubium autem eſt, an in aliquo caſu ratione neceſſitatis, vel alterius circunſtantiæ occurrentis eximatur aliquis ab obligatione illius, teneri lege, vel præcepto, cùm lex poſſidear; & obſeruo illa verba, *ratione neceſſitatis*, quæ certè non importane leue,ſed notabile incommodum, ſeu detrimentum enitandum; ac proinde videtur Sancius ſibi contrarius. Secundò ſi eeſſaret omninò obligatio legis, ſeu præcepti ieiunandi,vel abſtinendi à carnibus in Quadrageſima,quotiea quis poſt conſultos peritos dubitaret de notabili nocumento ſalutis prouenturo ex obſeruatione ieinnij, vel abſtinentiæ à carnibus, ita quòd nulla foret opus diſpenſatione ſuperioris, qui commodè adiri poteſt, vix, ſeu nunquam haberet locum diſpenſatio, nam ob ſolum dubium leuis nocumenti non ſolet à Prælatis diſpenſari, nec id etiam à Medicis conſuli; nec expedit alioqui ferè omnes eſſent diſpenſationis capaces, & aperietur via ad eludendum ieiunij præceptum, illudque reddendi fruſtratorium, cùm facillimè oriri poſſit dubium aliqualis nocumenti, Tertiò, quia etiam in hoc caſu dubij notabilis nocumenti, lex, ſen præceptnm poſſidet, cùm de illa, ſeu illo certò conſtet, & nocumentum ſit dubium, vnde non iuuat poſſeſſio antiqua libertatis, & manet etiam reſtrictum illud ius antiquum, & naturale conſeruandi vitam in dubio,ſeu non exponendi ſe periculo illius, dubio, ſeu fugiendi damnum illius dubinm, manet reſtrictum, ſcilicet, quoad hoc, vt ſaltem ad habentem auctoritatem relaxandi legem, ſen præceptum, & in illo diſpenſandi ſit in tali dubio recurrendum pro relaxatione, ſolúmque præbet iuſtam cauſam diſpenſationis; vel ſi diſpenſans adiri non poſſit commodè, eſt ſufficiens cauſa,vt ſic rationabiliter dubitans non ieiunet,vel edat carnes, & excuſetur à præcepto per Epiicheiam. ſicut etiam quando imminet neceſſitas, & non poteſt haberi copia ſuperioris, à quo petatur abſolutio à iuramento, tunc contra iuramentum licet venire propria auctoritate abſque abſolutione, vt docnit Hippolytus *ſing.*421. quem ſequitur Auguſt. Barboſa *collect. ad cap. venerabilem, numer.*27. *de elect.* & hoc pacto videtur intelligendus Sanchez *lib.*4. *ſum. cap.*2. *numer.* 34. *fine*, dum dicit, in dubio, an exequi rem per votum, aut iuramentum promiſſam ſit notabiliter corporali ſaluti promittentis nociturum, ſi præmiſſa ſufficienti diligentia dnbium vinci non poſſit, votnm, iuramentum, & quæuis promiſſio deobligaret; quia ſtante hoc dubio eſt peccatum ſic operari; poteſt enim intelligi qnando ſuperior adiri non poteſt.immo *eod. lib. cap.*10. *n.*8. ait expreſsè in tali dubio tutius eſſe petere diſpenſationem, & *eod. lib. cap.*6.*n.*5. dicit in dnbio an maceratio corporis, & ieiuoia,quæ quis vouit, excedant limites rationis, videtur clarè ſequi opinionem S. Thomæ 2. 2. *q.* 88.*a.*2. *ad* 3. & Palai 4.*d.*38.*diſp.*1.aientium in tali dubio conſulendum

dum eſſe ſuperiorem, illiuſque diſpenſationem exigi, ſcilicet, ſi id commodè fieri poſſit. Quamquam etiam dici poſſit, in huiuſmodi dubiis votum non obligare ex tacita intentione ipſius vouentis; quia rationabiliter præſumi poteſt noluiſſe ſe in tali caſu obligare. Quare non obſtat illud de fauore rei, & poſſidentis, etenim libertati fauendum eſt, quoties non conſtat eſſe ligatam; at cùm conſtet de lege, conſtat de vinculo, & obligatione, & illi vt poſſidenti in caſu dubio debemus fauere. Neque etiam verum eſt ſuppoſita lege certa ieiunij quadrageſimalis hominem, ſicut habet, ſeu retinet ius certum, & omninò liberum, ſeu omnimodam libertatem conſeruandi vitam, vbi periculum eſt euidens, vel probabiliter iudicatur imminere, ex obſeruatione legis ieiunij, & ratione talis iuris certi, & omnimodæ libertatis nulla indiget diſpenſatione; ita etiam habere ius æqualiter certum, & omnimodam libertatem conſeruandi vitam, cùm periculum ſalutis ex eiuſdem ieiunij obſeruatione manet omninò dubium, ita vt tunc eo ipſo eximatur ab obligatione præcepti Eccleſiaſtici, & non teneatur neque ad poſcendam diſpenſationem, cùm conſtet de certa lege ieiunij; ſed ſolùm illud ius in tali dubio & periculo præbet iuſtam, & legitimam cauſam diſpenſandi; vel ſi diſpenſans non poſſit commodè adiri, eſt ſufficiens cauſa, vt dubitãs ex Epiicheia iudicet interim ſe non teneri ieiunare, vel abſtinere ab eſu carnium, eo quòd tunc deficiente copia diſpenſantis rectè præſumatur voluntatem Eccleſiæ præcipientis ieiunium non eſſe, vt tunc ad ieiunium, aut ad abſtinentiam à carnibus obligetur. Confirmatur, quia homo non minus certum ius habet ad conſeruandam vitam ſpiritualem in periculo illius dubio, quàm ad conſeruandam vitam corporalem in ſimili periculo dubio; at ſi homo poſt certum votum ingrediendi religionem approbatam, & in ea profitendi, rationabiliter dubitet, (loquor de formali dubio, & ſtrictè accepto) quòd ſi ingrediatur, & profiteatur, ſalus ſpiritualis periclitabitur. v.g. dubitet de obſeruatione voti, aut caſtitatis, aut paupertatis; ad hoc tamen vt maneat liber ab obligatione voti, & excuſetur ab ingreſſu religionis, eget diſpenſatione, vel commutatione, ſi ad ſuperiorem, nempe ad S. Pontificem, vel ad alium habentem auctoritatem poſſit recurrere; id quod omnes fatentur, & conſtat ex praxi. ergo, &c. nam etiam votum eſt quædam lex priuata, ac proinde quoad hoc (ſcilicet quoad auferendam naturalem libertatem conſeruandi vitam corporalem, & ſpiritualem,) non debet habere maiorem vim, quàm lex ſuperioris; ex quo etiam vlteriùs confirmat, quia ſi quis ſciat certò vouiſſe, ſe aſſumpturum religioſum ſtatum Capuccinorum, & deinde incipiat dubitare de periculo ſalutis ſuæ corporalis ex aſſumptione, & obſeruatione illius ſtatus, nullus Doctor (vt credo) dicet huiuſmodi vouentem exorto tali dubio remanere liberum, & omninò exemptum ab obligatione voti abſque vlla diſpenſatione, vel commutatione ſuperioris; ergo neque dubitans, an ſine notabili damno ſuæ ſalutis ieiunare, vel abſtinere à carnibus in Quadrageſima poſſit, eo ipſo eximitur ab obligatione præcepti, itaut non teneatur, nec recurrere ad ſuperiorem ad poſcendam diſpenſationem, ſi ad illum facilis pateat aditus.

1223. Non deſinam autem hic notare id, quod etiam ex aliorum ſententia dicunt Azorius *ad lib. 7. c. 19. q. 3. in fine*, Sanch. *d. dubio 5. n. 18. & lib. 8. de matr. diſp. 9. n. 27.* ac Villalobus *dict. n. 21.* ſcilicet non ſolùm Epiſcopum, ſed etiam Epiſcopo præſente Parochum in ſimili dubio, & quoties rationabiliter dubitatur de notabili damno ſalutis corporis, & vniuerſaliter ex cauſa ſufficienti, ob quam poteſt Epiſcopus cum ſuis ſubditis diſpenſare, poſſe cum ſuis parochianis diſpenſare in lege ieiunij ſaltem ex conſuetudine; nam in his minimis non eſt vſus recurrendi ad Epiſcopum, etiam ſi ſit in ciuitate, quod ſciunt Epiſcopi, & permittunt; vnde videntur approbare. Abſente verò Epiſcopo id poſſe Parochum, fatentur ferè omnes Doctores, Hoſtienſis, Nauarrus, Paludanus, D. Antonius, & alij, quos Sanchez *d. dubio 5. num. 16. & 17.* refert.

In dubio, an lex ſit abrogata alia lege, vel conſuetudine, vel in ea diſpenſatum, lex obligat, & etiamſi quis ſit certus de obligatione legis, & poſt moralem diligentiam dubitet an obligationi ſatisfecerit.

SEd quid ſi conſtet de lege, & illius ſenſu, dubium autem eſſet, an ſit abrogata alia lege, vel conſuetudine, aut in ea diſpenſatum. Reſpondetur tunc etiam legem obligare, quia lex poſſidet, & propter dubium non debet ſpoliari ſua poſſeſſione, ita Salas *d. tract. 8. num. 260. & 265.* Sanchez *d. cap. 10. num. 35. & de matrim. lib. 2. diſp. 41. num. 37.* Palaus *p. 7. num. 6.* Filliucius *d. tract. 21. cap. 4. num. 163.* Villalobus *dicto tract. 1. diff. 21. num. 4.* Ioannes Sancius *dicta diſp. 43. num. 8.* & alij communiter, & Layman *lib. 2. tract. 4. cap. 20. num. 5.* & propter eandem rationem, ſi certò conſtet de obligatione legis, ſeu quem eſſe lege obligatum, dubitet autem an legis obligationi ſatisfecerit, legis obligationi ſatisfacere debet; ab eâque ratione illius dubij non manet liber, ita Nauarrus *in cap. ſi quis autem, de pœnit. d. 3. num. 26. verſic. 17.* Ioannes Medina *Cod. de oratione quæſt. de horis canonicis.* Sanchez *d. cap. 10. num. 12.* Palaus *d. punct. 7. num. 7.* Ioannes Sancius *d. diſp. 43. num. 21. & diſp. 42. num. 9.* Rebellus *p. 1. lib. 2. q. 14. num. 9. & 10. & p. 2. lib. 1. quæſt. 2. num. 14. verſ. qua ratione*, & Layman *lib. 1. tract. 4. cap. 19. num. 5.* obligationi enim certæ non poteſt dubia ſolutione ſatisfieri. id quod exemplis explicatur infrà *num. 1384. & ſeqq.* 1224.

Cùm dubium eſt, an lex ſit vſu recepta, vtrùm tunc obliget.

AN verò ſi conſtet de lege, & illius ſenſu, ſed dubitetur, an ſit vſu receptum, etiam in hoc dubio obliget, & ad illius obſeruationem teneatur rationabiliter dubitans. Affirmant Sanchez *d. cap. 10. num. 35.* Bonacina *de peccatis d. diſp. 2. q. 4. p. 7. num. 19. & de leg. diſp. 1. quæſt. 1. p. 4. num. 44.* Fagundez *in Decalog. lib. 2. cap. 10. num. 9* Filliucius *d. cap. 4. num. 64.* Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. cap. 1. lib. 4. diſput. 10. n. 209. verſic. quid ſit lex*, & nonnulli alij recentiores Theologi. Probat Sanchez, quia cùm de lege conſtet, pro ea ſtat iuris præſumptio, & poſſeſſio obligationis; ac propterea incumbit onus probandi non eſſe receptam ei, qui allegat exceptionem; dum autem non probat, ea tenebitur. 1225.

At verò negant in hoc caſu dubitantem teneri lege, Azorius *p. 1. lib. 2. cap. 19. quæſ. 12.* Salas *d. tract. 8. num. 169.* & valdè probabile aiunt Caſtrus Palaus *d. p. 7. n. 4.* & Diana *p. 4. tract. 1. reſol. 14.* referens idem ſentire Emanuel. de Moura *in quodam opuſculo*, & loquuntur Azorius, & Salas ſpeciatim de lege pœnali imponente excommunicationem, ſuſpenſionem, aut irregularitatem, & dubium ſit, an

ea lex fuerit vſu recepta. Probant iidem Azorius, & Salas, ac etiam Diana, quia in legibus pœnalibus, & odioſis benignior pars eſt amplectenda. Sed hanc rationem Palaus meritò ait eſſe friuolam, ſi pro lege eſſet poſſeſſio. Probandum igitur quòd in hoc caſu poſſeſſio non ſit pro lege, quod ſic videtur oſtendi; quia tunc non conſtat de lege impoſita, atque adeò non poſſidet; etenim vbi rationabiliter dubitatur, an aliquando fuerit lex vſu recepta, dubium quoque eſt, an aliquando obligauerit; quia ad hoc, vt lex obliget, debet neceſſariò acceptari à populo, ſeu communitate, iuxta magis communem ſententiam, quam docent Gratianus *in Decreto d.4. cap.3.* Dominicus *ibidem §. leges, & in c.2. de conſtit.* Felin. *in c.2. de treug. & pace.* Benintendus *deciſ. Bon.13. num.9.* Nauarr. *in man. c.23. n.41.* Syluester *v. lex q.6.* Valent. *q.5. de legibus, puncto* 5. Rebellus *de oblig. iuſt. 1. p. lib.1. q.5. n.7.* Becan. *p.2. tract.3. c.6. q.8.* vbi dicit ita ſentire paſſim Theologos & Iuriſtas, & Menochius *de præſumpt. lib.2. præſ.2. n.1.* vbi alios Iuriſtas, & Canoniſtas refert, & alios etiam citat Benintendus *vbi ſuprà*. Si ergo dubitatur, an aliquando obligauerit,
1227. dubium etiam eſt, an aliquando fuerit vera lex, & conſequenter non poſſidet. † Et idem ait Palaus dicendum eſſe à fortiori, quoties dubium eſſet de promulgatione legis, an fuerit facta; quia lex eſſe non poteſt, vel ſaltem obligare ſine publicatione, à qua vires ſumit: vt habetur *§.1. in Authent. vt factæ nouæ conſtitutiones, & in §. in his autem, Inſtit. de contrahend. empt.* & tradunt communiter Doctores, Decius *in rubr. de conſt.* Maſcard. alios allegans *de probat. concl. 421. n.4.5. & 6.* Menochius *d. præſumpt. 2.* Becanus alios Theologos allegans *d. c.6. quæſt.6.*

Lex promulgata in dubio an præſumi debeat acceptata.

DEciſio huius difficultatis (ſuppoſita illa doctrina, quòd lex non habeat vim obligandi, niſi fuerit acceptata,) pendet ex ſolutione quæſtionis, an nimirum pro lege condita, & promulgata ſtet præſumptio iuris, quòd fuerit vſu hominum recepta, & approbata; nam ſi pro ea adſit hæc iuris præſumptio, & in dubio forum exterius iudicet receptam, niſi contrarium probetur ab eo, qui illam vſu receptam negat; in tali dubio lex etiam in foro conſcientiæ obligabit, iuxta dicta ſuprà *n.1196. & 1197.*

1228. Igitur legem, & quamlibet conſtitutionem ſtatutariam publicatam habere talem iuris præſumptionem, ſeu in dubio præſumi vſu receptam, & comprobatam, affirmarunt Decius *conſ.649. n.10.* Curtius iunior *conſ.129. n.12.* Gozadinus *conſ.16. n.16.* Natta *conſ.340. n.11. lib.2.* Rolandus à Valle *conſ.90. n.53. lib.1. & de lucro dotis quæſt.99.* Mohedanus *deciſ.2. n.4. de probat.* Rota *deciſ.56. n.4. deciſ.97. n.2. & deciſ.775. n.1. p.1. diuerſorum, & deciſ.301. n.2. p.2.* & alibi ſæpe, vt teſtatur Riccius *in praxi rerum for. Eccleſ. deciſ.95. n.2.* Petrus Benintendus *præd. deciſ. Bonon. n.9. & 10.* (vbi allegat Bartolum *conſ.44.* incipiente, *Iudex communis Tuderti*, & aſſerit expreſsè legem in ſimili dubio obligare etiam in foro conſcientiæ, ita enim habet, quando ſumus in dubio, & diſputatur, an à principio lex fuerit recepta, & an deinceps fuerit vſu comprobata, tunc præſertim ſi ſit præceptum, & compeſcat rebelles, ex quo ſuperioris iuſſa ſeruare tenemur, & qui illam non ſeruat, peccat, præſumitur, quòd fuerit moribus recepta; & deinceps obſeruata) Flam. Pariſius *de reſign. lib.4. q.2. in fine*, & Riccius nonnullos alios allegans *d. deciſ. q.5. eod. n.4.* & ex Theologis Rodriquez *tom.1. qq. reg. qu.6. art.11.* & Layman *lib.1. tract.4. cap.3. n.6.* Ratio autem (inquit Rota allegata *deciſ.775.*) cur lex, ſeu conſtitutio ſtatutaria publicata præſumatur vſu recepta, eſt, quia ligat, & is qui allegat legem, ſeu ſtatum, habet intentionem fundatam in verbis illius, vnde qui negat eſſe in vſu, debet hoc probare, cùm in tali negatiua conſiſtat fundamentum intentionis eius, vt tradunt omnes præallegati Doctores. Quare pro hac ſententia affirmatiua videntur facere Doctores ſuprà *n.1217.* aſſerentes eum, qui habet legem pro ſe, habere ſuam intentionem fundatam, atque adeò exceptionem alleganti incumbere onus illam probandi. Hinc Mohedanus *deciſ.1. de conſtitut.* Benintendus, & Riccius *locis citatis*, ac alij ab eo allegati inferunt quòd Extrauagans Pauli ſecundi, *Ambitioſæ*, requirens aſſenſum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiaſticarum, in dubio præſumitur vſu recepta. 1229.

At contrarium, & legem conditam, & promulgatam in dubio non præſumi vſu fuiſſe receptam, tenent Socinus iunior *conſ.32. n.47. lib.4.* & Menochius *dicta præſumpt.2. n.2.* vbi rationem eſſe ait, quia quòd fuerit, ſitque vſu recepta, eſt quid facti: factum autem non præſumitur, vt ſupra *n.1200.* probatum eſt. confirmat Menochius, quia ſic & priuilegia, quæ dicuntur priuatæ, ideſt, ſingulares leges, non præſumuntur vſu recepta, iuxta Bertrandum *conſ.149. n.2. lib.1. & conſil.130. n.3. lib.2.* & Horatium Mendoſium *in tract. de priuileg. ad inſtar gloſ.15. n.56.* quos citat idem Menochius; qui addit non facere ad rem illud, quod ait Gozadinus, nẽpè, legem eſſe ſemper in viridi obſeruantia, vt ex *l. Arrians §. vltimo, Cod. de hæret.* tradunt Berth. & Socinus ſen. *in l. ſi mihi, & tibi §. de legatis col.1. ff. de legat.1.* quia (inquit idem Menochius) verum eſt legem præſumi ſemper in viridi obſeruantia, dato ſcilicet ipſo principio obſeruationis; ſi enim ſemel cœpta eſt obſeruari, præſumitur adhuc in præſentia obſeruari, atque ita eſſe in viridi obſeruantia, at hinc non fit, quòd ab initio præſumi debeat recepta, & obſeruata, ita Menochius.

Verùm his non obſtantibus prior ſententia com- 1230.
munis, vel ſaltem magis communis mihi probabilior, & in praxi amplectenda videtur, quia etſi lex vſu non recipietur, non obliget ſubditos, ſed deſuetudine, & non vſu ceſſet, & omnem obligationem tam quoad ſubditos exiſtentes, quam quoad poſteros amittat, nihilominus, ſtatim ac à ſuperiore legitimo condita, & publicata eſt, in ſui eſſentia eſt lex, (vt tradit Maſcardus *dicta concl.421. n.6.* & dixit Rota *dicta deciſ.775.*) & ſubditi (ſi lex ſit rationabilis, & vtilis, nec nimis dura, & rigida, nullamque habeant cauſam rationabilem non acceptandi,) tenentur illam acceptare, & conſequenter primi de communitate eidem legi contrafacientes, & illam in vſu non adhibentes, peccant (vt indicat Petrus Benintendus *d. deciſ.13. n.10.* & tradunt Caſtro *lib.1. de lege peccat. cap.1.* Barth. Med. 1.2. q. 9.90. *in fine* 2u. Medina *C. de reſtit. q.36. ad 5.* Molina *de iuſt. tom.1. tract.2. diſp.23.* Suarez *de legibus lib.4. cap.16. n.9.* Vaſq. *1.2. diſp.156. n.5.* Layman *d. cap.3.* Becanus *d. cap.6. q.8. n.4.* Palaus *tom.1. tract.3. diſp.1. p.14.* & Theologi communiter,) quapropter, licèt acceptatio ſit quid facti, tamen in dubio præſumi debet, cùm in dubio factum præſumatur, ſi illud de iure faciendum erat, idque ad excludendum delictum, quod in dubio præſumi non debet, vt ſuprà *n.1200.* probatum eſt. Ex quo manet ſoluta ratio Menochij; nec exemplum priuilegij facit ad rem, cùm nullus cogatur vti priuilegio; ac proinde acceptatio priuilegij, (cùm ſit quid facti) in dubio non præſumitur.

Quòd

Quòd ſi dubium ſit, an lex fuerit promulgata, tunc veram cenſeo doctrinam *n.* 1227. traditam, ſcilicet, in eo euentu non obligare: quia lex omnem ſuam vim habet à ſufficienti promulgatione, nec ante promulgationem cenſetur lex, cui quis ſubditus teneatur obedire; & cùm promulgatio ſit quid facti, in dubio non præſumitur, ſed probāda eſt.

In dubio an lex, vel conſtitutio ſtatutaria, vel conſuetudo ſit iuſta, & bona, præſumi debet iuſta.

1231. EX dictis autem *n.* 1229. & ſuprà *n.* 1200 infertur, in dubio, an lex ſit iuſta, & fuerit iuſtè, & ſanctè condita, & lata, legem obligare; quia in tali dubio præſumitur fuiſſe iuſtè, & ſanctè condita, vt poſt Lucam de Pen. *in lib.* 3. *in præſumpt. q.* 2. *Cod. de apochis publ. lib.* 10. Menochius *dicta præſumpt.* 1. *n.* 1. Addens poſt alios à ſe allegatos *n.* 2. non ſolùm legem communem, ſed etiam ſtatutum præſumi ſanctè, & iuſtè conditum, & promulgatum; & ita debere interpretari, ne ſine ratione ſtatuentes illud edidiſſe videantur. idem *num.* 4. aliis pluribus idem ſentientibus relatis, ait dicendum de conſuetudine, ſcilicet, eam præſumi bonam, & laudabilem, iuſtéque, & ſanctè, ac magna cum ratione introductam. Huius porrò præſumptionis ea eſt, (vt rectè notauit Menochius *d. præſ. n.* 1.) ratio, quòd lex ſancta, & honeſta eſſe debet, *cap. erit autem lex d.* 4. ac proinde præſumitur, legiſlatores huius præcepti ſeu obligationis memores fuiſſe, & noluiſſe delinquere aduersùs Dei mandata, cùm delictum in dubio non ſit præſumendum; iuxta dicta *citatis numeris* 1200. *&* 1229. Confirmantur prædicta ex dictis ſuprà *n.* 261. *& ſequentibus*, vbi probatum eſt ſubditum in dubio, an res præcepta à ſuperiore ſit licita, an illicita, turpis, vel honeſtè teneri obedire, & præſumere eſſe licitam, & honeſtam.

1232. Aduertit etiam idem Menochius *d. lib.* 2. *præſumpt.* 4. ſi contingat dubitari, an lex ſit de præcepto, an verò de conſilio tantùm, in hoc dubio præſumi de præcepto, prout docuit etiam Archid. *in cap. vlt.* §. *vlt. d.* 4. vbi (eodem Menochio quoque referente,) dixit tunc tantùm legem eſſe de conſilio, quando id in ea exprimitur: vel cùm alia ratio euidens cogit ſic intelligere, ac proinde in dubio non præſumi de conſilio, & id quidem de lege, prout diſtinguitur à conſuetudine. Nam conſuetudo in dubio an obliget necnè in conſcientia, ad ſui obſeruationem debet cenſeri inducta ex ſola deuotione, & non animo obligandi, ob illam generalem regulam, quòd in dubio nemo præſumitur velle obligari; neque expediat multiplicari præcepta, vbi moraliter certa non ſunt, vel ſaltem probabilia, vt dixi *in tract. de triplici Iubilei priuileg. ſectione* 4. *caſu* 28. *n.* 30. ex Suarez *de legibus lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 15. & tenet etiam Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 58. quidquid ſecus minus probabiliter ſentiat Azorius 2. *p. lib.* 5. *cap.* 18. *queſ.* 5. *verſic. item ſi ambiguum ſit.*

In dubio an ſuperior habeat iuriſdictionem, ſitque legitimus, ſeu legitimè electus, an eius lex, ſeu præceptum obliget, & quid ſi certò conſtet de ſuperioritate, ſed dubium ſit de poteſtate in tali caſu particulari.

1233. VErùm quid ſi conſtet de lege, ſeu præcepto, & ſenſu illius, ſed dubium ſit de poteſtate, ſeu iuriſdictione legiſlatoris, ſcilicet, an ſit legitimus ſuperior, & conſequenter, an potuerit obligare ſua lege, vel præcepto; an tunc lex, ſeu præceptum obliget, & ſuperiori ex neceſſitate obediendum ſit. Negant Vaſquez 1. 2. *diſp.* 62. *cap.* 6. *fine.* Salas *ibidem q.* 21. *tract.* 8. *n.* 78. Sayrus *lib.* 1. *Clau. cap.* 12. *n.* 6. Leſſius *lib.* 2. *de iuſtitia cap.* 41. *n.* 76. *in initio, verſic. Dico primò*, & Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 8. & ita ſentire videtur etiam Gordonus *lib.* 5. *quæſt.* 9. *n.* 35. §. *vera eſt hæc, verſic. Hac autem intelliguntur.* Probat Leſſius, quia in hoc caſu ſuperior non eſt in certo iure, ſeu certa poſſeſſione præcipiendi, cùm eius iuriſdictio ſit dubia, ſubditus autem per ſe ab huius ſuperioris obedientia liber eſt, & ſic certius poſſidet ſuam libertatem, ac proinde eius conditio debet eſſe melior; ergo non obligatur ei ſubiici, niſi certò moraliter conſtet eum eſſe ſuperiorem, ſicut nemo obligatur lege de qua dubitatur, an ſit lex. Addit verò Leſſius in dubio habendum eſſe legitimum ſuperiorem, ſi pro eo ſtet communis præſumptio, arg. *l. Barbarius* 4. *de off. Præt.*

Sed in huiuſmodi dubio de legitima ſuperiori- 1234.
tate, & de iuriſdictione, ſi ſuperior ſit in pacifica quaſi poſſeſſione ſuperioritatis, & dignitatis, legem, ſeu præceptum obligare, affirmandum eſt tanquam probabilius, & verius, & tenent Doctores citati ſuprà hoc titulo *n.* 286. Sanchez etiam *lib.* 1. *ſum. c.* 10. *n.* 60. & præter eos idem tenere videtur Io. Sancius *dicta diſp.* 43. *n.* 28. *&* 29. Probatur, quia ſuperior exiſtens in pacifica poſſeſſione ſuæ dignitatis, & ſuperioritatis, ac iuriſdictionis, & ſic poteſtatis condendi legem, & præcipiendi, hac poſſeſſione ſpoliari non debet ob ſolum dubium ſubditorum, & dum clarè non conſtat, eum carere tali ſuperioritate, & iuriſdictione, ac poteſtate. Confirmatur ex dicendis *numeris ſequentibus*; & ex dictis ſuprà *hoc titulo, dicto n.* 286. vbi *in fine* ſatisfactum eſt fundamento Leſſij.

Hinc à fortiori ſi conſtet legiſlatorem eſſe ſupe- 1235.
riorem, ſed dubium ſit ſolùm de poteſtate obligandi, in tali caſu, vel ferendi talem cenſuram, lex obligabit, ſeu obediendum erit legi, vt præter Sanchez & alios Doctores ſuprà *n.* 282. relatos expreſsè docent Ioannes Sancius, Palaus *vbi ſuprà tit.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *d. puncto* 8. *n.* 2. *&* 4. & Gordonus *lib.* 7. *quæſt.* 6. *n.* 60. & ita ſentiunt communiter Summiſtæ, Angelus, Syluester & alij *verb. obedientia*, & apud eos alij. Et probatur, quia in hoc caſu certum eſt, quòd talis eſt ſuperior, atque ita poſſidet ius ſuum, & conſequenter etiam pro illius poteſtate, & lege eſt poſſeſſio; quia cùm non clarè conſtat de illius impotentia, ſeu defectu iuriſdictionis, iniquum eſſet illum priuare, iudicando legem, ſeu præceptum non obligare. Confirmatur, quia æquum eſt, & expedit ita ſentire, alioquin vix homines poſſent gubernari, & multa inconuenientia, & ſcandala in communitatibus oriri facilè poſſent. Confirmatur etiam ex dictis *ſuprà* allegato *num.* 282. *&* 283. & ex mox dicendis.

Cùm clarè conſtet de lege, & illius ſenſu, ſed dubium eſt de voluntate legiſlatoris, an ſcilicet voluerit ſua lege comprehendere talem caſum, an tunc lex obliget; vbi an in dubiis ſit locus Epiicheiæ, an verò lex ſeruanda ſit iuxta ſonum verborum.

CÆterùm quid ſi conſtet de lege, & illius ſen- 1236.
ſu, ſed dubitetur de voluntate legiſlatoris, an ſcilicet voluerit ſua lege comprehendere hunc caſum particularem, ad quem clarè ſe extendunt verba legis. Pro ſolutione difficultatis huius, & maiori declaratione præcedentis, videndum eſt, an in

dubiis ſit locus Epiicheiæ, an verò ſeruanda ſint verba legis prout ſonant. Eſt autem Epiicheia, ſeu æquitas, (quando æquum ſumitur non pro eo, quod eſt iuſtum, ſeu æquitas accipitur pro iuſtitia generatim ſumpta, quo pacto ſumitur ab Vlpiano *l.1.ff. de pactis*, cùm ait, *huius edicti æquitas naturalis eſt, hoc eſt, hoc decretum natura iuſtum eſt*; ſed quatenus æquum opponitur iuri ſtricto verborum proprietati tenaciter adhærenti, quo pacto ſumitur æquum *Cod. de iudicijs l.8. Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe iuſtitiæ, & æquitatis, quàm ſtricti iuris, rationem*, & *reg. 90. ff. de reg. iur. In omnibus, maximè autem in iure, æquitas ſpectanda eſt*, vnde illud, *Summum ius, ſumma iniuria*; *& lib.5. Ethicor. cap.* 10. vbi Ariſtoteles diſtinguit inter æquum, & iuſtum; itemque inter æquitatem, & iuſtitiam, dicens æquum eſſe melius iuſto, & æquitatem meliorem iuſtitia; non quidem iuſto, & iuſtitia ſimpliciter, ſed iuſto, quod peccat, ſeu deficit, ſcilicet, iuſto, quod per legem humanam præcipitur,) correctio, ſeu emendatio legis ea ex parte qua deficit, ſeu benigna interpretatio, caſum aliquem ob ſuas circunſtantias lege vniuerſaliter lata non eſſe comprehenſum, attenta mente, ſeu voluntate, vel poteſtate legiſlatoris, licèt verba legis clarè comprehendat; ſeu qua iudicamus legiſlatorem noluiſſe, vel non potuiſſe, nec noluiſſe ſua lege aliquem actum, etſi ſub verbis legis comprehenſum, obligare

1237. ob occurrentes circunſtantias. † Etenim cùm ob rerum particularium multiplicem varietatem ex materiæ mutabilitate, variiſve circunſtantiis occurrentibus prouenientem, omnes caſus particulares lege generali comprehendi non poſſint, & ita poſſibile non ſit, aliquam regulam legis inſtitui, quæ in nullo particulari caſu deficiat, neceſſe eſt, vt in legibus conſtituendis legiſlatores attendant ad ea, quæ vtplurimum accidunt; non quæ vno aliquo caſu particulari euenire poſſunt, & ita iuxta ea, quæ in pluribus accidunt, legem ferunt, vt dixit Theophraſtus *in l.iura conſtitui, ff. de legib. & l.nam ad ea ff. de legibus, cum concord.* Quare æquitatis ratio interdum dictat, concurrente aliqua circunſtantia contra verba legis agendum eſſe, vel agi poſſe, quamuis non contra mentem, & voluntatem legiſlatoris; ſiquidem legiſlator, ſi interrogatus fuiſſet, an ad hunc etiam caſum legis ſuæ obligationem extendi vellet, vtique negaſſet, vel nunc quoque, ſi adeſſet, diceret ſe noluiſſe in tali caſu obligare. ita Ariſtoteles *d. cap.* 10. S.Thom.1.2.*q.6.art.*6.*&* 2.2.*q.*120.*a.*1. *ibidem* Caietanus (vbi definit quod Epiicheia, ſiue æquitas ſit directio legis, vbi deficit propter vniuerſale, quam definitionem deſumpſit ex Ariſtot. *d.c.*10. Barth. Medina, & alij S.Thom. ſequaces, Sotus *lib.1. de iuſtitia q.6.art.*8. Suarez *lib 6. de leg. cap.*6. *&* 7. Saytus *lib.*3. *clauis cap.* 10.*n.*2. Vaſquez 1.2. *diſp.*176.*c.*3. Layman *lib.1.tract.4.cap.*19. Becanus *p.2.tract.3.c.6.q.*14. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 43.*n.*8. Fillincius *tom.* 2. *tract.*21.*n.*432. *&* 433. Villalobos *p.1.tract.2.diff.*16. *n.*9. Theologi communiter de virtute Epiicheiæ diſ-

1238. ſerentes, & Nauarrus *in rubr. de iud n.*71. † Et ratio eſt, quia omnis lex (vt inquit S.Thomas, *d.art.6.*) reſpicit bonum honeſtum, quod eſt virtutis obiectum, v. g. æqualitatem virtutis iuſtitiæ; & ordinatur ad communem hominum ſalutem, & ea ratione ſolùm obligat, qua bonum commune intendit, & requirit, ac proinde vbi in aliquibus caſibus particularibus legem ſeruare eſt contra æqualitatem virtutis iuſtitiæ, aut contra bonum commune, quod lex ſemper intendit, non adeſt obligatio illam ſeruandi, & rectè interpretamur legiſlatorem non ſolùm non potuiſſe, ſed nec voluiſſe in tali caſu obligare, v.g. ſi adſit lex, ne portæ ciuitatis nocte aperiantur; aperiri tamen poſſunt, & debent eo caſu, quo ciues hoſtium impetum fugientes ad ciuitatem ſe reciperent; nam alioqui contra æquitatem lex illa tunc ſeruaretur, ſicut etiam ſi eſſet lex, quòd quicunque aſcendens muros ciuitatis decapitetur, contra æquitatem ſeruaretur lex in caſu, quo ſubitò hoſtes inuadunt ciuitatem, & illi qui ſunt intus, liberarentur à morte murum aſcendendo. Item lex iubet, depoſitum reddi, cùm hoc vtplurimum iuſtum ſit, ſi tamen in aliquo euentu contingat eſſe nociuum, puta ſi furioſus depoſuit gladium, & eum reponat, dum eſt in furore, & timeatur malè vſurum illo in damnum ſuum, vel proximi: aut ſi quis reponat depoſitum ad patriæ impugnationem, in hoc caſu lex ad reſtitutionem non cenſebitur obligare, nec obligabit; ſiquidem reſtitutio contra æquitatem eſſet. Item lex Eccleſiaſtica ieiunij generalis prohibens eſum carnium, & plures comeſſiones in die, non cenſetur obligare, nec obligare poteſt eos qui mortis, aut grauis infirmitatis periculum incurrent, ſi ieiunarent, vel abſtinerent à carnibus; puta ſi non haberent alios cibos præter carnes, nam & hoc eſſet contra æquitatem; item ſi alicui immineret periculum hoſtium, ſi die feſto exiret domo ad audiendum ſacrum, tunc licet interpretari legem, de audiendo ſacro eum non obligare: Epiicheia enim habet locum non ſolùm quando legis obſeruatio aduerſatur immediatè cõmuni bono, ſed etiam quando cederet in detrimentum perſonæ priuatæ, cuius tamen damnum ſemper redundat in communitatem, cuius intereſt ciues, & eorum bona conſeruari, id quod expreſsè notarunt etiam Salas, Becanus *vbi ſuprà*, & Suarez *d lib.6.c.7.n.*12. & prædicta exempla afferũtur à prææallegatis Doctoribus, præſertim à S.Thoma, Soto, & Suarez. † qui *d.cap.7.* 1239.
n.9. (id quod etiam innuunt alij ex præallegatis) aduertit Epiicheiam habere locum non ſolùm, quando ſeruare legem, eſſet malum, & iniquum, ac peccatum; ſeu quando lex ita deficit, & ſeruare illa ſit iniquum (in quo tantùm caſu Caietanus *d q.120.art.*1. *§.probatur autem, & §. & tertiò videtur admittere Epiicheiam*, quod idem aſſerit Becanus *d.q.*14.) ſed etiam interdum, licèt non ſit iniquum legem ſeruare, ſit tamen nimis graue, aut difficile, ſeu intolerabile; tunc enim etſi quis poſſet licitè legem obſeruare, v. g. ieiunare cum morali periculo notabilis damni ſalutis corporalis, tamen rectè interpretamur, in illo particulari ceſſare legis obligationem, nec vlla diſpenſatione opus eſſe, quia lex humana non obligat, nec legiſlatoris intentio eſt obligandi cum periculo vitæ, vel alio magno incommodo, vt tradunt agentes de legum humanarum obligatione, & conſtat ex dictis ſuprà *n.*301. & ad virtutem & prudentiam pertinere videtur, non ſolùm diſcernere, quando obſeruatio præcepti, ſeu legis quoad verba mala ſit, ſed etiam quando non obliget, etiamſi abſque peccato ad literam ſeruari poſſit, non tamen ſine magno grauamine, & ita in vtroque caſu locum habebit Epiicheia, cùm non ſolùm ſit alienum à prudenti legiſlatore mala, & iniqua præcipere, ſed etiam inhumana, & grauiora, quàm humana patiatur conditio, vel quam ratio communis boni poſtulet: ex quo fit, vt non ſolùm peccet lex præcipiendo, quod non debet, ſcilicet, iniquum; ſed etiam præcipiendo, quando, & quomodo non debet, nimirum, obligando cum maiori vigore, quàm æquum ſit, ac proinde vtrumque peccatum legis corrigit, & emendat Epiicheia, & in vtroque procedunt dicta ſuprà *n.*1236. *&* 1237. & definitio illa Ariſtotelis æquitatis, quòd ſit directio legis ex ea parte, qua peccat propter vniuerſale,

uerſale, & etiam dictum S. Thom. *n. 3. d. 37. q. 1. a. 4.* allatum à Caiet. *d. §. Tertiò*, ſcilic. quòd Epiicheia ſolùm habet locum in caſu, in quo lex (nimirū, obſeruatio) à legis (ſcilicet legiſlatoris) intentione diſcederet, ſeu diſcreparet; ſi quidem intentio legiſlatoris non ſolùm eſt recta præcipere, ſed etiam rectè, & conſequenter, qui obſeruat legem tamquam obligatoriam, quando illa non obligat, ſeu per illam non obligatur ob occurrentem cauſam excuſantem ab illius obſeruatione, ab intentione illius diſcedit, & diſcrepat, quamuis actus, quem facit, non ſit malus, & ſi legiſlator tunc adeſſet, & interrogaretur, diceret ſe noluiſſe in tali caſu obligare.

1240. † Addit Suarez *eod. cap. 7. num.* 11. interdum etiam, etſi potuiſſet legiſlator, ſi omni poteſtate ſua vti voluiſſet, etiam particularem caſum comprehendere, aliquando tamen habere locum Epiicheiam, & ex circunſtantiis benignè interpretari licere, noluiſſe comprehendere, eo quòd non ſemper ſuperior velit obligare cum toto rigore, & in omni caſu, in quo poſſet obligare; quod approbat Layman, & mihi videtur de mente Ariſtotelis, ſancti Thomæ, & aliorum Doctorum, dum aiunt Epiicheiam eſſe emendationem, ſeu benignam interpretationem legis in caſu, in quo & ipſe legiſlator, ſi adeſſet, ita interpretatus fuiſſet ſuam legem, & dixiſſet talem fuiſſe ſuam intentionem: ex quibus, ſeu ex qua definitione, ſeu munere Epiicheiæ rectè colligitur ad eandem Epiicheiam non requiri, vt interpretemur caſum non comprehendi ſub lege, quia legiſlator non potuerit ſua lege illum comprehendere, ſed ſatis eſſe, ſi interpretemur, noluiſſe illum comprehendere, licèt potuerit, cùm ſæpè contingat aliam eſſe legiſlatoris voluntatem ab ea, quam nuda legis verba præſeferrunt, vt ex ſupradictis conſtat, ac proinde etiam in huiuſmodi euentu interuenit correctio, ſeu emendatio legis, quatenus plus verbis videtur comprehendere, quàm fuerit in voluntate legiſlatoris, qui in tali caſu noluit obligare, licèt potuiſſet, ad euitandum rigorem, & ita per Epiicheiam non ſolùm cenſetur quis (vt exemplificat Suarez *d. n.* 11.) excuſari à præcepto ieiunij propter grauem ægritudinem, in qua non poſſet Prælatus obligare, ſed etiam propter minorem debilitatem, qua non obſtante, potuiſſet Eccleſia obligare; ſed nihilominus creditur ex benignitate noluiſſe. Hanc verò intentionem legiſlatoris non obligandi (loquendo in vniuerſum) vir prudens omiſſis verbis legis poterit colligere ex aliis circunſtantiis temporis, loci, perſonarum, & ex ordinario modo quem legiſlatores ſeruant in legis condendis cum illa moderatione (quòd, ſcilicet, ſemper non velint obligare cum toto rigore, & in quocunque euentu,) intellecta, licèt non exprimatur. Inſuper idem Suarez *eod. cap. 7. num.* 14. extendit doctrinam in hoc, & præcedenti numero poſitam, non ſolùm quando ex obſeruantia legis ſequitur graue damnum proprium, vel proximi in rebus, ſeu bonis acquiſitis, ſed etiam in acquirendis, quia lucrum ceſſans iuſtum, & graue damno, moraliter loquendo, æquiparatur, vt conſtat ex *l. vnica, C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur, in fine.* Quare ſi ex obſeruatione legis, v.g. feſti quis amittit occurrentem occaſionem magni lucri, ab obſeruatione feſti ceſſare poterit, & iuſtè interpretabitur tunc nolle legiſlatorem obligare.

1241. Igitur S. Thomas, & cæteri Doctores prællegati, & alij communiter aiunt, quòd ſi euidens, & manifeſtum ſit legem humanam generalem hunc caſum particularem non comprehendere, ſeu in hoc caſu non obligare, ſed ratione Epiicheiæ, ſeu æquitatis excipi debere, tunc non eſt recurrendum ad legiſlatorem, neque ad ſuperiorem pro interpretatione, ſed quilibet priuatus ſecundùm prudentiæ dictamen poſſet legem interpretari ex æquitate, legem non obligare, & contra legis verba facere; euidentia enim huiuſmodi ſtatim facit ceſſare legem in tali caſu, & euidentia contingit in omnibus exemplis ſuprà allatis, in quibus obſeruatio legis eſſet contra bonum commune, vel in detrimentum graue priuatæ perſonæ, vel contra æquitatem virtutis iuſtitiæ: & loquendo in vniuerſum erit euidens, caſum particularem non comprehendi ſub lege generali, primò, ſi lex ſeruari non poſſit, niſi violando aliam grauiorem, & magis obligantem legem, v.g. diuinam, aut naturalem. nam, vt ſuprà *à num.* 1150. declaratum eſt, concurrentibus duobus præceptis incompatibilibus, quæ ſcilicet, ſimul ſeruari non poſſunt, omittendum eſt, quod minus eſt, & obſeruandum, quod maius, & magis obligat. Secundò ſi legis obſeruatio à maiore bono altioris virtutis impediat; vnde Miſſa feſto die omitti poteſt, vt proximo ægrotanti ſuccurratur. Tertiò ſi obſeruatio legis, puta de ieiunio, in aliquo particulari caſu nimis difficilis ſit, vt certò conſtet legiſlatorem non potuiſſe, vel ſi potuit vtendo omni ſua poteſtate, noluiſſe cum tanto rigore, tantave ſeueritate obligare, iuxta ſuprà dicta, & ita docent Suarez *vbi ſuprà cap. 7. & 8.* & Layman *dicto cap. 19. num. 3.* Qui tamen numero præcedenti in fine ait Epiicheiam habere locum ſolùm in legibus obligatoriis, numquam verò in legibus infirmantibus, & annullantibus, niſi de legiſlatoris voluntate aliquo ſigno conſtet. & ita (inquit) teſtamentum non valet factum coram teſtibus tribus, vel quatuor, etſi in aliquo caſu lege, aut voluntate Principis non excepto, plures haberi non potuerunt; nec valet (ſubdit) matrimonium ſine Parocho, aut teſtibus celebratum peſtis tempore: quorum rationem eſſe ait, quia huiuſmodi leges præſcribunt formam ſubſtantialem; ſine ſubſtantia autem actus ſuſtinere non poteſt. Deinde (addit) ad vitandas fraudes intereſt Reipublicæ ita obſeruare poſthabito particulari incommodo per accidens aliquando interueniente, & ad id allegat Suarez *lib. 5. de legibus cap. 23. num. 2.* & Coninch *de Sacram. diſput. 30. dub. 1. concl. 2.* vbi etiam ait; quamuis Eccleſia ſua prohibitione efficere non poſſit, vt omninò ignorantes, aut iuſto metu coacti contra eam agentes peccent; poſſe tamen efficere, vt ab his agatur ſine effectu, & irritum ſit. quod dictum Coninchij verum eſt; ſed non approbo tanquam certum, quòd in legibus humanis annullantibus actum ſine certa ſolemnitate factum, nunquam poſſit habere locum Epiicheia, cùm oppoſitum ſit probabile; & in lege Tridentini de præſentia Parochi, & duorum teſtium adhibenda ad valorem matrimonij dari Epiicheiam iuxta probabilem opinionem, oſtendi *in tractatu de contractu matrimonij cap. 1. num. 61. & ſeqq.* ſicut, & habere locum in legibus de ſolemnitate teſtamenti tradunt alij, vt dicetur *infrà in titulo de teſtamento tempore peſtis condito.*

In dubio an aliquis caſus ſub legis obligatione comprehendatur, pro interpretatione recurrendum eſt ad ſuperiorem, ſi commodè conſuli poteſt.

Si verò ſit dubium, an caſus particularis attenta voluntate, vel poteſtate legiſlatoris comprehendatur 1242.

hendatur ſub lege vniuerſali, necne, ita vt intellectus remaneat ſuſpenſus circa vtramque partem, neutri neque probabiliter aſſentiens, ſeu de neutra potena habere iudicium probabile, tunc etiam conueniunt Doctorea interpretationem, ſeu emendationem non licere ſubdito, ſed recurrendum eſſe ad legiſlatorem, vel ad ſuperiorem vt legem explicet, ſi conſuli poteſt. ita S. Thomas locis ſuprà *n.* 1237. allegatis, *ibidem* Caietanus, Bartholomæus Medioa *d. quæſt.* 96. *art.* 6. & alij eius diſcipuli, Sotos *d. art.* 8. §. *Tertia verò concluſio*, *&* §. *ad huius rei intelligentiam*, Ioan. Medina *C. de ieiunio q. de iis, qui tenentur ad ieiunia*, Suarez *d. lib.* 6. *art.* 8. *num.* 10. Sayrus *d. cap.* 10. *num.* 3. Becanua, & Ioannes Sancius locis *dicto num.* 1237. relatis, Layman *d. cap.* 19. *num.* 4. Villalobus *d. diff.* 26. *num.* 7. Sanchez *de matr. lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 37. Vaxquez *de Euchariſtia diſput.* 219. *cap.* 4. *num.* 43. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap. vlt. num.* 433. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſput.* 3. *puncto* 8. *num.* 2. *&* *tract.* 3. *diſput.* 5. *p.* 3. §. 2. *num.* 4. & alij. probatur, quia operari com conſcientia dubia, quando ipſa poteſt deponi, eſt peccatum, (vt *ſuprà* oſtenſum eſt, dum probaui, eum, qui dubitat ſpeculatiuè de honeſtate actionis, non poſſe contra dubium operari, niſi priùs præmiſerit ſufficienrem diligentiam ad vinceodum dubium;) ſed cùm dubium eſt de voluntate ſuperioris, an ſcilicer voluerit obligare, recurrendo ad ſuperiorem deponi poteſt tale dubium ex eius conſilio, & auctoritate; ergo in tali dubio non licet operari eodem ſuperiore inconſultu. quod confirmatur, quia ex tali dubio ſpeculatiuo oritur ex neceſſitate dubium practicum, an tunc lex violetur, necne, agendo contra verba eiuſdem legis, & nullum aliud eſt morale principium, quo rationabiliter poſſit practicè deponi illa conſcientia dubia, ſuperiore inconſulto, ſi conſuli poteſt; ergo ſemper illicitum eſt cum illo dubio operari contra verba legis; quia operari cum conſcientia practicè dubia, ſemper eſt peccatum; vt latè *ſuprà* probatum eſt. Ad hoc addo rationem allatam ſuprà *num.* 1235. quia cùm clarè conſter legiſlatorem eſſe legitimom ſuperiorem, lex poſſidet, ac proinde propter dubium de defectu voluntatis, vel de imporentia legiſlatoris, non debet ſua poſſeſſione ſpoliari, cùm melior ſit conditio poſſidentis.

Quid ſi ſuperior conſuli non poteſt, an tunc ſit locus Epiicheia, ſi caſus ſit vrgentis neceſſitatis.

1243. Difficultas ergo eſt, an in caſu vrgenti, in quo ſuperior conſuli non poſſit, liceat in præfato dubio vti Epiicheia, & interpretari legem non obligare; an verò ſeruanda ſit lex ad literam, & vt ſonat. Et eſſe tunc locum Epiicheiæ, liceréque ſubdito ioterpretari legem, in tali caſu non obligare, affirmant Syluester *v. Papa quæſt.* 16. *verſic. ſecundum*, (vbi poſtquam dixit io dubiis Interpretationem ſpectare ad ſuperiorea, id limitat, ſi commodè poſſunt haberi, aliàs ſecus, vt cùm in repentinis periculum eſt in mora,) & *verb. diſpenſatio quæſt.* 4. (vbi ait, quòd leges interpretari pertinet ad quemliber in neceſſitate ſubitò occurrente, præcipuè cùm ad ſuperiorem recurſus haberi non poteſt,) Corduba *quæſtionarij lib.* 3. *q.* 13. *ante regulam* 1. Henriquez *lib.* 14. *ſum.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. *litera X. in comm.* quoa ſequitur Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 25. *num.* 260. quoties adimpletio legis eſt cum graui incommodo, magnáve moleſtia, & difficultate; quod idem approbat Diana *p.* 4. *tract.* 323. qui duo poſteriores expreſsè loquuntur in dubio formali, & rigoroſo, ſeu æquilibrij, ſine aſſenſu alicuius partis, & de eodem dubio videarur loqui Syluester, Corduba, & Henriquez, cùm dicant abſolutè in dubiis (vbi non eſt recurſus ad ſuperiorem poſſibilis,) licitam eſſe interpretatiooem legis, ſeu ioterpretandum eſſe rigorem legis iuxta præſumptam inteotionem legiſlatoris. Probatur, quia nimis graue, & durum videtur, cùm vrget neceſſitas, quæ caret lege, *c. ſi ergo* 1. *q.* 1. obligare hominem legibus in dubio de ſuperioris voluntate, vel poteſtate obligandi, præſertim quando non eſt in eius poteſtate dubium vincere, & deponere. Confirmatur, quia in dubio legis, vel voti, quia non obligatur, ſed in tali vſu lex videtur dubia, cùm de eius obligatione dubitetur.

Contrarium tamen, & non eſſe locum Epiicheiæ, 1244.
ſed legem eſſe ſeruandam iuxta verba, tenet communis ſententia, à qua puto non eſſe recedendum, ita expreſsè S. Thomas, Caietanus, Bartholomæus Medina, Sotus, Ioannes Medina, Sayrus, Villalobus, Filliucius, Becanus, Sanchez locis ſuprà *num.* 1237. *&* 1241. allegatis Suarez *d. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 12. *&* 13. Palaus *d. puncto* 8. *num.* 4. & alij, ex quibua Sanchez, Suarez, Ioannes Sancius, & Palaus aiunt, Syluestrum, Cordubam, & Henriquez eſſe intelligendos non de dubio æquilibrij, ſed de formidine, quaodo ſcilicet eſt probabile iudicium, licèt cum formidine, ſuperiorem noluiſſe, vel non potuiſſe in tali caſu obligare. Sed quidquid voluerint Syluester, & duo alij, probatur hæc communis ſententia ex ſupradictis, ſcilicet, quia in huiuſmodi caſu lex poſſidet, vtpore non dubia, ſed certa, cùm conſtet verba eius talem caſum comprehendere, & ſolùm dubitetur, an legiſlator voluerit, vel non potuerit in illo caſu ligare, ſeu illum caſum comprehendere, ergo propter hoc dubium, & donec probetur nolitio, vel defectus poteſtatis, non debet lex ſua poſſeſſione priuari, cùm in aliis melior ſit conditio poſſidentis, & Epiicheia vtpote virtus (vt ait S. Thomas *d. num. q.* 120. *art.* 1.) non debet iniuſtè poſſeſſorem ſua poſſeſſione ſpoliare; iniuſtum autem eſſet, Epiicheiam dictare ius dubium præferendum eſſe iuri certo, ac proinde dictare non poteſt, legem aliquam certò poſitam, exiſtente dubio formali, & rigoroſo, an ſe extendat ad aliquem caſum, debere ceſſare, ſpoliando illam ſua poſſeſſione, & introducendo hominem in poſſeſſionem ſuæ libertatis: vnde non iuuat ſimile de lege dubia, ſcilicet, quando eſt dubium de tota lege, an ſit lata necne, quia tunc lex non poſſidet, iuxta *ſuprà* dicta; neque etiam obſtat argumentum ſumptum ex neceſſitate, nam nulla poteſt eſſe neceſſitas ad non ſeruandam legem, quæ poteſt ſeruari abſque peccato, contra aliam legem ſuperiorem, & magis obligantem, niſi etiam ſit ſaltem ſufficiens ad probabiliter iudicandum legiſlatorem in tali neceſſitate, vel noluiſſe, vel non potuiſſe obligare; nam ſi ſufficiat tantùm ad dubitandum, videtur leuis neceſſitas, & maior eſt neceſſitas ſeruandi legem vitando periculum peccati, & conſeruandi illam in ſua poſſeſſione.

Dixi, *quæ poteſt ſeruari abſque peccato contra aliam* 1245.
legem ſuperiorem, & magis obligantem. Nam Suarez *d. cap.* 8. *num.* 12. declarat communem ſententiam non procedere ſi cum dubio, an lex ob defectum voluntatis, vel poteſtatis legiſlatoris obliget in tali caſu, concurrat etiam dubium, an obſeruatio legis grauiori legi, & magis obliganti contrarietur; tunc enim ait debere ſeruari illam legem, quam facta morali diligentia iudicat eſſe grauiorem, & magis obligare,

obligare, omiſſa altera minus obligante; cùm enim in huiuſmodi caſu dubitans non debeat eſſe perplexus, & neceſſariò peccare, in tali concurrentia habet ſufficientem rationem deponendi practicè conſcientiam dubiam, ob illud principium morale, quòd in dubio quis non peccat eligendo tutiorem partem, ſeu eam, in qua iudicat eſſe minus malum. Quapropter habet iudicium non ſolùm probabile, ſed etiam certum, in eo caſu legem poſitiuam ſuperioris non ligare, ſed immò ſe teneri ſeruare alteram legem magis obligantem.

1146. Et licèt Palaus *d. puncto* 8. *num.* 5. hanc declarationem reiiciat, dicens etiam tunc ſeruandam eſſe legem, & præceptum certum, omiſſa lege, & præcepto dubio; quia (inquit) poſſidet præceptum certum, dum non conſtat alteri legi ſuperiori contrariari. qua ratione (ſubdit pro confirmatione) coniux dubius de obitu prioris coniugis tenetur præſenti reddere debitum, & ſi redditio debiti contraria ſit, tam iuri prioris coniungis, quàm temperantiæ, quia lex temperantiæ & iuris prioris coniugis eſt dubia, & lex dubia non poteſt præualere aduersùs legem certam, & poſſidentem, qualis eſt de reddendo debitum coniugi exigenti. Præterea quando conſtat de voto, aut iuramento, & eſt dubium, an materia voti, vel iuramenti ſit licita, vel illicita, S. Thomas 2.2. *q.* 89. *art.* 9. *ad* 3. ſentit votum obligare, cùm dicat tunc Epiſcopum poſſe diſpenſare; ergo à fortiori obligabit præceptum certum, cùm dubium ſolum eſt alteri contrariari. ita Palaus.

1147. Nihilominus prædictis non obſtantibus approbanda eſt ſupradicta Suarez declaratio, quæ etiam videtur de mente aliorum Doctorum eiuſdem communis ſententiæ, qui non loquuntur in caſu, in quo prohibitum, & peccatum eſt legem ſeruare, vt contingeret in caſu huius declarationis, in quo vir dubius in vtramque partem ſeruando legem eligeret maius malum poſthabito minori; ſed loquuntur de caſu, in quo certò conſtat legem ſine peccato impleri poſſe, & dubium eſt de obligatione, & expreſſè declarationem admittunt Bartholomæus Medina *d. quæſt.* 96. *art.* 6. *fine*, & Villalobus *dicta diff.* 36. *eodem num.* 7. vbi aiunt, quòd quando eſt dubium ex vna parte, an lex obliget in tali caſu particulari, & ex alia parte dubium eſt, an ex legis obſeruatione immineat periculum ſalutis ſpiritualis, aut vitæ, in hoc caſu non teneri ſic dubitantem legem obſeruare; quia recta ratio dictat, quòd quando res eſt dubia, & vtrinque imminet periculum, minus periculum eligendum eſt; ſed minus periculum eſt non ſeruare legem humanam, quàm ſubire vitæ ſpiritualis, aut corporalis diſcrimen. ita Medina, & Villalobus. Quare ad id, quod Palaus dicit, de coniuge dubio de obitu prioris coniugis, reſpondetur ex dictis ſuprà *num.* 1154. *&* 1157. in concurrentia duorum præceptorum maiorem obligationem vnius non eſſe conſiderandam ſolùm ex altiori virtute, ad quam ſpectat præceptum, ſed etiam, cæteris paribus, ex maiori probabilitate, & certitudine obligationis hîc, & nunc: ex quo fit, vt præfatus coniux in tali dubio teneatur reddere debitum coniugi præſenti exigenti, quia in tali dubio multò certius imminet peccatum iniuſtitiæ negando debitum coniugi ratione bonæ fidei, & certæ poſſeſſionis habenti ius petendi, quàm peccatum fornicationis, aut adulterij reddendo debitum, vt *dicta num.* 1157. declaratum eſt. Ad exemplum de voto, & iuramento in dubio, an materia illorum ſit licita, necne, reſpondetur S. Thomam loqui in caſu, in quo Epiſcopus diſpenſator poteſt adiri, tunc enim cùm dubium poſſit deponi recurrendo ad ſuperiorem, id faciendum eſt; ac proinde votum, & iuramentum interim non obſtante tali dubio, an materia ſit licita, obligat. ſecus ſi non poſſit adiri Epiſcopus, nec ſit alia via deponendi dubium; tunc enim ſi vouens poſt factam moralem diligentiam dubitet ſeruando votum, ſe violaturum aliud præceptum magis obligans hîc, & nunc, poteſt, & tenetur ſeruare præceptum omiſſa obſeruatione voti, cùm ex duobus malis licitè poſſit, & debeat minus eligi, iuxta dicta in probatione declarationis, & ſupra *à numero* 1150. *ad* 1158.

Ex iudicio probabili, & rationabili, quòd legiſlator in tali caſu particulari noluerit, vel non potuerit obligare, an liceat inferiori interpretari legem non obligare, & quid ſi ſuperior adiri poſſit.

Dixi etiam initio *num.* 1242. *&* *num.* 1244. ſi dubitans de neutra parte poſſit habere iudicium probabile, ſeu neceſſitas in particulari & vrgenti caſu non ſit ſufficiens ad probabiliter iudicandum legiſlatorem, vel noluiſſe, vel non potuiſſe in tali caſu obligare; nam ſi dubium non ſit ex vtraque parte æquale, & æquilibrij, ſcilicet, abſque vllo aſſenſu, ſed attentis circunſtantiis, quis determinato aſſenſu probabiliter iudicet (ſcilicet, cum formidine oppoſiti,) legiſlatorem vel noluiſſe, vel non potuiſſe talem particularem caſum ſua lege comprehendere, & quòd ſi adeſſet ita diceret; tunc ſi ſuperior conſuli non poſſit, & periculum ſit in mora, communis ſententia docet dari locum Epiichciæ, & licitum eſſe vti tali iudicio probabili, & facere contra legem abſque interpretatione, vel conſenſu ſuperioris. ita Caietanus 1.1. *q.* 96. *dicto art.* 6. *ibidem* Bartholomæus Medina, Sayrus *d. cap.* 10. *num.* 3. *fine*, Suarez *d. cap.* 8. *num.* 6. Becanus *d. q.* 14. & Filliucius *d. num.* 434. & ita ſaltem ex parte ſentire videtur etiam Nauarrus *in ſum. cap.* 23. *num.* 43. vbi ait excuſari à mortali eum, qui ex iuſta cauſa tranſgreditur legem humanam iuſtam promulgatam. & dicit, quòd iuſta cauſa eſt illa, propter quam legiſlator, ſi eſſet præſens, excuſaret hominem, iuxta Gloſſam receptam *in l. tale pactum §. qui prouocami, ff. de pactis*: addens tamen iuſtam cauſam quoque eſſe illam, quæ bona fide pro iuſta habetur; & ob quam niſi talem eam iudicaret, non faceret contra legem: quamuis ſubdat hanc cauſam non excuſare a veniali; quod verum eſt, ſi exiſtimet cauſam non eſſe omninò ſufficientem, ſed aliquantiſper, & parum deficere à ſufficientia, aut mala fide veniali exiſtimat eſſe omninò ſufficientem, (vt tradunt etiam Filliucius *tract.* 27. *cap.* 7. *num.* 130. Bonacina *de primo precept. Eccleſia p. vltimo n.* 19. Salas *de leg. diſp.* 11. *ſect.* 4. *verſic. prædictis*, & Trullench *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 20.) ſecus ſi bona fide exiſtimet cauſam, v.g. non ieiunandi, eſſe omninò iuſtam, & ſufficientem, tunc enim tranſgrediendo legem ieiunij excuſabitur etiam à veniali, vt habent modò citati auctores; ſi cauſa autem multum deficeret à ſufficientia, ſeu valdè eſſet inſufficiens; tunc ob eam tranſgredi legem, v.g. ieiunij, eſſet mortale, vt Salas *loco citato*, vbi de hac inſufficientia ait intelligendum Syluestrum *v. ieiunium q.* 8. dum ait, quòd ſi quis credat cauſam non ieiunandi eſſe, ſed inſufficientem, eſſe mortale non ieiunare. colligitur etiam hæc communis ſententia ex S. Thoma *d. art.* 6. *in fine corporis*, vbi dicit quòd in caſu non euidenti, ſi obſeruatio legis ſecundùm verba non habet ſubitum periculum, 1248.

Digitized by Google

lum, cui oporteat ſtatim occurri, legis interpretatio
ſpectat ſolùm ad Principes, ſeu ſuperiores, qui pro-
pter huiuſmodi caſus habent auctoritatem diſpen-
ſandi in legibus; ſi verò ſit ſubitum periculum non
patiens tantam moram, vt ad ſuperiorem recurri
poſſit, ipſa neceſſitas diſpenſationem habet anne-
xam; quia neceſſitas non ſubditur legi, ita S. Tho-
mas, qui in ſecundo membro huius ſui dicti non
loquitur, neque loqui poteſt in dubio æquilibrij,
& formali, alioqui ſibi contradiceret in reſponſio-
ne ad ſecundum, vbi ait, ſi non euidens, ſed dubium
ſit, legiſlatorem aliud intendiſſe, debet ſubditus, vel
ſecundùm verba legis facere, vel ſuperiorem con-
ſulere; loquitur ergo quando non eſt euidens, ſed
incertum, legiſlatorem aliud intendiſſe, ſed tamen
rationabiliter, & probabiliter iudicatur, quòd ſi le-
giſlator adeſſet, decerneret in tali caſu ſuam legem
non obligare, vt rectè intelligit eum Caietanus *ibi-
dem*, & in reſponſione ad ſecundum loquitur in du-
bio abſque vllo aſſenſu determinato, vt idem Caie-
tanus ait. Ratio autem huius communis ſententiæ
eſt, quia tunc neceſſitas aliud non concedit, quàm
vti illo iudicio probabili, & vtens eo ſe conformat
menti legiſlatoris moraliter certæ, ſeu probabiliter
præſumptæ; ac proinde non peccat faciendo contra
verba legis. id quod confirmatur, tum quia iudi-
cium probabile in rebus moralibus ſufficit ad pru-
denter operandum, præſertim vbi regula certa ap-
plicari non poteſt, vt ex dictis *ſuprà* de opinione
probabili conſtat: tum quia, cùm in rebus agendis
omnis ferè cognitio humana ſit coniecturalis, gra-
uiſſimum onus imponeretur hominibus, ſi nun-
quam liceret in eis vti Epiicheia ex iudicio, ſeu opi-
nione probabili, quando non poteſt recurri ad ſu-
periorem; nemo enim auderet vnquam excuſare à
lege humana propter neceſſitatem occurrentem;
quando nemo ſit ita certus de ſufficientia cauſæ,
quin dubitet, aut formidet: & in his caſibus idiotæ
non poſſent ſequi conſilium hominis docti, & pij,
neque iſte poſſet tale conſilium dare, quia ferè
1249. ſemper ducitur iudicio probabili. † Quare mihi
non videtur audiendus Ioannes Salas *de leg. 6.
diſp. 21. ſect. 10. num. 25. initio*, ſentiens contra præfa-
tam communem aſſerens, vbi ex aliquibus circun-
ſtantiis non poteſt euidenter præſumi, ſeu iudicari
de legiſlatore, eum non voluiſſe talem caſum parti-
cularem comprehendere ſua lege, ad illum caſum
iuxta verborum ſonum clarè ſe extendente, ſeruan-
dam eſſe legem, ſiue recurri poſſit ad ſuperiorem
ante tempus obligationis, ſiue non, qui mouetur
primò cùm conſtet obſeruationem legis eſſe lici-
tam, & etiam certum ſit, verba legis talem caſum
comprehendere, & à legiſlatore comprehendi po-
tuiſſe (quæſtio procedit quando ſolùm incertum
eſt, an legiſlator noluerit comprehendere,) non eſt,
cur verba legis ſuam obligandi vim non habeant,
cùm ius ſuum poſſideant. Secundò, quia tunc lex
non peccat, etiamſi illum caſum comprehendat; er-
go non debet Epiicheia emendari. Tertiò, quia
aliàs verba legis mille fraudibus paterent, & falſis
interpretationibus. Confirmari etiam poteſt hæc
Salæ aſſertio, tum quia in incertis tutior pars ſit
eligenda, tutius autem eſt ſeruare legem, tum ex
vulgari dicto Iuriſperitorum, quòd cùm verba legis
ſunt clara, non eſt ab illis recedendum in caſu du-
bio; de quo Panormitanus *in cap. 1. num. 14. de conſtit.*
tum demum, quia ſicut in caſu, in quo patet aditus
ad ſuperiorem, non licet vti illo iudicio probabili,
ita nec quando idem ſuperior non poteſt adiri; quia
quòd poſſit, vel non poſſit ſuperior conſuli, non fa-
cit, vt ſit magis certum iudicium, in caſu autem
particulari, in quo dubitaretur de poteſtate legiſla-
toris, idem Salas *eadem ſect. 10. verſic. Placet ergo*, ait
ſibi placere opinionem Caietani, quòd quando
adeſt varietas opinionum circa poteſtatem legiſla-
toris ad obligādum etiam in caſu non euidenti, non
habet locum Epiicheia, etſi ſuperior poſſet conſuli.
Verùm ad primum eiuſdem Salæ reſpondetur,
etiam vbi obſeruatio legis eſt licita, poſſe habere
locum Epiicheiam, vt conſtat ex dictis *num.* 1239.
& tunc certum eſt verba legis poſſidere ſignifica-
tionem comprehendentem talem caſum; ſed non
eſt certum poſſidere vim obligandi in illo caſu,
cùm verba legis ſine voluntate non habeant vim
ad obligandum; quam in tali caſu deficere ex cir-
cunſtantiis colligi, ſeu præſumi rationabiliter, &
probabiliter poteſt; ac proinde etiam ex iiſdem
circunſtantiis limitari eiuſdem legis verba. Verba
ergo legis quaſi poſſident ius, ſeu vim obligandi in
caſu omninò, & rigoroſè dubio, vel, cæteris paribus,
præferenda ſunt verba legis, & ſecundùm illa eſt
iudicandum de voluntate, non verò vbi eſt in con-
trarium iudicium probabile. Ad ſecundum reſpon-
detur, quamuis lex non peccet præcipiendo ini-
quum, vel nimis durum, peccare tamen poſſe plus
ſignificando, quàm legiſlator voluerit; idque poſſe
per Epiicheiam emendari. Ad tertium negatur ſe-
qui illa inconuenientia, ſi interueniat verè proba-
bile, & prudens iudicium; quòd verò ſequi poſſint
per abuſum, impertinens eſt, & fortè multò maiora
ſequi poſſent, ſi nunquam in huiuſmodi euentibus
liceret iudiciis probabilibus virorum peritorum, &
proborum vti. † Ad primam confirmationem re- 1250.
ſpondetur primò ex ſupradictis ſatis eſſe ſequi pra-
cticè partem tutam: ſecundò præcauendum potius
ne recedatur à mente, & voluntate legiſlatoris,
quàm à verbis eius, vt conſtat ex pluribus iuribus,
& tradunt Ioannes Fabrus *in præallegatam regulam
90. ff. de reg. iur.* & Gloſſa recepta *in cap. tale pactum,
§. vltimo, ff. de pactis*, vbi regulam tradit, id iure ſer-
uandum, licet ſtatutum non ſit, quod veriſimile eſt,
ſtatuendum fuiſſe, ſi quæſitum fuiſſet. Ad ſecundam
confirmationem reſpondetur Iuriſtas, & Abbatem
loqui de iudice fori externi, qui ſecundùm leges te-
netur iudicare, & inter collitigantes iuſtitiam di-
ſtribuere; ac proinde debet ſequi verba legis, quan-
do ſunt clara, niſi in eodem iudicio poſſit ſufficien-
ter probari, aliam fuiſſe voluntatem Principis; tunc
enim poſſet ſecundùm illam iudicare. Ad tertiam
confirmationem non poteſt reſponderi niſi præ-
miſſo examine difficultatis in eadem confirmatione
contentæ.

Cùm adeſt iudicium probabile de voluntate legiſlatoris, & non eſt periculum in mora adeundi ſuperiorem, an liceat vti tali iudicio probabili, & interpretari legem non obligare ſine recurſu ad ſuperiorem.

AN ſcilicet, ſtante eo iudicio probabili de vo- 1251.
luntate legiſlatoris liceat illo vti ſine inter-
pretatione, vel conſenſu ſuperioris, quando non eſt
periculum in mora, ſed conſuli poteſt; & ab eo reci-
pi interpretationem, quòd caſus ſub legis obliga-
tione non comprehendatur, licèt legiſlator potuiſ-
ſet etiam in eo obligare. Et vna ſententia ait non
eſſe neceſſarium recurſum ad ſuperiorem, quæ pro-
batur ex communi doctrina *ſuprà* tradita de opi-
nione probabili, qua in agibilibus licet vti abſque
recurſu ad ſuperiorem; quare poſita præfata proba-
bilitate

Digitized by Google

bilitate iudicij, quòd legiſlator noluerit talem caſum ſua lege comprehendere, quilibet per ſe rectè poterit vti Epiicheia, & rectè interpretari ſe in illo obligatum non eſſe. ita in terminis Palaus *tom.1. tract.3.diſput.5.puncto 3.§.2.allegato num.4. initio*, & pro hac eadem ſententia videntur facere Doctores relati ſuprà *num.*1220.dum aiunt in dubio,an cauſa non ieiunandi ſit ſufficiens, recurrendum ad viros doctos, puta,Theologos,Parochum, vel Confeſſarium;& ſi quis eorum aſſerat eſſe ſufficientem, non eſſe opus recurſu ad ſuperiorem pro diſpenſatione, ſecus ſi adhuc maneat dubia. Confirmari etiam ſolet hæc ſententia ex eo, quòd in interpretanda etiam lege naturali vtimur ſententia probabili ſine recurſu ad Papam,vel Prælatos; ergo idem in legibus humanis fieri poterit quoad particularem vſum. atque ita Iuriſtæ aſſerunt, poſſe iudicem ad ferendam ſententiam probabiliter interpretari legem in caſu dubio ſine recurſu ad ſuperiorem; vt tradunt Bartolus *in l.1.C. de leg. num.* 8. *&* 9. & alij ſcribentes *ibi*, *& in cap.1. de conſtitutionibus.* ſed id procedit, quando agitur de interpretatione legis, quoad ſenſum eius.

1252. At vbi non eſt periculum in mora, non obſtante dicto iudicio probabili de defectu voluntatis legiſlatoris eſſe recurrendum ad ſuperiorem, ſi commodè conueniri poteſt,aſſerunt Caietanus, & Bartholomæus Medina *d.art.6. quæſt.96.* Valentia *diſput.de legibus,quæſt.5 puncto 9.*Becanus *d.quæſt.*14.Suarez *d. cap.8.num.* 9. Filliucius *allegato num.* 433. & Sayrus *d.cap.10.num.3.circa finem*, ita etiam ſentit Vazquez loco allegato ſuprà *num.*1242.vbi ait, quòd nullus hactenus opinatus eſt poſſe ab inferiori Epiicheiam legi adhiberi ex ſola coniectura probabili, niſi quando caſus eſt ſubitus, nec adiri poteſt ſuperior. & ita certè videtur ſentire etiam S. Thomas *dicto art.6.* in verbis ſuprà *num.* 1148. relatis. Probatur, quia in hoc caſu res adhuc eſt incerta; ergo ſi poteſt haberi certitudo de non obligatione legis recurrendo ad ſuperiorem, recta ratio dictat eſſe recurrendum,& confirmatur,quia inordinatum videtur vti coniecturis; & propter illas ſolas relinquere verba legis, cùm poſſit certò conſtare de mente, & voluntate legiſlatoris. Quare ad tertiam confirmationem *propè finem numeri* 1246. adductam, ſcilicet, quòd iudicium non redditur certius ex hoc quòd ſit,vel non ſit recurſus ad ſuperiorem, reſpondetur hoc eſſe verum de certitudine ſpeculatiuè; non verò de certitudine practicè, nam cùm poteſt conſuli ſuperior, ceſſat neceſſitas vtendi iudicio probabili de voluntate eius: quod ſecus eſt,quando eſt periculum in mora; ac proinde tunc poteſt illud iudicium probabile ad praxim applicari, ex principiis certis,quòd in neceſſitate vti poſſumus iudicio probabili ad euitandum aliud grauamen, vel conuenientem obſeruationem legum.

Si adſit iudicium probabile de defectu poteſtatis legiſlatoris ad obligandum in tali caſu particulari,an recurrendum ſit ad ſuperiorem,quando non eſt periculum in mora.

1253. QVin immò licèt vbi agatur de excipiendo per Epiicheiam ab obligatione legis aliquem caſum particularem ob defectum poteſtatis legiſlatoris in illo obligandi; in hoc caſu ex probabili iudicio, ſeu opinione, quòd talis caſus non comprehendatur ſub poteſtate legiſlatoris, poſſe inferiorem extra periculum ſubitum ſine recurſu ad ſuperiorem,ad quem facilis pateat aditus, vti Epiicheia, & interpretari ſe excuſari à legis obſeruatione teneant in terminis Salas *d.ſectione* 10.*d.verſic. Placet ergo*,Becanus *d.q.*14.& Villalobos 1.*p.tract.*1.*diff.*16. *num.*9.(qui duo poſteriores etiam in dubio formali, & rigoroſo, an legiſlator potuerit præcipere, & obligare in tali caſu,aiunt, non eſſe neceſſe recurrere ad ſuperiorem, ſed ad viros doctos, & prudentes, ſeu ad interpretationem virorum doctorum tradendam iuxta regulas iuris,& Theologiæ) & ita procuIdubio tenent etiam Doctores ſuprà *num.*252. *& num* 281. aſſerentes ſubditum non obligari ad obſeruationem præcepti ſuperioris, quoties pro ſe habet opinionem probabilem, quòd res imperata ſit illicita,vel excedat limites poteſtatis ſuperioris: & probatur, quia in hoc euentu non agitur de interpretanda ſuperioris voluntate, ſed de poteſtate, quam non tenemur interpretari ex iudicio ipſius Principis, ſeu Superioris, præſertim quando illam ipſe non declarauit, ſed ex regulis, ſeu principiis Theologiæ, & iuris. Confirmatur ex Becano(omiſſis aliis confirmationibus, quas poſuit Suarez *d.cap.*8 *num.*4.& aliis,quæ poſſent deſumi ex dictis ſuprà allegato *num.*252. *& ſeqq.* & allegato *n.*282.) quia ſicut pertinet ad legiſlatorem interpretari ſuam mentem, & voluntatem in re dubia; ita ad viros doctos ſpectat interpretari ipſius poteſtatem.

Nihilominus in omni Epiicheia ſolùm probabili,etiamſi agatur ſolùm de excipiendo particulari caſu à poteſtate legiſlatoris, ſeruandum eſſe illum ordinem, vt priùs ſit conſulendus ſuperior, ſi nullum ſit periculm in mora, & ipſe facilè conueniri poſſit, tradunt alij, & in terminis Suarez *d.cap.*8. *num.*9.Filliucius *d.num.*434. Vazquez *loco citato*, & ita tenere videntur S. Thomas *d.art.6. quæſt.96.* & *ibidem* Caietanus, & Sotus, cùm ſine diſtinctione vlla dicant Epiicheiam probabilem (& loquuntur quando lex in aliquo particulari caſu deficit contrariè, & dubitatur, vel probabile exiſtimatur iniquum eſſe, vel nimis durum, & valdè incommodum legem obſeruare, & ſic vbi eſt dubium, vel probabilitas circa poteſtatem legiſlatoris,)tunc ſolùm eſſe licitum inferiori abſque recurſu ad ſuperiorem, cùm periculum eſt in mora. Et mihi quoque non diſplicet hæc ſententia, quòd in omni Epiicheia ſolùm probabili ſeruari debeat prædictus ordo, ita quòd non liceat vti iudicio ſolùm probabili ſine interpretatione,vel conſenſu ſuperioris,vbi periculum non eſt in mora, & ipſe facilè conſuli poteſt. Nam quamuis talis ordo ordinariè magis neceſſarius ſit in Epiicheia, quæ eſt de ſola voluntate legiſlatoris,quàm in illa, quæ circa poteſtatem verſatur,eo quòd in hac poſſit ordinariè eſſe maior certitudo, quàm in illa, quia certius cognoſcitur poteſtas,quæ libera non eſt, quàm voluntas quæ libera eſt; nihilominus ſtante ſola probabilitate, & non euidentia in iudicio, in vtraque ſeruandus videtur talis ordo iuxta materiæ neceſſitatem, vel probabilitatis gradum. Et ratio, (vt notauit etiam priùs Suarez)eſt, quia etiam in Epiicheia circa poteſtatem miſcetur coniectura de voluntate legiſlatoris. Nam quoties Epiicheia non fundatur in iudicio certo, & euidenti, licèt excipiat caſum particularem à poteſtate legiſlatoris, ſemper tamen debet etiam inniti in coniecturata mente legiſlatoris, nempe, quòd non voluerit talem caſum comprehendere: ſiquidem,cùm non eſt certum,& euidens, ſuperiorem non poſſe hoc præcipere, propter inordinationem, ſeu turpitudinem rei præceptæ, aut propter rei arduitatem, ſeu quia excedat limites 1254.

ſua

ſuæ iuriſdictionis, & poteſtatis, ſi ipſe ſuperior nihilominus ex certa ſcientia id præcipiat, declarans ſe poſſe, & iudicans in tali actione non eſſe inordinationem, vel nimiam grauitatem, vel exceſſum vltra ſuam iuriſdictionem, ſubditus tenetur obedire, dum non eſt certus, etiamſi probabiliter iudicet, quia præualet ius, & poſſeſſio ſuperioris, & ſubditus debet ſuum iudicium practicè deponere, vt latè ſuprà *à num.*261.*ad* 282. oſtenſum eſt; ergo in illo caſu de Epiicheia non ſufficit probabile iudicium de defectu poteſtatis, niſi interueniat etiam iudicium, quòd ſuperior in eo caſu ſic dubio noluerit obligare. ac proinde cùm hoc tantùm ſit probabile, non ſufficit, vt inferior, ſeu ſubditus extra ſubitum periculum ex tali iudicio probabili vtatur Epiieheia, & exiſtimet legem non obligare ſine interpretatione, vel conſenſu ſuperioris.

SVMMARIVM.

1255 *Epiſcopus in caſu magnæ neceſſitatis, vel vtilitatis poſſit diſpenſare in lege Canonica, ſeu Pontificia, & Concilij generalis, putà de impedimentis matrimonij, vel de irregularitate, vel de reſeruatione votorum, ſi ad Papam ſit difficilis aditus, vel adiri non poſſit. negant aliqui attentis principiis intrinſecis, & ſeqq.*

1260 *Contraria ſententia affirmans eſt communior, & verior, & ſeqq.*

1261 *Epiſcopus in caſu vrgentis neceſſitatis, in quo ob impedimentum non poſſit adiri Papa, abſoluere poteſt à crimine Papæ reſeruato, præterquam in articulo mortis.*

1263 *Epiſcopos ex natura rei, ſeu ex vi ſui officij, & iure diuino non poſſe diſpenſare in lege Canonica, & S. Pontificis, vel Concilij Generalis; ſed ſolùm quando eis expreſsè, vel tacitè conceditur diſpenſandi facultas, tenet multorum ſententia.*

1264 *Sed plurimorum aliorum ſententia affirmat eos vi ſui muneris, & iure diuino poſſe circa ſuos ſubditos ea omnia, quæ S. Pontifex in toto orbe Chriſtiano, niſi per ſacros canones, aut ſummum Pontificem reſeruentur.*

1265 *Ampliatur iuxta aliquos, vt etiam Parochi circa proprias oues poſſint omnia, quæ Epiſcopus, niſi ſpecialiter reſeruata.*

*Epiſcopum nunquam poſſe diſpenſare in impedimentis canonicis matrimonium dirimentibus non ſolùm ante, ſed etiam poſt contractum matrimonium, & non obſtante bona fide contrahentium, & quod impedimentum ſit occultum tenent aliqui, d.n.*1255.

1266 *Oppoſitum, ſaltem poſt contractum cum bona fide, ſaltem vnius, matrimonium, ſi adſit magna neceſſitas diſpenſandi, & impedimentum ſit occultum, ſuſtinet magis communis opinio, & ſeqq.*

1267 *Ampliatur iuxta aliquos etiamſi impedimentum fuerit publicum in maxima neceſſitate.*

1268 *Limitatur ſi matrimonium mala fide vtriuſque coniugis, vel occultè omiſſis culpabiliter denunciationibus fuerit contractum.*

1269 *Limitatio hæc reijcitur.*

*Ampliatur vt etiam ante contractum matrimonium Epiſcopus ex cauſa grauiſſima neceſſitatis non patientis moram poſſit diſpenſare in impedimentis dirimentibus matrimonium, n.*1273.

1270 *etiam in votis reſeruatis caſtitatis, vel religionis, & aliis ex ſimili cauſa, & ſit periculum in mora, diſpenſare poteſt, & ampliantur plures caſus huius neceſſitatis.*

1271 *Limitatur vt non queat Epiſcopus in prædictis impedimentis, & votis diſpenſare ſi poſſit per litteras certiorem facere S. Pontificem, & ſubminiſtrare expenſas neceſſarias ad adeundum S. Pontificem.*

1272 *Reijcitur limitatio.*

1274 *Epiſcopus in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis an poſſit diſpenſare ſuper matrimonio rato, illudque diſſoluere.*

1275 *Prædictam facultatem diſpenſandi ex cauſa vrgentis neceſſitatis in votis reſeruatis, & in impedimentis, & alijs ſimilibus, quam habet Epiſcopus, poteſt ille alteri delegare.*

1277 *Illam tamen non habet Vicarius generalis ex vi officij ſui.*

*Iuriſdictio competens ex vi officij in perpetuum dicitur ordinaria, & poteſt delegari, d.num.*1275.

*Amplia, vt n.*1276.

1278 *Supradicta difficultas diſponendi, &c. ex præſumpta voluntate S. Pontificis competens Epiſcopis, competit etiam alijs Prælatis inferioribus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; illámque poſſunt delegare.*

1279 *An vbi ad Papam, vel ad Epiſcopum non poteſt recurri, Parochi, & alij animarum rectores ex cauſa vrgentis neceſſitatis poſſint in lege Pontificia, & Epiſcopali diſpenſare. Affirmant plures, & non videtur improbabile in quibuſdam caſibus vrgentiſſimæ, & grauiſſimæ neceſſitatis,* 1280. & 1283.

1281 *Communior opinio negat.*

1282 *Parochi iuxta Doctores magis communiter, in quibus diſpenſare poſſint circa legem ſuperioris ſaltem ex conſuetudine.*

1284 *Cùm dubium eſt, an res egeat diſpenſatione Papali, ſi dubium non ſit formale, ſed cum probabili iudicio, quòd non ſit neceſſaria, nulla diſpenſatio eſt neceſſaria.*

*Si dubium ſit formale, & ſine vllo determinate aſſenſu, aliqui aiunt eſſe neceſſariam Papæ diſpenſationem, d.n.*1281.

1286 *Alij autem verius cenſent tunc poſſe Epiſcopum diſpenſare.*

1287 *Immò verius eſt tunc nulla opus eſſe diſpenſatione ad licitè operandum; quamuis dubium non eſſet æquale ex vtraque parte.*

Laudabile tamen conſilium eſt, quòd recurretur ad Epiſcopum, vt vel declaret non eſſe neceſſariam diſpenſationem, vel ad cautelam diſpenſet, ibid.

In caſu vrgentis neceßitatis diſpenſationis, in quo facilè adiri non poßit ſummus Pontifex, an Prælatus inferior, ſeu Epiſcopus diſpenſare poßit in lege Pontificia, & Concilij generalis; putà in lege de impedimentis matrimonij dirimentibus, vel de irregularitate, vel reſeruatione voti, & ſimilium.

CÆterùm occaſione prædictorum diſputat 1255.
Ioannes Sancius *d. diſp.* 43. *d. num.* 8. *à verſiculo, Nec placet, ad verſic. At placet*, an in aliquo extraordinario euentu vrgentis neceſſitatis, in quo, ſcilicet, vrget neceſſitas diſpenſationis, éſtque periculum in mora, neque facilè ad ſuperiorem poteſt recurri, pro diſpenſatione poſſit Epiſcopus vtens Epiicheia, ſeu æquitate diſpenſare in lege ſuperioris, ſiue ſit Papæ, ſiue Concilij generalis; v.g. in lege de impedimentis

dimentis matrimonij dirimentibus, vel de aliqua irregularitate, vel de reſeruatione noti, aut de ſimilibus. Et attentis principiis intrinſecis negat idem Io. Sancius, & in ſpecie quoad diſpenſationem in impedimentis matrimonij dirimentibus, licèt occultis, tam ante, quàm poſt contractum matrimonium, quamuis magna vrgeat neceſſitas, negat etiam Garzias *de benef. p. 11. cap. 5. n. 343. & ſeqq.* & docuerunt priùs plures alij, quos referunt idem Garzias *eodem n. 343.* Sanchez *lib. 2. de matr. diſp. 40. n. 2.* & præfatur Io. Sancius *d. n. 8. verſic. quod tamen*, vbi etiam refert Suarez; qui tamen in locis ab eodem Sancio allegatis non loquitur de diſpenſatione in impedimentis matrimonij, & etiam loquitur de poteſtate ordinaria Epiſcopi, non de extraordinaria in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis; ſicut etiam de eadẽ poteſtate ordinaria loquitur Couaruuias ab eodem Sancio *ibidem* citatus, & ſacra Congregatio Concilij in declaratione ſuper *cap. 5. ſeſſ. 24. de reform. matr.* quam idem Sancius, & Garzias *n. 344.* referunt, & ſic habet. *Epiſcopus authoritate ordinaria non habet facultatem in gradibus affinitatis, ſeu conſanguinitatis à iure prohibitis contrahentes matrimonia diſpenſandi*, quod idem dicendum aiunt de Nuncio, ſeu Legato, niſi ad id habeat ſpecialem facultatem: & priùs contra Goffredum docuit aliis relatis San-
1256. chez *de matr. lib. 8. diſ. 6. n. 16.* † Probat Sancius ratione ſumpta ex Garzia *d. cap. 5. n. 351. & 353.* ſcilicet, quia Epiicheia (vt *ſuprà* ex S. Thoma, & aliis declarauimus) eſt interpretatio legis deficientis, ſeu non ſe extendentis ad aliquem caſum, ac proinde officium Epiicheiæ ſolùm eſt interpretari, legem deficere in hoc, vel illo caſu, & illum non comprehendere; non verò dare poteſtatem aut iuriſdictionem aliàs habenti: at qui diſpenſat non moderatus, ſeu interpretatur legem deficere, & non comprehẽdere caſum, ſed ſupponit eum comprehendere, & per iuriſdictionem in ſubditum, eximit eum à lege, ſeu legis obſeruatione, & conſequenter non poteſt Epiicheia verſari circa diſpenſationem, tanquam propriam materiam (quia alioqui tribueret iuriſdictionem non habenti,) ſed ſolùm circa meram declara-
1257. tionem legis. † Confirmat Garzias *dicto n. 353.* Epiicheiam non dare iuriſdictionem aliàs non habenti ex natura rei (obſeruat enim idem Garzias *d. n. 351.* & aſſerit, quòd Epiſcopus non poſſit diſpenſare in lege Papæ, vel Concilij, prouenire ex natura rei, quia Epiſcopus eſt inferior, & inferior non habet poteſtatem in ſuperiorem, nec in eius legem, *c. inferior 2. 2. & c. cum inferior, de maior. & obed* & non ex eo, quòd Papa ſibi reſeruet poteſtatem diſpenſandi, & eam ab Epiſcopis auferat; vt Suarez *de cenſ. diſp. 6. ſect. 4. n. 4. 7. & diſp. 7. ſect. 4. à num. 1. & diſp. 41. ſect. 2. n. 3. & de legibus, lib. 6. cap. 14. n. 4.* & alij plures Iuriſperiti, & Theologi, quos referunt, Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 33. n. 18.* & Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 4. diſp. 6. p. 4. n. 8.* qui omnes reprobant ſententiam eorum, qui dixerunt Epiſcopum ex ipſo iure diuino idem poſſe circa ſibi ſubditos, quod Papa in vniuerſali Eccleſia, niſi circa expreſsè reſeruata, & interdicta per ſacros canones, aut per ſummum Pontificem; & aſſerunt non habere poteſtatem diſpenſandi in canone, ſeu lege ſuperioris, puta Papæ, vel Concilij generalis, niſi expreſsè, vel tacitè ei concedatur. Confirmat, inquam, Epiicheiam non dare iuriſdictionem aliàs non habenti ex natura rei, etiam in caſu magnæ neceſſitatis priuatæ (ſecus enim ſentit, ſi diſpenſatio eſſet neceſſaria ob neceſſitatem, & vtilitatem publicam,) exemplo excommunicationis, à qua non poteſt (inquit) quis abſolui etiam in caſu extremæ neceſſitatis, vt in articulo mortis, ab eo, qui non eſt Sacerdos, neque à ſimplici Sacerdote, niſi ius id ſpecialiter conceſſiſſet: & exemplo matrimonij, quod non poteſt contrahi coram non Parocho, etiam in caſu magnæ neceſſitatis; addit Garzia, & Vaſquez *1. 2. tom. 2. diſp. 176. num. 3.* (id quod aiunt etiam alij Theologi) Epiicheiam propriè non habere locum in iure naturali, quale eſt iſtud, quòd inferior non diſpenſet in lege ſuperioris, quia in iure naturali non cadit emendatio, ſicut in lege humana: etſi dicatur illud ius naturale quòd inferior diſpenſare nequeat in lege ſuperioris, interpretari poſſe, vt non intelligatur in caſu magnæ neceſſitatis; reſpondet Garzias id procedere quan-
do neceſſitas eſt publica, non priuata. † Declarat ta- 1258.
men & vult idem Garzias *n. 351. & 352.* quòd licèt Epiicheia non tribuat iuriſdictionem ad diſpenſandum aliàs non habenti ex natura rei, ideoque non poſſit Epiſcopus in vllo caſu diſpenſare ſuper impedimenta matrimonij dirimentia, poſſit tamen Epiſcopus per Epiicheiam moderari legem Papę ſibi reſeruantis, id, quod aliàs poterat Epiſcopus, auferendo illi poteſtatem aliàs competentem: atque adeò, cùm Epiſcopus poſſit diſpenſare in omni voto, niſi Papa id ſpecialiter ſibi quoad aliqua reſeruaſſet, poſſe Epiſcopum in caſu magnæ neceſſitatis, cùm ad Papam non poſſet haberi recurſus diſpenſare in voto reſeruato, v.g. caſtitatis abſolutæ (id quod docuerunt etiã Syluester, Armilla, & alij Summariſtæ, *v. diſpenſatio*, & innumeri alij per eundem Garziam *d. n. 352.* & per Sanch. *de matr. lib. 8. diſp. 9. n. 22.* relati,) quia quòd Epiſcopus non poſſit in eo diſpenſare, prouenit ex reſeruatione Papæ, & non ex natura rei: vnde Epiicheia poteſt moderari legem, per quam fit illa reſeruatio, vt non intelligatur in caſu tantæ
neceſſitatis. † Quam tamen declarationem, ſeu po- 1259.
ſteriorem doctrinam Garziæ impugnat Io. Sancius *d. n. 8. verſ. vnde non placet*; tum quia (inquit) ex dictis conſtat Epiicheiam non verſari circa diſpenſationem: tum quia dum Garzias admittit poſſe inferiorem diſpenſare in lege ſuperioris, quando caſum reſeruauit, id etiam debet concedere, quando caſus reſeruatus non eſſet. Nam facta reſeruatione adeò caſus conſtituitur extra facultatem inferioris, ac ſi nunquam ſuper illum habuiſſet iuriſdictionem; & tamen vrgente neceſſitate admittit Garzias poſſe inferiorem in illa lege ſuperioris diſpenſare; ergo etiam poterit, quando caſus non fuiſſet reſeruatus ſi vrgeat eademmet neceſſitas. ita Ioannes Sancius; impugnat propterea id quod ait Sanchez *lib. 2. de de matr. diſp. 40. n. 3.* in ſecunda ratione (vt defendat poſſe Epiſcopum in vrgenti neceſſitate diſpenſare ſuper impedimenta matrimonij dirimentia,) nempè præfata impedimenta ideò non poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, quia reſeruata ſunt Papæ; cùm autem in caſu neceſſitatis auferri intelligatur reſeruatio ex veriſimili præſumptione, quòd legiſlator noluerit in tali caſu illam habere locum, poterit Epiſcopus diſpenſare; id, inquam, impugnat Sancius, nam quoties (inquit) à S. Pontifice emanat aliqua lex, quæ comprehenduntur ſub illa, non dicuntur reſeruari, ſed prohiberi. Cùm ergo lex circa impedimenta à Papa oriatur, non intuitu reſeruationis, non poteſt Epiſcopus circa illam, quia inferior non poteſt circa legem ſuperioris. Admittit tamen, & licitum eſſe Epiſcopo in caſu vrgentis, & magnæ neceſſitatis diſpenſare in lege Papæ, & ſuper impedimentis matrimonij, attentis principiis extrinſecis, & auctoritate Doctorum affirmantium id licere, cenſentiumque tunc velle ſuperiorem facultatem diſpen-

ſandi inferinri tradere,ne pauperes, aut aliàs impediti ſine remedin remaneant in periculn peccandi ſemper permanentes.

1260. Verùm nec theoricè, nec practicè recedendum eſt à communinri, & longè veriori ſententie, quæ affirmat Epiſcopum ratinne greuis, & megnæ neceſſitatis, vel vtilitatis ſubitò cnntingenris, itent ſit periculum io mora, & ad ſummum Pnntlficem, vel eius delegatum nnn ſit facilis recurſus, poſſe diſpenſare in legibus Pootificiis, & Cnncilintum generalium, ſiue lex ſir de impedimentn mattimonij, ſiue de irregularitate, aut ſimilibus pœnis, ſiue de vnti, & iuramenti reſeruatinne. ita Panormit. *in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis num. 9. de iudiciis, ibidem* Inannes de Lignann, Decius *num.* 10. Felin. *num.* 3. idem Felin. *in cap.* 1. *de conſtitut. num.* 49. Neuatrus *in man. cap.* 22 *num.* 85. Syluester, Angelus, Armilla, & alij Summiſtæ *verb. diſpenſatio.* Gutie rez *de matrim. cap.* 61. *num.* 7. Auguſtinus Barbnſa *d. allegat* 33. *num.* 26. *& allegat.* 35. *num.* 3. *&* 4. *& collect. ad cap. quia circa, de conſang. & affin.* Ioannes Valerus *de diff. inter vtrumque forum. verb. diſpenſatio, differ.* 5. *num.* 3. *& diff.* 8. *num.* 2. Heuriquez *in ſumma lib.* 5. *cap.* 22. §. 1. *in Gloſſa H. in fine, & lib.* 12. *cap.* 3. §. 2. *per totum, & in Gloſſa K. & N.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 40. *num.* 3. *lib.* 8. *diſputat.* 5. *num.* 1. *& diſputat.* 6. *num.* 20. Suarcz *de legibus lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 10. Vaſquez 1. 2. *tom.* 2. *diſputat.* 178. *cap.* 2. *num.* 16. Salas *de legibus diſputat.* 20. *ſect.* 3. *num.* 25. Villelobos 1. *part. ſum. tract.* 2. *diff.* 52. *num.* 1. *& tractat.* 14. *diff.* 15. *num.* 3. Ægid. Coninch *de Sacram. diſputat.* 33. *dub.* 3. *num.* 32. Filliucius *tract.* 21. *cap. vlt. num.* 437. Bonacina *de matrim. quæſt.* 3. *part.* 15. *num.* 4. *&* 6. *& de legibus diſputat.* 1. *quæſt.* 2. *part.* 1. *num.* 17. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 127. Baſilius Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 7. Laymen *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 21. *num.* 4. Palaus *dicto punct.* 5. *num.* 7. ego ipſe *in tractat. de triplici Iubilei priuilegio ſect.* 2. *caſu* 20. *num.* 27. & innumeri alij Iuriſperiti, & Theologi à Sanchez, Gutierez, Barboſa, Suarez, Salas, & à me relati. & ratio deſumitur ex pia, & ratinnabili interpretatione, ſeu præſumptione mentis, ſeu voluntetis S. Pontificis, quòd ſcilicet, velit tunc facultatem diſpenſandi nnn eſſe ſibi reſeruetem, ſeu omnibus aliis inferioribus prohibitam, ſed eſſe commiſſam Epiſcnpo, vel, ſi ſupponamus Epiſcopum iure diuinn habere facultatem circe omnia, ſi expreſsè nno ſunt à Papa reſernata, illis reſeruatam, & minimè ablatem. Nam negate, ſeu non permittere inferinri Prælatn diſpenſationem in caſibus magnæ neceſſitetis, in quibus non eſt, vel eſt valdè difficilis aditus ed Papam, & ex mora imminet grauiſſimum animæ periculum, certè eſſet contra chatiretem, & ſuaue Eccleſiæ regimen, & commuoe bonum; ac proinde oon eſt præſumendum S. Pontificem in ſimilibus caſibus velle eſſe ſibi reſernetam, ſeu non permiſſam Epiſcopis poteſtetem erga ſuos ſubditns diſpenſandi in legibus Pnntificiis: alinqui non foret rectè, & ſufficienter prnuiſum regiminl Eccleſiæ, & reſeruatin quæ prn bonn charitatis eſt inuenta, contre cheritetem
1261. vergeret. † Prætere ſæpe S. Pontifex reſeruat ſibi abſnlurionem alicuius crimninia, & cenſuræ, prærerquem in articulo mortis, (quæ reſeruatin eſt fortior,) & tamen ex præſumpta Pnntificis vnluntate, ſi nb impedimentum vel lnngum, vel perpetuum Pontifex adiri nequear, poteſt Epiſcopus abſoluere, (vt latè nſtenditur infrà *titul.* 4. *num.* 17. & tenent Doctores *ibidem* citati, præſertim Henriquez *ibidem* allegetus *lib.* 6. *ſum. cap.* 10. *num.* 2. *&* 3. vbi etiem idem eſſerit, vt *dicto num.* 17. notatur de caſibus reſeruatis in iootibus propriis Sixti V. nnn obſtante regidiſſime reſeruetinne cum derogerione Bullæ & Tridentini; quod idem renent Gutietez, Salas, Palaus *locis allegatis*, & Sanchez *d. diſputat.* 40. *num.* 3.) ergn etiem & à fortiori ex neceſſitate vrgenti præſumi poteſt poteſtas conceſſa diſpenſandi in legibus, in quibus non eſt tam ſtricta, & rigida reſeruatin, immo in articuln mortis, non Sacetdotem (ſi Sacerdns haberi nequeat) pnſſe ebſnluere excummunicatum ex præſumpta vnlnotete Pontificis, probabiliſſimum eſt, vel faltem prnbabile, vt latè probatur *infrà in dicto titulo* 4. Sicut etiam valdè probabile eſt, Epiicheiam habere locum in decreto Tridentini præſcribente aſſiſtentiam Parochi, & duorum teſtiom ad valorem matrimonij, vt oſtendi *in tractat. de matrim. cap.* 1. *num.* 61. Quare dun exempla è Gerzia allera in ſua cnnfirmatione faciunt cnntra ipſum. Confirmatur hæc eadem communior ſententia, cùm ex conſuetudine (cùm Epiſcopi de facto diſpenſent in ſimilibus caſibus magnæ oeceſſitatis, in quibus non eſt facilis aditus ad Papam, vt Henriqoez *dict. cap.* 22. §. 2. *in Gloſſa K. fine*, & Veletux *dicta diff.* 8. atteſtatur, & ego ipſe in miſſionibus obeundis ſæpè ab Epiſcnpo pro me, & aliis Patribus miſſionariis obtinui delegationem relis facultatis diſpenſandi in vntis, & impedimentis matrimnnij,) quæ eſt nptima legum interpres, & ſufficit ad iuriſdictinnem acquirendam: tum quia cùm præallegari Doctores, & alij multi hoc reneant, & in libris editis, & etiam in ſchnlis publicè docuerint, & doceant, ita vt omnino incredibile ſit ſummum Pontificem hoc latere, meritò præſumitur hoc tacitè approbare.

Quere ad fuudamentum Ioannis Sancij poſitum ſuprà *num.* 1256. reſpondetur primò ſi in præfatis caſibus vrgentis neceſſitaris diſpenſandi in lege ſuperioris non haber locum Epiicheia propriè, & ſtrictè ſumpta, habet ſaltem lncum ſimplex interpretatiò, & æquitas latè ſumpta, prout opponitur iuri ſtricto, per quam explicatur, & declaratur, ſeu rectè præſumitur voluntas ſuperinris, ſeu Principis, vel Papæ, quòd, ſcilicet, nnlit ſua lege in ſimilibus caſibus ablatam, vel non cooceſſam inferiori, ſeu Epiſcnpo poteſtatem diſpenſendi, cùm id foret contra bonum regimen animarum, & contre charitatem: nempe verum eſt, quod dicebat Garziax, ſcilicet, interpretationem, ſeu Epiicheiam io caſibus neceſſitetix vrgentis, & grauis habere locum ſolùm, quando neceſſitas eſt publica, nnn priuata, vt conſtat ex dictis ſuprà *num.* 1238. *fine*, vbi oſtenſum eſt Epiicheiam habere locum etiam quoodo legis obſeruatio cederet in detrimentum perſonæ priuatæ. Reſpnndetur ſecundò per benignam & ratinnabilem interpretationem, ſeu præſumptionem voluntatis ſuperioris, ſeu Papæ non tribui inferiori iuriſdictinnem diſpenſandi, quam in præfatis caſibus magnæ neceſſitatis non habeat, ſed, cùm lex ſuperintis contineat vel expreſsè, vel virtualiter, & tacitè reſeruationem, ſeu prohibitionem, ſiue negationem poteſtatis diſpenſandi, vel abſoluendi reſpectu inferinris, ſeu Epiſcopi, declerari, & explicari ad ſimiles caſus, reſeruationem diſpenſationis, ſeu negationem commiſſinnis diſpenſandi non ſe extendere, (licèt aliter iuxta ſonum verborum legis dicendum eſſet,) ſed potiùs in illis legem quoad reſeruatinnem, & prnhibitionem ſeu negationem poteſtatis diſpenſandi deficere; 1262.

deficere ; & ita præfata pia interpretatio erit Epiicheia ſtrictè, & propriè, cùm corrigat, & emendet legem deficientem in prædictis caſibus. Vnde etiam quoad prædictam interpretationem faciendam in præfatis caſibus nil refert, ſiue dicamus Epiſcopos ex iure diuino, & communi habere poteſtatem circa omnia, in quibus poteſt ſummus Pontifex, niſi expreſsè ſint reſeruata ; ſiue dicamus ex natura rei, & iure diuino non poſſe aliquid circa ea, de quibus condita eſt, & conſtat lex Pontificia, licèt ſpecialiter, & expreſsè in eadem lege non reſeruentur; nam ideò Epiſcopus ordinaria auctoritate nihil poteſt circa ea, de quibus diſponat lex Pontificia, quia ſaltem virtualiter per ipſam legem eo ipſo quòd eſt lex ſuperioris, cenſetur facta reſeruatio contentorum in eadem lege, vel prohibitio, ſeu negatio exercitij alicuius poteſtatis, ſeu authoritatis Epiſcopi circa ea ; quam reſeruationem, vel prohibitionem, ſeu negationem, rationabiliter interpretamur in caſu magnæ neceſſitatis deficere, ac proinde nil officit diſtinctio illa tradita à Garzia de qua ſuprà *num.* 1257. 1258.

Epiſcopi circa ſuos ſubditos, an ex vi ſui muneris poſſint ea omnia quæ Pontifex in toto Chriſtiano Orbe, niſi ſpecialiter eis interdicta ſint.

1263. NOn omittam, quòd quamuis ſit plurium Doctorum ſententia, quòd Epiſcopi ex iure diuino, & vi ſui muneris nequeant diſpenſare in lege ſuperioris, nempe canonica, & Pontificia, ſed tantùm poſſint in lege canonica, ſeu Pontificia diſpenſare, quando eis expreſsè, vel tacitè conceditur diſpenſandi facultas. ita Gloſſa *in cap. cupientes, verb. ſuſpenſos, de elect. in 6. & in cap. cùm ſingula, §. vltimo, verb. canonica, de præbendis in 6.* Cardinalis Decius, Abbas, Innocentius, Selua, Rebuffus, Xuarez, Mandoſius locis per Auguſtinum Barboſam *de pot. Epiſc. allegat.* 33. *num.* 18. & Ioannem Salam *de legibus, diſput.* 20. *num.* 20. allegatis, Couarruuias 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. *in principio num.* 15. *&* §. 10. *num.* 11. Gutierez *quæſt. canon. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. *& de matr. cap.* 61. *num* 8. Vgolinus *de poteſt. Epiſc. cap.* 57. §. 1. Alterius *de cenſuris tom.* 2. *diſp.* 8. *cap.* 3. *verſ. ſed controuerſia eſt*; Stephanus Gratianus *diſcept. for. cap.* 397. *num.* 33. Auguſtinus Barboſa *d. num.* 18. (dicens hanc eſſe veriorem oppoſita ſententia, & atteſtans hodie eſſe magis communem, & receptam, licèt olim contraria magis communis fuerit,) *& collect. ad Decretal. tom.* 1. *collectaneo ad cap. at ſi clerici num.* 12. *de iudiciis.* ex Summariſtis, & Theologis D. Anton. *p.* 1. *tit.* 17. *cap. vnico* §. 20. & Syloeſt. *v. diſpenſatio quæſt.* 9. *num.* 24. Valentia 1. 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *p.* 9. Suarez & Palaus locis *ſuprà num.* 1257. citatis, Baſilius Pontius *de matr. lib.* 8. *dict. cap.* 6. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 23. *& tract.* 6. *reſolut.* 82. Sanchez *lib.* 2. *de matr. d. diſp.* 40. *num.* 1. *& lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 12. *& diſp.* 5. *n.* 1. Salas *d. num.* 20. & alij Theologi recentiores.

1264. Nihilominus etiam aliorum, & multorum Doctorum tam Iuriſperitorum, quàm Theologorum ſententia eſt, Epiſcopos ex natura rei, & iure diuino, atque attento iure antiquo, & primæuo, atque ex vi ſui muneris in ſua diœceſi, & circa ſibi ſubditos poſſe ea omnia, quæ ſummus Pontifex poteſt in vniuerſali Eccleſia, & ſuper omnem orbem Chriſtianum, niſi per ſacros canones, aut per ſummum Pontificem expreſsè reſeruentur, illiſque prohibeantur; ac proinde eoſdem Epiſcopos vbicunque poſſe diſpenſare, vbi non inuenitur prohibitum. ita gloſſa *in d. cap. at ſi Clerici, §. de adulteriis, de iudiciis, verb. minora*, ibi, *alia eſt magis communis opinio*, (vbi teſtatur eſſe opinionem magis communem,) Abbas, & alij ſcribentes communiter *in d. cap. at ſi Clerici*, Theſaurus Chriſtianæ religionis, Perez, Gambara, Corra, locis relatis per Ioann. Valerum *de differentiis. v. diſpenſatio, different* 8. *num.* 3. Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 61. *num.* 3. & Auguſtinum Barboſam *d. alleg.* 33. *num.* 17. *& d. collect. ad cap. at ſi clerici num.* 12. allegatis, Pelagius *de planctu Eccleſiæ lib.* 1. *cap.* 50 *verſic. in his*, Ceuallos *com. contra com. quæſt.* 27. & ex Theologis, Caietanus *opuſc. de Auctoritate Papæ cap.* 3. *&* 4. Abulenſis *ſuper Matthæum cap.* 16. *q.* 87. Nicolaus de Cuſa *lib.* 2. *de concordia Catholica cap.* 3. Bannes 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. Victoria *relect. de matrimon p.* 1. *num.* 7. Sotus *lib.* 8. *de iuſtitia q.* 1. *art.* 9. *& lib.* 10. *q.* 1. *art.* 3. *& in* 4. *d.* 2. *q.* 1. *art.* 4. *& d.* 28. *q.* 1. *art.* 2. *& d.* 32. *in fine.* Maiolus *de irregularit. lib.* 3. *cap.* 22. *& lib.* 5. *cap.* 1. Henriquez *lib.* 10. *ſum. cap.* 20. *num.* 2. *& cap.* 35. *num.* 2. *in Gloſſa D. & lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. *in Gloſſa N.* Rodriquez *tom.* 1. *qq. reg. q.* 61. *art.* 9. Ioannes Valerus, & Sanchez *locis modo allegatis.* idem indicat Sanchez *d. diſp.* 40. *num.* 3. idem quoque tenuit Baſilius Pontius *lib.* 6. *de matrim. cap.* 8. *num.* 11. & alij ab eodem Sanchez relati, & ego ipſe *in tractatu de triplici Iubilei priuilegio, ſect.* 1. *caſu* 10. §. 10. *num.* 211. vbi, quòd Epiſcopi ex vi ſui muneris, & iuxta ius antiquum, & primæuum omnia poſſunt in ſua diœceſi, quæ Papa in toto orbe Chriſtiano, rationem eſſe aio, quia ſuccedunt in locum Apoſtolorum, qui in primæua ſua ordinatione à Chriſto Domino acceperunt æqualem poteſtatem iuriſdictionis in toto orbe terrarum, ſecundùm ſententiam Caietani, Bagnetis, & Rodriquez locis *ſuprà* allegatis. quam rationem Suarez *d. ſect.* 41. *num.* 3. & Sanchez *dicta diſp.* 2. *num.* 12. non rectè impugnant, ſi attentè conſiderentur. Et in hac ratione fundatur ratio per Sanchez *d. diſp.* 61. *num.* 1. adducta, quam ait eſſe manifeſtam : nempe quia Epiſcopus eſt Paſtor ordinarius in ſua diœceſi, ſicut Papa in toto orbe, licèt ſit ſibi ſubiectus, & conſequenter in iis, in quibus Papa non limitat eius iuriſdictionem, habet poteſtatem ordinariam ; ſicut quilibet Confeſſarius (addit idem Sanchez,) poteſt æquè ac Pontifex ab omnibus peccatis abſoluere, niſi per Pontificem, aut Epiſcopum caſus aliqui reſeruentur. † Id autem, quod de Epiſcopis aſſerit hæc 1265.
poſterior ſententia, Ioannes Valerus *dicta differentia* 8. *num.* 4. ampliat ad Parochos, & alios animarum Paſtores circa proprias oues, aſſerens eos quoque poſſe omnia quæ Epiſcopus, niſi ſpecialiter reſeruata. Cui ampliationi fauere videntur Doctores, quos Sanchez *lib.* 8. *de matrim diſp* 9. *num.* 27. *verſic. immo nulla*, refert, aientes, proprium Sacerdotem poſſe ex iuſta cauſa diſpenſare in ieiunio etiamſi facilè poſſit recurri ad Epiſcopum, vt diſpenſet (quod tamen qua ratione id illi competat, ſuprà *n.* 1223. ex doctrina eiuſdem Sanchez & aliorum explicatum eſt,) & Abbas *in d. cap.* 1. *num.* 28. *de dolo, & contum.* vbi dicit Parochum in ſua Parochia tantam habere poteſtatem, quantam Epiſcopus in ſua diœceſi, cuius dictum refert, & approbat Auguſtinus Barboſa *de Parocho cap.* 9. *num.* 3. Cæterùm quid quiſque ſentiat de poteſtate Epiſcoporum extra caſus magnæ neceſſitatis circa non expreſsè reſeruata per ſacros canones, aut Papam.

An, & quando Epiſcopus diſpenſare poſſit in impedimentis canonicis matrimonium dirimentibus matrimonio iam nulliter contracto.

1266. EX ratione, & aliis adductis ad confirmandam ſententiam ſuprà *num.* 1260. poſitam, infertur primò Epiſcopum ex præſumpta voluntate, ſeu facultate poſſe in foro conſcientiæ in impedimentis matrimonium dirimentibus iure Canonico inductis, ſaltem quando hæ circunſtantiæ concurrunt; ſcilicet, ſi matrimonium ſit iam contractum, & etiam ſit publicum, ſcilicet, publicè in facie Eccleſiæ celebratum, cum aliquo ex impedimentis canonicis dirimentibus, & cum bona fide ſaltem vnius ex contrahentibus, & impedimentum ſit occultum, ac ex ſeparatione timeretur maximum incommodum, ſiue ſcandalum, nec ad Papam, vel Legatum, aliúmve priuilegiatum facilis eſſe poſſit recurſus, propter contrahentium paupertatem, aut propter locorum diſtantiam, vel propter alia legitima impedimenta, prout tradiderunt Couarruuias *in* 4. *Decret. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 13. *&* 15. Nauarrus *in man. cap.* 25. *dicto num.* 85. *& conſil.* 4. *lib.* 4. *tit.* 1. *de ſponſ. in* 1. *edit.* Cuccus *inſt. maior. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 310. Zerola *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. diſpenſatio*, Valentia *tom.* 4. *diſputat.* 10. *q.* 5. *part.* 5. Rebellus *de oblig. iuſtitia, part.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 20. Azorius 2. *p. lib.* 3. *cap.* 51. *quæſ.* 1. Villalobus 1. *p. ſum. tract.* 14. *diff.* 55. *num.* 3. Diana *part.* 2. *tractat.* 16. *reſolut.* 19 *initio*, *& p.* 5. *tract.* 14. *reſolut.* 18. Portel *in ſuis reſponſionibus p.* 1. *caſu* 3. *num.* 3. ex Doctoribus ſuprà *num.* 1560. allegatis. Syluester, Angelus, Armilla, Vaſquez, Gutierez, Coninch, Laymam, Bonacina locis *eodem n.* 1560 citatis, Auguſtinus Barboſa *d. alleg.* 35. *num.* 3. *& d. collectaneo ad cap quia circa, de conſang. & affin.* Henriquez *dicto lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. *propè finem, & in gloſſa K. N.* Baſilius Pontius *d. lib.* 8. *cap.* 13. Sanchez *d. lib* 5. *de matr. allegata diſp.* 40. *num.* 3. *& lib.* 8. *diſp.* 6. *num.* 10. Salas *d. diſp.* 20. *ſect.* 3. *num.* 25. Ioannes Valerus *de diff. v. diſpenſatio, dicta diff.* 8. *num.* 5. (vbi etiam dicit ſe vidiſſe diſpenſationes factas per quendam Epiſcopum cum duobus viris, qui ante matrimonium rem habuerant cum ſorore vxoris, & innumeri alij Iuriſperiti, Theologi, & Summiſtæ, quos Henriquez, Valerus, Sanchez, Gutierrez, & Ioannes Salas, & Diana *locis allegatis*, & Garzias *præallegato cap.* 5. *num.* 342. referunt, & probabiles putant Sotus, Corduba, Veracrux, & Pertrus Ledeſma locis per Garxiam *num.* 346. per Sanchez *d diſp.* 40. *num.* 2. & per Gutierez *d. cap.* 61. *num.*
1267. 6. relatis. † Neque obſtat inſtantia, quam Garzias *d. cap.* 5. *num.* 350. facit, ſcilicet, quòd Epiſcopus poſſit etiam aliquando diſpenſare, licèt impedimentum eſſet publicum, nam tunc etiam (inquit) poſſet occurrere neceſſitas æquè grauis, ac quando impedimentum eſt occultum; cùm tamen tunc nullus auctor (ſubdit) id concedat, ſed omnes loquantur, quando impedimentum eſt occultum. Nam reſpondetur, quando impedimentum eſt publicum, vix poſſe euenire, vt vrgeat talis grauis neceſſitas, & non poſſit ſine graui incommodo, & ſcandalo ſequi ſeparatio ad tempus, donec fiat recurſus ad Papam, vel eius delegatum. Secundò, ſi tunc etiam verè adeſſet magna neceſſitas diſpenſandi, vel quia ſeparatio difficillimè poſſet ſequi, vel non fieri ſine graui incommodo, & ſcandalo, dici poſſe videtur non improbabiliter eo in caſu Epiſcopum ex præſumpta voluntate S. Pontificis diſpenſare poſſe, prout in facti contingentia, etiam iam ſeparato matrimonio, conſuluiſſe aliquos Theologos Hiſpanos, teſtatur idem Garxias *eodem num.* 350. & ad id facit doctrina quam tradit Henriquez *lib.* 5. *ſum. cap.* 22. *num.* 1. Gloſſa *in fine*, & approbat Ioannes Valerus *d. verb. Diſpenſatio, differentia* 5. *num.* 3. ſcilicet, quòd generaliter iudex inferior diſpenſat in lege, & mandato ſuperioris ex cauſa, quando non eſt recurſus ad ſuperiorem. cui dicto fauet Nauarrus *in man. prælud.* 9. *num.* 16.

Dixi verò, *& cum bona fide ſaltem vnius ex contra-* 1268.
hentibus; nam ſi vterque contraxiſſet cum mala fide, ſciens adeſſe impedimentum, vel impedimenta dirimentia, Sanchez, Gutierez, Villalobos, Coninch, & communiter recentiores poſt Sotum, Lopez & Bartholomæum Ledeſmam, negant tunc Epiſcopum poſſe diſpenſare, idque ob prohibitionem Tridentini *in cap.* 5. *ſeſſ.* 4. *de reformat.* vbi contrahentes intra gradus prohibitos iudicantur indigni præfato remedio, & diſpenſatione, & decernitur eſſe ſeparandos; ex quo Sanchez confirmat in tali caſu Epiſcopum non poſſe diſpenſare; quia, ſcilicet, ſententia affirmans ipſum in caſu neceſſitatis vrgentis poſſe diſpenſare, innititur æquitati, quæ ſuadet mentem legiſlatoris non eſſe, vt in eo euentu non poſſit diſpenſare; quando autem in contrahentibus adfuit mala fides, mens S. Pontificis non eſt fauere iniquitati, & audaciæ contrahentium, vt illa ſit facilioris diſpenſationis occaſio, ne paſſim ſub hac ſpe matrimonia ab impeditis ſcienter contrahantur. Quare iuxta eoſdem Doctores huiuſmodi contrahentes etiam cum iactura famæ erunt ſeparandi, quia ſua ſponte, & culpa in illam neceſſitatem, & periculum ſe iniecerunt, & ideò ſibi imputent. & idem iidem Sanchez, Gutierez & Coninch aiunt dicendum, ſi ignorantes impedimentum contraxiſſent matrimonium illegitime, & malitiosè, omiſſis denuntiationibus; quia *eodem cap.* 5. ij etiam ſic contrahentes in gradibus prohi-
bitis pronuntiantur indigni diſpenſatione. † At 1269.
Henriquez *d. cap.* 3. *num.* 2. *in Gloſſa K & O.* hanc limitationem non admittit, ſed aſſerit Epiſcopum poſſe diſpenſare, etiamſi impediti mala fide contraxiſſent, & addit ita ſentire alios Doctores à ſe citatos (nempe Angelum, Syluestrum, Tabienam, Margaritam Confeſſorum) qui abſque limitatione loquuntur; & fauet Nauarrus *d. conſil.* 4. vbi ait quoad hanc diſpenſationem in caſibus vrgentis, & magnæ neceſſitatis Epiſcopis permiſſam, non poſſe dari certam regulam, quot debeant concurrere, ſed relinqui arbitrio boni viri, & idem ſentire videtur Auguſtinus Barboſa *dicta alleg.* 35. *num.* 4. *fine*, & non diſplicet, quando ex parte eorum, qui impediti mala fide nulliter occultè contraxiſſent, tales circunſtantiæ concurrerent, & tanti momenti, vt ob ipſas Epiſcopus rationabiliter præſumere poſſet, quòd ſi Papa præſens eſſet, & ſciret, diſpenſaret. & hoc idem aſſeruit Molfeſius *in ſum. tractat.* 10. *cap.* 29. *num.* 2. quem ad id etiam eius verba ſcribens refert Diana *part.* 5. *tractat.* 14. *reſolut.* 18. qui tamen an hæc ſententia ſit probabilis, remittit aliorum iudicio.

Epiſcopus

Epiſcopus ex cauſa magnæ neceſſitatis, v. g. periculi incontinentiæ, vel magni alterius detrimenti vouentis, vel tertiæ perſonæ vitandi poteſt diſpenſare in voto abſoluto perpetuæ caſtitatis, vel religionis ſi difficile poſſit recurri ad Papam.

1270. SEcundò ex eadem ratione, & ex aliis addoctis *eodem n.*1260. infertur, quòd quoties Papa, vel
ab ipſo habens ptioilegium nequit facilè adiri pto
obtineoda diſpenſatione ſuper voto abſoluto perpetuo caſtitatis, aut religionis; & ex mora imminet
periculum continentiæ vouentis, qui præ paupertate, vel alia cauſa non poteſt adire Papam; vel
cùm ex eadem mora imminet periculum magni
ſcandali, vel magni damni tertiæ perſonæ: vt ſi is,
qui vouit caſtitatem, vel religionem, velit ducere
fœminam à ſe defloratam, & expectata Papæ diſpenſatione ingens mutationis voluntatis, aut matrimonij impediendi periculum eſſet; vnde puellam
illam remedio deſtitutam manere contingeret, cum
honoris iactura; vel ſi eſſet periculum, vt eo voto
adſtrictus moreretur abſque prolis legitimatione,
& fortè cum animæ periculo; infertur, inquam,
quòd in his, & ſimilibus caſibus neceſſitatis, ſeu periculi incontinentiæ, & ſcandali, aut magni damni
poſſit diſpenſare in votis abſolotis caſtitatis perpetuæ, & religionis ex rationabiliter præſumpta mente S. Pontificis, quòd ipſe nolit tunc ſibi reſeruare
diſpenſationem cum euideoti animarum periculo,
& ita aſſerunt Doctores communiter tum allegati
*d. n.*1260. tum alij, quos ego *in tractatu de triplici Iubilei priuil. sect.*2. *caſu* 20. *allegato, num.*23. refero;
& alios etiam refert Sanchez *de matr. lib.*2. *dicta diſp.*40. *num.*7.

1271. Et licèt Vaſquez (quem ſequitur Bonacina *de legibus diſp.*1.*q.*1.*citato puncto n.*59.) loco ſuprà dicto
*n.*1260. citato hanc, & præcedentem illationem limitet, niſi Epiſcopus poſſit per litteras certiorem
facere S. Pontificem, & ſubleuare pauperiem eorum,
cum quibus diſpenſandum eſt, miniſtrando ſumptus
ad adeundum Papam neceſſarios; nihilominus hanc
limitationem reiicere *dicto n.*23. prout etiam eam
non admittendam aiunt Ioannes Salas *d. diſp.*20.
*n.*27. Villalobos *d. diff.*25.*n.*3. Sanchez *lib.*4. *ſum. cap.*
40. *n.*39. Palaus *tom.*1.*tract.*3.*diſp.*6. *citato, n.*8. Diana
*p.*1.*tract.*10.*reſolut.*37. & alij à me *d n.*23. allegati, &
ratio eſt, tum quia ad has expenſas miniſtrandas non
tenetur Epiſcopus: tum etiam, quia etſi indigens
diſpenſatione non egeret ſumptibus pro adeundo
Pontifice, & Pontifex ipſe poſſet adiri; ſi tamen ex
mora ipſa graue incontinentiæ, vel ſcandali, aut
damni periculum immineret, adhuc poſſet Epiſcopus ex præſumpta mente Papæ diſpenſare; vt conuincit dicta ratio *eodem n.*1260. adducta; & colligitur ex Doctoribus *eodem n.*1260. allegatis, dum omnes dicunt Epiſcopum poſſe ex præſumpta mente
ſuperioris diſpenſare, cùm periculum eſt in mora;
& in terminis præter alios à me *dicto caſu* 20. *n.*23.
allegatos, & Sanchez *d. n.*39. tradunt idem Sanchez
*de matr. lib.*2. *d. diſp.*40. *n.*5. Gutierez *d. cap.*61. *n.*10.
Baſilius Pont. *d. cap.*13. *n.*3. & Villalobos *d. diff.*25.
*n.*5. vbi propterea affirmant, quòd ſi impedimentum matrimonij dirimens eſſet ex parte fœminæ,
quæ cum conſanguineo viri ante matrimonij contractum carnalem copulam habuiſſet, ac proinde
non poſſet impedimentum viro detegere abſque
famæ, & vitæ periculo, nec ab eo abſque ſcandalo
ſeparari, nec ei negare debitum, tunc poſſet Epiſcopus inter coniuges, licèt diuites, diſpenſare ratione illius vrgentis neceſſitatis, & magni periculi
in mora.

Epiſcopus an etiam ante matrimonium contractum ex cauſa grauiſſima neceſſitatis poſſit diſpenſare in impedimentis canonicis matrimonium dirimentibus, ſi periculum ſit in mora adeundi S. Pontificem.

AN verò ſicut poſt contractum, ita etiam ante 1272.
contractum matrimonium ob vrgentem neceſſitatem grauiſſimam poſſit Epiſcopus ex præſumpta S. Pontificis mente diſpenſare in impedimentis dirimentibus? Negat expreſsè Gutierez *d. c.*
16.*n.*11. & Layman *lib.*1.*tract.*4.*c.*21. allegato *n.*4. &
videtur idem ſentire maior pars ex allegatis *ſuprà num.*1266. cum loquatur ſolùm in terminis matrimonij iam contracti.

Sed, licèt rarius ante matrimonium contingere 1273.
poſſit talis neceſſitas cum periculo in mora neceſſaria ad adeundum S. Pontificem; nihilominus in
euentu vrgentiſſimæ, & grauiſſimæ neceſſitatis, in
quo, ſi deberet recurri ad S. Pontificem, ex mora
immineret periculum graue ſcandali, vel damni eorum, qui vellent contrahere, vel tertiæ perſonæ,
poſſe tunc Epiſcopum ante matrimonium celebratum diſpenſare in impedimentis dirimentibus,
longè verius affirmant Auguſtinus Barboſa *d. allegat.*35 *num.*5. Vaſquez *d. diſp.*178. *citato cap.*2. Sanchez *allegat. diſp.*40. *num.*7. Salas *dicta diſp.*20. *n.*27.
fine, Villalobos *dicta diff.*25. *num.*6. Baſilius Pontius
*lib.*8.*citato cap.*13. *num.* 6. Bonacina *de matr. q.*3.*allegato puncto* 15.*num.*6. Diana *d. p.*2.*tract.*16.*reſolut.*19.
& nonnulli alij recentiores, & exempla neceſſitatis
huiuſmodi ſunt, ſi quis morti proximus ad legitimandos liberos, vel reſtaurandum honorem, vel
pro bono pacis, deberet citò contrahere, & obſtaret
impedimentum; vel cùm mulier manè accedens ad
confitendum inuenitur habere impedimentum dirimens, cuius manifeſtatio eſſet illi cauſa grauis infamiæ; & iam parata ſunt omnia ad nuptias eadem
manè, vel veſpere celebrandas; nec adeſt, vel detegitur alia via euadendi infamiam, aut ſuſpicionem
vehementem alicuius grauis delicti detecti in confeſſione, ſi fœmina abſtinere velit à nuptiarum celebratione, aut illam differre, donec à Papa fuerit
obtenta diſpenſatio; in his enim, & ſimilibus caſibus ante contractum matrimonium contingentibus
poterit Epiſcopus diſpenſare, cùm etiam in his videatur manifeſtè habere locum illa ratio piæ interpretationis, ſeu rationabilis præſumptionis, quòd
Papa nolit eſſe ſibi reſeruatam impedimentorum
reſeruationem cum tanto periculo tam magni damni, cùm id foret contra charitatem, & ſuaue Eccleſiæ
regimen. Confirmant Sanchez, & Pontius ex doctrina communi tradita *n.*1170. quòd ſcilicet Epiſcopus in caſu vrgentis neceſſitatis poteſt diſpenſare in voto reſeruato etiam caſtitatis perpetuæ, &
religionis, cuius obligatio eſt iuris diuini, & naturalis, ac proinde ſtrictior, quàm obligatio legis poſitiuæ impedimentum matrimonij; ergo etiam in ſimili caſu vrgentis neceſſitatis poteſt diſpenſare in
impedimentis matrimonij, etiam ante matrimonium contractum. In caſu autem illo de muliere
manè accedente faſſura ſua peccata, Sanchez *d. n.*
7. obſeruat remedium (quem approbant, & laudant
Gutierez, & Bonac. *locis citatis*, adhibendum, ſi fieri
poſſit, ad differendam celebrationem nuptiarum ſine

infamiâ, donec diſpenſatio à Papa, vel eius delegato obtineatur; ſcilicet, quòd Confeſſarius in confeſſione detegens impedimentum ditimens curet, vt fœmina illa voueat caſtitatem ad tempus, v.g. ad menſem, & deinde dicat conſanguineis ſe voto caſtitatis obligatam eſſe, iuſtúmque ſibi eſſe à Confeſſario, vt à nuptiis abſtineat, donec abſtineatur diſpenſatio à ſummo Pontifice, vel à ſacra Pœnitentiaria; cauendo tamen ne dicat votum eſſe ad tempus, ne audientes dicant ſufficere diſpenſationem Epiſcopi; atque ita remedium deludatur.

1274. Ex quibus inferri poteſt, quid reſpondendum ad illam quæſtionem, ſcilicet, an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper matrimonio rato non conſummato; illudque diſſoluere in aſſenſu, in quo neceſſitas eſſet valde vrgens, ita vt ſi non diſſolueretur, animarum, & corporum periculum magnum immineret abſque vlla ſpe remedij, & acceſſus ad ſummum Pontificem eſſet tardus, & difficilis, & manifeſtum periculum eſt in mora; etſi enim Martinus Perez *de matrim. diſp. 20. ſect. 8.* abſolutè affirmet Epiſcopum non poſſe in tali caſu diſpenſare, & matrimonium diſſoluere, eo quòd cauſæ tam arduæ, & graues videantur omnino, & ſemper ſummo Pontifici reſeruatæ, non obſtante quacunque generali delegatione, & quia ex vſu conſtat nullum Epiſcopum vnquam fuiſſe vſum tali poteſtate. Nihilominus ſuppoſito quòd S. Pontifex poſſit ex iuſta cauſa diſpenſare ſuper matrimonio rato, & non conſummato, illudque diſſoluere; quamuis rariſſimè poſſit contingere caſus ille tantæ neceſſitatis, & ad S. Pontificem non poſſit eſſe acceſſus abſque manifeſto periculo in mora; tamen ſi talis caſus daretur, puto Epiſcopum poſſe diſpenſare, & matrimonium diſſoluere, hoc enim etiam concludunt rationes *ſuprà* adductæ de diſpenſatione ſuper impedimentis dirimentibus matrimonij, & votorum reſeruatorum.

Facultatem diſpenſandi in prædictis caſibus vrgentis neceſſitatis, quam habet Epiſcopus, poteſt alteri delegare; illámque ex vi ſui officij non habet Epiſcopi Vicarius generalis.

1275. Obſeruant etiam idem Sanchez *d. diſp. 40. num. 2.* Gutierrez *d. cap. 61. num. 16.* Auguſtinus Barboſa *d. allegat. 35. num. 14.* Villalobos *dicta diff. 25. num. 7.* Conincħ *de Sacram. dicta diſp. 33. num. 33.* Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 6. citato puncto 5. num. 13.* & alij, Epiſcopum in prædictis caſibus vrgentis neceſſitatis non ſolùm poſſe diſpenſare per ſe, ſed etiam delegare facultatem diſpenſandi in prædictis votis reſeruatis, & impedimentis canonicis dirimentibus in omni caſu, & euentu, quo ipſe diſpenſare poteſt, eo quia huiuſmodi poteſtas in Epiſcopo ſit ordinaria, ſeu quaſi ordinaria: nam iuriſdictio ex Principis, ſeu iuris priuilegio competens non perſonæ, ſed dignitati, vel officio in perpetuum non eſt delegata, ſed perpetua, & ordinaria (vt in meo tractatu *de triplici Iubilei priuilegio, ſectione 1. caſu 10. num. 178.* oſtendi, & latè probant *locis citatis* Sanchez, Gutierez, & Barboſa,) ac proinde cùm ſit ordinaria, eſt delegabilis alteri, iuxta textum, & *ibidem* Gloſſam *in cap. vltimo, de officio ord.* Quemadmodum etiam ob eandem rationem, facultatem, quam habet Epiſcopus abſoluendi irretitos excommunicatione Papali impeditos adire Papam ille delegare; vt probo *infrà titulo quarto num. 13.* & tradunt Doctores *ibidem* relati; & etiam poſt alios Sanchex, & Gutierez *locis citatis.* † qui hoc 1276
dictum de poteſtate delegandi ampliant vt quamuis certum ſit, reſeruata ſpecialiter Principi in ſupremæ iuriſdictionis ſignum, delegari non poſſe, id tamen fallit, niſi quis ex officio, aut dignitate habeat ius exercendi, licèt id contingat cauſa priuilegij conceſſi eidem dignitati, tunc enim poterit delegari, iuxta eoſdem Sanchez, & Gutierez poſt Couarruuiam *3. var. reſolut. cap. 20. num. 10. initio*, id tamen limitant quando res commiſſa tanti eſſet momenti, vt per alium expediri nequeat, qualis eſt poteſtas conferendi beneficia; quam ſolo Vicario ſuo Generali poteſt Epiſcopus delegare, iuxta gloſſam *in cap. deliberatione, v. cuicunque, de officio deleg. in 6.* & Couarruuiam alios allegantem *d. cap. 20. num. 6. initio.* Neque dictis obſtat textus *in cap. fin. §. cæterum, de offic. delegati*; vbi dicitur habentem poteſtatem vi priuilegij ſibi commiſſam abſoluendi aliquos, non poſſe illam alteri delegare, nam hic textus, (vt dixi *dicto caſu* 10. *num.* 178.) intelligitur de delegato habente tantùm nudum miniſterium abſoluendi ſibi per delegationem commiſſum.

Quamuis autem præfatam facultatem diſpen- 1277
ſandi in votis reſeruatis, & impedimentis matrimonij occultis poſſit Epiſcopus Vicario ſuo generali, & cuicunque alteri delegare, ipſe tamen Vicarius generalis ratione vicariatus, & ſui officij non poteſt dicta facultate Epiſcopo conceſſa vti ſine ſpeciali eius mandato, ſeu commiſſione, vt rectè docent Sanchez *citata diſput. 40. num. 12.* Gutierez *d. cap. 61. num. 15.* Conincħ *d. diſputat. 33. citato num. 33.* & priùs Henriquez *lib. 12. cap. 2. citato num. 2.* & ratio eſt, quia in generali conceſſione, ſeu mandato vicariatus non veniunt ſpecialia, niſi ſpecialiter eidem Vicario committantur, per tradita à Sanchex, & Gutierez *locis allegatis*, & à me *in tractatu de triplici Iubilei priuilegio ſect. 1. allegato caſu 10. num. 186.*

Prædicta facultas diſpenſandi, quam habent Epiſcopi, competit etiam alijs inferioribus Prælatis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem.

PÒrrò quod dictum eſt in præcedentibus de Epi- 1278.
ſcopis, id etiam intelligitur de Prælatis inferioribus habentibus in ſuos ſubditos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, eos, ſcilicet, ex cauſa vrgente, vbi non eſt facilis recurſus ad Papam, vel eius delegatum, poſſe in lege canonica & Pontificia de votis reſeruatis, de impedimentis, aut irregularitate & ſimilibus diſpenſare, & alteri diſpenſandi facultatem committere, vt in terminis habent Suarez *de legibus lib. 6. citato cap. 14. in fine*, Palaus *d. puncto 5. n. 15.* & ratio eſt, quia hi Prælati veniunt nomine Ordinariorum, & Epiſcoporum, iuxta iura, & communem Doctorum ſententiam; vt latè oſtendi *in allegato tractatu meo de triplici Iubilei priuilegio, ſectione 1. caſu 10. n. 211. & 223. & in alio meo tractatu de contractu matrimonij, cap. 4. num. 55. & cap. 7. num. 40.*

An competat etiam Parochis vbi non patet aditus ad ſummum Pontificem, neque ad Epiſcopum.

AN verò etiam Parochi, & alij Doctores anima- 1279.
rum non habentes Iuriſdictionem Epiſcopalē in caſibus vrgentis neceſſitatis, ſeu ex cauſa vrgente queant diſpenſare in legibus ſuperiorum; ſcilicet,

Pontificiis,

Pontificiis, vel Epiſcopalibus,neque ad Papam,ne-
que ad Epiſcopum facilis eſt recurſus. Plures affir-
mant quando non poteſt adiri Epiſcopus cōmodè;
ita multiquos Sanch. *de matr.lib.*8.*diſp* 9.*n*.27.refert,
qui tenent Parochum poſſe in lege ieiunij diſpen-
ſare,ſi ad Epiſcopum non poſſit facilè recurri; im-
mò eorum aliqui idem affirmant, tametſi facilis pa-
teat ad Epiſcopum aditus. idem videtur ſentire Ga-
briel *in* 4. *d.* 38. *q.* 1.*art*.5. *littera EE. concl.* 2. (vbi
concedit Parochis poteſtatem diſpenſandi in votis
non reſeruatis, & illa commutandi,) Rodriquez
*tom.*2.*qq.reg.quæſt*.46. *art*.9. (vbi dicit eandem pote-
ſtatem diſpenſandi in iiſdem votis, & illa commu-
tandi occurrente neceſſitate, in qua Epiſcopus non
poſſit commodè adiri, Parochis competere non ex
iure ordinario, ſed ex præſumpta Papæ voluntate,)
& Abbas *in cap. ex parte* 2. *de conuerſ. coniugat.* vbi
eidem Parocho votorum non reſeruatorum com-
1280. mutationem concedit; † & pro hac eadem ſenten-
tia allegari poteſt Ioan. Valerus *de differentiis*, *verb.*
Diſpenſatio,differentia 5. vbi tractans, an iudex fori
externi inferior poſſit mutare, & moderari pœni-
tentiam à iudice ſuperiori in eodem foro externo
impoſitam, affirmat Epiſcopum ſimilem pœniten-
tiam in foro externo impoſitam à Papa, & Paro-
chum impoſitam ab Epiſcopo mutare poſſe ex
cauſa vrgente, ſi non habeatur facilis recurſus ad
ſuperiorem, qui eam impoſuit: idque ampliat, vt
non ſolùm in foro pœnitentiali, ſed etiam in foro
externo talem mutationem ex vrgente cauſa poſſit
vterque facere: & confirmat ex doctrina Nauarri
in man.prælud.9. reportata, & approbata ab Henri-
quez *lib*.5.*ſum.cap*.22.*num*.1.*in Gloſſa H. fine*, relata
ſuprà num. 1267. nempè, quòd generaliter iudex in-
ferior diſpenſat in lege, & mandato ſuperioris ex
cauſa, quando non eſt recurſus ad ſuperiorem id
ſuadente Epiicheia, ex qua Epiicheia videtur rectè
deſumi ratio huius ſententiæ, quia in euentu vr-
gentis neceſſitatis diſpenſationis in lege ſuperio-
ris, in quo non poteſt eſſe recurſus ad ſuperiorem,
rationabiliter præſumitur eundem ſuperiorem,
nempe Papam, vel Epiſcopum Paſtori proprio
committere diſpenſandi facultatem.
1281. At communis ſententia,præſertim recentiorum,
tenet nihil circa diſpenſationem in lege ſuperioris,
& in votis poſſe Parochum erga ſuos ſubditos ex vi
ſui officij, & de iure; ſed ſolùm poſſe diſpenſare in
caſibus,in quibus ex conſuetudine inductum eſt, vt
diſpenſare valeat; vel in quibus à Papa, vel ab aliis
Prælatis iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi in
ſubditos habentibus diſpenſatio per delegationem
ſpecialiter fuerit conceſſa: ita in his terminis San-
chez *d.num*.27.& Suarez *lib.* 6. *de legibus*, *d.cap*.14.
fine, colligitur etiam ex aliis Doctoribus *ſuprà*
num.1260.qui omnes loquuntur ſemper de Epiſco-
po, & nullam mentionem faciunt de Parocho; &
loquuntur de poteſtate diſpenſandi in votis, & illa
commutandi, illam nullo modo competere Paro-
chis,docent Doctores communiter,quos ego in al-
legato meo tractatu *de triplici Iubilei priuilegio*
*ſect.*2.*caſu* 8.*num.* 18. refero, & ſequor. & ratio eſt,
quia Parochi non habent iuriſdictionem ordina-
riam, neque etiam voluntariam fori externi, ad
quem pertinet diſpenſatio tam in legibus, quàm in
votis(quam rationem latè explico *dicto num.* 18.)nec
1282. inuenitur ius illam eis tribuens. † De conſuetudine
autem Parochi, & alij animarum rectores ſolent
diſpenſare in caſibus particularibus occurrentibus,
in quibuſdam frequentioribus præceptis,& in ieiu-
niis, & feſtorum obſeruatione quoad vacandum ab
operibus, vt dixi *allegato num.* 18. *& ſuprà hoc tit.*
*num.*1223.& *locis citatis* aduertunt Sanchez,& Sua-
rez, qui etiam addit præfatam conſuetudinem, vbi
fuerit,ſeruari poſſe in legibus; circa quos fuerit in-
troducta, non verò extendi ad ſimiles, quia eſt iuri
contraria. † Sed quamuis de iure, & ex vi officij, 1283.
ſeu ordinariè,& regulariter animarum Paſtores ca-
rentes iuriſdictione fori externi non poſſit diſpen-
ſare in legibus, & votis; nihilominus non videtur
improbabile, quòd ex præſumpta voluntate ſupe-
rioris poſſint in euentu vrgentiſſimæ neceſſitatis
diſpenſationis ad graue periculum animæ euiden-
ter, vel valdè probabiliter imminens euitandum,
diſpenſare in legibus,aut votis, quando ad ſuperio-
rem ipſum recurri non poteſt. In his enim etiam
paſtoribus animarum carentibus iuriſdictione fori
externi pro ſimilibus caſibus grauiſſimæ neceſſita-
tis, præſertim ſpiritualis,videtur habere locum, &
militare ratio,de quà *ſuprà num.* 1260. & hoc magis
procederet, ſi admittatur doctrina Ioannis Valeri
*eod.v.Diſpenſatio,diff.*8.*num.*4.relata *ſuprà num.*1265.
quòd,ſcilicet, Parochi, & alij animarum Paſtores
circa proprias oues poſſint omnia, quæ Epiſcopus,
niſi ſint ſpecialiter reſeruata.

In dubio, an res egeat diſpenſatione Papali,
vtrùm Epiſcopus poſſit diſpenſare, & an
tunc aliqua diſpenſatio ſit
neceſſaria.

SEd quid dicendum quando dubium eſt, an res 1284.
egeat diſpenſatione, an tunc Epiſcopus poſſit in
lege ſuperioris diſpenſare, v.g. ſi dubitetur, an per
concubitum carnalem ſit contracta affinitas, aut
publica honeſtas, vel an contrahere volentes ſint
in quarto,aut quinto conſanguinitatis gradu.
Si dubium non ſit formale, & cum ſuſpenſione
aſſenſus circa vtramque partem, ſed pro vtraque
parte ſit indicium rationabile,& probabile, ſeu opi-
nio probabilis,conueniunt Doctores *infrà* allegan-
di, nulla opus eſſe diſpenſatione, cùm liceat ſequi
opinionem probabilem, & iuxta illam operans
nulli morali periculo peccandi ſe exponat, iuxta la-
tè tradita de opinione probabili. Quare licèt,ſi ve-
rè ſubſit impedimentum, matrimonium contra-
ctum ſine diſpenſatione ſit nullum, peccatum ta-
men non committitur in contrahendo ſine diſpen-
ſatione.
At ſi dubium ſit formale, ſeu vt vocant, negati- 1285.
uum,ita quòd nequeat formari probabile iudicium
diſpenſationem non eſſe neceſſariam in tali caſu:
tunc Bonacina *de legibus diſp*.1. *quæſt*.2. *p*.1. *num.*18.
affirmat eſſe petendam, & obtinendam diſpenſatio-
nem à S.Pontifice, tum ne diſpenſandus ſe exponat
periculo faciendi contra legem ſuperioris, in qua
Epiſcopus diſpenſare non poteſt; tum etiam, quia
(addit idem Bonacina,)praxis ita obſeruat, quoties
adhibita diligentia dubium de neceſſitate diſpen-
ſationis remanet.
Verùm Emanuel Sà *v.diſpenſatio num.*1. Auguſti- 1286.
nus Barboſa *de pot. Epiſc.d. alleg*.35. *num.*19. & Ca-
ſtrus Palaus *tom.*1.*tract.* 3. *diſput*.6. *allegato puncto* 5.
*num.*10.Diana *p*.3.*tract.* 6. *reſolut.* 82. *& p*.4. *tract.*3.
*reſolut.*46.& priùs docuit Henriquez *lib* 4.*ſum.c.*14.
*num.*5.*littera F.in textu,& gloſſa*, & Sanchez *lib.*8.*de*
*matr.diſp.*6.*num.* 18. probabilius cenſent Epiſcopum
poſſe diſpenſare, ſuppoſito, quòd tunc aliqua di-
ſpenſatio ſit neceſſaria, & non improbabile reputat
Ioann.Salas *de legibus diſput.* 20. *allegata ſect.*3.*n.*28.
& ratio eſt, tum quia Epiſcopus poteſt diſpenſare

in lege ſuperioris in caſibus frequentioribus, vt ipſe Salas *d. ſect.* 3. & alij de legum diſpenſatione agentes communiter aſſerunt : dubia autem de neceſſitate diſpenſationis ſunt frequentia, tum multo magis, quia caſus dubius non cenſetur reſeruatus S.Pontifici, ſed tantùm certus, vt agens de voto reſeruato *in tractatu præallegato de triplici Iubilæi priuilegio, ſect. 2. caſu* 13. *num.* 1. *& ſequentib.* probaui in dubio, an votum, quod conſtat eſſe emiſſum, ſit reſeruatum, poſſe Epiſcopum diſpenſare : id quod etiam tradunt Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 40. *num.* 26. *&* 79. Suarez *tom.* 2. *de religione lib.* 6. *de voto cap.* 26. *num.* 6. & alij recentiores communiter, quos *citato num.* 1. allego.

1287. Dixi verò, ſuppoſito, quòd aliqua diſpenſatio tunc ſit neceſſaria: nam verius eſt in tali dubio formali, an res egeat diſpenſatione, necne, cenſendum eſſe non egere, vt *locis citatis* aiunt Sanchez, Palaus, & Diana, quia tunc præſumptio eſt pro libertate, & ita ſi eſt dubium de impedimento matrimonij, præſumptio eſt pro libertate ad contrahendum; neque tunc operans ſine diſpenſatione vlla, alicui morali periculo faciendi contra legem exponitur, & licèt Barboſa *eodem num.* 19. hoc velit procedere ſolùm, cùm dubium eſt æquale pro vtraque parte, non verò quando pro altera parte, ſcilicet, quòd neceſſaria ſit Papalis diſpenſatio, præſumptio, ſeu maior veriſimilitudo præponderat; hoc enim caſu ait Barboſa ad cautelam requirendam eſſe Epiſcopi diſpenſationem. nihilominus etiamſi dubitans magis inclinet in eam partem, vt egeat diſpenſatione, exiſtimo verius, reputandum eſſe non egere, iuxta tradita *ſuprà num.* 1195. & ita in hac ſpecie aſſerunt etiam Palaus *d. num.* 10. & Diana *d. reſolut.* 82. ille enim exceſſus veriſimilitudinis, ſeu maior inclinatio, cùm ſit ſine detrimento aſſenſu probabili circa illam partem, relinquit adhuc rem dubiam, & incertam; quis autem non debet cenſeri legis obligatione teneri, quouſque de legis obligatione ſibi certò moraliter conſtet, vt *ſupra num.* 1213. dictum eſt. Non diſplicet tamen, (maximè ſi ageretur de impedimento matrimonij dirimente,) conſilium Sà *loco citato*, quòd dubitans ſiue æqualiter, ſiue cum maiori propenſione, immò cum probabilitate quòd non egeat diſpenſatione, recurrat ad Epiſcopum (ſi ad eum ſit facilis aditus,) vt vel declaret nulla opus eſſe diſpenſatione, vel ad cautelam diſpenſet. Verùm cæteris de ſpectantibus ad Epiichciam, ſeu æquitatem circa diſpenſationes, & alia omiſſis, ex dictis in hoc, & præcedenti §. ſoluendæ ſunt plures aliæ difficultates in materia dubij tam iuris, quàm facti.

SVMMARIVM.

1288 *In dubio iuris de irregularitate poſt factam moralem diligentiam ad illud vincendum remanente, cenſendum irregularitatem impoſitam, habendúmque hominem tanquam irregularem, quoad abſtinendum ab actibus, qui irregularibus prohibentur, affirmant aliqui, & n.* 1289.

1290 *Contraria ſententia vtroque foro inſpecto approbatur, ſcilicet tunc iudicandum non eſſe impoſitam irregularitatem, & libertatem ab illa poſſidere.*

1291 *Quod procedit, etiamſi veriſimiliùs appareret eſſe impoſitam.*

1292 *& etiamſi eſſent hinc inde opiniones probabiles; ſecus ſi negans careret probabilitate, quæ probabilitas expendi debet non ex numero Doctorum, ſed ex rationibus, & verbis legis.*

Irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, ſeu niſi in caſibus in iure expreſſis, d. n. 1288. *fine, d. & n.* 1290.

1293 *Ex ſola conſcientia, ſeu opinione non incurritur irregularitas, ſed ex vi legis, qua ceſſante nunquam incurritur, etiamſi quis putet ſuo facto eſſe illam annexam.*

Ignorantia inuincibilis, an aliquando excuſet ab irregularitate per legem tali facto impoſitam, ibid.

1294 *In dubio iuris de excommunicatione, aliáve cenſura, poſt moralem diligentiam permanente, ſi ſit dubium de lege, ſiue de ſenſu illius, an quis habendus ſit pro excommunicato, an verò iudicandum pro libertate, & cenſendum legem cenſura non eſſe latam, aut non comprehendere talem caſum, affirmant primùm aliqui, &* 1295.

1296 *Sed magis commune, & probabilior ſententia nega[illegible]*

1297 *In dubio etiam [illegible] ſententia cenſura ſit à ſuperiore, ſeu iudice [illegible] aliquem lata, iudicandum non eſſe lata[illegible].*

1298 *Si excommunica[illegible] ſit conditionalis, & dubium ſit, an conditio [illegible]pleta, quis tunc non eſt iudicandus exco[illegible]unicatus.*

1299 *Titularis obligatus intra certum tempus ad penſionem ſub pœna excommunicationis in forma Cameræ intra dictum tempus liber eſt ab excommunicatione donec ſibi authenticè conſtet penſionarium velle ipſum eam cenſuram incurrere: ac proinde non eſt cenſendus excommunicatus in dubio de tali declaratione.*

1300 *In dubio an cenſura lata à lege, vel iudice ſit lata, vel ferenda ſententia, iudicatur ferenda, &* 1301.

1302 *Cùm dubium eſt, an lex cenſura clara obliget in aliquo caſu particulari, tunc obligat.*

1303 *Cùm dubitatur ſolùm vel de poteſtate ſuperioris, ſeu iudicis ad excommunicandum, qui ſit in quaſi poſſeſſione excommunicandi, vel an cenſura à iudice lata ſit iuſta, vel ex iuſta cauſa, vel cum intentione ligandi: tunc præſumptio, & poſſeſſio ſtat pro excommunicatione, &* 1304. *&* 1305.

1306 *In dubio an appellatio præceſſerit, vel ſubſequuta ſit excommunicationem, excommunicatio præſumitur lata ante appellationem, & ſic valida, & alleganti appellationem præceſſiſſe incumbit onus probandi.*

An qui dubius dubio iuris de irregularitate homicidij, aut cenſura recepit Ordines mala fide, eo quòd non priùs examinauerit id ius dubium, poſſit poſt adhibitam diligentiam manente eodem dubio in illis miniſtrare, ibid.

§. XL.

In dubio iuris de irregularitate, aut excommunicatione, aliáve cenſura, vtrùm quis ſe gerere debeat tanquam irregularis, aut excommunicatus.

ET ptima difficultas eſt, an in dubio iuris de irregularitate, vel excommunicatione, aut alia cenſura poſt adhibitam debitam diligentiam ad inueſtigandum veritatem, an exiſtat lex de tali pœna, vel cenſura, vel an talis caſus comprehendatur ſub verbis,

verbis, & ſenſu legis remaoeote, quis cenſeri debeat irregularis, vel excommonicarus, aut alia cenſura.

Quid in dubio iuris de irregularitate.

1288. QVoad dubium iuris de irregularitate, prima ſententia ait in vtroque foro conſcieotiæ, & externo eſſe habendum pro irregulati ſaltem quoad effectum abſtinendi ab actibus, qui irregularibus io iure prohibentur, puta ab exetcitio Ordinum. ita Perez *in laurea Salmantina*, *certamine* 10. *num.* 135. Garzias *de benef. p.* 7. *cap.* 2. *num.* 21. Vazquez 1.2. *diſp.* 65. *cap.* 3. *diſp.* 66. *cap.* 1. Baſilius Ponrius *de matr. lib.* 10. *cap.* 15. *num.* 2. Atiaga 1.2. *tom.* 1. *diſp.* 25. *num.* 15. Ludouieus Mootesinus 1.2. *diſp.* 29. *quaſt.* 4. §. 1. *n.* 82. & nonnulli alij Doctores ex præallegatis *ſuprà num.* 1174. & Salas 1.2. *tract.* 8. *diſp. vnica ſect.* 18. *n.* 168. vbi non eſſet valde incommodum ſe gerere pto irregulari. nititur hæc ſententia deciſionibus *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti* 2. *de homicidio*, & rationibus *dicto num.* 1174. *& num.* 1183. Declarat tamen Garzias *ibidem*, quod etſi in dubio iuris, vbi quis dubiter, ao ſuo delicto, vel facto ſit impoſita irregularitas noo ſolùm ante factum, ſed eriam poſt factam diligentiam, debeat abſtinere ab exercitio Ordinum tanquam irregularis, dum manet dubius, nihilominus ſi dubium eſſet apud omnes, an io aliquo caſu ſit in iure impoſita irregularitaa, ſeu in caſu dubio apud omnes Doctores, an ſit de illis, in quibus irregularitas incurratur, tunc non eſſet cenſendus irregularis, ex quo non eſt in iure expreſſum, vt *in cap. is qui, de ſent. excom. in* 6. & ita ait intelligendos Couarruuiam, & alios Doctores *infrà* allegandos, aſſerentes in dubio iuris neminem cenſendum eſſe irregularem.

1289. Secunda ſententia aſſerit cenſendum fore irregularem in foro conſcientiæ, non verò in foro externo: ita Doctores allegari *ſuprà num.* 1176. & præcipuè Ioano. Valerus *ibidem* allegatus, *verb. irregularitas, diff.* 5. & plutes alij, quos idem Valerus, & Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 10. *num.* 39. *&* 40. referunt; quorum fundamenta ſuprà *n.* 1176. *&* 1177. *& ſeqq.* poſita ſunt.

1290. Tertia ſententia nunc magis communis, & probabiliter aſſerit in dubio intis, cùm poſt præmiſſam diligentiam, & debitum examen non conſtat irregularitatem eſt ſtatutam in iure, vel legem imponentem irregularitatem eiuſdem legis tenore, ſeu ſenſu conſideraro comprehendere talem caſum, neminem teneri ſe habere pro irregulari, & à ſacris abſtinere nee in publieo, nee in ſecreto; ſed in vtroque foro iudicandum non fuiſſe contractam irregularitatem. ita Innocentius *in cap. ad audientiam, in fine*, Nauarrus *in cap. ſi quis autem*, *num.* 38. *&* 39. *de pœnit. d.* 7. Couarruuias *in Clem. ſi furioſus*, 1. *p. initio num.* 3. *de homicidio*, Valentia *tom.* 4. *diſput.* 7. *q.* 19. *p.* 2. Flores de Mena, Sayrus, Ludouicus Lopez, Azorius locis, quos Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 42. refert, idem Sanchez *ibidem*, Vgolinus *de irregularitate cap.* 4. §. 1. *num* 4. Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. ad audientiam num.* 2. *de homic.* Henriquez *lib.* 14. *ſum. c.* 3. *num.* 3. *&* 4 *& cap.* 15. *num.* 3. Suarez *de cenſ. diſput.* 40. *ſect.* 5. Molina *de iuſt. tract.* 3. *diſp.* 67. *num.* 6. Rebellus *de obligat. iuſt.* 1. *p. lib.* 1. *quaſt.* 2. *num.* 13. Fagundez *in Decalogum lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *puncto* 6. Fauentinus *in* 4. *d.* 25. *quaſt.* 1. *diſput.* 3. *num.* 25. Villalobos 1. *p. ſum. tract.* 1. *diff.* 22. Layman *lib. tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 39. Coninch *de ſacram. diſpoſ.* 18. *num.* 21. Gordoous *lib.* 7. *quaſt.* 17. *num.* 23. Portel *in dubiis reg. v. irregularitas num.* 31. Ioaones Sancius *in ſelectis diſp.* 42. *num.* 14. Auila *de cenſ. p.* 7. *diſp.* 2. *dub.* 5. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 166. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 72. Fragolus *de regimine Chriſt. reip. p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 212. *verſic. ſed an ſemper*, *& num.* 213. *verſic. ex dictis*, & alij recentiores. Ratio generalis huius rei eſt, quia irregularitas numquam incurritur, oiſi ſit in iure expreſta, ſeu niſi in caſibus in iure expreſſis, *cap. is qui, de ſent. excom. in* 6. & *ibi* ſcribentes, Innoeentius, Couarrouias *vbi ſuprà*, & alij Doctores, quoa cumulat Auguſtious Barboſa *collectanee ad d. cap. is qui*, *num.* 4. Quando autem poſt diligentem iuris inſpectionem non poteſt certò ex eo colligi, ſed adhue dubium eſt in iure, & eius verbis, an ſit lata irregularitas, vel tali delicto annexa, tunc hæc dubia irregularitas non poteſt dici, nec eſt in iure expreſſa. Præterea nemo bona fide ſuam libertatem, aliámve rem poſſidens tenetur ſe ea ſpoliare, niſi ſufficienter conſtet ſe eam amiſiſſe, ſiue eſſe alienam; ſed in tali dubio homo poſſidet bona fide libertatem ab irregularitate, oec qoamdiu durat dubium, ſatis cooſtat ſe eam perdidiſſe; ergo, &c. Confirmatur, tum quia lex (vt *ſuprà num.* 1213. dictum eſt,) oon obligat, niſi ſit ſufficienter promulgata, & propoſita; quod noo contingit, cùm de ea poſt diligentiam debitam factam adhoe dubitatur, ao ſit, vel talem caſum compreheodat: tum, quia odia ſunt reſtringenda, & in legibus pœnalibus mitior pars eſt amplectenda, *cap. in pœnis, & cap. odia, de reg. iuris in* 6. *& l. interpretatione, ff. de pœnis.* Tum demum, quia ſi in foro externo non conſtet de iure imponente irregularitatem, nullus prudens iudex aliquem de illa damnabit, & multò minus in foro interno erit damoandus tamquam irregularis, cùm mitiùs agatur in foro conſcientiæ (cùm ſit forua animæ & miſericordiæ,) quàm in foro externo qui ad ſulam delicti punitionem ordinatur. De intellectu autem *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti* 2. *de homicid.* ſatia dictum *ſuprà num.* 1178. *&* 1205. *& à num.* 1201. ſatisfactum eſt fundamentis primæ & ſecundæ ſententiæ.

Hæc autem tertia ſententia procedit, etiamſi dubium noo eſſet æquale, ſed veriſimilius eſſet delicto facto à iure impoſitam eſſe pœnam irregularitatis, nam tuoc etiam quia in tali dubio non erit habendus pro irregulari, vt conſtat ex dictis *ſuprà n.* 1195. & probatur eadem ratione, quia etiam tunc non poteſt dici expreſſa in iure irregularitas. 1291.

Idem dicendum, qoando hoc dubium iuris eſt ſub opinionibus probabilibus; nam quando opiniones oppoſitæ, ſcilieet, aſſerentes, & negantes irregularitatem, habent probabilitatem, oon poteſt dici, nec cenſeri ſatis expreſſa irregularitas in iure, alioqoi viri docti inter ſe de ſimilibus controuerſiis non diſſentirent: ſecus verò, ſi opinio aſſerens non eſſe latam, careret probabilitate, tunc enim cum oppoſitis ſententiis, cenſendum eſſe latam; quia opinio improbabilis non euincit ius dubium: omnes autem ſententiæ oppoſitæ, pro quibus ſtat probabilitas, tollunt dubium, & dant certitudinem ſufficientem in his, & rebus humanis; vt notat etiam Gordonus *vbi ſuprà*, qui etiam rectè aduertit expendendam eſſe probabilitatem non ex numero authorum, ſed ex rationibus, & verbis legis. 1292.

Ex dictis infertur, quòd quamois quis non ſolùm dubitet, ſed etiam putet ſuo facto à lege impoſitam irregularitatem, non inde tamen erit irregularis, ſi vere oon extat lex de tali irregularite; quia ex ſola conſcientia noo incurritur irregularitas, ſed ex vi legis illam imponentis, & nuoquam contrahitur, 1293.

niſi

Google

niſi ſit in iure,ſeu lege aliqua eapreſſa,& hoc etiam
notarunt Suarez *d.ſect.5.n.*11. Gotdonus *d.quaſt.*17.
*n.*25.& Villalobus *d.diff.*22.*fine.* An verò ſemper in-
curratur, quoties per legem impoſita eſt, etiamſi
operans iouiocibiliter ignoret eſſe irregularitatem
tali operari à lege,ſiue à iure impoſitam,itaut igno-
rantia inuincibilis iſtius pœnæ minimè eacuſet,
non eſt buius loci examinare. Affitmant tamen
Suatea, & Gordonua *locis citatis*,Layman *lib.*8.*tract.*
5.*p.*2.*c.*5.*n.*8.Auila 2.*p.c.*5.*diff.*5.*dub.*5. *concl.*2. Azo-
rius 1.*p. lib.*2.*cap.*15.*q.*7. & alij,ſed è contra negaot
Sanchea *de matr.lib.*9.*diſp.*32.*n.*17.Portel *in dub.reg.*
*v.ignorantia n.*21.Petegrinus *de duello q.*8.*n.*18.Regi-
naldus *lib.*30.*c.*2.*n.*15.& Diana *p.*3.*tract.*5.*reſolut.*67.

Quid in dubio iuris de cenſura excommunica-
tionis, & quauis alia.

1294. QVoad dubium iutis de excommunicatione, &
aliis cenſuris, in huiuſmodi etiam dubio poſt
ſufficientem diligentiam factam pet ſe,vel pet con-
ſultationem virorum doctorum,an talis eacommu-
nicatio ſit à iure,vel à ſuperiote impoſita,temanen-
te;homioem habendum, & iudicandum in vtroque
foro vti eacommunicatum, quoad abſtinentiam
à commuoione aliorum fideliom, & à celebratione
diuinorum ſentiunt proculdubio Doctores citati
*ſuprà n.*1288.& idem ſeotiunt alij, qui loquentes in
vniuerſum aiunt,in dubiis tutiorem partem eligen-
dam eſſe, fundatur hæc ſententia ſuper rearu *in cap.*
illud Dominus,de cleric.excom. miniſtrante, & aliis ra-
tionibus,de quibus *ſuprà n.* 1174. *& ſeqq.*

1295. Doctores verò relati *n.*1176.*&* 1289.& alij, quos
refert Sanchea *d.cap.*10.*n.*52. aiunt cenſendum eſſe
excommunicatum in foro conſcientiæ & animæ,
non verò in foro externo, quorum etiam funda-
menta poſita ſuot *ſuprà d.n.*1176.

1296. At magis communis,& probabilior ſententia af-
firmat in dubio facta morali diligentia,temanente,
ſiue dubium ſit de tora lege, ao ſcilicet ſit lata talis
lex cenſuram imponens, v.g. an ſit in iute lata ea-
communicatio,vel ſuſpenſio pro tali delicto,ſiue de
ſenſu illius legis,an nimirum, comprehendar talem
caſum,neminem tam in foro interno,quàm eaterno
eſſe habendum,aut iudicandum pro excommunica-
to,ſed cenſendum legem ceoſuræ non eſſe latam,
vel non extendi ad ralem caſum. ita Azorius 1.*p.lib.*
2.*c.*19.*quaſ.*11.*&* 12.Henriq.*lib.*14.*c.*3.*n.*3.*fine*,Moli-
na *d.diſp.*67.*n.*7. Sanchez *d.cap* 10.*n.*55. Bonacioa *de*
*peccatis diſp.*2.*q.*4.*p.*7.*n.*16.*& de cenſuris diſp.*2.*p.*2.*q.*2.
*p.*6.§.2. *n.*49. Saytus *lib.*2.*clau.c.*13.*n.*23.*&* 24. Lay-
man *d.c.*4.*n.*38.Fagundea *allegato c.* 10.*n.*8.*&* 9.Fra-
goſus *de regim.Chriſt reip.p.*1. *lib.*4. *diſp.*10.*num.*211.
Gordonus *lib.*7.*quaſt.*6. *n.*38. Filliueius *d.c.*4. *n.*170.
Diana *p.*4.*tract.*3. *reſolut.*35. & ita abſque dubio te-
nent Suatez *dicta diſp.*40.*ſect.*5.*n.*15. omnes Docto-
res relati *ſuprà n.*1213.*&* 1214. & alij *infrà* allegan-
di,tenentes neque in dubio facti de cxcommunica-
tione poſt factam ſufficientem diligentiam, rema-
nente,aliquem cenſendum fore eacommunicatum,
& tatio buius eſt eadem,quæ *ſuprà d.n.*1213.*&* 1190.
& alibi adducta, nempè, quòd oemo obligatur lege
aliqua,niſi illi ſit ſufficienter propoſita:quando au-
tem facta morali diligentia non conſtat,an detur lex
cenſuræ,vel an iuata verba,& ſenſum illius compre-
hendat talem caſum,oon eſt lex ſufficientet propo-
ſita, ac proinde etſi in genere, ſeu ſpeculatiuè quis
maneat dubius, talis cenſuræ lege non obligarur;
etenim in boc dubio tota poſſeſſio ſtat pro liberta-
te;& melior eſt condito poſſidenris ſuâ libertatem.
Præterea ad id faciunt alię tationes adductæ in con-
firmatione poſita *ſuprà n.*1290.Intellectus autem *d.c.*
illud Dominus, latè eaplicatus eſt *ſuprà n.*1206. Ad-
uerto autem quòd ſi dubium non eſſet de tota lege,
ſed de ſenſu illius;tunc recurrendũ eſt ad ſuperiorẽ,
ſi facile fieri poteſt,cùm ipſius ſit,ſenſũ ſuæ legis ex-
plicare,id quod cõſtat ex dictis *ſuprà n.*1241. 1242.

Quod autem dictum eſt in dubio de lege cenſu- 1297
ræ,idem dicendum in dubio ſententiæ homiois fa-
cta motali diligentia, remanenre, an ſcilicet talis
cenſura,v.g.talis eacommunicatio à iudice per ſuam
ſententiam ſit contra aliquẽ pronuntiata.nam etiam
in hoc caſu militant eædẽ rationes,& poſſeſſio ma-
net pro libertate, & melior & conditio poſſideotis,
& ita etiam in terminis Saneb.*d.c.*10.*n.*56. Faguodez
vbi ſuprà,Bonac.*d.n.*16. & Io.Sancius *diſp.*45.*n.*46.

Item etſi conſtet de ſeorentia excommunicatio- 1298.
nis lata; ſed quia fuit conditionalis, dubium, poſt
factam moralem diligentiam, ſit,an conditio, ſub
qua lata eſt,adimpleta ſit, tunc quis neutro foro eſt
cenſeudus eacommunicatus; ita in terminis Sanch.
*d.c.*10.*n.*58.Bonacina *d.n.* 16.& priùs Couatuuias *in*
*cap.alma mater p.*1.§.2.*n.*6. tunc euim poſſeſſio non
ſtat pro excommunicatione,ſed pro libertate dubi-
tantis; nam valor excommunicationis ea imple-
mento conditionis pendet, impleuo autem condi-
tionis,cùm ſit quid facti,non præſumitur, atque ita
poſſeſſio oon poteſt eſſe pro excummunicatiune. † 1299.
Hinc cùm titularem grauatum penſione,& in litte-
ris penſioois conſtitutæ obligatum ad ſoluendam
peoſiooem in certo termino ſub pœna excommuni-
cationis, & priuationis beneficij ipſo facto incur-
rendæ in forma Cameræ, non incurrere talem ex-
communicationem adueniente tempore,priuſquam
ſibi conſter de voluntate, & declaratione penſiona-
rij,quod velit,ſcilicet,eum ralem pœnam incurrere,
tradunt poſt plures alios Nauat.*in man.cap.*23.*n.*103.
Suarea *de cenſ.diſp.*20.*ſect.*2.*n.*10.& Garzias *de Benef.*
*p.*1.*c.*5.*n.*581. aientes etiam hanc declarationem vo-
luntatis penſionarij non ſufficete priuatam, ſed de-
bete per ſententiã iudicis,ſeu Cameræ eſſe debitori
intimatam.Hinc,inquam,ſi debitor poſt moralẽ di-
ligenriam dubitet de tali declaratione,an authenticè
ſit ſibi facta,non erit conſenſus eacommunitatus,ſi
poſt terminum ſibi aſſignatũ penſionẽ non ſoluerit.

Similiter,ſi conſtet de lege,vel ſentenria cenſutæ 1300.
lata,ſed facta morali diligentia, adhuc dubium ma-
net, an cenſuta ſit latæ,vel ferendæ ſenteotiæ,quis
non eſt ceoſendus de facto cenſuram contraxiſſe:ita
Sanch. *d.c.*10.*n.*57.& Bonacina *vbi ſupra.* quia etiam
in hoc caſu eſt dubium iuris, an cenſura ſit lata, &
conſequenter dubitans non eſt reputandus de facto
innodatus cenſura,ob rationes ſuprà allatas,† & ita 1301.
etiam tenent Doctores aſſerentes in dubio vtrùm
cenſura ſit latæ,vel ferendæ ſenrentiæ,cenſeri debe-
re eſſe ferendę,cùm odia ſint reſtringenda,iuxta iura
tradita *ſuprà n.*1290.& hoc præter Sanch. & Bonac.
locis citatis in terminis tradunt Armilla *de cenſuris.*2.
*p.c.*2.*dub.*2.*fine*,Coninch *de Sacram.diſp.*13.*n.*22.*ver-*
*ſic. Dices,in fine.*Hurtadus *de cenſ. in com.diff.*5 *in fine.*
Diana 4 *p.tract.*3.*reſolut.*16. & alij.

Quòd ſi conſtet de lege cenſutæ,& de eius ſenſu, 1302.
& dubium ſolum ſit,an obliget in aliquo particula-
ri euentu, ratione alicuius neceſſitaris, ſeu circun-
ſtantiæ occurrẽtis;tunc lex obligabit,& illi contra-
faciens cenſeodus erit contraxiſſe cenſuram,vt pro-
bant dicta *ſuprà n.*1216.& docẽt auctores *ibid.* citati.

Si etiam dubiterur ſolùm de poteſtate ſuperio- 1203.
ris, ſeu iudicis ad excommunicandum, & idem ſu-
perior ſit in quaſi poſſeſſione excommunicandi,
unc præſumptio ſtat pro obligatione præcepta, &

pro

pro excommunicatione, iuxta tradita *ſuprà n.1234. & 1235.* & Doctores *ibidem* relatos. ſecus ſi nun ſit in ea quaſi poſſeſſione, nam vbi de alicuius poteſtate non conſtat, nec eſt in eius poſſeſſione, ipſi onus illam probandi incumbit, & ita habent locum tradita *ſuprà n.1223.* & Doctores *ibidem* citati.

1304. Si quoque conſtet de excommunicatione & dubitetur, vtrùm excommunicatio lata à iudice ſit iuſta, necne, aut lata ex ſufficienti cauſa, aut ſeruato debito modo procedendi tunc iudicandum in fauorem excommunicationis, & conſequenter quis ſe gerere debet pro excommunicato, vt colligi poteſt ex dictis *ſuprà num.* 1231. & docent etiam Sanchez *d.cap.*10.*num.*56. & Bonacina *d.num.*16. in hoc enim dubio præſumptio eſt pro iudice, ſcilicet, quòd fuerit memor ſuæ obligationis, & noluerit delinquere, & ſic etiam tota poſſeſſio ſtat pro ipſo, & eius ſententia, non verò pro libertate ſubditi, cuius non eſt examinare iuſtitiam ſententiæ (quod eſt munus iudicis,) ſed obedire, dum illi non conſtat de iniuſtitia, vel quod iudex culpabiliter ſe geſſerit.

1305. Addunt, & rectè, iidem Sanchez, & Bonacina quempiam debere ſe reputare excommunicatum, ſi conſtet de excommunicatione eam latam eſſe, & dubium ſit ſolùm de intentione ligandi, an nimirum lator, vel pars ad cuius inſtantiam lata eſt, habuerit intentionem ſolùm tenendi, non ligandi; quia poſſeſſio in hoc caſu ſtat pro excommunicatione, cùm in dubio præſumitur lata, prout verba ſonant. etenim idipſum in corde præſumitur, quod more dictum fuerit, vt latè oſtendi *in tractat. de contr. matrim. cap.2.n.53. & n.54.* & probat etiam idem Sanchez *lib.1. de matrim. lib.1.diſput.9.n.23.*

1306. Demum ſi conſtet de excommunicatione, & de illius valore dubitetur ſolùm, quia dubium ſit an appellatio illam præceſſerit, an ſequuta ſit, tunc etiam quis ſe gerere debet pro excommunicato, quia etiam in hoc caſu poſſeſſio ſtat pro excommunicatione, cùm in vtroque foro præſumatur excommunicatio lata ante appellationem, & conſequenter valida, vt poſt alios tradunt Couarruuias *in c. alma mater 1.p.§.1.n.5.* & Saytus *lib.1.de cenſ.c.16.n.30.* & Sanchez *d.c.*10.*num.*59. & alleganti appellationem præceſſiſſe incumbat onus id probandi, vt latè oſtendunt iidem Couarruuias, & Saytus. Textus autem *in cap.cùm tu, de teſtibus, & atteſtationibus*, vbi Pontifex videtur in dubio, an appellatio præceſſerit, decreuiſſe ſententiam non tenere, procedit ex benigna interpretatione, & ad præſeruandos teſtes contraria deponentes à nota periurij; de cuius textus intelligentia videri poſſunt Gloſſa *ibidem*, & Sanchez *d.c.10.n.* 50 argumento 1. ſed quid, cùm dubius dubio tutis, an excuſetur ab hac excommunicatione, vel alia cenſura, aut irregularitate aliqua, non præmiſſa debita diligentia, vt veritas innoteſcat, Ordines ſuſcepit, an poſſit illis poſt adhibitam diligentiam eodem dubio manente vti, Suarez *de cenſuris diſp.40.ſect.5.n.19.* & Salas *1.2.tract.8.diſput. vnica, ſect.18.n.169.* opinantur non poſſe ſic dubium Ordinibus ſuſceptis vti poſt adhibitam diligentiam, donec omninò certus ſit, non contraxiſſe eas cenſuras, aut irregularitatem; eo quòd poſſeſſio mala fide incepta non iuuet, nec faciat meliorem conditionem poſſidentis, vt tradit Sanchez *de matr.lib.2. diſp.41.n.24.* At Sanchez *d.c.10.n.47.* & Fragoſus *d. diſp.10.n.112.verſic. ſed an ſemper*, probabilius aſſerunt hunc dubium poſſe poſt adhibitam diligentiam vti Ordinibus ſuſceptis; quia in dubio iuris ille non eſt excommunicatus, nec alia cenſura innodatus, nec irregularis, & ſolùm peccauit eo quòd non præmiſſo examine, vt tenebatur, Ordines ſuſceperit: cui tamen negligentiæ & omiſſioni nulla cenſura, aut irregularitas iure ſtatuitur. ex quo ad rationem in contrarium reſpondetur, huiuſmodi aſſertionem non inniti poſſeſſioni huius, reſpectu Ordinum ſuſceptorum, quæ ratione malæ fidei ei non ſuffragatur; ſed innuit quòd ei omiſſioni nulla ſit in iure ſtatuta cenſura, aut irregularitas.

SVMMARIVM.

1307 *In dubio facti de homicidio neminem in foro conſcientia fore cenſendum irregularem, & ſaltem ante ſententiam, ſeu præceptum iudicis, affirmat vna ſententia, &* 1308.

1309 *Alia ſententia aſſerit cenſendum eſſe irregularem in foro conſcientia, non in foro contentioſo.*

Tertia communis, & magis recepta tenet in vtroque foro cenſendum irregularem quoad effectum, vt debeat abſtinere à receptione, & vſu Ordinum, etiam ante quodcumque iudicis præceptum, & 1311

1312 *Idque non ſolùm ſi in hoc dubio veriſimilius ſit homicidium ſequutum fuiſſe ex facto, ſed etiamſi ſit æquè dubium, vel etiam veriſimilius non fuiſſe ſequutum.*

1313 *Regula illa, in dubio meliorem eſſe poſſidentis conditionem, odia reſtringenda, pœnas mitigandas, reo fauendum, procedunt in caſibus dubiis in iure non expreſſis, ſecus in dubiis expreſſis in iure.*

In præfato dubio facti homicidij licèt quis cenſeatur irregularis quoad effectum abſtinendi à ſuſceptione, & vſu Ordinum, non tamen talis cenſetur quoad hoc, vt priuari debeat beneficia, & quoad alias pœnas ordinarias, num. 1315. *&* 1320.

1314 *Limitatur, & n.*1326.

1316 *Qui in pugna, ſeu bello emiſit ſagittas in aduerſarios, & dubitat, an aliquem occiderit, non eſt iudicandus irregularis.*

1317 *Qui conſuluit homicidium, & dubitat, an homicidium ſequutum ſit, nec ei certo conſtat fuiſſe admiſſum, non eſt cenſendus irregularis.*

1318 *Exiſtente dubio an fœtus fuerit, ſeu ſit animatus, an qui abortus cauſa eſt, ſit tanquam irregularis habendus, negant aliqui.*

1319 *Communiſſima, & recepta ſententia affirmat.*

1320 *In dubio de animatione fœtus præſumitur animatus quoad incurrendam irregularitatem; præſumitur verò inanimatus quoad pœnam corporalem, & criminalem euitandam.*

1321 *Fœtus quando animatus anima rationali cenſeatur, varia ſunt Medicorum, & Philoſophorum, Iuriſperitorum, ac Theologorum ſententia; communis, & recepta ſententia eſt, quod fœtus maſculus 40. fœmineus 80. die à conceptione regulariter, & ordinariè animetur, &* 1322.

1323 *Aliquando (licèt rarò id contingat) citiùs, aliquando tardiùs tam in mare, quam in fœmina anima infunditur.*

1324 *Poſt 40. dies à conceptione fœtus in dubio præſumitur maſculus, & animatus, & ita qui abortionis poſt dictum tempus ſequuta cauſa fuit, eſt irregularis, &* 1325.

1326 *In abortione contingente poſt 40. dies fœtus præſumitur animatus non ſolùm quoad irregularitatem incurrendam, ſed etiam agitur criminaliter, quoad pœnam corporalem.*

1327 *Si conſtiterit abortum ſequutum fuiſſe ante 40. diem, & poſt trigeſimum à conceptione, an tunc in dubio præſumi debeat fœtum fuiſſe animatum quoad incurrendum irregularitatem, ad* 1329.

1330 *Quando*

Google

1330 Quando non conſtaret de tempore animationis, quotve dierum eſſet fœtus corruptus, & abortiuus, præſumi deberet animatus ſiue mas, ſiue fœmina; ſi corpus organizatum fuerit, habueritque lineamenta, ac diſtinctionem omnium membrorum.

1331 Quibus ſignis dignoſcatur, & probetur fœtus conceptio.

1332 Quando vnus à pluribus ex præmiſſo conſilio, & ſociali conſenſu occiſus eſt, omnes ſunt irregulares, ſiue ſciri nequeat quis occiderit, ſiue conſtet quis vulnus lethale intulerit.

1335 Si plures ſimul in rixa ſubitò oborta aliquem occiderunt, & poſt moralem diligentiam dubium ſit, quis eorum vulnerauerit, vel vulnus lethale intulerit, nullus punitur in foro externo pœna homicidij ordinaria criminali.

1336 Secus quoad pœnam ciuilem, & damnum datum, ad quod integram ſoluendam omnes ſimul tenentur, & vno totum perſoluente, is poterit agere aduerſus alios actione negotiorum geſtorum, vt contribuant, quod loco illorum ſoluit.

An verò omnes ſint cenſendi irregulares, negant aliqui ſaltem quoad forum exterius, d. num. 1332.

At communis affirmat vtroque foro inſpecto, d. num. 1336.

1337 Sequuto homicidio in repentina rixa, quilibet ex rixantibus dubitans an cooperatus ſit ad homicidium percuſſione aliqua, vel ſua aſſiſtentia ſe debet reputare irregularem.

1338 Si omnes rixantes percuſſerunt, licèt nullum dignoſcatur vulnus lethale, ſequuto homicidio, omnes ſunt irregulares.

1339 Imò omnes tenentur de occiſo, & pœnam ordinariam incurrunt.

1341 Si conſtet qui ex ſimul rixantibus occiderit, ſeu lethale vulnus intulerit, is ſolus tenetur de homicidio, reliqui tantùm de vulnere.

1342 Imò hunc ſolum fore cenſendum irregularem, & non reliquos, ſiue percuſſerint, ſiue non, tenent plures n. 1340.

Communis verò opinio aſſerit omnes habendos tanquam irregulares d. n. 1342.

1343 In prædicto caſu, qui fuit auctor rixæ, ſiue lethaliter percuſſerit, ſiue non, irregularitatem incurrit.

1344 In eodem caſu ordinariè omnes ſunt cenſendi irregulares.

1345 Secus verò ſi ex coniecturis appareret aliquem non eſſe cooperatum vllo modo ad homicidium ab alio rixante commiſſum.

1346 Cùm vnus occiditur à pluribus eum oppugnantibus, ſeu aggredientibus, quamuis vnus tantùm percuſſerit, omnes ſunt irregulares, non tantùm quando ex præuiſo conſilio, ſed etiam quando ſubitò aggreſſi ſunt, ſi percutiens aliorum aggreſſione fuit animatus, aut defenſus, aut adiutus.

1347 In bello iniuſto omnes milites, quamuis ſint plura millia, & etiam ſarcinas cuſtodientes ſunt irregulares.

Licèt Coninch limitet ad 100. milites ex circumſtantibus occidentem, ibid.

Soli illi ſunt irregulares, qui fuerunt occiſo cauſa, cur hic, & nunc pugna facta ſit, ibid.

Dux belli iniuſti ſemper eſt irregularis, quoties ab alterutra parte aliquis occiditur, ibid.

1348 Quando plures ex aliqua feneſtra domus ſolùm ex negligentia culpabili proiecerunt ſinguli ſingulos lapides, & prætereuntem ictu vnius lapidis occiderunt, omnes ſunt puniendi pœna extraordinaria.

1349 Nullum autem eſſe irregularem affirmant aliqui.

Contrarium ſi negligentia fuerit notabiliter culpabilis, ibid.

1350 Si vnus tantùm proiecit lapidem, ex cuius ictu pertranſiens occiſus eſt, & ignoretur quis proiecerit, iudex neminem poterit in foro iudiciali declarare irregularem.

1351 A quibus incurratur irregularitas ſequuta morte percuſſi, quando ſine præmiſſo conſilio vnus percuſſit priùs, & poſtea percuſſit alius ſuperueniens, remiſſiuè.

1352 Qui aliquem vulnerauit lethaliter, qui poſtea alia de cauſa, puta, naufragio, vel ictu bombardæ, vel alia percuſſione ſtatim interiit, an ſit irregularis.

Extra caſum homicidij in dubio facti, cui in iure ſtatuta eſt irregularitas, quem eſſe cenſendum irregularem docuerunt plures, ibid.

1353 Contrarium tenet ſententia hodie magis recepta, ad 1356.

1355 Pœna an extendi debeant ad ſimiles caſus, & ſeq.

1357 In dubio homicidij iuſti, v.g. in bello iuſto ſequuti, quis non debet cenſeri irregularis.

1358 Licèt contrarium minus probabiliter teneant aliqui.

1360 In dubio facti de mutilatione membri hominem ſe debere gerere tanquam irregularem, aſſerit vna ſententia.

Altera, & probabilior negat n. 1359. & ſeq.

1361 Qui occidit alium, vel illum mutilat gratia vitandæ propriæ mortis, vel mutilationis, aut grauis alicuius percuſſionis, non efficitur irregularis.

Ad incurrendam irregularitatem ex homicidio, vel mutilatione membri, requiritur opus conſummatum, ibid.

1362 Conſulentem mutilationem, ea ſequuta effici irregularem aſſerunt aliqui, ſed veriùs negant alij.

1363 Epiſcopum vigore Tridentini poſſe diſpenſare ſuper irregularitate occulta orta ex membri mutilatione negant nonnulli; probabiliùs affirmant alij.

1364 Nomine homicidij voluntarij intelligitur homicidium illicitum, & contra quintum præceptum.

1365 Epiſcopus vigore Tridentini poteſt diſpenſare ſuper irregularitate occulta orta ex homicidio iuſto, ſeu ex iuſta cauſa facto.

1366 Super irregularitate orta ex homicidio iuſto poſſunt diſpenſare omnes ij, qui habent priuilegium diſpenſandi ſuper omni irregularitate, excepta ea, quæ prouenit ex homicidio voluntario.

1367 Certus de conſilio, vel mandato, vel auxilio dato ad homicidium, & eo ſequuto dubius, an conſilium, vel mandatum, aliáve ſua actio iniuſta influxerit in homicidium, an vero principalis delinquens ſecluſo conſilio, &c. adhuc eſſet commiſſurus, non eſt cenſendus irregularis, iuxta aliquos.

1368 Communis autem ſententia contrarium tenet.

1369 In hoc dubio præſumptio, & poſſeſſio non ſtat pro conſulente, eiúſve innocentia, ſed pro cooperatione, & iniuſta actione, & conſulens, vel mandans cenſetur homicida, ac punitur pœna homicidij ordinaria.

1370 Variæ coniecturæ ex quibus dignoſci poteſt, an principalis delinquens ex ſe, an verò conſilio, vel mandato, aut alia alterius iniuſta actione motus, ſeu animatus homicidium perpetrauerit.

1371 Quando facta diligentia is qui conſilium, vel mandatum dedit, aut adiuuit, dubitat an homicidium

fuerit

fuerit à principali commiſſum, necne, eſt cenſendus irregularis.

1372 *Si dubium eſt, an conſilium, vel mandatum datum ſit, non incurritur irregularitas.*

1373 *Non incurritur irregularitas, ſi conſtet conſilium datum eſſe ex ignorantia.*

1374 *Eum, qui conſuluit, vel mandauit fieri homicidium, vel furtum, vel aliud damnum; vel delinquentem principalem aſſociatus eſt, & facta diligentia dubitat, an abſque ſuo conſilio, vel mandato, aut alia iniuſta actione ſua principalis illud eſſet commiſſurus, ad aliquam reſtitutionem teneri negant plures Doctores.*

1375 *At ad reſtitutionem totius damni, principali non reſtituente, teneri probabilius affirmant alij, ſi nulla ſit veriſimilis coniectura, quod conſilium, &c. non influxerit in damnum ſequutum n. 1380.*

Licèt aliqui velint ſolùm teneri ad reſtitutionem maiorem, vel minorem, iuxta quantitatem dubij. num. 1379.

1376 *Quando ſunt coniectura, & rationes probabiles, quòd iniuſta ratio non influxerit in homicidium, furtum, aut aliud damnum, in dubio tam inæquali, quàm æquali nulla eſt obligatio reſtituendi.*

1378 *In dubio efficacis cooperationis ex ſola omiſſione culpabili quis non tenetur ad reſtitutionem damni ab altero dati.*

Depoſitarius, vel commodatarius, vel locatarius dubius, an ſua culpa depoſitum, vel commodatum, vel res locata perierit, in foro conſcientia non tenetur ad reſtitutionem, quamuis quoad commodatarium, & locatarium contrarium ſentiat quidam recentior, ibid.

Depoſitarius in foro externo præſumitur in dolo, ſi res ſuæ appareant incolumes, ibid.

Secus ſi conſtet non potuiſſe ſeruare res alienas, & ſuas, etſi viliores, ibid.

§. XLI.

In dubio facti, cui à iure conſtat eſſe impoſitam irregularitatem, an debeat cenſeri contracta irregularitas, ſeu quis ſe gerere debeat tanquam irregularis, & abſtinere ab actibus, qui irregularibus prohibiti ſunt.

SEcũda difficultas eſt, an in dubio facti de delicto, cui conſtat in iure eſſe annexam, ſeu impoſitam irregularitatem, contrahatur irregularitas, ſeu cenſendus quis ſit irregularis; & difficultas ſicut in præcedentibus procedit in dubio poſt factam moralem diligentiam ad illud vincendum remanente.

Quid in dubio facti de homicidio, an nimirum in tali dubio quis ſit habendus in vtroque foro tanquam irregularis.

CIrca quam difficultatem in primis videndum, an in dubio facti homicidij, v.g. an ex vulnere inflicto ſequuta ſit mors, an verò potiùs à ſuperueniente morbo, vel ex iniuria Medicorum inducatur irregularitas, ſeu quis cenſendus ſit irregularis, vt videtur affirmatiuè deciſum *in cap. ad audientiam, & in cap. ſignificaſti 2. de homicidio.*

Prima ſententia.

1370. ET prima ſententia eſt, in tali dubio neminem in foro talem conſcientiæ eſſe habendum irregularem; ſi dubium ſit æquilibrij, ſeu æquale. ita Henriquez *lib. 14. c. 3. n. 3.* litera A. & poſt *literam D. & n. 4. per totum*, & præſertim *in fine, & in gloſſa E. & cap. 14. n. 3.* Probat primò, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis, at hic dubitans poſſidet libertatem; ſecundò quia odium iure humano debet reſtringi ad caſum indubitatum, & in pœnis mitior pars tenenda, iuxta iura *n. 1190.* allegata. immò propter has rationes ait idem Henriquez *locis citatis*, neque etiam in foro exteriori in huiuſmodi dubio æquali debere iudicem damnare hominem de irregularitate. *& d. c. 14. n. 3. litera E, & in gloſſa, & c. 14. n. 3. litera O. P.* ait Couaruuiam loco *infrà* allegando, & alios recentiores Theologos generaliter aſſerentes in tali dubio, quem cenſendum irregularem, & tutiorem partem eſſe ſequendam, intelligendos eſſe ſtante dubio ante diligentiam moralem factam ad dirimendum dubium; ſecus (inquit) ſi poſt illam, aut per bonam rationem, aut ſapientis conſultationem deponat practicè dubium. & hoc idem quod in dubio facti æquali de homicidio nemo ſe pro irregulari gerere debeat, tenuiſſe aliquos recentiores, refert Rebellus *de oblig. iuſt. p. 1. lib. 1. quæſt. 2. n. 13. verſic. Non deeſt.* qui ſicut, & Henriquez *locis citatis*, præſertim *d. c. 14. n. 3.* ſenſerunt *d. c. ad audientiam, & c. ſignificaſti 2. de homicid.* procedere ſolùm, quando homicidium ita eſt dubium, vt veriſimilius, & probabilius ſit fuiſſe perpetratum; id quod videtur declarari *in d. cap. ſignificaſti 2. in fine*, ibi, *Non videtur idem Sacerdos à pœna homicidij penitus excuſari, tum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit, quod cum graue ſit, non ſolet leuem plagam inferre; tum ratione partis, in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis lethaliter ſolet lædi.* Et hanc eandem ſententiam exiſtente dubio æquali non improbabilem dicit Rebellis *vbi ſuprà*, Salas quoque 1. 2. *tract. 8. diſp. vnica n. 70.* ait, ſibi non videri improbabile, quod in dubio facti iuxta Henriquez & Polancum ab Henriquez allegatum, nemo cenſendus ſit irregularis; & eo magis in dubio æquali facti homicidij poſt factam diligentiam non cenſeri quempiam irregularem, vt debeat abſtinere à ſacro exercitio, affirmat idem Henriquez *d. cap. 3. n. 4. litera M*, ſi adeſſet periculum ſcandali, & damni, & non eſſet facilis recurſus ad diſpenſationem, quod etiam Salas abſolutè approbat *d. num. 70.* vbi communem Doctorum aſſerentem in foro interno dubium de homicidio cenſendum eſſe irregularem quoad hoc, vt à miniſterio Altaris abſtinere teneatur, limitat ſi non ſit aliud incommodum præter abſtinentiam à miniſterio illo; ſecùs verò (ait) eſſet, ſi immineret vitæ, honoris, aut famæ periculum. † De- 1308.
mum etiam Suarez *de cenſuris d. diſp. 40. ſect. 6. n. 10. & 11.* tanquam probabile notat in caſu dubij homicidij eum qui poſt moralem diligentiam adhuc remanet dubius, non teneri foro interiori, & in conſcientia abſtinere ab exercitio ſacrorum, donec ei per ſententiam à ſuperiore, ſeu iudice iniungatur, præſertim ſi homicidium ſit occultum. Probat Suarez, quia in illis textibus *cap. ad audientiam, & c. ſignificaſti*, non ſunt (inquit) aliqua verba, quæ cogant dubium de homicidio teneri abſtinere ante iudicis iniunctionem; ſed ſeclusis illis iuribus ex ſula ratione, aut ex aliis iuribus non conſtat, vt ex dicendis *infrà* patebit; ergo, &c. maiorem comprobat Suarez, quia deciſiones illorum textuum videntur habere locum in foro exteriori, ſi quidem *in cap. ad audientiam*, verba Pontificis non diriguntur ad ipſũmet irregularem, ſed ad iudicem, ſeu Prælatum, cui dicitur, *vos cõuenit iniũgere Presbytero memorato, vt in ſacris Ordinibus non miniſtret.* quę verba videntur requirere hominis ſententiam, ſeu præceptum, & alioqui du-

bius in tali caſu teneretur ab omnibus Ordinibus abſtinere, cùm irregularitas homicidij ab omnibus ſeparet, & tamen ibi dicitur non eſſe à minoribus Ordinibus ſeparandum: *in cap.* autem *ſignificaſti*, licèt dicatur non præceſſiſſe accuſationem, vel denunciationem, ſed ſolam petitionem conſilij ſalutaris ab ipſomet reo factam, nihilominus, (inquit idem Sanchez) reſponſio Pontificis videtur etiam inferri ad forum externum, in quo ille dicitur habendos vt homicida; vt tradit Nauarrus *in cap. ſi quis autem n.37. de pœnit. d. 7.* vbi allegat Felinum *in d.cap. ad audientiam*, qui dicit illa iura procedere in foro exteriori non omninò contētioſo, quod incipit ab accuſatione, vel denunciatione, ſed mixto quodam modo ex interiori, & exteriori, quatenus ſcilicet, aliquis ſe ipſum accuſat, petens tamen iudicium, & expeditionem in foro exteriori. & huic ſentētiæ idem Suarez *n.11. fine*, ait fauere Marianum Socinum in *d. c. ad audientiam, n.46.* quatenus ſolùm dixit in dubio facti homicidij quoad forum conſcientiæ concludendum eſſe, vt quis abſtineat à Diuinis, & ſe exiſtimet irregularem eſſe: quod poteſt (ſubdit Suarez) intelligi eſſe conſulēdum, vt meliùs, & ſecuriùs, non autem tanquam neceſſarium ante iudicis ſententiam. nam tunc vult idem Suar. *eod. n.11.* quòd etiam in foro interiori, & conſcientia teneatur abſtinere à Diuinis, iuxta deciſionē dictorum duorum capitum. facere etiam videtur Innocentius *in d.cap. ad audientiam*, vbi indiſtinctè (vt refert etiam Couarruuias *in Clem. ſi furioſus, de homic. initio n.3. p.1.*) affirmat, in dubio non eſſe quem cenſendum irregularem, quia à iure humano eſt irregularitas inducta.

Secunda ſententia.

1309. SEcunda ſententia affirmat in huiuſmodi dubio facti homicidij in foro conſcientiæ, & interiori ce ſendum quem irre ularem, & teneri abſtinere à Diuinis; in foro verò exteriori, & iudiciali nequaquam, nec iudicem poſſe ipſum per ſententiam pronuntiare, ſeu declarare irregularem. ita Panormitanus, & alij Iuriſperiti & Summiſtæ relati *ſupra num. 1176.* & latiùs Ioannes Valerus *ibidem* citatus, *verb. irregularitas, diff. 5.* & alij, quos Couarruuias *d.n.3. initio*, & Garzias, & Sanchez locis *eodem n.1176.* allegatis, referunt; præfatus enim Panormitanus, Io. Andreas, Ananias, Cardinalis, Socinus, & alij *in d. cap. ad audientiam*, cenſent *d.cap. is qui, de ſent. excom.* vbi definitur non contrahi irregularitatem, niſi in caſibus in iure expreſſis procedere in foro exteriori: prædicta autem capita *ad audientiam*, & *ſignificaſti 2.* in ſolo foro conſcientiæ intelligenda, non verò in foro exteriori, & iudiciali; fundamenta vtriuſque partis huius ſententiæ latè explicata ſunt *ſuprà à d. num. 1176. ad 1179.* vbi adductæ ſunt ex Valero coniecturæ, quòd dicta duo capita ſolùm de foro exteriori intelligi debeant.

Tertia ſententia, & tenenda.

1310. TErtia ſententia magis communis, magiſque recepta eſt, quòd etiam poſt factam moralem diligentiam in dubio facti de homicidio quis in vtroque foro ſit cenſendus irregularis quoad effectum abſtinendi à Diuinis, nempe à receptione, vel vſu Ordinum. ita Nauarrus *in d.cap. ſi quis autem, num.36.37. & 38. de pœnitent. d.7.* Couarruuias *in d. Clem. ſi furioſum d. num.3.* Flores de Mena *variarum lib 1 quæſt.9 num 18.* Garzias *de benef. p.7. cap.2. num. 18.* Auguſtinus Barboſa *Collectanea ad dictum cap. ad audientiam n.2.* Hugolinus *de cenſuris cap.4. §.2. num. 3.* Valentia *tom.4. diſp.7. quæſt.19. part. 3.* Molina *de iuſt. tract.3. diſputat.67. num.6.* Auila *de cenſ. part.7. diſp.2. dub.5.* Azorius *part.1. lib.2. cap.19. q.10. fine, & q.11.* Sayrus *de cenſ. lib.6. cap.2. num.16 & lib.1. clauis, cap.13. num.23. & 24.* Sanchez *de matr. lib.2. diſp.41. num.9.* & latiùs *lib 1. ſum. cap.10. num.42. & ſeqq.* Coninch *de Sacram. diſp. 18. num. 231.* (licèt indicet ſe exiſtimare probabilem etiam priorem ſententiam.) Rebellus *de obligat. iuſt. p.1. lib.1. quæſt.2. num.13.* Layman *d. lib.1. tract.1. cap.4. num. 39.* Filliucius *tom.1. tract.21. cap.4. num.166.* Gordonus *lib.7. q.17. num.27.* Villalobus *d. diff.22.* Fagundez *lib.2. in Decalog. cap.10. num.11.* Diana *part.3. tract.5. reſolut.72.* Portel *v. abortus in addit. num.1. & verb. & irregularitas num. 31.* Stephanus Bauny *Theolog. moral tom. 2. tract. 11. q.4.* Fragoſus *de regim. Chriſtianæ Reipublicæ p.1. lib.4. diſp.10. num.213. verſic. ſed an ſemper.* Ariaga *1.2. tom.1. diſp.25. num.16. d. num.70. & num.170. & 171. & num. 177.* cum limitatione tamen poſita *ſuprà num. 1307. fine.* eandem ſententiam cum eadem limitatione tenet Martinus Breſſerus *d. lib. 4. cap.8*, quoad partialem irregularitatem, nempe inhabilitatem vtendi Ordinibus ſacris, ſeu maioribus; ſecùs quoad inhabilitatem vtendi aliis Ordinibus, id probans ex *cit. cap. ad audientiam*, vbi in dubio homicidij poſtquam Pontifex dixit, *te conuenit iniungere Presbytero memorato, vt, in ſacris Ordinibus non miniſtret*, addit, *poteris concedere vt minoribus Ordinibus ſit contentus.* quibus verbis (inquit Breſſerus) S. Pontifex non declarat illum eſſe irregularem abſolutè, ſed tantùm priuat eum vſu Ordinum ſacrorum, ſeu maiorum, ac proinde expreſsè permittit vſum minorum. Fundatur igitur hæc ſententia in conſtitutione, ſeu lege ſummorum Pontificum, qui expreſsè *in d.cap. ad audientiam*, & *in d. cap. ſignificaſti 2. de homicidio*, in hoc caſu dubij homicidij ob reuerentiam, ac decentiam rerum ſacrarum, & præſertim ſacri miniſterij Altaris definierunt tutiorem partem eſſe ſequendam, & cenſendum quem irregularem ad hoc vt teneatur abſtinere à Diuinis, & præſertim a miniſterio Altaris: & in vtroque capite loquuntur Pontifices in vtroque foro, tum quia ratio tradita in vtroque textu, ſcilicet, quòd in hoc dubio pars tutior minus tutæ præferenda ſit, vt ſic periculum peccandi euitetur, procedit in vtroque foro. Tum quia quod in vtroque capite Pōtifices loquantur in vtroque foro, oſtendunt tradita *ſuprà n. 1178.* videtur enim conſtare expreſsè ex *d. cap. ad audientiam*, ibi, *ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit.* & paulò inferiùs Pontifex præcipit Epiſcopo, vt Sacerdotem illum habeat pro irregulari, & miniſtrare prohibeat, ibi, *vos conuenit iniungere Presbytero memorato*, &c. quod præceptum certè fieri deber in foro exteriori. in eodem etiam textu loquitur in foro externo, ibi, *poteris concedere, vt minoribus Ordinibus ſit contentus.* vbi Gloſſa finalis dicit, id poſſe concedi diſpenſando; ſi ergo diſpenſatione eget, eſt in vtroque foro irregularis: ex quo etiam contra Breſſerum probatur in hoc dubio homicidij iuxta dictum caput quem incurrere irregularitatem totalem, etiam quoad vſum Ordinum minorum, & etiā quoad illorum ſuſceptionem, id quod etiam confirmatur, quia in dictis textibus in odium homicidij ſtatuitur irregularitas in dubio, & ita totalis quoad abſtinendum à Diuinis. Textus etiam *in c. ſignificaſti*, licèt in eo non præceſſerit accuſatio, vel denūciatio, ſed ſpontanea accuſatio, ac proinde fortè non loquatur in foro externo puro, & omninò contentioſo, loquitur tamen ſaltem in foro mixto ex interiori, & contentioſo, vt dictum eſt *ſuprà num 1308.* & notarunt Felinus, & Nauarrus *ibidem* relati, & Couarruuias *dict. num. 3.* & de externo rectè intelliguntur illa

Digitized by Google

illa verba, *à ſacerdotali officio debet abſtinere*; cùm verbum, *debet*, importet regulariter præceptum, vbi aliud non colligitur ea materia, quæ tractatur iuxta Sanchez *lib.4. de matrim. diſput.* 23. *num.*2. & alios ab eodem citatos. Neque etiam verum eſt, textum *in d.cap.is cui, de ſentent. excomm. in* 6. loqui ſolùm in foro exteriori; nam loquitur etiam in interiori, & dicit, quòd non incurrit laqueum irregularitatis; ergo non loquitur tantùm in foro exteriori. at de foro etiam exteriori intelligunt Doctores communiter relati *ſuprà num.* 1290. & conuincit allegata ratio, quòd forum interius non diſcrepat ab exteriori, quando hoc non fundatur in falſa præſumptione. Poſito autem quòd in caſu dubij homicidij in foro externo quis à iudice, ſeu Prælato condemnabitur, ſeu condemnari debet tanquam irregularis, & arceri ab exercitio Sacrorum, iuxta prædictorum duorum capitum deciſionem; ergo etiam in foro conſcientiæ, & ante illam ſententiam cenſendus erit, & damnandus tanquam irregularis, & tenebitur abſtinere à Diuinis, quia vbi non agitur res ex præſumptione, vnum forum non diſcrepet ab alio, iuxta tradita *ſuprà num.* 1178. *& num.* 1189. & Doctores commu-
1311. niter *ibidem* allegatos. † Et quòd non ſit expectanda declaratio, aut ſententia iudicis, & hæc obligatio abſtinendi à Diuinis, ſeu ab vſu Ordinum actiuo, & paſſiuo, in hoc caſu dubij homicidij habeat locum in foro interiori, docent in terminis Sanchez *d.num.*42. Salas *d.num.* 177. & Gordonus *vbi ſuprà*. & ita certè ſentiunt communiter præallegati Doctores, & alij, cùm in huiuſmodi dubio facti homicidij aſſerant ſimpliciter quem ſe gerere debere pro irregulari, & teneri abſtinere à Diuinis non requirentes iudicis ſententiam, cuius nullam faciunt mentionem. Neque obſtat, quòd irregularitas imponatur in pœnam, & ita egeat iudicis ſententia; nam licèt ſtatuatur in pœnam, nihilominus cùm ſit pœna ſuâ naturâ non indigens aliqua iudicis ſententia, ius eam inducens cenſetur illam ita ſtatuere, vt ex facto ipſo oriatur in vtroque foro, nulla iudicis declaratione, ſeu ſen-
1312. tentia expectata. † Neque etiam ad incurrendam in hoc caſu dubij homicidij irregularitatem in vtroque foro requiritur, vt veriſimilius appareat fuiſſe commiſſum homicidium, ſi maior veriſimilitudo adhuc relinquat rem dubiam verè; vt in terminis aiunt Garzias, Salas, Sanchez, Rebellus, & Auguſtinus Barboſa *locis citatis*; & alij etiam pro hac ſententia allegati, qui abſolutè loquuntur in dubio non diſtinguentes inter dubium æquale, vel inæquale; & ratio eſt, quia ſtante vero dubio in quacunque materia cuiuſcunque virtutis, licèt pro vna parte ſit maior veriſimilitudo, non obligatur dubitans ad id, ad quod non obligaretur in dubio æquali, nec deobligatur ab eo, ad quod obligaretur in æquali dubio, vt *ſuprà num.* 1185. *& n.* 1196. oſtenſum eſt. Nec Innocentius *in d.cap. ſignificaſti* 2. loquitur ſolùm quando eſt veriſimile homicidium eſſe perpetratum, nam prius quæſtionem decidit, iuxta *cap. ad audientiam*, videlicet, quando eſt dubium, vt diſcerni non poſſit, an ex percuſſione ſecutum ſit homicidium, tunc percuſſor pro irregulari habeatur; deinde ea deciſione, quaſi ex ſuperabundantia addit in propoſito caſu probabilius homicidium fuiſſe ſubſecutum; vel potiùs tertium caſum (inquiunt Sanchez, & Rebellus) decidit, declarans percuſſorem aliis etiam pœnis pro homicidio affici debere, quòd moderamen inculpatæ tutelæ
1313. exceſſiſſe appareat. † Immò etiamſi dubitans po-

tiùs inclinaret in eam partem, vt homicidium ex ſuo facto non fuerit ſequutum, adhuc in vtroque foro cenſendus erit irregularis, iuxta dictos textus. Vt etiam in terminis tradunt Garzias, & Sanchez, & probat ratio *numero præcedenti* adducta. & tradita *d.num.* 1195. & ſentiunt Doctores *ibidem* relati; dum enim res manet dubia, & ſine alicuius partis aſſenſu probabili, habet locum deciſio textuum, qui loquuntur abſolutè in caſu dubio, & paruus ille exceſſus non eſt habendus in conſideratione, quoad obligandum, vel deobligandum, vbi non erat, vel erat obligatio in dubio æquali.

Porrò (vt ſatisfiat fundamentis aliarum ſenten- 1314.
tiarum *ſuprà* 1177. *&* 1179.) regulæ illæ, quòd *in dubio melior eſt conditio poſſidentis*; *odia reſtringenda, pœna mitiganda, reo fauendum*, &c. non rectè applicantur ad hoc dubium facti homicidij, in quo in dictis duobus textibus deciditur expreſsè Reum in vtroque foro condemnandum tanquam irregularem ad effectum abſtinendi à receptione, & vſu Ordinum. Quare illæ procedunt in caſibus dubiis non expreſſis in iure, non verò in expreſſis, vt eſt hic caſus dubij homicidij, quoad prædictum effectum abſtinendi à Diuinis, id quod in terminis etiam tradunt Nauarrus, Rebellus, & Sanchez, & colligitur ex aliis pro hac ſententia relatis. Quamquam procedant etiam in hoc caſu, quoad alias pœnas, quæ pro delicto homicidij in foro exteriori imponuntur. Quare

In dubio facti homicidij quis non cenſetur irregularis, quoad hoc, vt debeat priuari beneficio, & quoad pœnas ordinarias delicto impoſitas.

Dixi modò, & in propoſitione huius tertiæ ſen- 1315.
tentiæ, *quoad effectum abſtinendi à ſuſceptione, & vſu Ordinum* nam etiam in huiuſmodi dubio facti de homicidio quis non debet, neque etiam in exteriori foro cenſeri, & iudicari irregularis, quoad hoc, vt debeat, vel poſſit ſpoliari beneficio, & quoad alias pœnas ordinarias, quæ pro homicidio, & pro irregularitate contracta à iudice imponi ſolent; hæ enim pœnæ in dubio imponi non debent, per dictas regulas, & per *l. abſentem*, *ff. de pœnis*, allegatam *ſuprà num.* 1177. ſed ad eas imponendas requiritur perſpicua talis delicti probatio, & eſt communis doctrina Iuriſperitorum, quòd pœna ordinaria ſtatuta delicto certo, non eſt imponenda delicto dubio, ſed extraordinaria pro qualitate dubij, & veriſimilitudinis, vt *ſuprà* etiam *num.*498. dictum eſt. & ita in his terminis tradunt Molina, Garzias, Auguſtinus Barboſa *vbi ſuprà*, *& in praxi exigendi penſiones, voto* 12. *num.*34. *&* 35. Sanchez *d. cap.*10. *num.*45. Sayrus *d.cap.*13. *num.* 24. Salas *d. diſput. vnica num.*176. Vazquez 1.2. *diſp.* 66. *cap.*1. *num.*5. Fagundez *d.cap.*12. *to. num.*15. & id præcipuè volunt Panormitanus, & alij Doctores *ſuprà num.* 1176. relati, aſſerentes neque in dubio iuris, neque in dubio factis de homicidio quem cenſeri, & iudicari debere in foro exteriori irregularem. Quamuis tamen (vt Molina *d. diſput.* 76. *num.*6. & Garzias *d. num.*18. aduertunt,) ſi in hoc caſu dubij homicidij quis non abſtineat ab his, à quibus verè irregulares abſtinere debent, pro eo delicto vero, & certo commiſſo in non abſtinendo puniri condignè in foro exteriori poterit.

infamia,donec diſpenſatio à Papa, vel eius delegato obtineatur;ſcilicet,quòd Confeſſarius in confeſſione detegens impedimentum dirimens curet, vt fœmina illa voueat caſtitatem ad tempus,v.g. ad menſem,& deinde dicat conſanguineis ſe voto caſtitatis obligatam eſſe, iuſtúmque ſibi eſſe à Confeſſario, vt à nuptiis abſtineat,donec abſtineatur diſpenſatio à ſummo Pontifice, vel à ſacra Pœnitentiaria; cauendo tamen ne dicat votum eſſe ad tempus, ne audientes dicant ſufficere diſpenſationem Epiſcopi; atque ita remedium deludatur.

1174. Ex quibus inferri poteſt, quid reſpondendum ad illam quæſtionem, ſcilicet, an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper matrimonio rato non conſummato; illudque diſſoluere in aſſenſu,in quo neceſſitas eſſet valde vrgens,ita vt ſi non diſſolueretur, animarum, & corporum periculum magnum immineret abſque vlla ſpe remedij, & acceſſus ad ſummum Pontificem eſſet tardus, & difficilis, & manifeſtum periculum eſt in mora; etſi enim Martinus Perez *de matrim.diſp.*20.*ſect.*8. abſolutè affirmet Epiſcopum non poſſe in tali caſu diſpenſare, & matrimonium diſſoluere, eo quòd cauſæ tam arduæ, & graues videantur omnino, & ſemper ſummo Pontifici reſeruatæ, non obſtante quacunque generali delegatione, & quia ex vſu conſtat nullum Epiſcopum vnquam fuiſſe vſum tali poteſtate. Nihilominus ſuppoſito quòd S. Pontifex poſſit ex iuſta cauſa diſpenſare ſuper matrimonio rato, & non conſummato, illudque diſſoluere; quamuis rariſſimè poſſit contingere caſus ille tantæ neceſſitatis,& ad S.Pontificem non poſſit eſſe acceſſus abſque manifeſto periculo in mora; tamen ſi talis caſus daretur, puto Epiſcopum poſſe diſpenſare, & matrimonium diſſoluere, hoc enim etiam concludunt rationes *ſuprà* adductæ de diſpenſatione ſuper impedimentis dirimentibus matrimonij,& votorum reſeruatorum.

Facultatem diſpenſandi in prædictis caſibus vrgentis neceſſitatis, quam habet Epiſcopus, poteſt alteri delegare; illámque ex vi ſui officij non habet Epiſcopi Vicarius generalis.

1175. OBſeruant etiam idem Sanchez *d. diſp.*40. *num.* 2.Gutierrez *d.cap.*61. *num.*16. Auguſtinus Barboſa *d. allegat.* 35. *num.* 14. Villalobos *dicta diff.* 25. *num.*7.Coninch *de Sacram.dicta diſp.*33. *num.*33. Palaus *tom.* 1. *tract.*3. *diſp.* 6. *citato puncto* 5. *num.* 13. & alij, Epiſcopum in prædictis caſibus vrgentis neceſſitatis non ſolùm poſſe diſpenſare per ſe, ſed etiam delegare facultatem diſpenſandi in prædictis votis reſeruatis, & impedimentis canonicis dirimentibus in omni caſu, & euentu, quo ipſe diſpenſare poteſt, eo quia huiuſmodi poteſtas in Epiſcopo ſit ordinaria, ſeu quaſi ordinaria:nam iuriſdictio ex Principis, ſeu iuris priuilegio competens non perſonæ, ſed dignitati, vel officio in perpetuum non eſt delegata, ſed perpenſa, & ordinaria (vt in meo tractatu *de triplici Iubilei priuilegio*, *ſectione* 1. *caſu* 10.*num.*178. oſtendi, & latè probant *locis citatis* Sanchez, Gutierez, & Barboſa,) ac proinde cùm ſit ordinaria,eſt delegabilis alteri, iuxta textum, & *ibidem* Gloſſam *in cap. vltimo*, *de officio ord.* Quemadmodum etiam ob eandem rationem, facultatem, quam habet Epiſcopus abſoluendi irretitos excommunicatione Papali impeditos adire Papam ille delegare; vt probo *infrà titulo quarto num.* 13. & tradunt Doctores *ibidem* relati, & etiam poſt alios Sanchez, & Gutierez *locis citatis.* † qui hoc 1276
dictum de poteſtate delegandi ampliant vt quamuis certum ſit, reſeruata ſpecialiter Principi in ſupremæ iuriſdictionis ſignum, delegari non poſſe, id tamen fallit, niſi quis ex officio, aut dignitate habeat ius exercendi, licèt id contingat cauſa priuilegij conceſſi eidem dignitati, tunc enim poterit delegari, iuxta eoſdem Sanchez, & Gutierez poſt Couarruuiam 3. *var.reſolut. cap.*20. *num.*10. *initio.* id tamen limitant quando res commiſſa tanti eſſet momenti, vt per alium expediri nequeat, qualis eſt poteſtas conferendi beneficia; quam ſolo Vicario ſuo Generali poteſt Epiſcopus delegare, iuxta gloſſam *in cap.deliberatione,v.cuicunque, de officio deleg. in* 6. & Couarruuiam alios allegantem *d. cap.* 20. *num.*6. *initio.* Neque dictis obſtat textus *in cap. fin.* §. *cæterùm, de offic. delegati*; vbi dicitur habentem poteſtatem vi priuilegij ſibi commiſſam abſoluendi aliquos, non poſſe illam alteri delegare, nam hic textus, (vt dixi *dicto caſu* 10. *num.* 178.) intelligitur de delegato habente tantùm nudum miniſterium abſoluendi ſibi per delegationem commiſſum.

Quamuis autem præfatam facultatem diſpenſandi in votis reſeruatis, & impedimentis matrimonij occultis poſſit Epiſcopus Vicario ſuo generali, & cuicunque alteri delegare, ipſe tamen Vicarius generalis ratione vicariatus, & ſui officij non poteſt dicta facultate Epiſcopo conceſſa vti ſine ſpeciali eius mandato, ſeu commiſſione, vt rectè docent Sanchez *citata diſput.* 40. *num.* 12. Gutierez *d.cap.*61. *num.*15. Coninch *d. diſputat.* 33. *citato num.* 33. & priùs Henriquez *lib.*12. *cap.*2. *citato num.*2. & ratio eſt, quia in generali conceſſione, ſeu mandato vicariatus non veniunt ſpecialia, niſi ſpecialiter eidem Vicario committantur, per tradita à Sanchez, & Gutierez *locis allegatis*, & à me *in tractatu de triplici Iubilei priuilegio ſect.* 1. *allegato caſu* 10. *num.*186. 1277

Prædicta facultas diſpenſandi, quam habent Epiſcopi, competit etiam aliis inferioribus Prælatis habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem.

POrrò quod dictum eſt in præcedentibus de Epiſcopis, id etiam intelligitur de Prælatis inferioribus habentibus in ſuos ſubditos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, eos, ſcilicet, ex cauſa vrgente, vbi non eſt facilis recurſus ad Papam, vel eius delegatum, poſſe in lege canonica & Pontificia de votis reſeruatis, de impedimentis, aut irregularitate & ſimilibus diſpenſare, & alteri diſpenſandi facultatem committere, vt in terminis habent Suarez *de legibus lib.*6. *citato cap.*14. *in fine*, Palaus *d. puncto* 5. *n.*15. & ratio eſt, quia hi Prælati veniunt nomine Ordinariorum, & Epiſcoporum, iuxta iura, & communem Doctorum ſententiam; vt latè oſtendi *in allegato tractatu meo de triplici Iubilei priuilegio, ſectione* 1. *caſu* 10. *n.*211. & 223. & *in alio meo tractatu de contractu matrimonij,cap.*4. *num.*55. & *cap.*7. *num.*40. 1278.

An competat etiam Parochis vbi non patet aditus ad ſummum Pontificem, neque ad Epiſcopum.

AN verò etiam Parochi, & alij Doctores animarum non habentes Iuriſdictionem Epiſcopalē in caſibus vrgentis neceſſitatis, ſeu ex cauſa vrgente queant diſpenſare in legibus ſuperiorum, ſcilicet, 1279.

Pontificiis,

Pontificiis, vel Epiſcopalibus, neque ad Papam, neque ad Epiſcopum facilis eſt recurſus. Plures affirmant quando non poteſt adiri Epiſcopus cōmodè; ita multiquos Sanch. *de matr. lib. 8. diſp. 9. n. 27.* refert, qui tenent Parochum poſſe in lege ieiunij diſpenſare, ſi ad Epiſcopum non poſſit facilè recurri; immò eorum aliqui idem affirmant, tametſi facilis pateat ad Epiſcopum aditus. idem videtur ſentire Gabriel *in 4. d. 38. q. 1. art. 5. littera E E. concl.* 2. (vbi concedit Parochis poteſtatem diſpenſandi in votis non reſeruatis, & illa commutandi,) Rodriquez *tom. 2. qq. reg. quaeſt. 46. art. 9.* (vbi dicit eandem poteſtatem diſpenſandi in iiſdem votis, & illa commutandi occurrente neceſſitate, in qua Epiſcopus non poſſit commodè adiri, Parochis competere non ex iure ordinatio, ſed ex præſumpta Papæ voluntate,) & Abbas *in cap. ex parte 2. de conuerſ. coniugat.* vbi eidem Parocho votorum non reſeruatorum com-
1280. mutationem concedit; † & pro hac eadem ſententia allegari poteſt Ioan. Valerus *de differentiis, verb. Diſpenſatio, differentia* 5. vbi tractans, an iudex fori externi inferior poſſit mutare, & moderari pœnitentiam à iudice ſuperiori in eodem foro externo impoſitam, affirmat Epiſcopum ſimilem pœnitentiam in foro externo impoſitam à Papa, & Parochum impoſitam ab Epiſcopo mutare poſſe ex cauſa vrgente, ſi non habeatur facilis recurſus ad ſuperiorem, qui eam impoſuit: idque ampliat, vt non ſolùm in foro pœnitentiali, ſed etiam in foro externo talem mutationem ex vrgente cauſa poſſit vterque facere: & confirmat ex doctrina Nauarri *in man. prælud. 9.* reportata, & approbata ab Henriquez *lib. 5. ſum cap. 22. num. 1. in Gloſſa H. fine*, relata *ſuprà num.* 1267. nempè, quòd generaliter iudex inferior diſpenſat in lege, & mandato ſuperioris ex cauſa, quando non eſt recurſus ad ſuperiorem id ſuadente Epiicheia, ex qua Epiicheia videtur rectè deſumi ratio huius ſententiæ, quia in euento vrgentis neceſſitatis diſpenſationis in lege ſuperioris, in quo non poteſt eſſe recurſus ad ſuperiorem, rationabiliter præſumitur eundem ſuperiorem, nempe Papam, vel Epiſcopum Paſtori proprio committere diſpenſandi facultatem.

1281. At communis ſententia, præſertim recentiorum, tenet nihil circa diſpenſationem in lege ſuperioris, & in votis poſſe Parochum erga ſuos ſubditos ex vi ſui officij, & de iure; ſed ſolùm poſſe diſpenſare in caſibus, in quibus ex conſuetudine inductum eſt, vt diſpenſare valeat; vel in quibus à Papa, vel ab aliis Prælatis iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi in ſubditos habentibus diſpenſatio per delegationem ſpecialiter fuerit conceſſa: ita in his terminis Sanchez *d. num. 27.* & Suarez *lib. 6. de legibus, d. cap. 14. fine*, colligitur etiam ex aliis Doctoribus *ſuprà num.* 1260. qui omnes loquuntur ſemper de Epiſcopo, & nullam mentionem faciunt de Parocho; & loquuntur de poteſtate diſpenſandi in votis, & illa commutandi, illam nullo modo competere Parochis, docent Doctores communiter, quos ego in allegato meo tractatu *de triplici Iubilei priuilegio ſect. 2. caſu 8. num.* 18. refero, & ſequor. & ratio eſt, quia Parochi non habent iuriſdictionem ordinariam, neque etiam voluntariam fori externi, ad quem pertinet diſpenſatio tam in legibus, quàm in votis (quam rationem latè explico *dicto num.* 18.) nec
1282. inuenitur ius illam eis tribuens. † De conſuetudine autem Parochi, & alij animarum rectores ſolent diſpenſare in caſibus particularibus occurrentibus, in quibuſdam frequentioribus præceptis, & in ieiuniis, & feſtorum obſeruatione quoad vacandum ab operibus, vt dixi *allegato num. 18. & ſuprà hoc tit. num.* 1223. & *locis citatis* aduertunt Sanchez, & Suarez, qui etiam addit præfatam conſuetudinem, vbi fuerit, ſeruari poſſe in legibus, circa quos fuerit introducta, non verò extendi ad ſimiles, quia eſt iuri
contraria. † Sed quamuis de iure, & ex vi officij, 1283.
ſeu ordinariè, & regulariter animarum Paſtores carentes iuriſdictione fori externi non poſſint diſpenſare in legibus, & votis; nihilominus non videtur improbabile, quòd ex præſumpta voluntate ſuperioris poſſint in euentu vrgentiſſimæ neceſſitatis diſpenſationis ad graue periculum animæ euidenter, vel valdè probabiliter imminens euitandum, diſpenſare in legibus, aut votis, quando ad ſuperiorem ipſum recurri non poteſt. In his enim etiam paſtoribus animarum carentibus iuriſdictione fori externi pro ſimilibus caſibus grauiſſimæ neceſſitatis, præſertim ſpiritualis, videtur habere locum, & militare ratio, de quâ *ſuprà num.* 1260. & hoc magis procederet, ſi admittatur doctrina Ioannis Valeri *eod. v. Diſpenſatio, diff. 8. num.* 4. relata *ſuprà num.* 1265. quòd, ſcilicet, Parochi, & alij animarum Paſtores circa proprias oues poſſint omnia, quæ Epiſcopus, niſi ſint ſpecialiter reſeruata.

In dubio, an res egeat diſpenſatione Papali, vtrùm Epiſcopus poſſit diſpenſare, & an tunc aliqua diſpenſatio ſit neceſſaria.

SEd quid dicendum quando dubium eſt, an res 1284.
egeat diſpenſatione, an tunc Epiſcopus poſſit in lege ſuperioris diſpenſare, v.g. ſi dubitetur, an per concubitum carnalem ſit contracta affinitas, aut publica honeſtas, vel an contrahere volentes ſint in quarto, aut quinto conſanguinitatis gradu.

Si dubium non ſit formale, & cum ſuſpenſione aſſenſus circa vtranque partem, ſed pro vtraque parte ſit iudicium rationabile, & probabile, ſeu opinio probabilis, conueniunt Doctores *infrà* allegandi, nulla opus eſſe diſpenſatione, cùm liceat ſequi opinionem probabilem, & iuxta illam operans nulli morali periculo peccandi ſe exponat, iuxta latè tradita de opinione probabili. Quare licèt, ſi verè ſubſit impedimentum, matrimonium contractum ſine diſpenſatione ſit nullum, peccatum tamen non committitur in contrahendo ſine diſpenſatione.

At ſi dubium ſit formale, ſeu vt vocant, negati- 1285.
uum, ita quòd nequeat formari probabile iudicium diſpenſationem non eſſe neceſſariam in tali caſu: tunc Bonacina *de legibus diſp. 1. quaeſt. 2. p. 1. num.* 18. affirmat eſſe petendam, & obtinendam diſpenſationem à S. Pontifice, tum ne diſpenſandus ſe exponat periculo faciendi contra legem ſuperioris, in qua Epiſcopus diſpenſare non poteſt; tum etiam, quia (addit idem Bonacina,) praxis ita obſeruat, quoties adhibita diligentia dubium de neceſſitate diſpenſationis remanet.

Verùm Emanuel Sà *v. diſpenſatio num.* 1. Auguſti- 1286.
nus Barboſa *de pot. Epiſc. d. alleg. 35. num.* 19. & Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſput. 6. allegato puncto 5. num.* 10. Diana *p. 3. tract. 6. reſolut. 82. & p. 4. tract. 3. reſolut.* 46. & priùs docuit Henriquez *lib 4. ſum. c. 14. num. 5. littera F. in textu, & gloſſa*, & Sanchez *lib. 8. de matr. diſp. 6. num.* 18. probabilius cenſent Epiſcopum poſſe diſpenſare, ſuppoſito, quòd tunc aliqua diſpenſatio ſit neceſſaria, & non improbabile reputat Ioann. Salas *de legibus diſput. 20. allegata ſect. 3. n.* 28. & ratio eſt, tum quia Epiſcopus poteſt diſpenſare

in lege ſuperiotis in caſibus frequentioribus, vt ipſe Salas *d. ſect.* 3. & alij de legum diſpenſarione agentes communiter aſſetunt: dubia autem de neceſſitate diſpenſatioois ſunt frequentia, rum multo magis, quia caſus dubius non cenſetur reſetuatus S. Pontifici, ſed tantùm certus, vt agens de voto reſeruato *in tractatu præallegato de triplici Iubilæi priuilegio, ſect. 2. caſu* 13. *num.* 1. *& ſequentib.* probaui in dubio, an votum, quod conſtat eſſe emiſſum, ſit reſeruatum, poſſe Epiſcopum diſpenſare: id quod etiam ttaduot Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 40. *num.* 26. *&* 79. Suarez *tom.* 2. *de religione lib.* 6. *de voto cap.* 26. *num.* 6. & alij tecentiores communiter, quos *citato num.* 1. allego.

1287. Dixi verò, ſuppoſito, quòd aliqua diſpenſatio tunc ſit neceſſaria: nam verius eſt in tali dubio formali, an res egeat diſpenſatione, necne, cenſendum eſſe non egere, vt *locis citatis* aiunt Sanchez, Palaus, & Diana, quia tunc præſumptio eſt pro libertate, & ita ſi eſt dubium de impedimento mattimonij, præſumptio eſt pro libettate ad contrahendum; neque tunc operans ſine diſpenſatione vlla, alicui morali periculo faciendi contra legem exponitur, & licèt Barboſa *eodem num.* 19. hoc velit procedere ſolùm, cùm dubium eſt æquale pro vtraque parte, non verò quando pro altera parte, ſcilicet, quòd neceſſaria ſit Papalis diſpenſatio, præſumptio, ſeu maior veriſimilitudo præponderat; hoc enim caſu ait Barboſa ad cautelam requirendam eſſe Epiſcopi diſpenſationem. nihilominus etiamſi dubitans magis inclinet in eam partem, vt egeat diſpenſatione, exiſtimo verius, reputandum eſſe non egere, iuxta tradita *ſuprà num.* 1195. & ita in hac ſpecie aſſerunt etiam Palaus *d. num.* 10. & Diana *d. reſolut.* 82. ille enim exceſſus veriſimilitudinis, ſeu maior inclinatio, cùm ſit ſine detrimento aſſenſu probabili circa illam partem, relinquit adhuc rem dubiam, & incettam: quis autem non debet cenſeri legis obligatione teneri, quouſque de legis obligatione ſibi certò moraliter conſtet, vt *ſupra num.* 1213. dictum eſt. Non diſplicet tamen, (maximè ſi ageretur de impedimento matrimonij dirimente,) conſilium Sà *loco citato*, quòd dubitans ſiue æqualiter, ſiue cum maiori propenſione, immò cum probabilitate quòd non egeat diſpenſatione, recurtat ad Epiſcopum (ſi ad eum ſit facilis aditus,) vt vel declaret nulla opus eſſe diſpenſatione, vel ad cautelam diſpenſet. Verùm cæteris de ſpectantibus ad Epiicheiam, ſeu æquitatem circa diſpenſationes, & alia omiſſis, ex dictis in hoc, & præcedenti §. ſoluendæ ſunt plures aliæ difficultates in materia dubij tam iuris, quàm facti.

SVMMARIVM.

1288 *In dubio iuris de irregularitate poſt factam moralem diligentiam ad illud vincendum remanente, cenſendum irregularitatem impoſitam, habendúmque hominem tanquam irregularem, quoad abſtinendum ab actibus, qui irregularibus prohibentur, affirmant aliqui, &* n. 1289.

1290 *Contraria ſententia vtroque foro inſpecto approbatur, ſcilicet tunc iudicandum non eſſe impoſitam irregularitatem, & libertatem ab illa poſſidere.*

1291 *Quod procedit, etiamſi veriſimiliùs appareret eſſe impoſitam.*

1292 *& etiamſi eſſent hinc inde opiniones probabiles; ſecus ſi negans careret probabilitate, quæ probabilitas expendi debet non ex numero Doctorum, ſed ex rationibus, & verbis legis.*

Irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, ſeu niſi in caſibus in iure expreſſis, d. n. 1288. *fine, d. &* n. 1290.

1293 *Ex ſola conſcientia, ſeu opinione non incurritur irregularitas, ſed ex vi legis, qua ceſſante nunquam incurritur, etiamſi quis putet ſuo facto eſſe illam annexam.*

Ignorantia inuincibilis, an aliquando excuſet ab irregularitate per legem tali facto impoſitam, ibid.

1294 *In dubio iuris de excommunicatione, aliáve cenſura, poſt moralem diligentiam permanente, ſi ſit dubium de lege, ſiue de ſenſu illius, an quis habendus ſit pro excommunicato, an verò iudicandum pro libertate, & cenſendum legem cenſuræ non eſſe latam, aut non comprehendere talem caſum, affirmant primùm aliqui, &* 1295.

1296 *Sed magis commun[illegible], & probabiliter ſententia negu[illegible]*

1297 *In dubio etiam [illegible] ſententia cenſura ſit à ſuperiore, ſeu iudice [illegible] aliquem lata, iudicandum non eſſe lata[illegible].*

1298 *Si excommunica[illegible] ſit conditionalis, & dubium ſit, an conditio [illegible]pleta, quis tunc non eſt iudicandus excom[illegible]unicatus.*

1299 *Titularis obligatus intra certum tempus ad penſionem ſub pœna excommunicationis in forma Cameræ intra dictum tempus liber eſt ab excommunicatione donec ſibi authenticè conſtet penſionarium velle ipſum eam cenſuram incurrere: ac proinde non eſt cenſendus excommunicatus in dubio de tali declaratione.*

1300 *In dubio an cenſura lata à lege, vel iudice ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ, iudicatur ferenda, &* 1301.

1302 *Cùm dubium eſt, an lex cenſuræ clara obliget in aliquo caſu particulari, tunc obligat.*

1303 *Cùm dubitatur ſolùm vel de poteſtate ſuperioris, ſeu iudicis ad excommunicandum, qui ſit in quaſi poſſeſſione excommunicandi, vel an cenſura à iudice lata ſit iuſta, vel ex iuſta cauſa, vel cum intentione ligandi: tunc præſumptio, & poſſeſſio ſtat pro excommunicatione, &* 1304. *&* 1305.

1306 *In dubio an appellatio præceſſerit, vel ſubſequuta ſit excommunicationem, excommunicatio præſumitur lata ante appellationem, & ſic valida, & alleganti appellationem præceſſiſſe incumbit onus probandi.*

An qui dubius dubio iuris de irregularitate homicidij, aut cenſura recepit Ordines mala fide, eo quod non priùs examinauerit id ius dubium, poſſit poſt adhibitam diligentiam manente eodem dubio in illis miniſtrare, ibid.

§. XL.

In dubio iuris de irregularitate, aut excommunicatione, aliáve cenſura, vtrùm quis ſe gerere debeat tanquam irregularis, aut excommunicatus.

ET ptima difficultas eſt, an in dubio iuris de irregularitate, vel excommunicatione, aut alia cenſura poſt adhibitam debitam diligentiam ad inueſtigandum veritatem, an exiſtat lex de tali pœna, vel cenſura, vel an talis caſus comprehendatur ſub verbis,

Digitized by Google

verbis, & ſenſu legis remanente, quis cenſeri debeat irregularis, vel excommunicatus, aut alia cenſura.

Quid in dubio iuris de irregularitate.

1288. QVoad dubium iuris de irregulatitate, prima ſententia air in vtroque foro conſcientiæ, & externo eſſe habendum pro irregulari ſaltem quoad effectum abſtinendi ab actibus, qui irregularibus in iure prohibentur, puta ab exereitio Ordinum. ita Perez *in laurea Salmantina*, *certamine* 10. *num.* 135. Garzias *de benef. p.7. cap.* 2. *num.* 21. Vazquez 1.2. *diſp.*65.*cap.*3.*diſp.*66.*cap.*1. Baſilius Pontius *de matr. lib.*10.*cap.*15.*num.*2. Ariaga 1.2.*tom.*1.*diſp.*15.*num.*15. Ludouicus Monteſinus 1.2.*diſp.*29. *quaſt.*4. §.1.*n.*82. & nonnulli alij Doctores ex præallegatis *ſuprà num.*1174. & Salas 1.2.*tract.*8.*diſp.unica ſect.*18.*n.*168. vbi non eſſet valde incommodum ſe gerere pro irregulari. nititur hæc ſententia deciſionibus *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti* 2. *de homicidio*, & rationibus *dicto num.*1174.*& num.*1183. Declarat tamen Garzias *ibidem*, quòd etſi in dubio iuris, vbi quis dubitet, an ſuo delicto, vel facto ſit impoſita irregularitas non ſolùm ante factum, ſed etiam poſt factam diligentiam, debeat abſtinere ab exetcitiu Ordinum tanquam irregulatis, dum manet dubius, nihilominus ſi dubium eſſet apnd omnes, an in aliquo caſu ſit in iure impoſita irregularitas, ſeu in caſu dubio apud omnes Doctores, an ſit de illis, in quibus irregularitas incurratur, tunc non eſſet cenſendus irregularis, ex quo non eſt in iure expreſſum, vt *in cap. is qui, de ſent. excom. in* 6. & ita ait intelligendos Couarruuiam, & alios Doctores *infrà* allegandos, aſſerentes in dubio iuris neminem cenſendum eſſe irregularem.

1289. Secunda ſententia aſſetit cenſendum fore irregularem in foro conſcientiæ, non verò in foro externo: ita Doctotes allegati *ſuprà num.* 1176. & præcipuè Ioann. Valerus *ibidem* allegatus, *verb. irregularitas, diff.* 5. & plures alij, quos idem Valetus, & Sanchez *lib.*1. *ſum. cap.* 10. *num.* 39. *&* 40. referunt; quorum fundamenta ſuptà *n.*1176. *&* 1177. *& ſeqq.* poſita ſunt.

1290. Tertia ſententia nunc magis communis, & probabiliter aſſerit in dubio iuris, cùm poſt præmiſſam diligentiam, & debitum examen non conſtat irregulatiratem eſt ſtatutam in iure, vel legem imponentem irregularitatem eiuſdem legis tenore, ſeu ſenſu conſidetato comptehendere talem caſum, neminem teneri ſe habere pro irregulari, & à ſacris abſtinere nec in publico, nec in ſecteto; ſed in vtroque foro iudicandum non fuiſſe contractam irregularitatem. ita Innocentius *in cap. ad audientiam*, *in fine*, Nauarrus *in cap. ſi quis autem*, *num.*38. *&* 39. *de pœnit. d.*7. Couarruuias *in Clem. ſi furioſus*, 1.*p. initio num.*3. *de homicidio*, Valentia *tom.*4. *diſput.*7. *q.* 19.*p.*2. Flores de Mena, Sayrus, Ludouicus Lopez, Azotius locis, quos Sanchez *d. cap.*10. *num.*42. refert, idem Sanchez *ibidem*, Vgolinus *de irregularitate cap.*4.§.1. *num* 4. Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. ad audientiam num.*2. *de homic.* Henriquez *lib.*14.*ſum.c.*3. *num.*3.*&* 4 *& cap.*15.*num.*3. Suarez *de cenſ. diſput.*40. *ſect.*5. Molina *de iuſt. tract.*3.*diſp.*67.*num.*6. Rebellus *de obligat. iuſt.* 1.*p lib.*1. *quaſt.*2. *num.*13. Fagundez *in Decalogum lib.*2.*cap.*10.*num.*10. Palaus *tom.*1.*tract.*1. *diſp.*3.*puncto* 6. Fauentinus *in* 4.*d.*25. *quaſt.*1.*diſput.*3. *num.*25. Villalobos 1.*p. ſum. tract.*1. *diff.*22. Layman *lib. tract.*1.*cap.*4.*num.*39. Coninch *de ſacram. diſpoſ.*18. *num.*21. Gotdonus *lib.*7.*queſt.*17.*num.*13. Portel *in dubiis reg. v. irregularitas num.*31. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.*41.*num.*14. Auila *de cenſ. p.*7.*diſp.*2.*dub.*5. Fiſliucius *tom.*2.*tract.*21. *cap.*4. *num.* 166. Diana *p.*3. *tract.*5. *reſolut.*72. Fragoſus *de regimine Chriſt. reip. p.*1.*lib.*4.*diſp.* 10. *num.* 212. *verſic. ſed an ſemper*, *& num.*213.*verſic. ex dictis*, & alij recentiores. Ratio generalis huius rei eſt, quia irregularitas numquam incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, ſeu niſi in caſibus in iure expreſſis, *cap. is qui*, *de ſent. excom. in* 6. & *ibi* ſeribentes, Innocentius, Couarruuias *vbi ſuprà*, & alij Doctores, quos cumulat Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. is qui*, *num.* 4. Quando autem poſt diligentem iuris inſpectionem non poteſt certò ex eo colligi, ſed adhuc dubium eſt in iure, & eius verbis, an ſit lata irregularitas, vel tali delicto annexa, tunc hæc dubia irregularitas non poteſt dici, nec eſt in iure expreſſa. Præterea nemo bona fide ſuam libertatem, aliámve rem poſſidens tenetur ſe ea ſpoliare, niſi ſufficienter conſtet ſe eam amiſiſſe, ſiue eſſe alienam; ſed in tali dubio homo poſſidet bona fide libertatem ab irregulatitate, nec quamdiu durat dubium, ſatis conſtat ſe eam perdidiſſe; ergo, &c. Confirmatur, tum quia lex (vt *ſuprà num.*1213. dictum eſt,) non obligat, niſi ſit ſufficienter promulgata, & propoſita; quod non contingit, cùm de ea poſt diligentiam debitam factam adhuc dubitatur, an ſit, vel talem caſum comptehendat: tum, quia odia ſunt reſtringenda, & in legibus pœnalibus mitior pars eſt amplectenda, *cap. in pœnis*, *& cap. odia, de reg. iuris in* 6. *& l. interpretatione*, *ff. de pœnis.* Tum demum, quia ſi in foro externo non conſtet de iure imponente irregularitatem, nullus prudens iudex aliquem de illa damnabit, & multò minus in foro interno erit damnandus tamquam irregularis, cùm mitiùs agatur in foro conſcientiæ (cùm ſit forus animæ & miſericordiæ,) quàm in foro externo qui ad ſolam delicti punitionem ordinatur. De intellectu autem *cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti* 2. *de homicid.* ſatis dictum *ſuprà num.*1178. *&* 1205. *& à num.*1201. ſatisfactum eſt fundamentis primæ & ſecundæ ſententiæ.

1291. Hæc autem tertia ſententia procedit, etiamſi dubium non eſſet æquale, ſed veriſimilius eſſet delicto facto à iure impoſitam eſſe pœnam irregularitatis, nam tunc etiam quis in tali dubio non erit habendus pro irregulari, vt conſtat ex dictis *ſuprà n.*1195. & probatur eadem ratione, quia etiam tunc non poteſt dici expreſſa in iure irregularitas.

1292. Idem dicendum, quando hoc dubium iuris eſt ſub opinionibus probabilibus; nam quando opiniones oppoſitæ, ſcilicet, aſſerentes, & negantes irregularitatem, habent ptobabilitatem, non poteſt dici, nec cenſeri ſatis expreſſa irregularitas in iure, alioqui viri docti inter ſe de ſimilibus controuerſiis non diſſentirent: ſecus verò, ſi opinio aſſerens non eſſe latam, careret probabilitate, tunc enim cum oppoſitis ſententiis, cenſendum eſſe latam; quia opinio improbabilis non euincit ius dubium: omnes autem ſententiæ oppoſitæ, pro quibus ſtat probabilitas, tollunt dubium, & dant certitudinem ſufficientem in his, & rebus humanis; vt notat etiam Gordonus *vbi ſuprà*, qui etiam rectè aduertit expendendam eſſe probabilitatem non ex numero authorum, ſed ex rationibus, & verbis legis.

1293. Ex dictis infertur, quòd quamuis quis non ſolùm dubitet, ſed etiam putet ſuo facto à lege impoſitam irregularitatem, non inde tamen erit irregularis, ſi vere non extat lex de tali irregularite; quia ex ſola conſcientia non incurritur irregularitas, ſed ex vi legis illam imponentis, & nunquam contrahitur, niſi

niſi ſit in iure,ſeu lege aliqua exptefſa,& boc etiam notarunt Suarez *d.ſect.5.n.*11. Gordoıtos *d.quaſt.*17. *n.*25.& Villalobus *d.diſſ.*22.*fine*. Ao verò ſemper incurtatur, quoties pet legem impoſita eſt, etiamſi operans inuincibiliter ignoret eſſe irregularitatem tali opetari à lege,ſiue à iure impoſitam,itaut ignorantia inuincibilis iſtius pœnæ minimè excuſet, non eſt buius loci examinare. Affirmant tamen Suarez,& Gordoous *locis citatis*,Layman *lib.8.tract.* 5.*p.*1.*c.*5.*n.*8.Auila 2.*p.c.*5.*diſſ.*5.*dub.*5. *concl.*2. Azorius 1.*p.lib.*1.*cap.*15.*q.*7. & alij,ſed è contra negant Sanchex *de matr.lib.*9.*diſp.*32.*n.*17.Pottel *in dub.reg. v.ignorantia n.*21.Peregrinus *de duello q.*8.*n.*18.Reginaldus *lib.*30.*c.*2.*n.*15.& Diana *p.*3.*tract.*5.*reſolut.*67.

Quid in dubio iuris de cenſura excommunicationis, & quauis alia.

1294. QVoad dubium lutis de excommunicatione, & aliis cenſuris, iu huiuſmodi etiam dubio poſt ſufficientem diligentiam factam per ſe,vel pet conſultationem virorum doctorum,an talis excommunicatio ſit à iure,vel à ſuperiore impoſita,remanente;hominem habendum, & iudicandum in vtroque foro vti excommunicatum, quoad abſtinentiam à communione aliorum fidelium, & à celebratione diuinorum ſentiunt proculdubio Doctores citati *ſuprà n.*1288.& idem ſentiunt alij, qui loquentes in vniuerſum aiunt,in dubiis tutiorem pattem eligendam eſſe, fundatur hæc ſententia ſuper textu *in cap. illud Dominus,de cleric.excom. miniſtrante,* & aliis rationibus,de quibus *ſuprà n.* 1174. *& ſeqq.*

1295. Doctores verò relati *n.*1176.*&* 1289.& alij, quos refert Sanchez *d.cap.*10.*n.*52. aiunt cenſendum eſſe excommonicatom in foto eooſcientiæ & animæ, non verò io foro externo, quotum etiam fundamenta poſita ſunt *ſuprà d.n.*1176.

1296. At magis communis,& probabilior ſententia affirmat in dubio facta morali diligentia,remanente, ſiue dubium ſit de tota lege, ao ſcilicet ſit lata talis lex cenſuram imponens, v.g. an ſit in iure lata excommunicatio,vel ſuſpenſio pro tali delicto,ſiue de ſenſu illius legis,an nimitum, comprehendat talem caſum,neminem tam in foro interno,quàm externo eſſe habendum,aut iudicandum pro excommunicato,ſed cenſendum legem cenſuræ non eſſe latam, vel non extendi ad talem caſum. ita Azorius 1.*p.lib.* 2.*c.*19.*quaſ.*11.*&* 12. Hentiq.*lib.*14.*c.*3.*n.*3.*fine*,Molina *d.diſp.*67.*n.*7. Sancbez *d.cap* 10.*n.*55. Bonacina *de peccatis diſp.*2.*q.*4.*p.*7.*n.*16.*& de cenſuris diſp.*2.*p.*2.*q.*2. *p.*6.*§.*2.*n.*49. Sayrus *lib.*2.*clau.c.*13.*n.*23.*&* 24. Layman *d.c.*4.*n.*38.Fagundez *allegato c.*10.*n.*8.*&* 9.Fragoſus *de regim.Chriſt.reip.p.*1. *lib.*4. *diſp.*10.*num.*211. Gordonus *lib.*7.*quaſt.*6. *n.*38. Filliucius *d.c.*4. *n.*170. Diana *p.*4.*tract.*3. *reſolut.*35. & ita abſque dubio teneot Suarez *dicta diſp.*40.*ſect.*5.*n.*15. omnes Doctores relati *ſuprà n.*1213.*&* 1214. & alij *infrà* allegandi,tenentes neque in dubio facti de exeommunicatione poſt factam ſufficientem diligentiam, remanente,aliquem cenſendum fore excommunicatum, & ratio buius eſt eadem,quæ *ſuprà d.n.*1213.*&* 1290. & alibi adducta, nempè, quòd oemo obligatur lege aliqua,niſi illi ſit ſufficienter propoſita:quando autem facta morali diligentia non conſtat,an detur lex ceoſuræ,vel an iuxta verba,& ſenſum illius comprehendat talem caſum,non eſt lex ſufficienter propoſita, ac proinde etſi in genere, ſeu ſpeculatiuè quis maoeat dubius, talis cenſuræ lege non obligatur; etenim io hoe dubio tota poſſeſſio ſtat pro libertate;& melior eſt condito poſſidentis ſuã libertatem. Prætetea ad id faciunt aliç rationes adductæ in confirmatione poſita *ſuprà n.*1290.Intellectus autem *d.c. illud Dominus*, latè explicatus eſt *ſuprà n.*1206. Aduerto autem quòd ſi dubium non eſſet de tota lege, ſed de ſenſu illius;tunc tecurrendũ eſt ad ſuperiorẽ, ſi facile fieri poteſt,cùm ipſius ſit,ſeosũ ſuæ legis explicare,id quod cõſtat ex dictis *ſuprà n.*1241. 1242.

1297 Quod autem dictum eſt in dubio de lege cenſuræ,idem dicendum in dubio ſeotentiæ hominis facta morali diligentia, remanente, an ſcilicet talis cenſura,v.g.talis excommunicatio à iudice per ſuam ſententiam ſit cootta aliquẽ pronuntiata.nam etiam io hoc caſu militant eædẽ tationes,& poſſeſſio manet pro libertate, & melior & conditio poſſidentis, & ita etiam in terminis Sancb.*d.c.*10.*n.*56. Faguodez *vbi ſuprà*,Bonac.*d.n.*16. & Io.Sancius *diſp.*45.*n.*46.

1298. Item etſi cooſtet de ſententia excommunicationis lata; ſed quia fuit cooditionalis, dubium, poſt factam moralem diligentiam, ſit,an conditio, ſub qua lata eſt,adimpleta ſit, tunc quis neutro foto eſt cenſeodus excommunicatus; ita in terminis Sanch. *d.c.*10.*n.*58.Bonacina *d.n.*16.& ptiùs Couaruuias *in cap.alma mater p.*1. *§.*2. *n.*6. tunc enim poſſeſſio non ſtat pro excommunicatione,ſed pro libertate dubitantis; nam valor excommunicationis ex implemento conditionis pendet, impletio autem conditionis,cùm ſit quid facti,non præſumitur, atque ita poſſeſſio non poteſt eſſe pto excummunicatione. † 1299. Hinc cùm titularem grauatum penſione,& in litteris penſionis cooſtitutæ obligatum ad ſoluendam penſionem in certo termino ſub pœna excommonicationis, & priuationis beneficij ipſo facto incurrendæ in forma Cameræ, non incurrere talem excommunicationem adueniente tempore,priuſquam ſibi conſtet de voluntate, & declaratione peoſionatij,quod velit,ſcilicet,eum talem pœnam incurrere, tradunt poſt plures alios Nauar.*in man.cap.*23.*n.*103. Suarez *de cenſ.diſp.*20.*ſect.*2.*n.*10.& Garzias *de Beneſ. p.*1.*c.*5.*n.*581.aientes etiam hanc declarationem voluntatis penſiouarij non ſufficere priuatam, ſed debere per ſententiã iudicis,ſeu Cameræ eſſe debitori intimatam.Hinc,inquam,ſi debitot poſt moralẽ diligentiam dubitet de tali declaratione,an authenticè ſit ſibi facta,non erit conſenſus excommunicatus,ſi poſt terminum ſibi aſſignatũ penſionẽ non ſoluerit.

1300. Similiter,ſi conſtet de lege,vel ſenteotia cenſuræ lata,ſed facta morali diligentia, adhuc dubium manet, an cenſura ſit latæ,vel ferendæ ſententiæ,quis non eſt cenſendus de facto cenſuram contraxiſſe:ita Sanch. *d.c.*10.*n.*57.& Bonacina *vbi ſupra.* quia etiam in hoc caſu eſt dubium iuris, an cenſura ſit lata, & conſequenter dubitans non eſt reputandus de facto innodatus cenſura,ob rationes ſuprà allatas,† 1301. & ita etiam tenent Doctores aſſerentes in dubio vtrùm cenſura ſit latæ,vel ferendæ ſententiæ,cenſeri debere eſſe ferendę,cùm odia ſint reſtringenda,iuxta iura tradita *ſuprà n.*1290.& hoc præter Sanch.& Bonac. *locis citatis* in terminis tradunt Armilla *de cenſuris.*2. *p.c.*2.*dub.*2.*fine*,Coninch *de Sacram.diſp.*13.*n.*22.*verſic.Dices,in fine.*Hurtadus *de cenſ. in com.diſſ.*5.*in fine.* Diana 4.*p.tract.*3.*reſolut.*16. & alij.

1302. Quòd ſi conſtet de lege cenſuræ,& de eius ſenſu, & dubium ſolum ſit,an obliget in aliquo particulari euentu, ratione alicuius neceſſitatis, ſeu circunſtantiæ occurrẽtis;tunc lex obligabit,& illi contrafaciens cenſeodus erit contraxiſſe cenſuram,vt probant dicta *ſuprà n.*1216.& docẽt auctores *ibid.*citati.

1203. Si etiam dubitetur ſolùm de poteſtate ſuperioris, ſeu iudicis ad excommunicandum, & idem ſuperior ſit in quaſi poſſeſſione excommunicandi, tunc præſumptio ſtat pro obligatione præcepta, &

pru

pro excommunicatione, iuxta tradita *ſuprà n.*1234. & 1235.& Doctores *ibidem* relatos. ſecus ſi non ſit in ea quaſi poſſeſſione,nam vbi de alicuius poteſtate non conſtat,nec eſt in eius poſſeſſione,ipſi onus illam probandi incumbit, & ita habent locum tradita *ſuprà n.*1223.& Doctores *ibidem* citati.

1304. Si quoque conſtet de excommunicatione & dubitetur, vtrùm excommunicatio lata à iudice ſit iuſta,necne;aut lata ex ſufficienti cauſa, aut ſeruato debito modo procedendi tunc iudicandum in fauorem excommunicationis, & conſequenter quis ſe gerere debet pro excommunicato, vt colligi poteſt ex dictis *ſuprà num.*1231. & docent etiam Sanchez *d.cap.*10.*num.*56.& Bonacina *d.num.*16. in hoc enim dubio præſumptio eſt pro iudice,ſcilicet,quòd fuerit memor ſuæ obligationis,& noluerit delinquere, & ſic etiam tota poſſeſſio ſtat pro ipſo, & eius ſententia,non verò pro libertate ſubditi, cuius non eſt examinare iuſtitiam ſententiæ (quod eſt munus iudicis,)ſed obedire,dum illi non conſtat de iniuſtitia, vel quod iudex culpabiliter ſe geſſerit.

1305. Addunt, & rectè, iidem Sanchez, & Bonacina quempiam debere ſe reputare excommunicatum, ſi conſtet de excommunicatione eam latam eſſe, & dubium ſit ſolùm de intentione ligandi, an nimirum lator, vel pars ad cuius inſtantiam lata eſt, habuerit intentionem ſolùm terrendi, non ligandi; quia poſſeſſio in hoc caſu ſtat pro excommunicatione, cùm in dubio præſumitur lata, prout verba ſonant. etenim idipſum in corde præſumitur,quod ore dictum fuerit, vt latè oſtendi *in tractat. de contr. matrim. cap.*2. *n.* 53. & *n.*54. & probat etiam idem Sanchez *lib.* 1. *de matrim. lib.*1.*diſput.*9.*n.*23.

1306. Demum ſi conſtet de excommunicatione, & de illius valore dubitetur ſolùm, quia dubium ſit an appellatio illam præceſſerit, an ſequuta ſit, tunc etiam quis legere debet pro excommunicato, quia etiam in hoc caſu poſſeſſio ſtat pro excommunicatione, cùm in vtroque foro præſumatur excommunicatio lata ante appellationem, & conſequenter valida, vt poſt alios tradunt Couarruuias *in c. alma mater* 1.*p.*§.2.*n.*5.& Saytus *lib.*1.*de cenſ.c.*16.*n.*30.& Sanchez *d.c.*10.*num.*59. & alleganti appellationem præceſſiſſe incumbat onus id probandi, vt latè oſtendunt iidem Couarruuias,& Saytus. Textus autem *in cap.cùm tu, de teſtibus, & atteſtationibus*, vbi Pontifex videtur in dubio, an appellatio præceſſerit, decreuiſſe ſententiam non tenere, procedit ex benigna interpretatione, & ad præſeruandos teſtes contraria deponentes à nota periurij;de cuius textus intelligentia videri poſſunt Gloſſa *ibidem*, & Sanchez *d.c.*10.*n.* 50 argumento 1. ſed quid, cùm dubius dubio iuris, an excuſetur ab hac excommunicatione,vel alia cenſura,aut irregularitate aliqua, non præmiſſa debita diligentia, vt veritas innoteſcat,Ordines ſuſcepit, an poſſit illis poſt adhibitam diligentiam eodem dubio manente vti, Suarez *de cenſuris diſp.*40.*ſect.*5.*n.*19.& Salas 1.2.*tract.*8.*diſput. vnica,ſect.*18.*n.*169. opinantur non poſſe ſic dubium Ordinibus ſuſceptis vti poſt adhibitam diligentiam, donec omninò certus ſit, non contraxiſſe eas cenſuras, aut irregularitatem; eo quòd poſſeſſio mala fide incepta non iuuet, nec faciat meliorem conditionem poſſidentis, vt tradit Sanchez *de matr.lib.*2. *diſp.*41.*n.*24.At Sanchez *d.c.*10.*n.*47. & Fragoſus *d. diſp.*10.*n.*212.*verſic. ſed an ſemper*, probabilius aſſerunt hunc dubium poſſe poſt adhibitam diligentiam vti Ordinibus ſuſceptis; quia in dubio iuris ille non eſt excommunicatus, nec alia cenſura innodatus, nec irregularis, & ſolùm peccauit eo quòd non præmiſſo examine,vt tenebatur,Ordines ſuſceperit: cui tamen negligentiæ & omiſſioni nulla cenſura, aut irregularitas iure ſtatuitur. ex quo ad rationem in contrarium reſpondetur, huiuſmodi aſſertionem non inniti poſſeſſioni huius, reſpectu Ordinum ſuſceptorum, quæ ratione malæ fidei ei non ſuffragatur;ſed innuit quòd ei omiſſioni nulla ſit in iure ſtatuta cenſura,aut irregularitas.

SVMMARIVM.

1307 *In dubio facti de homicidio neminem in foro conſcientiæ fore cenſendum irregularem, & ſaltem ante ſententiam,ſeu præceptum iudicis, affirmat vna ſententia,* & 1308.

1309 *Alia ſententia aſſerit cenſendum eſſe irregularem in foro conſcientiæ,non in foro contentioſo.*

Tertia communis, & magis recepta tenet in vtroque foro cenſendum irregularem quoad effectum, vt debeat abſtinere à receptione,& vſu Ordinum, etiam ante quodcumque iudicis præceptum,& 1311

1312 *Idque non ſolùm ſi in hoc dubio veriſimilius ſit homicidium ſequutum fuiſſe ex facto,ſed etiamſi ſit æquè dubium, vel etiam veriſimilius non fuiſſe ſequutum.*

1313 *Regula illa, in dubio meliorem eſſe poſſidentis conditionem, odia reſtringenda, pœnas mitigandas, reo fauendum,procedunt in caſibus dubiis in iure non expreſſis, ſecus in dubiis expreſſis in iure.*

In præfato dubio facti homicidij licèt quis cenſeatur irregularis quoad effectum abſtinendi à ſuſceptione, & vſu Ordinum;non tamen talis cenſetur quoad hoc, vt priuari debeat beneficio, & quoad alias pœnas ordinarias,num. 1315.& 1320.

1314 *Limitatur,*& *n.*1326.

1316 *Qui in pugna, ſeu bello emiſit ſagittas in aduerſarios,& dubitat,an aliquem occiderit,non eſt iudicandus irregularis.*

1317 *Qui conſuluit homicidium, & dubitat,an homicidium ſequutum ſit,nec ei certo conſtat fuiſſe admiſſum,non eſt cenſendus irregularis.*

1318 *Exiſtente dubio an fœtus fuerit, ſeu ſit animatus, an qui abortus cauſa eſt, ſit tanquam irregularis habendus,negant aliqui.*

1319 *Communiſſima,& recepta ſententia affirmat.*

1320 *In dubio de animatione fœtus præſumitur animatus quoad incurrendam irregularitatem;præſumitur verò inanimatus quoad pœnam corporalem,& criminalem euitandam.*

1321 *Fœtus quando animatus anima rationali cenſeatur, variæ ſunt Medicorum, & Philoſophorum, Iuriſperitorum, ac Theologorum ſententiæ; communis,& recepta ſententia eſt,quòd fœtus maſculus* 40. *fœmineus* 80. *die à conceptione regulariter,& ordinariè animetur,*& 1322.

1323 *Aliquando(licèt rarè id contingat)citiùs, aliquando tardiùs tam in mare, quam in fœmina anima infunditur.*

1324 *Poſt* 40. *dies à conceptione fœtus in dubio præſumitur maſculus,& animatus,& ita qui abortionis poſt dictum tempus ſequutæ cauſa fuit, eſt irregularis,*& 1325.

1326 *In abortione contingente poſt* 40. *dies fœtus præſumitur animatus non ſolùm quoad irregularitatem incurrendam, ſed etiam agitur criminaliter, quoad pœnam corporalem.*

1327 *Si conſtiterit abortum ſequutum fuiſſe ante* 40. *diem, & poſt trigeſimum à conceptione, an tunc in dubio præſumi debeat fœtum fuiſſe animatum quoad incurrendum irregularitatem,* ad 1329.

1330 *Quando*

Digitized by Google

1330 *Quando non conſtaret de tempore animationis, quotve dierum eſſet fœtus corruptus, & abortiuus, præſumi deberet animatus ſiue mas, ſiue fœmina; ſi corpus organizatum fuerit, habueritque lineamenta, ac diſtinctionem omnium membrorum.*

1331 *Quibus ſignis dignoſcatur, & probetur fœtus conceptio.*

1332 *Quando vnus à pluribus ex præmiſſo conſilio, & ſociali conſenſu occiſus eſt, omnes ſunt irregulares, ſiue ſciri nequeat quis occiderit, ſiue conſtet quis vulnus lethale intulerit.*

1335 *Si plures ſimul in rixa ſubitò oborta aliquem occiderunt, & poſt moralem diligentiam dubium ſit, quis eorum vulnerauerit, vel vulnus lethale intulerit, nullus punitur in foro externo pœna homicidij ordinaria criminali.*

1336 *Secus quoad pœnam ciuilem, & damnum datum, ad quod integram ſoluendam omnes ſimul tenentur, & vno totum perſoluente, is poterit agere aduerſus alios actione negotiorum geſtorum, vt contribuant, quod loco illorum ſoluit.*

An verò omnes ſint cenſendi irregulares, negant aliqui ſaltem quoad forum externum, d. num. 1332.

At communis affirmat vtroque foro inſpecto. d. num. 1336.

1337 *Sequuto homicidio in repentina rixa, quilibet ex rixantibus dubitans an cooperatus ſit ad homicidium percuſſione aliqua, vel ſua aſſiſtentia ſe debet reputare irregularem.*

1338 *Si omnes rixantes percuſſerunt, licèt nullum dignoſcatur vulnus lethale, ſequuto homicidio, omnes ſunt irregulares.*

1339 *Imò omnes tenentur de occiſo, & pœnam ordinariam incurrunt.*

1341 *Si conſtet qui ex ſimul rixantibus occiderit, ſeu lethale vulnus intulerit, is ſolus tenetur de homicidio, reliqui tantùm de vulnere.*

1342 *Imò hunc ſolum fore cenſendum irregularem, & non reliquos, ſiue percuſſerint, ſiue non, tenent plures n. 1340.*

Communis verò opinio aſſerit omnes habendos tanquam irregulares d. n. 1342.

1343 *In prædicto caſu, qui fuit auctor rixæ, ſiue lethaliter percuſſerit, ſiue non, irregularitatem incurrit.*

1344 *In eodem caſu ordinariè omnes ſunt cenſendi irregulares.*

1345 *Secus verò ſi ex coniecturis appareret aliquem non eſſe cooperatum vllo modo ad homicidium ab alio rixante commiſſum.*

1346 *Cùm vnus occiditur à pluribus eum oppugnantibus, ſeu aggredientibus, quamuis vnus tantùm percuſſerit, omnes ſunt irregulares, non tantùm quando ex præuiſo conſilio, ſed etiam quando ſubitò aggreſſi ſunt, ſi percutiens aliorum aggreſſione fuit animatus, aut defenſus, aut adiutus.*

1347 *In bello iniuſto omnes milites, quamuis ſint plura millia, & etiam ſarcinas cuſtodientes ſunt irregulares.*

Licèt Coninch limitet ad 100. milites ex circunſtantibus occidentem, ibid.

Soli illi ſunt irregulares, qui fuerunt occiſo cauſa, cur hic, & nunc pugna facta ſit, ibid.

Dux belli iniuſti ſemper eſt irregularis, quoties ab alterutra parte aliquis occiditur, ibid.

1348 *Quando plures ex aliqua feneſtra domus ſolùm ex negligentia culpabili proiecerunt ſinguli ſingulos lapides, & prætereuntem ictu vnius lapidis occiderunt, omnes ſunt puniendi pœna extraordinaria.*

1349 *Nullum autem eſſe irregularem affirmant aliqui.*

Contrarium ſi negligentia fuerit notabiliter culpabilis, ibid.

1350 *Si vnus tantùm proiecit lapidem, ex cuius ictu pertranſiens occiſus eſt, & ignoretur quis proiecerit, iudex neminem poterit in foro iudiciali declarare irregularem.*

1351 *A quibus incurratur irregularitas ſequuta morte percuſſi, quando ſine præmiſſo conſilio vnus percuſſit priùs, & poſtea percuſſit alius ſuperueniens, remiſſiuè.*

1352 *Qui aliquem vulnerauit lethaliter, qui poſtea alia de cauſa, puta, naufragio, vel ictu bombardæ, vel alia percuſſione ſtatim interiit, an ſit irregularis.*

Extra caſum homicidij in dubio facti, cui in iure ſtatuta eſt irregularitas, quem eſſe cenſendum irregularem docuerunt plures, ibid.

1353 *Contrarium tenet ſententia hodie magis recepta, ad 1356.*

1355 *Pœna an extendi debeant ad ſimiles caſus, & ſeq.*

1357 *In dubio homicidij iuſti, v.g. in bello iuſte ſequuti, quis non debet cenſeri irregularis.*

1358 *Licèt contrarium minus probabiliter teneant aliqui.*

1360 *In dubio facti de mutilatione membri hominem ſe debere gerere tanquam irregularem, aſſerit vna ſententia.*

Altera, & probabilior negat n. 1359. & ſeq.

1361 *Qui occidit alium, vel illum mutilat gratia vitandæ propriæ mortis, vel mutilationis, aut grauis alicuius percuſſionis, non efficitur irregularis.*

Ad incurrendam irregularitatem ex homicidio, vel mutilatione membri, requiritur opus conſummatum, ibid.

1362 *Conſulentem mutilationem, ea ſequuta effici irregularem aſſerunt aliqui, ſed verius negant alij.*

1363 *Epiſcopum vigore Tridentini poſſe diſpenſare ſuper irregularitate occulta orta ex membri mutilatione negant nonnulli, probabilius affirmant alij.*

1364 *Nomine homicidij voluntarij intelligitur homicidium illicitum, & contra quintum præceptum.*

1365 *Epiſcopus vigore Tridentini poteſt diſpenſare ſuper irregularitate occulta orta ex homicidio iuſto, ſeu ex iuſta cauſa facto.*

1366 *Super irregularitate orta ex homicidio iuſto poſſunt diſpenſare omnes ij, qui habent priuilegium diſpenſandi ſuper omni irregularitate, excepta ea, quæ prouenit ex homicidio voluntario.*

1367 *Certus de conſilio, vel mandato, vel auxilio dato ad homicidium, & eo ſequuto dubius, an conſilium, vel mandatum, aliáve ſua actio iniuſta influxerit in homicidium, an vero principalis delinquens ſecluſo conſilio, &c. adhuc eſſet commiſſurus, non eſt cenſendus irregularis, iuxta aliquos.*

1368 *Communis autem ſententia contrarium tenet.*

1369 *In hoc dubio præſumptio, & poſſeſſio non ſtat pro conſulente, eiúſve innocentia, ſed pro cooperatione, & iniuſta actione, & conſulens, vel mandans cenſetur homicida, ac punitur pœna homicidij ordinaria.*

1370 *Variæ coniecturæ ex quibus dignoſci poteſt, an principalis delinquens ex ſe, an verò conſilio, vel mandato, aut alia alterius iniuſta actione motus, ſeu animatus homicidium perpetrauerit.*

1371 *Quando facta diligentia is qui conſilium, vel mandatum dedit, aut adiuuit, dubitat an homicidium fuerit*

fuerit à principali commiſſum, necne, eſt cenſendus irregularis.

1372 *Si dubium eſt, an conſilium, vel mandatum datum ſit, non incurritur irregularitas.*

1373 *Non incurritur irregularitas, ſi conſtet conſilium datum eſſe ex ignorantia.*

1374 *Eum, qui conſuluit, vel mandauit fieri homicidium, vel furtum, vel aliud damnum; vel delinquentem principalem aſſociatus eſt, & facta diligentia dubitat, an abſque ſuo conſilio, vel mandato, aut alia iniuſta actione ſua principalis illud eſſet commiſſurus, ad aliquam reſtitutionem teneri negant plures Doctores.*

1375 *At ad reſtitutionem totius damni, principali non reſtituente, teneri probabilius affirmant alij, ſi nulla ſit veriſimilis coniectura, quod conſilium, &c. non influxerit in damnum ſequutum n. 1380.*

Licèt aliqui velint ſolùm teneri ad reſtitutionem maiorem, vel minorem, iuxta quantitatem dubij. num. 1379.

1376 *Quando ſunt coniectura, & rationes probabiles, quod iniuſta ratio non influxerit in homicidium, furtum, aut aliud damnum, in dubio tam inaquali, quàm aquali nulla eſt obligatio reſtituendi.*

1378 *In dubio efficacis cooperationis ex ſola omiſſione culpabili quis non tenetur ad reſtitutionem damni ab altero dati.*

Depoſitarius, vel commodatarius, vel locatarius dubius, an ſua culpa depoſitum, vel commodatum, vel res locata perierit, in foro conſcientia non tenetur ad reſtitutionem, quamuis quoad commodatarium, & locatarium contrarium ſentiat quidam recentior, ibid.

Depoſitarius in foro externo praſumitur in dolo, ſi res ſua appareant incolumes, ibid.

Secus ſi conſtet non potuiſſe ſeruare res alienas, & ſuas, etſi viliores, ibid.

§. XLI.

In dubio facti, cui à iure conſtat eſſe impoſitam irregularitatem, an debeat cenſeri contracta irregularitas, ſeu quis ſe gerere debeat tanquam irregularis, & abſtinere ab actibus, qui irregularibus prohibiti ſunt.

SEcũda difficultas eſt, an in dubio facti de delicto, cui conſtat in iure eſſe annexam, ſeu impoſitam irregularitatem, contrahatur irregularitas, ſeu cenſendus quis ſit irregularis; & difficultas ſicut in præcedentibus procedit in dubio poſt factam moralem diligentiam ad illud vincendum remanente.

Quid in dubio facti de homicidio, an nimirum in tali dubio quis ſit habendus in vtroque foro tanquam irregularis.

CIrca quam difficultatem in primis videndum, an in dubio facti homicidij, v.g. an ex vulnere inflicto ſequuta ſit mors, an verò potiùs à ſuperueniente morbo, vel ex iniuria Medicorum inducatur irregularitas, ſeu quis cenſendus ſit irregularis, vt videtur affirmatiuè deciſum *in cap. ad audientiam, & in cap. ſignificaſti 1. de homicidio.*

Prima ſententia.

1370. ET prima ſententia eſt, in tali dubio neminem in ſuo talem conſcientiæ eſſe habendum irregularem; ſi dubium ſit æquilibrij, ſeu æquale, ita Henriquez *lib. 14. c. 3. n. 3.* litera A. & poſt *literam D. & n. 4. per totum*, & præſertim *in fine, & in gloſſa E. & cap. 14. n. 3.* Probat primò, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis, at hic dubitans poſſidet libertatem; ſecundò quia odium iure humano debet reſtringi ad caſum indubitatum, & in pœnis mitior pars tenenda, iuxta iura *n. 129n.* allegata. immò propter has rationes ait idem Henriquez *locis citatis*, neque etiam in foro exteriori in huiuſmodi dubio æquali debere iudicem damnare hominem de irregularitate. *& d. c. 14. n. 3. litera E, & in gloſſa, & c. 14. n. 3. litera O. P.* ait Couaruuiam loco *infrà* allegando, & alios recentiores Theologos generaliter aſſerentes in tali dubio, quem cenſendum irregularem, & tutiorem partem eſſe ſequendam, intelligendos eſſe ſtante dubio ante diligentiam moralem factam ad dirimendum dubium; ſecus (inquit) ſi poſt illam, aut per bonam rationem, aut ſapientis conſultationem deponat practicè dubium. & hoc idem quod in dubio facti æquali de homicidio nemo ſe pro irregulari gerere debeat, tenuiſſe aliquos recentiores, refert Rebellus *de oblig. iuſt. p. 1. lib. 1. quæſt. 2. n. 13. verſic. Non deeſt.* qui ſicut, & Henriquez *locis citatis*, præſertim *d. c. 14. n. 3.* ſenſerunt *d. c. ad audientiam, & c. ſignificaſti 2. de homicid.* procedere ſolùm, quando homicidium ita eſt dubium, vt veriſimilius, & probabilius ſit fuiſſe perpetratum; id quod videtur declarari *in d. cap. ſignificaſti 2. in fine*, ibi, *Non videtur idem Sacerdos à pœna homicidij penitus excuſari, tum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit, quod cùm graue ſit, non ſolet leuem plagam inferre; tum ratione partis, in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis lethaliter ſolet lædi.* Et hanc eandem ſententiam exiſtente dubio æquali non improbabilem dicit Rebellis *vbi ſuprà*, Salas quoque 1. 2. *tract. 8. diſp. vnica n. 70.* ait, ſibi non videri improbabile, quod in dubio facti iuxta Henriquez & Polancum ab Henriquez allegatum, nemo cenſendus ſit irregularis; & eo magis in dubio æquali facti homicidij poſt factam diligentiam non cenſeri quempiam irregularem, vt debeat abſtinere à ſacro exercitio, affirmat idem Henriquez *d. cap. 3. n. 4. litera M*, ſi adeſſet periculum ſcandali, & damni, & non eſſet facilis recurſus ad diſpenſationem, quod etiam Salas abſolutè approbat *d. num. 70.* vbi communem Doctorum aſſerentem in foro interno dubium de homicidio cenſendum eſſe irregularem quoad hoc, vt à miniſterio Altaris abſtinere teneatur, limitat ſi non ſit aliud incommodum præter abſtinentiam à miniſterio illo; ſecùs verò (ait) eſſet, ſi immineret vitæ, honoris, aut famæ periculum. † De- 1308.
mum etiam Suarez *de cenſuris d. diſp. 40. ſect. 6. n. 10. & 11.* tanquam probabile putat in caſu dubij homicidij eum qui poſt moralem diligentiam adhuc remanet dubius, non teneri foro interiori, & in conſcientia abſtinere ab exercitio ſacrorum, donec ei per ſententiam à ſuperiore, ſeu iudice iniungatur, præſertim ſi homicidium ſit occultum. Probat Suarez, quia in illis textibus *cap. ad audientiam, & c. ſignificaſti*, non ſunt (inquit) aliqua verba, quæ cogant dubium de homicidio teneri abſtinere ante iudicis iniunctionem; ſed ſeclusis illis iuribus ex ſola ratione, aut ex aliis iuribus non conſtat, vt ex dicendis *infrà* patebit; ergo, &c. maiorem comprobat Suarez, quia deciſiones illorum textuum videntur habere locum in foro exteriori, ſi quidem *in cap. ad audientiam*, verba Pontificis non diriguntur ad ipſum met irregularem, ſed ad iudicem, ſeu Prælatum, cui dicitur, *vos cõmoneatis iniũgere Presbytero memorato, vt in ſacris Ordinibus non miniſtres.* quę verba videntur requirere hominis ſententiam, ſeu præceptum, & aliquis du-

bius in tali caſu teneretur ab omnibus Ordinibus abſtinere, cùm irregularitas homicidij ab omnibus ſeparet, & tamen ibi dicitur non eſſe à minoribus Ordinibus ſeparandum: *in cap.* autem *ſignificaſti*, licèt dicatur non præceſſiſſe accuſationem, vel denunciationem, ſed ſolam petitionem conſilij ſalutaris ab ipſomet reo factam, nihilominus, (inquit idem Sanchez) reſponſio Pontificis videtur etiam inferri ad forum externum, in quo ille dicitur habendus vt homicida; vt tradit Nauarrus *in cap. ſi quis autem n.*37. *de pœnit. d.* 7. vbi allegat Felinum *in d.cap. ad audientiam*, qui dicit illa iura procedere in foro exteriori non omninò contẽtioſo, quod incipit ab accuſatione, vel denunciatione, ſed mixto quodam modo ex interiori, & exteriori, quatenus ſcilicet, aliquis ſe ipſum accuſat, petens tamen iudicium, & expeditionem in foro exteriori. & huic ſentẽtiæ idem Suarez *n.*11. *fine*, ait fauere Marianum Socinum in *d. c.ad audientiam*, *n.*46. quatenus ſolùm dixit in dubio facti homicidij quoad forum conſcientiæ concludendum eſſe, vt quis abſtineat à Diuinis, & ſe exiſtimet irregularem eſſe: quod poteſt (ſubdit Suarez) intelligi eſſe conſulẽdum, vt meliùs, & ſecuriùs, non autem tanquam neceſſarium ante iudicis ſententiam, nam tunc vult idem Suar. *eod. n.*11. quòd etiam in foro interiori, & conſcientia teneatur abſtinere à Diuinis, iuxta deciſionẽ dictorum duorum capitum. facere etiam videtur Innocentius *in d.cap.ad audientiam*, vbi indiſtinctè (vt refert etiam Couarruuias *in Clem. ſi furioſus, de homic. initio n.*3. *p.*1.) affirmat, in dubio non eſſe quem cenſendum irregularem, quia à iure humano eſt irregularitas inducta.

Secunda ſententia.

1309. SEcunda ſententia affirmat in huiuſmodi dubio facti homicidij in foro conſcientiæ, & interiori ce ſendum quem irre ulatem, & teneri abſtinere à Diuinis; in foro verò exteriori, & iudiciali nequaquam, nec iudicem poſſe ipſum per ſententiam pronuntiare, ſeu declarare irregularem. ita Panormitanus, & alij Iuriſperiti & Summiſtæ relati *ſupra num.* 1176. & latiùs Ioannes Valerus *ibidem* citatus, *verb. irregularitas, diff.* 5. & alij, quos Couarruuias *d.n.*3. *initio*, & Garzias, & Sanchez locis *eodem n.*1176. allegatis, referunt; præfatus enim Panormitanus, Io. Andreas, Ananias, Cardinalis, Socinus, & alij *in d. cap.ad audientiam*, cenſent *d.cap.ſi qui, de ſent.excom.* vbi definitur non contrahi irregularitatem, niſi in caſibus in iure expreſſis procedere in foro exteriori: prædicta autem capita *ad audientiam*, & *ſignificaſti* 2. in ſolo foro conſcientiæ intelligenda, non verò in foro exteriori, & iudiciali; fundamenta vtriuſque partis huius ſententiæ latè explicata ſunt *ſupra à d. num.* 1176. *ad* 1179. vbi adductæ ſunt ex Valero coniecturæ, quòd dicta duo capita ſolùm de foro exteriori intelligi debeant.

Tertia ſententia, & tenenda.

1310. TErtia ſententia magis communis, magiſque recepta eſt, quòd etiam poſt factam moralem diligentiam in dubio facti de homicidio quis in vtroque foro ſit cenſendus irregularis quoad effectum abſtinendi à Diuinis, nempe à receptione, vel vſu Ordinum. ita Nauarrus *in d.cap. ſi quis autem, num.*36.37. & 38. *de pœnitent.d.*7. Couarruuias *in d. Clem. ſi furioſum d. num.*3. Flores de Mena *variarum lib.*1.*quæſt.*9 *num* 18. Garzias *de beneſ.p.*7. *cap.*2. *num.* 18. Auguſtinus Barboſa *Collectaneo ad dictum cap. ad audientiam n.*2. Hugolinus *de cenſuris cap.*4.§.2. *num.* 3. Valentia *tom.*4. *diſp.*7. *quæſt.*19. *part.* 3. Molina *de inſt. tract.*3. *diſputat.*67. *num.*6. Auila *de cenſ. part.*7. *diſp.*2. *dub.*5. Azorius *part.*1. *lib.*2.*cap.*19.*q.*10.*fine*, & *q.*11. Sayrus *de cenſ.lib.*6.*cap.*2.*num.*16 & *lib.*1.*clauis*, *cap.*13.*num.*23. & 24. Sanchez *de matr. lib.*2. *diſp.*41. *num.*9. & latiùs *lib* 1.*ſum.cap.*10. *num.*42. & *ſeqq.* Coninch *de Sacram. diſp.* 18. *num.* 231. (licèt indicet ſe exiſtimare probabilem etiam priorem ſententiam.) Rebellus *de obligat. inſt.p.*1.*lib.*1.*quæſt.*2.*num.*13. Layman *d.lib.*1. *tract.*1. *cap.*4. *num.* 39. Filliucius *tom.*1. *tract.*21.*cap* 4.*num.*166. Gordonus *lib.*7.*q.*17. *num.*27. Villalobos *d.diff.*22. Fagundez *lib.*2.*in Decalog.cap.*10. *num.*11. Diana *part.*3.*tract.*5.*reſolut.*72. Porrel *v.abortus in addit. num.*1. & *verb.* & *irregularitas num.* 31. Stephanus Bauny *Theolog. moral tom.* 2. *tract.* 11. *q.*4. Fragoſus *de regim. Chriſtiana Reipublica p.*1. *lib.* 4. *diſp.*10.*num.*213.*verſic.ſed an ſemper.* Ariaga 1.2.*tom.*1. *diſp.*25.*num.*16.*d.num.*70. & *num.*170. & 171. & *num.* 177. cum limitatione tamen poſita *ſupra num.* 1307. *fine*. eandem ſententiam cum eadem limitatione tenet Martinus Breſſerus *d.lib.* 4.*cap.*8, quoad partialem irregularitatem, nempe inhabilitatem vtendi Ordinibus ſacris, ſeu maioribus; ſecùs quoad inhabilitatem vtendi aliis Ordinibus, id probans ex *cit. cap.ad audientiam*, vbi in dubio homicidij poſtquam Pontifex dixit, *te conuenit iniungere Presbytero memorato, vt, in ſacris Ordinibus non miniſtret*, addit, *poteris concedere vt minoribus Ordinibus ſit contentus.* quibus verbis (inquit Breſſerus) S. Pontifex non declarat illum eſſe irregularem abſolutè, ſed tantùm priuat eum vſu Ordinum ſacrorum, ſeu maiorum, ac proinde expreſsè permittit vſum minorum. Fundatur igitur hæc ſententia in conſtitutione, ſeu lege ſummorum Pontificum, qui expreſsè *in d.cap.ad audientiam*, & *in d. cap. ſignificaſti* 1. *de homicidio*, in hoc caſu dubij homicidij ob reuerentiam, ac decentiam rerum ſacrarum, & præſertim ſacri miniſterij Altaris definierunt tutiorem partem eſſe ſequendam, & cenſendum quem irregularem ad hoc vt teneatur abſtinere à Diuinis, & præſertim à miniſterio Altaris: & in vtroque capite loquuntur Pontifices in vtroque foro, tum quia ratio tradita in vtroque textu, ſcilicet, quòd in hoc dubio pars tutior minus tutæ præferenda ſit, vt ſic periculum peccandi euitetur, procedit in vtroque foro. Tum quia quod in vtroque capite Põtifices loquantur in vtroque foro, oſtendunt tradita *ſuprà n.* 1178. videtur enim conſtare expreſsè ex *d. cap.ad audientiam*, ibi, *ad audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit.* & paulò inferiùs Pontifex præcipit Epiſcopo, vt Sacerdotem illum habeat pro irregulari, & miniſtrare prohibeat, ibi, *vos conuenit iniungere Presbytero memorato*, &c. quod præceptum certè fieri debet in foro exteriori. in eodem etiam textu loquitur in foro externo, ibi, *poteris concedere, vt minoribus Ordinibus ſit contentus.* vbi Gloſſa finalis dicit, id poſſe concedi diſpenſando; ſi ergo diſpenſatione eget, eſt in vtroque foro irregularis: ex quo etiam contra Breſſerum probatur in hoc dubio homicidij iuxta dictum caput quem incurrere irregularitatem totalem, etiam quoad vſum Ordinum minorum, & etiã quoad illorum ſuſceptionem, id quod etiam confirmatur, quia in dictis teſtibus in odium homicidij ſtatuitur irregularitas in dubio, & ita totalis quoad abſtinendum à Diuinis. Textus etiam *in c.ſignificaſti*, licèt in eo non præceſſerit accuſatio, vel denũciatio, ſed ſpontanea accuſatio, ac proinde fortè non loquatur in foro externo puro, & omninò contentioſo, loquitur tamen ſaltem in foro mixto ex interiori, & contentioſo, vt dictum eſt *ſuprà num.*1308. & notarunt Felinus, & Nauarrus *ibidem* relati, & Couarruuias *dict. num.* 3. & de externo rectè intelliguntur

illa

illa verba, *à ſacerdotali officio debet abſtinere*; cùm verbum, *debet*, importet regulariter præceptum, vbi aliud non colligitur ex materia, quæ tractatur iuxta Sanchez *lib.4. de matrim. diſput. 23. num.2.* & alios ab eodem citatos. Neque etiam verum eſt, textum *in d.cap.is cui, de ſentent. excomm. in 6.* loqui ſolùm in foro exteriori; nam loquitur etiam in interiori, & dicit, quòd non incurrit laqueum irregularitatis; ergo non loquitur tantùm in foro exteriori. at de foro etiam exteriori intelligunt Doctores communiter relati *ſuprà num.* 1290. & conuincit allegata ratio, quòd forum interius non diſcrepat ab exteriori, quando hoc non fundatur in falſa præſumptione. Poſito autem quòd in caſu dubij homicidij in foro externo quis à iudice, ſeu Prælato condemnabitur, ſeu condemnari debet tanquam irregularis, & arceri ab exercitio Sacrorum, iuxta prædictorum duorum capitum deciſionem; ergo etiam in foro conſcientiæ, & ante illam ſententiam cenſendus erit, & damnandus tanquam irregularis, & tenebitur abſtinere à Diuinis, quia vbi non agitur res ex præſumptione, vnum forum non diſcrepet ab alio, iuxta tradita *ſuprà num.* 1178. *& num.* 1189. & Doctores commu-
1311. niter *ibidem* allegatos. † Et quòd non ſit expectanda declaratio, aut ſententia iudicis, & hæc obligatio abſtinendi à Diuinis, ſeu ab vſu Ordinum actiuo, & paſſiuo, in hoc caſu dubij homicidij habeat locum in foro interiori, docent in terminis Sanchez *d.num.*42. Salas *d.num.* 177. & Gordonus *vbi ſuprà.* & ita certè ſentiunt communiter prælegati Doctores, & alij, cùm in huiuſmodi dubio facti homicidij aſſerant ſimpliciter quem ſe gerere debere pro irregulari, & teneri abſtinere à Diuinis non requirentes iudicis ſententiam, cuius nullam faciunt mentionem. Neque obſtat, quòd irregularitas imponatur in pœnam, & ita egeat iudicis ſententia; nam licèt ſtatuatur in pœnam, nihilominus cùm ſit pœna ſuâ naturâ non indigens aliqua iudicis ſententia, ius eam inducens cenſetur illam ita ſtatuere, vt ex facto ipſa oriatur in vtroque foro, nulla iudicis declaratione, ſeu ſen-
1312. tentia expectata. † Neque etiam ad incurrendam in hoc caſu dubij homicidij irregularitatem in vtroque foro requiritur, vt veriſimilius appareat fuiſſe commiſſum homicidium, ſi maior veriſimilitudo adhuc relinquat rem dubiam verè; vt in terminis aiunt Garzias, Salas, Sanchez, Rebellus, & Auguſtinus Barboſa *locis citatis*; & alij etiam pro hac ſententia allegati, qui abſolutè loquuntur in dubio non diſtinguentes inter dubium æquale, vel inæquale; & ratio eſt, quia ſtante vero dubio in quacunque materia cuiuſcunque virtutis, licèt pro vna parte ſit maior veriſimilitudo, non obligatur dubitans ad id, ad quod non obligaretur in dubio æquali, nec deobligatur ab eo, ad quod obligaretur in æquali dubio, vt *ſuprà num.* 1185. *& n.* 1196. oſtenſum eſt. Nec Innocentius *in d.cap. ſignificaſti* 2. loquitur ſolùm quando eſt veriſimile homicidium eſſe perpetratum, nam prius quæſtionem decidit, iuxta *cap. ad audientiam*, videlicet, quando eſt dubium, vt diſcerni non poſſit, an ex percuſſione ſecutum ſit homicidium, tunc percuſſor pro irregulari habeatur; deinde ex deciſione, quaſi ex ſuperabundantia addit in propoſito caſu probabilius homicidium fuiſſe ſubſecutum; vel potiùs tertium caſum (inquiunt Sanchez, & Rebellus) decidit, declarans percuſſorem aliis etiam pœnis pro homicidio affici debere, quòd moderamen inculpatæ tutelæ
1313. exceſſiſſe appareat. † Immò etiamſi dubitans potiùs inclinaret in eam partem, vt homicidium ex ſuo facto non fuerit ſequutum, adhuc in vtroque foro cenſendus erit irregularis, iuxta dictos textus. Vt etiam in terminis tradunt Garzias, & Sanchez, & probat ratio *numero præcedenti* adducta. & tradita *d.num.* 1195. & ſentiunt Doctores *ibidem* relati; dum enim res manet dubia, & ſine alicuius partis aſſenſu probabili, habet locum deciſio textuum, qui loquuntur abſolutè in caſu dubio, & paruus ille exceſſus non eſt habendus in conſideratione, quoad obligandum, vel deobligandum, vbi non erat, vel erat obligatio in dubio æquali.

Porrò (vt ſatisfiat fundamentis aliarum ſenten- 1314.
tiarum *ſuprà* 1177. *&* 1179.) regulæ illæ, quòd *in dubio melior eſt conditio poſſidentis*; *odia reſtringenda, pœna mitiganda, reo fauendum*, &c. non rectè applicantur ad hoc dubium facti homicidij, in quo in dictis duobus textibus deciditur expreſsè Reum in vtroque foro condemnandum tanquam irregularem ad effectum abſtinendi à receptione, & vſu Ordinum. Quare illæ procedunt in caſibus dubiis non expreſſis in iure, non verò in expreſſis, vt eſt hic caſus dubij homicidij, quoad prædictum effectum abſtinendi à Diuinis, id quod in terminis etiam tradunt Nauarrus, Rebellus, & Sanchez, & colligitur ex aliis pro hac ſententia relatis. Quamquam procedant etiam in hoc caſu, quoad alias pœnas, quæ pro delicto homicidij in foro exteriori imponuntur. Quare

In dubio facti homicidij quis non cenſetur irregularis, quoad hoc, vt debeat priuari beneficio, & quoad pœnas ordinarias delicto impoſitas.

Dixi modò, & in propoſitione huius tertiæ ſen- 1315.
tentiæ, *quoad effectum abſtinendi à ſuſceptione, & vſu Ordinum* nam etiam in huiuſmodi dubio facti de homicidio quis non debet, neque etiam in exteriori foro cenſeri, & iudicari irregularis, quoad hoc, vt debeat, vel poſſit ſpoliari beneficio, & quoad alias pœnas ordinarias, quæ pro homicidio, & pro irregularitate contracta à iudice imponi ſolent; hæ enim pœnæ in dubio imponi non debent, per dictas regulas, & per *l.abſentem, ff.de pœnis*, allegatam *ſuprà num.* 1177. ſed ad eas imponendas requiritur perſpicua talis delicti probatio, & eſt communis doctrina Iuriſperitorum, quòd pœna ordinaria ſtatuta delicto certo, non eſt imponenda delicto dubio, ſed extraordinaria pro qualitate dubij, & veriſimilitudinis, vt *ſuprà* etiam *num.*498. dictum eſt. & ita in his terminis tradunt Molina, Garzias, Auguſtinus Barboſa *vbi ſuprà*, *& in praxi exigendi penſiones, voto* 12. *num.*34. *&* 35. Sanchez *d. cap.*10. *num.*45. Sayrus *d.cap.*13. *num.* 24. Salas *d.diſput. vnica num.*176. Vazquez 1.2. *diſp.* 66. *cap.*1. *num.*5. Fagundez *d.cap.*12.10. *num.*15. & id præcipuè volunt Panormitanus, & alij Doctores *ſuprà num.* 1176. relati, aſſerentes neque in dubio iuris, neque in dubio facti de homicidio quem cenſeri, & iudicari debere in foro exteriori irregularem. Quamuis tamen (vt Molina *d.diſput.*76. *num.*6. & Garzias *d. num.*18 aduertunt,) ſi in hoc caſu dubij homicidij quis non abſtineat ab his, à quibus verè irregulares abſtinere debent, pro eo delicto vero, & certo commiſſo in non abſtinendo puniri condignè in foro exteriori poterit.

Qui in pugna emittit ſagittas in hoſtes, & dubitat an aliquem ex aduerſariis occiderit, an ſit cenſendus irregularis.

1316. CIrca autem præfatam tertiam ſententiam, & prædicta duo capita, aduertendum procedere in caſu, in quo certum eſt factum, ſeu homicidium, cui connexa eſt irregularitas, verè fuiſſe commiſſum, ſeu ſequutum; & quis dubitat, an ex ſuo facto ſecuta ſit hominis occiſio; in hoc enim dubio iuxta illa duo capita, & Doctores præallegatos quis ſequi debet partem tutiorem, & cenſere ſe irregularem quoad effectum abſtinendi à Diuinis, vt explicatum eſt. Sed quid ſi dubium ſit, an contigerit homicidium, ſeu aliquis ſit occiſus, vt in ea, qui in acie, ſeu bello, & multorum pugna emiſit ſagittas, ſeu globum igneum in aduerſarios; an etiam in hoc caſu dubitans ſit iuxta dicta duo capita cenſendus irregularis, quoad præfatum effectum. Reſpondendum cenſeo cum Gordono *vbi ſuprà*, non fore cenſendum irregularem, neque illa duo capita hunc caſum comprehendere, cùm de hoc nihil in illis habeatur, & loquantur quando ſupponitur irregularitatem eſſe certò annexam facto, nempe homicidio; & factum ipſum, ſcilicet, homicidium ipſum, ſeu mortem hominis ſecutam, & dubium ſolum eſt, an ex hoc facto, v.g. ex hoc vulnere inflicto ſecuta ſit, an ex morbo, aliáve cauſa. Confirmatur ex eo, quòd irregularitas non ſit alligata incertitudini factorum, ſed ipſi facto, & iam poſito in re; & durum eſſet priuare hominem ſua libertate, & eum obligare habendum ſe tanquam irregularem, & abſtinendum à Diuinis in caſu, in quo non conſtat, nec
1317. conſtare poteſt de facto, ſeu occiſione. † Et pro hac ſententia poſſunt allegari Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 44. Stephanus Bauny *tom.* 1. *Theolog. mor. tract.* 11. *q.* 36. *verſic. hac ſententia.* vbi dicit, quando is, qui conſuluit homicidium, dubitat, an homicidium ſecutum ſit, nec ei certò conſtat fuiſſe admiſſum, non eſt cenſendus irregularis. & clariùs etiam hanc eandem ſententiam approbant Præpoſitus *in* 3. *p. quæſt.* 5. *dub.* 8. *num.* 58. & Diana *p.* 4. *tract.* 2. *reſolut.* 16. vbi aiunt iuxta prædicta iura non cenſeri quem irregularem in dubio facti, ſolùm quando certò conſtat de morte illata, & dubitatur, quínam ex multis concurrentibus ſit homicida; & iuxta hanc declarationem, ſeu ſententiam poteſt intelligi Ariaga *d. diſput.* 25. *num.* 15. dum ait in dubio de homicidio non incurri irregularitatem, ſcilicet, quando eſt dubium an homicidium ſit verè ſecutum, non verò quando conſtat eſſe ſecutum, & ſolùm dubitatur, an ex meo facto ſit ſecutum. Quod autem *ibidem* dicit, ſcil. dubium de homicidio non eſſe dubium facti, (vbi non conſtat aliquem percuſſiſſe, alterum poſtea mortuum, & dubitatur, an ex percuſſione mortuus ſit, an verò ex alia cauſa ſuperueniente, quem dicit eſſe caſum *cap. ſignificaſti* 1. *&* 2. *& cap. ad audientiam, de homic.* (ſed iuris, ſicut eſt dubium de voto, (ſcilicet, an ſit emiſſum,) quia ante illud dubium dubitans poſſidebat libertatem, ſicut ante dubium voti; & homicidium ſit id, quo primò incipit obligatio abſtinendi à Diuinis, aut quo primò illam incurrit, ac proinde pertinet ad cauſam obligationis, ſeu ad ius, ſicut votum ipſum. Hoc, inquam, nullo modo eſt admittendum, quia licèt dubium de voto, an ſit emiſſum, licèt ſit verè facti, dicatur etiam iuris, quia votum cenſeatur quædam lex à ſe ipſo impoſita, tamen homicidium ſupponit legem irregularitatis, & non eſt id, quo incipit ius, ſed obiectum iuris, ſeu legis, & id, quo obligatio contrahitur, quod non tollit quin ſit dubium facti, alioquin nullum daretur dubium facti, quia ſemper factum ipſum, circa quod lex verſatur, illud prohibendo ſub tali pœna, eſt id, quo pœna ipſa contrahitur, & ita etiamſi certò conſtaret de percuſſione, & eſſet dubium de homicidio, an ex percuſſione fuerit ſecutum, diceretur dubium iuris: aliud autem eſt de voto, quia votum ipſum eſt lex ipſa, & obligatio, nullam aliam ſupponens cuius obiectum, ſeu materia ſit.

Qui fecit, mandauit, vel conſuluit abortum, in dubio, an fœtus eſſet animatus anima rationali, vtrùm habendus ſit pro irregulari.

HInc idem Præpoſitus *d. num.* 58. (vt referunt 1318.
etiam Diana *d. reſolut.* 16. & Stephanus Bauny *d. tract.* 11. *q.* 32. *verſic. cenſuere*) aſſerit, eum, qui præbuit abortui cauſam, v. g. præbuit pharmacum ad abortiendum fœtum, vel alio modo fiat cauſa abortus ſecuti, illum faciens, vel fieri mandans, aut conſulens, in dubio an fœtus ſit animatus anima rationali, non incurrere irregularitatem vllam, ſeu non eſſe cenſendum vllo modo irregularem, ſi poſt diligentiam moralem adhuc maneat illud dubium, quam ſententiam tenuiſſe etiam Emanuelem de Mauta teſtatur præallegatus Diana *d. reſolutione* 16. vbi etiam illam probabilem dicit, & eandem ſententiam tenere Gomezium 3. *var. cap.* 3. *num.* 32. *verſus finem*, referunt iidem Diana, & Bannes *locis citatis*, eo quòd affirmet in dubio fœtum præſumi debere inanimatum, quod approbat etiam Baiardus ad Clarum *quæſt.* 68. *verſic. idem adde quod in dubio.* Probatur hæc ſententia ex Præpoſito; quia in hoc dubio, facta debita diligentia, remanente, quis non eſt cenſendus irregularis ex eo, quia irregularitas appoſita eſt homicidio, quia hîc, & nunc dubitatur, ſeu dubium eſt, an commiſſum ſit homicidium, neque ex eo, quòd in dubio homicidij debet quis ſe tanquam irregularem habere, iuxta dicta *cap. ad audientiam, & c. ſignificaſti* 1. *de homicidio.* nam hoc iura prædicta decernunt, quando certum eſt de morte alicui illata; & dubitatur, quínam ex multis concurrentibus ſit homicida, ac proinde ſupponunt ſubiectum capax mortis: in hoc autem caſu dubium eſt, an homicidium commiſſum ſit, necne, quia dubium verſatur circa conditionem ſubiecti, an ſcilicet viueret, necne; vnde diſpoſitio iuris in dictis capitibus (concludit idem Præpoſitus,) non facit pro hoc caſu, & ſic in eo non incurritur irregularitas.

Communiſſima tamen ſententia Doctorum te- 1319.
nenda, eſt, in dubio, an fœtus eſſet, ſeu ſit animatus anima rationali, vel non, eum, qui præbuit cauſam abortui ſecuto, cenſendum eſſe irregularem, quoad effectum abſtinendi à ſuſceptione, & vſu Ordinum, ſi facta morali diligentia, v.g. ſi ex ſignis materiæ eiectæ, vel ex die coitus, vel aliunde non poſſit deprehendi, ita vt pellatur omnis dubitatio. ita præter plures Canoniſtas, quos refert Sanchez *lib.* 1. *ſumm. d. cap.* 10. *num.* 43. Nauarrus *in manuali cap.* 27. *num.* 223. Gomez *loco citato.* Farinacius *in praxi crimin. tom.* 4. *quæſt.* 122. *num.* 138. *&* 2. *p. fragm. num.* 444. Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap. ad audientiam num.* 5. *& collectaneo ad Decreta diſtinct.* 5. *initio, & de poteſtate Epiſcopi p.* 3. *allegat.* 51. *num.* 141. *& in praxi exigendi penſiones voto* 17. *num.* 27. Quaranta *v. abortus num.* 5. Sylueſt. *v. abortus, verſus finem, & v. homicidium* 1. *num.* 3

Sotus

Sotus *in 4.diſt.25.q.1.art.3.concl.4.* Henriquez *lib.14.cap.3.§.4.litera S.& G.* in textu,& Gloſſa, *& cap.15.num.6.* Auila *de cenſuris p.7. diſp.6. ſect.4.* Molina *d. diſp.67.num.6.* Saytus *de cenſuris lib.6. cap.15. num.9. & lib.7.cap.2.num.5.* Sanchez *d.num. 43.* Rebellus *de iuſtit.p.2.lib.3.q.19.num. 17.* Portel *in dub. reg.v.abortus,in addit. num. 1.* Scortia *in ſelect. conſtit. theoremate 388.* Stephanus Bauny *d.q.11. verſic. verùm etiam,* Raynaudus *de ortu infantium cap.10. num.35.& 47.* Trullench *in Decalog.tom.2.lib.5. dub.3. num.2.* Merolla *in diſp.theol.tom.1.diſp.3.cap.3.num.247.* Fagundez *d.cap.12.num.15.* Filliucius *tom.2.tract. 19.cap.6. num.100 fine.* Villalobos *tom.2.tract.12.diff.14.num.1.* & innumeri alij,quos referunt Saytus, Sanchez,& Fagundez, & ab hac ſententia in praxi non eſſe recedendum,ait Diana *vbi ſuprà.* Probatur hæc ſententia, quia deciſiones in textibus *dictis cap.ad audientiam,& cap.ſignificaſti 2.de homicid.* videntur clarè habere locum, in hoc caſu; nam hoc dubium eſt de facto homicidij,& ſupponitur certum delictum, ſeu factum,ſcilicet occiſio,ſeu extinctio iniqua fœtus,& ſolùm dubitatur, an anima rationali eſſet informatus; vnde eſt diſpar ratio eius, qui in pugna emittit ſagittas, & dubitatur an aliquem occiderit, nam tunc nullo modo conſtat de facto, ſeu occiſione. Confirmatur, quia is, qui in tali dubio facit,mandat,vel conſulit, peccat reuera peccato homicidij,vt omnes fatentur,& conſtat ex dictis *ſuprà num.1148.* ergo iuxta dicta iura cenſeri debet irregularis quoad præfatum effectum abſtinendi a receptione,& vſu Ordinum.nam ſpecialiter in odium homicidij prædicta iura volunt in dubio facti homicidij quem habendum eſſe in vtroque foro tan-
1320. quam irregularem. † Gomez autem, & Baiardus locis *ſuprà* citatis docent ſolùm quòd in dubio an fœtus præſumatur animatus,ſi agatur criminaliter, præſumitur inanimatus ad excluſionem pœnæ corporalis; ſecus verò quoad irregularitatem, & quoad irregularitatem, & non quoad pœnam corporalem intelligendos Ananiam,& alios Doctores aientes in dubio de animatione fœtus, eum, qui fuit cauſa abortus,cenſeri homicidam;quam doctrinam iam *ſuprà num.1315.* probauimus, & tradunt omnes Doctores *ibidem* citati, volentes in dubio facti homicidij, quem cenſeri homicidam, & irregularem quoad effectum abſtinendi à Diuinis, non verò quo ad alias pœnas: & in dubio de animatione fœtus, quando agitur criminaliter, & ad pœnam corporalem præſumi fœtum inanimatum, ad excluſionem pœnæ, tradunt etiam Farinacius *d.num.138.& d. num.444.* Nauarrus *conſil.46.de homicid.* Proſper de Auguſtino *addit ad Quarantam d. v. abortus litera B.* & Barboſa *d.voto 12.num.31. & d.allegat. 51.n.139.* Addens tamen ſecus eſſe ſi abortus accidat poſt 40. dies à conceptione, quia tunc cenſetur animatus anima rationali.

Fœtus quando, ſeu quo tempore à conceptione animetur,ſeu præſumi debeat animatus anima rationali.

1321. PRo qua re,& prædictorum maiori explicatione ſciendum, quòd licèt ſint Medicorum, Philoſophorum, ac aliorum diuerſæ ſententiæ circa tempus, quo fœtus recipiat animam rationalem. nam Ariſtoteles *lib.7.Hiſtoriæ animalium cap.3.& 9.* aſſerunt fœtum fœmineum animari nonageſimo die à ſuſcepto ſemine, ſeu à conceptione. Auicenna *lib.9. de natura animalium cap. 3.* vult marem animari 30 die.D.Auguſtinus (vt refert Saytus *de cenſuris lib.7.cap.1. num. 3.*) dixit animari diebus 46. Ludouicus Bonaciolus *in Enneade mul.cap.3.num.1.* diebus vtplurimum 45. ſiue fœtus ſit maſculinus; ſiue fœmineus. Leuinus (quem adducit Leſſius *lib.2.de iuſtit.cap.9.num.65.*) ex ſententia Hippocratis *lib. de natura pueri*, dicit maſculi formationem, & animationem perfici, & contingere aliquando die trigeſima, aliquando die trigeſima quinta, aliquando die 40. aliquando 45. formationem verò, & animationem fœminæ accidere aliquando die 35. aliquando 40. aliquando 45. aliquando die 50. quam ſententiam ſequuntur Filliucius *d. cap.6. num.99.* & Bonacina *de reſtitutione diſput. 2.quæſt. vlt.ſect.1. p. 7. num.4.* & videtur approbare etiam Leſſius *vbi ſupra*, licèt addat Hippocratem id non docuiſſe *loco citato*, quia ibi ſemel, & iterum repetit maſculum intra 30. ſaltem dies formari, & animari; fœminam verò ad ſummum intra quadraginta duos dies, id quod probat ex purgatione, quæ poſt maſculi partum per dies 30. durat, poſt partum verò fœminæ per dies 42. vtplurimum. Alij dixerunt animam rationalem non infundi ante tertium, vel quartum menſem, alij indifferenter de quocunque fœtu dixerunt formari, & animari 40. die; alij aliquando triginta, aliquando quadraginta, aliquando quinquaginta diebus; alij fœtum maſculinum quadrageſima, fœmineum 60. die. Alij voluerunt in maſculis formationem fieri vſque ad 30. diem, in fœminis vſque ad 42. dies. Alij tenuerunt ſeptimo die ab emiſſione ſeminis materiam ad animæ rationalis infuſionem diſponi: quas omnes ſententias cum ſuis auctoribus refert Auguſtinus Barboſa *d. voto 12. à num. 20. ad 26.*

Nihilominus communis, & recepta ſententia 1322.
Iuriſperitorum,& Theologorum eſt fœtum maſculinum quadrageſimo, fœmineum verò octuageſimo ab emiſſione ſeminis, ſeu conceptionis die animari regulariter, & ordinariè. ita *gloſſa fin. in cap. in ſumma d.5.& gloſſa in l. Diuus ff. de extraordinariis criminibus*, Sylueſter *v. homicidium 1. num.3.* Nauarrus *in man.cap.15.num. 14.& conſil. 46. de homicid.in nouis,& 22. in antiquis.* Couarruuias *in Clem. ſi furioſus p. 2. §.3.num.1.* Gomez *d. cap. 3.num.32. verſic.& talis anima.* Quaranta *v.abortus num.5.* Farinacius *d. quæſt. 122. num. 141.& 143. & d. p. 2. fragm.crim. num. 443.* Plaza *de delictis lib. 1.cap.9. num.6.* Carrerius *in pract. de homicid. §. 1. num. 24.* Auguſtinus Barboſa *d.voto 12.num.27. & d.collectaneo ad initium dicta diſtinct.5. num.2. & d.allegat.51. num. 141.* Azorius *3.p. lib. 2 cap.4. quæſ.1.* Molina *de iuſtit.tract.3 d.q.67. n.5.* Saytus *de cenſuris lib.7. cap.1.num.3.* Auila *de cenſ.p.7.diſput.6. quæſt.4 dub.1. verſic. pro explicatione conditionis.* Sa *v. homicidium num.2.* Henriquez *lib.14. cap.15. num 6.* Rebellus *2.p.lib.3.q.19.num.16.* Scortia *vbi ſupra,theorem.376.* Fagundez *in Decalog.lib.5.cap.12.num.33.* Stephanus Bauny *d.quæſt.33.verſic. eximendi autem*, Trullench *d.dub.3.num.2.* Baldus *v.abortus*, Raynaudus *de ortu infantium cap.10.num.49.* Villalobos *tom.2 tract 12. d. diff.14. num. 1.* Filliucius *tom.1. tract. 14. cap.6. num. 95.* & plures alij Iuriſperiti, & Theologi, quos Couarruuias, Farinacius, Barboſa, & Villalobos referunt. & ita proculdubio ſentiunt Ariſtoteles & Plinius *locis citatis*, & fortaſſe hac de cauſa in lege veteri mulier, quæ maſculum peperiſſet, per quadraginta dies à partu permanebat in purgatione, & interdicebatur ingreſſu templi; quæ verò fœminam pepererat, non niſi poſt octuageſimum diem permittebatur in-

gredi in templum Dei. & hanc communiorem opinionem ſequitur ſacra Pœnitentiaria, vt teſta-
1323. tur Nauarrus *d. conſil.*26. † Dixi *regulariter, & ordinariè*, quia aliquando, (vt notauit Azotius) ob calidiorem, vel frigidiorem matris naturam fœtus citiùs, aut tardiùs animari ſolet, licèt hoc rarò contingat, vt in terminis docent Rebellus, & Fagundez *vbi ſuprà*, & eſt de mente aliorum Doctorum hanc communem tenentium, qui ideo ſtatuunt prædictam regulam, vt maſculus poſt 40. fœmina poſt 80.
1324. dies animatus præſumatur. † Addunt plures ex præfatis Doctoribus poſt 40. diem à receptione ſeminis, ſeu conceptione in dubio fœtum præſumi maſculum, & non fœminam, & ita etiam præſumi animatum anima rationali. ita Nauarrus *d. cap.* 15. *num.* 14. *& d. conſil.* 46. (vbi teſtatur hoc idem ſequi S. Pœnitentiariam,) Quaranta *dict. num.* 5. Auguſtinus Barboſa *dict. allegat.* 51. *num.* 138. *& d. voto* 12. *num.* 33. Rodriquez *tom.* 1. *ſum. cap.* 175. *num.* 4. Henriquez *dict. cap.* 15. *num.* 6. Sà *verb. homicidium d. num.* 2. Raynaudus *dict. cap.* 10. *num.* 50. Villalobos, & Trullench *locis citatis*, & alij, quos Barboſa *dict.*
1325. *num.* 238. refert † Quapropter ſi abortus procuratus contingat poſt quadrageſimum diem, is qui illum fecit, mandauit, vel procurauit, fit irregularis, iuxta eoſdem auctores, & ſacram Pœnitentiariam, & tradunt communiter alij Doctores pro hac ſententia allegati, cùm tunc in dubio præſu-
1326. mitur fœtus maſculus, & ita animatus. † Immo Auguſtinus Barboſa *dict. voto* 12. *num.* 33. non ſolùm quoad irregularitatem incurrendam, ſed etiam quoad pœnam corporalem iudicialiter, ſeu in foro externo imponendam aſſerit fœtum præſumendum animatum in abortione poſt 40. diem ſecuta; quia (inquit) cùm in dubio fœtus natus, vel naſciturus præſumitur maſculus, qui regulariter (vt dictum eſt) animari ſolet in quadrageſimo die, in hoc caſu contraria præſumptio ad euitandum delictum, & pœnam, aſſumenda non eſt; & ita puto ſentire Couarruuiam cum aliis à ſe citatis loco *ſuprà* allegato, Gomez, & alios Doctores allegatos *ſuprà num.* 1320. & alios, quos refert Barboſa *d. voto* 12. *num.* 31. etenim quando dicunt in dubio de animatione fœtus abortiui præſumi fœtum animatum, quoad incurrendam irregularitatem, iuxta *cap. ad audientiam*, & *cap. ſignificaſti* 2. *de homicidio*; quoad excluſionem verò delicti, ſeu pœnæ in iudicio criminali præſumi potiùs inanimatum, videntur omnes loqui, (vt indicat etiam Barboſa *dict. num.* 31.) in eo caſu quando rationabiliter dubitatur, an fœtus per abortum excluſus, & corruptus fuerit, nec ne animatus, & neſciatur, ſeu non conſtet, quot dierum eſſet fœtus, nimirum an 40. diem compleuerit, necne. Quare ſecus, ſi conſtat corruptum fuiſſe poſt quadrageſimum diem, quia tunc præſumptio ſtat pro animatione, iuxta illam regulam communiter receptam, quòd in dubio fœtus præſumatur maſculus, ſi poſt 40. diem fiat abortus. & hoc idem approbare videtur Trullench *dict. dub.* 3. *num.* 2. *in fine*, id tamen intelligendum cum limitatione poſita *infrà num.* 1330.

1327. Quòd ſi conſtet, abortum ſecutum eſſe ante quadrageſimum diem, & poſt trigeſimum à conceptione, an tunc in dubio, qui abortus cauſam præbuit, cenſendus ſit irregularis, maior eſt difficultas. Rebellus *d. num* 16. ait non incurri irregularitatem, ſi ante quadrageſimum diem procuratus ſit abortus, quia cùm rariſſimè contingat fœtum animari ante 40. diem, id non eſt ſatis, vt quis ſe pro irregulari gerere tunc debeat, ex cauſa abortus ante dictum tempus quadraginta dierum procurati. Ante quod tempus dubium de animatione contingens, ait idem Rebellus, leue eſt, & de effectu rariſſimo, & conſequenter non ſufficiens ad irregularitatem inducendam, quæ requirit dubium probabile, & rationabile, iuxta *d. cap. ad audientiam, & d. cap. ſignificaſti* 2. *de*
homicid. † At Raynaudus *d. num.* 50. ait quòd licèt 1328.
ſententia Hippocratis, & Leuini *num.* 1321. de animatione fœtus maſculi à die trigeſimo, vſque ad trigeſimum quintum non ſit certa: tamen eſt ſaltem probabilis; ac proinde aſſerit dubium probabile, ſeu rationabile ſaltem eſſe, ne fœtus intra terminum in illa præſcriptum animetur. & conſequenter concludit, quòd illicitum erit intra illud tempus ante quadrageſimum diem abortum cauſare, etiam ad matris vitam tuendam; & in tali dubio in foro conſcientiæ fœtum præſumi animatum, & cauſantem cenſeri irregularem; licèt in foro externo, & quoad
pœnam corporalem præſumatur inanimatus. † Re- 1329.
ſolutio verior mihi videtur illa, quam tradit Fagundez *d. num.* 33. ſcilicet, ante quadrageſimum diem neque in foro conſcientiæ, neque in foro externo, ſeu neque quoad pœnam corporalem, ſi agatur criminaliter fœtum præſumi animatum, niſi ex ſignis aliter matribus certò, & euidenter conſtet. Ratio prioris partis huius reſolutionis deſumitur ex illa communi ſententia, quòd fœtus maſculus non cenſeatur præfectè formatus, & animam recipere niſi in quadrageſima die à conceptione; quæ ſententia cùm ſit receptiſſima, & habeatur velut regula moraliter certa, illam ſequi in praxi licitè poſſumus, & debemus. Ratio ſecundæ partis eſt, quia cùm ex ſignis conſtaret formationem fœtus ante diem 40. eſſe perfectam, & abſolutam, tunc ceſſare debet omnis opinio, & præſumptio contraria; ſed concludendum fore animatum, quia fœtu perfectè organizato ſtatim anima infunditur, talis autem perfecta organizatio rarò (vt dictum eſt) contingit ante 40. diem. Quare etiam licèt qui poſt quadrageſimum diem ante octuageſimum abortum committeret, deberet ſe gerere pro irregulari, cùm præſumitur maſculus iuxta communem opinionem *ſuprà* traditam. id tamen limitatur niſi ex euidentibus, vel probabilibus ſignis appareret fuiſſe fœtum fœmi-
neum, vt notauit etiam Rebellus *d. num.* 16. † Ex 1330.
modò dictis itaque aduertendum, quòd quoties non conſtaret de tempore animationis, quótque dierum eſſet fœtus corruptus, & abortiuus, præſumi deberet animam infuſam eſſe ſiue in mare, ſiue in fœmina, ſi corpus organizatum fuerit, lineamenta, ac diſtinctionem omnium membrorum habuerit, vt etiam in terminis Burgaſius *de irregularitate p.* 6. *tit. de venefic. ſub num* 14. Proſper de Auguſtino *addit. ad Quarantam d. verb. abortus, litera A* Villalobos, & Filliucius *locis citatis*, cuius ratio eſt, quia anima infunditur ſtatim ac corpus eſt capax illius: illius autem eſt capax, quando fuerit organizatum, mem-
braque diſtincta habuerit. † Quibus autem ſignis 1331.
dignoſcatur, probeturque fœtus conceptio, ſeu fœminam carnaliter cognitam concepiſſe, tradunt Giurba *in conſuetudine Meſſanen. cap.* 8. *p.* 1. *gloſſa* 2. *per totum*, & Auguſtinus Barboſa *d. voto* 12. *num.* 28. 29. & 30. Vbi primum ſignum ponunt, ſi in ſeptimum diem genitura intus permanſerit: ſecundum ceſſatio menſtrui, maximè ſi aliàs fœminæ menſtrua nunquam deficerent, & bene fuerit habitu corporis à morbis. Tertium ſi mulieris faciei maculæ ſuperueniant. Quartum ſi res inſolitas, quas concedere non liceat, appetierit. Quintum ſi vertigines oculo-

rum

rum, pallores, aliave ſimilia paſſa fuerit. Sextum ſi venter in bona valetudine creſcere, & intumeſcere incipiat. Septimum ſi mulier in vtero fœtum moueri ſentiat. Octauum, & vltimum, & aliis omnibus euidentibus, ſi mamillas tumidas, & lac ſimul in eis mulier denuo habere incipiat, præſertim adiuncto ventris tumore, & eius augmento vltrò procedente.

Si in rixa repentina quis à pluribus remaneat occiſus, & dubium poſt moralem diligentiam ſit, quis illorum mortale vulnus inflixerit, an omnes ſimul rixantes ſint cenſendi irregulares.

SEd quid, ſi plures ſine communi conſilio, & conſenſu, ſed in rixa ſubitò contingenti aggrediuntur aliquem, qui remanet lethaliter percuſſus, & moritur; & dubitatur quiſnam ex aggreſſoribus vulnerauerit, vel lethaliter percuſſerit, & occiderit, ac omnes illi aggreſſores incurrant irregularitatem, & cenſendi ſint irregulares.

1332. Dixi, *ſine communi conſilio*, &c. quia ſi de communi conſilio, & conſenſu aggreſſi ſint, omnes ſunt rei homicidij quoad pœnam ordinariam, & incurrunt irregularitatem, ſiue vno tantùm vulnere, ſiue pluribus vulneribus inflictis aggreſſus interierit, & ſiue ſciatur, ſiue neſciatur quis vulnus lethale intulerit, quia omnes tunc fuerunt cooperatores ad illud homicidium. ita Iuriſperiti, & Theologi communiter, ex Iuriſperitis alios allegantes Couarruuias *in Clem. ſi furioſus, cap.* 2. §. 2. *num.* 3. Gomez *tertio var. cap.* 3. *num.* 36. Vgolinus *de irregularitate cap.* 14. *num.* 5. Rota 2. *part. diuerſorum* Farinacij, *deciſ.* 44. *num.* 2. Farinacius *fragm. crimin.* 2. *part. lit. I. num.* 446. Auguſtinus Barboſa *collect. ad cap. ſignificaſti* 2. *num.* 9. ex Theologia Molina *de iuſtitia, & iure tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 53. *membro* 1. *initio, & membro* 7. *initio.* Henriquez *lib.* 14. *cap.* 14. *num.* 2. Suarez *de cenſ. diſp.* 44. *ſect.* 3. *num.* 31. *& diſp.* 45. *ſect.* 3. *num.* 9. Sayrus *de cenſur. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 12. Coninch *de Sacram. diſp.* 18. *num.* 70. Villalobos *p.* 1. *tract.* 21. *diff.* 22. *num.* 20. Stephanus Bauny *p.* 2. *tract.* 11. *quaſt.* 6. *& quaſt.* 27. *quaſtiunc.* 8. Bonacina *de cenſur. diſp.* 7. *q.* 4. *p.* 8. *num.* 2. Gaſpar Hurtadus *de irregularitate diſp.* 2. *diffic.* 6. *num.* 21. Eſcobar *in morali Theologia tract.* 4. *examine* 6. *num.* 68. *fine.* Gordonus *lib.* 7. *quaſt.* 18. *num.* 41. *&* 53.

Difficultas ergo eſt, quando vnus à pluribus ſine ſociali concurſu in repentina rixa fuit vulneratus, vel vnico tantùm vulnere, eóque lethali, vel ſi pluribus vulneribus, vnum tamen tantùm vulnus lethale apparet, & ignoratur, ſeu dubium eſt, quis ex rixantibus lethaliter percuſſerit, an in tali dubio, poſt factam moralem diligentiam, manente, omnes, qui cum occiſo rixati ſunt, irregularitatem contrahant.

1333. Speculator *in tit. de diſpenſatione §. iuxta, num.* 52. Hoſtienſis *in ſumma tit. de homic. § qua pœna*, tenentes, idem *in cap. ſignificaſti* 2. *de homicid. ibidem* Ioannes Andreas, Cardinalis, & Ananias, Marianus Socinus *in cap. ad audientiam eod. tit.* Nicolaus Plouuius *in tract. de irregularitate, regula* 28. & alij, quos Couarruuias *d.* §. 2. *num.* 5. Sayrus *d. cap.* 4. *num.* 13. & Auila *de cenſur. p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 3. *verſic. Couarruuias*, referunt, in hoc caſu aiunt vnumquemque relinquendum eſſe conſcientiæ ſuæ; vt ipſe, qui ſcit ſe vulnus lethale dediſſe, irregularem ſe ipſum cenſeat, & iudicet. Addunt tamen, præſertim Marianus Socinus in hoc dubio, quoad forum conſcientiæ conſulendum eſſe, quòd quilibet ex eis ſe exiſtimet irregularem, & ante diſpenſationem abſtineat à Diuinis. Henriquez verò *d. cap.* 14. *num.* 3. *litera O. in textu*, & Gloſſa tenet in foro conſcientiæ nullum ſe debere exiſtimare irregularem in hoc dubio poſt factam diligentiam manente, ſi dubium ſit æquilibrij, & vnus in alterius animum non influxerit conſilio, vel auxilio, & ait Canoniſtas *infrà* allegandos, & alios contrariam aſſerentes, eſſe intelligendos ante factam diligentiam; probat, quia in dubio æquali melior eſt conditio poſſidentis. Addit tamen quòd iudex in foro exteriori præſumet eos ſocialiter conueniſſe. Idem Henriquez *d. lib.* 14. *cap.* 43. *num.* 4. *litera H. in textu*, & Gloſſa docet, quòd ſi multi ex domo vna coniecerunt incautè ſingulos lapides, aut ſclopos, & vnus lapide percuſſit, & occidit hominem prætereuntem, nec ſciri poteſt, quis ille ſit, omnes eximi ab irregularitate, & etiam à pœna ciuili, & ad id citat Hoſtienſem, & Ioannem Andr. *in d. cap. ſignificaſti*; & Perez; eam ſubdens rationem, quòd ſanctius eſt impunitum relinqui factum nocentis, quàm innocentem damnare, *l. abſentem, ff. de pœnis.*

Communis tamen Doctorum ſententia duo di- 1334
cit. Primò in tali dubio nullum ex prædictis rixantibus eſſe puniendum pœna homicidij ordinaria, ſcilicet, mortis, ſed omnes eſſe puniendos pœna homicidij extraordinaria, & arbitraria, & vnumquemque eo grauiori, quo veriſimilius fuerit, eum potius, quàm alios lethale vulnus inflixiſſe. ita alios allegantes Couarruuias *d.* §. 2. *num.* 5. *initio.* Clarus *lib.* 5. *ſent.* § *homicidium num.* 38. 39. *&* 41. Gomez *d. cap.* 3. *num.* 36. *concl.* 3. *& concl.* 4. & Molina *d. diſp.* 33. *membro* 7. *num.* 5. & ratio, cur non ſit locus pœnæ ordinariæ, eſt, quia periculum eſſet, ne quis ſuſtineret pœnam mortis, qua non eſſet dignus. Sanctius autem eſt (vt habetur *d. l. abſentem, ff. de pœnis*,) nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare; ac proinde omnes propter incertitudinem quis ex eis homicidium commiſerit, immunes euadunt à pœna homicidij ordinaria. Quia tamen ſimul ad id homicidium concurrerunt auxilium præſtando, licèt non ex præuiſo ad id conſilio, ſeu tractatu, quilibet puniendus eſt mitiori pœna arbitraria, & grauiori is, quem conſtiterit fuiſſe rixæ autorem.
† Ex prædicta quidem quoad actionem, & pœnam 1335.
criminalem; nam quoad actionem, & pœnam ciuilem pecuniariam, ſeu quoad reſarciendum damnum ex interitu percuſſi, & occiſi prouenient, ſcilicet, ſi agatur ciuiliter, & ad damnum reſarciendum ſi omnes aggreſſum in rixa ſubitò contingenti vulnerauerunt, quia in eo tot vulnera reperiuntur, nec conſtet ex cuius vulnere interierit, quia vel omnia vulnera erant æquè lethalia, vel etſi conſtet vnum tantùm eſſe lethale, ignoratur quis illorum illud inflixerit, vel quia ignoratur num ex poſteriori vulnere, licèt leniori, adiuncto antecedenti mortuus ſit, tunc omnes ſimul teneri, & cogi poſſe ad integrum damnum reſarciendum lege Aquilia, (de quo *l. ibi vulneratus, ff. ad l. Aquiliam*,) ſtatutum; & ad pœnam integram ciuilem vltra id damnum lege Aquilia ſtatutum, docent Molina *d. n.* 5. *verſus finem, & tom.* 3. *tract.* 3. *diſp.* 697. *num.* 38. & Gomez *d. concl* 3. vbi alios allegat. Aduertit autem Molina *d. num.* 30. *verſic. Tertium verò*, quòd agi non poteſt aduersùs omnes, ita vt ſinguli totum tribuant, ſeu ſoluant, ſed quòd omnes ſimul ſoluant integrum damnum: verſic. autem *quando multi*, ait, quòd vno ex omnibus perſoluente integrum damnum, & id totum quod lege Aquilia eſt ſtatutum, is poterit agere aduersùs reliquos actione negotiorum geſtorum, vt contri-

buant, quod loco illorum ſoluit.
1326. Secundum dictum eſt, in eodem dubio omnes, de
quibus eſt dubium, an ipſi vulnus lethale inflixe-
rint, ex quo percuſſus interiit, habendos eſſe in
vtroque foro pro irregularibus, iuxta *d. cap. ad au-
dientiam, & d. c. ſignificaſti 2. de homicidio*, cùm hoc ſit
dubium facti homicidij, cui conſtat certò impoſitam
irregularitatem, quo caſu incurri irregularitatem
decernitur iiſdem capitibus, & hoc dubio magis ex-
preſsè habetur *d. cap. ſignificaſti*, & non ſit maior
ratio de vno, quàm de alio. ita Gloſſa *in cap. ſi qua-
tuor, verb. quinque 23. q. 8. & in cap. cupientes, §. cæterùm,
verb. qui culpabiles, de elect. in 6.* Bartholomæus Bri-
xenſis *in q. Dominicali* 15. Ioannes Andreas, Goffre-
dus, Anunanias *num.* 22. Cardinalis, Buttius, Abbas, &
Henr. *in d. cap. ſignificaſti*, Albertus Turrius *lib. 2. de
vero, & perfecto clerico, cap. 26. num.* 16. Couarruuias
d. §. 2. num. 5. fine, Farinacius *fragm. crim. p. 2. d. litera I.
n. 449. &* 450. Auguſtinus Barboſa *vbi ſuprà, & colle-
ctaneo ad d. cap. ſi quatuor*, 23. *q.* 8. Sayrus *d. cap. 4. n.* 13.
& 14. Molina *d. membro ſeptimo, num.* 5. Coninch *d.
diſp.* 18. *num.* 98. *fine*. Suarez *d. diſp. 45. ſect. 3. n. 9. &
ſeqq.* Rota *d. deciſ. 44. n.* 3. Auila, Bonacina, Gordo-
nus, & Eſcobar locis *ſuprà* allegatis: & idem indi-
cat Hurtadus, & Stephanus Bauny locis *ſuprà* alle-
gatis, idem in terminis tenuerunt alij relati à Co-
uarruuia, Molina, & Sayro; & procul dubio tenent
1337. omnes alij Doctores relati *ſuprà num.* 1310. † Hinc
generaliter infertur, quòd quando vnus à pluribus
ex repentina rixa, & ſine præuio tractatu, ſeu conſi-
lio aggreſſus, ſoit occiſus, ſeu vno tantùm vulnere,
ſiue pluribus, quiuis ex rixantibus aggreſſoribus, ſi
dubitet, an auxilium præſtiterit, vel cooperatus ſit
ad homicidium, puta, quia licèt ſciat ſe non percuſ-
ſiſſe, dubitat ſi ſua præſentia, & aſſiſtentia percuſſor
fuerit ad percutiendum animatus, vel ſi ſciat ſe le-
uiter percoſſiſſe, dubitet tamen an tali percuſſione
ſit cooperatus ad accelerationem mortis, habendus
eſt pro irregulari, quia hoc eſt dubium facti de ho-
micidio. ita in terminis Molina *d. memb 7. num. 2. &*
3. & ita etiam certè ſentiunt omnes alij *num. præce-*
1338. *denti* allegati. † Quare etiam in caſu, quo ſimul ri-
xantes percuſſerint omnes, ita vt tot appareant vul-
nera, quot rixantes, licèt nullum lethale dignoſca-
tur, ſi percuſſus ob dicta vulnera interiit, omnes ha-
bendi ſunt tanquam irregulares, quia ſaltem tunc
rationabiliter dubitatur, quòd cooperati ſint ad
necem, nam vulnera, quæ ſigillatim non ſunt, ſimul
iuncta ſunt lethalia. ita Couarruuias *d. §. 2. num. 4.
verſic. quarta conſtituitur ſpecies*, Rota, Auguſtinus
Barboſa locis *ſuprà* allegatis, Molina *dicto membro 7.
num.* 3. Suarez *d. ſect. 3. n. 9. &* 10. Sayrus *d. cap. 4. n.* 14.
Auila *d. dubit. 3. concl.* 45. & ita etiam ſentiunt alij
n. 1335. relati, & Iuriſperiti communiter, quos Co-
uarruuias refert, & habetur etiam *d. cap. ſi quatuor*,
23. *quæſt.* 8. vbi definitur quòd ſi quatuor homines,
quinque, vel etiam plures contra hominem vnum
rixati fuerint & ab his vulneratus mortuus fuerit,
quicunque vulnerans, vt homicida iudicandus eſt
1339. † Immò in hoc caſu omnes percuſſores de homine
occiſo tenebuntur, ſeu cenſentur homicidæ, & pœ-
nam ordinariam homicidij incurrunt, vt habet
communis Doctorum, quam referunt, & ſequuntur
Gomez *d. cap. 3. num. 36. verſic. Vnum tamen eſt*, & Co-
uarruuias *d. verſic. Quarta*, & facit textus *in l. ſi in
rixa, ff. ad l. Cornel. de ſicariis*.

*Si conſtet quis ex pluribus ſimul rixantibus
lethaliter vulnerauerit, an omnes
cenſendi ſint irregulares.*

SEd quid quando plures in rixa ſubitò orta per- 1340.
cuſſerunt, & occiderunt aliquem, vel vnico tan-
tùm vulnere, vel pluribus vulneribus, quorum ta-
men vnum tantùm ſit lethale, & conſtat quis ex
dictis rixantibus dictum vulnus lethale intulit; an
in hoc caſu omnes ſint iudicandi irregulares, an
verò tantùm is, quem conſtat vel ſolum percuſſiſſe
occiſum, vel vulnus lethale inflixiſſe. hunc ſolum
eſſe irregularem, & non alios rixantes, qui non per-
cuſſerunt, vel vulnus non lethale intulerunt, tra-
dunt Goffredus, & Hoſtienſis *in d. cap. ſignificaſti 2.
de homicidio*, Aſtenſis *in ſumma p. 6. lib. 2. tit. 14. art. 8.
quæſt.* 3. Couarruuias *d. §. 2. num. 3. verſic. ſecundus caſus.*
Villadiego *de irregularitate cap 6. num. 47.* & ita etiam
Sayrus *d. cap. 4. num. 13. fine*, & Bonacina *d. puncto 8.
num* 30. ſi conſtet eos, qui non percuſſerunt, vel
vulnus non lethale intulerunt, non prouocaſſe
alios ad occidendum, nec ſua præſentia occiſorem
animaſſe, vel alio modo ad vulnus lethale, ſeu oc-
ciſionem concitaſſe. † Probatur hæc ſententia 1341.
primò; quia in hoc caſu certum eſt iuxta leges ciui-
les eum ſolum, quem conſtat lethaliter vulneraſſe,
de homicidio teneri, cæteros verò ſi omninò non
percuſſerunt, de nihilo, & ſi percuſſerunt non le-
thaliter, ſolùm de percuſſione, ſeu vulnere, vt con-
ſtat ex textu *in l. Mela, § ſed ſeruum, ff. ad l. Aquiliam,
& in l. ſi in rixa ff. ad l. Cornel. de ſicariis*, & docent
communiter Iuriſperiti, quos referunt, & ſequun-
tur Gomez *d. cap. 3. num. 16. ſecunda concluſione.* Fari-
nacius *dicta litera I. n. 447. & in praxi crim tit. de pœ-
nis quæſt. 96. num. 28. & ſeqq.* Couarruuias *d. verſic.
ſecundus caſus*, & Molina *d. diſp. 33. eodem membro 7.
num.* 2. ergo etiam ille ſolùm qui lethaliter vulne-
rauit, erit irregularis. Secundò probatur ex *d. cap ſi-
gnificaſti 2. de homicidio*, vbi id videtur expreſsè deci-
ſum in prima parte reſponſionis ſummi Pontificis.
Tertiò probatur ex communi doctrina in materia
reſtitutionis, quòd ſi plures concurrunt ad furtum
non coadunati, nec præuio conſilio, ſed diuiſim,
non tenentur ſinguli ad reſtitutionem in ſolidum,
ſed ſolùm ad illam partem, quam quilibet furatus
eſt: ergo ſimiliter dici debet quantum ad irregula-
ritatem. Et hanc ſententiam eſſe valde probabilem,
ait Auila *dicta dubitatione 3. concl.* 5.

Verùm contrarium, & quòd licèt vnus tantùm 1342.
ex rixantibus lethaliter vulnerauerit ſecuto homi-
cidio, omnes eſſe habendos tanquam irregulares,
aſſerunt in terminis Suarez *d. ſect. 3. num. 9. 10. &* 11.
Auila *d. concl.* 5. Gordonus, Coninch, Hurtadus, Ban-
nes & Eſcobar locis *ſuprà n.* 1336. relatis, & ita vide-
tur ſentire Gloſſa *in d. cap. ſi quatuor 23. quæſt.* 8. &
etiam Farinacius *d. litera I. n.* 448. Ad id Auila alle-
gat etiam Nauarrum *in man. cap. 27. num. 224. verſic.
Decimò infertur*, vbi tamen ſolum habet hæc, ſcilicet,
*quòd qui in prælio, vel alia quacunque rixa interſunt
illis, ex quarum parte ſunt iniuſta, auxiliando, vel fauen-
do, ſunt irregulares, ſi aliquis in eis deformetur, ſiue inter-
ſint armati, ſiue inermes, ſiue deforment, ſiue non, ſiue ob
id inimicis timor augeatur, ſiue non.* quæ priori ſenten-
tiæ non contrariantur, quæ procedit, quando con-
ſtat eos, qui in rixa non percuſſerunt non lethali-
ter, ei qui lethaliter vulnerauit, & occidit, non fuiſ-
ſe cooperatos, aut ſua præſentia, vel auxilio, aut con-
ſilio prouocaſſe, vel animaſſe ad occidendum. Pro-
bat primò Suarez, quando etiam reliqui vulnus in-
flixerunt,

ſtixerunt, licèt non lethale, probat, inquam, ex *d. cap.*
ſi quatuor 13. *q.* 8. quia textus ibi indiſtinctè loqui-
tur, & dicit omnes, qui in rixa vulnerauerint ali-
quem, qui poſtea mortuus fuerit, iudicandos eſſe
irregulares; & præterea expendit Suarez verba illa
eiuſdem textus *ſecundùm ſtatuta canonum*, quæ, in-
quit, poſita videntur ad conſtituendam differen-
tiam inter ius ciuile, & Canonicum: nam lex ciui-
lis contemplatur ictus vniuſcuiuſque in ſimili rixa
repentina, vt ſolùm illum tanquam homicidam
puniat, qui lethaliter percuſſit, iuxta *d. l. ſi in rixa ff.*
de ſicariis. iure autem Canonico, vt in dicto textu
inſinuatur, non fit hæc conſideratio, ſed omnes ha-
bentur vt homicidæ: ſecundò probatur ex eodem
Suarez, & aliis Doctoribus huius ſententiæ, ſiue
reliqui alij ſimul percuſſerint, ſiue nullus præter
eum, quem conſtat lethaliter percuſſiſſe, & occidiſ-
ſe, probatur, quia in hoc caſu licèt omnes rixantes
non concurrant præmiſſo conſilio, tamen ex quo
omnes ſimul ex vna parte oppugnant aduerſarium,
ſimul cooperantur, & concurrunt ad homicidium
directè, vel indirectè, & non ſine culpa, quia omnes
facto ipſo ſe ipſos animant, & adiuuant, ac aduerſa-
rium debilitant; ergo cooperantur, & concurrunt
ad homicidium, licèt vnus tantùm ex illis de facto
percuſſerit, vel lethaliter vulnerauerit; etenim re-
liqui ſua aggreſſione terrendo aduerſarium, ani-
mando, defendendo, & adiuuando percutientem
verè cooperantur ad homicidium, & in illud mora-
liter influunt. Quare ad primum prioris ſententiæ
dicitur differentiam eſſe inter ius ciuile, & ius Ca-
nonicum, vt dictum eſt. Ad ſecundum reſpondent
huius ſententiæ Doctores *in d. cap. ſignificaſti*, ſpe-
ciem facti eſſe omninò diſſimilem; nam ibi agitur
tantùm de eo, qui antea percuſſit vulnere non le-
thali, & poſtea eo abſente, & non cooperante ille
percuſſus occiditur ab aliis. Ad tertium reſpondet
Auila non eſſe eandem rationem de reſtitutione &
irregularitate, cùm ratio adducta ad probandam
hanc ſententiam, non currat in reſtitutione, & præ-
terea, qui per vulnus non lethale inflictum eſt cauſa
accelerationis mortis percuſſi fit irregularis, vt *ſu-*
*prà n.*1337. dictum eſt, & tamen non tenetur ad re-
ſtitutionẽ, vt tradit Henriq. *d. l.* 14. *c.* 14. *n.* 2. *litera B.*

1343. In hoc caſu mihi primò placet, quod Molina *d.*
membro 7. *num.* 2. *verſic quoad verò, dicto ſecundo*, ſcili-
cet eum, qui fuit auctor rixæ, & non lethaliter per-
cuſſerit, & conſtet non accelerаſſe mortem, in il-
lamve phyſicè influxiſſe, immò licèt conſtet nul-
lum vulnus intuliſſe, nihilominus irregularitatem
contrahere ex eo homicidio caſuali comparatione
eius ſecuto; nam eo ipſo, quòd fuit cauſa rixæ, ope-
ram dedit rei illicitæ, aptæ, vt inde homicidium ſe-
queretur, adeóque id homicidium ſequutum impu-
tatur ei ad irregularitatem ex caſuali homicidio.

1344. Secundò mihi videtur non tantùm eum, qui le-
thaliter percuſſit, ſed etiam reliquos omnes, ſiue
conſtet percuſſiſſe non lethaliter, ſiue nullum vul-
nus influxiſſe, regulariter, & ordinariè habendos
tanquam irregulares; quia regulariter, & vt pluri-
mum, concurrunt, & cooperantur ad homicidium
modo *n.*1341. explicato, vel ſaltem rationabiliter
dubitari poteſt de cooperatione, quo caſu non eua-
dunt irregularitatem, vt *ſuprà d. n* 1337. dictum eſt.

1345. Quòd ſi ex origine, qualitate, & circumſtantiis
rixæ, & aggreſſionis certò conſtaret nullo modo eſſe
cooperatos ad vulnus mortale, & ad mortem, tunc
admittenda eſſet prior ſententia; & ita etiam ſenti-
re videtur Molina *d. verſic quoad verò.* Neque in hoc
caſu obſtat *d. cap ſi quatuor*, quod intelligitur, quan-
do neſcitur quis lethaliter percuſſerit; in quo caſu
dicitur iure Canonico omnes habendos eſſe tan-
quam homicidas quo ad irregularitatem incurren-
dam; etſi iure ciuili non habeantur vti homicidæ
quoad pœnam mortis ordinariam, vt *ſuprà n.*1334.
dictum eſt.

Ex dictis infertur, quando vnus occiditur à pluri- 1346.
bus eum aggredientibus, quamuis vnus tantùm per-
cutiat, omnes eſſe irregulares, non tantùm quando
præmiſſo conſilio, ſed etiam quando ſubitò aggre-
diuntur, ſi percutiens aliorum aggreſſione fuit ani-
matus, aut defenſus, & adiutus. id quod etiam in
terminis tradunt Nauarrus *d. cap.* 27. *n.* 224. Molina
d. tom. 4. *tract.* 3. *diſp.* 76. *n.* 5. Hurtadus *d. diſp.* 2. *de irre-*
gularitate diffic. 6. *n.* 21. & Stephanus Bauny *tom.* 2. *d.*
tract. 11 *q.* 17. *quæſtiuncula* 8. *verſic. Ratio eſt* †. Ex iiſ- 1347.
dem Bauny, Molinas, & Hurtadus concludunt in
bello iniuſto omnes milites, quamuis ſint plura
millia, & etiam cuſtodientes ſarcinas, fieri irregula-
res, quamuis vnus tantùm occidat, aut mutilet, quia
quilibet aſſiſtentia aliorum animatur, & cuſtodia
adiuuatur. Quamuis Coninch *d. diſp.* 18. *n.* 98. dicat
hoc communiter eſſe verum inter paucos pugnan-
tes, vt ſe mutuò omnes videre, vel audire poſſint,
quia mutuò ſe adiuuant: quando verò ſunt plura
millia militum, videtur (inquit) valde difficile intel-
ligere, quomodo ſinguli quoſuis occidentes, aut
mutilantes ad hoc animent, cùm multi ſint, qui eos
nec videre, nec audire poſſunt, & difficulter intelli-
gitur quomodo quis hic, & nunc poſſit ad pugnam
ab aliquo excitari, quem nullo ſenſu percipit, immò
de quo nullo modo cogitat. Quare idem Coninch
quando ſunt multa millia militum, id tantùm limi-
tat ad quinquaginta, vel etiam centum ex circum-
ſtantibus accidentem, vel mutilantem, vt ſcilicet, hi
tantùm fiant irregulares facta occiſione, quia poſ-
ſunt ſe omnes mutuò animare. Quæ tamen limita-
tio diſplicet Hurtado, & poteſt renci ex eo quòd eo
ipſo quòd ſimul prælium committunt, & pugnam
ingrediuntur ſua aſſiſtentia, & vnione, ſeu aggreſ-
ſione ſatis ſe ſe inuicem animant, licèt vnus alium
non videat, nec audiat. Addit idem Coninch illos, à
quorum parte aliquis occiditur, ſolos eſſe irregula-
res, qui fuerunt occiſo cauſa, cur hîc, & nunc pugna
facta ſit, quia illi ſoli ſunt cauſa mortis; ex quo ait
ſequi Ducem belli iniuſti ſemper eſſe irregularem,
quoties ab alterutra parte aliquis occiditur; ſicut
etiam quilibet miles ſemper cenſetur irregularis in
dubio, an fuerit cauſa mortis, iuxta *ſuprà* dicta, &
notat etiam *ibidem* Coninch.

Quando plures ſine præmiſſo conſilio ſinguli proiecerunt lapidem ex feneſtra domus, & pertranſiens ictu vnius lapidis occiſus eſt, an omnes ſint irregulares.

AN verò quando quatuor, vel plures ex aliqua
feneſtra domus non ex dolo, nec ex mutua
cooperatione, ſeu ex animo cooperandi, ſed ſolùm
ex negligentia culpabili proiecerunt ſinguli ſingu-
los lapides, & homo pertranſiens ictu lapidis vnius
occiſus eſt, & conſtat vno tantùm lapide fuiſſe per-
cuſſum, omnes qui proiecerunt, incurrant irregula-
ritatem, ſi ignoretur quis ſuo lapide percuſſerit.

Auila *d. p.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dubit.* 3. *concl.* 2. *verſic. ſed* 1348.
quid quando, teſtatur Perezad Villadiego *cap.* 6. *n* 45.
verſic. de quæſtione tamen ſupradicta, aſſeruiſſe iudicem
furi externi debere reputare omnes irregulares:
quod ſi verum eſt, malè ab Henriquez loco *ſuprà*
*n.*1333. citato allegatur pro contraria ſententia. Fa-
rinacius

rinacius etiam *in praxi crim.p.3.quaſt.96. num.17.* videtur ſentire omnes irregularitatem incidere, expreſsè autem aſſerit omnes in foro iudiciali puniri pœna extraordinaria, videlicet, pœna pecuniaria, iuxta Doctores communiter, quos *ibidem* refert. Vnde quod dicit Hẽriquez *vbi ſuprà*, ſcilicet, omnes liberari à pœna ciuili, intelligi poteſt de pœna ordinaria homicidij, ſcilicet, mortis.

1349. Henriquez *loco citato*, Villadiego *d.cap.6. num 45. verſic.ſed pone quatuor.* Auila *vbi ſuprà*, & alij ab Henriquez, & Villadiego relati, tenent nullum eſſe cenſendum irregulatem, id quod videtur approbare etiam Farinacius *2.p.fragm.crim.litera I.n.456.* vltra rationem allatam ab Henriquez *ſupra n.1333.* poſitam probat Auila, quia licèt, (inquit) dubitetur, an occiderit, non tamen conſtat, quòd aliquis deliquerit.

Verùm ſi negligentia fuit notabiliter, ſeu lethaliter culpabilis, dicendum eſt omnes incurrere irregularitatem, ex homicidio caſuali, idque ob doctrinam generalem *ſuprà* traditam, quòd quis cenſetur irregularis in dubio, an fuerit cauſa homicidij ſua actione, vel cooperatione.

1350. Quòd ſi ab vno tantùm ex pluribus in eadem domo exiſtentibus ex negligentia culpabili, vel etiam dolo lapis ſit proiectus, qui hominem tranſeuntem percuſſerit, & interfecerit, & prorſus ignoretur, quis proiecerit, nec de vllo particulari indicia ſint, tunc in foro iudiciali tenetur quidem iudex omnibus comminari, vt qui lapidem proiecit, ſciat ſe eſſe irregularem, & immiſcendo ſe diuinis lethaliter peccare, neminem autem poterit de clarare irregularem, ob rationem illam textus *in d.l.abſentem, ff.de pœnis*, quod ſanctius eſt nocentem impunitum relinquere, quàm condemnare innocentem: vt etiam id in terminis poſt Maiolum *de irregularitate lib.3.cap.48.§.4.num.9.* notauit Farinacius *d.num.456.* & etiam ita Molina *d. diſp. 34. membro 7. num. 5.* ait nullum eorum, qui in tali domo erant, puniri debere, aut torqueri; ſed potiùs relinquendum delictum impunitum, quàm quod multi prorſus innocentes pœnam, aut vexationem propter vnum nocentem ſuſtineant. † Poſſet hîc explicari quibus in caſibus à
1351. percutientibus incurratur irregularitas ſecuta morte percuſſi, quando plures concurrunt ad percutiendum, ſed non ſimul, nec mutuo ſe iuuantes, aut incitantea, ſed vnus primus leuiter, vel lethaliter vulnerat, deinde alius ſuperueniens occidit, vel vulnerat, & poſtea ſic vulneratus moritur; ſed hîc non eſt proprius locus, fortaſſe infrà in alio peculiari titulo id præſtabo; interim de prædictis videri poſſunt Doctores allegati ſuprà *n.1332. & ſequentibus numeris*; præſertim Couarruuias, Saytus, Auila, Farinacius *d. p.2. fragm. litera L. à n.453.* Bonacina, Stephanus, Bauny, Layman *lib. 3. tract.3.p.3. cap.* 10. & Molina *d.tom.4.tract.3. diſp.34. de membro ſeptimo*, præſertim *num.4.* vbi aſſerit eum, qui lethaliter vulnerauit aliquem, qui poſtea alia de cauſa, puta, naufragio, vel ruina domus, vel exploſione bombardæ, aut alio ſimili caſu fortuitò ſtatim, ſubitóque exanimatus eſt, non incurrere irregularitatem, eo quòd in hoc caſu, licèt vulnus fuiſſet lethale, mors tamen, aut eius acceleratio non ſequitur ex illo vulnere, ſed ex alia cauſa ſuperueniente; & ad incurrendam irregularitatem non ſufficit vulnus lethale, ſed inſuper requiritur quòd vulnus ſit cauſa efficax mortis, vel accelerationis illius; nam ſi poſt lethale vulnus percuſſus miraculosè ſanaretur, percutiens nullo modo eſſet irregularis, & quoad hoc Molinam ſequuntur Auila *d.ſect.3.dubit.4.* Coninch *de Sacram.d. diſp.18. num.6.* Layman *d. cap.10. fine.* & Bonacina *de cenſur. dict.diſp.7.quaſt.5.part.8.num.3.* Et ad id faciunt, quæ ex Zafio habet Couarruuias *in dict. Clem. ſi furioſus, p.2.§..n.4.verſ.eſt tamen ad notandum*, vbi & hoc videtur admittere tanquam probabile. Quare ob eandem rationem quando primus lethaliter percuſſiſſet, & alius, vel plures poſtea caſu, & fortuitò ſuperueniẽtes noua lethali percuſſione ſubitò exanimarunt & occiderunt, primum non incurrere irregularitatem, in terminis, tanquam probabilius tradunt *locis citatis* Auila, Coninch, & Bonacina, & in id propendet etiam Molina *diſp. 4.* ſi conſtet à ſubſequentibus tam citò, & ſubitò mortem ſua percuſſione intuliſſe, vt putet primum vulnus ad mortem accelerandam non fuiſſe cooperatum. & *ad d.cap ſignificaſti 2. de homicid.* vbi contrarium videtur deciſum, reſpondent procedere quando dubium eſt, an percuſſus de facto ex primo vulnere obierit, vel an ex primo vulnere accelerata aliqua ex parte ſit mors. Quamuis contrarium probabilius iudicet Couarruuias *dict. num.4.* & dicat eſſe communem opinionem. Quòd ſi primus lethaliter percuſſiſſet, aut debilitaſſet, vel detinuiſſet eo fine, vt alter ſuperueniens occideret, aut id veriſimiliter præcogitare debuiſſet euenturum, licèt alter ſuperueniens occidat, vterque irregularis erit, cùm vterque ſit vna cauſa moralis mortis, iuxta *d.cap ſignificaſti*, & iuxta Couarruuiam *dict. num.4.* Saytum *dict.cap.4. num.15.* & alios Doctores communiter apud eundem Saytum. Sed de his ſatis.

Extra caſum homicidij in dubio facti, cui conſtat in iure eſſe annexam irregularitatem, an quis ſit cenſendus irregularis ſi poſt moralem diligentiam veritas deprehendi non poſſit.

Videamus in dubio facti, cui adiuncta eſt irregularitas extra caſum homicidij, vtrùm quis 1352.
ſit in vtroque foro cenſendus irregularis, ſicut & in dubio facti homicidij, quando poſt factam moralem diligentiam dubium non vincitur, ſed adhuc remanet.

Et prima ſententia affirmat diſpoſitionem *in d.* 1353.
cap.ad audientiam, & cap. ſignificaſti 2. de homicid. factam, in dubio facti de homicidio procedere in quibuſcunque delictis, & factis, ex quibus contrahitur irregularitas; & in quolibet dubio facti, cui annexa eſt irregularitas, quem cenſendum eſſe in vtroque foro irregularem, quoad abſtinendum à receptione, & vſu Ordinum. ita præter Doctores relatos *ſuprà num.1288.* Couarruuias *in d. Clem. ſi furioſus 1.p. initio num.3. de homicidio*, Molina *tract.3. diſp. 67. num.6. & 7.* Rebellus *de obligat iuſt p.2.lib.1.q.2. ſect.2.in fine.* Saytus *lib.1.clauis cap.13.num.23. & 24. & de cenſur. lib.6. cap.2. num.* 16. Azorius *p. 1. lib.2. cap.19.q.10.in fine*, & alij, quos Sanchez, & Fagundez locis *infrà* allegandis citant; & hanc ſententiam probabiliſſimam dicit Fagundez *in Decalog. lib. 2. cap.*10. probabilem appellant Suarez, Layman, & alij *infrà* allegandi; & in eam magis inclinat Gordonua *lib.7.q.17. num.29.* & in praxi ſequendam dicit Filliucius *tom.2.tract.21.cap 4.num.169.* Eandem ſententiam Salas 1.2.*tract.*8. *ſect.19.num.176.* Breſſerus *de conſcientia lib.4.cap.8. num.* 70. Faueutinus *in 4.d. 25.diſp.3.q.1.num.27.* tenent cum illa limitatione, ſi facile, ſeu abſque notabili incommodo, aut moleſtia irregularitas ſeruari poteſt; ſecus ſi illam ſeruare eſſet valdè moleſtum, aut cum notabili incommodo. Eandem ſententiam quoad forum conſcien-

tiæ

Digitized by Google

tiæ tenent Ioannes Valerus *de differentiis, verb. irregularitas, differentia 5.* & ferè omnes alij *ſupra num.* 1176. allegati. Probatur, *quia licèt in dictis cap. ad audientiam, & cap. ſignificaſti 2. de homicidio*, agatur de homicidio, tamen ſummus Pontifex videtur ſtatuere regulam generalem de omni dubio facti, quia non fundat deciſionem ſuam in ſpeciali aliqua ratione homicidij, aut irregularitatis inde prouenientis, ſed in generali fundamento, ſeu principio, quòd in dubiis tutior pars eſt eligenda, & ſequenda, & conſequenter declarat exemplo homicidij, quod proponebatur, veterem, & generalem obligationem in his dubiis, non autem condit nouam de ſolo homicidio. Confirmatur, quia ſi verè in conſcientia, qui dubitat de facto ſuo, an ſit tale, vt irregularitatem adiunctam habeat, non tenetur pro irregulari ſe habere, malè id Pontifices in his canonibus præcipiunt, ſeu declarant in dubio homicidij. Confirmatur ſecundò, quia lex etiam pœnalis lata in fauorem animarum, ad euitandum periculum peccati non cenſetur odioſa, ſed fauorabilis, & ideò non eſt reſtringenda, ſed amplianda ad ſimiles caſus, vbi militat eadem ratio, vt poſt alios Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp. 39. num. 5.* Confirmatur tertiò aliis rationibus *ſuprà num.* 1174. adductis. Hinc Rebellus *vbi ſuprà*, & nonnulli aiunt expoſitos omnes cenſendos eſſe irregulares, quia cùm conſtet illegitimos eſſe irregulares, & ſolùm dubitetur an expoſiti ſint illegitimi, dubium eſt facti: quamuis plures alij ex auctoribus huius ſententiæ cenſeant in dubio, an quis ſit illegitimus, vel legitimus, iudicari debere legitimum, & ita non eſſe irregularem; de qua re *infra* erit ſpecialis difficultas. Hinc etiam aiunt cenſendum eſſe legitimum, & irregularem, ita vt ſine diſpenſatione non poſſit Ordines recipere, eum, qui dubitat an vxorem, quam habuit, & cognouit carnaliter, eſſet virgo.

1353. Altera ſententia hodie magis recepta aſſerit in quolibet alio dubio facti, cui annexa eſt irregularitas extra caſum homicidij poſt factam moralem diligentiam ad illud vincendum, remanente neminem eſſe cenſendum irregularem. ita Abbas *in d. cap. ſignificaſti num. 4.* (vbi ait prædicta duo capita, & deciſionem ibi factam debere limitari ad ſpeciem facti ibi propoſitam de homicidio.) Nauarrus *in cap. ſi quis autem, num. 41.* (vbi ait in dubio tutiorem partem eſſe eligendam in caſibus ſolùm à iure expreſſis.) Henriquez *lib. 14. c. 3. n. 4.* Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 10. n. 48.* Auila *de cenſur. p. 7. diſp. 1. dub. 5. concl. 2.* Suar. *de cenſur. diſp. 40. ſect. 6. n. 8. & ſeqq.* Coninch *de Sacram. diſp. 28. n. 23.* Auguſt. Barboſa *collect. ad d. c. ad audientiam, n. 2.* Fagundez *d. c. 10. n. 13. fine*, Layman *lib. 1. tract. 1. c. 4. n. 39.* Villalob. *p. 1. tract. 1. diff. n. 3.* Bonacina *de cenſur. diſp. 7. diſp. 1. p. 4. n. 3.* Stephanus Bauny *tom. 2. tract. 11. quæſt. 4. aſſertione ſecunda.* Filliucius *tom. 1. tract. 19. cap. 2. num. 49. & 50.* Fragoſus *de Regim. p. 1. lib. 4. diſp. 10. n. 213. verſic. ex dictis.* Portel *in dubiis regularib. v. abortus in addit. n. 1. fine.* Ariaga *1. 2. tom. 1. diſp. 25. num. 18. & 19.* Diana *p. 3. tractat. 5. reſolut. 72.* & alij recentiores, præſertim Ioannes Sancius, & Palaus locis relatis *num.* 1186. vbi etiam huius ſententiæ fundamenta adducuntur; & magis probatur, quia in dictis iuribus Pontifex loquitur ſolùm de dubio homicidij. Quare cùm irregularitas non ſit admittenda niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ſuprà *num.* 1290. oſtenſum eſt, & habetur *cap. ſi qui, de ſentent. excom. in 6.* & vt in dubio facti aliquis cenſeatur irregularis de ſolo caſu homicidij culpabilis expreſſum ſit in iure *d. c. ad audientiam, & d. cap. ſignificaſti*, non debet extendi ad alios caſus iure non expreſſos, maximè, quia verſamur in materia odioſa, & odia ſint reſtringenda; & etiam, quia ſicut iudex neminem poteſt condemnare, niſi probetur Reus, ita etiam nemo tenetur ſe ipſum condemnare, niſi ſibi probetur Reus. 1354. † Quòd autem in dubio facti de homicidio incurratur irregularitas ſit decretum à ſummis Pontificibus, id factū eſt in odium ipſius homicidij, à quo Clericos, & Eccleſiaſticos longiſſimè abeſſe decet, & ob ſpecialem eiuſdem homicidij deformitatem, & indecentiam in Ordine ad vſum Ordinum, (vt præallegati Doctores notarunt,) etiam, quia ſemper in caſu homicidij eſt regulariter probabilis præſumptio illam percuſſionem fuiſſe aliqua ratione cauſam mortis alterius, & ad eam aliqua ratione influiſſe. Quare

Ad rationem prioris ſententiæ reſpondetur ex 1355. dictis *ſuprà num.* 1205. & ex modò adductis *in dictis capitibus*, in hoc caſu homicidij dici ob reuerentiam rerum ſacrarum eſſe eligendam partem tutiorem à periculo, quod intelligitur non tam de peccato vitando, quàm de indecentia vitanda in vſu Ordinum, ſi poſtea innoteſcat homicidium actus Ordinum, præſertim ſacrorum, exercuiſſe. Quare, vt *eodem num.* 1205. dictum eſt, ſummus Pontifex non innititur ei pronunciato, in dubio eligenda eſt pars tutior à periculo, tanquam neceſſariò in omnibus materiis, ſed tanquam accommodato huic materiæ, atque tanquam optimo cōſilio, cui propterea innixus decreuit hoc in hac eadem materia homicidij propter vitandam ſpecialem indecentiam, quam habet homicidium ad vſum Ordinum; & ideo non poteſt concludi idem eſſe in aliis irregularitatibus dicendum, ad quod confirmandum plura alia adducunt Suarez, & Ariaga. Ad primam confirmationem patet ex ſupradictis ratio, ob quam meritò id in dubio homicidij S. Pontifex decreuit. Ad ſecundam reſpondetur primò non militare eandem rationem, vt ex dictis conſtat. 1356. † Reſpondetur ſecundò verius eſſe pœnas non debere extendi ad ſimiles caſus, quia lex quoad pœnam non pendet à ratione ſolùm, quantumcunque ſit condita in fauorem animarum, ſed à voluntate ſtatuentis, vt alibi dixi, & latè Sanchez *lib. 10. de matrim. diſp. 4. num. 3.* Ad alias rationes, de quibus in tertia confirmatione ſufficienter reſponſum eſt *ſuprà n.* 1201. & præſertim *ad cap. illud Dominus, de cler. excom. miniſtrante*, vbi decernitur Epiſcopum celebrantem cum dubio excommunicationis incidiſſe in pœnas iuris, quarum vna eſt irregularitas, reſponſum eſt *ſuprà n. 1206. & 1207.* Epiſcopum illum non præmiſiſſe debitam diligentiam, & præterea non habuiſſe dubium probabile, ſeu rationabile, quòd non erat excommunicatus, nam ſua ignorantia erat craſſa, & ſupina, quæ non excuſat ab irregularitate, ſicut nec à peccato; quòd autem illa ignorantia non fuerit probabilis, *eodem num.* 1207. oſtenſum eſt, ex ipſo textu, in quo habetur, quòd illi conſtabat de excommunicatione per famam publicam, cum qua non poteſt ſtare ignorantia probabilis p ſius iuris.

In dubio homicidij iuſti, & non prohibiti, v. g. in bello iuſto ſecuti, vtrùm quis iudicandus ſit irregularis.

EX quibus primò Sanchez *num. 50.* Layman *dict.* 1357. *num. 39. verſic. Tertiò in aliis.* Stephanus Bauny *d. q. 4. aſſertione ſecunda. verſic. patet ſecundo*, & Diana *d. reſolut. 72.* inferunt in dubio homicidij iuſti, & non prohibiti, v. g. in bello iuſto commiſſi neminem cenſendum eſſe irregularem, quia iura *in d. cap. ad audientiam, & d. cap. ſignificaſti*, loquitur de caſu homicidij prohibiti,

prohibiti; ac proinde deciſio non eſt exteodeoda, ſed limitanda ad ſolum caſum ibi propoſitum, nam pœnæ, & odia ſunt reſtringenda; & hoc idem indicat Filliucius *d. num.* 50. dum ait deciſionem dictorum capitum limitandam tantùm ad caſum ibi propoſitum, & cùm dubium eſt æquale, docuit priùs
1358. Henriquez *d.cap.3.num.4.lit.X.* † Sed contrarium, & etiam in dubio homicidij iuſti, & non vetiti habere locum deciſionem dictorum capitum, vt quis cenſeri debeat irregularis, tenent Auila *d. dubitatione* 5. *concl.* 2. *initio*, & Bonacina *vbi ſuprà*. Probat Auila, quia *d.cap.ad audientiam*, loquitur in caſu, quo quidem clericus caſtigabat quendam de familia ſua, quod de ſe eſt illicitum. Bonacina verò probat ex *cap.petitio tua, penultimo, de homicidio*, vbi decernitur Preſbyterum, qui pugnauerat contra infideles in bello iuſto, & eum conſcientia remordebat de homicidio patrato, debere in tali dubio ſe gerere tanquã irregularem. Sed ad argumentum Auilæ reſpondetur cum Gloſſa *ibidem*, emendationem diſcretam, & leuem eſſe licitam, clericum verò indiſcretè correxiſſe, & etiam non adhibuiſſe debitam diligentiam remouendo cultellum è vagina pendente à cingulo, quo percuſſit. Ad argumenta verò Bonacinæ reſpondet Sanchez, *d.cap. penultimum* non obſtare (quia, vt notat *ibidem* Gloſſa *v. remordet*,) ille non poterat propria manu pugnare, eo quòd eſſet Preſbyter, & ita dabat operã rei illicitæ, ac proinde in tali dubio de homicidio patrato debebat ſe gerere tanquam irregularem, & abſtinere ab exercitio ſacrorum.

In dubio facti de mutilatione, an quis ſe gerere debeat tanquam irregularis, ſi facta diligentia adhuc dubitat, an mutilauerit, & an conſulens mutilationem, ea ſequuta efficiatur irregularis; & an Epiſcopus vi decreti cap.6. ſeſſ.25. de reformat. *poſſit diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex mutilatione.*

1359. SEcundò Inferunt Sanchez *num.* 4. Fragoſus *d. num.* 213. *verſic. ſuffragatur*, Layman, Bonacina, Diana locis *ſuprà* citatis, & Stephanus Bauny *d. tract.* 11. *quaſt.* 37. in dubio facti de mutilatione membri quempiam non teneri ſe gerere tanquam irregularem, ſi facta diligenti inquiſitione adhuc dubitat, an mutilauerit; quia mutilatio propriè non eſt homicidium, aut mors hominis, ſed impropriè, & tantùm ſecundùm quid; quare cùm iura decreuerint ſolùm in dubio facti homicidij incurri irregularitatem, non eſt hæc pœna extendenda ad dubium facti mutilationis; & hoc idem approbare videtur Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d.cap. ad audientiam n.*4.
1360. *de homicidio* †. Contrarium tamen in terminis aſſerit Martinus Breſſerus *d. lib.*4. *de conſcientia cap.*8. *n.*69. *fine*; & ad id faciunt Doctores, qui aiunt in materia irregularitatis homicidium, & mutilationem membri in omnibus æquiparari; ita vt quibus in caſibus homicidium inducit irregularitatem, inducat etiam mutilatio, & quibus in caſibus, puta iuſtæ defenſionis ob homicidium non incurritur irregularitas, neque incurratur ob mutilationem, vt habetur *Clem. ſi furioſus, de homicidio*, & ita docent Gloſſa *in d. Clem. ſi furioſus*, Couarruuias *ibidem p.*3. §. *vnico num.* 2. Nauarrus *in man cap.*27. *num.*206. *verſic. Tertiò principaliter*, Henriquez *lib.*14. *d.cap.*3. *num.*4. & *cap.*15. *num.*1, Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. Clem. ſi furioſus, fine*. Auila *de cenſur p.*7. *diſp.*5. *ſect.*1. *verſic. quartò ſupponendum*, Toletus *lib.*1. *cap.*70. *num.*1, Villalobos *p.*1. *tract.*21. *diff.*19. *num.*1. & plures alij à Sanchez relati. Et ratio, cur in hac materia homicidium, & mutilatio æquiparentur, & ſint æquipollentia, eſt, quia in iure mutilator dicitur homicida, & mutilatio mors, *cap. ſi quis abſciderit d.*55. & propter hæc etiam Fagundez *in Decalog. lib.*5. *d.cap.*10. *num.*14. *fine*, ſentit in dubio facti mutilationis incurri irregularita-
tem. † Sed non eſt recedendum à priori ſententia, 1361.
tum quia in pœnis argumentum à ſimili non valet; & ita ab homicidio eiuſque facti dubio ad mutilationem, eiuſque facti dubium, irregularitas extendi non debet; tum quia verba legis pœnalis accipienda ſunt propriè: mutilatio autem non eſt propriè homicidium, (vt dictum eſt,) ſed quid omninò ab illo diſtinctum; & conſequenter quod de homicidio iura decernunt, ad mutilationem trahi non debent. In his igitur, quæ concernunt odium, & rigorem, ea quæ de irregularitate ob homicidium in iure ſtatuta ſunt, non debent extendi ad mutilationem, niſi etiam in aliquo particulari euentu ius ipſum extendat, & hac ratione non æquiparantur homicidium, & mutilatio; in iis verò, quæ concernunt fauorem, quæ de homicidio in iure ſtatuta ſunt, extenduntur ad mutilationem, vt benè Suarez *de cenſur. diſp.*44. *ſect.*2. *n.*4. Filliucius *tom.*1. *tract.*20. *cap.*1. *num.*9. Gordonus *lib.*7. *quaſt.*18. *num.*46. quia fauores ſunt ampliandi, & quoad hoc æquiparantur. Ac proinde ſicut in iure decernitur non eſſe irregularem, qui occidit alium gratia vitandæ propriæ mutilationis, vt tradunt poſt alios Couarruuias, Sanchez, & Fagundez *locis citatis*, Syluester *v. homicidium* 3. *q.*3. *verſic. primum*, Nauarrus *d.cap.*27. *num.*211. Sayrus *de cenſur lib* 6. *cap.*17. *num.*3. & 4. Suarez *de cenſur. diſp.*46. *ſect.*2. *n.*6. *verſic. rurſus*, & Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad Clem. ſi furioſus, num.*13. quicquid ſecùs ſenſerint Plouius, Villadiego, & Maiolus, quos *ibidem* reprobat Suarez: addens idem dicendum ſi non timeatur mutilatio, aut vulnus lethale; ſed ſolùm immineat periculum grauis percuſſionis corporis, ſiue grauitas ſit poſita in notabili læſione, vel infamia, prout eſt in alapa, vel in percuſſione alia virgæ, vel vel arundinis; quod idem approbat Barboſa *d n.* 15. Item ſicut ad incurrendam irregularitatem ex homicidio iura nolunt ſufficere opus inchoatum, ſed requirunt conſummatum; ita etiam hoc habet locum in irregularitate ex mutilatione, vt ait Gordonus *d. num.*16.

Hinc licèt Sayrus *de cenſur lib.*6. *c.* 16. *n.*11. Moli- 1362.
na *tom.*4. *tr.*3. *diſp.*76. *n.*5. Villaloh. *d. tr.*21. *diff* 20. & alij per Sayrum relati, aſſerant conſulentem mutilationem, ea ſecuta effici irregularem, ſicut efficitur conſulens homicidium, eo ſecuto, quæ videtur eſſe communis Doctorum fundata in illa æquiparantia homicidij, & mutilationis. Nihilominus contrariũ, & cõſulentem mutilationem irregularem non eſſe, tenent Ioann. Præpoſitus *in* 3. *p.q.*5. *de irregularitate dub.*9. *n.*64. Petr. Corneio *in* 3. *p. tr.*5. *de irregularitate diſp.*2. *dub. vnico quaſt.* 5. *num.* 3. Stephanus Bauny *d. quaſt.*37. & Diana *p.*4. *tract.*2. *de reſolut.*18. quod idem ſentire Suarez, Filliucium, & Gordonum locis *ſuprà* citatis, colligitur ex eorundem doctrina; & ratio deſumitur ex dictis, nempe quia irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, & canones ſolùm conſulenti homicidium decernunt irregularitatem, qui proinde non debent extendi ad conſulentem mutilationem valdè ab homicidio differentem, & etiam in pœnis non fiat extenſio à ſimili, ſeu à paritate rationis, vt dictum eſt, immò neque à maioritate, vt Sanchez loco *ſuprà num.* 1355. relato. & Diana *vbi ſuprà*.

Hinc

1363. Hinc quoque licet Henriquex *lib.14.c.9. num.3.* Medina *in ſum.lib.1.c.11.§.12.* affirment Epiſcopum non poſſe vigore *c.6 ſeſſ.24.de reform.* diſpenſare in irregularitate occulta prouenienre ex mutilatione membri voluntaria, eo quòd ibi reſeruetur Papæ irregularitas ex homicidio voluntario, & conſequenter videatur reſeruata irregularitas ex mutilatione voluntaria membri occulta, quod idem tenet, etſi ob aliam rationem, Sanchez loco *ſuprà n.1359.* relato. Nihilominus verius eſt contrarium, poſſéque Epiſcopum vigore decreti *d.c.6.* diſpenſare in præfata irregularitate ex mutilatione voluntaria occulta, vt locis *ſuprà n.1360.* allegatis, docent Suarez, Filliucius, Gordonus, Villalobos *d.tract.21. diff.9.n.2.& diff. 19. n.1.* & tradunt Doctores communiter, quos latè refert, & ſequitur Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc.p.2. allegat.39. n.49. & in remiſſionibus ad d.c.6.num.10. & collectaneo in Concilium Trid.ad d.c.6.n.36.* & reſoluit S. Congregatio, quæ declarauit expreſsè, & in terminis illam reſeruationem irregularitatis ex homicidio voluntario, non extendi ad diſpenſationem irregularitatis ex mutilatione voluntaria occulta, ſed concedi Epiſcopo ex vi illius decreti, eo quòd appellatiune homicidij non veniat mutilatio: quam declarationem referunt Farinacius, & Gallemart *in declarationibus ad d.c.6.* & de ea mentionem faciuot Suarez, & Barboſa *vbi ſuprà*, & alij ab eodem Barboſa relati. Huius igitur deciſionis, & communis ſententiæ ratio eſt, quia cùm illa reſeruatio odium, & rigorem concernat, & mutilatio differat ab homicidio, illóque minus grauis, minuſque odioſus actus, non debet extendi ad irregularitatem ex mutilatione voluntaria, cùm odia non extendantur ad caſum non expreſſum, & maximè diuerſum. Si dicatur ex Sanchez quòd licèt *ibi* à Tridentino non cenſeatur excepta irregularitas ex mutilatione voluntaria, quatenus eſt ex ſolo delicto ob rationem mox allatam; cenſeri tamen exceptā ab auctoritate Epiſcopi, quatenus eſt irregularitas ex ſignificatione, in qua Epiſcopus etiam non facta à Tridentino dicta exceptione irregularitatis, ex homicidio voluntario non poterat diſpenſare. His obſtant, quæ habet Sanch *eod.n.49.* & quia in mutilatione principaliter conſideratur
1364. delictum.† Et præterea etiam, quia irregularitas ex homicidio voluntario in eadem reſeruatione facta per Tridentinum conſideratur, & accipitur, non prout oritur ex ſignificatione, ſeu defectu lenitatis, ſed prout prouenit ex delicto, ex homicidio ſcil. iniuſto voluntario, cùm *ibi* agatur de diſpenſatione ſuper irregularitatibus ex delicto occulto, & excipiatur illa proueniens ex homicidio voluntario, & quia nomine homicidij voluntarij intelligitur homicidium illicitum, & contra quintum præceptum, vt tradunt Doctores *infrà n.1366.* allegādi, & alij communiter, quos refert illos ſequens Auguſt. Barboſa *d.alleg.39. n.46. & in d. remiſſionibus ad d.c.6.n.13. & in collectaneis ad Concil. Tridentinum d.c.6. n.30.* & idem habet no-
1365. ſter Marchinus *de Ordine, tractatu 1.p.9.n.4.* † Vnde in irregularitate proueniente ex homicidio iuſto, & licito, vel auctoritate legitima, & iuſta de cauſa facto Epiſcopum poſſe diſpenſare tradunt Nauarr. *in man c.27.n.240. verſic. dixi illicitum, & in rubr. de iudic.n.109. verſic. tertiò, cum ſeqq.* Couarr. *in d. Clem. ſi furioſus, de homicidio p.2.§.3. n.7. fine.* Campanilis *in diuerſorio iuris Canonici, rubr.11.c.23. n.138.* Rodriq. *qq.reg.tom.1.q.24.art.1. & in ſum.tom.3.c.223.n.1. & 2.* (vbi ſe corrigit de oppoſito, quod priùs ſenſerat *in eadem ſumma tom.1.c.174.*) *& tom.2. q.105. art.2.* Io. Hieronymus Rodericus *in compendio priuileg. reſolut.52.n.59. & reſolutione 81. num. 1.* & innumeri alij, quos refert, & ſequitur Auguſtinus Barboſa *d. allegat.39.num.47. & in d. remiſſionibus ad d.c.6.n.13.* & in collectaneis in Concil. Trid. *d.cap.6.ſeſſ.24 de reform.n.31.* & alij relati à Villaloboa *d.n.10.* Quamuis contrarium teneant Garzias *de benef.p.7.cap.11. n.40.* & plures alij ab eodem Garzia *ibidem n.41.* & Barboſa *locis citatis*, & à noſtro Marchino *d.cap.2.*
n.1. relati.† Hîc autem obiter noto, quòd dato, quòd 1366.
Epiſcopus nec ex rigore dicti decreti Tridentini, neque ex iure communi poſſit diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio voluntario iuſto, poſſunt tamen diſpenſare in hac irregularitate omnes ij, qui habent priuilegium diſpenſandi ſuper omni irregularitate, excepta ea, quæ naſcitur ex homicidio voluntario, vt in terminis præter Nauarrum *d n.240.* Couarruuiam, Rodriquez, & Rodericum *vbi ſuprà* tradunt Suarez *de cenſ.diſp.47.ſect.6.n.13.* Villalobos *d.tract.21.diff.22.n.15. & diff. 28. n.10.* & alij ab iiſdem relati, ídque ob dicta *ſuprà num.3064.* ſcilicet, quia ſub homicidio voluntario non comprehenditur homicidium iuſtum, & licitum, cùm ſimpliciter non ſit homicidium, vt dixere S. Thom. 1. 2. *q.88. art.6 ad 3.* D. Auguſtinus *lib.1. de lib.arbit.cap 4. & 5.* Caietanus *in ſum.verb irregularitas*, Armilla *v.eodem n.15.* Nauarr. *vbi ſuprà*, & Corduba *in ſumma q.34.*

Qui conſuluit, vel mandauit fieri homicidium, vel auxilium præbuit, & facta debita diligentia dubitat, an ſuo auxilio, vel mandato, in homicidium ſecutum influxerit, an verò delinquens occiderit minimè motus conſilio, vel mandato, aut auxilio, an ſit cenſendus irregularis; & an teneatur ad reſtitutionem damni ex homicidio ſecuti, & quid ſi dubitet, an ſua iniuſta actione fuerit cauſa efficax furti, aut alterius damni.

TErtiò ex dictis ad confirmandam eandem ſen- 1367.
tentiam *ſuprà n. 1353.* poſitam inferri videtur eum, qui conſuluit, vel mandauit fieri homicidium, quod poſtea ab eo, qui conſilium, aut mandatum accepit, conſtat fuiſſe perpetratū, quando facta debita diligentia ad inueſtigandam veritatē manet dubius, vtrùm ſuum conſilium, aut mandatum operatum ſit aliquid circa illud homicidium, in illúdve influxerit, ſeu an ſecluſo ſuo conſilio is, cui cōſilium dedit, eſſet eodem prorſus animo homicidium commiſſurus, non eſſe cenſendum irregularem. id quod quando dubium eſt æquale, in terminis aſſerit Henriq. *lib.4.c.6.n.3.lit.O,* in gloſſa, vbi dicit, quòd in huiuſmodi dubio æquali, an quis ſuo conſilio in mortem alterius influxerit poſt factam diligentiam, poteſt practicè deponere dubium, reputans ſe excuſatū ab irregularitate propter poſſeſſionem innocentiæ, & confirmari poteſt ex doctrina eorum Doctorū, quos ad id refert Farinac *in praxi crim.tom.4.de conſultoribus, q.129.n.141.* aientium in dubio præſumi, quòd is, cui datum eſt conſilium, præſumitur, quòd eſſet aliàs facturus ſaltem ad effectum, vt conſulēs mitiùs puniatur: ſed meliùs, & efficaciùs probari poteſt ex dictis allegato *n.1353.* ſcil. quòd in dubio facti, poſt factam moralem diligentiam quis cenſendus ſit irregularis, ſpeciale eſt in irregularitate ex homicidio contracta, nec ad alias extendi debet; ergo nō debet extendi ad conſiliū in dubio, an aliquid influxerit in mortem alterius, ſeu operatū ſit circa homicidium, quia tunc non eſt dubiū homicidij à conſulente cōmiſſi, cùm non ſit verè homicida, ſed cooperationis ad homicidiū; & diſtincta ſit irregularitas cōſurgens ex cooperatione per conſiliū, aut per mandatum ab

irregularitate homicidij ipſius, nã ſi hæc ſola ſtatuta eſſet in iure, non comprehenderet conſulentem, vel mandantem, etſi certa eſſet conſilij, vel mandati cooperatio: iura autem indicantia irregularitatem, ob conſilium, aut mandatum, quæ ſunt *c. ſi quis viduam d. 50. c. 20. de clericis pugnantibus in duello, c. ſicut dignum. §. qui verò, de homicidio, & c. vlt. de homic. in 6.* loquuntur de conſilio, & mandato; quod conſtat fuiſſe cooperatum ad homicidium, nil verò dicunt, quando eſt dubia cooperatio, ac proinde in tali dubio iuxta doctrinam *d. num. 1353.* traditam, & modò repetitam, quis non eſt cenſendus irregularis; & propter hanc rationem id tanquam probabile aſſerere videntur etiam Sanchez *d. lib. 1. ſum. c. 10. n. 44.* Fagundez *d. lib. 2. in Decalog. c. 10. n. 16.* & Stephanus Bauny *tom. 2. d. tract. 11. quæſt. 36.*

1368. Verùm in hoc dubio cooperationis conſilij ad homicidium perpetratum, (& idem in dubio cooperationis mandati,) conſulentem fore in vtroque foro cenſendum irregularem, docent communiter Doctores non ſolùm, qui volunt in quolibet dubio facti, cui annexa in iure eſt irregularitas, incurri irregularitatem, ſed etiam qui putant eſſe ſpeciale in dubio facti homicidij. ita ergo ſentiunt Couarr. *in d. Clem. ſi furioſus p. 2. §. 2. n. 1. verſic. ſed ſi quis, & n. 2. verſic. in eo verò dubio.* Farinacius *in praxi crim. tom. 4. d. q. 139. n. 140. & 2. p. fragm. crim. litera I. n. 555.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad cap. ad audientiam n. 6. de homicidio,* Tabiena *v. cõſilium n. 4.* Saytus *de cenſ. lib. 7. c. 3. n. 2.* Auila *eod. tract. p. 7. diſp. 6. ſect. 2. dub. 3. concl. 5.* Sanchez, Fagundez, & Bauny (qui addit hanc ſententiam in praxi tenendam eſſe,) locis *ſuprà* allegatis, Bonacina *de cenſ. diſp. 7. q. 1. p. 4. num. 3. circa finem;* Ioannes Sancius *diſp. 43. n. 10.* Trullench *tom. 2. lib. 3. c. 13. dub. 2. §. 1. n. 5.* Martinus Breſſerus *de conſcientia lib. 4. cap. 8. n. 76.* Diana *p. 4. tract. 2. reſolut. 25.* Ariaga *t. 2. tom. 1. diſp. 16. n. 29.* & alij recentiores ab eodem Diana, & Bauny relati. Probatur hæc ſententia primò, quia in dubio facti homicidij incurritur irregularitas, iuxta *d. cap. ad audientiam, & d. c. ſignificaſti 2. de homic.* vt latè *ſuprà* probatum eſt; hoc autem dubium cooperationis conſilij, vel mandati ad homicidium eſt dubium facti, & in materia homicidij;

1369. ergo, &c. †Secundò, quia in hoc dubio præſumptio, & poſſeſſio non ſtat pro conſulente, ſeu pro innocentia, & non cooperatione, ſed pro ipſa cooperatione, & iniuſta actione, cui in iure annexa irregularitas; nam cùm in dubio nemo præſumatur delictum admiſſurus, *l. merito, ff. pro ſocio,* in hoc dubio cooperationis conſilij, vel mandati præſumitur principalem, ſeu occiſorem, cui datum eſt conſilium, motum fuiſſe ex conſilio, & aliàs non fuiſſe facturum, vt tradunt communiter Doctores, Felinus *in cap. 1. de offic. deleg. ibid.* Decius, Baldus *in l. data opera, ff. qui accuſare non poſſunt.* Angelus *l. 1. in princ. verſic. vltimò eſt videre, ff. de eo, per quem factum erit,* Ananias *in d. c. ad audientiam n. 10.* Oſaſcus *deciſ. Pedem. 67. n. 10.* Maſcardus *de probationibus concl. 419. n. 9.* Farinac. *d. q. 139. eodem n. 140.* & innumeri alij, quos *ibidem* idem Farinacius cumulat, & alij à Sanchez *d. n. 44.* relati. Quare conſilium, aut mandatum in hoc dubio cenſetur fuiſſe cauſa delicti, & in homicidium influxiſſe, & conſulens, ſeu mandans punitur in foro externo pœna ordinaria, & eadem, quæ conſulenti, & mandanti homicidium ſtatuta in iure eſt, vt præallegati Iuriſperiti docent, & conſequenter incurrit etiam irregularitatẽ. An verò etiam ad reſtitutionem damni teneatur, explicabitur *infrà.*

1370. Notant autem allegati Doctores, & alij quaſdam coniecturas, propter quas, (quicquid ſecus ſentiat Ariaga *d. diſp. 26. n. 28.*) poteſt ceſſare illa præſumptio cooperationis, & præſumi principalem non motum conſilio, aut mandato, homicidium perpetraſſe. Prima eſt, ſi præceſſerunt minæ necis factæ ab occiſore, ita alijs allegatis Farinacius *d. q. 139. n. 145.* Sanchez, Fagundez, & alij. Secunda, ſi delinquens ante conſilium, vel mandatum præparauerat omnia neceſſaria ad occidendum. ita cum alijs Farinacius *d. q. 139. n. 147.* Sanchez, & alij *ſuprà* allegati, & alij etiam *infrà* allegandi. Tertia ſi idem delinquens habuerat colloquium, & tractatum, & dixerat ſe omninò velle facere. ita idem Farinacius alios allegans *n. 148.* Quarta ſi homicida erat inimicus capitalis occiſi ante conſilium, & mandatum, ita poſt alios Farinacius *d. q. 139. n. 145.* Sanchez *d. n. 44.* & alij. In his enim quatuor caſibus conſulens, aut mandans non tenetur de occiſo, iuxta præallegatos Iuriſperitos, & Doctores, neque etiam incurrit irregularitatem, nec obligationem reſtituendi damnum. Addunt alij quintam coniecturam, ſi non ſtatim recepto conſilio, ſed poſt multos dies delinquens tardauit ad committendum homicidium, quia poſt tot dies potuit ille feruor à conſulente impreſſus elangueſcere, & voluntas redire ad ſtatum priſtinum, in quo erat ante conſilium. ita Baldus *in l. 1. n. 7. in fine, verſic. & idem ſi mandatum, C. de ſeru. fugit.* Auila *d. concl. 5. & p. 2. diſput. 3. dub. 3. concl. 6.* & videtur etiam idem admittere Farinacius *d. q. 139. n. 151. & d. p. 2. fragm. crim. lib. 1. n. 556.* Sed contrarium, & præſumi delinquentem conſilio motum, etiamſi diu poſt conſilium acceptum occiderit, docent Felinus, & Innocentius locis relatis per Farinacium *d. q. 139. n. 150.* Tabiena, & Diana *locis citatis,* & idem ſentire videntur Sanchez, Fagundez, & alij, cùm huius coniecturæ mentionem non faciant, & quoad mandantem fieri homicidium, quòd incurrat irregularitatem, etiamſi mandatarius diu poſt mandatum occiderit, tradunt communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Farinacius *d. p. 2. fragm. lit. I. n. 170.* Addunt alij ſextam coniecturam, ſi homicida conſulenti, ſeu mandanti aſſerat ſe neque ad homicidij ſubſtantiam, neque ad accelerationem motum fuiſſe eius conſilio, aut mandato. ita Henriquez *d. lib. 14. cap. 16. n. 3. d. dub. 3. concl. 5.* Sayrus *d. n. 2.* Petrus Cornejo *in 3. p. tract. 5. de irregularitate diſp. 1. dub. 2.* (quem ad id refert, & ſine limitatione approbat Diana *d. reſolut. 25.* Quamuis *eadem parte 4. tract. 3. reſolut. 28. verſic. ſed an cenſenda ſit,* non admittat abſolutè, ſed cum limitatione ſubiungenda,) & priùs docuit Carel. Cotta *in ſuis memorab. v. mandans homicidium, verſic. ſed ſi quis Titius,* quem refert Farinacius *d. 129. n. 153.* Ad hanc coniecturam abſolutè non admittunt Iuriſperiti communiter aientes talem delinquentis aſſertionem habere præſumptionem contra ſe. ita Felinus *in c. 1. n. 13. verſic. & in quantum dicitur, de offic. deleg.* Boſſius *in tit. de mandato ad homic. n. 46.* Menochius *de arbitr. lib. 2. caſu 352. num. 14.* Farinacius *d. q. 129. n. 152. & d. p. 2. fragm. lit. I. n. 557.* & alij ab eodem Farinacio *d. num. 152.* allegati, & ex Theologis tali aſſertioni abſolutè non eſſe credendum, aſſerunt Sanchez, Fagundez locis *ſuprà* allegatis, & Caſtrus Palaus loco *infrà* allegando, ſed ſolùm ſi homicida aſſerens ſit fide dignus, aut tales aliæ coniecturæ concurrant, vt vir prudens arbitretur illi fidem eſſe habendam.

Dixi verò, *ſi conſtet homicidium fuiſſe perpetratum;* 1371.
nam ſi facta diligentia dubium ſit non ſolùm an conſilium fuerit efficax, ſed etiam an homicidium fuerit patratum, ſeu an is, cui conſilium, vel mandatum datum eſt, occiderit, in hoc dubio (quicquid ſecus ſentiat Bonac. *vbi ſupr.*) cõſulens, aut mandans non erit cenſendus irregularis, neque tenebitur ad aliquam

aliquam reſtitutionem damni, vt docent locis *ſuprà* allegatis Sanchez, Stephanus, Baony, Breſſerus, & etiam Fagundez *d. cap.* 10. *num.* 17. *&* 19. Et probatur primò ex dictis *ſuprà num.* 1316. vbi oſtenſum eſt, in dubio facti non incurri irregularitatem ex homicidio, niſi certò conſtet homicidium fuiſſe ſecutum. Probatur ſecundò, quia in hoc dubio non eſt præſumptio pro cooperatione, & influxu in homicidium, cùm ille, cui datom eſt conſilium, vel mandatum, in dubio potiùs præſumendos ſit illud non commiſiſſe, etiam poſt conſilium, aut mandatum, ob illam regulam, quòd in dubio nemo præſumitur delictum commiſſurus, *d. l. merito, ff. pro ſocio*, & homicidium etiam plurimis de cauſis impediri potuerit, & ſoleat. Quapropter prudenter iudicatur conſilium, aut mandatum nihil effeciſſe; vel ſaltem cooperatio conſilij, aut mandati remaneat omninò dubia, & ita non inducens irregularitatem, quia ſola irregularitas homicidij incurritur in dubio facti, & non extenditur, iuxta dicta *ſuprà n.* 1367. *&* 1353. hæc autem non eſt irregularitas homicidij, ſed cooperationis ad homicidium, vt *ſuprà eodem n.* 1367. dictum eſt; & in hoc caſu conſulentem non teneri ad aliquam reſtitutionem, tradit etiam ipſe Bonae.
1372. *de reſtitutione diſp.* 1. *q.* 2. *p.* 4. *n.* 1. † Sic etiamſi dubium eſſet, an conſilium, vel mandatum datum ſit, ita dubitans poſt factam diligentiam non erit irregularis; tum quia in dubio delictum non præſumitur, tum quia in dubio facti extra dubium facti homicidij non incurritur; vnde etiam in hoc caſu nulla eſt obligatio reſtitutionis damni, vt tradit Leſſius *de*
1373. *inſtit. lib.* 2. *c.* 27. *n.* 13. *fine.* † Sicut etiam immunis eſſet ab irregularitate, ſi conſtaret conſilium eſſe datum ex ignorantia inculpabili, quia cùm hæc ſit irregolaritas ex delicto, non incurritur abſque culpa, vt tradunt communiter Doctores in præcedentibus relati; & ſic etiam in hoc caſu nullam eſſe obligatiooem reſtitutionis alicuius damni, rectè ait Leſſius *loco citato*.

Sed quod controuertitur eſt, an ille, qui conſuluit, aut mandauit fieri homicidium, aut furtum, aut aſſociauit homicidam, aut aliter adiuuit, teneatur ad reſtitutionem damni, ſi facta diligentia dubitet num ex ſuo conſilio, vel mandato, aut auxilio homicidium, aut furtum, quod conſtat eſſe commiſſum, ſecutum ſit; an verò is qui commiſit, non fuerit motus conſilio, vel mandato, vel auxilio, ſed etiam abſque eo eſſet illud commiſſurus.

1374. Et ſententia multorum eſt in tali dubio non teneri dubitantem ad vllam reſtitutionem. ita Sylu. *v. reſtitutio* 3. *q.* 6. *d.* 2. *in ine.* Tabiena *eodem q.* 21. *n.* 24. Sà *eodem n.* 35. Henriq. *lib.* 14. *c.* 3. *n.* 4. iuncto fine in Gloſſa *c.* 16. *n.* 3. Petrus Nauarr. *de reſtit. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 58. Auila *de cenſ. p.* 2. *diſp.* 3. *dub.* 3. *concl.* 5. Io. Medina *C. de reſtit. q.* 7. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 38. Rebellos *de oblig iuſt p.* 1. *lib.* 2. *q.* 14. *num.* 7. Sayrus *lib.* 10. *clauis tract.* 2. *c.* 7. *n.* 4. *c.* 8. *n.* 1. *fine. &* *c.* 12. *num.* 6. Villalobos *tom.* 1. *ſum. tract.* 1. *diffic.* 20. *n.* 9. Bonae. *de reſtit. diſp.* 1. *q.* 2. *p.* 4. *n.* 1. Trullench *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. *dub.* 1. *n.* 6. *&* *dub.* 2. §. 1. *n.* 5. Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 28. & nonnulli alij apud eoſdem. Ratio eſt, tum quia in dubio, præcipuè in materia iuſtitiæ, melior eſt conditio poſſidentis, *l. ſi ob turpem cauſam, ff. de condict. ob turpem cauſam.* qui autem dubitat, an ſuo conſilio, aliàve actione ſua fuerit cauſa efficax damni, poſſidet ſuam libertatem, & pecuniam, & ita poteſt præſumi ex ſuo conſilio, & actione iniuſta nõ eſſe damnum ſecutum. Tum quia obligatio ad reſtituendum eſt odioſa; odia autem non ſunt extendenda, ſed reſtringenda, *l. quicquid aſtringendæ ff. de verb oblig. &* *c. odia, de reg. iuris in* 6. Tom quia in pari cauſa Reus abſoluitur, *l.* 2. *C. de condict. ob turpem cauſam, & c. penult. & vltimo, de adulteriis.* Tum quia in hoc dubio non valet argumentum ab irregularitate ad reſtitutionem, quia iuxta iura ſpeciale eſt, vt in dubio facti homicidij quis in vtroque foro habendus ſit tanquam irregularis, vt *ſuprà* dictum eſt. Quare iuxta hos auctores tũc ſolùm quis ad reſtitutionem damni, ob homicidium, vel furtum reſtituere tenetur, quando certus eſt moraliter, quòd ſuo cõſilio, actionéve iniuſta fuerit cauſa efficax damni, ſeu vt alter damnum intulerit; quod aiunt etiam inſinuari à S. Thoma 2. 2. *q.* 62. *art.* 7. *in fine corporis*, vbi ait, quòd tunc ſolùm tenetur conſiliator, aut palpo, id eſt, adulator, ad reſtitutionem, quando probabiliter æſtimari poteſt, quòd ex huiuſmodi cauſis fuerit iniuſta acceptio ſecuta. Hanc quoq; ſententiam de immunitate à reſtitutione tenet Palaus loco *n. ſequenti* allegando, ſi verè dubium ſit, an ex conſilio, aliáve actione iniuſta damnum ſecutũ fuerit, quia, inquit, æquum non eſt quempiam obligare certam ſatisfactionem exhibere, cùm certũ non ſit dãnum dediſſe.

At aliorum ſententia, & longè probabilior eſt, ſi 1375.
verè de homicidio, vel furto, aut damno dato conſtet, & facta morali ac ſolicita diligentia adhuc dubium ſit quòd conſilium, vel mandatum, ſeu auxilium, aliave iniuſta actio in illud influxerit, mouerítque delinquentem, illum, qui conſuluit, aut mandauit, aut aſſociatus eſt, vel aliu modo adiuuit, teneri ad reſtitutionem damni, delinquente ipſo non reſtituente. ita Sanch. *de matr. lib.* 2. *diſp.* 41. *n.* 17. *& d. lib.* 1. *ſum. c.* 10. *n.* 44. Molina *de iuſtit. tom.* 2. *diſp.* 716. *n.* 6. Fagundez *d. lib* 2. *in Decalog. c.* 10. *n.* 2. Arriaga *d. diſp.* 26. *&* 27. Ioan. Sancius *d. diſp.* 42. *n.* 54. *& diſp.* 41. *n.* 10. & Martin. Breſſerus *de conſcientia lib* 4 *d. cap.* 8. *n.* 77. & priùs docuit Carbo *tract. de reſtitut. q* 66. *verſ. Quartum dictum*, vbi ait, vt conſulens à reſtitutionis obligatione immunis ſit, neceſſe eſſe, vt ipſi conſtet ſuum conſilium nihil fuiſſe cooperatum. Ratio deſumitur ex dictis *ſuprà num.* 1369 quia in hoc dubio damni dati, cùm conſtet conſilium, ſeu mandatum, aut auxilium eſſe datum, poſſeſſio non ſtat pro conſulente ipſo, ſeu mandante, aut alio modo adiuuãte, ſed contra ipſum pro actione illa iniuſta, quæ ex natura ſua tendit ad producendum effectum, quod effectum ſortita fuerit. Nam in hoc dubio iuxta ius præſumitur, quòd delinquens non eſſet aliter malè facturus, & quòd ad delinquendum conſilio, mandato, aliàve iniuſta actione auxiliantis motus fuerit, vt tradunt Iuriſperiti communiter *ibi* allegati, & alij per Farinacium *ibidem* relatum allegati, & præter eos, & Theologos modò allegatos aiunt etiã Auila *d. dub.* 3. *concl.* 5. Leſſius *lib.* 2. *diſp.* 27. *allegato n.* 13. Bonacina *d. p.* 4. *n.* 3. & Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *puncto* 4. *n.* 3. Vnde iidem Leſſius, Bonacina & Palaus *iiſdem locis* aſſerunt, cùm conſtat de conſilio dato, & damno ſecuto, quia tùnc delinquens præſumitur aliter non facturus, teneri conſulentem ad reſtitutionem damni, ſi non habeat rationes, ſeu coniecturas veriſimiles (quales ſunt poſitæ *ſuprà n.* 1370.) quòd delinquens ad dandum damnum ſuo conſilio nõ fuerit motus; & de aſſociante præſertim, cùm immediatiùs delicto concurrat, aſſerit Palaus, quòd rarò, vel nunquam dubius eſſe poterit, de damno facto non concurriſſe ſaltem præbendo animum principali operanti, etſi damnum à principali datum ſit ſtatim, ſeu breui tempore poſt conſilium, aut mandatum acceptum, tunc præſumi cooperationem conſilij, & inde naſci obligationem reſtitutionis damni, aiunt etiam Auila, Salon, Henriquez, Trullench, & ferè omnes alij Doctores alterius ſententiæ. Confirmatur hæc ſententia, quia in hoc caſu, ille, qui conſuluit,

ſuluit, vel mandauit fieri homicidium, vel furtum, vel aliud damnum, in foro externo condemnatetur ad reſtitutionem, principali delinquenti inhabili ad reſtituendum, ob illam iuris præſumptionem effectus ſecuti ex coolilio, præterquam onus probaodi conſilium nihil influxiſſe, transfertur in conſulentem, ita vt ſuccumbere debeat, dum non probauerit, vt Felinus, Decius, Baldus, & alij Iuriſperiti *ſuprà num.* 1369. citati, & alij communiter, quos citant Farinacius & Sanchez locis *eodem num.* 1369. allegatis. ergo idem erit in foro conſcieotiæ, quod non diſcrepat ab externo, quando hoc non fundatur in falſa præſumptione, ſeu in foro conſcientiæ non conſtat veritas præſumptioni iuris contraria, vt *ſuprà num.* 1178. *&* 1187. & Doctores communiter *ibidem* allegati. Quare non iuuat dicere pro conſulente, aut mandante, & eius pecunia in hoc caſu ſtare poſſeſſionem ſuæ libertatis, aut immunitatis à reſtitutione, eo quòd dum non probatur, cooperans cenſendus ſit non cooperans, neque ſpoliandus ſit pecunia ſua, nam huiuſmodi poſſeſſio ceſſat, & non obſtat, cùm cætera noo ſint paria, eo quòd ſit alia præſumptio, ac poſſeſſio pro iniuſta actione, & damno dato transferens onus probandi contrarium in eundem conſuleotem, vt oſtenſum eſt. Vnde etiam ceſſant aliæ rationes adductæ ad alteram ſententiam confirmandam; & hanc ſententiam re ipſa tenet etiam Salas 1.2. *tract.* 8. *diſp. vnica. ſect.* 23. *n.* 242. *fine*, dicens hanc non eſſe dubitationem moralem, ſed moralem euidentiam cum dubitatione phyſica; ac proinde in vtroque foro naſci obligationem reſtituendi: addens ſecus fore ſi dubitatio eſſet moralis, quia dubius eſt in poſſeſſione, & dominio ſuæ pecuniæ, qua in nullo foro expoliari debet, niſi conſtet, eius cauſa damnum fuiſſe datum. Quem tamen modum loquendi, & diſtinctionem reprobat Sanchez *d. n.* 44. nam nomine dubitationis moralis, non poteſt intelligi niſi ea, qua prudenter, & rationabiliter dubicatur coniecturis vtramque partem ancipitem relinquentibus, quo caſu iuris præſumptio, & poſſeſſio ſtat contra conſulentem, & pro cooperatione conſilij ad damnum à principali datum, vt probatum eſt, & tradunt communiter Iuriſperiti, & alij Doctores allegati, & etiam ipſe Salas *eodem num.* 241. ac proiode poſſeſſio pecuniæ non iuuat, ſed oritur reſtituendi obligatio, donec veriſimilibus coniecturis conſtet, ſeu iudicetur conſulentem, vel mandantem ſuo conſilio, vel mandato non eſſe cooperatum ad homicidium, aut furtum, ſeu aliud damnū datum, quales coniecturæ ſunt examinatæ ſuprà *d. n.* 1370.

1376. Quare in dubio, an quis cooperatus ſit ad homicidium, furtum, vel aliud damnum ab altero datum, tunc nulla adeſt obligatio reſtitutionis damni, quando nulla adeſt probabilis, & veriſimilis præſumptio cooperationis, vt in caſibus *ſuprà n.* 1376. *&* 1372. poſitis. tunc enim priuilegium poſſeſſionis, & cætera pro priori ſententia adducta habent locum, etiamſi dubium non eſſet æquale, ſed foret maior veriſimilitudo cooperationis, exiſteore tamen rigoroſo dubio, iuxta dicta *ſuprà n.* 1195. quic-
1377. quid ſecus ſentiat Rebellus loco *ſuprà* citato. † Vnde in dubio efficacis cooperationis ex ſola omiſſione culpabili, cùm delictum non præſumatur, *d. l. merito ff. pro ſocio*, dubius poſt factam moralem diligentiam non tenetur ad reſtitutionem damni ab altero dati, vt rectè tradunt Doctores prioris ſententiæ
1378. *n.* 1374. relati. † Quapropter depoſitarius, vel commodatarius, ſi dubius ſit, an ſua culpa depoſitum, vel commodatum perierit, io foro conſcientiæ oon tenetur ad reſtitutionem, quia, iuxta *d. l. merito*, in dubio non præſumitur delictum, & ipſe eſt in poſſeſſione ſuæ innocentiæ, niſi contrarium probetur. & ita in terminis etiam Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 18. Leſſius *d. c.* 27. *n.* 13. Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 30. Ariaga *d. diſp.* 46. *n.* 29. Ioannes Sancius *d. diſp.* 43. *n.* 11. Palaus *d. puncto* 4. *n.* 4. & alij. Dixi *in foro conſcientiæ*. nam quoad forum exterius, ſi depoſitarius dicat abſq; ſua culpa perdidiſſe res depoſitas, præſumitur io dolo, ſi res eiuſdem depoſitarij appareant incolumes, *c.* 2. & ibi Abbas, *n.* 2. *de depoſito*, & poſt alios Maſcardus *de probat. concl.* 509. *n.* 1. & Farinacius *in praxi crim.* 2. *p. tertij tom. q.* 169. *n.* 37. quæ doli præſumptio ceſſat, ſi conſtet, ſeu probetur, depoſitarium non potuiſſe ſeruare ſimul res ſuas, & depoſitas ab incendio, v. g. vel in naufragio, vel in inuaſione latronum, vt Maſcardus *ibidem n.* 4. quod procedit non ſolùm ſi res depoſitarij eſſent pretioſiores, quàm res depoſitę, ſed etiamſi viliores, vt poſt Abbatem *in d. c.* 2. *n.* 2. ait idem Maſcardus *n.* 5. & approbat Farinacius *eodem n.* 37. Sed contra prædicta, quoad commodatarium, quòd in tali dubio teneatur ad reſtitutionem, ſentit Merolla *tom.* 1. *diſp.* 3. *c.* 3. *corollar.* 7. *n.* 50. *&* 51. & Galletus *in margarita caſuum conſcientiæ, v. commodatum, & v. dubium*, (quos ad id refert Diana *d. reſol.* 3.) id probantes, tum quia io dubio potiùs damnum pati debet, qui beneficiū accepit, quàm qui contulit; tum quia, vt commodatarius obligetur, ſufficit culpa iuridica. Verùm hæ rationes ſunt nullius momenti; nam licèt beneficium acceperit, tamen in tali dubio non præſumitur fuiſſe culpabilis; & pro eo ſtat poſſeſſio ſuæ innocentiæ, neque etiam in foro externo condemnatetur, ſi in eo conſtet, culpam eſſe dubiam, cùm in dubio Reus abſoluatur, vt ſæpè dictum eſt; cùm ergo pro commodatario ſtet poſſeſſio innocentiæ, ſtat etiam poſſeſſio immunitatis à reſtitutione. Addit Merolla, (vt refert Diana,) etiam conductorem, ſeu locatarium in ſimili dubio teneri ad reſtitutionem: ſed contrarium tenendum ob eandem rationem, quòd in dubio delictum non præſumitur, & pro locatorio ſtat poſſeſſio innocentiæ. Tunc ergo ſolùm teneretur ad reſtitutionem depoſitarius, aut commodatarius, quando certò conſtaret, eum aliquid voluntariè omiſiſſe, ex qua omiſſione poſſit alioqui res perire, aut aliquam cauſam poſitiuam dediſſe, quę videretur de ſe ſufficiens ad eam deſtructionem, etiamſi poſtea dubium eſſet, an inde orta fuiſſet deſtructio, tunc enim præſumendum eſſet contra depoſitarium, quia ei non faueret poſſeſſio innocentiæ (ſicut non fauet ei, qui certus eſt de conſilio ſuo dato, & poſtea dubitat de effectu, iuxta dicta.) Sed è contrario præſumptio eſſet contra ipſum propter certitudinem cauſæ datæ, vnde & in foro exteriori probata illa cauſa condemnaretur ad reſtituendum.

Vtrùm verò dubius poſt moralem diligentiam, 1379.
an ſuo conſilio, aut mandato, aut auxilio efficaciter influxerit in homicidium, aut furtū, aut aliud damnum à principali datum, teneatur ad reſtitutionem totius damni dati, principali delinquente non reſtituente, an verò ſoluis partis maioris, vel minoris pro quantitate dubij, Molina *d. diſp.* 736. *n.* 6. vult teneri ad reſtitutionem maioris, vel minoris quantitatis, pro quantitate dubij, ſicut ille, qui emit rem dubius, an eſſet vendentis, & poſt moralem diligentiam nō poteſt dubium vincere, ad ſimilem tantùm reſtitutionem pro quantitate dubij tenetur, vt ait idem Molina *d. n.* 6. & latiùs probat *eod. tract.* 2. *diſp.* 723. *n.* 3. & tenet etiam Sanchez *de matr. lib.* 1. *diſp.* 41. *n.* 23. & ſicut, inquit citato *num.* 6. ſi conſtet aliquem trium, quorum quilibet cauſam ſufficieotem dedit iniuſti alicuius damni, id damnum dediſſe, & vnuſquiſque eorum dubitet, an ipſe damnum dederit,

tenentur

Google

tenentur quidem omnes tres contribuere, vt reſarciatur id damnum; vnuſquiſque tamen obligatur ſolùm plus, vel minus tribuere pro quantitate maioris, vel minoris probabilitatis, quæ erit, ipſum id damnum dediſſe. & ita etiam ſuppoſita illa poſteriori ſententia *num.* 1375. ſtabilita tenet Diana *d. reſolut.* 28. *fine.* licèt Molinæ mentionem non faciat.

1380. † Sed dicendum eſt teneri ad reſtitutionem integram totius damni à principali delinquente dati, eo non reſtituente, & ita prorſus tenent non ſolùm Metolla à Diana allegatus, ſed etiam Sanchez, Fagundez, Martinus Breſſerus, Ioannes Sancius, Leſſius, Bonacina, & Palaus locis *ſuprà num.* 1375. citatis, cùm abſolutè dicant conſulentem in tali dubio cooperationis ad homicidium teneri ad reſarciendum damnum ſecutum; & magis expreſsè Fagundez, cùm dicat teneri conſulentem reſtituere omnia damna data in homicidio, non reſtituente homicida. & deducitur ex Iuriſperitis *ſuprà* 1369. relatis, & aliis, quos Farinacius *d. q.* 139. *de conſultoribus n.* 4. refert, cùm aſſerant eum, qui conſuluit, vel mandauit homicidium fieri in dubio, an Principalis ex influxu conſilij, vel mandati occiderit, teneri de occiſo, & puniri eadem pœna, qua homicida ipſe. Vnde ſic confirmatur dictum: In foro externo quis in ſimili dubio condemnaretur ſicut homicida, & delinquens ipſe ad reſtitutionem omnis damni dati, vt tradunt allegati Iuriſperiti; ergo etiam in foro conſcientiæ ad ſimilem reſtitutionem tenetur, principali delinquente non reſtituente, cùm forum externs in ſimili dubio non fundetur in falſa præſumptione.

SVMMARIVM.

1381 *In dubio an quis ſit excommunicatus poſt factam diligentiam, excommunicatum dubium alij non tenentur euitare.*

Dubius de percuſſione notoria Clerici non tenetur vitare percuſſorem, ibid.

Dubius de denunciatione excommunicati non tenetur vitare eundem excommunicatum, ibid.

1382 *In dubio facti, cui in iure eſt annexa excommunicatio, aut alia cenſura, dubitantem ſe debere gerere tanquam excommunicatum, affirmant plures.*

1383 *Negant probabilius alij.*

1384 *Certus de excommunicatione contracta, & poſt moralem diligentiam dubius, an abſolutionem obtinuerit, debet reputare ſe excommunicatum, donec ei conſtet de abſolutione, vel iterum petere abſolutionem.*

Abſolutio ab excommunicatione non præſumitur, ſed probari debet, ibid.

Qualitas ſemel poſita, quæ ex ſolo curſu temporis non tollitur præſumitur exiſtere, ibid.

1385 *Dubius poſt moralem diligentiam an recitauerit horas canonicas, propter dubium non deobligatur à recitatione.*

1386 *Qui incepit recitare diuinum Officium, vel aliquam horam, animo recitandi totum, vel totam, & integrè, & poſtquam peruenit ad finem, non recordatur, ſeu dubitat, an recitauerit aliquam horam, vel aliquem Pſalmum horæ, an, & quando teneatur repetere horam, vel Pſalmum illum, & 1387.*

1388 *Beneficiarius dubitans, an ob tenuitatem beneficij teneatur recitare horas canonicas, an illas debeat recitare.*

1389 *Debitor certus de obligatione contracta, ex contractu, vel delicto, & dubius de ſolutione, ſeu ſatisfactione, tenetur ſatisfacere integrè.*

1390 *Limitant aliqui ſi etiam creditor ſit dubius, quo caſu volunt teneri ſolùm iuxta quantitatem dubij.*

Imò aliqui putant in tali caſu nullam fore obligationem ſatisfaciendi, ibid.

Vtrumque tamen reijcitur, ibid.

1391 *Certus de læſione famæ, à ſe illata, dubius de ſatisfactione tenetur ſatisfacere.*

Reſtitutionem famæ, aut alterius rei per nullum tempus licet differre, ibid.

Niſi qui læſit, ab alio etiam tantundem fuerit læſus, ibid.

1392 *Vbi quis rationabiliter, ſeu probabiliter opinatur ſe ſatisfeciſſe obligationi, remanet immunis.*

§. XLII.

Vtrùm in dubio facti, cui in iure eſt impoſita excommunicatio, vel alia cenſura, quis ſit cenſendus excommunicatus, aut ſuſpenſus, &c. ſi facta diligentia veritas non poteſt deprehendi.

Tertia difficultas, an in dubio facti, cui conſtat in iure excommunicationem, vel aliam cenſuram eſſe annexam, cenſendus ſit quis excommunicatus, ſi poſt factam moralem diligentiam dubium non vincatur: vt v. g. ſi quis iniuſtè percuſſerit aliquem, quem dubitabat eſſe clericum, & poſtea veritatem ſcire non poteſt, an in tali dubio debeat ſe reputare excommunicatum quoad abſtinendum ab vſu Ordinum, vel à voluntaria, & ſpontanea communione aliorum fidelium, licèt alij non teneantur ipſum vitare, neque pro excommunicato habere tam in iudicio, quam extra iudicium, vt poſt alios notauit Sayrus *lib.* 1. *clauis c.* 13. *num.* 22. cùm non teneamur euitare niſi excommunicatos nominatim denunciatos, aut notorios clericorum percuſſores, attenta Extrauaganti *Ad euitanda ſcandala*; qualis non eſt ſic dubitans: & ita etiam quòd dubius de percuſſione notoria Clerici non teneatur vitare percuſſorem, poſt alios tradit Diana *p.* 2. *tract.* 3. *reſol.* 71. ſicut etiam vt teneamur vitare excommunicatum iam denunciatum, non ſufficit dubium dictę denunciationis poſt moralem diligentiam remanens, ſed requiritur notitia illius moraliter certa, vt *ibidem* Diana poſt alios. Dixi *quoad abſtinendum*, &c. nam quoad hoc vt ſpolietur beneficio, vel quoad alias pœnas ordinarias delicto in iure ſtatutas, cenſendum non eſſe excommunicatum, aut irregularem vtroque foro inſpecto oſtenſum eſt *ſuprà num.* 1315. & tradunt Doctores communiter *ibidem* citati. 1381.

Ad difficultatem igitur reſpondent multi, in tali dubio quem eſſe in vtroque foro habendum tanquam excommunicatum. ita Perez, Garzias, Vazquez, Pontius, Monteſinus locis *ſuprà num.* 1288. allegatis. Couarruuias, Molina, Rebellus, Sayrus, Azorius *ſuprà num.* 1352. citati, Duardus *in Bullam cœnæ lib.* 2. *can.* 9. *q.* 12. *num.* 5. & nonnulli alij relati à Sayro, & ita etiam tenent Salas 1. 2. *d. tract.* 8. *diſput. vnica ſect.* 5. *num.* 59. *ad quartum*, & Breſſerus *d. lib.* 4. *cap.* 9. cum illa limitatione, ſi dubius facilè, & abſque notabili incommodo poteſt ſe gerere tanquam excommunicatus, & abſtinere à ſacris, & à communi communione. fundatur hæc ſententia *in c. illud Domine, de cleric. excom miniſt.* & in aliis rationibus adductis *ſuprà n.* 1174. 1183. & 3052. Nonnulli alij verò reſpondent eſſe habendum tanquam irregularem in foro animæ, non verò in foro iudiciali. ita Doctores relati *ſuprà n.* 1276. & 1289. 1382.

1383. At verior reſponſio eſt, in neutro foro cenſendum eſſe excommunicatum, aut ſuſpẽſum, vel interdictum. ita omnes Doctores relati *ſuprà n.*1053. item Sanch *lib.*1. *ſum.d.c.*10.*n.*55. Suarez *de cenſur. diſp.*40. *ſect.*5. Fagundez *in Decalog lib.*20.*cap.*10.*num.*9. Bonacina *de peccatis diſp.*2.*q.*4 *p.*7.*num.*15. Layman *lib.*1. *cap.*4. *num.*38. & Diana *p.*4. *reſolut.*35. & *reſol.*66. & apud eum Petrus Cornejo 1.2.*tract.*8.*q.*19.*d.*4.*dub.*2. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipub. p.*2. *lib.*4. *diſput.*10. *num.*211. Probatur, quia nullus eſt iuris textus inducens excommunicationem, vel aliam cenſuram in dubio facti, cui annexa eſt; ergo in hoc dubio melior eſt conditio poſſidentis. Confirmatur, tum quia delictum in dubio non præſumitur, vt *ſuprà* probatum eſt, ergo nec pœna debet præſumi: tum quia in hoc dubio delictum non poteſt dici conſummatum; & conſequenter in tali dubio pœna præſumi non debet inducta, cùm ſit quid odioſum, & homo exiſtat in poſſeſſione immunitatis; tum quia reus in dubio abſoluendus eſt, *ff. de reg. iuris l.*167. *Fauorabiliores Rei potius, quàm actores habentur*, & *reg.*15. *de reg. iur. in* 6. *Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.* ex quo prætcrea magis confirmatur, quia ſi iudex in foro externo neminem punire debet, ſed abſoluere, ſi delictum, cui in iure pœna ſtatuta eſt, ſufficienter cognitum, & probatum non ſit, multò minus in foro conſcientiæ quis ſe ipſum condemnare, & pœnam legis in ſe exequi cogitur, putà, abſtinere à ſacris tanquam excommunicatus, aut ſuſpenſus, donec illi certò conſtat ſe deliquiſſe, & cenſuram contraxiſſe: capitulum autem, *illud Dominus, de cleric. excom. miniſtrante*, quomodo intelligatur, explicatum eſt *ſuprà n.*1206. & 1356. aliis etiam fundamentis prioris reſponſionis ſatisfactum eſt in præcedentibus, præſertim *à num.*1201. *ad* 1205. Hinc ſi quis temerè, & mala fide ſacrum Ordinem ſuſcepit, dubitans vtrùm legitimam ætatem haberet, ſi facta morali diligentia veritatem ſcire non poſſit, non eſt cenſendus incurriſſe ſuſpenſionis cenſuram, vt in terminis notat Layman *vbi ſuprà*; addens quòd ſi nulla neceſſitas cogat, debet abſtinere ab vſu Ordinis recepti, vſque dum certus ſit de ætate legitima.

1384. Quòd ſi alicui certò conſtet, ſe excommunicationem incurriſſe, dubitet autem vtrùm abſolutionem obtinuerit, in tali dubio debet reputare ſe excommunicatum, donec ſibi conſtet de abſolutione. ita Sanchez *d. num.*55. Bonacina *ibidem num.*16. Layman *d. num.*38. & Ioannes Sancius *diſp.*43. *num.*47. & alij relati ſuprà *n.* 1296. & ratio eſt, tum quia in hoc caſu excommunicatio poſſidet, & libertas ſolùm iure dubio potitur. Tum quia abſolutio ab excommunicatione non præſumitur, ſed probari debet, ex Abbate *in cap. propoſuit n.*4 *de cleric. excom.* vbi ait quòd ſemel excommunicatus, ſemper præſumitur eſſe excommunicatus; nam qualitas ſemel poſita, quæ ex ſolo curſu tempóris non tollitur, præſumitur exiſtere, donec probetur ſublata, arg. *reg.*8. *in* 6. *Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus.* & idem colligitur ex Maſcardo *concl.* 12. vbi latè oſtendit, quomodo probari debeat, & poſſit abſolutio ab excommunicatione. Confirmatur etiam, quia, vt *ſuprà num.* 1224. oſtenſum eſt, cùm conſtet aliquem eſſe aliqua lege obligatum, ſed eſt certus de illa obligatione, & dubius, an ſatisfecerit, remanet lege obligatur, & debet ſatisfacere, dubio non obſtante; quia iniquum eſt, quempiam eximi à certa obligatione propter dubiam ſolutionem; qui verò certò ſcit ſe excommunicatum fuiſſe, certus eſt de obligatione obtinendi abſolutionem; ergo à tali obligatione non eximitur dubia abſolutio.

Cùm quis obligatus ad recitandas horas canonicas, poſt factam diligentiam, dubitat an illas recitauerit, an teneatur iterum recitare; & quid ſi poſt recitatum diuinum Officium, vel aliquam horam dubius ſit, ſeu non recordetur, an recitauerit aliquam horam, vel aliquem Pſalmum.

Hinc primò infertur, quòd dubius poſt factam moralem diligentiam, an recitauerit horas canonicas, quas ratione Ordinis ſacri, vel beneficij teneatur recitare, propter hoc dubium non obligatur à recitatione, ſed tenetur recitare; quia, cùm ſit certus de obligatione illas recitandi, poſſeſſio ſtat pro lege obligante, & obligationi certæ iniuſtum eſt ſatisfieri ſolutione dubia. & ita in terminis aſſerunt Nauar. *in cap. ſi quis autem, diſt.*7. *de pœnit. n.* 76. & *de oratione cap.*20. *num.*30. Ioannes Medina *Cod. de orat. q. de horis canonicis*. Ledeſma 2.4.*q.*16.*art.*6.2 *p. dub.*3. Rebellus *de obligat. iuſtit. p.*2. *lib.* . *q.*2. *num.*13. *verſic. qua etiam ratione.* Palaus *tom.*1. *tract.*1. *diſp.*3.*p.*7. *n.*7. Fagundez *in Decalog. lib.*2.*cap.*10.*num.*27. Ariaga 1 2. *tom.* 2.*diſp.*25. *num* 11. Carolus Macignus *de horis canonicis cap.*18.*num.*4. Fragoſus *de Regim. Chriſt Reip. p.*1.*lib.*4.*diſp.*10.*num.*209. Bonacina *eodem tract. diſp.*1. *q.*6.*p.*3.*num.*11. & alij ab eodem Bonacina relati, nec puto diſſentire alios Doctores mox referendos. 1385.

Sed quid, quando quis incepit recitare diuinum Officium, vel aliquam horam animo recitandi totum diuinum Officium, vel totam, & integram horam, & quando peruenit ad finem Officij, vel ad finem horæ, non recordatur, ſeu dubitat, an aliquam horam, vel Pſalmum, aliámve partem horæ inchoatæ, & ad cuius finem prouenit, omiſerit, ſeu non recitauerit fortè mente aliò diſtractus? Non teneri iterum recitare, affirmant Maior *in* 4. *diſt.*12.*q.*2. Gerſon 3.*p. mater. de orat. lit. F.* Ioſeph Angles *floribus qq. theolog.*1.*p. mater. de hor.* Azorius 1.*p. lib.*10. *cap.*12. *quæſ.*12. Suarez *de relig tom.*1.*lib* 4.*cap.*26.*n.*20. *ad finem* Homobonus noſter *in conſultat. caſ. conſc. vol.* 1 *p.*5.*reſp.*210. Reginaldus *lib.*2.*n.*133. Filliucius *tom.*2. *tract.*2.*cap.*8.*num.*255. *fine*. Bonacina *d. p.*3.*n.*12. Macignus *vbi ſuprà n.*3. Breſſerus *de conſc. lib.*6. *cap.* 13. *n.*167. & alij relati à Sanchez *tom* 2.*conſil. moral lib* 7. *cap.*2. *dub.* 33. vbi & ipſe idem tenet modo mox explicando. Probatur præſertim ab Azorio, quia ſi in hoc caſu eſſet obligatio repetendi, ſeu recitandi partem Officij, vel horæ, quam quis in recitatione totius Officij, vel horæ non recordatur ſe recitaſſe, innumeris ſcopulis via aperiretur, & vtplurimum obligati ad recitationem diuini Officij cogerentur ad ſæpiùs in die repetendas ſimiles partes, cùm facile ſit mentem vagari, & inde contingere obliuionem: quare in ſimili caſu ille, qui inchoauit Officium, vel horam animo recitandi integrum Officium, vel integram horam, & ſcit, ſe ad finem perueniſſe, nec ſcit ſe aliquid omiſiſſe, nec ſolitum eſſe prætermittere, poteſt rationabiliter deponere omnem dubitationem, aut ſcrupulum, & putare ſe integrè recitaſſe; & ita in praxi regulariter ſeruandum; nam qui ex obligatione conſuetus eſt recitare Officium, ſeu horas canonicas, & poſt completam recitationem non meminit ſe non dixiſſe talem horam, vel talem Pſalmum, ſed tantùm non recordatur, aut dubitat, ordinariè habet, ſeu habere poteſt aliquam probabilem rationem, ſeu coniecturam credendi, ſe talem horam, vel Pſalmum dixiſſe, licèt non recordetur, & talem coniecturam habet, qui ſcit ſe communiter, & ordinariè non errare in recitatione diui-

ni 1386.

Digitized by Google

ni Officij, vel talis horæ; & ille, cui poſt inchoatam, & completam recitationem animo integrè recitandi non conſtat euidenter, ſe ex propoſito, vel aduertenter circa alia vagatum fuiſſe; ita Maior, Gerſon, Angles, Sanchez, Filliucius, *locis citatis*, & Nauarrus *in d. cap. ſi quis autem, d. num. 76. & d. cap. 13. num. 30.* vbi in ſpecie ait, quòd quis recordatur ſe incepiſſe talem Pſalmum, aut lectionem, aut horam, & videt ſe ad illius finem perueniſſe legendo, vel memoriter pronunciando aliqua, in quibus ipſe communiter errare non ſolet, iuſtè credere poteſt ſe totum recitaſſe, vti ſolet, & vlteriùs progredi, quod idem approbat Sanchez *vbi ſuprà*, & deſumi-
1387. tur ex Maiori *loco item citato*. † Immo ex eodem Nauarro *d. cap. 13. n. 31.* Angles, Azorio, & Sanchez *locis citatis*, qui poſt recitationem habet probabilem coniecturam credendi ſe dixiſſe talem horam, vel Pſalmum, non ſolùm non tenetur repetere, ſed malè faciet, ſi repetat, quia eſſet dare locum ſcrupulis, & acquirere habitum repetendi; nam tertiò, & quartò, & ſæpiùs iterata à capite recitabit. Quòd ſi poſt factam moralem diligentiam nullam haberet coniecturam, aut rationem probabiliter credendi ſe recitaſſe, atque ita rationabiliter dubius maneret neutri parti, nempe quòd dixiſſet, vel non dixiſſet adhærens, tunc Nauarrus *d. cap. 20. num. 30. & in d. cap ſi quis autem n. 76.* ait, quòd teneretur recitare, & conuincunt dicta *n. 1385.* Hoc autem dubium rarò contingere poteſt, iuxta dicta.

1388. Ex dictis etiam infert Vaſquez *t. 2. diſp. 65. cap. 3. n. 11.* Clericum habentem beneficium, qui dubitat, an ob tenuitatem eiuſdem beneficij teneatur recitare diuinum Officium, teneri ad recitationem, quia tale dubium (inquit) non eſt, an ſit ius obligans ad recitandum, ſed an ius quod cæteros beneficiarios obligat ad recitandum, ipſum etiam obliget ad recitandum propter tenue beneficium; cùm ergo certum ſit eſſe ius aliquod, eſſe obligatos beneficiarios, & dubitatio ſit, an tales beneficiarij excipiantur, in tali dubio debet recitare; nam obligatio recitandi eſt certa, cùm certum ſit habere beneficium, & per conſequens onus diuini Officij recitandi illi annexum, excuſatio autem eſt dubia. At Corduba *lib. 3. qq. q. 6.* Salas *t. 2. tract. 8. diſp. vnica, n. 154.* Diana *p. 4. tract. 3. reſolut. 24. & 66.* ſentiunt in tali dubio non teneri beneficiarium ad recitationem, eo quòd hoc dubium ſit dubium iuris, & præceptum, ſeu onus recitandi ſit moleſtum, & graue, quod ſine certitudine ſubiri, atque impleri ex obligatione non debet, iuxta opinionem eiuſdem Salæ vniuerſalem in quocunque dubio iuris. Ego quoque (ſi admittatur illa ſententia plurium Doctorum, quòd tenuitas beneficij inſufficientis ad vitæ ſuſtentationem excuſat à recitatione totius Officij, vel partis,) exiſtimo tanquam probabile beneficiarium dubitantem, an ob tenuitatem beneficij teneatur recitare horas canonicas, non teneri illas recitare ſaltem totaliter; quia ſtante hoc dubio, non ſupponitur certa obligatio beneficiarij illius antecedens, ſicut in aliis dubiis facti, de quibus *in præcedentibus numeris.*

Dubius, an ſatisfecerit obligationi certò contractæ, ex contractu v.g. mutui, vel ex donatione, aut ex delicto, an teneatur creditori integrè ſatisfacere donec ſibi conſtet aliàs ſatisfeciſſe; & quid ſi certus ſit læſiſſe famam alterius, & dubitet, an ſatisfecerit.

1389. Secundò infertur, quòd ſi conſtet de obligatione ex contractu, vel ex delicto, v.g. ſi quis certus eſt, quòd alteri debitor eſt ex promiſſione, vel ex mutuo ab eo accepto, vel ex furto, & damno iniuſtè illato; & poſt moralem diligentiam dubitet de ſolutione, ſeu an debito ſatisfecerit, necne, teneri ad integram ſolutionem debiti, non obſtante ſua pecuniarum, vel illarum dominij poſſeſſione, quia poſſeſſio ſtat verè pro obligatione, à qua iniuſtum, & iniquum eſt eximi excuſatione dubia; nec creditor iure, & actione ſua, quam ſemel eum habuiſſe certò conſtat, in dubio priuari debeat; & quia executio obligationis eſt quid facti, quod non præſumitur, iuxta dicta *ſuprà n. 1200.* & ita in terminis docent Vaſquez *1. 2. diſp. 66. cap. 7. n. 43.* Sanchez *lib. 1. ſum. d. cap. 10. n. 12. & 34.* Torres *de iuſt. diſp. 13. n. 24.* Rebellus *de oblig. iuſt p. 1. lib. 2. q. 14. n. 9.* Suarez *tom. 2. de religione, lib. 2. cap. 33. n. 7.* Breſſerus *de conſcientia lib. 4. cap. 3. n. 26.* Salas *1. 2. d. tract. 8. diſp. vnica n 231. fine.* Ioannes Sancius *d. diſp. 42. n. 9.* Ariaga *d. diſp. 25. num. 11. & 12.* Diana *p 4. tract. 3. reſolut. 32.* & Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 4. n. 31.*
& tract. 4. cap. 20. n. 5. verſic ſimiliter ſe res habet. † Li- 1390.
cèt quando etiam creditor dubitat de abſolutione, contrarium teneat, *eodem lib. 1. tract. 1. cap. 6. n. 42.* vbi poſt relatam opinionem, quòd debitor certus, dubius de ſolutione, teneatur ad integram ſolutionem, ob allatam rationem; ſubdit in oppoſitam partem ſe offerre rationem iisdem probabilem, quòd debitor non teneatur ad ſolutionem integram, ſed tantùm ad partem debiti ſecundùm dubij proportionem, quia (inquit) æquitas non patitur, vt debitor ſine culpa ſua magno periculo ſubiiciatur bis ſoluendi integrum debitum: creditor autem, qui & ipſe tale dubium non diffitetur, nullo periculo expoſitus ſit. Quare concludit, quòd ipſe in hoc caſu neque creditorem condemnaret ſi integram ſolutionem reciperet, neque debitorem ſi integram ſolutionem facere omitteret; idque, inquit, ob diuerſas probabiles rationes, quibus vtraque pars nititur. ita Layman, quem in hoc caſu, in quo & debitor, & creditor ſunt dubij de ſolutione, ſequitur Diana *d. reſolut. 32.* Immo Tannerus (prout refert Diana *eadem reſolut.*) *t. 2. diſp. 2. q. 6. dub 4. n. 49.* in hoc caſu, in quo vterque & creditor, & debitor dubitat de ſatisfactione, exiſtimat meliorem eſſe conditionem poſſidentis debitoris, ea motus ratione, quòd non eſt cauſa, cur vtroque æquè dubitante debitor potiùs, qui poſſidet pecuniam ſuam, & illius dominium, eóque ipſo melioris eſt conditionis, quàm creditor ſequi debeat partem tutiorem, quando vterque ſimul hoc caſu eam ſequi non poteſt. Sed non obſtante quòd etiam creditor dubius ſit de ſolutione, adhuc debitor non eximitur, neque omninò ab obligatione ſoluendi integrè debitum; quia adhuc militat ratio adducta, quòd poſſeſſio ſtat pro obligatione, quam certò conſtat eſſe contractam, à qua quis non debet excuſari ſolutione dubia; neque etiam creditor ob ſuum, vel alterius dubium debet iure ſuo priuari in totum, vel in partem. & ita puto ſentire alios Doctores *n. 1389.* relatos, cùm abſoluè, & ſine vlla diſtinctione dicant certum de ſua obligatione ſoluendi aliquid alteri ex mutuo, alióve contractu, vel ex delicto, eo quòd dubitet de ſolutione, vel de aliqua cauſa excuſante teneri ſatisfacere; & expreſsè ita ſentire Merollam *tom. 1. diſp. 3. c. 3. dub. 2. n. 65.* refert Diana *d. reſolut. 32.*

Hinc etiam qui certus eſt famam alienius læſiſſe, 1391.
dubitat verò, an integrè ſatisfecerit, tenetur iterum, ſatisfacere, vſque dum ſibi liqueat de ſatisfactione ſibi poſſibili: quod etiam in terminis docet Ioannes Sancius *diſp. 43. n. 21.* ſubiungens rationem ex dictis, nempè quia certus de damno dato, & dubius de ſa-

tisfactione non conſtitoit æqualitatem. Addit idem Sancius *n.*22.ex Soto *de inſtit.lib.*4.*q.*9. *art.*1. & Sà *verb. reſtitutio poſt n.* 62. per nullum tempus eſſe licitom differre famæ teſtitutionem, aut cuiuſcunque alterius tei, cùm adeſt opportunitas reſtituendi, tam ex parte reſtituentis, quàm iniuriam in fama patientis. limitat *num.* 23. ſi lædens famam alicuius tantundem eſt læſus ab eo, quem læſit; tunc enim cum Sà *v. eodem num.* 53. & Toleto *lib.* 5. *cap.* 70. *num.* 4. ait non teneti reſtituere, quia in tali caſu compenſatione teceptæ iniuriæ ad æqualitatem reducta eſt iniuria alteri facta; ſed an in reſtitutione famæ detur compenſatio, non eſt huius loci examinare.

1392. Siquis autem probabilitet, & tationabiliter iudicet, ſeu opinetur ſe obligationi contractæ ſatisfecíſſe, puta, horas canonicas teciraſſe, vel debitum aliud ex promiſſione, vel contractu oneroſo ſoluiſſe, tunc poterit reputate ſe liberum eſſe, eo quòd in motalibus ſæpè certitudo haberi non poſſit, neque in talibus conſcientias nimis grauare oportet; & ita etiam Layman *d. cap.*6. *n.*31. *fine*, Breſſerus *d.cap.*3. *n.*26. *verſic. quòd ſi verò.* & Ioannes Lugo *de pœnit. diſp.*16.§.3.*n.*60. licèt etiam probabile putet à debito ex contractu oneroſo non liberari, qui ſolùm probabiliter putat ſe ſatisfecíſſe, eo quòd non videatur ſeruari æqualitas dando pro re certa aliam incertam; & talis videtur intentio contrahentium, vt detur ſibi pecunia certa pro mercibus certis, & idem aſſerit abſolutè Coninch *de Sacram. diſputat.*7. *num.* 68. eo quòd (inqoit) per ſolutionem incertam non poſſit ſatisfieti debito certo; quod tamen argumentum vrget ſolùm in dubio ſtricto de ſolutione.

SVMMARIVM

1393 *Filiatio non præſumitur, ſed probari debet.*

Filium in dubio præſumi debere illegitimum, affirmat vna ſententia, ibid.

1394 *Altera aſſerit præſumi legitimum ſi ſit Reus, illegitimum verò ſi ſit actor, & ſeqq.*

*Tertia ſententia magis recepta abſolutè, & indiſtinctè docet præſumi debere legitimum. n.*1396.

1395 *Actor probare debet fundamentum ſuæ intentionis, nec ſufficit præſumptiuè, ſed debet concludenter.*

Limitatur, niſi pro actore eſſet vehemens præſumptio releuans ab onere probandi, ibid.

Electo opponens eum non eſſe legitimum debet probare, electus verò petens confirmationem debet probare ſe eſſe legitimum, ibid.

1397 *Præſumendum potiùs poſſibile honeſtum, quàm poſſibile inhoneſtum, capiendaque coniectura carens crimine.*

1398 *Honeſta coniectura inhoneſtam præſumptionem excludit fauore prolis.*

1399 *Pro legitimitate in dubio iudicandum.*

1400 *Legitimitas eſt maximè fauorabilis.*

1401 *Ex diutina cohabitatione parentum licèt non præſumatur matrimonium quoad ipſos parentes, præſumitur tamen quoad prolis legitimitatem, numer.*1401.

1403 *Filius legitimus præſumitur quamquam adulterium mater commiſerit.*

1404 *Ampliatur etiamſi extra domum mariti, & etiam in lupanari habitauerunt, dummodo marito ad eam pateret acceſſus.*

1405 *Ampliatur item, licèt mater vidua ſtatim poſt mortem viri effecta ſit concubina alicuius, & peperit ſeptimo, octauo, vel nono, aut decimo menſe, vel etiam initio menſis vndecimi; ſecus verò ſi ſub finem, vel circa finem, aut paulo ante finem vndecimi menſis poſt mortem mariti, aut diuortium, &* 1406

1406 *Partus perficitur, & vitalis naſcitur ſeptimo, nono, & decimo menſe, & aliquando perfectio partus extenditur etiam ad vndecimum menſem per paucos dies, in vndecimum autem menſem vltra paucos dies natura partus perfectionem, & editionem non extendit, in fine.*

1407 *Illegitimum eſſe, eſt non leuis infamia facti redundans non ſolùm in prolem, ſed etiam in parentes, præſertim in matrem.*

Periculum infamiæ debet præualere poſſeſſioni bonorum alterius, ibid.

Infamia non præſumitur cùm ſit delictum, ibid.

1408 *Ius poſſeſſoris bonorum non eſt certum in hoc dubio legitimitatis filij non poſſidentis.*

In eodem dubio licèt filius agat ad hæreditatem, ſemper dicitur Reus reſpectu legitimitatis, ſi ei ab aduerſario opponatur illegitimitas, ibid.

1409 *In dubio an quis filius ſit legitimus, & exiſtant alij filij legitimi, tantum hæreditatis eſt tribuendum ei, de quo dubitatur, quantum alijs; licèt quidam ſenſerint minus tribuendum.*

1410 *Aduerſario opponenti illegitimitatem incumbit onus probandi.*

Volens ad Ordines promoueri tenetur probare ſe eſſe legitimum, ſi in contrarium ſit rumor, & fama, ſecus hac ceſſante, ibid.

1411 *Facta illa præſumi debent, quibus cauſa probabilis accedit.*

Matrimonium ſolo conſenſu conſtat, & quamuis ſit clandeſtinum, reddit filios legitimos, ibid.

1412 *Sicut matrimonium non præſumitur, quia eſt quid facti, ita nec fornicatio, adulterium, inceſtus, & ſimilia delicta, cùm & ipſa ſint quid facti.*

Melius eſt præſumere factum honeſtum, quàm inhoneſtum, & ita præſumi debet potius, quem procreatum ex licito, quàm ex illicito coitu, d. num. 1411. 1412.

1413 *Vbi non conſtat quem eſſe illegitimum, ſed ſolùm dubitatur, ſiue ille agat ad hæreditatem, ſiue conueniatur, non tenetur probare ſe eſſe legitimum.*

Habet intentionem ſuam ſatis fundatam, qui pro ſe habet iuris præſumptionem, ibid.

Præſumptio iuris onus probandi contrarium in aduerſarium reiicit, ibid.

1414 *In dubio quis præſumitur capax ſucceſſionis, & neganti incumbit onus probandi.*

1415 *In dubio an quis præſumatur ſub patris poteſtate, an verò ſui iuris, & n.*1414. & 1416.

1417 *Filius præſumitur potius legitimè natus, quàm è contra, quando agitur de ipſius fauore, ſecus quoad fauorem patris.*

1418 *Exiſtens in poſſeſſione legitimæ filiationis, fortius, & magis præſumi debet legitimus, vt aduerſario incumbat onus probandi contrarium.*

§ XLIII.

Digitized by Google

§. XLIII. continens quartam difficultatem, ſcilicet,

In dubio an filius ſit legitimus, vel illegitimus, an poſt factam moralem diligentiam ad detegendam veritatem ſit habendus tanquam legitimus, vbi plura de filiationis probatione, & in dubio quis potius naturalis, quàm ſpurius præſumi debeat, & an infantes expoſiti cenſeantur legitimi.

1393. IN hac difficultate valde inter Doctores, præſertim Iuriſperitos, controuerſos, ſupponitur conſtare de filiatione (quæ cùm ſit quid facti, non præſumitur, ſed qui ſe filium dicit, probare debet, alioqui in iudicio ſuccumbet, vt de communi Doctorum, quos referunt, aſſerunt Maſcardus *de probat. concl.* 786. *num.* 1. Menochius *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 53. *num.* 1. Farinacius *in repert. iudic q.* 43. *n.* 1.) vel quem eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, quia communiter exiſtimatur filius, v.g. Sempronij, ſed poſt factam diligentiam non conſtat, ſeu non extant vlla indicia, quibus illum potius ex matrimonio, quàm ex coitu legitimo, ſiue matrimoniali, an verò ex coitu illegitimo natus ſit, præſumi, & cenſeri debeat legitimus, & ſic capax ſucceſſionis bonorum, Ordinum, & Prælaturæ, idque non ſolùm ſi ſit, vel ab initio fuerit in pacifica poſſeſſione legitimitatis, hîc non fuerit, nec ſit in eius poſſeſſione, ſed etiam ab initio, & ſemper fuerit dubium de legitimitate.

Prima ſententia affirmat, filium in dubio non præſumi legitimum, ſed illegitimum. ita Bartholomæus *conſil.* 42. *num.* 1. Corneus *conſil.* 68. *num.* 3. *lib.* 3. Baldus *conſil.* 448. *lib.* 1. Iaſon *in l. poſt dotem n.* 4. *ff. ſoluto matrimonio. & conſil.* 106. *lib.* 1. Natta *conſil.* 142. *n.* 9. *& conſil.* 473. *n.* 33. Ruinus *conſil.* 63. *n.* 5. *lib.* 2. Cephalus *conſil.* 593. *n.* 11. *lib.* 4. Menochius *conſil.* 60. *n.* 12. *lib.* 1. Aleiatus *de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 2. *n.* 6. *& præſumpt.* 5. *n.* 7. *& conſil.* 268. *n.* 4. *verſic.* 4. Couarruuias *Epit. de ſponſal. p.* 2. *cap* 8. §. 3. *n.* 1. Maſcardus *de probat. concl.* 682. *n.* 1. Rota *deciſ.* 1. *de præſcript. in antiquis. & deciſ.* 811. *n.* 5. *p.* 1. *in nouiſſimis*; Vrſillus *ad deciſ. Afflicti.* 96. *n.* 3. Ioſeph. Ludouicus *deciſ. Peruſ.* 18. *n.* 28. Ioannes Baptiſta Lupi *de illegitimis, & de natalibus reſtitutis liberis, comment.* 1. §. 5. *n.* 4. *& comment.* 2. §. 3. *n.* 52. *&* 51. Petrus Antonius Præta *de fideicom. q.* 51. *n.* 470. *& ſequentib.* Petrus Barboſa *in l. Titia* 35. *n.* 13. *ff. ſoluto matrimonio*, & plures alij, quos referunt Maſcardus, Petra *locis citatis*, Menochius *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 54. *num.* 11. *&* 15. & Rota *d. deciſ.* 811. *n.* 15. *& eadem* 1. *p. deciſ.* 470. vbi proponit dictam difficultatem, an in dubio filius præſumatur legitimus, & ponit varias reſponſiones Dominorum de Rota nihil reſoluendo.

Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia legitimitas pendet, ſeu procedit à matrimonio iuſto, & legitimo, vt filia à matre, nec poteſt præſumi pro legitimitate, quin præſumatur pro matrimonio, vt dicit Rota *d. deciſ.* 470. *n.* 5. matrimonium autem, cùm ſit quid facti, non præſumitur, vt latè Menochius *præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 1. ſed vbi de eo non conſtat, qui dicit, ſeu in eo habet ſuam intentionem fundatam, probare debet, quia facta non præſumuntur, niſi probentur, vt *ſuprà* dictum eſt, & conſtat *l. in bello.* §. *factæ ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ.* quod maximè procedit, ſi filius de cuius legitimitate dubitatur, ſit actor, ſeu agat ad hæreditatem parentum capiendam, tunc enim debet probare ſuam legitimitatem, per quam eſt capax ſucceſſionis tanquam fundamentum ſuæ intentionis, per regulam vulgatam *l. ea, & l. cum qui* 22. *ff. de probat.* Hinc

Secunda ſententia cum diſtinctione difficultatem reſoluit, ſcilicet, quòd vel filius eſt Reus, & conuenitur, ac eſt in poſſeſſione bonorum, & hoc caſu non debet probare ſe eſſe legitimum, & talis præſumitur, & ad aduerſarium ſpectat probatio illegitimitatis; vel ipſe filius eſt actor, & tunc debet probare ſuam legitimitatem, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis. ita ſenſiſſe pleroſque refert Paleotus *de nothis cap.* 20. *n.* 2. ita etiam nonnulli Domini de Rota reſponderunt, vt refertur *d. deciſ.* 470. *num.* 10. & Crauetta *conſil.* 166. Gratus *conſ.* 62. *n.* 9. Azeuedo *lib.* 5. *nouæ recompilationis tit.* 8. *l.* 9. *à n.* 14. & alij Iuriſperiti relati à Petra *n.* 473. & ex Theologis Caſtrus Palaus *p.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *puncto* 5. *n.* 3. & idem ſentire puto Sanchez, & colligitur ex his, quæ habet *conſil. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 6. Ratio prioris partis diſtinctionis eſt, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, & fa-
uendum eſt reo potius quàm actori. † Ratio verò 1395.
poſterioris eſt, tum quia actor probare debet fundamentum ſuæ intentionis, vt dictum eſt, nec ſufficit præſumptiuè probare, ſed concludenter, Rota *d. deciſ.* 470. *n.* 10. poſt Achillum *deciſ.* 1. *de probat.* niſi pro actore eſſet præſumptio vehemens, quæ releuaret ab onere probandi, vt poſt Couarruuiam *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 9. ait Rota *d. deciſ.* 470. *eod. n.* 10. Tum quia (inquit Palaus) iniquum eſſet alios à poſſeſſione, vel iure certo, quod habent, expellere: nam ius incertum, & dubium non debet aliorum certum vincere, & hanc eandem ſententiam amplecti videtur Maſcardus *concl.* 595. *n.* 8. dum ait, vbi quis electo opponit non eſſe legitimum, ad hoc vt deleatur electio, eidem opponenti incumbere onus probandi illegitimitatem; ſi verò electus peteret confirmationem, ipſum debere probare ſe eſſe legitimum, & pro hac eadem ſententia Farinacius *in repert. iudic. q.* 43. *num.* 2. refert eundem Maſcardum *concl.* 795. *& concl.* 799.

1396. Tertia ſententia abſolutè aſſerit in dubio filium præſumi potius legitimum, quàm illegitimum, ita vt excipienti de illegitimitate incumbit onus illam probandi. ita Baldus *conſ.* 74. *lib.* 1. *& conſil.* 437. *lib.* 5. Ioan. Fabri *in* §. *vlt. Inſtit. de adopt.* Cæpolla *cautela* 118. Galliaula *in rubr. de verborum oblig. n.* 161. Bero *conſil.* 19. *n.* 10. *& conſ.* 20. *lib.* 2. Gabriel Paleotus *de nothis d. cap.* 20. *per totum.* Gaillus *obſeru. pract. lib.* 2. *obſeru.* 97. *n.* 19. (vbi dicit, quòd poſſeſſio filiationis ſufficit ad obtinendam hæreditatem, ſiue filius talis agat, ſiue conueniatur, quia, vt etiam ex dicendis conſtabit, habet intentionem ſuam ex iuris præſumptione fundatam, quæ onus probandi contrarium in aduerſarium reijcit.) Menochius *d. lib.* 6. *præſumpt.* 54. *n.* 20. *& ſeqq.* vbi ait hanc ſententiam eſſe magis receptam. *& de arbitr. lib.* 2. *caſu* 89. Petrus, Peregrinus, & Gratianus locis *infrà* allegandis, Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 36. Simon de Prætis *lib.* 3. *interpr.* 1. *dubit.* 2. *ſolut.* 2. *n.* 4. Caualcanus *deciſ.* 12. *n.* 13. Farinacius *d. q.* 43. *n.* 52. & plures alij Iuriſperiti, quos allegant Menochius *d. præſumpt.* 54. *eod. n.* 20. Surdus *d. n.* 36. & Rota *d. deciſ.* 470. *n.* 2. *&* 3. & ex Theologis ita expreſsè ſentiunt Vaſquez 1. 2. *diſp.* 76. *cap* 8. Sayrus *lib.* 1. *clauis cap.* 13. *n.* 19. Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 24. Azorius *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 7. Villalobus *p.* 1 *tract.* 1. *diffic.* 20. *n.* 11. Sanctarellus *var. reſolut. p.* 1. *q.* 24. *n.* 23. *& quæſt.* 44. *n.* 10. *eadem p.* 1. Baſilius Pontius *de matr. lib.* 11. *cap.* 9. *n.* 4. Martinus Breſſerus *de conſcientia lib.* 4. *cap.* 13. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 26. *n.* 17. Layman *lib.* 5. *tract.* 19. *p.* 3. *cap.* 5. *n.* 22. Coninck *de Sacram. diſp.* 18. *num.* 105.

num 105.& plures alij,quos allegat,& ſequitur Dia-
na *p* 4 *tract*. 3. *reſolut*.6. & idem ſentiunt omnes,qui
tenent illegitimum in dubio præſumi potius natu-
ralem, quam ſpurium, quos *infrà* referam. quæ ſen-
tentia fortiùs procedit,ſi conſtet de legitimo matri-
monio à parte contracto,& attenta ætate filij appa-
reat ipſum tempore matrimonij genitum : quo caſu
licèt ex alia muliere,quàm vxore,potuerit eſſe natus,
tamen præſumitur legitimus , & natus potius ex
vxore, quàm ex alio , id quod in terminis etiam tra-
dunt Vaſquius *quæſt. illuſtrium lib*. 2. *cap*.85. *n*. 19. *&*
21.Peregrinus *de fideicom. art*.43.*n*.71. *circa finem*, &
Stephanus Gratianus *diſcept. foren. tom*.5.*c*.969. *n*.5.
1397. Probatur hæc ſententia primò, † quia ſemper præ-
ſumendum eſt quod honeſtum;vt Baldus *in l. filium,*
ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris ; & delictum non
præſumitur, donec probetur, *l. meritò ff. pro ſocio*, &
Bartolus *in l.non ſolùm,§.ſed vt probari n*.5 *ff. de operis*
noui nunc. vbi ait quòd quando ex aliquo actu duæ
poſſunt capi coniecturæ , quarum vna delictum ſi-
gnificat,altera excludit,potiùs eligi debet ea,quæ vi-
tio, & crimine caret : quare cùm neceſſe ſit filium
naſci ex coitu licito , vel illicito, præſumendum eſt
1398. natum ex licito ,& legitimo. † Quod confirmatur,
tum quia honeſta coniectura inhoneſtam præſum-
ptionem excludit fauore innocentis prolis,vt dicunt
Bald.*in l*.1.*n*.35.*C.de his,qui accuſare non poſſunt*,Abb.
in cap per tuas n.2. *de probat*. Menochius *d.præſumpt*.
54.*n*.22. *&* *d. caſu* 89. *n*.22. & Stephanus Gratianus
diſcept.for.tom.4. *cap*.653.*n*.81. idque arg. textus *in l.*
miles.§.defuncto,in fine ff.de adulterijs,de quo textu *in-*
1399. *frà*. † Tum quia in dubio iudicandum eſt pro legiti-
mitate,Ananias *in cap*.2.*de infant. expoſit*. Gaillus *ob-*
ſeruat.pract.lib.2.*obſeru*.97. *allegata*. Puteus *deciſ*.2.*lib*.
3. (vbi quòd exiſtentibus contrariis famis , vna de
legitimitate,altera de illegitimitate,bona fama præ-
ualere debet , & in tali dubio pro legitimitate iudi-
candum,)Peregrinus *de fideicom.art* 43.*d n*.71.vbi ap-
probat Putei doctrinam,& etiam expreſsè ait in du-
bio fauore prolis filium potius præſumi legitimè
natum, quàm illegitimè,)Menochius *conſil*.18.*n*.15.
& 16.*vol*.1.Mantica *de coniecturis vlt.vol.lib*.11.*tit*.12.
n.1.Sanchez *de matr. lib*.3. *diſp*.44.*n*.2. *verſic. Quinta*
probatur.Stephanus Gratianus *diſcept for.tom*.1.*c*.135.
n 34. *&* *tom* 2. *cap*.267. *num*.23. Merlinus *de legitima*
lib.1. *tit*.2. *quæſt*.7. *n*.20. & alij relati à Sanchez , &
Merlinus addit in dubio iudicandum eſſe pro legiti-
mitate etiam ſequendo opinionem minus commu-
nem,ad id allegans Barbatiam *conſ*.6.*lib*.2. Oſaſcum
deciſ.119 *n*.1.& Gargiam *in l. Gallus* §. *& quid ſi tan-*
1400. *tum n*.281.*ff.de lib.& poſthum*. † Cuius ratio eſt,quia
legitimitas eſt maximè fauorabilis, vt tradunt Tira-
quellus *de iure primog. quæſt*. 38.*n*. 28. Oſaſcus *vbi ſu-*
prà, Mantica *de coniect.lib*.11.*tit*.12.*n*.1. Sanchez *loco*
citato,alij à Mantica allegati,& Rota *d.deciſ*.470.*n*.4.
1401. *verſic.& quamuis*. † Vnde quamuis ex diutina coha-
bitatione viri, & mulieris lex non præſumat matri-
monium quoad ipſos parentes cohabitantes in
odium delicti,præſumitur tamen matrimonium fa-
uore prolis quoad illius legitimationem,vt colligi-
tur ex *cap.lator,qui filij ſint legitimi*, & *ibidem* tradunt
Abbas , Butrius , & Canoniſtæ communiter , & do-
cent etiam Rota *d verſic.& quamuis* , Peregrinus, &
Sanchez *locis citatis*,Paleothus *d. cap*.20. *n*.4. Meno-
chius *d præſumpt*.54.*n*.2. & alij Iuriſperiti, & Cano-
niſtæ communiter , quos ego *in tractatu de contractu*
matrimonij cap.3.*n*.109.*&* *cap*.8.*num*.82. refero,& ſe-
quor , quicquid ſecus ſentiat Vaſquius *d. cap*. 85.
num.17.
1402. Hinc ſecundò probatur hæc ſententia,quia licèt
lex inter virum,& mulierem cohabitantes non præ-
ſumat matrimonium, ramen quoad filios in eorum
fauorem præſumit ; ergo quilibet in dubio cenſeri
debet legitimè natus.

Tertiò filius natus ex vxore , licèt vxor eadem ſit 1403.
conuicta de adulterio, præſumitur viri , & legiti-
mus,vt poſt alios latè tradunt Gaillus *d.obſeruat*.97.
n.7.Vaſquius *quæſt.illuſtr.cap*.48.*n*.20.21. *&* 22. Pa-
leothus *d.n*.4. Menochius *de arbitr. d.caſu* 89.*n*.20.
& ſeqq.& lib.6.*præſumpt*.53.*n*.3.*& d.præſumpt*.54.*n*.24.
& Stephanus Gratianus *diſcept.for.tom*.4.*cap*.653.*n*.
50.qui,ſicut & alij Doctores communiter ab iiſdem
relati, id colligunt ex *l.miles,§.defuncto ff.ad l.Iuliam*
de adulterijs , & confirmant , tum quia in dubio illa
præſumptio eſt capienda,quæ benignior eſt, & par-
tui fauorabilior,*cap. eſtote,de reg.iuris, & l.quoties du-*
bia,ff eodem tit. tum quia in dubio honeſtum magis,
quàm inhoneſtum præſumendum eſt , vt præceden-
ti ratione dictum eſt, & præter Baldum docent Vaſ-
quius *d n*.20. Gaillus *d.obſeruat*.97.*n*.2. *&* 7. & alij
ab eodem Gaillo relati † Quinimmo ſi vxor habi- 1404.
tauit extra domum mariti cum adultero,vel in lupa-
nari, ibique natus ſit filius , adhuc ſemper præſumi
filium mariti , & ex eo conceptum , dummodo illi
pateat ad eam acceſſus , tradunt poſt plures alios
Gaillus *d.n*.7. *&* 9. Menochius *d.caſu* 89.*n*.25. Rota
deciſ.1331.5.*p. in nouiſſimis*. Additionator *ad deciſ*.2.
Mohedani, tit.qui filij ſint legitimi, Achilles *deciſ*.1.*qui*
filij ſint legitimi , Creſcentius *deciſ*.1. *eod. tit*. & *ibid*.
Additionator,& Stephanus Gratianus,idque ob eaſ-
dem rationes : niſi concurrant potentiores con-
iecturæ , ſuadentes eſſe filium adulteri , de quibus
Gaillus *d obſeru*.97.*à n*.16. Mohedanus *deciſ*.1. *&* 2.
tit.qui filij ſint legitimi,Creſcentius *d.dec*.1.& Maſcar-
dus *concluſione* 788.*n*.14.*& ſeqq*. † Addit Vaſquius *d*. 1405.
n.20. quòd ſi vxor vidua ſtatim poſt mariti mortem
facta eſt ſcholaris concubina , & nono menſe poſt
mortem mariti peperit,hunc filium fauore legitimi-
tatis præſumi potius mariti , vt ad bonorum illius
ſucceſſionem admitti debeat, quàm illius ſcholaris,
nec habendam vllam conſiderationem,an diu ante
mortem vehementer,aut grauiter maritus ægrotaſ-
ſet,nec item , quòd non ſolùm nono , ſed etiam ſe-
ptimo menſe potuit ab illo ſcholari concepiſſe , &
peperiſſe,*l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu hom*. & rationem
eſſe,ait,quòd ſucceſſionem vix per legem adimi , &
in alium transferri facillimum ſit, ob leuiſſima
etiam cauſas, quia quòd gratis leges concedunt, fa-
cillimè etiam poſſunt,& ſolent auferre, & transfer-
re, arg.*l planè,in princ de leg*.1.*& per totum ff.& Inſtit.*
de adimend.leg.ac proinde ſi,id fit ſolùm legitimitatis
fauore,multomagis fieri debere fauore pudoris,ho-
neſtatis, famæ, & honoris, qui omnibus rebus pre-
tioſior eſt,*l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti*.
† Immo etiamſi vxor pariat , non ſolùm ſeptimo, 1406.
octauo,aut nono menſe poſt obitum mariti,aut poſt
diuortium , ſed etiam decimo menſe , vel etiam
elapſo menſe decimo in initio menſis vndecimi,
nempe poſt decimum menſem paucos dies,duos,vel
tres , aut paulo plus, filium præſumi legitimum, &
mariti, & ad bonorum eius ſucceſſionem admitten-
dum, tradit Ioachimus Mynſingerus *ſingular. obſer-*
uat.cent.6.*obſeru*.40.*n*.16.alios Iuriſtas allegans. & ex
Theologis Layman *vbi ſuprà*,niſi aliud,ſeu veriſimi-
lis,& potens coniectura contrarium ſuadens obſtet:
id latè probat Mynſingerus *per totam d.obſeruationem*
40. nam partus iuxta Medicorum , Philoſophorum,
& Iuriſconſultorum communem ſententiam perfi-
citur,& naſcitur ſpatio nouem,aut decem menſium
lunarium à conceptione,id quod latè explicat etiam
Menochius

Google

Menoch. *de arbitr. caſu* 89. *à n.*39. *ad* 49. aliquando
etiam perfectus partus naſcitur ſeptimo menſe, de
quo etiam latè Menochius *d. caſu* 89. *à n.*34. *ad* 38.
ac proinde filius intra dictum ſpatium à morte viri,
vel à diuortio natus, præſumi debet mariti, & ad
eius hæreditatem admitti, vt de nato menſe ſeptimo
habetur *l. ſeptimo, ff. de ſtatu hom.* & de nato decimo
menſe tradit Scæuola *in l. Gallus, in principio*, ibi, *in
decem menſibus proximis, ff. de lib. & poſth.* & colligitur
ex Vlpiano *in l. inteſtato, §. poſt decem, de ſuis, & legit.
hæred.* vbi, *Poſt decem menſes* (inquit) *mortis* (ſcilicet,
mariti) *natus non admittitur ad legitimam hæreditatem.*
ergo contrarium, ſi in decimo menſe. & idem Vlpianus
loquas de ſolidi capacitate, ait, *Si poſt mortem viri
intra decem menſes vxor ex eo pepererit, ſolidum ex eius
bonis capit.* & hoc idem latè tradit Menochius *d. caſu*
89. *à num.*40. *ad* 49. vbi tamen *n.*44. *& ſequentibus*,
vult eſſe computandos hos decem menſes, non à die
mortis viri, ſed conceptionis. De nato autem poſt
decimum menſem mortis poſt paucos dies duos, aut
tres, & initio vndecimi menſis, quod ſit habendus
filius mariti, tradunt Gloſſ. *in d. l. Gallus, initio, verb. in
decem menſibus proximis*, & plures alij à Mynſingero
vbi ſuprà, & à Menochio *d. caſu* 89. *n.*42. *&* 48. relati.
& probat Mynſingerus *dicta obſeruatione*, quia iuxta
Ariſtotelem *lib.* 8. *hiſt. animal. cap.* 3. homini non
vnum, ſed multiplex pariendi tempus datum eſt,
nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono poteſt,
& quod plurimum decimo, nonnullæ etiam mulieres
vndecimum menſem attringunt. quod idem ait
Gellius *lib.* 3. *noctium Atticarum cap.* 16. quia natura
etſi agat, & perfectè agat, plerumque tamen non
poteſt tam repentè quin aliquid differat. Quare, (inquit
idem Mynſingerus,) fauore prolis ad legitimandam
natiuitatem oportet aliquando reſtringere, aliquãdo
ampliare tempus natiuitatis, atque ita ſi partus
à decimo menſe poſt paucos dies natus ſit mariti,
& legitimus haberi decet, cùm in poteſtate hominis
non ſit ad amuſſim legem pariẽdi ſeruare, nec
partui ſit imputandum. quod fataliter ei acceſſit,
arg. *l. quæret aliquis, ff. de verbor. ſignif.* & quia etiam
prægnantes interdum decipiuntur in conceptionis
tempore. Neque (inquit) obſtat *d. l. inteſtato*, quæ (ait
Mynſingerus) non excludit paucos dies poſt decem
menſes mortis viri, cùm non ſit veriſimile ipſo die
mortis ſemper partum concipi, niſi pater interierit
morte repentina, puta naufragio, ruina, vel cæde. ita
Mynſingerus, licèt Menochius *d. n.*48. *&* 52. non approbet
hoc, dicens eſſe contra *d. l. inteſtato*, & velit
partum natum poſt decem menſes per duos, aut tres
dies, iuxta *d. l. Gallus, & d. l. inteſtato*, cenſeri mariti, &
legitimum, quando vir morte repentina, ac ſubitanea
mortuus eſt, aut occiſus; vt cùm manè ſanus, &
incolumis eſſet, in veſperis deceſſerit, tunc, inquit,
quia fieri poteſt, quod vxorem grauidam eo die, vel
die antecedenti reddiderit, ita is partus natus poſt
decimum menſem per duos dies erit legitimus,
propter illam rationem, quòd natura plerumque aliquid
differt; ſed in praxi à ſententia (quæ eſt communis
Scribentium *in d. l. Gallus*, & proli fauorabilior,)
Mynſingeri non videtur recedendum, & etiamſi
maritus diuina valetudine, non tamen nimis longa
obierit, & filius natus ſit poſt decem menſes per
tot dies, quot durauit valetudo, vt idem Mynſingerus.
Quòd verò proles ſi naſcatur ſub finem vndecimi
menſis, vel circa, vel paulo ante finem, non eſſe
habendum filium defuncti viri, habetur §. *vltimo, in
Authent. de reſtitutionibus, & ea quæ parit*, & latiùs
oſtendit Menochius *d. caſu* 89. *n.*50. 51. *&* 52. & ratio
eſt, quia conſideranda non ſunt, quæ vix, & ferè
nunquam eueniunt, & habentur vt menſtruoſa, *l. non
ſunt liberi, ff. de ſtatu hom. & d. l. quæret aliquis*; natura
autem in tantum tempus partus editionem non
extendit, *§. penultimo eiuſdem Authent.* Igitur redeundo
ad rem noſtram, ſi filius natus ex vxore adultera
etiam extra domum viri exiſtente præſumitur mariti,
& legitimus, quia hoc honeſtati, & famæ, ac
honori filij conuenit, etiam in quocunque dubio, ob
eandem honeſtatis, & famæ, ac honoris rationem,
filius exiſtens in poſſeſſione filiationis præſumendus
eſt legitimus.

Quare quartò probatur hæc eadem ſententia, 1407.
quia eſſe illegitimum, eſt quædam, & non leuis, non
ſolùm filij, ſed etiam ad parentes, præſertim matrem
ſe extendens infamia facti, vt vulgò omnes ſentiunt,
& tradunt Azo *in ſum. Cod. de iis, qui not. infam.* Curtius
conſil. 136. *n.*11. Paleothus *vbi ſuprà*, & cum aliis
Menochius *d. præſumpt.* 54. *n.*30. At infamia cùm
præſupponat delictum, non præſumitur, *cap. dudum,
de præſumptionibus*. Felinus *ibidem n.*14. alij poſt Menochium
d. præſumpt. 54. *n.*31. idem Menochius *ibidem*,
& Paleothus *d. cap.* 20. *n.*5. *&* 6. vbi addit, cùm
infamia ſit contraria bonitati, & conſequenter naturæ
noſtræ, iuxta Gloſſam *in l. fin. ff. quod met. cauſ.* &
Angelum *in l. ſciendum, in fine ff. de verb. oblig.* tantum
abeſſe, vt ea in dubio præſumi debeat, vt potiùs
quæcumque alia coniectura capienda videatur: ergo
in dubio filius legitimus præſumi debet, & admitti
ad hæreditatem patris, ſiue ipſe, ſiue alter poſſideat
bona. Quod confirmatur, quia tanta infamia filij, &
parentum, quæ reſultat ex illegitimitate, debet omninò
præualere poſſeſſioni bonorum alterius, cùm
fama, & honor ſit bonis, & omnibus rebus præſtantior,
& pretioſior, *d. l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſa teſtamenti.*
Germondus latè *ſing.* 1. *&* 2. *& ſing.* 3. *& ſing.* 86.
*n.*6. Vaſquius *d. cap.*48. *n.*20. & vulgò omnes. Vnde in
hoc caſu licèt ſit periculum iniuſtitiæ, ſi filius retineat,
vel adipiſcatur hæreditatem contra alium poſſeſſorem,
nihilominus non ſolùm in foro conſcientiæ,
ſed etiam in foro iudiciali iudicandum eſt in
eiuſdem filij fauorem, cùm ſit periculum maioris, &
multiplicioris iniuſtitiæ, ſi filius vt illegitimus declaretur,
& condemnetur, excludatúrque ab hæreditate
parentis, quàm ſi alter vel non admittatur, vel
priuetur bonorum poſſeſſione, donec ipſe clare illegitimitatem
oſtenderit; cùm enim duo imminent
mala, & alterum eorum eligere neceſſe ſit, minus eligi
debet, vt *ſuprà hoc titulo* latè reprobatum eſt, &
huc etiam tendit reſponſio, ſeu diſcurſus, quem Ariaga
in tom. 1. *d. diſp.* 26. *n.*19. habet. † Ex quibus corruit 1408.
ſecunda ratio Palai *ſuprà n.* 1395. præterquam quòd
falſum eſt, certum eſſe ius poſſeſſoris, in hoc dubio,
cùm præſumptio ſit pro filio; ſed ſolùm poſſeſſio eſt
certa: corruit etiam prima ratio eiuſdem Palai, non
ſolùm quia licèt filius agat ad hæreditatem, tamen
pro ipſo ſtat præſumptio iuris ipſum eximens ab
onere probandi legitimitatem, vt mox dicetur, ſed
etiã, quia reſpectu legitimitatis ei ab aduerſario negatæ
ſemper eſt Reus, & agens ad hæreditatẽ, ſeu legitimã
capiẽdam excluſus à iudice ob dubium, eſſet,
necne legitimus filius, cõdemnaretur vt illegitimus,
& infamis, & ſimul etiam vt infames damnarentur
eius parentes: nullus autẽ eſt dãnandus niſi ob apertam
culpam; propter quod adeſt regula, quòd in dubio
Reo fauendum eſt, ac proinde in hoc dubio maior
eſt obligatio vtroque foro inſpecto non condemnandi
filium, & eius parentes tanquam infames,
quàm conſeruandi alterum in bonorum poſſeſſione.
† Ex iiſdem etiam reiicitur opinio quorundam, 1409.
quos accis nominibus refert Vaſquez *d. cap.*8.

aientium

aientium ſecundùm ius naturale in dubio,an aliquis
ſit filius legitimus, an illegitimus, exiſtentibus aliis
legitimis filiis , non eſſe tribuendam integrè legiti-
mam portionem,ſed partem quandam ei,de quo du-
bitatur,an ſit legitimus;reiicitur,inquam,& conuin-
citur ei totam legitimam eſſe tribuendam; tum quia
pro eo ſtat iuris præſumptio , atque adeò cenſendus
eſt legitimus , donec alij filij contrarium probent,
vel aliunde conſtet. Tum quia alioqui indueretur
ipſi,& parentibus nota grauis infamiæ, & tam ipſe,
quàm parentes ſine culpa damnarentur,& ita in ter-
minis eſſerit idem Vaſquez, & poſt ipſum Ariage *d.*
*num.*19.

1410. Demum aliis argumẽtis omiſſis probatur hæc ea-
dẽ ſententia,tum ex *c.lator,qui filij ſint legit.* vbi aduer-
ſario opponenti illegitimitatem , iniungitur onus
probandi filium eſſe illegitimum,tum ex *c. accedens,*
de purgat.canon. vbi tunc quis cupiens ad ſacros Or-
dines promoueri, adſtringitur ad probandum ſe eſſe
legitimum, ſi in contrarium rumor , & fama extat.
ergo ceſſante tali fame, non adſtringitur probare ſe
legitimè natum,cùm in dubio quilibet præſumi de-
beat legitimus,vt poſt Gallianlam *in rubr.ff. de verb.*
*oblig.n.*161.& Paleothus *d.cap.*20. Menochius *d.præ-*
*ſumpt.*54.*n.* e6.

1411. Nec huic ſententiæ obſtat prioris ſententiæ fun-
damentum,quòd legitimitas oriatur ex matrimonio,
legitimo, quod cùm ſit quid facti,non præſumitur;
nam primò reſpondetur ex Paleotho *d.cap.*20.*n.*7.&
Menochio *d. præſ.*54.*n.*18. ea facta præſumi debere,
quibus probabilis , & veriſimilis cauſa accedit,iuxta
Abbatem *in cap. in præſentia in 7. notab. de probat.* nil
autem magis veriſimile , quàm parentes voluiſſe fi-
lios à ſe progenitos eſſe iuſtos,& legitimos ; etſi di-
catur in matrimonio præter factum ipſum , ſcilicet,
concubitum requiri alia,quæ ſunt facti,vt legitimus
dici poſſit , ac proinde matrimonium non ita facilè
præſumi. Reſpondent iidem Paleothus , & Meno-
chius,quin immo matrimonium ſolo conſenſu con-
ſtare.*cap.ſufficiat* 27.*q.*2.*& l.nuptias ff.de reg.iur.* cùm-
que quamuis clandeſtinum,reddere filios legitimos,
cùm is ſolus ſufficiat iuri communi,vt diſſerit idem
Paleothus *cap.*5.& tradidi *in tractatu de contract n ma-*
trimony, cap. 1. vnde cùm in quolibet concubitu ali-
quam coëuntium voluntatem affuiſſe neceſſe ſit, ſi-
ue honeſtam,ſiue inhoneſtam,credendum eſt magis
eam fuiſſe vxoriam , quàm fornicariam , & hone-
ſtam;ſic enim ſola voluntas honeſta cum concubitu
matrimonium conficit , ſicut inhoneſta fornicatio-
nem parit;nec inter hæc coniunctionum genera,(in-
quiunt Paleothus , & Menochius,) quicquid præter
inhoneſtatem,& dignitatem refert,arg.*l. item,§.par-*
1412. *tui.ff.de legat.*3.†Secundò reſpondetur ex iiſdem Pa-
leotho, & Menochio in hoc caſu , quocunque quis
ſe vertat,agi de præſumendo facto , non neceſſe eſt
filium ex aliquo concubitu ſuſceptum eſſe ; præſu-
mendum autem eſt potiùs ex legitimo procreatum,
cùm honeſtius ſit,vt ſupradictum eſt; & quia ſi ma-
trimonium, quia eſt quid facti, non præſumitur, ſic
& adulterium , fornicatio , inceſtus , & ſimilia ſunt
quid facti , & ita cùm in vtroque caſu aliquid facti
præſumendum ſit, melius eſt, præſumere honeſtum
factum,quàm turpe,& inhoneſtum,iuxta ſupradicta.
Vnde non vrget inſtantia,quam contra hanc Paleo-
thi reſponſionem facit Rota *d. deciſ.*470. *n.*4.1.*p. in*
nouiſſimis , ſcilicet , in hoc caſu , ſupponi probatum
ſufficienter concubitum , ex quo filius eſt ortus, ſed
agi de præſumendo contra concubitum , alio facto,
nempe quòd parentes contraxerunt ; non vrget, in-
quam , quia licèt ex quo ortus eſt ſupponatur certò

concubitus,tamen non ſupponitur inhoneſtus,adul-
terinus , aut fornicarius , & ita potiùs præſumendus
honeſtus.

Non obſtat etiam , quod in fine eiuſdem primæ 1413.
ſententiæ dicitur de filio actore, quòd teneatur pro-
bare fundamentum ſuæ intentionis , quæ eſt legiti-
mitas; nam ſiue filius agat ad obtinendam hæredi-
tatem , ſiue conueniatur vt ſpolietur , non tenetur
probare ſe eſſe legitimum,vbi non conſtet eum eſſe
illegitimum : nam,vt patet ex dictis, pro eo ſtat iuris
præſumptio,ſeu habet intentionem ſuam fundatam
ex iuris præſumptione, quæ onus probandi contra-
rium in aduerſarium reiicit , Gaillus *d. obſeruat* 97.
*n.*19. & cum aliis communiter ita ſentientibus è ſe
allegatis Menochius *de præſumpt. lib.*1. *q.*33.*n.*2. &
conſtat ex *l.generaliter,§.ſi petitur,in fin.ff. de fideicom-*
miſſ. libertatibus, & ex aliis iuribus per eoſdem Gail-
lum,& Menochium relatis. † Addo quòd cùm qui- 1414.
libet in dubio præſumitur capax ſucceſſionis, & qui
vult dicere incapacem, quia illegitimus , aut ſpurius
ſit, debet probare, *l. in exceptionibus.ff.de probat.* Bal-
dus *conſil.*448.*in tertio dubio vol.*1. Cephalus *conſil.*48.
*n.*11.Surdus *de alimentis d.q.*10.*num.*35.ſatis eſt funda-
ta intentio filij egentis,niſi probetur contrarium, vt
*ibidem n.*37.concludit Surdus.

Si dicatur , in dubio,an filius ſit ſub poteſtate pa- 1415.
tria,vel ſui iuris, eum præſumi non in poteſtate pa-
tris,ſed ſui iuris,vt tradunt Bartholomæus *d.conſ.*42.
*lib.*1.Corne. *conſil.*68.*n.*13.*lib.*3.& Petrus Barboſa *in*
d.l.Titia 35.*n.*11.*&* 12.*ff.ſoluto matrimonio*,id inferen-
tes ex textu *in ead.l.Titia*, & ex *l. ſi vxorem,C. de con-*
dit.inſertis.& probantes ſupradicta ratione , ſcilicet,
quòd filius non cenſetur eſſe in poteſtate patris, niſi
quando natus eſt ex legitimo matrimonio , matri-
monium autem non præſumitur , ſed probari debet,
vbi de eo non conſtat. † Reſpondetur primò con- 1416.
trarium , & in dubio filium de iure præſumi in po-
teſtate patris, ita innumeri Iuriſperiti , quos Vaſ-
quius *quæſtionum illuſtrium lib.* 2.*cap.*85.*n.*13. & Me-
nochius *d.lib.*6.*præſumpt.*55.*n.*1. referunt Paleothus
*d.cap.*20.*n.*9.& Cancerius *var. reſolut.p.*1.*cap.*10.*n.*1.
idque ob *ſuprà* allegatam rationem , quòd præ-
ſumitur natus legitimus ex matrimonio, nec eman-
cipatio , aliáve liberatio præſumitur ; & quan-
do certum eſt filium natum eſſe ex legitimo ma-
trimonio , & patrem viuere , de iure præſumi
ſub poteſtate patris , & filium aſſerentem ſe eſſe
ſui iuris,debere id probare, conſtat ex *toto tit. Inſtit.*
de patr.poteſt.& ex l.ſi filius,ff. de probat. & alios alle-
gans tenet etiam Menochius *d. præſumpt.*55.*n.*7. ſed
Paleothus , & alij *ſuprà* allegati videntur id aſſerere
etiam in dubio,an filius natus ſit ex legitimo matri-
monio , vel ex illicito coitu , & Vaſquius *d. cap.* 85.
*n.*21. vult filium præſumi eſſe ſub poteſtate patris,
quoties conſtat de matrimonio , & ætas illius , qui
dicitur filius , non repugnat ; nam tunc , inquit,
licèt potuerit naſci ex alia muliere , quàm ex vxore
patris , tamen præſumendum natum eſſe ex vxore,
non ex alia. Ad iura autem in cõtrarium adducta,re-
ſpondet Paleothus non obſtare , quia ibi filius , qui
negabat ſe eſſe ſub poteſtate patris , erat in quaſi
poſſeſſione ſui iuris, iuxta Gloſſam *in d. l. Titia* , &
Bartolum *in l.* *in poteſt.ff. de acquir.hær. n.* 33. quæſtio
autem præſens eſt,quando neuter poſſidet,ſi is caſus
dari poteſt. † Secundò dato,quòd in dubio,an filius 1417.
ſit natus ex legitimo matrimonio,vel ex illicito coi-
tu,& contentio ſit inter patrem, & filium, vel inter
eorum hæredes , an filius ſit ſui iuris , vel ſub patris
poteſtate;patre aſſerente filium eſſe ſub ſua poteſta-
te , & id filio negante , probandi onus pertineat ad
patrem

patrem aſſerentem, vt contra alios tenet Menochius *d. præſumpt. 55. num. 14.* ea permotus ratione, quòd primæuus ſtatus naturæ eſt cum ipſo filio, cùm à natura omnes liberi naſcantur, *l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iure.* ac proinde pater prætendens filium eſſe ſub ſua poteſtate, probare debet matrimonium inter ſe, & filij matrem fuiſſe contractum, cùm matrimonium, vt quid facti, & nouo iure reſpectu patriæ poteſtatis introductum, non præſumatur, vt ſæpe dictum eſt, & latè probat idem Menochius *præſumpt. lib. 3. præſumpt. 1.* Nihilominus idem Menochius *eadem præſumpt. 55. n. 17.* reſpondet quoad filium ipſum, ſcilicet, aſſerentem ſe legitimum ſemper in dubio præſumi potius natum ex legitimo matrimonio, quàm ex illicito coitu, licèt, quoad patrem, præſumatur potiùs ex illicito, quia præſumptio legitimitatis ſumitur fauore filij, non autem ipſius patris.

1418. Cæterùm autem hæc ſententia, quòd in dubio filius debeat præſumi legitimus, & opponenti incumbat onus probandi eum eſſe illegitimum, multo magis procedit, ſi filius ſit conſtitutus in quaſi poſſeſſione legitimitatis, (vt ſi conſtaret de matrimonio inter illius patrem, & matrem contracto, vel vt legitimus à parentibus fuerit tractatus, & vt talis a vicinia habitus;) ſiquidem hæc quaſi poſſeſſio fortiorem reddit præſumptionem legitimitatis. ita colligitur ex *cap. tranſmiſſæ,* & ex *c. peruenit, qui filij ſint legitim.* ita etiam Gloſſa *in d. c. peruenit, verb. ſi ita. & in c. lator, verb. probare legitimè eod. tit.* Rota *d. deciſ.* 470. *n.* 11. Maſcard. *de probat. d. concl.* 882. *n.* 8. Menoch. *d. lib. 6. præſumpt.* 54. *n.* 31. Petr. Barboſa *in d. l. Titia n.* 13. *ff. ſoluto matr.* Petra *de fideicom. d. q.* 11. *n.* 470. Stephan. Gratianus *diſcept. for. tom.* 1. *c.* 153. *n.* 50. & plures alij ab eodem Petra, Menochio, & Maſcardo relati.

SVMMARIVM.

1419 *Dignitatem, ſeu Prælaturam, aut beneficium qui eſt aſſecutus, in ea eſt manutenendus, & qui aſſerit eum eſſe illegitimum, probare debet.*

1420 *Admittendus ad dignitatem, vel Ordines, vel Doctoratum, aut ad alium actum ſolis legitimis cõpetentẽ, in dubio præſumitur legitimus, ſi de illegitimitate non ſit infamia notatus, nec grauandus eſt ad iurandum ſuper natalibus, nedum ad probandum ſe eſſe legitimum.*

1421 *Secus ſi diffamatus ſit ſe eſſe illegitimum, quia tunc, ſiue ſit admiſſus, ſiue admittendus ad dignitatem, &c. tenetur ſe purgare.*

1422 *Filiatione probata, nõ dicitur probata legitimitas ad effectum ſuccedendi, ſeu ad obtinendam hæreditatẽ non ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis, ſed inſuper filius tenetur probare ſe eſſe legitimum.*

1424 *Contrarium verius tam in iudicio poſſeſſorio, quàm in petitorio, & ſiue filius agat, ſiue conueniatur, ſi enim probata ſit filiatio, ſiue de quaſi poſſeſſione filiationis conſtet, non tenetur aliter in vtroque iudicio probare legitimitatem, ſed onus probandi contrarium ſpectat ad aduerſarium.*

Appellatione filij in diſpoſitione legati intelligitur de legitimo, n. 1423.

In diſpoſitione verò probatoria filij appellatione comprehenditur tam legitimus, quàm legitimus ibid.

At ſecundùm alios appellatione filij ſimpliciter venit legitimus, d. n. 1424.

1425 *In iudicio petitorio neceſſe eſt probare titulum, ſeu dominium.*

Quaſi poſſeſſio in iuribus perſonalibus operatur, vt is, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris, releuetur ab onere probandi, ſecus in iuribus realibus, in quibus quaſi

poſſeſſio non ſufficit, ibid.

In iudiciis etiam poſſeſſoriis, & quantumuis ſummariis legitimanda eſt poſſeſſio, ibid.

1426 *Alia eſt legitimitas filij, quæ prouenit ex matrimonio aliacer um, qui in iudicio ſtare voluit.*

1417 *Quòd quaſi poſſeſſio filiationis ad hæreditatẽ obtinẽdam ſufficiat in petitorio, limitant aliqui procedere in factis, & fideicommiſſis antiquis, ſecus in factis de recenti, nam tunc aiunt filium debere probare ſaltem matrimonium præſumptum ſi non ſit in poſſeſſione bonorum.*

1428 *Si verò ſit in poſſeſſione bonorum etiam in factis de recenti, aiunt ſufficere quaſi poſſeſſionem filiationis.*

1419 *Reiicitur prædicta limitatio.*

1430 *Quaſi poſſeſſio filiationis, & legitimitatis in iudicio poſſeſſorio ſufficit ad obtinendum, & habet vim plenæ probationis.*

1431 *Idem de quaſi poſſeſſione filiationis.*

1432 *Poſſeſſio filiationis, & legitimitatis ſufficit, vt abſque alia probatione filius in ea manuteneatur.*

Nominatio tractatus, & publica vox, ac fama de legitimitate operatur, vt diffamatio de illegitimis natalibus adeò tollatur, & purgetur diffamatio, & probat filium legitimè natum, vt promoueri queat ad ſacros Ordines, ibid.

1433 *Quaſi poſſeſſio filiationis, & legitimitatis ſufficit in petitorio contra ipſos parentes, ſeu ad obtinendam hæreditatem, & bona ipſorum parentum.*

1434 *Non ſufficere verò in petitorio cõtra alios, vt ſi agatur de ſuccedendo in fideicõmiſſo, aut bonis alterius quæ eſſent apud patrem, eſt aliquorum ſententia; alij verò contra ſentiunt, niſi ab aduerſa parte contrarium validioribus probationibus oſtenſum fuerit.*

1435 *Quaſi poſſeſſio filiationis, & legitimitatis, ſufficit in petitorio contra omnes, quando cum illa aliqua alia adminicula concurrunt.*

1436 *Quaſi poſſeſſio filiationis in petitorio ſufficit quãdo incidenter de filiatione, & legitimitate quæritur.*

1437 *Legitimitatis, & filiationis quaſi poſſeſſio plenam facit probationem circa ea, quæ in præparatoriis iudiciorum veniunt, vt quoad præſtandum alimenta, vel litis expenſas, & ſimilia.*

Poſſidens Prælaturan, ſeu beneficium, vel prætendens admitti ad dignitatem, vel ad Ordines, aut ad quemcunque alium actum requirentem legitimitatem, in dubio præſumi debet legitimus.

EX dictis primò infertur exiſtentem in quaſi poſ- 1419.
ſeſſione Prælaturæ, ſeu beneficij, ſeu alterius dignitatis requirentis legitimitatem, & nulla illegitimitatis infamia iuſtum præſumi debere legitimum, vt manuteneatur in poſſeſſione Prælaturæ, ſeu beneficij, donec ab opponente contrarium probetur. ita poſt Galianlam *in rub. ff. de verb. oblig. n.* 161. Maſcard. *concl.* 882. *n.* 9. *& concl.* 595. *n.* 8. Rota *deciſ.* 1. *de præſ. in antiquis, & d. dec.* 470. *n.* 9. Menoch. *d. præſ.* 54. *n.* 54. & alij relati à Maſcard. *d. n.* 8. & præter illam rationem, quòd in dubio nemo præſumitur illegitimus, ſed legitimus, præſertim ſi de matrimonio inter parentes conſtet. Rota *d. n.* 9. probat, quia adeſt aliqua præſumptio legitimitatis poſtquam eſt in poſſeſſione eius, quod non competit niſi legitimis.

Immo etiamſi non ſit quis iam admiſſus, ſed præ- 1420.
tendit admitti ad Prælaturam, aliámve dignitatem, vel ad alium actum, ad quem ſoli legitimi de iure admittuntur, puta, ad Ordines, vel ad Doctoratum, & nulla illegitimitatis infamia laboret, in dubio præſumendus eſt legitimus, niſi contrarium probetur, vt conuincunt tradita ad confirmandam præ-

 dictam

dictam ſententiam, aſſerentem in dubio neminem
præſumi illegitimum. & ita etiam Galiaula *in rubr.
ff. de verb. oblig. n.* 161. Maſcardus *d. concl.* 882. *n.* 10. &
Palaus *d. puncto* 5. *n.* 4. Addunt iidem Lanecllotus, &
Maſcardus admittendum ad Prælaturam, vel ad Ordines,
vel Doctorandum, aut licentiandum non eſſe
etiam grauandum ad iurandum ſuper natalibus, ne-
1421. dum ad probandum, ſi non diffamatus. † Quòd ſi
diffamatus ſit eſſe illegitimum, tunc ſiue poſſideat
beneficium, ſiue non, debet ſe purgare, & probare ſe
legitimum eſſe, iuxta deciſionem *d. cap. accedens, de
purg. canon.* & Abbatem, & alios *ibidem* ſcribentes
Lanecllorum, & Maſcardum, *locis citatis*, Paleothum
d. cap. 20. *n.* 4. & Menochium *d. præſumpt.* 54. *n.* 26.

Vbi conſtat quem eſſe alicuius filium, ſeu vbi probata eſt filiatio, an etiam probata intelligatur legitimitas.

1422. SEcundò ex dictis ad confirmandam eandem ter-
tiam ſententiam colligi poteſt reſolutio ad il-
lam quæſtionem, an vbi conſtat aliquem eſſe alicu-
ius filium, ſeu vbi probata eſt filiatio, & in eiuſdem
filiationis quaſi poſſeſſione exiſtit, huiuſmodi quaſi
poſſeſſio filiationis, & deſcendentiæ ſufficiat ad ob-
tinendam hæreditatem, ita vt probata filiatione
cenſeatur etiam probata legitimitas; an verò idem
filius teneatur etiam probare filiationem eſſe legi-
timam, ſeu ſe eſſe legitimum, idque ſiue agat, ſiue
conueniatur. Ad quam quæſtionem plures re-
ſpondent ad obtinendam hæreditatem non ſuffi-
cere quaſi poſſeſſionem filiationis, ſed inſuper fi-
lium teneri probare ſe eſſe legitimum. ita Baldus
conſ. 380. *lib.* 1. & *conſ.* 180. *n.* 3. *lib.* 3. Bartolus *in l. Titia,
ff. ſoluto matr.* Salicetus, & Albericus *in l. non ignorat,
C. qui accuſ. non poſſ.* Iaſon *in l. neque. C. de teſtib.* Alcia-
tus *tract. de præſumpt. reg.* 2 *præſumpt.* 38. & *reſponſ.* 529.
n. 25. Petrus Barboſa *in d. l. Titia n.* 13. Perra *de fidei-
comm. d. quæſt.* 11. *n.* 470. & 477. & *ſeqq.* Maſcardus *de
probat. concl.* 789. *n.* 19. & latiùs *concl.* 799. præſertim à
n. 17. Rota *deciſ.* 289. *n.* 5. *p.* 1. *in recent. Farin.* Ioannes
Lupi *de illegitimis, &c. commen.* 2. § 3. *n.* 52. & 53.
& alij non pauci, quos ad id referunt Perra, & Lupi
locis citatis, Maſcardus *d. concl.* 789. *n.* 19. & *d. concl.*
799. *n.* 4. 5. 6. 18. & *quatuor ſeqq.* & Peregrinus *de fidei-
comm. art.* 43. *n.* 70. Farinacius *in repert. iudic. q.* 43. *n.* 47.
fine. Quæ reſponſio probatur primò, quia matrimo-
nium, a quo procedit legitimitas, non præſumitur,
1423. vt *ſuprà* dictum eſt, ſed probari debet. † Secundò,
quia quicquid ſit in diſpoſitione legali, quòd filij
appellatione intelligatur de legitimo, & naturali, *l.
filium. l. item in poteſtate ff. qui ſunt ſui.* & *l. huius. de pro-
bat.* vbi appellatione filij ſimpliciter probari intelli-
gitur de legitimo, & naturali, & notant ſcribentes
in princ. Inſtit. de patria poteſtate. & *in l.* 2. § *remittit, ff.
de excuſat. tutorum*, & facit *l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus,
ff. ad Trebell.* & docuerunt plures, quos referunt Pe-
rra *d. q.* 11. *n.* 469. Lupi *d. n.* 52. *initio*, Peregrin. *d. n.* 70.
verſic. ſed contra. & Auguſtinus Barboſa *tract. de appel-
lat. verb. ſign. appellatiuo* 99. *n.* 17. & 18. aliud tamen
eſt, inquiunt Perra, & Lupi, in diſpoſitione probato-
ria, etenim nomen filij eſt genericum comprehen-
dens tam legitimum, quàm illegitimum, naturalem,
& ſpurium, vnde non ſequitur, quòd probata filia-
tione cenſeatur probata legitimitas, cùm non va-
leat argumentum à genere ad ſpeciem; ergo qui dicit
ſe legitimum, probare debet, tanquam fundamen-
tum ſuæ intentionis: quod confirmatur, quia in peti-
torio neceſſaria eſt probatio tituli, vt *infrà n.* 1425.
dicetur, ergo non ſufficit quaſi poſſeſſio. Tertiò pro-
bant Maſcardus *d. n.* 17. Perra *d. n.* 477. & Lupi *d. n.* 53.
verſic. & ſi in hoc quoque, quia in quolibet iudicio non
ſolum petitorio, ſed etiam poſſeſſorio, & quantum-
cunque ſummario legitimanda eſt plena perſona, vt
tradunt ſcribentes *in l. fin. C. de edicto Diui Adriani
toll.* Gratus *conſil. vltimo n.* 39. *lib.* 1.
Sed verior reſponſio eſt, quaſi poſſeſſionem filia- 1424.
tionis ſufficere ad obtinendam hæreditatem, vt-
que filio à iudice adiudicetur tam in iudicio poſſeſ-
ſorio, quàm in petitorio, & ſiue conueniatur, ſiue
agat, nec teneri filium probare aliter legitimitatem,
cùm de ſua quaſi poſſeſſione filiationis conſtat, ſed
onus probandi contrarium ſpectare ad aduerſarium,
Baldus *conſil.* 437. *n.* 5. *vol.* 5. Bartolus *in l.* 1. *ff. de
quæſt.* & *in l. non nudis, C. de probat.* Alex. *conſ.* 51. *lib.* 1.
Crauetta *conſil.* 116 *in princ.* Decius *conſ.* 54 *n.* 3. Paleo-
thus *de nothis d. c.* 20. & *c.* 2. *n.* 4. 5. & 6. Gaillus *d. l.* 2.
allegata obſeruat. 97. *n.* 19. Menochius *conſ.* 199. *n.* 55.
vol. 2. *de arbitr. lib.* 2. *d. caſu* 89. *n.* 70. & 71. & *de præ-
ſumpt. lib.* 6. *d. præſumpt.* 54. *n.* 48. & 51. Vaſquius *quæſt.
illuſtr. lib.* 2. *d. c.* 85. *n.* 20. Peregrinus *d. art.* 43. *n.* 71.
Surdus *de alimentis tit.* 1. *d. quæſt.* 10. *n.* 35. & *ſeqq.* Ste-
phan. Gratianus *diſcept. for. tom.* 5. *c.* 969. *n.* 4. & *c.* 754.
n. 41. & *ſeqq.* & *c.* 653. *n.* 24. & innumeri alij, quos re-
ferunt Menochius *locis citatis*, Peregrinus *n.* 70. *dicto
verſic. ſed contra.* & *n.* 71. Gratianus *d. n.* 4. & *c.* 135. *n.*
50. *tom.* 1. & Maſcardus *d. concl.* 799. *n.* 1. & 23. & com-
munem opinionem dicit Menochius *d. caſu* 89. *n.* 70.
Probatur hæc reſponſio primò ex ſupradictis, quia fi-
lius exiſtens in quaſi poſſeſſione filiationis, habet in-
tentionem ſuam fundatam ex præſumptione iuris,
cùm in dubio ſemper præſumatur legitimus, vt latè
oſtenſum eſt, & confirmatur etiam ex eo, quod *nu-
mero præcedenti* notatum eſt, nempè appellatione filij
ſimpliciter prolati in iure intelligi filium legiti-
mum, & naturalem; præſumptio autem iuris alicui
fauens onus probandi contrarium in aduerſarium
transfert, vt dictum eſt *ſuprà n.* 1415. † Præterea pro- 142
batur ex Paleotho *d. cap.* 22. *n.* 6. & Menochio *d. caſu*
89. *n.* 90. nam etſi in iudicio petitorio neceſſe ſit pro-
bare titulum, ſeu dominium, *l. ſicuti*, §. *ſed ſi res. ff. ſi
ſeruitus vindicetur.* & ſcribentes *l. cùm res, C. de probat.*
nihilominus in hac ſpecie ſufficit probare quaſi poſ-
ſeſſionem filiationis, ob illam regulam, quòd quaſi
poſſeſſio in iuribus perſonalibus operatur, vt is, qui
eſt in poſſeſſione iuris, leuetur ab onere probandi, *l.
circa, ff. de probationibus*, & *ibi* Bartolus, & Bald. ſecus
in iuribus realibus, in quibus ſola poſſeſſio non ſuf-
ficit, *d. l. ſicuti*, §. *ſed ſi.* Cùm ergo hîc agatur de quaſi
poſſeſſione iuris perſonalis, dicendum eſt illam ſuf-
ficere, & ea ſola probata, cætera non amplius eſſe ne-
ceſſaria. Neque obſtat, quòd ex Maſcardo, Perra, &
Lupi ſuprà *n.* 1425. adductum eſt, ſcilicet in iudiciis
etiam poſſeſſoriis, & quantumque ſummariis legiti-
mandam eſſe plenè perſonam, quod etiam latè tradit
Menochius *de recuperanda poſſeſſione, remedio* 15. *n.*
273. *ad* 316. nam idem Menochius *d. præſumpt.* 54. *n.*
49. reſpondet Perram, & Maſcardum æquiuocaſſe in
nomine hoc legitimitatis. † Siquidem (inquit) alia 1426.
eſt legitimitas filij, quæ à matrimonio prouenit, alia
eorum, qui in iudicio ſtare volunt, quæ eſt, quando
quis agere, vel excipere non poteſt. Et ſpurius quili-
bet, ſi eius ſit ætatis, vt poſſit eſſe in iudicio, legiti-
mam perſonam, quoad iudicium exercendum, habe-
re dicitur. Quare Gratus, & alij, quos Perra, & Ma-
ſcardus referunt, debent intelligi de legitimitate
ſtandi in iudicio, quæ plenè eſt probanda, non de le-
gitimitate proueniente à matrimonio, & hanc re-
ſponſionem approbat etiam Stephan. Gratianus *d.
cap.* 754. *n.* 43. † Cæterùm hanc reſponſionem, quod 1427.
exiſtente, ſeu probata quaſi poſſeſſione filiationis
hæc ſola ſufficiat ad hæreditatem patris obtinen-
dam

dam, nec requiratnt probatio legitimitatis, Peregri-
nua *d. art.*43.*n.*71.*fine.* & Gratianus *d.cap.*969.*n.*5.*&*
cap. 82. *n.*2. declarant, ſeu limitant procedere in fa-
ctis, & fideicommiſſis antiquis, in quibus, ſi docetur
per inſtrumenta, ſcripturas, & ſimiles probationes
de filiatione, & deſcendentia ſe talem filium eſſe
talis, præſumitur pro legitimitate, & ita in pra-
ctica ſeruari ait idem Peregrinus, ad id etiam
allegans Albericum *in l. ſenatoris filium n.*4. *ff. de ſe-*
natoribus, & Florianum *in l. quidam n.*4.*ff. de probat.*
quod idem alios allegantes approbant Maſcardus
d. concl. 799.*n.*15. & Petra *de fideicomm. d.q.*11.*n.* 476.
Secus autem (inquiunt) in factis de recenti, nam
tunc, ſi filius agat vendicando hæreditatem pater-
nam, aut ex tractu agnatitio, ſeu tanquam agna-
tus petat prælationem in hæreditate paterna parte
opponente, aut lite conteſtata negatiuè de legiti-
mitate ſua, aiunt, verius eſſe, eum probare opor-
tere ſe eſſe legitimum, deducendo matrimonium
verum, vel præſumptum, ex cohabitatione pa-
rentum in ſchemate matrimoniali, quia hoc eſt
fundamentum ſuæ intentionis, & facilis proba-
tionis, & Peregrinus refert ita ſenſiſſe Socinum,
Nattam, Decium, & Paulum de Caſtro locis, quos
1428. ipſe allegat. † Addunt tamen iidem Peregrinus *d.*
*n.*71. & Gratianus *d.cap.*969.*n.*6. hoc maxime proce-
dere, quando talis filius non reperiretur in poſſeſſio-
ne bonorum, & filiationis, aiunt, poſſe præſumi pro
legitimitate, id quod aſſeruiſſe Salicetum *in l. qui-*
dam, ff. de probatio. & Paulum de Caſtro *in l.* 1. *C. de*
ord.iud. teſtatur idem Peregrinus, dicens tamen aliud
1429. ſenſiſſe Nattam *conſ.*473. † Verùm hæc limitatio nõ
videtur admittenda, & contra eam directè militant
rationes ad probandam reſponſionem *num.*1424. *&*
1425. adductæ, quæ illam probant abſolutè, & ſiue
verſemur in factis antiquis, ſiue in factis de recenti.

Quaſi poſſeſſio legitimitatis, quos effectus operetur.

1430. Quæ reſponſio multò magis admittenda eſt ſi
filius conſtitutus ſit, ſeu exiſtat in quaſi poſſeſ-
ſione filiationis, & legitimitatis, quæ ſuppoſita, &
probata in iudicio poſſeſſorio illam ſufficere, & ha-
bere vim plenæ probationis, nec teneri filium aliter
probare legitimitatem, ſiue agat, ſiue conueniatur,
ſentiunt non ſolùm Menochius *d. præſumpt.* 54.*n.*47.
ſed etiam Gloſſa, ac Rota locis *ſuprà n.*1418. allega-
tis. Alex. *conſil.*51.*n.*4.*lib.*1. Alciatus *reſponſ.* 625.*n.*2.
Burſatus *conſil.* 98 *n.* 26. Ioannes Baptiſta Lupi *d.*
comm 2.§ 3.*n.*52.*initio*, & plures alij Iuriſperiti, quos
referunt idem Lupi, & Petra *de fideicomm. d. q.* 11.
*n.*476. & Maſcard. *d.concl.*799.*n.*26. licèt ipſi contra-
rium teneant, quorum fundamentum ſuprà *n.* 1426.
1431. reiectum eſt. † Et idem de quaſi poſſeſſione filiatio-
nis, eam ſcilicet, in poſſeſſorio iudicio facere ple-
nam probationem, in terminis aſſerit Menochius *d.*
*præſumpt.*54.*n.*48. dicens etiam ita reſpondiſſe Alex.
*conſil.*51.*lib.*1. Decium *conſil.*54. & Alciatum *reſponſ.* 6.
1432. *fine.* † Eandem quaſi poſſeſſionem filiationis, & le-
gitimitatis abſque alia probatione ſufficere, vt filius
id petens, in ea manuteneatur, dixerunt Rota *d. de-*
*ciſ.*470 *n.*9.*&* 11.*p.*1.*in nouiſſimis.* Menochius *d. præ-*
*ſumpt.*54.*n.*53. & Petra *d. q.*11.*n.*486. & Maſcardus *d.*
concl. 799.*n.* 28. allegantes etiam Alciatum *de præ-*
*ſumpt.reg.*3 *præſumpt* 38. in tertio caſu, & Couarru-
uiam *de ſponſ.p.*2. *cap.*8. § 3. *n.* 6. *initio*; quos tamen
Menochius ait loqui de filiatione, non de legitimi-
tate; ſed rectè intelligi poſſunt etiam de legitimitate.
Confirmat autem Menochius hunc effectum quaſi
poſſeſſionis filiationis legitimæ, ex *d.cap accedens, de*
purg.can. vbi, inquit, annotauit Abbas *n.*4. nomina-

tionem, tractatum, & publicam vocem ac famam
operari, vt diffamato de illegitimis natalibus, adeò
tollatur, & purgetur ipſa diffamatio, & probare
hunc eſſe legitimè natum, vt manuteneri debeat in
ea quaſi poſſeſſione legitimitatis, vt promoueri
queat ad ſacros Ordines. † Eandem quoque quaſi 1433.
poſſeſſionem filiationis, & legitimitatis, ſi nil in con-
trarium ſit, probetúrve, ſufficere, & facere plenam
probationem in iudicio petitorio contra parentes
ipſos, ſeu ſi agatur de ſuccedendo in hæreditate, &
bonis ipſorum parentum, qui ſuo tractatu, educatio-
ne, nominatione, & confeſſione conſtituerunt, & in-
duxerunt hanc quaſi poſſeſſionem filiationis legiti-
mæ, docent in terminis non ſolùm Menoch. *de præſ.*
*lib.*6.*præſ.*54.*n.*51. ſed etiã contrarias opiniones con-
ciliando Maſcard. *d. concl.* 799.*n.*26. Petra *d.q.*11. *n.*
484. & etiam Steph. Gratian. *diſcept for.tom.*3.*c.*562.
*n.*77.*& tom.*4.*c.*653.*n.*74.*& c.*754.*n* 48. Seraphin. *de-*
*ciſ.*1081. & docuerunt etiam Alciatus *reſp.*201.*n.*57.
*fine, & conſ.*625 *in fine verſ. & hæc ſententia*, Burſatus
*conſ.*98. *n.*8. & Rota coram Cardinali Sacrato Par-
menſis ſtatus 28. *Martij* 1618. † Qui tamen omnes 1434.
præter Menoch. ſecus aiunt eſſe contra alios, qui il-
lum filium non cõſtituerunt in quaſi poſſeſſione le-
gitimitatis, nec in eam conſenſerunt, vt ſi agatur de
ſuccedendo in fideicõmiſſo, aut hæreditate alterius,
quæ eſſet apud patrem. At Menoch. *n.*52. tenet indi-
ſtinctè, & etiam contra alios dictam quaſi poſſeſſio-
nem operari in petitorio eundem effectum, eandem-
que præſumptionem legitimitatis, niſi ab aduerſa
parte cõtrarium validioribus probationibus oſten-
ſũ fuerit, licèt non ita validam (inquit) & efficacem,
vt illa, quæ ſtat contra patrem; & hoc idem certè te-
nẽt idem Menoch. *de arbitr.d.caſu* 89.*n.*70.*&* 71. Gail-
lus, Paleothus, Vaſquius, Peregrinus, Surdus locis
*ſuprà n.*1424. relatis; & priùs tradiderunt magis com-
muniter Doctores, quos Petra *d. q.*11.*n.*882. & Ma-
ſcard. *d. concl.*799.*n.*23. allegant. † Quòd ſi cum quaſi 1435.
poſſeſſione filiationis legitimæ inductæ per tracta-
tum, ſeu educationem, & nominationem, ac confeſ-
ſionem parentum concurrant etiam aliquot alia ad-
minicula, ex quibus filiationis, & legitimitatis pro-
batio fiat apertior, puta, fama, & communis vicino-
rum, & coniunctorum reputatio, tunc eam quaſi
poſſeſſionem non ſolùm contra parentes, ſed etiam
contra alios, & vbi agitur de ſuccedendo in fidei-
commiſſo, & hæreditate alterius, quæ erat apud pa-
rentes, ſufficere, & plenè operari, niſi contrarium ab
aduerſa parte fuerit probatum, tradunt etiam
Couarruuias *de ſponſ.p.*2.*cap.*8.*d.* § 3.*n.*6.*fine. & n.* 7.
Maſcardus *d.concl.*799.*n.*25. Petra *d.q.*11.*n.*483. Ioan-
nes Lupi *d.*§.3.*n.*53.*fin.* (vbi non rectè dicit Maſcar-
dum, & Petram aliter ſenſiſſe,) Rota *deciſ.*258.*n.*1.
& deciſ 661.*n.*1.*&* 2.*p.*1.*in nouiſſimis*, Verallus *deciſ.*
150.*n.*1.*p.*1. Stephanus Gratianus *d.cap.*562.*n.*73. &
priùs tradidere plures alij, quos iidem Couarruuias,
Maſcardus, Petra, Lupi, Rota, & Gratianus referunt.
† Quando etiam incidenter de filiatione, & legiti- 1436.
mitate, quæritur prædictam quaſi poſſeſſionem le-
gitimitatis, aut filiationis ſufficere ex communi Do-
ctorum ſcribũt Petra *d.q.*11.*n* 85. & Maſcard *d. concl.* 1437.
799.*n.*17. † Demum eandem quaſi poſſeſſionem fi-
liationis, aut legitimitatis ſufficere, & facere plenam
probationem in præparatoriis, ſeu circa ea, quæ in
præparatoriis iudiciorum veniunt, vt eſt circa ali-
menta, litis impenſas, & ſimilem cauſam poſt alios à
ſe relatos docent Couarruuias *d n.*6. *paulo poſt ini-*
tium, Petra *d. q.* 11. *n.* 485. *&* 486. Maſcardus *d.*
*concl.*799.*n.*29.*&* 30. Verallus *vbi ſuprà*, Menochius
d. præſumpt. 54.*n.* 55. Ioannes Lupi *d.* § 3.*n.* 61. Ste-
phanus Gratianus *diſcept.for. cap.*567.*n.*23. & latiùs

Petrus Barboſa *in rubr. ff. ſoluto matr. p. 1. n. 19.* & *etiam* Rota *deciſ. 444. n. 9 p. 1. in recent. Farin.*

SVMMARIVM.

1438 *De filiationis probatione, qui auctores tractent.*

1439 *Filiationis probatio triplex, neceſſaria, probabilis, præſumptiua, ſeu coniecturalis.*

Filiatio reſpectu matris licèt certò probari poſſit per obſtetrices, & alios teſtes, qui fuerunt præſentes partui, tamen poteſt etiam directè probari per præſumptiones, & coniecturas, ibid.

Filius verus in vno caſu reſpectu patris probatur euidenter. ibid.

1440 *Filiatio reſpectu patris eſt difficilis probationis.*

Non eſt tamen omninò improbabilis, ſed probatur coniecturis, & præſumptionibus, ibid.

1441 *Pater certus quomodo in iure intelligatur.*

Actus verus ex ficto naſcitur, ibid.

Poſſeſſio vera ex ficta tranſlatione præſumitur, vt in conſtituto, ibid.

1443 *Prima coniectura, qua filiatio, & legitimitas probatur, & eius quaſi poſſeſſio conſtituitur, ſumitur ex eo, quòd filius natus ſit ex vxore, & viro ſimul cohabitantibus, ſcientibus vicinis.*

& hæc coniectura, ſeu præſumptio etiam ipſam filiationis proprietatem reſpicit.

1445 *An ſit præſumptio iuris admittens probationem in contrarium, an verè præſumptio iuris, & de iure illam excludens.*

Ampliatio dicta coniectura, vt filius præſumatur legitimus, quanquam adulterium mater commiſerit.

1446 *Ampliatur etiamſi habitaret vxor extra domum mariti, etiam in lupanari, ſi modò maritus ad eam accedere ſolebat; nam etiam tunc filius ex eo natus præſumitur mariti.*

1447 *Ampliatur etiamſi filius ex adultera vxore natus ſit cæcus, vel claudus.*

1448 *Ampliatur etiamſi filius ſit diſſimilis marito, non adultero.*

1449 *Ampliatur multò magis ſi filius ſit ſimilis marito, non adultero.*

1450 *Ampliatur etiamſi mater affirmaret etiam iuramēto filium illum ex proprio marito non eſſe genitum.*

1451 *Ita quòd filius matri aſſerenti eum eſſe illegitimum, non teneatur credere, quamuis id aſſereret in articulo mortis exiſtens, & quamuis fortè ipſe aliquot annis reputauerit ſe illegitimum.*

1452 *Immo ſecundùm aliquos ei non poteſt credere in præiudicium ſuorum filiorum, & deſcendentium; quibus etiamſi crederet, non eis noceret, quoad ſucceſſionem, in fideicommiſſum, maioratum, Ducatum, vel regnum.*

Si autem euidens eſſet filium eſſe adulterinum, quia natus poſt longiſſimam abſentiam mariti, tunc teneretur omnia mariti bona reſtituere, & ad id iudicialiter cogi poſſet ibid.

Limitatur hoc ſi iam bona fide præſcripſiſſet cōpletè. ib.

1453 *Mater adultera ſciens, certè filium eſſe adulterinū ſecundùm aliquos nūquam tenetur manifeſtare filio, eū eſſe adulterinū, tametſi id ſine periculo vitæ. & famæ facere poſſet, & ſperaret ſe profuturam.*

Contrarium, & ad id præfatis circumſtantiis exiſtentibus in conſcientia teneri, ſi aliunde eadem mater adultera non poſſit conſeruare indemnes filios legitimos, & alios ab inteſtato alias ſucceſſuros tenent communiter Doctores, ibid.

Hoc caſu credulitas filij adulterini an, & quando non noceret ſuis filiis, & deſcendentibus, ibid.

1454 *Sicut matris, ita & patris, ſeu mariti, aut vtriuſque aſſertio circa filiationem nocere non poteſt, & neutri filius credere tenetur, n. 1454.*

1455 *Ampliatur etiam eadem coniectura, ſeu præſumptio, vt filius præſumendus ſit procreatus a marito, non ab adultero, tametſi extaret communis opinio illum eſſe filium adulterinum.*

Fama non probat, vbi agitur de graui præiudicio, ib.

1456 *Non ſolùm ex ſola fama, ſed neque etiam ex fama cum vno teſte poteſt quis illegitimus iudicari, ib.*

Ampliatur item vt filius præſumatur legitimus, etſi ex vxore natus, quæ antea diu fuit ſterilis.

1457 *Idque etiamſi mulier habitauerit cum alio extra domū mariti, dūmodo marito pateret aditus ad eam.*

1458 *Limitatur ſi vidua, quæ prius fuit ſterilis, poſt mortem mariti peperit, tunc enim ſecundùm aliquos præſumptio eſt, quod curauerit ab alio effici grauida pro conſequenda hæreditate ipſius mariti.*

Reiicitur limitatio, ibid.

1459 *Mulier effecta vidua, ſi incontinenti facta eſt concubina vnius ſcholaris, & infra nouem menſes pariat, filius præſumitur mariti prædefuncti.*

1460. *Item præſumitur mariti ſi poſt diuortium, vel mariti mortem pariat, non ſolùm intra ſeptimum aut nonum, ſed etiam intra decem menſes.*

Decem menſes an ſint enumerandi a die conceptionis, an vero die mortis viri, ibid.

Partus ſeptimeſtris eſt vitalis licèt debilis, ibid.

Partus nouimeſtris eſt vitalis, & perfectus, ibid.

Partus decimaſtris eſt vitalis, ibid.

Partus cenſetur mariti prædefuncti, ſi naſcatur ex vidua poſt decem menſes per paucos dies, ibid.

Partus octimeſtris in Ægypto, & nonnullis aliis locis eſt vitalis: communis tamen opinio eſt non eſſe vitalem, ibid.

Siue vitalis ſit, ſiue non, præſumitur mariti ſi naſcatur ex vxore intra octo menſes à die mortis mariti, vel diuortij, ibid.

1461 *Sed quid ſi maritus diu abſuit, & reuerſus cum vxore manſit ſolùm per duos, aut tres dies, & poſtea diſceſſit, & illa octauo menſe peperit, an tunc præſumi debet mariti, an verò adulterinus.*

1462 *Menſes prædicti ſeptem, nouem, & decem intelliguntur lunares; qui iuxta aliquos conſtant 30. diebus, iuxta alios diebus 29. & duodecim horis.*

1465 *Poſt factum diuortium, quæ denūciatio ſit facienda marito ab vxore dubitante ſe eſſe prægnantem, vt filius poſtea natus ſit præſumendus mariti, & eum agnoſcere, & alere teneatur, & quid ſi ipſe maritus denunciationi contradicat.*

1466 *Mulier effecta vidua, ſi illicò alteri nubat, & in ſeptimo, vel nono, vel decimo menſe pariat, partus an præſumatur primi mariti, an verò poſterioris; referuntur plures opiniones, & approbatur ſententia, quòd in dubio præſumatur illius mariti, in cuius domo natus eſt, ſcilicet, illius, qui eſt in poſſeſſione matrimonij, vſque ad 1470.*

1468 *Filius alterius ex duobus parentibus, ſed dubitatur, ſeu ignoratur cuius determinatè filius ſit, cuius habebit hæreditatem, alteriúſne tantùm, an vtriuſque, an verè ab hæreditate vtriuſque excludetur.*

1471 *Mulier quæ vixit in concubinatu, & ſtatim poſt concubinarij mortem nupſit alteri, & deinde in ſeptimo, vel nono, aut decimo menſe pariat, filius præſumitur mariti, & legitimus.*

1472 *Limitatur primò coniectura, ſeu præſumptio, quòd filius natus domi ex vxore, & viro cohabitantibus, præſumatur legitimus, vt non procedat, ſi maritus fuiſſet diu abſens, vel tempore conceptionis fuiſſet impotens ad generandum, ratione vel morbi, aut valetudinis, vel frigiditatis, vel ſenectutis.*

In qua ætate vir, vel mulier cenſeri debeat ſenex, vt habeatur tanquam impotens ad generandum, ibid.

Vir

Vir ſexagenarius ſecundùm ius ciuile reputatur impotens ad generandum, ibid.

Licèt generaliter aliquando vir etiam octuagenarius generet, ibid.

Mulier quinquagenaria regulariter cenſetur inepta ad generandum, ibid.

1473 *Probationes validiores requiruntur, cùm allegatur partus ſexagenarij, vel quinquagenaria legitimus, ib.*

Limitatur ſecūdò, vt filius nō præſumatur mariti ſi ipſe rarò acceſſiſſet ad vxorē in domo adulteri habitātē.

Reijcitur hæc limitatio, ibid.

1474 *Limitatur tertiò vt filius non præſumatur mariti, quando vxor habitabat continuò in domo adulteri, & ibi concepit, ac peperit.*

Reijcitur hæc limitatio, ibid.

1475 *Limitatur quartò, quando non conſtat, quòd maritus tempore conceptionis ad vxorem extra domum einſdem mariti habitantem acceſſiſſet.*

1476 *Limitatur quintò, vt filius præſumatur illegitimus, & adulterinus, ſi contra præfatam præſumptionem iuris vrgeant multæ coniecturæ puta, quia fuit educatus, tractatus, & nominatus tanquam filius adulteri, maximè marito non contradicente, & multò magis ſi etiam adultero aſſimiletur.*

1477 *Hanc limitationem reiiciunt aliqui.*

Plures probationes imperfectæ ſimul iūctæ, & ad eundem finem, ſeu effectum tendentes plenè probant, ib.

Ad probandam filiationem illegitimam prædictis coniecturis ſufficiunt tales ſingulares, & etiam patientes exceptiones, & aliàs inhabiles; & maximè ſi aliis adminiculis adiuuentur, nempe, quia de facto proprio deponant, ibid.

1479 *Limitatur ſextò, quando vtilius, & fauorabilius eſſet filio, quod eſſet ſpurius, aut illegitimus, quàm legitimus.*

Dubia redditur hæc limitatio, ibid.

1480 *Limitatur ſeptimò, vt non habeat locum dicta præſumptio, quòd ſit filius mariti, quando agitur de bonis defuncti alteri auferendis.*

Reiicitur hæc limitatio, ibid.

1488 *Filius natus ex concubina alicuius, an, & quando præſumatur filius naturalis, & concubinarij.*

Filius ancillæ non ita facilè præſumendus eſt filius domini, ibid.

Quibus modis probetur filiatio legitima, ſeu quis probetur eſſe alicuius filius legitimus.

1438. SI quæratur quibus modis quis probetur filius legitimus alicuius, v.g. Titij, ſeu inducatur, & conſtituatur quaſi poſſeſſio filiationis, & legitimitatis. De modis, ſignis, ac coniecturis, quibus filiatio naturalis, tam legitima, quàm illegitima, ſeu quis alicuius filius legitimus, vel illegitimus probatur, aut præſumitur poſt plures alios à ſe allegatos, latè ſcribunt Couarruuias *de ſponſalibus p.2. cap.8.§.3.* Gaillus *obſeruat.lib.2.obſeruat.97.* Peita *de fideicom, quæſt. 11.à n.240.* Menochius *de arbitr.lib.2. cent.1. d. caſu 89.& de præſumpt.lib.6.præſumpt.53.& 54.* Paleothus *de nothis cap.21. ad 26.* Maſcardus *de probat.verb.filiatio.concl.787.ad 800.& concl.805.* Vaſquius *quæſt.illuſtrium cap.48.& cap.85.* Rota *deciſione crimin.37.deciſ. 240.n.3 poſt lib.1.conſil.crim Farin.& deciſ.71.& 279. & 332 poſt lib.2.* Farinacius *in repert.iudiciali q.43.per totum*, plures alios allegans *n.3. & 4.* tradens qui articuli ſint formandi in probatione filiationis, Stephanus Gratianus *diſcept.for.tom.3. cap.567.* & alibi, Caſtrus Palaus *tom.3. p.1. diſp.3. d. punct.5. à num.8.*

1439. † Qui ferè omnes poſt Baldum *in l.1.C.de iis, qui accuſare non poſſunt n.52.* tradunt filiationis legitimæ, & etiam illegitimæ triplicem eſſe probationem, neceſſariam, probabilem, & præſumptiuam, ſeu coniecturalem; neceſſaria quoad matrem, quia illa eſt certa, quæ certitudo probari poterit per obſtetrices, & alias perſonas, quæ potuerint interueniſſe natiuitati, *l.1.§.de inſpiciendo ff. de ventre inſpicien.* Maſcardus *d. concl.787. n.2. & 7.* vbi tamen *n.8.* contra Guilielmum de Benedictis *in cap. Raynutius in 3.p. v. quæ filium ex eo ſuſcipiens n.15.* affirmat etiam reſpectu matris filiationem poſſe directè probari per coniecturas, & præſumptiones, quod voluerunt Berous *q.96. n.4. & 5.* & Gratus *conſil. 62. n.8. vol.2.* quos refert idem Maſcardus, qui ad id ait facere, quòd infantium ad hoſpitalia expoſitorum pater, & mater ignorantur, ac proinde in hoc caſu etiam reſpectu matris erit locus probationi per præſumptiones, & coniecturas *infra* explicandas, & hoc idem approbat Farinacius *d.q.43.n.6.* Probabilis, quoad patrem, quando filius natus eſt domi ex vxore vicinis ſcientibus, *l.filium 6.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris:* præſumptiua, quæ ex coniecturis, & præſumptionibus colligitur. ita Gaillus *d.obſeruat.97.n.5.* Paleothus *cap.21.n.9.* Menochius *d.caſu 89.n.3.* Stephanus Gratianus *cap.453.n.80.tom.2.* licèt Petra *n.240. & aliquibus ſequentibus*, & Maſcardus *d.concl.787.* duplicem tantùm modum probandi filiationem conſtituant, ſcilicet, verum, & certum reſpectu matris, præſumptiuū reſpectu patris; nec malè, quia etſi probatio filiationis probabilis, prout ab allegatis Doctoribus diſtinguitur à præſumptiua, ſit maior probatione præſumptiua, vt Gratianus *d. n.80.* nihilominus cùm neceſſariò non concludat, rectè dicitur coniecturalis, & præſumptiua, prout talem appellant poſtea etiam Paleothus *cap. 22.* & Menochius *eodem caſu 89.& d.præſumpt.53.n.1.* vbi ait filiationis probationem reſpectu patris eſſe coniecturalem, cùm verè, & propriè probari non poſſit, (excepto vno tantùm caſu, quem poſt Bartolum, & Beroum ponunt Paleothus *d.cap.21.* Vaſquius *d.cap.48 n.29.* & Menochius *d. caſu 89.n.18.* & Maſcardus *d.concl. 787.n.9.* ſcilicet, ſi puella vnà cum viro ſub arctiſſimis cuſtodiis carcere mancipateretur, & poſt vndecim menſes, vel annum reperiretur grauida, & pareret; tunc enim cùm nulli alij viro patuiſſet ingreſſus ad puellam, filius ex ea in carcere detenta certò, & indubitatè probaretur filius procreatus ab illo viro cum illa carcerato. Nec rectè Paleothus negat verè, & propriè filiationem probari in hoc caſu, cùm nil, inquit, de concubitu, nil de conceptione adferatur: atque ita ſola eſt probatio extrinſeca, vrgens tamen adeò, ac neceſſaria, vt negari minimè poſſit. Nam, vt contra Paleothum arguit Menochius *d. n. 18.* nulla maior probatio, & vrgentior veritatis demonſtratio haberi poteſt illâ, quæ ab ipſa natura prouenit, hæc enim aliqua ratione improbari non poteſt.) † Ex 1440.
quo fit, vt filiatio ſit difficilis probationis, & ferè impoſſibilis, vt Doctores *in d.l.filium*, Paleothus *d.c.21.* Menochius *d. caſu 89. n.21.* Maſcardus *d. concl. 787. n.5.* Rota *d. dec.279.n.1. & d. deciſ.332. n.1. poſt lib.2. conſil.crim. Farinacij*, Farinac. *d.q.43.n.6.* & alij communiter per Menochium, & Maſcardum relati. eo quòd procreatio filiorum non cadit in certum ſenſum hominis, cùm nemo teſtificari poſſit aliquem ab alio genitum, aut conceptum; quamuis omnes conueniant non eſſe improbabilem, ſi concurrant ſufficientes præſumptiones, & coniecturæ, per quas videtur procedendum, vbi agitur de materia difficilis probationis, *l. huius.ff.de condit. & demonſt l.neque naturales, C.de probat.* Gloſſa *in l.1.ff.de probat.* Gloſſa Innocentij, & alij, *in cap. Michael, de filiis presbyt.* Menoch. *d. caſu 89. n.2.* & Sardus latiſſimè *conſil.1. num.39.*

1441. *n.39.& 40.vol.1.* † Quòd ſi aliquando in iure appellatur certus pater, vt *in l.quia ſemper, de in ius vocando.* & verus filius, vt *in l. 1. §. pœna, ff. de liberis agnoſc.* intelliguntur (inquiunt Paleothus *dict. cap. 21. &* Menochius *d.caſu 89.num.12.*) verus filius, & certus pater ex præſumptionibus illis, & coniecturis à iure probatis, quas dum lex pro veris, & concludentibus probationibus habet, is ita probatus filius, certos filius dicitur; atque adeò pater eum recuſare non poteſt, *l.1.§.ſi quis. ff. de Carbon.edicto.* Paleothus *d.cap.21.num.6.* & Menochius *d.caſu 89.num.14. & 15.* Addentes quòd quanquam ficta hæc impropria probatio dicatur, nihilominus filius ita probatus dicitur verus filius, *d.l.1. §. ſi quis, de Carbon. edicto*; ſicut pluribus aliis in caſibus ex actu ficto verus producitur; vt in conſtituto, (exemplificant iidem Paleothus, & Menochius,) quòd etſi fictam quandam traditionem habeat, poſſeſſio tamen ex eo tranſlata vera, & propria poſſeſſio dicitur, *l.certè, §.1. de precario.* & Alex. *l.quod meo, de acquir.poſſ.* & aliis caſibus declarat Menochius *à num.15. ad 18.* Coniecturæ autem in iure, & à Doctoribus communiter, præſertim à præallegatis traditæ, ex quibus quis probatur, ſeu præſumitur filius alicuius legitimus, inducitúrque quaſi poſſeſſio filiationis legitimæ, transferens in aduerſam partem, negantem onus probandi contrarium, ſunt ſequentes, quibus etiam iuxta eoſdem Doctores probatur, & præſumitur ſimpliciter filius alicuius, & inducitur quaſi poſſeſſio ſimplicis filiationis, & ita ſaltem filiationis illegitimæ, vbi aliunde conſtet inter patrem, & matrem non fuiſſe, aut non potuiſſe eſſe legitimum matrimonium.

Prima coniectura filiationis, & legitimitatis, quaſi poſſeſſionem inducens eſt filij natiuitas ex vxore in domo mariti.

1442. PRima igitur coniectura ex communi omnium Doctorum ſententia recepta, qua quis probatur, ſeu præſumitur filius legitimus, & inducitur quaſi poſſeſſio legitimitatis, eſt ſi ille, extante matrimonio vero, vel putatiuo natus ſit ex vxore in domo mariti ſimul cohabitantibus, & vicinis id ſcientibus; ſi n hoc probato, quacunque alia ratione. ita habetur *d.l.filium 6.ff.de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris d.non epiſtolis, C.de probat. cap. per tuas, de probat. & cap.tranſmiſſæ, qui filij ſint legitimi.* Pariſ.*conſ.10.per totum vol.2.* Boërius *deciſ.299.n.3.* Vaſquius *d.cap.48. num.21.& 33.* Gaillus *d.obſeru 97.num.1.& ſeqq.* Petra *d.q.11.num 255.& num.337.& ſeqq.* Menochius *d.caſu 89. num.19. d. præſumpt. 53. num.2. & d. præſumpt.54.n.24.* Maſcardus *de probationibus concl.788. num.1.& concl. 198.num.4.* Paleothus *cap.21.* Petrus Barboſa *in rubr.ſoluto matr.p.1.num.19.fine, & n.20.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad cap. per tuas num.3. de probat.* Stephanus Gratianus *tom.2.cap.267. num.32. & 33.* Palaus *vbi ſuprà*, & alij per Gaillum, Maſcar-

1443. dum, Menochium, & Petram allegati. † Et hæc coniectura non ſolùm quaſi poſſeſſionem filiationis, ſed ipſam filiationis proprietatem reſpicit, Paleothus, Menochius, Gratianus *locis citatis*, Petra *d. quæſt.11 num.256.& 340.* & Maſcardus *d. num.1.& num.49.*

Ampliatio prima.

1444. AMpliatur hæc coniectura, vt procedat, etiamſi vxor ſit conuicta de adulterio, ſeu habuiſſe cum adultero conſuetudinem tempore conceptionis in domo mariti, & præſertim ſi filius natus etiam ſit in domo eiuſdem mariti; nam tunc etiam lex præſumit eum filium mariti, *l.miles §.defuncto, ff. ad l.Iuliam de adulteriis*, & ex præallegatis Doctoribus Gaillus, Vaſquius, Menochius, Paleothus, Auguſtinus Barboſa, Gratianus locis *ſuprà num.1403.* relatis, Petra *d q. 11.num.339.* Maſcardus *d.concl.788. num.6.& d.concl.797.num.2.* Palaus *d.puncto 5.* Couarruuias *d § 3.num.8.* Rota *deciſ.72.num.4.poſt lib.2. conſil crim.Farin.& deciſ.1331.num.1.p.3.in nouiſſimis diuerſorum, & deciſ.72.num.4.lib.2.conſ.* Creſcentius *deciſ.vnica tit.qui filij ſint leg.* Mohedanus *deciſ.2. tit. eodem, ibidem* alios allegans Additionator *lit. A.* Boërius *d.deciſ.299.num.4.* Baldus *in rubricam C. de probat.* & Franciſcus Cremenſis *ſingul. ſuo 127.* (extendentes ampliationem hanc, etiamſi probetur alicuius vxorem concubuiſſe cum decem ſcholaribus) & alij communiter congeſti à Gaillo *d.num.7.* Maſcardo *d.num 6.* & Menochio *d. caſu 89. num.20.* vbi etiam confirmat ampliationem illa ratione, quia benignior, & fauorabilior præſumptio pro filio ſumenda eſt in dubio, *cap.eſtote, de reg.iuris*, & in dubio, quod honeſtius pro eodem filio eſt, præſumi debet, iuxta dicta *ſuprà num. 1397. & ſeqq.* & in dubio præſumptio eſt maritum cum vxore vti re venerea, niſi contrarium probetur, vt poſt alios Maſcardus *d.concl.788.num.7.* † Addit Menochius *d.caſu 89.num.24.* hanc præſumptionem non eſſe iuris, 1445.
& de iure, ſed eſſe tantùm præſumptionem iuris, quæ proinde probationem in contrarium admittit, quod etiam docuerunt Gaillus *d. obſeruat. 97. n.17. & 18.* Couarruuias *d.§.3.num.8.* & plures alij relati ab eodem Menochio, & Maſcardo *concl.788. n.35.* & à Petra *d.q.11.num.358.* licèt ipſe *num. 354.* poſt Marſilium *in l. 1. §. 1. de quæſt.* à Menochio allegatum, & alios, quos ipſe *eodem num. 354.* allegat, & Boërius *d.deciſ.299.num.9.* putent eſſe iuris, & de iure. Sed longe verior eſt prior opinio, & ita etiam ſentiunt Mohedanus *deciſ.1. & d. 2. tit. qui filij ſint leg* Creſcentius *d deciſ.vnica. tit.eod.* & Maſcardus *d. concl.788.* alios allegans *num.36.* Nam licet præſumptio ſit pro filio nato in conſtantia matrimonij, tamen illa præſumptio tolli poteſt alia fortiore præſumptione, cùm vna præſumptio aliam tollat, *l. Diuus, ff. de reſtit. in integr.* & poſt alios latè Gaillus *d. num. 18.* quæ autem ſint fortiores præſumptiones, conſtabit ex dicendis in declarationibus huius coniecturæ.

Ampliatio ſecunda.

AMpliatur ſecundò, vt procedat etiamſi vxor habitaret extra domum mariti in domo adulteri, ſi maritus ad eam accedere ſolebat; nam etiam tunc filius præſumitur mariti. ita Doctores citati *ſuprà num.1404.* nempe Gaillus *d.obſeruat.97.num.9.* Couarruuias *d.§.5.num.8.* Paleothus *cap.14.* Menochius *dicto caſu 89.num.25. & d præſumpt.53.num.4.* Maſcardus *d concl.788.num 9.* Creſcentius, & Mohedanus *præallegatis deciſionibus*, Rota *d.deciſ. 1331. 1.p.in nouiſſimis, ibidem* Additionator *deciſ. 2.lit. A.* Stephanus Gratianus *cap.653.num 80.* Vaſquius *d. cap 48.num.10.*& alij à Maſcardo, & Menochio *vbi ſuprà*, & Antonio Gabriele *coram concl.lib.1. concl.14. num.2.tit.de præſumpt.* & idem ſi habitaret vxor in lupanari, tanquam meretrix, dummodo etiam ad eam ſoleret accedere maritus. ita omnes præcitati Doctores; & vtriuſque ratio eſt, quia cum ipſa cauſa matrimonij concurrit etiam ipſe acceſſus, ſeu ipſa 1446.

Digitized by Google

ipſa cohabitatio mariti,qua fieri poteſt , vt filius ex ipſo marito ſit procreatus,ac proinde illius cenſendus eſt, vt honeſtius præſumatur ; & quia in dubio proli, vtporè innocenti fauendum eſt ; & hoc idem de nato ex muliere licet habitanti in lupanari , ad quam accedere ſoleret maritus, admittit etiam Petra *d.q.*11.*num.*340.nam cùm filius(inquit)natus eſt in proſtibulo,nulla certa perſona oſtendi poteſt, ex qua potiùs præſumitur procreatus,quàm ex marito. An verò ſi vxor continuò habitabat in domo adulteri,tunc ſit præſumendus illius,filius examinabitur *infrà num.*1474.

Ampliatio tertia.

1447. AMpliatur tertiò etiamſi filius ex adultera natus eſſet cœcus , vel claudus. ita contra Barbatium,& Marſilium , qui tunc aiunt propter peccatum filium præſumendum potiùs ex adulterio, quàm ex coniugio conceptum , Couarruuias *d* §.3. *num.*8.*verſic. Hinc prorſus* , dicens non decere iuris præſumptionem ita efficacem elidere coniectura hac leui , & diuinum iudicium verè diuinante , & dicendi potius audaciam , quàm rationem recti ſenſus arguere.

Ampliatio quarta.

1448. AMpliatur quartò, etiamſi filius eſſet diſſimilis patri,ſeu marito, & ipſum adulterum referret. ita in terminis Gaillus *d.obſeruat.*97.*num.*10. Maſcardus *concl.*788.*num.* 12. & Auguſtinus Barboſa *vbi ſuprà*. ob eam rationem , quòd iſta ſimilitudo , vel diſſimilitudo per accidens ex imaginatione , & cogitatione mulieris tempore conceptionis contingere poteſt , vt notarunt Gloſſa *in l. quæret aliquis*, *verb.fataliter* , *ff.de verb.ſignif.* Gozadinus *conſil.* 12. *num* 3.Duennas *reg.*344.*in quinta ampliatione* , Petra *d q.* 12. *num.*398. & tradunt Menochius *d caſu* 89. *num.*98.*& ſeqq.& d præſumpt.* 53. *num.*47 . *concl.*792. *num.*9.& late poſt Menochium *d.caſu* 89.Stephanus Gratianus *tom.*3. *cap.*567. *num.* 32. *cum ſequentibus.*

1449. † Ex quo etiam reiicitur ſententia Butting. *in l.fin. C.de Carbon.edicto.* vbi cenſuit filios patri, ſeu marito ſimiles non eſſe legitimos , ſed adulterinos , ob eam rationem , quòd cùm mulier adulterium committens ob timorem viri ipſum ſemper habeat in idea , & per imaginationem contempletur delicti conſcia : id quod refert ſe ab excellenti Medico audiuiſſe, (reiicitur, inquam, prout etiam reprobat cum Aleiato *in l. Gallus.in princ. verſic. in decem menſibus,num.*22.*ff.de liber.& poſth.* & pluribus aliis Doctoribus Gratianus *d.cap.*567.*num.*57.) tum ob dictam rationem ; tum quia potiùs ſimilitudo arguit aliquo modo filiationem, vt tradunt cum aliis Menochius , & Maſcardus *locis citatis* , & Gratianus *d. cap.*567.*num.*55.*&* 56. tum quia minimè verum videtur , quod dicit Buttig. de cogitatione adulteræ erga maritum in actu coitus , cùm inueriſimile ſit, vt in ipſa ventris titillatione , & voluptaria illa ſeminis emiſſione per meatus, de marito per eam cogitari , quicquid idem Buttig. dicat à Medico audiuiſſe,qui in hoc errauit.

Ampliatio quinta.

1450. AMpliatur quintò , vt procedat , etiamſi mater confiteretur , & iuramento aſſeueraret filium natum non ex marito , ſed ex adultero. nam etiam tunc à lege fauore matrimonij , & prolis præſumitur legitimus , & filius mariti , & aſſertioni matris nulla fides adhibetur, & ei filius credere non tenetur ; cùm enim lex præſumat eſſe legitimum filium, quem nuptiæ demonſtrant ; ſeu qui in matrimonio natus eſt ex vxore in domo mariti , per *d.l.filium*, & alia iura *ſuprà num.* 1441.allegata : ab hac præſumptione , ſeu regula à lege tradita non eſt recedendum,niſi verè de oppoſito,ſeu de exceptione,& fallentia oſtendatur,vt Paleothus , & Menochius *locis mox allegandis* notarunt , & ita habet communis opinio Doctorum, ſcribentes *in d. cap. per tuas* , per textum *in l. Imperatores, ff. de probationibus*. Gloſſa *ibidem in verb ſuperſore,& in l.vltima.ff.eod.* Bartolus *in d.l.filium*,Alciatus *de præſumpt. reg.*3. *præſ.*37. *n.*4. Vaſquius *quæſt.illuſtr.cap.*48. *num.*26. *&* 27. Gaillus *d.obſeru.*97.*num.*8.*&* 15.Menochius *d. caſu* 89. *n.*27. *& ſeqq. & d.præſumpt.* 53. *num.* 6. *&* 7. Maſcardus *concl.*788.*num.*2.*&* 4.Boërius *d.deciſ.*299.*num.*6. Paleothus *de nothis cap.*24.*num.*1 .*&* 2.Nauarrus *conſ.*1. *tit.*18.*de filiis presbyt.* Couarruuias *d.§.* 3.*num.*8. Petrus Barboſa *in rubr.ſoluto matr.p.*1.*num.*20. Stephanus Gratianus *tom.*2. *cap.* 267. *num.*31. Auguſtinus Barboſa loco *ſuprà num.* 1442. allegato. & communiter alij Iuriſperiti,quos allegant Gaillus, Maſcardus,Auguſtinus Barboſa , & Menochius. vbi etiam addit hoc rectè probari *l.*1.*§.ſi quis non ab aliquo* , *ff. de Carboniano edicto. & l. tranſactione matris*, *C. de tranſact.* & ita etiam communiter Summiſtæ , & Theologi,Angelus *v adulterium* §.5 .Syluester *eodem* §.2.Dom.Soto *de iuſtitia,& iure lib.*4.*q.*7.*art.*2.Henriquez *de matr. cap.*221. *num.*3. Sayrus *lib.* 8. *clauis cap.*1.*num.*16. Fagundex *in Decalog. lib.*4.*cap.*5.*n.*3. *&* 4. & congeſti per Sayrum *d.num.*16. † Et quòd 1451.
filius in matrimonio , vel in eius figura natus ex vxore in domo viri cum illa cohabitante non teneatur credere matri aſſerenti illum eſſe adulterinum , procedit etiamſi mater iam ſit probatæ vitæ, v.g.religionem ingreſſa , vel in articulo mortis exiſtens id aſſereret ; nam etiam tunc , cùm habeat pro ſe iuris præſumptionem in præallegatis iuribus fundatam,quòd ſit legitimus , & mariti, contra illam iuris præſumptionem nunquam tenetur credere matri contrarium aſſerenti,niſi aliunde ſibi conſtet,& euidenter probari poſſit. & ita procul dubio tenent omnes præallegati Doctores , cùm indiſtinctè loquantur. & etiam in terminis tradunt Boërius *d.deciſ.*299.*num.*8. Couarruuias , Syluester,Angelus , Sotus vbi *ſuprà* , Nauarrus *in ſum. cap.*27. *num.*201.*& d.conſ.*18. Fagundez *d. cap.*5 . *num.*11. & alij communiter , quos ipſe allegat. Præſumptio enim illa , quæ inſurgit ex natiuitate in domo mariti,eſt potentior , quàm quæcunque aſſertio , ſeu denominatio, vel tractatus , vt præallegati Doctores,& in terminis poſt alios Maſcardus *d.concl.*788. *num.*37.& Gratianus *d.num.*32. & ratio eſt, quia in natiuitate agitur de proprietate filiationis (vt iidem Maſcardus,& Gratianus , & dictum eſt *ſuprà num.*1443.)in nominatione autem , & tractatu agitur de quaſi poſſeſſione,& proprietas præualet. Addit , & rectè Nauarrus filium non teneri matri credere,quamuis fortè aliquot annis reputauerit ſe illegitimum ; tum quia ſua reputatio non aufert illi præfatam iuris præſumptionem,tum quia habet ius ad poſſeſſionem , & bonum nomen ex publica fama, & æſtimatione , quæ plurimum in hac re probat,vt *infrà* dicetur;& etiam fit vt habeat ius ad bona parentum , etiam ad maioratus. † Immò etiam 1452.
non poſſe ei filium credere in præiudicium ſuorum filiorum,& deſcendentium;& ſi credat , non eiſdem deſcendentibus nocere , tradit Vaſquius *d. cap* 48. *num.*26.

*num.*26.puta,ſi adeſſet fideicommiſſum familiæ relictum ad deſcendentes tranſiturum,vel maioratus,& quid ſimile,v.g.Regnum,Ducatus,Comitatus,Marchionatus,in quo,vel quibus deſcendentes debetent ſnccedere, dato, quòd filius ille, qui à matre adulterinus declaratus fuit,fidē mstri adhiberet; ac proinde ab eo maioratu,Ducatu,Regno, Comitatu, Marchionatu, fideicommiſſo ſe abſtineret, adhuc iſtius abſtenſio, ſeu renunciatio ſuis liberis iam natis, vel naſcituris ad eas res vocatis minimè noceret; cùm pro eis ſtet iuris præſumptio,quòd pater fuerit legitimus:temperat idem Vaſquius,vt id non procedat, quando euidens eſſet, eum filium eſſe adulterinum, quia conceptus, & natus eo tempore, quo maritus per longius tempus,quàm anni abfuerit,aut in iudicio externo probari poſſit alia via,tunc non fuiſſe ab illo cognitam,*d.l.filium.ff.de iis,qui ſunt ſui,vel alieni iuris.* nam tunc talis filius bona mariti omnia reſtituere teneretur,(id quod Doctores communiter tam allegati,quàm alij aſſerunt,)& ad id iudicialiter cogi poſſet; niſi iam bona fide præſcripſiſſet, nam tunc poſt præſcriptionem bona fide completam non teneri filium ad aliquam reſtitutionem, etiamſi ſibi euidenter conſtaret non fuiſſe legitimè natum,aſſerunt Duennas *reg.* 340. *in quarta ampliatione*, dicens eſſe communem, Gaillus *d. obſeru.*97.*n.*13. Vaſqoius *d. cap.*48. Angelus *v. adulterium n.*6. Sylueſter *eod. q.*3. Tabiena *n.*8.Dom.Soto *d.art.*2.Henriquez *lib.*11. *c.*21.*n.*2.*fin.*P.Aragon 2.2.*q.*62.*n.*6.Barth.Medin. *lib.* 1.*inſtruct.cap.*14.§.18.Fagundez *d cap.*5.*n.*13.Saytus *d.cap.*1.*n.*15. *verſic. cæterum.* vbi & ipſe ait eſſe com-
1453. munem Doctorum. † Ex his autem Vaſquius *d. cap.* 48.*n.*27.infert matrem adulteram nunquam,etiamſi ſine periculo vllo vitæ,& famæ facere poſſet, teneri manifeſtare filio ſe eſſe adulterinum;nam, inquit, in caſu euidenti eius confeſſione opus non eſt, & ceſſante tali euidentia,ſua confeſſio nihil prodeſt:& ait ita docuiſſe Sotum *d. art.*2. qui tamen *d.art. circa finem, verſic. ego verò*, ſolum dicit nunquam huiuſmodi matris manifeſtationem quicquam prodeſſe, niſi tunc quando euidens eſt tempore conceptionis abfuiſſe maritum,vel alia via probari poſſit, quia filius non tenetur credere matri,ex quo non poteſt inferri,quòd nunquam teneatur aperire filio ſuam illegitimitatem, cùm immo paolo ante *dictum verſic. ego verò*, apertè dicat,ſi ſine aliquo detrimento vitæ, aut famæ facere poſſit, ad id teneri, ſi putet ſe profuturam, quia filius adulterinus ei credet, & hæreditatem ad alios legitimos filios ſpectantem recuſabit; vel fortè probare aliter poterit, vt in iudicio faciat fidem. Quare quicquid ſecus ſentiat idem Vaſquius *ibidem, & n.*26. ſi mater adultera aliunde non poſſit conſeruare indemnes filios legitimos, & ipſa certò ſciat filium reputatum legitimum, eſſe ex adulterio, & abſque ſcandalo, vel detrimento vitæ, vel honoris, ſeu bonæ famæ, eidem adulterino filio ſecretò manifeſtare queat ſe eſſe adulterinum, probabiliter ſperans, quòd ei credet, & abſtinebit ab hæreditate mariti, ad id matrem teneri, etiam in caſu non euidentiæ adulterij docent communiter Summiſtæ, & Theologi;nam cùm tunc poſſit alios filios legitimos, vel alios, ad quos alioqui de iure hæreditas mariti ſpectat, ſeruare indemnes,ſine ſuo detrimento id facere in conſcientia tenetur. ita Sotus *vbi ſuprà*, Nauarrus *in man.cap.*16.*n.*45.Couarruuias *in reg. peccatum, initio n.*6.Gutierez *canon.qq.lib.*1.*cap.*18.Fagundez *d.cap.*5.*n.*12.& Saytus *d.cap.*1. dicens id aſſerere communiter Doctores, quos ipſe latè refert *n.*10. & 12. addens non obſtare exiguam illam infamiam, & ſecretam, quam contrahit,ſeu contrahere poſſit apud filium, cùm longè maius bonum ſit, vt hæreditas ad legitimos deueniat, quàm malum ſit illa exigua, & ſecreta infamia apud filium. Verum quidem puto quòd huiuſmodi credulitas filij adulterini,& abſtentio ab hæreditate mariti non poterit nocere ſuis filius, & deſcendentibus, ſaltem quoad fideicommiſſum,maioratum,regnum,Ducatum,&c. ad quæ ſint vocati legitimi deſcendentes mariti, ſi matris delictum non ſit euidens, iuxta dicta *ſuprà num.præcedenti.*

Quod autem dictum eſt de aſſertione matris 1454.
etiam iurata non nocere filio,nec ei eſſe credendum dicenti filium ex adulterio progenitum; idem & à fortiori dicendum eſt de aſſertione ſimili patris, vt etiam in terminis Boërius *d decis.*299.*n* 4 Gaillus *d. obſeruat.*97. *n.*8. Menochius *d. præſumpt.*53.*n.*11. Paleothus *d. cap.*24. *n.*2. Gratianus *d. cap.*267.*n.*32. & non diffitentur alij *ſuprà* allegati; idque tum ob iura,& rationes, de quibus *ſuprà n.* 1450. tum quia ſi matri magis certæ de ſui partus conceptione adhibenda non eſt fides in detrimentum filij, multò minus credendum eſt patri,& tum maximè,quando leuitate,vel aliquo odio aduerſùs filium cõcepto,eum à ſe progenitum negaſſet, vt aliquando contigiſſe refert *ibidem* Menochius ex Pauſania *lib.* 3. idem quoque ſi vterque,nempe maritus, & vxor negarent eſſe filium, vt præallegati Doctores; quia eorum aſſertioni ſemper præualet illa præſumptio iuris *d. l. filium.*

Ampliatio ſexta.

AMpliatur ſextò eadem prima coniectura, ſeu 1455.
præſumptio legitimitatis, ſeu quòd ſit filius mariti, vt procedat etiam ſtante communi opinione, ſeu exiſtimatione illum eſſe filium adulteri, per quam exiſtimationem non aboleri præſumptionem iuris *d.l.filium.*ex Abbate *in cap.accedens n.*6. *de purg. can.* & Marcum Manticam *conſil.* 98. *vol.*1. tradit Maſcardus *d. concl.* 788. *n.*13. id tamen limitans, ſi cum illa communi reputatione concurreret etiam educatio, tractatus, & nominatio tanquam filij adulteri,de qua limitatione *infrà n.*1476.Ampliatio autem probatur, quia vbi agitur de graui præiudicio, fama non probat, vt poſt alios Puteus *deciſ.*77. *n.*6.*lib* 1.ac proinde cùm hîc agatur de illegitimitate,& infamia filij,& ſic de ſtatu hominis, fama non probat; vt *ibidem* Puteus, qui inſuper *n.*8. alios allegans addit,quòd non ſolùm ex ſola fama poteſt quis illegitimus iudicari; ſed neque etiam ex fama cum vno teſte.

Ampliatio ſeptima.

AMpliatur ſeptimò,vt procedat, etiamſi mulier 1456.
multo tempore antea extitiſſet ſterilis,nulloſque filios ea ex eius marito procreaſſet; nam nihilominus filius natus ex ea inconſtantia, ſeu figura matrimonij præſumitur mariti, iuxta Abbatem, & Felinum *in cap. per tuas, de probat.* Alciatum *de præſumpt.reg.*3.*præſ.*47.*n.*8.Ruinum *conſil.*53.*vol.*5. Maſcardum *d. concl.*788. *n.* 21. & ita etiam aſſerunt Paleothus *cap.*24.*n.*5.& Menochius *d.caſu* 89. *n.*31. & *d.præſumpt.*53.*n.*14.aientis filium præſumi mariti,& legitimum,etſi mulier diu ſterilis diuertat à marito, & poſt aliquot dies reuerſa filium domi pariat,& ad id Paleothus,& poſt eum Menochius allegat auctoritatem Plinij *lib.*7. *naturalis hiſtoriæ cap.*13. vbi ſcribit mulieres aliquas ſemel tantùm parere; aliàs poſt

certum

certum tantùm tempus, vt poſt iuuentam, aliàs ſe-
cundùm varios cœli, & ſyderum motus, nunc fœ-
cundas, nunc prorſus ſteriles reddi. Ad id etiam
Menochius *d. num.* 14. allegat auctoritatem Philo-
ſophi *lib. 7. de hiſtoria animalium cap. 6.* ſic ſcribentis.
*Ratio quoque generandi, omninò diſcrimen hoc idem re-
cipit, vt iuuenes nihil procreent, ſeniores iam incipiant
generare, aut contrà, vt qui ante poſſent, poſt nihil poſſint
fœtificare.* & paulo pòſt; *multis etiam viris euenit, vt
cùm ante poſſent generare, pòſt nequeant, deinde rurſus*
1457. *facultatem generandi excipiant.* † Limitat cum aliis à
ſe relatis Menochius, ſi mulier, quæ diu ſterilis fuit
cum marito, habitauit cum alio, etiam quòd marito
pateret aditus coëundi cum illa, nam tunc, inquit,
non ita facilè præſumitur filius mariti, ſed requiri-
tur nominatio, & tractatus mariti, ſed huic limita-
tioni obſtare videntur dicta *numero præcedenti, &
num.* 1446. cùm enim potuerit vxor concepiſſe ex
marito, & filius natus ſit in conſtantia matrimonij,
habet locum illa præſumptio iuris *l. filium*, quòd ſit
filius mariti, & quia etiam in dubio fauendum eſt
legitimitati, & præſumendum quod proli fauora-
bilius, & honorabilius eſt, vt in præcedentibus ſæ-
pe dictum eſt. & ita videtur ſentire Boërius *d. de-*
1458. *ciſ. 199. num. 6. fine.* † Limitat etiam Maſcardus *d.
concl. 788. num.* 22. allegans Alciatum, & Felinum, vt
non procedat hæc ampliatio in vxore vidua, quæ
poſt mortem mariti peperit; quia cùm, inquit, priùs
fuerat ſterilis, non leuis præſumptio extat contra
ipſam, quin curauerit ab alio effici grauida pro
conſequenda hæreditate ipſius mariti. Verùm ſi
ſaltem in nono menſe à morte mariti peperit con-
tra limitationem, obſtant dicta contra limitatio-
nem Menochij, & in hoc etiam caſu procedere il-
lam iuris præſumptionem, quòd ſit mariti, videtur
ſentire Boërius *d. n. 6. fine.*

Ampliatio octaua.

1459. AMpliatur octauò, vt hæc eadem prima coniectura, & præſumptio iuris procedat etiamſi vxor facta vidua incontinenti poſt mortem mariti effecta eſt concubina vnius ſcholaris, & infra nonem menſes peperit puerum, nam & in hoc caſu filius præſumitur mariti fauore legitimitatis, vt probatum eſt *ſuprà n.* 1405. & tradidere non ſolùm Vaſquius *d. num.* 1405. allegatus, ſed etiam Baldus *in l. ſi mater, C. de ſuis & legit. hæred.* per *d. l. miles. §. defuncto, ff. ad l. Iuliam de adult.* Franciſcus Cremenſis *ſingulari* 127. & Maſcardus *d. concl.* 788. *n.* 23.

Ampliatio nona.

1460. AMpliatur igitur nonò eadem prima coniectura, ſeu iuris præſumptio, vt filius debeat cenſeri legitimus, & mariti, etiamſi à diuortio, vel morte eiuſdem mariti vxor vidua pariat ſeptimo, vel octauo, vel nono, vel decimo menſe, vel etiam poſt decimum menſem à morte mariti per paucos dies, iuxta tradita *ſuprà num.* 1406. nam licèt tempus ordinarium, quo frequentiùs partus perficitur, & naſcitur, ſit ſpatium nouem, aut decem menſium lunarium à conceptione, nihilominus aliquando naſcitur perfectus, & vitalis etiam ſeptimo menſe; & aliquando perfectio protrahitur etiam poſt decimum menſem per paucos dies à conceptione; quia quamuis natura agat, & perfectè agat, plerumque tamen non poteſt tam repentè, quin aliquando differat, vt notauit Menochius *d. caſu* 89. *num.* 42. & fauore legitimitatis prolis oportet nonnihil reſtringere, vel ampliare tempus natiuitatis: & quòd intra ſeptimum menſem à conceptionis die naſcatur perfectus partus, & cenſendus ſit legitimus, & iuſtus, tradiiut *l. ſeptimo. ff. de ſtatu hominum.* & docent etiam poſt alios Ioachimus Mynſingerus *ſing. obſeru. cent. 6. d. obſeru. 40. num.* 3. & Layman loco *ſuprà d. num.* 1406. allegato. Nono verò menſe à die conceptionis naſci perfectum partum, ac vitalem, & conſequenter natum ex vxore vidua per nouem menſes à die diuortij, vel mortis mariti, cenſeri legitimum, tradunt citati *num. præcedenti*, & Mynſingerus *d. obſeruat.* 40. *num.* 4. Menochius *d. caſu* 89. *n.* 30. Layman *vbi ſuprà*, & alij communiter. Quòd etiam perfectio partus differatur vſque ad decimum menſem à conceptione, tradunt Ariſtoteles, & Gellius locis *ſuprà num.* 1406. relatis, & latè tradunt Mynſingerus *d obſeru.* 40. & Menochius *d. caſu* 89. *num.* 49. *cum aliquibus ſequentibus.* & quòd partus natus ex vxore intra decem menſes poſt obitum mariti habeatur legitimus, & admittatur ad legitimam hæreditatem, habetur intibus *d. num.* 1406. allegatis, ſcilicet, *l. Gallus, in principio. ff. de liber. & poſth. & l. inteſtato, §. poſt decem menſes mortis. ff. de ſuis, & legit. hæred. & l.* 12. *Tabularum*, vt Gellius *lib. 3. noctium Atticarum cap.* 16. refert. Et quamuis (vt notaui *ſuprà dicto num.* 1406.) Menochius *d. caſu* 89. *num.* 44. *ad* 48. velit decem menſes *in d. l. Gallus, & in d. l. inteſtato*, cæteriſque ſimilibus enumerandos eſſe, non à die mortis, ſed à die conceptionis, iuxta opinionem Hippocratis *lib. de ſeptimeſtri partu, & lib. de natura fœtus*, qui tempus hoc decem menſium non retulit ad caſus particulares, ſcilicet, ad mortem teſtatorum, & virorum, ſed ad tempus conceptionis, quam Hippocratis opinionem ſunt ſecutæ leges, vt videtur colligi *ex d. l. Gallus*, & quia *in d. l. Gallus & l.* 12. *Tabularum*, non ſtatuunt decem menſes perfectos à die mortis viri, ſed dicunt decem menſibus partum gigni. Nihilominus Iuriſconſulti communiter *in d. l. Gallus*, quos idem Menochius refert, & Mynſingerus *d. obſeruat.* 40. *num.* 17. ſequitur, aiunt, eſſe computandos à die mortis viri, eam adferentes huius ſuæ opinionis rationem, quòd dies conceptionis aut incognitus eſt, aut obſcurus; & prægnantes interdum decipiantur in conceptionis tempore, ex doctrina eiuſdem Hippocratis, & idcircò ab eo die futura erat anumeratio, & demonſtratio fallax, cùm nequeat ſciri eius temporis, ac denumerationis finis, cuius initium ignoratur, iuxta Doctores *in l. de diuiſione, ff. ſoluto matrimonio. & l. ſi in diem. ff. de condit. & demonſtr.* ac proinde Iuriſperiti (inquit Mynſingerus) noluerunt in re tam graui ſub incerto, & variis aſſeuerationibus vagari, ſed ex certo initio certum finem præſcribere, quem egredi penſata lege naturæ cenſeretur impoſſibila. Quòd verò filius cenſeatur mariti defuncti, ſi naſcatur poſt decem menſes per paucos dies, ſeu in initio vndecimi menſis, dictum eſt *ſuprà eodem num.* 1406. & docent Gloſſa *in d. l. Gallus, verb. in decem menſibus* (vbi addit diem mortis computari in decem menſibus,) Mynſingerus *d obſeruat.* 40. *num.* 11. & 13. & Iuriſconſulti communiter *in d. l. Gallus*, vt teſtatur Mynſingerus *ibidem*, & etiam Menochius *d caſu* 89. *num.* 48. licèt ipſe *ibidem, & num.* 52. (vt dixi *ſuprà eodem num.* 1406.) contradicat, niſi maritus morte repentina mortuus eſſet, cùm tamen eodem die ſanus eſſet, & fieri potuerit, vt eodem die vxorem grauidam reddiderit; ſed probat Mynſingerus, oſtendens non obſtare *d. l. inteſtato*, quia non eſt veriſimile ipſo die mortis ſemper partum concipi, cùm vtplurimum homines aliquo morbo per aliquod tempus ante

obitum

obitum detineantur, *l. nam ad ea, ff. de legibus*. Quare idem Mynſingerus ex communi reſponſo Doctorum *in d. l. Gallus*, quot ante mortem dies morbi ſunt, tot ſupra decem menſes admitti. quod intelligerem ſi morbus eſſet ordinarius, nec nimis longus; ſecus verò ſi valde diuturnus, & longus. Demum quòd octauo menſe naſcatur partus perfectus, tradit Ariſtoteles loco *d. num.* 1436. allegato, in Ægypto, ac aliis nonnullis locis eſſe vitalem. & Plinius *lib. 7. naturalis hiſtoria*, dixit in Italia viuere; etſi Gellius *d. cap.* 16. Plutarchus, & Cœlius, quos Menochius *d. caſu* 89. *num.* 38. refert, aiunt non viuere, & hanc eſſe communem opinionem, ait *ibidem* idem Menochius, & notauit Boërius *deciſ.* 220. ſed ſiue viuat, ſiue non, ſi naſcatur octauo menſe à diuortio, vel morte mariti, certum eſt præſumi filium
1461. eiuſdem mariti. † Difficultas eſſe poteſt, ſi maritus diu abfuiſſet, & domum reuerſus ibi per biduum, aut triduum fuiſſet, & poſtea receſſiſſet iterum, an ſi vxor illius pariat intra octauum menſem, & filius viuat, ſit cenſendus mariti, & Menoch. *d. n.* 38. dicit hunc filium non credi à marito conceptum, cùm ex communi ſententia non viuat, & idem repetit *in addit. ad d. caſum* 89. *num.* 2. vbi ait partum octimeſtrem non eſſe vitalem, & iuſtum vt poſſit ſuccedere, & dicit ita etiam reſpondiſſe Curtium iuniorem *conſil.* 319. *num.* 17. addens tamen in hoc caſu magna opus eſſe diligentia iudicis, vt conſulat Philoſophos, & Phyſicos. Sed videtur probabiliter dici poſſe, cenſendum eſſe filium mariti, niſi aliud aliunde conſtet; & ita tenuiſſe Baldum *in conſilio* 407. *lib.* 5. refert Menochius *in d. additione*, & ſic etiam tenent Mynſingerus *d. obſeruat.* 40. & Layman loco *ſuprà num.* 1406. allegato, cùm velint prolem, ſi intra dictum ſpatium à ſeptimo vſque ad vndecimum menſem inchoatum per paucos dies ex vxore à die receſſus viri, vel mortis naſcatur, præſumi debere legitimum. Et probatur, tum quia etiam partus octimeſtris ſolet interdum viuere, vt tradunt Ariſtoteles, & Plinius, & experientia ſæpè comprobauit, licèt ſint ſemper valde debiles; tum quia potuit concipi ex marito: quandiu autem ex marito gigni potuit, non debet præſumi procreatum ex adulterio, *d. l. filium*, tum demum, quia in dubio ſecundùm regulam *ſuprà* adductam ſemper fauendum eſt legitimitati prolis, & pro ea pronunciandum. & hoc idem tenuit Petrus Iacobus (quem refert Boërius *deciſ.* 220. *num.* 2. *versùs finem*) *in ſua praxi fol.* 67. *col.* 3. *verſic. ſi autem prædicta Berta.* vbi ait, quòd ſi vidua pariat in octauo menſe partum perfectum, & moriatur, eſt mariti: ſed ſi ille partus eſt vitalis, præſumitur etiam mariti; tamen iudicabitur ille partus poſtquam vitalis eſt, non eſſe de octo menſibus, ſed de ſeptem, vel nouem, vt in dubio fiat interpretatio in meliorem partem, præſertim cùm mulieres non ſentiant partus conceptionem, & hoc idem Boërius *vbi ſuprà* approbat. Qua autem ratione probari poſſit, aut debeat quem natum fuiſſe ſeptimo, vel octauo menſe, tradit poſt Boërium *d. deciſ.* 220. Maſcardus *concl.* 805. *num.*..
1462. † Porrò prædicti menſes ſeptem, & reliqui, debent menſurari iuxta curſum Lunæ, ſcilicet debent eſſe lunares, vt poſt alios notarunt Mynſingerus *d. obſeruat.* 40. *num.* 18. & Menochius *d. caſu* 89. *num.* 35. qui lunares menſes conſtant 30. diebus iuxta Medicorum ſententiam, prout etiam tradunt Aleiatus *in l. biſſextus, in fine, ff. de verb. ſign.* Mynſingerus *dict. num.* 8. & alij, quos idem *num.* 19. refert, & alij, quos ego refero *infra titulo ſequenti*, *n.* 6. Quamuis conſtare tantùm viginti nouem diebus, & duodecim horis, ac quibuſdam minutis, quo temporis ſpatio voluot lunæ curſum perfici, tradiderint Alex. ab Alex. *lib.* 5. *dierum Genial. cap.* 24. Georgius Peurbachius Aſtrologus in ſuis tabulis, & Lilius Gregorius Giraldus *lib. ſuo de menſibus*, quos refert, & ſequitur Menochius *de arbitr. caſu* 50. *num.* 18. *& d.*
caſu 89. *num.* 35. † Vbi, quod ſuprà dictum eſt ſe- 1463.
ptem menſibus à conceptione prolem perfici, & vitalem naſci, rectè notat intelligi non de perfectis, ſed de ſeptem menſibus cœptis: id quod tradidit Vlpianus *in d. l. inteſtato. §. poſt decem menſes mortis, ff. de ſuis, & legit. hæred.* dum dicit, natum centeſimo octuageſimo ſecundo die, iuſto tempore natum, iuxta Hippocratem, (ſcilicet *dict. lib. de ſeptimeſtri partu*,) ac proinde admitti ad legitimam hæreditatem, qui centum octuaginta duo dies ſecundùm magis communem opinionem, quòd luna curſum ſuum perficiat 30. diebus faciunt ſex menſes, & duos dies; ſecundùm verò aliorum opinionem quòd ſolùm 29. diebus, & horis duodecim faciunt ſex menſes, & quinque dies, vt etiam notauit Menochius *d. num.* 35. vnde *num.* 36. reprobat opinionem Macrobij *lib.* 1. *de ſomnio Scipionis cap.* 8. aſſerentis partus vitales non eſſe niſi ſeptimo menſe perfecto, aſſerens eidem opinioni obſtare communem: addit tamen ex Ariſtotele, & Plinio debiles admodum eſſe partus ſeptimo menſe nondum perfecto editos, & ſæpe euenire, vt deficiant foramina, vel in auribus, vel in naribus, quæ poſtea paulatim natura parit.

Igitur ſi poſt contractas nuptias ante ſeptimum 1464.
cœptum, naſcatur partus, qui ſit vitalis, non erit cenſendus legitimus, & mariti, vt etiam in terminis Menochius *vbi ſuprà*, Mynſingerus *d. obſeru.* 41. *n.* 16. Layman loco *ſuprà num.* 1406. allegato. & conſtat etiam à contrario ſenſu ex *d. §. poſt decem menſes, vltimo in d. Auth. de reſtitutionibus, & ea quæ* 11. *menſe parit & ex l. ſeptimo, ff. de ſtatu hom.* & idem ſi maritus diu abfuit, & domum reuerſus poſt duos, aut tres dies rurſum receſſerit, & vxor ante ſeptimum menſem à receſſu pariat prolem vitalem. Quemadmodum etiam ſi aut poſt diuortium, aut poſt mortem mariti exacto decimo menſe non in initio menſis vndecimi, ſed ſub finem illius, aut eo perfecto naſcatur ex vxore, ſeu ex vidua partus, non erit habendus iuſtus, & legitimus partus, nec ad legitimam hæreditatem mariti admittendus, vt Mynſingerus, Menochius, Layman locis *ſuprà* allegatis, & Iuriſconſulti communiter *in d. l. Gallus*, & expreſsè ſancitum eſt *in d. §. vltimo in Auth. de reſtitutionibus, & ea quæ parit*, quia natura non extendit tamdiu partus editionem, vt dicitur *§. penultimo, in eodem Authentico*; ſi autem poſt diuortium, vel mortem viri vxor intra dictum temporis ſpatium, ſcilicet à ſeptimo menſe cœpto, vſque ad vndecimum inchoatum poſt paucos dies pariat prolem, cenſenda erit mariti, & legitima, iuxta dicta, & iura allegata, & expreſsè tradunt Mynſingerus, & Layman *locis allegatis*, & Iuriſconſulti communiter *in d. l. Gallus*.
† Quamuis tamen quando facto diuortio vxor di- 1465.
uerterit à viro, & non conſtat tunc eſſe prægnantem, ſeu de conceptione partus ante diuortium, ſeu diſceſſum ſecutum, ſed nulla apparent ſigna, vel dubitatur ſolùm, an ſit prægnans, lex ciuilis ſtatuerit, vt niſi mulier intra triginta dies computandos à die diuortij, ſeu diſceſſus denunciauit marito ſe eſſe ex eo prægnantem, vel facta dicta denunciatione ipſe contradiceret, tunc filium poſt diuortium, ſeu diſceſſum, ex muliere natum, maritus non teneatur agnoſcere, vel alere, & ita in iudicio poſſeſſorio habenda

habendus ſit pro non filio mariti. ita decernitur *l.1.§.pœna. & §. ſed ſi maritus. & §. idem per contrarium, ff. de liberis agnoſcendis*; & tradunt poſt alios Petra *de fideicomm.d.q.11.num.* 340. & latiùs Petrus Barboſa *in rubr.ſoluto matr.p.1.num.*18.& Stephanus Gratianus *tom.2.cap.* 267. *num.*31. *& verſic.cui addendum.* addit Barboſa matrem, ſi non fecit prædictam denunciationem, vt non teneatur maritus talem filium alere, niſi poſtquam in plenario iudicio proprietatis filius probauerit ſe eſſe eius filium; aitque id colligi ex *d.§.ſi maritus*, & tradunt Gloſſa *in d.l.1.§.ex his, verb.alimentis*, & alij allegati ab eodem Barboſa; qui tamen addit, ſi mulier fecit prædictam denunciationem, & propter contradictionem mariti effectus excluditur, non ita præiudicari filio, ſed ſufficere ſummatim ſe probare filium, & teneri maritum eum alere, donec intentetur, vel finiatur iudicium plenarium ſuper proprietate filiationis. id quod etiam docuerunt Gloſſa *in d.l.1.§.pœna, verb. verè*, & alij, quos idem Barboſa refert. Ceterùm filius probabit ſe eſſe filium, ſi oſtendat ſe natum intra decem menſes à diuortio, ſi nil aliud in contrarium ſit, vt colligitur ex dictis *in præcedentibus numeris.*

Si mulier vidua ſtatim poſt mariti mortem alteri viro nubat, & in ſeptimo, vel nono, vel decimo menſe pariat, filius natus cenſendus ne erit filius primi, an poſterioris mariti.

1466. SEd quid ſi mulier vidua ſtatim poſt mariti mortem alteri nubat, & in ſeptimo, vel nono, vel decimo menſe pariat, cùm poſſit eſſe vtriuſque mariti, cuius filius cenſendus erit, primíve mariti prædefuncti, an poſterioris exiſtentis in poſſeſſione matrimonij? Aliqui putant id dignoſcendum, ſeu iudicandum ex veriſimilibus coniecturis. & primò inſpicienda eſſe ſigna conceptionis, de quibus *ſuprà hoc tit.num.*1331. an extarent tempore mortis prioris mariti, & ſi hæc ſigna non apparuerunt, tunc eſſe ſtandum conſuetudini mulieris, in quanto tempore conſueuerit parere, arg. *l.omnes, §.à barbaris, ff. de re militari*; quòd ſi nec hoc apparet, tunc conſulendos eſſe peritos in arte, puta Medicos, vel obſtetrices, & ſtandum eorum iudicio, arg. *l.1.§.1.ff.de ventre inſpiciendo*; quòd ſi illud non apparet, recurrendum ad id, quod frequentiùs accidit. ita Bartolus *in d.l. Gallus, in principio num.*13. *ff.de liberis, & poſthumis*, & approbant Maſcardus *d.concl.*788.*num.*24.& Syluester *verb. filij q.*17. nec diſplicet Alciato *de præſumpt.reg.*3.*præſumpt.*37. *num.*15. qui addit non modicam præſumptionem in iſto caſu eſſe aſſertionem matris, *l.etiam, ff.de probationibus.* & hoc quoque approbat Maſcardus *d. num.* 24. reprobat verò Bartolus *d.num.*13. ex eo quòd prægnantes in agnoſcendo tempore conceptionis facilè decipi poſſint, vt *ſuprà num.*1460. dictum eſt, & facit *l.1.§.ſi mulier, ff. de liberis agnoſc.* ſed replicat Alciatus hoc eſſe de rarò contingentibus, quod mater affirmet, niſi ſciat veritatem, & iura contraria loqui, quando mater ipſa eſt ſuſpecta, vel propter inimicitias, vel propter ſpem ſucceſſionis, vel alio modo, ac proinde ſuſpicione ceſſante videri eius dicto ſtandum. Superaddit idem Alciatus, (id quod priùs dixit Iacobus Beluiſius relatus à Bartolo,) aliqualem præſumptionem facere aſſimilationem, vt ſit cenſendus filius ſecundi mariti, ſi ei filius aſſimiletur, quando non eſſet veriſimile, quòd mater tempore concubitus cum primo, recordaretur ſecundi, putà quia eum non agnoſceret, & hoc etiam approbant Maſcardus, & Syluester *locis citatis*, & dixerunt plures alij, quos ad id refert Tiraquellus *ad l.7. connub. gloſſa* 1. *p.*7.*num.*52. ſed reiicit Bartolus eo, quòd ex varia mulieris cogitatione tempore coïtus proueniat ſimilitudo, vel diſſimilitudo, vt *ſuprà num.*1448. dictum eſt: ſed negari non poteſt ſimilitudinem, aliis adminiculis, ſeu coniecturis concurrentibus, adiuuare præſumptionem filiationis, cùm ſæpè filij maſculi patri aſſimilentur, vt latè Gratianus loco *ſuprà num.*1449. relato. Quare iuxta Alciatum, Maſcardum, & Syluestrum omnes hæ coniecturæ coniungendæ ſunt, & inſpiciendæ, & ex his iudex arbitrabitur, cuius filius ſit, cuius arbitrium dicit Alciatus plurimum in his poſſe.

Quòd ſi ex prædictis coniecturis, vel earum ali- 1467.
qua, aliáve probabili præſumptione veritas detegi non poſſit, Iacob. Beluiſius, (vt refert Bartolus *vbi ſuprà*, & Syluester dicunt præſumendum filium eius, in cuius domo natus eſt. *l.ſi vicinis, C. de nuptiis.* Addit Syluester fortè dici poſſe, quòd æqualiter ei vtraque hæreditas prouidebit ad arbitrium Principis, cùm non appareat, quæ magis obligetur. Alij verò in dubio cuius filius ſit, aiunt propter incertitudinem cenſeri neutrius filium, & priuari vtraque hæreditate) ſicut de vulgò conceptis, (ſcilicet quorum pater ignoratur, eo quòd mater eſſet meretrix, & plures admitteret,) dicitur *l.vulgo concepti, ff. de ſtatu hominum.* ita Lã. de R. relatus à Baldo *in l.ſi matre, C.de ſuis & legit* Iacob. de Beluiſ. prout Bartolus, & Syluester referunt, & Stephanus Gratianus *tom.* 4. *cap.*653. *num.* 75. quod Syluester ait eſſe inconueniens; ſed ad id, & ad alia duo dicta faciunt reſolutiones duorum caſuum, quos refert Boërius *d.deciſ.* 299. *num.* 10. & 11. pertractatos à Pileo *q.*158. & relatos ab Alberic. de Roſate *in d.l. vicinis, quæſt.vlt.* & primus eſt, quòd duo erant fratres eodem nomine nuncupati, qui duos habebant filios, adeò ſimiles, quòd vnus non cognoſcebatur ab altero (vt dicitur de D. Iacobo ſimili D. Iesv Christo,) & quilibet eos diligebat vt filios, ac vt filios appellabat, quorum vnus in ſtudio mortuus eſt, alter rediit, & hæreditatem vtriuſque defuncti, tanquam filius vendicabat. † Quærebatur, an al- 1468.
terius tantùm, an verò neutrius hæreditatem habere debuerat? & Pileus dicit, quòd neutrius de rigore, cùm ſe filium non probet, ſed ex æquitate habebit illam, quæ ſibi magis veriſimiliter debebatur. Alberic. tenet rigorem, quia vtramque petendo eſt ſibi contrarius, quòd non poſſit vtriuſque eſſe filius, & ideo repellendus, *l.1.* & ibi Gloſſa, *verſic.dicuntur, C.ſi ſeruus exter.* At cùm eſſet filius vnius, & nepos alterius, Boërius *d.num.*10. dicit, quòd ſi fuiſſet iudex, ei vnam tanquam filio, & alteram patrui hæreditatem tanquam nepoti, aut ſimpliciter adiudicaſſet. Alter caſus Pilei *q.* 79. eſt, cùm eſſent duæ mulieres in vna domo, vna peperit viuum, alia abortiuum; & hæc quæ abortiuum habuit, eum ſuppoſuit alteri, & ſibi abſtulit viuum; illa filium petebat, altera ſuum negabat, lite pendente ambæ deceſſerunt. Quærebatur vtrùm nomine pueri hæreditas vtriuſque peti poſſit? Pileus, & etiam Bartholomæus Brix. (vt refert idem Boërius *num.*11.) aiunt quòd ſi vna erat in quaſi poſſeſſione filij, quòd hæreditas illius peteretur; ſi neutra erat in quaſi poſſeſſione, nullius hæreditas peti poterat, quouſque conſtet de filiatione; & hoc idem ſentit Alber. *in rubr. C.ad oriſic.* vt Boërius teſtatur, & approbare videtur.

Alij dixerunt in hoc caſu, in dubio fore iudican- 1469.
dum, quòd eſſet fauorabilius ipſi filio, nempe ſi primus maritus eſſet ditior, illius præſumendum eſſe filium,

filium,& econtra, &c.ita Decius *in cap.per tuas, de probat.verſic.quartus,& vltimus*, quem Maſcatdus *d. n.*24.refert,& approbate videtur.

1470. Sed verior, & communior opinio in hoc caſu, cùm conſtare non poteſt matrem tempote mortis primi mariti, ſeu contractus matrimonij initi cum ſecundo,fuiſſe prægnantem,nec aliunde veritas certò ſciri poteſt, in dubio partum natum præſumi filium eius,in cuius domo natus eſt, quod eſt dicere,reputandum filium eius,qui actualiter eſt in poſſeſſione matrimonij. ita præter allegatos Baldus *in d.l.ſi matre, C.de ſuis & legit.hered.* Berous *conſil.*162. *n.*9.*&* 13.*lib.*6.Menochius *de praeſumpt. praeſumpt.*53. *n.*19.*verſic. declaratur quintò.* & ex Theologis Vazquez 1.2.*diſp.*66.*cap.*8.*initio.* Salas *ibid.tract.*8.*diſput. vnica,ſect.*4. *num.*245. Caſtrus Palaus *tom.*1. *tract.*1. *diſp.*3.*puncto* 5.*num.*7. & Martinus Breſſerus *de conſcientia lib.*4 *cap.*13. *num.* 122. & ratio eſt, quia habenda eſt ratio eius, qui eſt in actuali poſſeſſione matrimonij,potius, quàm alterius mariti defuncti, niſi aliunde conſtet contrarium,putà, de impotentia coëundi, ſeu generandi ſecundi mariti; nam in dubio poſſeſſio actualis præualete debet, iuxta in præcedentibus ſæpe repetita. Quòd ſi filius natus eſſet vitalis ante ſeptimum menſem à ſecundis nuptiis,tunc abſque dubio eſſet iudicandus filius pri-

1471. mi mariti,iuxta iam dicta. † Notat autem Baldus *in d.l.ſi matre, verſic. ſed quod*, ſi mulier non fuit in matrimonio primi viri, ſed in concubinatu, & ſtatim poſt illius concubinarij mortem nupſit alteri, & poſtea ſeptimo menſe, vel nono pariat, propter benignam præſumptionem præſumitur potiùs natus ex legitimo matrimonio, quod eſt conforme dictis *in praecedentibus*, & textui *in allegata l.miles,§. defuncto ff ad l.Iul.de adulteriis.* Huculque ampliata eſt hæc prima coniectura inducens legitimitatem, ſeu poſſeſſionem filiationis legitimæ,limitatur prout ſequitur.

Declaratio prima huius primae coniecturae, ſeu praeſumptionis filiationis legitimae.

1472. Declaratur primò, vt coniectura hæc poſita *num.*1442.& prædictis ampliationibus extenſa,vt non procedat,quoties conſtaret, ſeu probaretur maritum tempore conceptionis non coëuuiſſe eum vxore, vel propter diuturnam abſentiam, vel morbum,aut valetudinem, vel quod aliud impedimentum; vel quòd ob ſenectutem, aut frigiditatem nimiam,aut quid aliud ſit inhabilis ad generandum. ita expreſsè habetur *d.l.filium ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien iuris.* & latè poſt alios Doctores, quos cumulant Gaillus *lib.*1.*d obſeru.*97. *num.*16.*&* 20.Menochius *de arbitr.d.caſu* 89.*num.*31.*&* 53. *cum ſeqq.& de praeſumpt. d.praeſumpt.*53. *num.*15.16.17.*&* 18.Maſcardus *d.concl.*788.*num.*40.*ad* 45. Paleothus *d.cap* 14.*num.*3.Boërius *d.deciſ.*199.*num.*4. Couarruuias *de ſponſal.cap.*6.*d.§.*3.*num.*8. & Vaſquius *quaeſt. illuſtr.d cap.*48.*num.*16.*fine*, vbi dicit,vt præſumptio prædicta filiationis legitimæ locum habeat, conſiderari debere tempus conceptionis, & natiuitatis, vtrùm filius marito abſente,aut præſente, & debito tempore natus ſit. Quo autem ætatis tempore maſculus, aut fœmina cenſeatur ſenex, quoad ineptitudinem ad generandum, latè explicat Menochius *locis citatis*,& regulariter talis exiſtimatur vir ſexagenarius. & ita lex ciuilis præſumit *l.ſi paterfam adaptatus,§.vlt ff. de adoptionibus.* Gloſſa *ibidem verb.ſexaginta.* (vbi quòd aliàs dicitur ſenex maior 70. annis, vt quoad excuſationem tutelæ, vt *l.* 1.*C. qui aetate lib.*10. & aliàs maior 55. annis, vt quoad excuſationem munerum perſonalium, vt *l.*1.*§ fin. Cod.eod.tit. & lib.*) & latius Menochius *d. caſu* 89. *num.*58.*& ſeqq.* Quare licèt contingat etiam virum ſexagenarium, & etiam ſeptuagenarium, & etiam poſt octuageſimum annum aliquando generare, (de quo aliqua exempla punit idem Menochius,) nihilominus vbi non adeſſet certitudo ad id præſumendum,ſeu iudicandum,exigerentur vrgentes, & efficaces probationes ob illam iuris præſumptionem, & etiam rationem naturalem, (quòd nempè vltra ſexageſimum annum ordinariè vir non ſit tanti vigoris, vt generare queat) repugnantem, vt Menochius *ibidem num.*64. Mulier verò regulariter cenſetur inepta ad generandum, ſi maior ſit quinquagenaria, vt *l. ſi maior, C. de legitimis haeredibus*; quamuis & vltra præfatam ætatem,& quinquageſimo,& quinquageſimo ſeptimo anno generare poſſit,& Menochius *d praeſumpt.*53.*n.*17.comprobat authoritate Ariſtotelis *lib.*7. *de hiſtor. animalium cap.*5. & Albertini Bottoni *lib.* 1. *de morbis mulierbribus c.*8. vbi etiam,(vt refert idem Menochius) dixit conceptionem fœtus vltra quinquageſimum annum maximè euenite in muliere carnoſa roſei coloris, quam alias aptiorem ad concipiendum aſſerit. Et filium ex vxore annum quinquageſimum excedente natum decernit *dicta l. ſi maior*, reputandum eſſe legitimum, & admittendum ad ſucceſſionem patris, licèt mirabilis, (inquit eadem lex) huiuſmodi partus, & rarò contingat. Quare cùm præſumptio iuris non reſiſtat, minus vrgentes probationes, & leuiores ſufficient ad præſumendam conceptionem, & partum in muliere maiore quinquagenaria; vt notauit Menochius *d.caſu* 89. *numer.* 63. *&* 64.

Declaratio ſecunda eiuſdem primae coniecturae.

Declaratur ſecundò prædicta coniectura, ſeu 1473. præſumptio *d. l.filium, de iis, qui ſunt ſui, vel alien iur.& d.l.miles.§ defuncto. ff. de adulter.* vt non habeat locum, ſi maritus rarò accederet, ſeu acceſſiſſet ad vxorem, in domo adulteri habitantem; nam tunc ex ea natum præſumi filium potius adulteri, qui frequentius cum muliere verſabatur, quàm mariti, docuerunt Alciatus *de praeſ. reg.*3. *d. praeſumpt.*37.*num.*11. Petra *de fideicomm. d. quaeſt.*11. *num.* 401. *verſic. ſecus ſi probaretur*, Maſcardus *d. concl.* 788. *num.*11. & plures alios allegans Menochius *d. praeſumpt.* 53. *num.* 19. *lib.*6. & ad hoc probandum Alciatus,cuius ponderationem approbant Maſcardus,& Menochius, perpendit textum *in d.l. filium. Non tamen ferendum,Iulianus ait, eum qui cum vxore ſua aſſiduè moratus, nolit filium agnoſcere, quaſi non ſuum.* Hinc (inquit Alciatus) Vlpianus conſiderauit aſſiduam conuerſationem mariti cum vxore; ergo ſecus, ſi rarò eam adhibeat. At hæc limitatio non videtur admittenda; (vt non videntur admittere Vaſquius, Gaillus, & Paleothus, cùm huius declarationis non meminerint.) nam vbi conſtet maritum ad eam acceſſiſſe aliquoties, licèt rarò, cùm tunc poſſit ab eo concepiſſe, non eſt dicendum concepiſſe ex adultero, niſi contrarium aliunde conſtet, iuxta *d. l.filium.* & doctrinam Paleothi *cap.*14.*num.*6. & in dubio præſumendum pro legitimitate, & quod proli fauorabilius, & honeſtius eſt, iuxta dicta *ſuprà num.*1397. *ad* 1442. quæ etiam in hoc caſu videntur manifeſtè procedere.

Neque

Digitized by Google

Neque obſtat illa ponderatio Aleiati, nam argumentum à contrario ſenſu, non ſemper valet, vt Euerardus *loco à contrario ſenſu*, præſertim in verbis narratiuis legis, vt idem Euerardus *ibidem numer.* 13. Quare benè ſtat, quòd ſi maritus aſſiduè verſatus ſit cum vxore, filius ab ea editus præſumatur illius, licèt ab alio fuerit cognita, non tamen inferri poteſt, aut debet; ſecus dicendum, ſi tarò cum illa verſatus ſit, dummodo certum ſit ad eam acceſſiſſe, præſertim cùm conſtet diſpoſitionem *d. l. filium*, factam fauore matrimonij, & prolis in conſtantia matrimonij natæ.

Declaratio tertia.

1474. DEclaratur tertiò eadem coniectura, ſeu præſumptio *d. l. filium, & d. §. defuncto*, vt non procedat, quando vxor continuò habitabat in domo adulteri, & ibi concepit, ac peperit; nam hoc caſu partum præſumi illegitimum, & generatum ab adultero, poſt Capram *conſil. 2. num. 2.* Anchatanum *conſil. 225. num. 5.* Corneum *conſil. 1. n. 22. lib. 1.* Alex. *conſil. 88. num. 14. lib. 7.* Gozadinum *conſil. 12. num. 22.* Surdum *conſ. 1. n. 44. & 57. lib. 1.* & poſt plures alios à ſe relatos *d. præſumpt. 53. num. 19. verſic. declaratur quintò.* vbi dicit eſſe communem, & receptam ſententiam, & illam confirmat ex alia communi opinione firmata *ſupra num.* 1470. ſcilicet, quòd vbi mulier ſtatim poſt mariti mortem nupſit alteri viro, & intra nouem menſes peperit, filius præſumitur generatus ab eo, in cuius domo natus eſt. Sed hæc etiam declaratio, ſeu limitatio non videtur admittenda, ſicut eam in terminis reprobat Petra *de fideicomm. d. q. 11. num.* 402. aſſerens dictam præſumptionem *d. §. defuncto*, procedere etiamſi mulier cohabitabat cum adultero tempore conceptionis, modò ad eam maritus haberet liberum aditum, & idem videntur ſentire Gallus, & Couarruuias locis *ſuprà num.* 1446. allegatis. & contra hanc limitationem faciunt rationes adductæ contra præcedentem declarationem; militat enim ſemper eadem ratio præſumptionis (ſi nil aliud in contrarium ſit,) nempè conſtantia matrimonij, quod legitimam prolem monſtrat, & fauor eiuſdem matrimonij, & prolis. Notat autem Petra, quòd in caſu Anchar. Cornei, Alexandri alia multa concurrebant, nempe nominatio, tractatus diuerſimodè, & publica vox, & fama pro adultero. Ad confirmationem verò Menochij, illud admittitur, ob rationem *d. num.* 1470. adductam, ſcilicet, quia in caſu dubij actualis poſſeſſio matrimonij præualet, nec illud reſultat in detrimentum eiuſdem, quoad legitimitatem, nam ſiue vnius, ſiue alterius mariti dicatur filius, ſemper eſt legitimus.

Declaratio quarta.

1475. DEclaratur quartò, vt non vindicet locum dict. præſumptio, *l. filium, & dict. § defuncto*, quando non conſtat maritum tempore conceptionis habuiſſe facultatem accedendi, vel non acceſſiſſe ad vxorem extra domum eiuſdem mariti habitantem, quem acceſſum probare debet, qui partum illum aſſerit eſſe filium mariti. ita poſt Salicetum, Abbatem, Caſtrenſem, & Aleiatum Menochius *d. præſumpt. 53. num. 19. verſic. Declaratur ſextò*, & alij, quos refert, & ſequitur Petra *d. quæſt. 11. num.* 400. & colligitur ex alijs Doctoribus *ſuprà num.* 1446. relatis.

Declaratio quinta.

DEclaratur quintò, vt non procedat eadem 1476.
coniectura, ſeu præſumptio *d. l. filium*, quando contra hanc coniecturam, ſeu præſumptionem plures aliæ contrariæ coniecturæ, ſeu præſumptiones vigerent, ſeu concurrerent, putà, ſi filius fuiſſet educatus, tractatus, nominatus, legitimatus, inſtitutus tanquam filius adulteri, & etiam concurrat publica vox, & fama viciniæ, ſeu talis, reputetur à vicinis, & maximè ſi etiam natus eſſet in domo adulteri, & multo magis ſi tanquam eius filius baptizatus, prædicta omnia marito approbante, ſeu permittente, aut nullo modo contradicente, atque ita tanquam filius adulterinus haberetur non ſolùm à matre, adultero, ab eodem filio, & à vicinis, ſed etiam ab ipſo marito, & eo magis etiam, ſi filius aſſimilaretur adultero. Hoc enim caſu præſumeretur filius adulteri, non mariti. ita Paulus de Caſtro *conſil. 115. lib. 1.* Hippolytus *in l. 1. § ad quæſtionem, de quæſtionibus*, Anchatanus *conſil. 225. ſecundo dubio*, Corneus *conſil. 1. vol. 1.* Alexander *conſil. 88. numer. 7. vol. 7.* Barbatia *conſil. 68. vol. 4.* (vbi aiunt, quòd iuris præſumptio tollitur vrgentium coniecturarum contrariarum concurſu, vt per nominationes, tractationes, educationes, vicinorum famâ, non obſtante, quòd præſumptio illa *dict. §. defuncto*, ſecundùm aliquos ſit iuris, & de iure,) Mohedanus *deciſ. 1. & 2. tit. qui filij ſint legit.* Creſcentius *deciſ. 1. eodem tit.* (vbi ab vtroque aſſeritur filium natum ex muliere coniugata præſumi illegitimum, & adulteri, aut concubinarij, concurrentibus coniecturis, nempè reputatione illegitimitatis, educatione extra domum mulieris adulteræ, aſſertione matris, adulteri, & filij tractatione, ſeu inſtitutione, vel dotatione, & fama viciniæ; & fortiùs ſi adultero filius aſſimiletur, quia eſt argumentum naturæ fortiſſimum, licèt aliquando aſſimilatio veniat ex imaginatione tempore conceptionis. Sed quando, inquit Mohedanus, concurrit veritas acceſſus adulteri, potius præſumitur pro veritate, quàm pro imaginatione,) Rota *deciſ. 284. p. 1. in recent.* Farinacius *deciſ. 37. num. 4. deciſ. lib. 1. conſil. crimin. Farinac. & deciſ. 72. num. 5. & deciſ. 279. lib. 2.* Menochius *dict. caſu 89. num. 65. cum ſeqq. & d. præſumpt. 53. num. 20.* Maſcardus *d. concl. 788. num. 14.* Stephanus Gratianus *tom. 3. cap. 562. numer. 59. 67. 70. 71. 72. & 74.* & communiter Doctores, quos Mohedanus, Menochius, Gratianus *vbi ſupra*, & Maſcardus tum *dict. num. 14.* tum *concluſ. 796. n. 1. & 2.* allegant. † Quam- 1477.
uis contrarium, & prædictis coniecturis omnibus non infirmari, nec tolli poſſe præſumptionem iuris, ſeu lege fundatam *d. l. filium*, tanquam regulam conſtitutam, ad probandam filiationem, à qua non debet recedi, niſi exceptio verè, & neceſſariò, ac euidenter probetur, non verò ſolùm ob aliquas coniecturas, quæ cùm de ſe ſingillatim ſint imperfectæ, etiam ſimul iunctæ, (iuxta regulam *l. ſpadonum, §. qui iure, de excuſat. tut.*) non efficiunt plenam, & neceſſariam probationem, & quia prædicta præſumptio legitimitatis proueniens ex cauſa, ſeu conſtantia matrimonij, iuxta Abbatem *in c. tranſmiſſæ, in fine, qui filij ſint legit.* ſuperet nedum famam, ſed omnes alias cõiecturas, tenuerunt Paleoth. *c. 24. n. 4. & ſeqq.* & indicat etiam *c. 25. n. 6. fine.* Barbat. *conſ. 27. col. 4. vol. 1.* & Pariſ. *conſ. 11. n. 20. & n. 244. ad 248. vol. 2.* quem Maſcardus *d. concl. 788. num. 15.* refert, dicentem *d. n. 20.* non debere eſſe in poteſtate adulteri facere ſibi aliquem in filium per nominationem, præſtationem

alimentorum, legitimationem, & alios tractatus ſimiles, & immutare factum, & diſpoſitionem legis, & pro illis, & per illos actus ſubuertere præſumptionem lege fundatam, & inductam probandi filiationem; & pro hac eadem opinione Maſcardus *d.concl.796.num.4.& 5.* conatur alios Doctores inducere, & ipſe quaſi recedens ab eo, quod notauerat *d.concl.788.num.14.* nihil reſoluit, ſed dicit rem eſſe relinquendam prudentis Aduocati conſilio, qui re diligentiùs inſpecta, prudentum conſiliis acquieſcens, ſine vllo negotio cauſam totam, quam
1478. præ manibus habebit, explicare poterit. † Verùm non eſt recedendum à priori ſententia communiter recepta, quæ & confirmatur. nam etſi præſumptio illa iuris ſtet pro legitimitate, tamen illa præſumptio tolli poteſt alia fortiori præſumptione, vt Gaillus *d.obſeru.97.num.17.* cùm vna præſumptio per aliam tollatur, *l.Diuus*, vbi Bartolus, *num.3.ff.de reſtit.in integ.* & alij Doctores per Gaillum *ibi n.18.* allegatos, & ſingulæ coniecturæ, quæ ſeorſim conſideratæ ſunt illa præſumptione infirmiores, ſimul iunctæ præualere debent, & haberi pro veritate, vt poſt Baldum *in d.l.filium, num. 2.* Menochius *d.caſu 89.num.65.* Rota *deciſ.279.num.4. poſt lib.2.conſil.crim.Farin.* & alij allegati à Maſcardo *d.concl.796.num.1.& 2.* & cùm tendant ad vnum effectum, & finem, licèt ſeorſim ſint imperfectæ, efficiunt tamen vnam perfectam probationem, iuxta doctrinam Bartoli *in l.admonendi, num.28.de iureiuran.* & communem, quoad duo, vel plura imperfecta ad eundem finem tendentia, vnum perfectum efficiunt. Neque Abbatem loco *ſuprà* allegato dixiſſe præfatam præſumptionem *d.l.filium*, prouenientem ex cauſa matrimonij præualere debere cæteris omnibus ſimul iunctis, obſeruat Menochius *d.caſu 89.num.67.* ſed ſolùm dicere concurrentibus multis coniecturis ſtandum eſſe fortiori, quod ait Menochius fuiſſe rectè dictum. nam etſi ſingulis per ſe conſideratis præſumptionibus illa vna, quæ naſcitur ex cauſa matrimonij, ſit cæteris fortior, non tamen fortior eſt omnibus illis ſimul iunctis. Addit Rota *d.deciſ.279.num.4.* ad probandam filiationem illegitimam dictis coniecturis, ſeu actibus ſufficere teſtes ſingulares, quia cùm agatur principaliter non de probandis illis coniecturis, ſeu actibus, de quibus teſtes deponunt, ſed de probando effectu, qui ex coniecturis, ſeu actibus reſultat, videlicet, filiatione, non obſtat ſingularitas, ex Caſtrenſi *conſil.151.num.1.verſic.2.* & Aymone Crauetta *conſ.73.num.3.& 5.* & idem repetit Rota *deciſ.332.num.11.poſt lib.eundem 2.conſ.crim.Farin.* maximè ſi teſtes ſingulares aliis adminiculis adiuuentur, nempè quia de facto proprio deponunt. & *num.12.* addit ſufficere etiam teſtes patientes exceptionem, & aliàs inhabiles; quia cùm agatur de materia difficilis probationis, in qua non eſt facilè alios teſtes inuenire, perſonæ etiam aliàs inhabiles videntur admittendæ, vt latiſſimè Gabriel *de teſtibus concl.7.* Verum quidem eſt, quòd prædictæ præſumptiones, ſeu coniecturæ, vt elidant præfatam præſumptionem ex cauſa matrimonij prouenientem, debent, (vt ex præallegatis Doctoribus colligitur, & in terminis notauit Gratianus *d.cap.662.num.74.* & latè probat *à num.1.ad 10.*) concludenter probari cum qualitate filiationis; ſcilicet, quòd partus fuerit marito non contradicente ab adultero tranſmiſſus ad Baptiſmum, lactatus, ſeu educatus, ſeu nutritus, tractatus ſeu hæreditate, vel legato, vel dote auctus tanquam filius; ſcilicet, debet probari prædicta fuiſſe facta non ſimpliciter de puero, ſed tanquam de filio, cùm potuerint fieri alio fine, nempe intuitu pietatis, & propterea debent determinari per denominationem filij, vt latè Gratianus *à d.num.1.ad 10.* qui deſumpſit ex Maſcardo *concl.889.*& Menochio *d.caſu 89.n.76.& præſumpt.53.n.32.*

Declaratio ſexta.

Declaratur ſextò, vt non procedat, quando 1479.
vtilius, & fauorabilius eſſet filio, quòd eſſet ſpurius, vel illegitimus, quàm legitimus. ita poſt Neuizanum *conſ.34.num.9.* Gozadinum *conſ.13.num.48.* & alios, Menochius *d.lib.6.allegata præſumpt.53.num.20.* dicens tamen aliter ſentire Rolandum *conſ.11.num.29.lib.4.* & ratio huius declarationis, iuxta eundem Menochium, eſt, quia hæc præſumptio, quòd filius cenſeatur potius natus ex legitimo matrimonio, quàm ex illicito coïtu, ſumitur fauore filij, vt ait idem Menochius *eodem lib.6.præſumpt.55.num.17.* Sed hanc declarationem non ita facilè admittunt iudices in damnum patris, ſeu mariti, vel alterius tertij graue præiudicium, & præſertim, quia præſumptio præfata iuris *in d.l.filium*, inducta fauore tum filij, tum matrimonij.

Declaratio ſeptima.

Declaratur ſeptimò, & vltimò, vt non proce- 1480.
dat, quando ageretur de bonis defuncti alteri auferendis, nam tunc ceſſare illam præſumptionem ex Socino iuniori *conſ.86 num.44.vol.2.* & Burſato *conſ.88.num.17.* tradit Maſcardus *d.concluſ.788.num.48.* Verum hanc limitationem non indicarunt alij Doctores in præcedentibus allegati; nec videtur admittenda, cùm *in d.l.filium, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* dicta præſumptio, vt filius natus in domo ex vxore marito cum ea cohabitante, & ſcientibus vicinis habeatur legitimus, & filius mariti, ponatur abſolutè, & ita reſpectu omnium. Id etiam probant dicta *ſupr.n.1407.* ſcilicet, quòd bonum famæ, ſeu honoris filij (maximè de quo conſtat in conſtantia matrimonij natum) præualere poſſeſſioni bonorum alterius.

Vtrùm filius natus ex concubina in domo retenta præſumatur concubinarij, etiamſi conſtet eam ab alijs fuiſſe cognitam.

An verò ſicut natus ex vxore in domo mariti 1481.
præſumitur filius mariti, ita etiam ſimilis præſumptio procedat in filiis naturalibus natis ex concubina, vt ſcilicet, præſumatur filius concubinarij, filius natus ex concubina in domo eiuſdem concubinarij retenta. Affirmant poſt plures alios Buërius *d.deciſ.299.num.12.* Gaillus *lib.2.d.obſeru.97.num.11.* Paleothus *cap.22.num.4.& cap.28.* Rota *deciſ.37.num.2.& 3.poſt lib.2.conſil.crim.Farin.* Menochius *d.caſu 89.num.26.& d.præſumpt.53.num.5.* Stephanus Gratianus *tom.3.cap.562.num.59.* Auguſtinus Barboſa *collectan.ad cap.Michael num.2.de filijs presbyt.* Maſcardus *d.concl.788.num.25.cum ſeqq.* Ampliatur etiamſi conſtaret concubinam eo tempore ab aliis, quam à concubinario fuiſſe cognitam, eo quòd ſit præſumendum, quod eſt fauorabilius, & honorabilius filio, ita Boërius, & Maſcardus alij's allegantes. Ampliatur, etiamſi concubinarius mulierem extra domum tenuiſſet, cum qua tamen aſſiduè conuerſationem habebat,

ſi

ſi non probaretur alios ad ipſam acceſſiſſe; ſecus verò ſi aliquando accedebat ad eam, quam tamen pro arbitrio ſuo habere non poterat. ita Boërius *d. numer.* 12. Rota *deciſ.* 279. *num.* 2. poſt *lib.* 2 *conſil. crim. Farin.* & Decius *in cap. per tuas, num.* 1. *de probat.* quem refert Maſcardus *vbi ſupra num.* 30. licèt ipſe, alios allegans, contrà ſentiat, non obſtante frequenti, & libero acceſſu, & etiamſi mulier diceret eſſe filium concubinarij: ſecus etiam ſi probaretur tempore conceptus, ſeu circa tempus, in quo partus conceptus eſt, alios viros liberè eam admiſiſſe, nam tunc partus patrem oſtendere non poteſt, *l. vulgò concepti, ff. de ſtatu hom.* ita alios allegans Rota *deciſ.* 289. *n.* 2. *part.* 1. *in recent.* Farin. vbi etiam addit matri non eſſe vllam adhibendam fidem, ſi dicat ſe concepiſſe potius ex vno, quam ex alio. Ampliatur etiam in filio nato ex qualibet muliere in domo retenta, licèt non ſit in formâ concubinatus. ita alios referens Maſcardus *num.* 28. declarans tamen *num.* 33. id procedere ſolùm, quando non probaretur, alium rem habuiſſe cum dicta in domo retenta, nam tunc, inquit, ceſſaret præſumptio; & addit cum aliis, quòd ſi ancilla reperiretur prægnans, non ita facile eſt præſumendum filium eſſe domini: de quo etiam latè Boërius *d. deciſ.* 299. niſi conſtaret dominum habuiſſe illam veluti concubinam. Limitatur verò ſi eo tempore, quo veriſimiliter potuit effici grauida, fuerit abſens mulier à viro. ita poſt alios Maſcardus *num.* 34. & eſt euidens.

SVMMARIVM.

1482 *Conjectura, ſeu præſumptio ſecunda ex qua probatur legitimitas, ſeu filiationis, & legitimitatis quaſi poſſeſſio inducens eſt longa cohabitatio patris, & matris tanquam coniugum.*

Hanc coniecturam reprobat Vaſquius, ibid.

1483 *Suſtinetur.*

Ex longa cohabitatione præſumitur matrimonium quoad legitimitatem filij, licèt non quoad parentes, d. num. 1482. *&* 1483.

An ex hoc quòd filius præſumatur legitimus quoad ſucceſſionem ex longa cohabitatione, vel efficitur legitimus per ſubſequens matrimonium, detur occaſio delinquendi, & ſi detur, an ſit habenda in conſideratione, d. num. 1483.

1484 *Tertia coniectura, ſeu tertiò probatur filiatio legitima, ſeu filiationis, & legitimitatis quaſi poſſeſſio inducitur ex nominatione, aſſertione, & confeſſione parentum ſeriò affirmantium filium eſſe ſuum, & legitimum.*

1486 *Vt quando nominatio, & confeſſio ex commiſſione parentum annotata eſt in libro Parochi.*

1487 *Quando facta fuit principaliter in iudicio.*

1488 *Quando incidenter etiam extra iudicium, ſed eſt geminata, & repetita in pluribus actibus.*

1489 *Quando pater diem natiuitatis filij tanquam ſuſcepti ex vxore ſcripſiſſet in libris quotidianis.*

Quando filio præſente dixiſſet eum eſſe ſuum filium, & relicturum eum heredem, ibid.

1490 *Quando facta in actu, qui ſoli filio legitimo conuenit.*

1491 *Quando in enunciatiuis antiquis, præſertim plurium inſtrumentorum.*

& quod tempus dicatur antiquum quoad hoc, ibid.

Præfata nominatio ſeriò facta probat filiationem legitimam non ſolùm contra parentes nominantes, ſed etiam contra eorum heredes, n. 1485.

1492 *Nominatio prædictis modis facta, an inducat filiationis, & legitimitatis poſſeſſionem, contra ipſos parentes, & contra tertium, & an requiratur nominatio vtriuſque parentis, an verò ſufficiat ſolius patris nominatio, & confeſſio, ad* 1496.

1497 *Nominatione prædictis modis facta probatur etiam filiatio ſimplex, & illegitima.*

1498 *Filiatio an probetur nominatione aliorum, quàm parentum.*

1499 *Parentibus, qui ſemel nominarunt, & confeſſi ſunt aliquem eſſe ſuum filium, ſi id poſtea negent, eis non creditur, nec eorum negatio filio nocere poteſt.*

Parentum denominationi, & confeſſioni, etſi aduerſaretur viciniæ opinio, & publica fama huic illa præualebit, ibid.

Contra propriam confeſſionem nemo auditur, ibid.

1500 *Quarta coniectura, ſeu præſumptio probans filiationem legitimam, eiúſve quaſi poſſeſſionem inducens eſt tractatus, ſcilicet, ſi pater, vel mater educarunt, tractarunt, & habuerunt filium tanquam legitimum.*

1501 *Tractatus quibus actibus inducatur, ſeu dignoſcatur, ad* 1507.

1506 *Tractatu probatur etiam filius illegitimus, ſeu quem eſſe filium illegitimum.*

1508 *Tractatus probat filiationem non ſolùm contra parentes tractantes, ſed etiam contra eorum heredes, & ſucceſſores etiam ſingulares habentes cauſam ab ipſo parente defuncto.*

1509 *Succeſſores non debent eſſe melioris conditionis, quàm ipſorum auctor.*

1510 *Tractatus inducit filiationis, & legitimitatis quaſi poſſeſſionem, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio iudicio quoad principalem hæreditatem.*

1511 *Tractatus habet locum non ſolùm contra parentes tractantes, ſed etiam contra fratres, & alios, qui tractatui conſenſerunt.*

1512 *Patre vita functo ſi filius ab alijs vt illius defuncti filius tractatus & habitus fuerit, per talem tractatum conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis contra ipſos tractantes.*

1514 *Secus contra alios.*

Filiationis nomen ceſſat patre mortuo, n. 1513.

Fraternitatis, & conſanguinitatis quaſi poſſeſſio inducitur, & probatur per tractatum, licet ſecus ſentiant aliqui, ibid.

1515 *Tractatus inducit filiationis quaſi poſſeſſionem etiamſi adeſſet vnicus actus tractationis ſucceſſiuus, modo aliqualis nominatio concurrat.*

Inducit etiamſi prius tractatus eſſet vt non filius, ibid.

1517 *Filius ex tractatu ſemel facto præſumitur, ſeu in filiationis quaſi poſſeſſione conſtituitur, etiamſi poſtea mater, & maritus, etiam cum iuramento negent eum eſſe filium, & illum nollent agnoſcere, vel alere, &* 1517.

1518 *Educatio, & tractatio præualet ſimplici nominationi.*

1519 *Quid ſi filius conſenſit ſecundo tractatui tanquam de non filio facto.*

1520 *Præſumptioni ex educatione, tractatu, & nominatione prouenienti præualet præſumptio quod quis ex vxore in domo mariti natus ſit.*

1521 *Tractatus, & cætera coniectura, quibus inducitur quaſi poſſeſſio filiationis, & legitimitatis ſufficienter probantur per duos teſtes.*

1522 *Quinta coniectura; filiatio. eiuſve quaſi poſſeſſio etiam ad effectum ſuccedendi probatur, & inducitur interdum ex ſola communi vicinia opinione, & publica fama, & maximè ſi agatur de probanda filiatione, & legitimitate in antiquis, & 1524.*

1525 *Tempus antiquum in propoſito quod dicatur.*

1526 *Fama publica probat filiationem etiam in facto de recenti: licèt alij contra ſentiant, & 1527.*

1527 *Filiationis, & legitimitatis probandæ praxis eſt, vt omnes prædictæ coniecturæ in iudicio deducantur, licèt vna probata ſufficiat ad inducendam quaſi poſſeſſionem filiationis, & n. 1528.*

1529 *Teſtes, qui ad probandam filiationem inducuntur, quomodo deponere debeant, remiſſiuè.*

1530 *Fama non probat filiationem, quando ei aduerſatur aſſertio eorum, qui pater, & mater creduntur.*

1531 *Sexta coniectura; filiatio, & legitimitas probatur, eiuſque quaſi poſſeſſio inducitur ex ſententia ſuper ea inter patrem & filium lata principaliter, per quam etiam quoad alios probatur tam filiatio, quàm legitimitas.*

Secus ſi non principaliter, ſed in iudicio aliquo poſſeſſorio, ibid.

1532 *Quæ tamen aliquale præiudicium operatur contra aduerſarium in petitorio.*

Probatur autem legitimitas ex ſententia lata in poſſeſſorio, qua filius tanquam legitimus miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum patris, ibid.

1533 *Septima coniectura; filiatio, & legitimitas an, & quando probetur ex ſimilitudine, & effigie, qua quis repræſentat illum, cuius dicitur filius, ad 1536.*

Mares ſæpe patri aſſimilantur, fœminæ matri, d. num. 1533.

1534 *Similitudo, & diſſimilitudo in fœtu, ſeu partu vt plurimum prouenit ex mulieris cogitatione, & imaginatione tempore conceptionis.*

Plures in homine, quàm in cæteris animantibus ſunt differentiæ quoad effigiem, & cur, ibid.

1536 *Quam efficaciam ad probandam filiationem habeat ſimilitudo relinquitur iudicis arbitrio.*

Secunda coniectura, ſeu præſumptio ex qua inducitur quaſi poſſeſſio filiationis legitimæ, ſeu quis præſumitur filius alicuius legitimus.

1482. SEcunda coniectura, ex qua conſtituitur quaſi poſſeſſio filiationis legitimæ, eſt diutina, & longa, pura, decennalis habitatio patris, & matris tanquam coniugum; hanc enim longam cohabitationem inducere coniecturam, ſeu præſumptionem matrimonij contracti, quoad filij legitimitatem, tradunt Alciatus *de præſ. reg. 3. præſ. 5. num. 7.* Paleothus *de nothis cap. 19. num. 11. & 12.* Menochius *lib. 6. d. præſumpt. 54. num. 40.* & alibi, & communiter Doctores relati per Paleothum, & Menochium *locis citatis*, & per me hoc *tit. num. 1401. & in tractatu de contractatu matrimonij cap. 3. num.* 109. moti ea ratione, quòd licèt illa cohabitatio quoad coniuges in dubio à iure Canonico *c. aliter* 30. *q.* 5. quòd in dubio, & vbi eſſe poteſt periculum animæ, ſequitur partem tutiorem, præſumatur fornicatio potius, quam coniugium, vt ſic faciliùs ab omni crimine, ſcilicet ſtupris, adulteriis, & contuberniis fideles abſtineant, vt Gloſſa *in d. cap. aliter*; nihilominus cùm hæc ratio non militet quoad filios, eadem cohabitatio patris, & matris tanquam coniugum, ſeu qui ſe mutuò vocabant coniuges, & tales a vicinia reputabantur, præſumitur matrimonium, vt filij cenſeri debeant legitimi, & iis parentibus ſuccedere poſſint, nec id abſurdum eſt, cùm eadem res, prout ad diuerſa relata, vario etiam modo rectè cenſeri poſſit, vt poſt alios tradit Paleothus *vbi ſupra*, & exemplis allatis explicaui ego ipſe *dict. cap. 3. eodem num.* 109. & quamuis hanc coniecturam reprobet Vaſquius *qq. illuſtr. lib. 2. cap. 85. num. 17.* aſſerens omnino militare eandem rationem quoad filios ſuſceptos, & eorum ſucceſſionem. Nam cùm parentes (inquit) deſiderent bona ſua ad liberos ſuos iure ſucceſſionis deuenire, *l. ſcripto, ff. vnde liberi. l. nam etſi parentibus, ff. de inoff. teſtam.* curabunt vt matrimonia ritè, & iuxta formam à ſacris canonibus præſcriptam, & quæ longè a ſtupris abſint, fiant; quod non curarent ſi hæreditates ſuas ad tales filios peruenturas intelligerent, etiamſi nati forent ex matrimonio illo, quoad animam ſuſpecto, & minimè quoad ipſos cohabitantes à iure canonico approbato. Addit Vaſquius ita quotidie obſeruari in praxi: quod tamen non eſt verum, cùm potiùs videamus obſeruari communem opinionem, vt conſtat ex variis Rotæ deciſionibus per me allatis *d. cap. 3. num.* 109. a qua proinde non eſt recedendum. † Neque vrget ratio Vaſquij primò, nam alioqui neque 1483.
filij ex perſonis habilibus ante matrimonium ſuſcepti deberent ſubſecuto inter parentes legitimo matrimonio cenſeri legitimi, & parentibus ſuccedere, quia ita parentes faciliùs longè abeſſent à fornicationibus, & ius canonicum vult præfatos filios eo ipſo, quòd eorum natiuitas cohoneſtatur per ſubſequens matrimonium parentum, efficiantur legitimi quoad omnia, non abſtante præcedenti eorundem parentum culpa. ita ergo ex eo, quòd filiorum natiuitas cohoneſtatur longa cohabitatione parentum in figura matrimonij, illi iuxta idem ius canonicum habendi ſunt tanquam legitimi, nec culpa parentum, ſi forte aliqua eſt, ſecreta, & occulta nocere debet filiis ſic natis, & communiter reputatis legitimis. Secundò non obſtat, quòd ex eo, quòd filij nati ex cohabitantibus in figura matrimonij, vel ſuſcepti in concubinatu ſecuto poſtea inter parentes matrimonio, tanquam legitimi ad ſucceſſionem parentum admittantur, videtur præſtari occaſio delinquendi. Nam reſpondetur, (vt in ſimili Mantica *de coniect. lib. 11. tit. 9. num. 4*) ſatis eſſe ſi aliis pœnis legitimis caſtigetur improbitas; ſiquidem contenti eſſe debemus pœnis a legibus ſtatutis, *l. ſi ita ſtipulatio facta, ff. de verb. oblig.* & dato, quòd ex hac ſpe ſucceſſionis filiorum poſſit quiſpiam moueri ad delinquendum; tamen intentio legis dictam ſucceſſionem admittentis ab inteſtato, vel ex teſtamento, non eſt ordinata ad hoc, & ideo non debet conſiderari, *l. ſi vehenda §. idem iuris eſt, ff. ad leg. Rhod. de iact.* & cum aliis Mantica *d. n. 4.* vbi ex Ripa confirmat, quia ſi aliud dicatur, lex etiam Euangelica, quæ diuortium, quoad vinculum matrimonij prohibet, eſſet nutritiua peccati; quia videtur præſtare coniugibus occaſionem ſeſe occidendi, quod nefas eſt dicere; & quamuis homines faciliùs retraherentur à concubinatu, ſi filij ex illo ſuſcepti in totum à ſucceſſione repellerentur, non tamen ſequitur, quòd ſi non repellantur, detur occaſio delinquendi, arg. *in Auth. bona damnatorum, de bonis proſcript.* quæ permittit, vt filij ſuccedant patri damnato, & tamen ſi non ſuccederent, multo faciliùs pater à delictis abſtineret. Neque demum verum puto, (ſaltem ordinariè loquendo,) ſi filij in

vtroque

vtroque caſu prædicto non haberentur legitimi quoad ſucceſſionem parentum, homines faciliùs longè abfuturos à fornicarionibus, & ſtupris, nam cùm talia crimina attentant, aut perpetrant de liberis ſuſcipiendis, parum, vel nil cogitant, ſed tantùm venereæ voluptati, & libidini explendæ intelligendi ſunt, in hoc enim differunt coitus illicitus, & legitimus, ac matrimonialis, quòd ille ad veneream voluptatem tanquam ad finem tendit, iſte ad prolem ſuſcipiendam. Verùm de hac coniectura videnda ſunt, quæ latiùs explicaui *dict. cap.3. à num. 102. ad. 113.*

Coniectura tertia, ex qua quis conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis legitimæ.

1484. Tertia coniectura conſtituens quem in quaſi
poſſeſſione filiationis legitimæ, ſeu legitimitatis, quando non conſtat certò de matrimonio parentum, vel de eorum longa cohabitatione, ita vt onus probandi contrarium transferatur in aduerſarium, eſt nominatio, ſeu aſſertio parentum ſeriò facta, & ex propoſito, ita vt appareat fuiſſe factam ad hunc finem, & præſertim ſi ambo parentes confeſſi ſunt filium eſſe legitimum, atque ita eum legitimum nominarunt. ita Bartolus *in §. ad hac num. 2. in Auth. vt liceat matri, & auia*, Scribentes *in cap. per tuas, de probat.* vbi Abbas *num.* 8. Couarruuias *de ſponſ part. 2. cap. 8. num. 7.* Paleothus *de nothis cap 23. num. 2.* Duenoas *reg. 34. cum ſeqq.* Mantua *de coniecturis lib. 11. tit. 12. n. 11.* Maſcardus *de probat. concl. 790. num. 9. 12. 27. & ſeqq.* Menochius *lib. 6. præſumpt. 54. num. 33. & ſeqq. & præſumpt. 53. num. 35. cum ſeqq. & de arbitr. d. caſu 89. num. 78. cum ſeqq.* Stephanus Gratianus *tom. 1. cap 135. num. 50. & tom. 4. cap. 757. n. 52.* Farinacius *in repert. iudic. quaſt. 43. num. 25. 26. & 27.* Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap per tuas, num. 4. & collect. ad cap. tranſmiſſa, num. 4. qui filij ſint legitimi*, & innumeri alij à Paleotho, Menochio, Maſcardo,
1485. & Barboſa allegati. † Quæ nominatio probat filiationem legitimam non ſolùm contra parentes nominantes, ſed etiam contra eorum hæredes, vt in terminis Menochius *d. præſumpt. 54. num. 35.* Maſcardus *d. concl. 790. n. 11. 12. & 42.* Auguſtinus Barboſa *collect ad d. caput per tuas, eod. n. 4.* & colligitur ex aliis Doctoribus præallegatis, cùm abſolutè dicant conſtitui filium in quaſi poſſeſſione filiationis legitimæ, ſi ita ſit à parentibus ſeriò, & non iocosè, aut tantùm beneuolentiæ cauſa appellatus, & nominatus filius legitimus.

1486. Porrò nominatio parentum cenſetur ſeriò, & ex propoſito facta primò, ſi de eorum commiſſione annotata ſit in libro Parochi, & Baptiſmorum. ita Rota *deciſ. 289. num. 3.* Farinacius *d. q. 43. n. 54.*

1487. Secundò ſi facta ſit principaliter, & propter ſe, ac directè, & ad hunc effectum in iudicio, in quo parens fuerit confeſſus talem eſſe ſuum filium legitimum, & naturalem. ita Couarruuias *d. num. 7.* Menochius *dicta præſumpt. 54. num. 36. & præſ. 53. n. 35. d. caſu 89. num. 79.* Maſcardus *d. concl. 790. num. 27. & 34.* Farinacius *d. num. 47.* & alij apud eoſdem, & colligitur ex aliis præallegatis.

1488. Tertiò ſi nominatio, & confeſſio tanquam filij legitimi facta fuit quidem principaliter propter aliud, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, ſi eſt geminata, & ſæpiùs in diuerſis actibus à parente repetita, Paleothus *d. cap. 23. n. 3.* Menochius *d. præſumpt. 53. n. 40.* & alij communiter, quos refert ipſe *ibidem*, & Maſcardus, (quem ſequitur Farinacius *d. num. 47.*) *d. concl. 790. num. 46.* quamuis ipſe diſſentiat, ſicut & diſſenſit Peregrinus *de fideicom. d. q. 11. n. 277.* motus auctoritate Iaſonis *conſ. 102. col. 1. & 3. vol. 4.* qui tamen, vt notat Menochius *d. num. 40 fine*, loquitur, quando non ſeriò, ſed perfunctoriè quis appellauit filium, vt ſi dixit: Fili mi, audi verbum: Fili mi, facito hoc.

Quartò, ſi quando extra iudicium pater datâ 1489.
operâ, & principaliter propter ſe nominauit, & confeſſus eſt aliquem eſſe ſuum filium legitimum, ſeu ex vxore ſua legitima natum, vt ſi eo præſente confeſſus eſt, & dixit eum eſſe ſuum filium legitimum ex matre ſibi matrimonio iuncta natum, & ſe reliturum eum hæredem. ita Bartolus *in l. 2. §. idem, de liber. agnoſcend.* Decius *in d. cap. per tuas, de probat. num. 7. verſic. limitatur primò*, Peregrinus *d. q. 11. num. 259.* Rota *deciſ. 238. num. 12. part. 1. in nouiſſimis, & deciſ. 176. numer. 4. in recent. Farinac.* Menochius *d. caſu 89. num. 79. & d. præſumpt. 53. num. 37.* & alij per eum relati, vel ſi pater diem natiuitatis filij, tanquam ſuſcepti ex ſua vxore ſcripſiſſet in propriis libris quotidianis. ita Gloſſa *in §. vlt. Inſtit. de ingenuis*, Peregrinus *vbi ſuprà*, Menochius *dict. caſu 89. num. 80. & d. præſumpt. 53. eod. num. 57.* Maſcardus *concluſ. 794. num. 4. & 5.* & alij ab eodem Menochio vtrobique relati; vel etiamſi nominatio facta eſt in epiſtola tranſmiſſiua per patrem aut ipſi filio, vel tertio, vt Maſcardus *dict. concluſ. 794. num. 10.* Farinacius *d. quaſt. 43. num. 16.* vel ſi quis in teſtamento ſuo appellat aliquem ſuum filium legitimum, & multò magis, ſi vt talem hæredem inſtituat, vt Alciatus *conſ. 335. num. 3.* & Maſcardus *d. concluſ 790. num. 34.* & Rota *deciſ. 472. num. 8. in recent. Farin.* Farinacius *d. num. 16. & 47.*

Quintò quando nominatio eſſet in eo actu, & 1490.
eo modo facta eſſet, vt non niſi filio legitimo conueniret, vt ſi nominaret illum filium legitimum inſtituendo hæredem ſuum, aut legando aliquid pro legitima ſibi iure naturæ debita, vel in actu emancipationis, vel in actu exhæredationis. ita Bartolus *in dict. l. 2. §. item, de liber. agnoſc.* Couarruuias *dict. num. 7.* Paleothus *dict. cap. 23. num. 2.* & alios Iuriſperitos congerentes, Menochius *dict. caſu 89. num. 78.* & Maſcardus *d. concl. 790. num. 45. & concluſ. 798. num...*

Sextò ſi nominatio, & confeſſio alicuius tan- 1491.
quam filij legitimi etiam incidenter, & propter aliud conſtet ex enunciatiuis antiquis, præſertim in pluribus inſtrumentis repertis, & coram diuerſis Notariis rogatis. ita Socinus *conſil 187. num. 16. lib. 2.* Iaſon *conſil. 54. num. 7.* (vbi inquit, per inſtrumentum antiquum enonciatiuè, & incidenter loquens probari filiationem) Rota *deciſ. 176.* allegato *num. 1. part. 1. in recent. Farinac.* (vbi loquitur de confeſſione, ſeu nominatione facta in enunciatiuis plurium inſtrumentorum antiquorum, à centum, vel ſeptuaginta, aut ſexaginta annis factorum; addens poſt alios, quòd quamuis huiuſmodi enunciatiuæ tanquam non antiquæ, probarent, non poſſe tamen dubitari, quia ex illis maxima præſumptio oriatur,) Couarruuias *de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 3. num. 9.* Menochius *dict. præſumpt. 53. num. 42. & præſumpt. 54. num. 41.* (vbi quòd legitimitatis quaſi poſſeſſionem inducit inſtrumentum antiquum, in quo aſſeritur aliquis filius legitimus,) & Maſcardus *dict. concluſ. 790. numer. 5.* ac Farinacius *in repert. contractuum, quaſt. 63. num. 15.* & communiter alij apud ipſos.

An verò nominatio, & confeſſio prædictis mo- 1492.
dis ab vno parente tantùm, nempè à patre tan-

Digitized by Google

tùm, vel à matre tantùm emanata, ſufficiat ad inducendam hanc quaſi poſſeſſionem legitimitatis, ſeu filiationis legitimæ: citra omne dubium eſt ſufficiens, quoad nominantem ſiue patrem, ſiue matrem, ſcilicet, vbi agitur de bonis, & hæreditate ipſius confitentis. ita Natta *conſ.* 473. *num.* 24. *verſic. quod plura. vol.* 2. Menochius *lib.* 6. *d. præſumpt.* 54. *num.* 35. Maſcardus *d. concl.* 790. *num.* 12. Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad cap. transmiſſa num.* 4. *qui filij ſint legitimi.* Puteus *deciſ.* 425. *lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 1081. & alij plures, quos congeſſit Maſcardus *d. num.* 12.
1493. † At verò quoad tertium, ſeu contra tertium, putà, quoad fideicommiſſarios ſubſtitutos confeſſionem, aut nominationem vnius non ſufficere, ſcripſerunt Puteus, & Seraphinus *locis citatis*, Io. Andreas, Butrius, & Abbas *in d. cap. per tuas, de probat.* Natta *d. conſ.* 473. *num.* 24. & alij, quos refert Maſcardus *d. concl.* 790. *num.* 11. qui idem ſentire videtur *num.* 12. *fine*, loquens de probatione filiationis legitimæ, & idem ſentit Mantica loco *ſuprà num.* 1484. allegato. vbi etiam loquitur de aſſertione vtriuſque parentis, quòd quis ſuus filius legitimus ſit, dicens hanc aſſertionem prodeſſe quidem filio quoad præiudicium parentum, & eorum ſucceſſionem; ſed quòd præiudicium faciat fideicommiſſariis, hoc non eſſe facilè recipiendum, quia non ceſſat commentum fraudis, iuxta *l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demon-*
1494. *ſtrat.* idem etiam approbat Farinacius *d. num.* 47. *verſic. ſublimita*, & poſtea *verſic. limita* 2. † Verùm ſufficere contra omnes nominationem, & confeſſionem patris, aut matris, indicat Natta *conſ.* 537. *n.* 40. (vbi loquitur alternatiuè, quaſi ſentiens nominationem vnius tantùm ſufficere, etſi paulò pòſt vtatur plurali ſermone,) Menochius *d. num.* 35. *fine*, dicens ſe etiam ita ſenſiſſe *in conſ.* 490. *num.* 12. *lib.* 5. cum Beluiſio, Peña, & Decio, & idem docuiſſe
1495. Pontanum *in tract. de alimentis cap.* 3. *num.* 19. † Et contra omnes ad inducendam quaſi poſſeſſionem filiationis, & legitimitatis ſufficere nominationem, & confeſſionem patris ſolius, indicat Gloſſa *in d. cap. Michael, verb. conſtiterit, de filiis presbyterorum*, indicat etiam Maſcardus *d. concl.* 790 *num* 11. *initio.* in terminis etiam tradit Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap transmiſſa num* 4. *qui filij ſint legitimi*, & idem colligitur ex aliis *à num.* 1484. prærallegatis, præſertim ex Paleotho *d. cap.* 23. eodem Menochio *d. caſu* 89. *numeris præallegatis*, & Rota *locis citatis*; cùm exemplificent in nominatione, & confeſſione à pa-
1496. tre emanata. † Solam autem nominationem, aut confeſſionem matris non ſufficere contra tertium, aſſerit Maſcardus *d. num.* 11. *fine*, dicens ita tenere etiam Angelum *in Auth. ſi quis la* 2. *C. de natur. lib.* & Menochium ipſum *in addit. ad Crot. de teſtibus ſub num.* 118.
1497. Aduertendum autem prædicta procedere non ſolùm ad probandam filiationem legitimam, ſed etiam filiationem vt ſic, atque ita etiam illegitimam, vt latè Menochius *d. caſu* 89. *num.* 77. *ad* 86. *& lib.* 6. *præſumpt.* 53. *num.* 34. *ad* 43. Maſcardus *d. concluſ.* 790. *per totum*, Couarruuias *d. cap.* 8. §. 3. *num.* 7. Auguſtinus Barboſa *collectan. ad d. cap. per tuas num.* 4. *de filijs Presbyterorum*; Rota, & alij Doctores *in præcedentibus numeris* allegati, & DD. communiter *in d. cap. per tuas, de probationibus*; licèt quomodo per nominationem parentum, probetur filiatio vt ſic, ſeu quem eſſe alicuius filium, latiſſimè tradant Menochius, Maſcardus *locis citatis*, & Rota *deciſ.* 37. *per totum*, *& deciſ.* 140. *num.* 3. poſt *lib.* 1. *conſil. crim. Farinac. & deciſ.* 279. *&* 332. poſt *lib.* 2. quibus in locis præcipuè agit de probatione filiationis illegitimæ, ſeu quomodo probetur quis filius adulteri, & non mariti adulteræ.

Aduertit etiam Surdus *conſ.* 410. *num.* 71. & poſt 1498.
eum Auguſtinus Barboſa *d. collect. ad cap. per tuas, eodem num.* 4 *fine, de probat.* filiationem non probari nominatione aliorum quàm parentum, de quibus tantùm *in d. cap. per tuas*, fit mentio, & de quibus etiam tantùm videntur loqui ibi ſcribentes, & alij, quos idem Surdus ad id allegat, & alij prærallegati, & hoc idem in terminis Stephanus Gratianus *tom.* 1. *cap.* 135. *num.* 42. vbi concludit nominationes factas de fratre non concludere probationem fraternitatis, in eiúſve quaſi poſſeſſione conſtituere; nam maius incommodum (inquit) eſt, ſi quis nominetur filius, cùm illum teneatur pater alere, quod non eſt in fratre. Allegat ad id Gratianus Tiraquellum *de retractu lignag. gloſſa* 16 §. 1. *num.* 2. Maſcard. *concl.* 411. *num.* 9. & facere videtur textus *in l. nemo, ff. de hæred. inſtituendis*, ibi, *qui frater non eſt*, vbi dicitur rectè fratrem appellari, qui charitate fraterna diligitur, licèt frater non ſit, & quòd nominatio, vel confeſſio alicuius circa fraternitatem, vel conſanguinitatem non probet, neque fraternitatis quaſi poſſeſſionem contra confitentem inducat, docuit etiam Decius *conſil.* 524. *num.* 14. quem *concl.* 790. *num.* 20. allegat Maſcardus, qui etiam videtur illum ſequi. Verùm contrarium, & per nominationem conſtitui quem in quaſi poſſeſſione fraternitatis, & cuiuſlibet conſanguinitatis, tradunt Doctores magis communiter, quos idem Maſcardus *num.* 16. *& ſeqq.* allegat, & tenet etiam Menochius *lib* 6. *præſumpt.* 53. *num.* 25. loquens de tractatu, vt dicetur *infra*.

Aduertendum inſuper, ſi parentes, qui ſemel ſe- 1499.
riò, & ex propoſito nominarunt, & confeſſi ſunt aliquem eſſe ſuum filium legitimum, aut naturalem, ſi poſtea id negent, illis non credi, neque eorum negationem nocere filio, *dicto cap. per tuas, de probationibus, ibidem* Gloſſa, & Canoniſtæ communiter, & Doctores *in l. generaliter, in fine. C. de non num. pecunia*, ex qua l. & ex *eodem cap. per tuas*, colligunt communiter Doctores neminem audiri contra propriam confeſſionem. Cùm nimis indignum ſit, (inquit Pontifex *in d. cap. per tuas*,) vt quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare. & ita tradunt etiam Lanfrancus *de confeſſionibus*, Coſta *in l. ſi ex cautione, limit.* 5. Valaſcus *conſ.* 33. quos ad id refert, & ſequitur Auguſtinus Barboſa *collect. ad d. cap per tuas, num.* 5. & hoc idem aduertendum ponit Paleothus *de nothis cap.* 25. *num.* 5. dicens licere quidem parentibus, eum, quem vt alienum ſemper reſpuerunt, vt verum deinde filium agnoſcere, eo volente, non tamen è contrario, qui filius aliquando habitus fuit, poteſt inuitus ex illa poſſeſſione detrudi. Addit autem idem Paleothus *n.* 7. quòd ſi parentum denominationi, & confeſſioni aduerſaretur viciniæ opinio, & publica fama, potentior ſemper erit, & præualebit potius parentum aſſertio, quàm quæcunque publica fama, quia parentum aſſertio (inquit) naturalem erga filios dilectionem nobis ſemper ob oculos proponit; fama verò quandoque vnius, vel improbioris hominis voce excitata inde per multorum ora latiùs fuſa adhuc ſæpè errore, & mendacio non caret, iuxta illud *cap Oſius, de elect.*

Tam ficti, prauique tenax, quàm nuncia veri.

Quarta

Quarta coniectura, ſeu præſumptio conſtituens aliquem in quaſi poſſeſſione filiationis legitimæ, ſeu ex qua quis præſumitur alicuius filius legitimus.

1500. QVarta coniectura, ſeu præſumptio inducens,
ſeu conſtituens quaſi poſſeſſionem filiationis
legitimæ,& onus probandi contrarium transferens
in aduerſarium,eſt tractatus,ſeu tractatio parentum,
ſcilicet,ſi pater ,vel mater tractarunt, & habuerunt
filium tanquam legitimum , v.g. tranſmiſerunt ad
Baptiſmum vti filium legitimum,vel educarunt tan-
quam legitimum , vel collocauerunt in matrimo-
nium tanquam filium legitimum , aut tanquam fi-
lium legitimum,& naturalem;vel in teſtamento in-
ſtituerunt hæredem vti filium legitimum,& natura-
lem;vel ſi filius fuit admiſſus ad actum, qui non ad-
mittit niſi legitimè natum. ita Scribentes *in d. cap.
per tuas de probat.* Bartolus *in l. quidnam,ff. de probat.*
Decius *conſil.* 81.*n.*2. Pariſius *conſ.* 10. Paleothus *de
nothis cap.*22.*n.*24.Vaſquius *quæſt.illuſtr. cap.*85.*n.*20.
Verallus *deciſ.*150.*n.*1.*p.*2.Menochius *lib.*6.*præſumpt.*
54.*n.*17.*&* 18.*& præſumpt* 53.*n.*21.*cum pluribus ſeqq.
& de arbitr.d.caſu* 89.*n.*69.*cum ſeqq.* Maſcardus *concl.*
789.*concl.*793.*&* 791 *per totum* Rota *deciſ.*1.2.*&* 238.
*n.*9.*p.*1.*in nouiſſimis, deciſ.*177.*n.*13.*deciſ.*347.*n.*2.*de-
ciſ.*406.*n.*5. *deciſ.*434. *n.*7. *& deciſ* 472. *p.*1. *in recent.
Farinacij,& deciſ.*37.*poſt lib.*1.*conſil. crim. eiuſdem Fa-
rinacij.& deciſ.*71.*&* 279.*poſt lib.*2.Stephanus Gratia-
nus *diſcept foren.tom.*1.*cap.*157.*n.*8.*tom.*4. *cap.*562. *per
totum*, & præſertim *num.* 70. *&* 72. *& tom.*4 *cap.*653.
*n.*70.*cum aliquibus ſequentibus & cap* 714.*n.*48.*&* 49.
Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d cap per tuas n.*4.
*& collectaneo ad cap tranſmiſſa n.*3.*qui filij ſint legitimi*,
Farinacius *in repert. iudic q.*43.*n.*31. *&* 46. & alij Iu-
riſperiti communiter, quos *locis citatis* referunt Ma-
ſcardus, Menochius ,Rota, Gratianus , & Barboſa.
1501. † Et quòd filiatio legitima probetur , eiuſque quaſi
poſſeſſio inducatur per tranſmiſſionem filij vti le-
gitimi ad Baptiſmum in terminis poſt alios dicit
Gratianus *d cap.*562. *n.*67 *&* 68 & priùs poſt alios
dixit Rota *d.deciſ.*37.*n.*2.*poſt lib.*1.*conſ.crim. Farin. &*
1502. *deciſ.*332.*n.*4. *poſt lib.* 2. † Quod per præſtationem
alimentorum , & educationem filij vti legitimi in
domo parentum, vel etiam apud alios . puta , apud
nutricem,vel in ſcholis,tradunt expreſsè Paleothus,
Menochius,Couarruuias *vbi ſuprà*, Rota *d.deciſ.*1.2.
& 238. *& d.deciſ.*37. Gratianus *d. cap* 562.*n.*7. Ma-
ſcardus *d. concl.*775. & Auguſtinus Barboſa *d. collect.*
1503. *ad cap.tranſmiſſa.* † Quod per dotationem, & collo-
cationem in matrimonio factam tanquam de filio
legitimo, & naturali Gratianus *d.*653.*n.*70. & ad id
allegat Rotam,præſertim in Romana de Iauellis 13.
Nouembris 1613.coram Vbaldo.& idem Gratianus
*d.cap.*562.*n.*72. vbi quòd ad probandam filiationem
ſufficiat tractatus de maritando, nedum dotatio, &
1504. maritatio. † Quod per inſtitutionem in teſtamento
factam vti legitimo , & naturali filio, Rota *d. deciſ.*
177.347.406.434 *&* 472.*p.*1.*in recent. Farin.* Petra *de
fideicom q.*11.*n.*431. Menochius *d. præſumpt.*54. *n.*37.
Maſcardus *d. concl* 793. *& concl.*798. *n.*11. Stephanus
Gratianus *tom.*1.*cap.*167.*n.*8. & alij communiter al-
1505. legati per Rotam , & Maſcardum. † Quod per ad-
miſſionem ad actum ſoli filio legitimo conuenien-
tem tradunt Berons *conſ* 10.*lib.*2. Gozadinus *conſ.*13.
*n.*13.Pariſius *vbi ſuprà*, Menochius *d.præſ.*54.*n n.*38.
1506. & alij Doctores *ſuprà n.*1490.allegati † Et hæc con-
iectura procedit etiam quoad filios illegitimos, qui
rectè probantur , ſeu præſumuntur eſſe filios alicu-
ius,ſi ab eo vt tales habiti, educati , & tractati fue-
rint,vt Paleothus *cap.*26.*n.*3.Vaſquius *vbi ſuprà*, Pe-
tra *de fideicom d.q* 11 *n.*322. Mohedanus, Creſcentius
locis *ſuprà n* 1476. relatis. Rota citatis deciſionibus
1.*p in nouiſſimis*,& allegatis deciſ.poſt *lib.*1. *&* 2.*con-
ſil crim.Farinacij.* Menochius *d præſumpt* 54. *n.*39. *&
eodem lib.*6. *præſumpt.*53.*n.*21. *cum ſeqq. & de arbitr.d.
caſu.*89.*n.*69.*cum ſeqq.*Maſcardus *d.concl.*789. & Ste-
phanus Gratianus *tom.*4.*cap.*562. *per totum.*† Et Ma- 1507.
ſcard. *d.concl.*789.*n.*38.enumerat poſt alios vndecim
actus inducentes tractatum , ſeu quibus quis dicitur
habitus,& tractatus vt filius,nempe primò ſi tempo-
re natiuitatis eius , qui dicitur filius , fuerit factum
gaudium , & lætitia in domo vti de filio ſibi nato.
Secundò ex lactatione. Tertiò mittendo eum ad
ſcholas. Quartò faciendo ei veſtimenta differentia
ab aliis. Quintò emancipare illum. Sextò ex datio-
ne tutoris.Septimò legitimare vt filium. Octauò le-
gare, vel exhæredare. Nonò vbi filius eodem nomi-
ne vocatus, quo is, qui dicitur pater , denominatur.
Decimò ex educatione,& alimentis,Vndecimò ſcri-
bere eum in libro natalium filiorum. Quibus addi-
tur duodecimus à Petra *n.* 419. & eſt poſitus *ſuprà
n.*1501.nempe ſi is , qui dicitur pater , fecit puerum
baptizari,& eo magis ſi ipſe etiam requiſiuit compa-
trem , & commatrem , cùm actus tranſmittendi ad
Baptiſmum, ſeu curare , vt puer ſacro fonte leuetur,
propriè ad parentem ſpectet , cùm filius eſt infans;
ſuſtinetur enim profeſſio illa in fide parentum, ma-
ximè quando compatres filios baptizandos offe-
runt de voluntate , & conſenſu parentum , vt poſt
Nattam *conſil* 434.*n.*11. & Surdum *conſ.*1.*n.*44.Rota
*d.deciſ.*332.*n.*4. & Stephanus Gratianus *d.*562.*n.*67.
Alios etiam actus enumerat Rota *d deciſ.*238. *part* 1.
*in nouiſſimis, & d deciſ.*279. *& deciſ. allegata* 332. *poſt
lib.*2.*conſil.crim Farinacij.*

Extenditur autem hæc coniectura oriens ex edu- 1508.
catione , & tractatu parentis , vt habeat locum non
ſolùm contra parentes ipſos , ſed etiam contra eo-
rum hæredes , & ſucceſſores etiam ſingulares ha-
bentes cauſam ab ipſo parente defuncto , vt poſt
alios Stephanus Gratianus *d.cap.*653. *n.*72. † Cùm 1509.
ſucceſſores non debeant eſſe melioris conditionis,
quàm ipſorum auctor,*l finali* §.1. *ff. ad Vellei.* & poſt
Caſtrenſem,& Decium Gratianus *d.cap* 653.*n.*61.

Extenditur quoque vt habeat locum non ſolùm 1510.
ſi ageretur in iudicio poſſeſſorio , ſed etiam in peti-
torio, quoad principalem hæreditatem conſequen-
dam , cùm educatio , & tractatus ſufficiant ad pro-
bandam filiationem,& legitimitatem,inducendam-
que eius quaſi poſſeſſionem , (transferendo in ad-
uerſarium onus probandi contrarium ,) non ſolùm
in poſſeſſorio,verùm etiam in petitorio,vt latè *ſuprà
n.*1424.*& ſeqq.* oſtenſum eſt ; & tradunt Doctores
Gallus, Vaſquius, Paleothus , Menochius , Gratia-
nus, & alij tum antiquiores, tum iuniores *ibidem* al-
legati ; & idem Menochius etiam *lib.*6.*præſumpt.*53.
*n.*22. & dictus Gratianus quoque *d.cap.*653.*n.*74. &
alij per eoſdem Menochium , & Gratianum *ibidem*
allegati ; & alij,quos allegat, & ſequitur Maſcardus
*d concl.*798.*n.*9. Quamuis addat Menochius *d. n.*22.
hãc coniecturam,ſeu præſumptionem in iudicio pe-
titorio non operari totius cauſæ deciſionem , ſed vt
conſtituatur filius in quaſi poſſeſſione filiationis ad
id allegans Alexandrum *conſ.*51.*n.*2.*lib.*... Pariſium *d.
conſ.*10.*n.*16.*&* 70.*lib.*2. & Pontanum *in tract.de ali-
mentis cap.*3.*n.*3.*fine.*

Extenditur inſuper , vt habeat locum contra eos, 1511.
qui tractatui à parentibus facto conſenſerunt , puta
contra patrem , aut fratres illius , qui dicitur pater
alicuius maſculi, vel fœminæ, & tractauit tanquam

legitimam prolem educando in domo, veſtiendo, ad ſcholas mittendo, nullam faciens differentiam inter hunc filium, vel filiam, & inter alios legitimos filios, vel filias, & ſi ipſi patres, vel fratres approbarunt, & ſic tractatum habuerunt tanquam filium ſic tractantis, & vti illius filium nominarunt, & ſuis actibus tractarunt; maximè ſi dum pater collocabat filiam in matrimonium tanquam filiam, & legitimam, contractui interuenerunt pro dote à patre puellæ conſtituta ſoluenda, fideiuſſerunt, his & ſimilibus actibus agnoſcentes eam tanquam neptem. ita in terminis Stephanus Gratianus *tom 4. d. cap. 653. n. 70. & tom. 2. cap.* 267. *n.* 19. & priùs tradiderunt Paleothus, & Menochius cum aliis, locis mox allegandis.

1512. Quare extenditur vlteriùs, vt habeat locum contra illos, qui marito, ſeu patre iam vitâ functo, tractarunt natum tanquam defuncti filium; nam ex hoc tractatu contra ſic tractantes filium conſtitui in quaſi poſſeſſione filiationis, tradunt Paleothus *d. cap.* 22. *n.* 9. Menochius *d. caſu* 89. *n* 72. *& lib.* 6. *præſ.* 53. *n.* 23. *&* 24. Stephanus Gratianus *d. cap.* 562. *n.* 79. *& d. cap.* 267. *n.* 18. nec prorſus diſſentit Maſcardus *d. concl.* 789. *n.* 21. idem priùs docuerunt Angelus in *l. liberorum, in principio. ff. de iis qui not. infam.* Alex. *conſ.* 181. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 7. Pariſius *d. conſ.* 10. *n.* 97. *lib.* 1. Natta *conſ.* 59. *n.* 15. Burſatus *conſ.* 89. *n.* 9. quos referunt partim Paleothus, & Maſcardus, & cumulat Menochius *d. n.* 23. vbi addit Marcabrunum *conſ.* 13. *n.* 95. & Petram *de fideicom. d. q.* 11. *n.* 299. licèt *n.* 318. parum ſibi conſtans videatur tenere contrarium, dum dicit, quòd quis poſt mortem eius patris tractari non poſſit vt filius illius patris, cuius dictum optimè impugnat Menochius *d. præſumpt.* 53. *n.* 24. rectè aiens poſt mortem patris ceſſare quidem relationem filiationis, & ita quoad hoc non poſſe tunc propriè dici filium; cum hoc tamen ſtare, vt filius infans illius defuncti, qui viuens dicebatur pater, relictus à defuncti fratribus habitus, & tractatus ſit, ſeu habeatur, & tractetur vt filius eorum defuncti fratris, nempe eum educando ex bonis fratris, & faciendo alios actus conuenientes nepoti ex fratre; & hoc caſu verè dicitur tractatus vt filius illius de-

1513. functi. † Et per talem tractatum contra tractantes conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis illius defuncti, ſeu in quaſi poſſeſſione fraternitatis, & conſanguinitatis, vt dixit Alexander *d. conſ.* 181. *n.* 8. & approbat illum referens Menochius *d. n* 24. vbi ait etiam Caſtrenſem *conſ.* 151. *col.* 2 *verſic. videtur, lib.* 1. ſenſiſſe per ſimilem tractatum conſtitui quaſi poſſeſſionem fraternitatis & conſanguinitatis, licèt paulò pòſt *verſic. & iſtud tractare*, dicat tractatum potius inter patrem, & filium, quàm inter fratres, quod Caſtrenſis dictum reprobat idem Menochius *ibidem*, ſiquidem euenire (inquit) poteſt, & quotidie ſolet, vt fratres pertractent infantem à patre prædefuncto vt filium relictum pro fratre, eum ex bonis paternis, & communibus alendo, & educando, vel ſi maior eſt ætate, quòd patiantur eum poſſidere bona paterna pro eius contingenti portione. Quamuis tractatum poſſe probare fraternitatem, & conſanguinitatem, ſeu quaſi poſſeſſionem fraternitatis conſtituere negent Maſcardus *d. concl.* 789. *n.* 16. Anguſtinus Barboſa *collectaneo ad cap. per tuas n.* 4. *fine, de probat.* Stephanus Gratianus non ſibi conſtans *tom.* 1. *cap.* 135. *n.* 45. nonnullos alios allegans, volentes tractatum habere locum ſolùm in patre, ſeu marito, filio, & vxore, non verò in fratre, moti præſertim dicto illo, ſeu auctoritate Caſtrenſis *d. conſ.* 151. ſed non videtur recedendum à ſententia Nattæ, Burſati, & Menochij *locis citatis*, expreſsè aſſerentium tractatum factum à fratribus, vel à proximis, & conſanguineis modo *ſuprà* explicato ſufficienter probare fraternitatem, conſanguinitatem, & proximitatem, eiuſque quaſi poſſeſſionem contra tractantes inducere, quam ſatis confirmat præcedens diſcurſus Me-

nochij. † Dixi autem per huiuſmodi tractatum, poſt 1514.
mortem mariti, ſeu patris ab aliis factum conſtitui filium in quaſi poſſeſſione filiationis, ſeu fraternitatis, aut alterius gradus proximitatis contra illos ſic tractantes, nam ſecus eſt contra alios, qui tali tractationi non conſenſerunt, neque eam comprobarunt, quibus non nocet, vt rectè Menochius *d. caſu* 89. *n.* 72. *& d. præſumpt.* 53. *n.* 25. *fine.* & hoc idem dixit Alexander *conſil.* 25. *n.* 12. *lib.* 4. & tenet etiam Gratianus *d. cap.* 267. *n.* 19. *& d. cap.* 562. *n.* 79. ad id allegans Pariſium, Burſatum, Nattam, & Marcabrunum locis *ſuprà* relatis. Rationem reddit Menochius *d. n.* 72. nempe, quia cùm ſit res inter alios acta, non debet alteri nocere, *l. certa, C. locati*, & aliis iuribus adductis per Gloſſam *in l.* 1. *v. conſtitutum. C. res inter alios acta*, & reportatis à Gratiano *d. n.* 79.

An verò educatio, & tractatio à patre, ſeu parentibus facta tanquam de filio, vel de filio legitimo conſtituat quaſi poſſeſſionem filiationis, & in poſſeſſorio, & petitorio, diſputatum eſt *ſuprà n.* 1424. *cum ſeqq. &* 1434.

Demum extenditur, vt habeat locum hæc præ- 1515.
ſumptio, ſeu coniectura, etiamſi adeſſet vnicus actus tractationis non momentaneus, ſed ſucceſſiuus, & diutinus concurrente aliquali nominatione. ita poſt nonnullos alios Paleothus *d. cap.* 22. *n.* 8. Petra *d. q.* 11. *n.* 415. & Menochius *d. caſu* 89. *n.* 74. *& dict. præſumpt.* 53. *n.* 28. *lib.* 6. & procedit huiuſmodi præſumptio, ſeu coniectura etiam quòd quis priùs fuiſſet tractatus vt non filius, & poſtea tractatus vt filius, Maſcardus *d. concl.* 789. *n.* 4. & Farinacius *d. n.* 46. *ampl.* 2. quia in fauorem filij attenditur ſecundus tractatus.

Aduertendum autem, quòd ſi conſtet filium præ- 1516.
ſertim domi natum ſemel à parentibus agnitum, habitum, & tractatum vti filium, & per huiuſmodi agnitionem, & tractationem conſtitutum in quaſi poſſeſſione filiationis, tali poſſeſſioni nullo modo nocere, ſi poſtea parentes eum inuitum reſpuerent, & nollent tanquam filium agnoſcere; iſtum enim ſecundum tractatum non poſſe abolere effectum ex primo ſecutum eodem filio inuito, poſt alios tradunt Paleothus *de nothis cap.* 25. *n* 5. Menochius *de arbitr. d. caſu* 89 *n.* 75. *& d. præſumpt.* 53. *n.* 26. *&* 27. & Maſcardus *d. concl.* 789. *n.* 6. & conuincit ratio, ſcilicet, quia ius filio quæſitum ſine eius facto, & conſenſu tolli à patre non poteſt, *l. id quod noſtrum. ff. de reg.*

iur. † Quare quoque etſi poſtquam pater tractauit 1517.
filium, vt filium, poſtea aſſereret etiam iuramento eum non eſſe ſuum filium, hæc etiam negatio patris non noceret filio, ſeu eius quaſi poſſeſſioni filiationis, in qua per tractatum primum conſtitutus eſt. ita Abbas *in cap. per tuas n.* 4. *de probat. ibidem* Felinus *n.* 14. Paleothus *d. cap.* 25. *d. n.* 8. Menochius *d. præſ.* 53. *n.* 29. & Maſcard. *d. concl.* 789. *n.* 2. ac Farin. *d. n.* 46. *ampl.* 1. & præter allatam rationem confirmatur ex dictis *ſuprà n.* 1499. ſcilicet, quòd nominatio, & confeſſio filij, vt filij ſemel facta per parentes non poteſt poſtea infirmari eorum ſubſequenti negatione: at efficacior, & potentior eſt præſumptio filiationis, quæ prouenit ex tractatu, quàm illa quæ ſumitur ex ſimplici nominatione, vt Baldus *in l. non ignorant n.* 14. *C. qui accuſare non poſſunt*, & poſt alios Petra *d. q.* 11. *n.* 412. Maſcardus *d. n.* 2. Menochius *d. n.* 29. & Paleo-

thus *d. cap.* 25. *d. n.* 8. † Vbi propterea quòd ſi quis 1518.
aliquem

aliquem vt filium enutriat, atque in eum omne pa-
terni officij genus conferat, alius verò illum filium
appellet tantùm, & dicat ex ſe genitum, educatio-
nem hanc, & tractationem vti veræ pietati erga li-
beros magis conſentaneam præponendam eſſe ſim-
plici filij appellationi, quod idem docuit Rota *de-*
1519. *ciſ.*238.*n.*2*2.p.*1. *in nouiſſimis.* † Quòd ſi idem filius
ſemel, & aliquando à patre tanquam filius habitus,
& tractatus, & poſtea reiectus poſt huiuſmodi ceſſa-
tionem tractatus conſenſiſſet, & confeſſus eſſet, ſe
non eſſe filium, vel ſe contuliſſet, ſeu conferret in
alterius domum, & curam, ibique ab alio tanquam
patre tractatus fuiſſet, ſeu tractaretur, & haberetur
vt eius filius: tunc prima illa quaſi poſſeſſio, in qua
per primum tractatum fuerat conſtitutus, extingue-
retur, & ex poſteriori tractatu ab eodem filio ap-
probato inſurgeret noua quaſi poſſeſſio, neque con-
tra eum, qui primò illam habuit vt filium, agere tan-
quam filius poſſet, cùm ipſe poſteriori tractatui
ſpontè conſentiendo, aut conſentiendo reiectioni
per ſecundum tractatum renunciaſſe videatur iuri
ſibi priùs acquiſito, & omnia anteriora geſta im-
probaſſe. ita Felinus *vbi ſuprà*, Ruinus *conſ.*52. *n.*9.
*vol.*5. Paleothus *d.cap.*25. *n.*7. Menochius *d. caſu* 89.
*n.*72. *& d.præſumpt.*53. *num.*36. Maſcardus *d. concl.*89.
1520. *n.*3. *&* 6. Farinacius *d.n.*46. & alij apud eoſdem. † Ad-
dit idem Paleothus *d.cap.*25. *n.*8. *fine*, hanc præſum-
ptionem ex educatione, tractatu, & nominatione
orientem elidi, quoties cum validiori concurrit, puta
quòd quis domi ex vxore natus ſit, tamen idem ab
alio educatus. nam natalium cauſa (inquit) proprieta-
tem reſpicit; educatio verò, aut nominatio poſſeſſio-
nem, iuxta *d. ſuprà n.*1443. & tradita à Decio *cap. per*
*tuas n.*4. *de probat.* Certum autem eſt proprietatem
pluris æſtimandam eſſe, quàm poſſeſſionem, *cap. cùm*
dilectus, *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Sed qua ratione
præſumptio illa proueniens ex cauſa natalium aliis
coniecturis educationis, tractatus, nominationis, &
ſimilibus ſimul iunctis tolli poſſit, *ſuprà à n.*1476. *ad*
1521. 1478. ſatis explicatum eſt. † Rectè autem idem Paleo-
thus *d.c.*25. *fine*, aduertit prædicta omnia quibus in-
ducitur, ſeu qui conſtituitur in quaſi poſſeſſione filia-
tionis, & legitimitatis, ſicut & in cæteris rebus eue-
nit, ſufficienter probari per duos teſtes; nam ſi quæ-
libet alia, multò magis cauſa filiorum duorum teſti-
monio optimè poteſt defendi, Caſtrus *in l. errorem. C.*
de teſtibus & Decius *conſ.*172. ab eodem Paleotho re-
lati. Et hæc quoad hanc quartam coniecturam, plura
qui deſiderat, recurrat ad præallegatos Doctores,
præſertim Menochium, & Maſcardum locis *ſuprà*
relatis.

Quinta coniectura, qua probatur quis filius, vel legitimus, ſeu conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis & legitimitatis, eſt publica vox, & communis reputatio populi, ſeu viciniæ.

1522. QVinta coniectura probans aliquem eſſe alicu-
ius tam filium ſimpliciter, quàm filium legiti-
mum, ſeu filiationis, & legitimitatis quaſi poſſeſſio-
nem inducens, eſt publica vox, & fama, ſeu commu-
nis opinio, & reputatio populi, vel viciniæ. ita Rui-
nus *conſ.*51. *col.*9. *conſ.*53. *& conſ.*149. *n.*42. *lib.*5. Puteus
*deciſ.*169. *&* 506. *lib.*2. Rota *deciſ.*238. *n.*21. *p.*1. *in no-*
uiſſim. Paleothus *de nothis cap.*23. *n.*2. *&* 3. Vaſquius
*qq. illuſtr. cap.*85. *n.*20. Menochius *de arbitr. caſu* 89. *à*
*n.*86 *ad* 98 *& præſumpt. lib.*6. *præſumpt.*53. *n.*43. *& præ-*
*ſumpt.*54. *n.*40. Maſcardus *concl.*791. *n.*1. *& ſeqq.* Au-
guſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. tranſmiſſæ n.*2.
qui filij ſint legitimi. Farinacius *in repert. indic. quæſt.*43.
*n.*38. & communiter alij Iuriſperiti à Paleotho, Me-
nochio, Maſcardo, & Barboſa allegati; fama enim
verſatur circa res veras, vel veritati proximas, Bal-
dus *in l. filium, ff. de iis qui ſui, col.*2. Paleothus, Ma-
ſcardus *vbi ſupra*, & Menochius *d caſu* 89. *n.*87. & fa-
ma viciniæ in obſcuris, & in his, quæ ſunt difficilis
probationis, (vt eſt filiatio, iuxta *ſuprà* dicta *n.*1440.)
plurimum valet, & magnam facit coniecturam, *cap.*
illud, de præſumpt. Confirmatur, quia in omnibus ne-
gotiis plurimum valet communis fama, magnaque
eſt illius via, & autoritas ad aliquid probandum,
iuxta textum *in l.*3. *§. eiuſdem, ibi, conſentiens fama con-*
firmat. ff. de teſtibus. Caſtrenſis *l. optimam. C. de contra-*
henda, & commit. ſtipulat. Bartolus *in l. cùm ſcimus. Cod.*
de agricolis & cenſitis, & communiter Doctores in
communi agentes de vi communis famæ. Menoch.
*lib.*1. *præſumpt.*89. *n.*28. *cum ſeqq* Maſcardus *concl.*713.
Duennas *reg.*299. Garcias *reg.*187. Fuluius Pac. *lib. de*
*probat. lib.*11. *cap.*49.

Et quamuis plures dixerint famam ſolam ſine 1523.
aliis adminiculis, puta parentum cohabitatione, aut
tractatus, aut nominatione non probare filiatio-
nem, aut legitimitatem niſi ad ſummum aliquali-
ter, & ſemiplenè, ſed non plenè, ac proinde neque ad
effectum ſuccedendi conſtituere in quaſi poſſeſſio-
ne filiationis, aut filiationis legitimæ, quæ requirit
plenam probationem, vt Salicetus *in l.*1. *ff. de teſtibus.*
Abbas *in cap. tranſmiſſæ, qui filij ſint leg.* Decius *in cap.*
*per tuas, de probat. n.*8. Iaſon *in l. neque poſſeſſio, C. de te-*
ſtamentis, Alexander *conſ.*25. *vol.*4. Couarruuias *de*
*ſponſ. p.*2. *cap.*8. *§.*3. *n.*9. & nonnulli alij, quos Maſcar-
dus *d. concl.*791. *n.*5. & Menochius *d. caſu* 89. *n.*89. re-
ferunt, eo quia fama plerunque certo careat autho-
re & ſæpiſſimè vana ſit.

Nihilominus, ſi agatur de probanda filiatione, & 1524.
legitimitate in antiquis, ſeu antiquata, vt quaſi me-
moria haberi non poſſit, per ſolam publicam, &
communem famam, ſeu reputationem populi, aut
vicinorum ad effectum ſucceſſionis quem plenè
probari alicuius filium tam legitimum, quàm illegi-
timum videtur indubitatum, & tradunt præter Pu-
teum *d deciſ.*506. Paleothum, Menochium, & Vaſ-
quium, Salicetus *d. l.*1. *in principio, in* 3. *col de teſtibus*,
Ruinus *conſ.*51. *n.*4 *vol.*5. Alexander *conſil.*25. *n* 9. *vol.*
4 Couarruuias *d. §.*3. *n.*9. *verſic. in antiquis tamen.* Ma-
ſcardus *d concl.*791. *n.*9. Farinacius *d.n.*38. & plures
alij per eundem Maſcardum allegati; ſi enim filius
à parentibus defunctis relictus ſit infans, & longè
poſt parentum obitum moueatur quæſtio ſtatus, fi-
liatio plerumque aliter probari non poteſt, (vt in-
quit Vaſquius *d.n.*20. *verſic. denique*,) quàm per com-
munem famam, aut vicinorum, & coniunctorum re-
putationem, per quam etiam ſolere probari, teſte
experientia, dicit Vaſquius. † Antiquum autem tem- 1525.
pus in propoſito diceretur non ſolùm centum an-
norum, ſed etiam annorũ ſexaginta, vt Puteus *d. dec.*
506 Alba *conſ.*83. *n.*14. & Maſcard. *d.n.*9 *fine*, eo quòd
ſufficiat eſſe in tempore, in quo cum difficultate
memoria haberi poſſit, vt Puteus *d. deciſ.*506. † Vbi 1526.
verò tractaretur de filiatione de recenti communem
vocem, & famam ſine aliis adminiculis non proba-
re filiationem etiam ad effectum ſolum ſuccedendi
in bonis patris, vltra Doctores *n.*1223. relatos tenet
etiam Puteus *d. deciſ.*506. Secùs autem ſi cum fama
concurrerent alia adminicula, vt tractatus parentum;
nam tunc famam cum talibus adminiculis ad effe-
ctum ſucceſſionis probare filium eſſe legitimum,
tradunt alios allegantes, Puteus *d. deciſ.*169. *lib.*2. &
Couarruuias *d.n.*9.

Verùm

Google

1527. Verùm abſolutè, & ſic etiamſi non eſſemus in antiquis, ſed tractaretur de filiatione de recenti communem famam, ſeu opinionem, & reputationem populi, ſeu vicinorum, & coniunctorum ſufficienter, & ſola probare filiationem tam legitimam, quàm illegitimam, in eiuſque quaſi poſſeſſione conſtituere, mordicus tenent Paleothus *d. cap. 23. n. 2. & 3.* Vaſquius *d. n. 20.* & Menochius *locis citatis*, præſertim *d. caſu 89. n. 91.* & docuit Butrius *in cap. tranſmiſſa in 3. notab. n. 4. qui filij ſint leg.* vbi ait, quem ſufficienter probari alicuius filium, & legitimum, ſi probetur, quòd pro tali habebatur, & exiſtimabatur ab omnibus vicinis, & cognoſcentibus eum; & hoc idem aſſerit Marſcardus *d. concl. 791. n. 16.* ſi communis opinio, ſeu reputatio ſit non partis populi, vel aliquorum vincinorum, ſed omnium. & horum Doctorum ſententiam ſuadent rationes *ſuprà n. 1222.* adductæ. nec fama eſt vox vana, cùm verſamur in obſcuris, & coniecturis, res eſt definienda, iuxta *d. cap. illud, de præſumpt. & l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari. & l. cùm de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtr.* & vocem populi eſſe vocem Dei dici ſoleat. Et communem opinionem plenè probare in his, quæ ſunt difficilis probationis, tradit etiam Decius *in cap. 1. n. 13. ff. de appellat.* & vbi quis in alicuius conditionis quaſi poſſeſſione conſtitutus eſt per famam, ab onere probandi eum eſſe iam liberatum, dixit Bartolus *in l. de minore §. ſi plurimum. ff. de quæſt.* & plura alia ad huius rei confirmationem adducunt Paleothus *d. cap. 23. n. 3. & 4.* & Menochius *d. caſu 89. n. 92. cum tri-*
1528. *bus ſeqq.* † Quare licèt in iudiciis hæc praxis (vt poſt Bartolum *in l. 1. C. quor. bon.* Alexandrum *conſ. 51. vol. 1.* Abbatem *in d. cap. tranſmiſſa, in fine, qui filij ſint leg.* & alios, tradunt Paleothus *d. cap. 23. in fine*, & Menochius *d. caſu 89. n. 96.*) obſeruari ſoleat, vt omnes enumeratæ coniecturæ deducantur, nempe primò eum, de cuius filiationis, & legitimitatis probatione agitur, natum eſſe domi ex viro, & vxore ſimul commorantibus, vicinis ſcientibus; ſecundò à patre, ſeu parentibus dilectum, habitum, & tractatum vt filium. Tertiò ab eodem patre, ſeu parentibus ſic nominatum, & appellatum. Quartò vt illius filium ab omnibus publicè, & communi fama, & voce habitum: nihilominus neceſſe non eſt omnia prædicta ita coniunctim probare, ſed ſufficit eorum aliquot probare, & iudici conſtare, vt poſt Alexandrum *d. conſ. 51.* Decium *conſ. 54. fine*, Pariſium *conſ. 10. n. 72. lib. 2.* notarunt iidem Paleothus, & Menochius *locis citatis*, & idem tradit Farinac. *in repert. iudic. q. 43 n. 6. ampl. 4.* Verum quidem eſt, quòd quamuis ſingula prædicta ſufficiant ad inducendam, & conſtituendam quaſi poſſeſſionem filiationis, & legitimitatis, attamen quando duæ, vel plures, vel omnes ſimul concurrunt, efficacior illa quaſi poſſeſſio, & præſumptio filiationis, & legitimitatis redditur, vt poſt alios Menochius *de præſumpt. lib. 6. allegata præſumpt.*
1529. *54. n. 45.* † Quomodo autem, quáve ratione deponere debeant teſtes, qui inducuntur ad eam probandam, videri poteſt apud Maſcardum *d. concl. 791. n. 16. ad finem.*

1530. Cæterùm hanc coniecturam ſumptam ex publica fama non procedere, nihilque famam probare, quando contra eandem communem famam ſtaret aſſertio, & nominatio, ſeu negatio eorum, qui pater, & mater creduntur prædicti filij, eo quòd tunc hæc aſſertio, ſeu negatio præualeat illi famæ, poſt alios aduertunt Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 53. n. 44.* & Maſcardus *dicta concl. 791. n. 13.* qui eadem concluſione ponit nonnullas alias limitationes, & declarationes huius coniecturæ, quæ vel ſunt in præcedentibus explicatæ, vel ſunt ſuperfluæ, ad remve non faciunt.

Sexta coniectura, ex qua filiatio, & legitimitas præſumitur.

VLtra prædictas autem coniecturas aliæ duæ enumerantur. igitur
Sexta coniectura, qua probatur filiatio, & eius 1531.
quaſi poſſeſſio inducitur, eſt ſententia iudicis inter patrem, & filium lata principaliter ſuper cauſa filiationis, per quam etiam quoad alios probari filiationem, & legitimitatem tradidere poſt Bartolum *in l. 1. § planè. ff. de liberis agnoſcen.* Petra *de fideicom. d. q. 11. n. 456.* & alios etiam allegantes, Maſcardus *concl. 794. n. 1.* & Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 53. n. 48.* vbi *verſic. cæterùm*, dicit admittendam, & probandam traditionem Bartoli ab aliis, & ab eodem Menochio *ibidem* relatis receptam, ſcilicet, ſententiam inter patrem, & filium ſuper filiatione latam facere plenum ius, atque ita præiudicare aliis filiis, agnatis, & ſimilibus. Quamuis ſententiam legitimationis inter patrem, & filium latam præiudicare tantummodo patri, non autem aliis, dicat Maſcardus *n. 2.* limitans principalem concluſionem adductus auctoritate Innocentij *in cap. cauſam 1. qui filij ſint leg.* & Iaſon *conſ. 116. col. 2. verſic. tertiò adhuc, vol. 1.* Verùm ſicut filiationem, ita etiam legitimitatem quoad alios plenè probari per ſententiam ſuper ea principaliter latam, dicendum videtur, cùm nulla appareat maior ratio ſimplicis filiationis, quàm filiationis legitimæ; & Bartolus, ac cæteri Doctores indiſtinctè loquuntur. Dixi *lata principaliter*; nam ſecus eſt ſi fuerit pronunciata in iudicio aliquo poſſeſſorio, vel præſtationis alimentorum, & ſimili. nam tunc ſententia hæc non facit ius in cauſa principali ipſius filiationis, ſed ſolùm quoad caſum illum. ita alios allegantes Maſcardus *d. concl. 794. n. 3.* & Menochius
d. præſump. 53. n. 49. † Qui etiam *præſumpt. 54. ſequenti* 1532.
n. 43. & 44. ait legitimitatis quaſi poſſeſſionem induci, & conſtitui per ſententiam iudicis latam in poſſeſſorio, qua filius tanquam legitimus miſſus eſt in poſſeſſionem bonorum patris: addit tamen cum Natta *conſ. 473. n. 9. & 10.* hanc quaſi poſſeſſionem operari tantùm quale quale præiudicium contra aduerſarium in iudicio petitorio, non verò operari plenam, & efficacem præſumptionem pro eo, qui in poſſeſſionem miſſus eſt.

Septima coniectura ad filiationem probandam.

SEptima, & vltima coniectura deſumitur ex ſi- 1533.
militudine, & effigie, ita vt quis illius filius præſumi debeat in dubio, cuius ſimilitudinem, & effigiem habet. hanc enim ſimilitudinem, non leuem filiationis præſumptionem facere, dixerunt Iacobus Beluiſius *in l. 1. C. quor. bonor.* (vt refert Bartolus loco *ſuprà n. 1466.*) & in ſua diſputatione incipiente, *Berta contraxit matrimonium.* Decius *conſ. 1. n. 117. lib. 3.* Mohedanus *deciſ. 1. & 2. qui filij ſint leg.* (vbi ait ſimilitudinem eſſe argumentum naturæ, & fortiſſimum,) Stephanus Gratianus *tom. 3. c. 567. n. 55. & 66.* & plures alij, quos Tiraquellus *ad l. 7. connub. gloſ. 1. p. 7. n. 52.* Maſcardus *concl. 792. n. 1.* & Menochius *de arbitr. d. caſu 89. n. 77. & d. præſ. 53. n. 45. lib. 6.* referunt, ea moti ratione, quòd ſimilitudo hæc origini, & contextui ſanguinis reſpondeat, naturæque conſentanea ſit; vnde videmus læſos ex læſis gigni, claudos ex claudis, cæcos ex cæcis, immo & ſimiles ſæpenumero

numero in re, quæ præter naturam comiterur, & ſigna habentes ſibi cognata hæreditaria, vt verrucas, aut næuos, & cicatrices, vel quid ſimile eiuſdem generis, & fœminas magna ex parte matri ſimiles, mares autem patri; licèt etiam contrarium contingat, vt fœminæ patri, mares verò matri ſimiles generentur; & aliquando alia parte corporis ſimiles ſint patri, alia matri, vt Ariſtoteles *de natura animal. lib. 7. cap. 6.* & ſimilitudinem, & diſſimilitudinem ad parentes à ſemine, & illius in fœtus procreatione dominio gigni ſcripſit Galenus *lib. 2. de ſemine cap. 1. & lib. 2. cap. 2.* & alij, quos Gratianus *d. cap. 567. n. 64.* refert. Vnde Ioann. Argentarus *in Galen. art. med. comm. 2. cap. de temperatur. teſt.* dicit quòd filij patri ſimiles eſſe debent, cùm ipſe det ſemen, in quo eſt forma illius, & omnium partium figura, magnitudo, numerus, ſitus, connexio, & ad efformandas ſimilitudines animi, & corporis naturam, & vim ſeminis plurimum valere docuit etiam Phauorinus *in noctibus Attic.* Gell. *lib. 12. cap. 1.* quæ omnia confirmantur argumento ſumpto ex animalibus, & plantis ſibi ſimilia gignentibus. Cùm igitur naturale, & ordinarium ſit, vt homines lege genitali ſimiles ſaltem in aliquo genitoribus procreentur, ſimilitudo non leue argumentum filiationis faciet.

1534. Verùm communis, & vera ſententia eſt, huiuſmodi ſimilitudinem, ſeu effigiem per ſe ſumptam, & ſolam parum prodeſſe ad probandam filiationem. ita Bartolus *in l. Gallus num. 13. ff. de liber. & poſthum.* & Iaſon *ibidem n. 67. 2. lect.* Pontanus *in tract. de aliment. cap. 3. n. 21.* Maſcardus *d. concl. 792. n. 7. & ſeqq.* Menochius *d. caſu 89. n. 98. & ſeqq. & d. præſumpt. 53. n. 47.* Farinac. *in repert. iud. q. 43. n. 43.* & alij innumeri Iuriſperiti, quos iidem Maſcardus, & Menochius cumulant. Et huius ſententiæ fundamentum, ſeu ratio eſt, quia iſta ſimilitudo, (vt *ſuprà n. 1440.* dictum eſt,) non prouenit ex alio, quàm ex mulieris cogitatione, & imaginatione tempore conceptionis, per quam contingit partum alteri aſſimilari, & ſic per accidens, vt poſt Gloſſam *in l. quæret aliquis. ff. de verb. ſignif. & in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu hominum,* & alios tradunt Maſcardus, & Menochius, & etiam Mohedanus *d. deciſ. 2.* & Stephanus Gratian. *d. c. 567. n. 32.* & ſcripſit latè Plinius *lib. 7. naturalis Hiſt. c. 11.* Vnde mulieres aliquando filios pariunt nulli ſimiles, nec patri, nec matri: aliquando patri tantùm, aliquando matri: & latè, & eruditè exempla à diuerſis ſcriptoribus deſumpta proponentes proſequuntur Tiraquellus *d. n. 52.* Menochius *d. caſu 89. ad num. 99.* & Stephanus Gratianus *d. cap. 567. à num. 33. ad finem,* & ſcripſit primò Plinius *dict. cap. 11.* vbi propterea aſſerit huic ſimilitudini non eſſe fidendum, dicens ſimiles alios auo mulieres parere; & ex geminis quoque alterum patri, alterum matri, quoſdam ſibi ſimiles ſemper parere, quoſdam viro, quoſdam nulli, quoſdam fœminam patri, marem ſibi. cuius rei rationes has (vt etiam Maſcardus, & Menochius *vbi ſuprà*, ac Gratianus *d. cap. 567. num. 38.* notarunt,) affert; ſcilicet, quòd ſimilitudo eſt reputatio in mente retenta, in qua creduntur multa fortuita pollere viſus, auditus, & memoria, hauſtæque imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam vtriuſlibet animum ſubitò tranſuolans effingere ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimatur; ideóque plures in homine, quàm in cæteris omnibus animantibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animíque celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit, cùm cæteri animantes immobiles ſint animi & ſimiles omnibus, ſin-
1535. gulique in ſuo cuique genere. ita Plinius. † Quare cùm ſimilitudo ſit ita fallax, ex ea deſumi non poteſt verè probari filiationem. Quia tamen eſt ſatis conueniens naturæ, & plerumque vi ſeminis filij quoad corporis effigiem generantur ſimiles parentibus, dicendum eſt eandem ſimilitudinem inducere aliqualem ſuſpicionem, vt poſt Alciatum *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 37. fine*, tradidere Menochius *d. caſu 89. fine.* & Maſcardus *d. concluſ. 792.* ac Farinacius *d. num. 43.* † Quin immò cum alijs coniecturis 1536.
ſuprà narratis valdè adminiculari, & multùm facere ad probandam filiationem, tradunt Mohedanus *d. deciſ. 1. & 2. tit. qui filij ſint legitimi*, & alios allegans Stephanus Gratianus *d. cap. 567. num. 30.* Quamuis quam efficaciam hæc coniectura ſimilitudinis ad probandum, ſeu coadiuuandum in cauſa filiationis verius videatur relinqui prudentis iudicis arbitrio, vt Alciatus *vbi ſuprà*, Menochius *d. caſu 89. fine*, & Marzar. *conſil. 45.* relatus à Gratiano *d. cap. 567. num. 66.* Et hæc de coniecturis inducentibus quaſi poſſeſſionem filiationis legitimæ, vel filiationis ſimplicis. proſequamur alia ad hunc §. 43. ſpectantia.

SVMMARIVM.

1537 *In dubio filium illegitimum præſumi potius ſpurium, quàm naturalem affirmant aliqui.*

1538 *Alij è contra arbitrantur indiſtinctè cenſendum potius naturalem, quàm ſpurium.*

1539 *Alij putant præſumi naturalem ſi ſit Reus, & conuenitur, ſpurium verò ſi ſit actor, & 1540. & 1541.*

De iure Cæſareo ad hoc vt quis dicatur filius naturalis, & ſit ſucceſſionis capax requiritur, vt natus ſit ex concubinatu, ſeu concubina, in qua concurrant omnes conditiones ab eodem iure ciuili præſcripta, quæ ſunt multa d. n. 1537. & 1542.

Quare ſecundum rigorem iuris ciuilis, & antiqui nulli ſunt hodie naturales verè, & propriè, eod. num. 1542.

De iure Canonico, & ex conſuetudine apud omnes Chriſtianos in vtroque foro Eccleſiaſtico, & ciuili recepta, dicuntur, & ſunt naturales, & capaces paternæ ſucceſſionis à iure ciuili naturalibus filijs conceſſa, omnes qui procreantur ex ſoluto, & ſoluta, inter quos tempore conceptionis, aut natiuitatis talium filiorum poſſet eſſe legitimum matrimonium, ibid. ad 1546.

1543 *Grauius peccatum eſt publicus concubinatus cum fœmina inſtar vxoris domi retenta, quàm fortuitus coitus cum ſoluta, quæ domi non tenetur, & ſic natus ex concubina dicitur magis deteſtabilis, quàm natus ex ea ad quam eſt furtiuus acceſſus.*

1545 *Vnde magis fauendum natis ex coitu abſque concubinatu, quàm natis ex concubina, quamuis contrarium ſentiat Vaſquius quoad ſucceſſionem in bonis paternis.*

Legitimatio obtenta à Principe non dicitur ſubreptitia ſi legitimandus ſit dictus naturalis licèt non explicatum, quod non fuerit ex concubinatu, dict. num. 1543.

1546 *Spurij ſunt omnes procreati ex his inter quos tempore conceptionis, aut natiuitatis non poterat eſſe matrimonium, & ex quocunque coitu damnato, ſeu aliqua lege punibili, vt ex adulterio, inceſtu, ſtupro, & 1547.*

1548 *Stuprum cum vidua plebeia, & vili non eſt lege ciuili punibile.*

1549 *Si tyrannus per vim cognoſcat carnaliter mulierem,*

filius

filius inde natus non eſt ſpurius.

1550 *Reijcitur ſententia Doctorum aſſerentium etiam hodie naturales propriè, & capaces ſucceſſionis paternæ non eſſe filios natos ex ſoluto, & ſoluta non in figura concubinatus retenta, etſi tempore conceptionis, aut natiuitatis poterant contrahere.*

1551 *Filius illegitimus in dubio præſumitur naturalis, ſiue conueniatur, ſiue agat, ad 1555.*

1552 *Filius Sacerdotis non præſumitur procreatus in ſacerdotio, ſed per aduerſarium probari debet.*

1554 *Capax ſucceſſionis quilibet in dubio præſumitur, niſi ex aduerſo ſpecialiter probetur incapax.*

1556 *Filius illegitimus præſumitur naturalis, ſi pater in teſtamento eum naturalem appellauerit.*

1557 *Quando ignoratur cuius ex duobus parentibus illegitimus ſit filius, ſi reſpectu vnius eſt naturalis, reſpectu alterius eſt ſpurius, præſumi debet filius eius, reſpectu cuius eſt naturalis, ab eóque ali debet.*

1558 *Si reſpectu vtriuſque eſt ſpurius, vel naturalis, alij putant præſumi filium illius, reſpectu cuius concurrunt veriſimiliores coniecturæ; alij propter incertitudinem cenſeri neutrius filius, & ab hæreditate vtriuſque excludi, alij attendendum, quod eſt filio fauorabilius, & honorabilius, & 1559. & 1560.*

1561 *Verius eſt vtrumque de quo dubitatur, an ſit illius filius, teneri æqualiter alimenta tali filio præbere.*

1562 *Quid ſi prædicti patres ſint æquales in diuitijs, & nobilitate.*

1563 *Quid etiam ſi vnus parentum pro paupertate nihil præbere poſſit, an alter teneatur ad integra alimenta.*

1564 *Filios in hoſpitalibus expoſitos eſſe cenſendos illegitimos, præſertim quoad Ordines ſuſcipiendos, tenet vna ſententia, & aliquibus ſeqq.*

1568 *Si tamen iam ſunt ordinati, poſſant abſque diſpenſatione vti Ordine ſuſcepto, iuxta Doctores eiuſdem ſententiæ.*

Licèt aliqui dicant tutius eſſe obtinere diſpenſationem ſaltem ab Epiſcopo, ibid.

Epiſcopus non ſolùm poteſt cum expoſitis diſpenſare, vt adminiſtrent in Ordinibus ſuſceptis, ſed etiam vt poſſint Ordines ſuſcipere, ibid.

1569 *Verius eſt filios expoſitos cenſendos eſſe legitimos, & capaces ſucceſſionum, Ordinum, & dignitatum.*

1570 *Loquela populi, ſeu popularis ſermo non facit ius.*

1571 *Infantes expoſiti à iure cenſentur carere macula, & habentur tanquam liberi, & ingenui.*

Pater exponens filios, æquiparatur homicidæ, dict. n. 1564. fine.

Patria poteſtas amittitur, ſi pater filios exponat, & quid in dominis, patronis, & ſimilibus, n. 1565.

Reus parricidij non eſſet filius expoſitus, ſi interficeret patrem, qui eum expoſuit, n. 1566.

Expoſiti qua ratione æquiparentur vulgò quæſitis, n. 1567. & 1572.

1573 *Parentum infamia non redundat in filios ad effectum irregularitatis.*

1574 *Peregrini, & incogniti qua ratione repellantur ab Ordinibus.*

1575 *Rebaptizatio ex iuſta cauſa facta non inducit irregularitatem.*

1576 *Expoſiti cenſentur Chriſtiani antiqui, & non includuntur ſtatuto, quod non admittantur ad beneficium, vel quid ſimile, deſcendentes ex Iudæis, vel Mauris, vel aliqua macula infectis.*

1577 *Vbi ſtatutum in admittendis ad officia, aut dignitatem, vel collegium requireret qualitatem nobilitatis, & puri ſanguinis, an expoſiti eſſent capaces.*

1578 *Expoſiti ex ſola expoſitione nullam irregularitatem contrahunt.*

Conſtare ſufficienter poteſt eos eſſe ex legitimo matrimonio natos per parentum aſſertionem, aut per alias coniecturas, ibid.

1580 *Expoſiti poſſunt agnoſci à parentibus pro filijs, qui tunc cenſebantur legitimi, & ſui hæredes.*

1582 *Immò agnitio patris facta de filio, conſtituit illum in quaſi poſſeſſione, etiam contra alios ſic tractantes patre vita functo, ſecus contra eos, qui tractationi non conſenſerunt.*

Legitimatio illegitimi valet, quamuis non probetur certa mater legitimati, cùm ſufficiat agnitio patris, de cuius præiudicio agitur, & numer. 1581.

1583 *Expoſiti cenſentur ciues illius loci, ſeu ciuitatis, in qua exponuntur.*

1584 *De expoſitis plura remiſſiuè.*

1585 *Quando ſunt probabiles opiniones Doctorum oppoſitæ circa legitimitatem, vel illegitimitatem, vt contingit circa legitimitatem expoſitorum, aliqui dixerunt liberum eſſe iudici fori externi pronunciare quem eſſe legitimum, vel è contra.*

1586 *Contrarium, & debere iudicem pronunciare pro legitimitate etiam ſequendo minus communem, aſſerunt alij, & eſt longè probabilius.*

Si exiſtant famæ contrariæ circa alicuius legitimitatem, præualere debet ea, quæ ſtat pro legitimitate, ibid.

Filius illegitimus in dubio, an ſit præſumendus potius ſpurius, quàm naturalis, an verò è contra.

IGitur tertiò ex dictis ad confirmandam tertiam ſententiam *ſuprà num. 1595.* poſitam, colligi poteſt reſolutio illius controuerſiæ, an filius, quem conſtat eſſe ex coitu illicito natum, & illegitimum, præſumi debeat potius naturalis, quàm ſpurius, & ita capax ſucceſſionis tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis filiis naturalibus permiſſæ. Circa quam controuerſiam tres exiſtunt ſententiæ.

Prima abſoluiè aſſerit præſumendum potius ſpurium, & incapacem ſucceſſionis, quam naturalem, ita Gloſſa *in cap. lator, in gloſſ. penult. qui filij ſint legitimi, ibid.* Præpoſ. Alciatus *de præſ. reg. 2. præſ. 5. & conſ. 268. num. 1. & ſeqq. & conſ. 269. num. 1.* Natta *conſ. 421.* Paleothus *de nothis c. 20. num. 8.* Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 54. num. 1. & ſeqq.* Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad d. cap. lator, n. 8. qui filij ſint leg.* & plures alij Iuriſperiti, quos referunt Menochius *ibidem*, & Mantica *de coniecturis lib. 6. tit. 11. num. 33.* & Rota *deciſ. 811. in diſcurſu part. 1. in nouiſſimis.* & pro hac eadem ſententia allegantur Baldus, Caſtrenſis, & Alexander *in l. 3. ff. de liber. & poſth.* vbi volunt, quòd præſumatur filius incapax ſucceſſionis, quem conſtat non eſſe legitimum: fundamentum eſt, quia naturalis propriè iuxta ius Ciuile non eſt, niſi ſit ſuſceptus ex proprio concubinatu, qui iuxta idem ius ciuile multa requirit. 1537.

Primò

Primò vt concubina ſit vnica, & ſoluta, & impar. Secundò domi publicè retenta. Tertiò quòd retineatur in ſchemate, id eſt, in figura concubinatus, ſcilicet, affectu indubitato, ita vt ſit vxoris loco, in eadem menſa, & in eodem lecto, (vt ab vxore differat tantùm quoad dignitatis nomen,) non vt ancilla, & pediſſequa. Quartò quod conceptionis tempore potuerit ipſe pater concubinus contrahere legitimum matrimonium. Quintò vt proteſtatio præceſſerit, quòd vellet eam habere in concubinatu. Demum quòd talis ſit mulier, cum qua ſtuprum non committatur, ſcilicet, non ſit virgo, aut vidua honeſtæ conditionis. ita conſtat ex *Auth. quibus modis naturales efficiantur ſui, §. ſi quis autem defunctus. & Auth. de triente & ſemiſſ. §. & hoc dicimus ſi vm, &c. l. in concubinatu, ff. de concubin. & l. 1. verſic. cum Atilicino. ff. eod.* & latè tradunt Paleothus *de nothis, cap.* 12. Couarruuias *de ſponſal. p. 2. cap.* 8. §. 4. Mantica *de coniecturis lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 22. Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.* 9. *n.* 9. & 10. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom.* 5. *cap.* 958. *n.* 1. Sanctarellus *var. reſolut. cap.* 24. & Ioannes Lupi *de illegitimis com.* 1. §. 1. *n.* 5. *& ſeqq.* vbi *n.* 8. vltimam conditionem declarat procedere ſi ab initio non adfuiſſet expreſſa animi deſtinatio, nam tunc cum virgine, aut vidua honeſtæ conditionis diceretur committi ſtuprum, *l. inter liberas, §. lex Iulia, ff. ad l. Iuliam de adult.* Propter quæ tot requiſita hodie rari naturales propriè, & difficilis probationis eſt oſtendere naturalem propriè, cùm omnia ſint verificanda, vt Paleothus *d. cap.* 12. *num.* 3. & alios allegans Surdus *d. tit.* 9. *num.* 13. Hinc igitur probatur hæc ſententia, nam cùm quilibet, qui nec ex legitimo matrimonio, nec ex concubinatu cum omnibus prædictis requiſitis habito iure ciuili cenſeatur ſpurius, & prædicta requiſita ſint facti, ac proinde non præſumantur, vbi de illis non apparet, ſed probanda ſint, immo ratò concurrant, fit, vt in dubio filius illegitimus præſumi potius debeat ſpurius, quàm naturalis; & idem ſentiunt Alciatus *d. conſ.* 268. *n.* 6. & alibi, & Menochius *d. præſumpt.* 54 *n.* 6. quamuis ipſe in teſtamento appellauerit naturalem; nam etiam tunc volunt debere præſumi ſpurium, & non naturalem propriè, & legaliter, niſi filius probet.

1538. Secunda ſententia abſolutè, & indiſtinctè tenet filium illegitimum in dubio naturalem eſſe præſumendum, vt teſtamento capere poſſit, non autem ſpurium; & huius ſententiæ Doctores & fundamenta *infrà n.* 1551 adducentur.

1539. Tertia ſententia præſumens prædictas repugnantes opiniones conciliare diſtinguit.

Nam vel primò hic filius illegitimus, de quo dubium eſt, ſit necne naturalis, vel ſpurius, conuenitur vt reus, ſeu poſſeſſor, quia, ſcilicet, poſſidet aliquid quod poſſidere non poſſet, ſi eſſet ſpurius, v.g. paternam hæreditatem, & tunc præſumitur in dubio filius naturalis, & ſic capax hæreditatis, & qui voluerit ab eo auferre, tenetur probare eſſe ſpurium, iuxta ſecundam ſententiam, quia in dubio potiùs ius habet hic, qui eſt in poſſeſſione, & actori incumbit onus probandi, ac proinde dum non probat contrarium, pro poſſidente ſtandum eſt, ita Tello *in l.* 11. *Tauri num.* 6. Suarez *conſil. moralium lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 6. & Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3. *puncto* 5. *num.* 3. Ampliat Sanchez ex Tello *vbi ſuprà num.* 9. & 10. Baldum, & Cracettam allegante hoc procedere non tantùm quando non ſunt alij hæredes neceſſarij, ad quos pertinebat hæreditas, ſi hic filius non eſſet naturalis, ſed etiam ſi hæredes ſint, ſi filius ſit à patre inſtitutus, & eſt in poſſeſſione bonorum; ſufficit enim ei hæc ſola poſſeſſio, vt præſumatur naturalis, donec actor probet eſſe ſpurium. quod tamen non videtur admittere Palaus, & abſolutè non admittit, ſi hæredes ſunt aſcendentes, & præteriti, vt *numero ſequenti*, † Limitant 1540.
verò Sanchez, & Palaus, quando ius reſiſtit illi poſſeſſioni, tunc enim (inquiunt) non præſumitur pro illa qualitate cùm habeat ius commune contra ſe, vt ſiue ſit actor, ſiue ſit reus, qui prætendit nobilitatem, tenetur probare qualitatem legitimationis, vel naturalitatis; quia ius reſiſtit poſſeſſioni cùm ſolùm concedat nobilitatem habentibus titulum à Principe conceſſum, & ita tenere etiam Tello *num.* 8. cum aliis refert idem Sanchez, & Palaus allegat Matienzo *ad l.* 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *compil.* 11. hinc infert quòd ſi filius naturalis eſt à patre inſtitutus aſcendentibus præteritis, & ſtatim in poſſeſſionem miſſus, ſi auus petat ab eo hæreditatem, ſufficiet, ſi probet eſſe auum legitimum, & reo incumbet probatio filiationis naturalis, quia ius reſiſtit naturalem filium eſſe hæredem.

Vel ſecundò eſt actor, ſeu agit, & alius eſt poſſidens in cuius damnum intendit ſe eſſe naturalem, 1541.
& hoc caſu non præſumitur naturalis, & capax, niſi probetur, quia actor debet probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, & ſic ſe habilem ad ſucceſſionem. ita Natta *vbi ſuprà*, Sanchez, & Palaus *locis citatis*, & alij relati à Mantica *d. tit.* 15. *num.* 35. Addit verò Sanchez, ſi non eſt alius in poſſeſſione, in cuius damnum, id intendat, præſumi eſſe illius quantitatis, quam aſſerit, niſi de oppoſita ſit diffamatus, & ait quòd ita quoque ſenſit alios referens Tello *num.* 5. *&* 6. & hæc diſtinctio etiam non diſplicet Aymoni *conſ.* 166. *num.* 3. & Manticæ *dict. num.* 35. licèt tamen abſolutè teneant ſecundam ſententiam, quòd magis præſumatur naturalis.

Ante reſolutionem huius controuerſiæ neceſſariò præmittendum puto, quòd licèt iuxta rigorem 1542.
iuris ciuilis, & ius antiquum, naturalis filius dicatur tantùm, qui natus eſt ex concubinatu, ſeu ex concubina habente omnia requiſita *num* 1537. enumerata. quod ita fuit ſtatutum propter maiorem filiationis certitudinem reſpectu patris, à quo lex ciuilis permittit, vt filius naturalis poſſit capere ex teſtamento, & etiam ab inteſtatu. Cæteri verò ex quocunque alio coitu ſuſcepti eodem iuris ciuilis, & antiqui rigore cenſeantur ſpurij, & non capaces ſucceſſionis paternæ. Nihilominus hodie dicitur, & eſt naturalis, & capax ſucceſſionis à iure ciuili naturalibus conceſſæ, quicunque procreatur, ſeu naſcitur ex ſoluto, & ſoluta, inter quos tempore conceptionis, aut natiuitatis poterat legitimum matrimonium contrahi. ita enim habet diſpoſitio iuris canonici *cap. tanta, qui filij ſint legitimi.* vbi nulla facta diſtinctione, an habiti fuerint ex vna concubina domi retenta, ſtatuitur filios ante matrimonium genitos fieri legitimos per ſubſequens matrimonium cum ea, ex qua geniti ſunt, modò (vt ſtatim *ibidem* ſubiungitur,) non eſſent ſpurij, quia alter eorum erat coniugatus, quando geniti, aut nati ſunt; & ita propter æquitatem canonicam eſſe conſuetudine receptum, & ſeruari in toto orbe Chriſtiano, non ſolùm in foro Eccleſiaſtico, ſed etiam in ciuili, tradunt Panormitanus *in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, Couarruuias *de ſponſ. part.* 2. *cap.* 8. §. 4. *num.* 2. 3. & 4. Vaſquius *quæſt. illuſtr. cap.* 102. *num.* 10. & 11. Spino *in ſpeculo de teſtam.* 15. *principie, de filiis legitimis num.* 118. Mantica *de coniecturis lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 2. Petrus Barboſa *quar-*

3a parte l. 1. *numer.* 63. *verſus finem.* Tello *dict. l.* 11.
Tauri, num. 1. Merlinus *de legitima lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 7. *n.* 22.
verſic. non obſtat Iacobus Cancerius *var. reſolut. p.* 3.
cap 15. *n.* 12. *&* 13. Surdus *de alimentis tit.* 1. *quaeſt.* 9.
à n. 15. *ad* 18. Stephanus Gratianus *d. cap.* 958. *per to-
tum*, & præſertim *num.* 1. *&* 29. & communiter Iu-
riſperiti à Couarruuia, Surdo, Cancerio, & Gratia-
no relati. & idem ſentiunt Theologi communi-
ter, præſertim Molina *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 166.
verſic. illud verò obſeruandum, Sanchez *de matrim.
lib* 8. *diſp.* 7. *num.* 19. Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 19.
num. 55. & Sanctarellus *d. quaeſt.* 24. *n.* 2. & ita opor-
tet dicere, & tenere, alioqui neceſſariò deberemus
fateri non dari hodie filium naturalem, cùm con-
cubinatus ſit prohibitus tum de iure diuino, & ca-
nonico, *cap. nemo ſibi blandiatur* 23. *q.* 4. *cap. non mœ-
chaberis* 32. *quaeſt.* 6. *cum ſimilibus*, tum etiam de iure
ciuili, vt Mantica *d. tit.* 9. *num.* 3. ſcripſit, aſſerens
eſſe opinionem receptam, & referens Doctores
eam tenentes, dicenſque colligi ex *cap.* 1. *de filiis
natis ex matrimonio ad morganaticam contracto, lib.* 2.
feud. prout verè indicant illa verba, *qui nolens exi-
ſtere in peccato*, & docuit etiam Rota *deciſ.* 811. *in
diſcurſu num.* 20. *p.* 1. *in nouiſſimis*, licèt contrarium
teneant alij, quos refert, & ſequitur Ioannes Lupi
de illeg. d. com. 1. *§.* 1. *num.* 17. *verſic. contrarium tamen.*
1543. † Et ratio, cur meritò ea extenſio de iure canonico
facta ſit, & etiam in foro ciuili recepta, eſt quia
cùm longè peius, & grauius peccatum ſit publicus
concubinatus cum fœmina inſtar vxoris in con-
tubernio retenta, quàm fortuitus coitus cum ea,
quæ domi non retinetur, iniquum videbatur,
vt filij eorum, quæ domi in publico concubi-
natu retinebantur, præferrentur in ſucceſſione
in bonis parentum, & in priuilegiis filiis alia-
rum mulierum, cum quibus fornicabantur, quas
poterant ducere in legitimas vxores, vt poſt
Fortunium *tract. de vltimo fine vtriuſque iuris, illa-
tione* 8. & Præpoſitum *in cap. tanta, num.* 6. *qui filij ſint
legitimi*, & Abbatem *ibidem*, Couarruuias *d. §.* 4.
1544. *n.* 4. & Molina *vbi ſuprà.* † Quæ omnia etiam confir-
mantur ex Baldo *conſ.* 206. *vol.* 5. à Couarruuia *d. §.* 4.
num 3. relato, dum dixit legitimationem à Princi-
pe ſæculari obtentam non reputari ſubreptitiam
ex eo, quòd in petitione legitimandus dictus fuiſ-
ſet filius naturalis, non explicato quòd natus fuiſ-
ſet ex concubina domi retenta, dummodo eſſet na-
tus ex his, qui eo tempore matrimonium contra-
here poterant, ſubdens ſe credere ex Pontificum
iure conſuetudine recepto, eum verè naturalem
dici, quamuis rigor ciuilis obſtet. quod idem vo-
luit Iaſon *conſ.* 51. *vol.* 3. vt refert idem Couarruuias.
1545. † Qui inſuper *num.* 4. cum Abbate *loco* mox *allegato*
addit non ſolùm eſſe æquè fauendum filiis natis
ex coitu abſque concubinatu, ac natis ex concu-
bina domi retenta; ſed immo potius fauendum il-
lis, quàm his: quod idem aſſerit Stephanus Gra-
tianus *tom.* 1. *cap.* 35. *num.* 29. licèt contradicat Vaſ-
quius *d. cap.* 102. *num.* 2. aſſerens fauendum magis
natis ex concubina domi retenta; nam in hac re
(inquit) finis, ſcopuſque, quò tendit ius ciuile,
oſtendit vt liberi, quo certiores ſunt noſtri, eo cer-
tiùs, & pleniùs ad ſucceſſiones noſtras admittan-
tur, non ſic in iis, qui magis incerti ſunt. Vnde cùm
longè certiores ſint liberi ſuſcepti ex concubina
domi retenta, quàm illi qui ex concubina extra
domum degente, arg. *l. filium*, *ff. de iis, qui ſunt ſui,
vel alien iur. &* *l. ſi vicinis, C. de nuptiis.* Conſequens
eſt, vt iura, & priuilegia filij naturalis potius conſe-
quatur filius natus ex concubina domi retenta,

quàm natus ex ea quæ extra domum habitat. ita Vaſ-
quius. Verùm etſi attenta certitudine filiationis, vi-
deatur potiùs fauendum natis ex concubina domi in
figura concubinatus retenta; nihilominus inſpecta
grauiori culpa, & Dei offenſa, à qua longè abeſſe de-
bent homines, abſolutè loquendo, videtur magis fa-
uendum naturalibus natis ex coitu fortuito, & va-
go cum muliere minimè domi retenta. † Itaque 1546.
ſpurius hodie iuxta ius canonicum etiam in foro
ciuili quoad hoc receptum eſt, quicumque natus
eſt ex his, qui tempore conceptionis, aut natiui-
tatis, vel abſolutè non poterant contrahere legiti-
mum matrimonium, & ex quouis coitu damna-
to, ſeu punibili, quales ſunt progeniti ex adulte-
rio, vel inceſtu, ex Moniali profeſſa, vel religioſo
profeſſo, aut ab exiſtente in ſacris ex ſtupro. ita
Couarruuias *d. cap.* 8. *n.* 5. Vaſquius *d. cap.* 102. *n.* 10.
Surdus *d. tit.* 11. *q.* 10. Molina *d. diſp.* 165. *verſic. licèt
interdum, & diſp.* 167. *concl.* 4. *verſic. licèt in concluſione.*
Stephanus Gratianus *dict. cap.* 958. *num.* 19. *& tom.* 1.
cap. 35. & Sanctarellus *dict. quaeſt.* 24. *num.* 7. 8.
& 9. † Omnes enim prædicti dicuntur nati ex 1547.
coitu damnato, ſcilicet, cùm pœna aliqua impoſi-
ta eſt per legem, aut conſtitutionem iuris, vt
præallegati Doctores, præſertim Gratianus *dict.
cap.* 35. *num.* 20. vbi etiam alios ad id refert. licet
enim omnis fornicatio coram Deo, & in foro con-
ſcientiæ ſit damnabilis, & punibilis, tamen ſi non
habet grauiorem turpitudinem quàm ſimplicis,
& nudæ fornicationis, ius humanum non punit, ſed
permittit; at ſi fornicationi annexa ſit turpitudo
adulterij, inceſtus, ſacrilegij, & ſtupri, qua ius
virgini, vel viduæ honeſtæ conditionis infertur,
tunc iure humano punitur. † Quòd ſi ſtuprum ſit 1548.
commiſſum cum vidua plebeia, & vili, tunc non
eſſe punibilem, tradit Rota *deciſ.* 808. *numer.* 5. *p.* 1.
in nouiſſimis. & ſic tunc natus, ſi nil aliud obſtet,
erit naturalis, non ſpurius. † Si etiam Tyrannus 1549.
rem habeat cum aliqua muliere per vim, filium in-
de natum non fore ſpurium quoad matrem, ex
Baldo dixit Hippolytus *conſ.* 25. *numer.* 30. *& conſ.*
99. *numer.* 11. quem refert dictum approbans Au-
guſtinus Barboſa *collectaneo ad dict. cap. tanta, num.*
32. *qui filij ſint leg.*

Stantibus igitur prædictis quicquid ſecus ſen- 1550.
tiant nonnulli alij, quos referunt, & ſequuntur
Rota *deciſ.* 811. *in diſcurſu numer.* 24. & Ioannes Lupi
de illegitimis, dict. comm 1. *§.* 1. *numer* 4. volentes etiam
hodie natos ex ſoluto, & ſoluta non in figura
concubinatus retenta, qui tempore conceptio-
nis, vel natiuitatis legitimum poterant contrahere
matrimonium, appellati quidem ex æquitate cano-
nica naturales, reſpectu legitimationis validæ im-
petrandæ ſub appellatione facta de naturali; non
autem appellari naturales reſpectu ſucceſſionum
ſaltem ab inteſtato, in quibus ſtandum eſt iuri ci-
uili, quod per ius canonicum in nihilum fuit im-
mutatum. Quæ tamen ratio non viget, cùm ſatis
ſit, quòd propter æquitatem canonicam, & ra-
tiones ſuprà adductas in vtroque foro Eccleſiaſti-
co, & ciuili conſuetudine antiqua receptum ſit,
natos ex ſoluto, & ſoluta quacunque, inter quos
ab initio potuerit matrimonium contrahi, eſſe &
appellari naturales quoad omnia, etiam quoad
ſucceſſiones; & de facto ita vbique terrarum in
praxi obſeruetur; ſtantibus, inquam, prædictis.

Approbanda eſt ſecunda ſententia *numer.* 1538. 1551.
poſita, nempe, quòd illegitimus in dubio indiſtin-
ctè, & ſiue ſit Reus, ſiue actor, præſumi debet
naturalis, & capax ſucceſſionis etiam paternæ, non
autem

Digitized by Google

autem ſpurius, & incapax. ita Albericua *in cap. per tuas 2. de probat.* Baldus *conſ.448. num. 4. lib.1.* Aymon Craueta *conſ.38. num.1. & conſ.166. num.1. & 3. in fine*, Alciatus ſibi contrarius *conſ.58. num.3. lib.9. & conſil. 258. num.3. eod. lib.* Couarruuias *de ſponſ. p.2. cap.8. §.3. in principio*, Mantica *de coniect. lib.6. tit.11. num.34. & 35.* Andreas Pacbinæus *controu. iur. lib.3. cap.43.* Surdus *de alimentis tit.1. q.10. num.35. 36. & 37.* Boſſius *tit. de coitu damnato, & punib. n.77.* Caualcanus *deciſ. 22. num.13.* Rota *deciſ.808. num.3. & 4. p.1. in nouiſſimis.* Tellius Fernandez *in l.11. Tauri*, & Matienxus *in l.9. tit.8. lib.5. compilat.* & plures alij Iuriſperiti, quos Mantica, Fachineus, & Surdus referunt, & ex Theologis Vaſquex *1.2. diſp.66. cap.8. num.45.* Salas *ibidem tract.8. diſp. vnica num.245.* Sanctarellus *var. reſolut. d.q.29. num.20. & ſeqq.* Martinua Breſſerus *de conſcient. lib.4. cap.14. num.128.* Ariaga *1.2. tom.1. diſp.26. num.17.* & Diana *p.4. tract.5. reſolut.6.* Probatur primò, quia cùm ex duobus malis alterum neceſſariò præſumi debet, præſumendum eſt minus malum, minuſque inboneſtum, quodque leuiorem infamiæ maculam adſpergit, arg. *l. ſi prnſes, ff. de pœnis*, & cum aliis Rota *d. deciſ.808. num.3.* & arg. *l. merito, ff. pro ſocio*, vbi quòd ſemper capi debet præſumptio excluſiſiua delicti, & ſic etiam excluſiua maioris delicti; minus verò malum, ſeu delictum, minuſque inboneſtum eſt, naſci ex coitu non damnato, licèt iure naturæ illicito, quàm ex coitu damnato, & eandem præſumptionem illius, quod boneſtius eſt, ſuadet tum regula illa, quòd nemo in dubio eſt condemnandus, aliud pronunciatum, quòd præſumendum magis eſt poſſibile honeſtum, quàm poſſibile inhoneſtum; vt *ſuprà num.1397. & 1398.* dictum eſt ex Baldo, & aliis. & colligitur ex *l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & l. miles. §. defuncto, ff. de adulteriis.* ergo etiam inter inhoneſta præſumendum eſt id, quod eſt minua, vt Bartolus *in d. l. filium*, & Beroius *conſil.19. num.10. vol.1.* tum aliud axioma, quòd in dubio præſumi debet quod eſt honorabilius, & fauorabilius filio, vt dictum eſt *ſuprà num.1444.* & tradunt Doctores ex *d. l. miles §. defuncto.* Abbas *in cap. per tuas num.2. de probat.* & Baldus *d. conſ.448. & conſ.213. fine lib.2.* & ex *cap. eſtote, de reg. iur.* vbi quòd beniguior, & fauorabilior præſumptio ſumenda eſt in dubio, Menochius, & alij *eodem num.1444.* relati.

1552. † Confirmat Couarruuias, & Facbinæus ex *cap.2. de filiis presbyterorum*, & ex *cap. veniens, de accuſat.* quibua in locis dicitur, non præſumi quem genitum fuiſſe in ſacerdotio, licèt Sacerdotis filius probetur, & exiſtat, quod idem *in cap. inter cæteras, de reſcriptis.* ex quo argumentum ſumitur (vt rectè notat Fachineus) iuris præſumptionem eſſe procliuiorem in eam partem, quæ benignior eſt, & grauioria criminis tollit ſuſpicionem. Quare hìc etiam lòcum habet, quod *ſuprà num.1407.* dictum eſt, de euitanda infamia filij, quæ ex illegitimitate prouenit, quæ certè maxima prouenit ex coitu damuato, ac proinde in dubio non debet talis infamia præſumi, cùm præſupponat maius delictum, quod, vt iam dictum eſt, non debet præſumi, & debet etiam præualere poſſeſſioni bonorum alterius, iuxta dicta *eodem num.1407.* Et quòd ſit maxima infamia eſſe natum ex damnato coitu, conſtar ex eo, quòd ex tali coitu nati dicuntur ſpurij, ex eo quòd (vt inquir Alciatus *lib.4. parerg. cap.5.* & Couarruuias *d. cap. 8. §.5. num.1.*) patrem præ infamia nominare non audent, etiamſi patrem babeant certum, vt *l. vulgò quæſiti, ff. de ſtatu hominum.* & eadem de cauſa filios terræ appellari, latè tradit *eodem loco* Couar-

1553. ruuias. † Secundò probat Couarrunias; quia ius non

præſumit factum, aut qualitatem neceſſariam, vt dicatur quis ſpurius, quæ à natura non ineſt.

† Tertiò probant Mantica, & Surdus, quia quili- 1554.

bet in dubio præſumitur capax ſucceſſionis, niſi ex aduerſo ſpecialiter probetur incapax, quia, v.g. ſpurius, *l. ab ea parte, ff. de probationibus*, ad quod facit etiam *l. in exceptionibus, eod. tit.* & ita arguere Baldum *vbi ſuprà* refert Surdus *d. num.35.* Item edictum de teſtamentis, & legatis eſt prohibitorium, vt quilibet ex teſtamento capere poſſit, qui ſpecialiter non ſit prohibitus, *l. verbis legis, ff. de verborum ſign.* Mantica *dict. num.34.* Aduertit autem Surdus, quòd hæc ratio non concluderet, quando quis inſtitueretur tanquam naturalis, vel vbi quid ſibi relinqueretur tanquam tali. nam tunc (inquit) onus probandi talem coniunctionem pertineret ad in-

ſtiturum, vel honoratum. † Neque huic ſententiæ 1555.

obſtar fundamentum primæ, quod ad ſummum procederet conſiderata naturalitate iuxta rigorem iuris ciuilis, & iuxta quem loquuti ſunt antiqui Doctores eiuſdem ſententiæ. Non obſtar etiam fundamentum tertiæ ſententiæ poſitum *num.1541.* quòd, ſcilicet, teneatur quilibet probare fundamentum ſuæ intentionis, quia cùm quilibet præſumatur, (vt oſtenſum eſt), capax; ſatis eſt fundata agentis intentio, niſi contrarium probetur: & quia illegitimus habet pro ſe præſumptionem iuris, iuxta dicta, quæ transfert in aduerſarium onus probandi contrarium, vt *ſuprà num.1413.* probatum eſt. Non obſtat quoque, ſi dicatur (inquit Facbinæus) mulierem in dubio virginem præſumi, ex traditis per Abbatem *in cap. 5. de adult.* & Clarum *in §. ſtuprum, verſic. ſed pone.* & conſequenter præſumi ſtupratam, & ſic ex ſtupro natum filium, ac proinde ſpurium, quia (reſpondet idem Fachinæus,) Panormitanus, & Clarus, loquuntur vbi mulier ſe virginem contra ſtupratorem allegar, tunc enim in odium, & præiudicium delinquentis præſumitur eſſe virgo, quod nihil ad noſtrum propoſitum facit.

Ex quibus pater illegitimum multo magis præ- 1556.

ſumendum eſſe naturalem, ſi pater in teſtamento naturalem appellauerit, cuius aſſertioni ſtandum videtur, vt Gloſſa *in cap. Michael, de filiis presb.* & Mantica *d. tit.11. num.35.*

Quando certum eſt illegitimum filium procreatum ab vno ex duobus, v.g. Titio, aut Sempronio, & ignoratur à quo determinatè quis ex his duobus debeat illi præbere alimenta.

SEd quid ſi conſtet illegitimum filium eſſe huiua, 1557.

vel illius, nempè Caij, aut Sempronij, quia conſtet matrem ſolùm ab illis duobus fuiſſe carnaliter cognitam, dubitetur autem, ſeu ignoretur, cuiua ex duobus prædictis filius ſit, cuinam illorum incumbet obligatio præſtandi alimenta dicto filio illegitimo,) cùm mater non teneatur alere filium, quando pater poteſt illi alimenta præbere.

Reſponſio prima eſt, quòd ſi illegitimus, reſpectu vnius eſt ſpurius, & reſpectu alterius eſt naturalis, huiua ſolius filius cenſendus eſt, & ab eo alendus. Ratio ſumitur ex dictis, quia illegitimua in dubio præſumendus eſt naturalis, non ſpurius, vt latè oſtenſum eſt. & ita tenent omnes Theologi *infrà* allegandi.

Quòd ſi reſpectu vtriuſque eſt naturalis, aut ſpurius: tunc

Ii a Reſponſio

1558. Reſponſio ſecunda eſſe poteſt, quòd ſit cenſendus filius illius, reſpectu cuius exiſtunt veriſimiliores coniecturæ, iuxta dicta *ſuprà n.* 1466.

1559. Reſponderi poteſt tertiò, propter incertitudinem cenſeri neutrius filium, & ſic neutri incumbere obligationem alimentorum, ſicut dicitur de vulgò conceptis, *l. vulgò. ff. de ſtatu homin.* & id ſentiunt Iacobus de Beluiſio, & Stephanus Gratianus locis *ſuprà num.* 1467. allegatis. idem ſaltem de rigore tenent Pileus, & Albericus locis *ſuprà* 1468. citatis: & poteſt confirmari ratione, tum quia in dubio nullus debet poſſeſſione propriæ pecuniæ ſpoliari, vt alimenta tribuat; tum quia non eſt æquum, vt debito incerto ſatisfiat ſolutione certa, & determinata; ſed hoc videtur durum, & ab æquitate alienum, vt propter incertitudinem filius priuetur omninò alimentis à patre ſubminiſtrandis.

1560. Reſponderi poteſt quartò, ſi alter eorum ſit ditior, & nobilior, cenſendum eſſe filium ditioris, & nobilioris, eo quòd in dubio iudicandum ſit, quod eſt filio fauorabilius, & honorabilius, vt *ſupra* dictum eſt. ita colligitur ex Decio, & Maſcardo locis *ſuprà* 1469. relatis. Sed contradicunt Vaſquez, & Salas, & alij Theologi mox allegandi; parum enim referre videtur, quòd alter ſit ditior, vel nobilior, vt propterea debeat ipſe in dubio reputari pater, & cogi ad ſubminiſtranda omnia alimenta. Quòd ſi obiiciatur in dubiis ſtandum eſſe pro reo, iuxta ſupradicta; ergo quando eſt dubium, vtrùm filius ille ſit à nobiliori parente, an verò à minus nobili, ſtandum erit in fauorem filij, & iudicandus filius nobilioris. Reſpondetur negando conſequentiam, nam quando agitur inter duos iam honeſtos, licèt vnus ſit nobilior altero, filius non eſt propriè reus, quia non agitur de cauſa iniqua; ſiue enim pro hac, ſiue pro illa parte feratur ſententia, non erit ſpecialiter infamis, aut non amittet aliquid, quod per ſe ſupponitur in omnibus hominibus: maior autem nobilitas non eſt quid per ſe commune, immo extraordinarium, vnde illud non cenſetur poſſidere, niſi poſitiuè illud probet, aut aliunde præſupponatur habere poſſeſſionem. quod confirmatur tum ex his quæ *infrà num.* 1577. habentur, ſcilicet, vbi ſtatutum requirit nobilitatem ad aliqua officia obtinenda, illam eſſe probandam, tum ex conſuetudine, quæ in Hiſpania (vt teſtatur Ariaga *dict. n.* 20.) eſt communis, ſcilicet, quòd quando de aliquo agitur, an ſit nobilis, item an ſit ex ſemine Maurorum & Iudæorum, diuerſæ probationes requiruntur, vt enim iudicetur non eſſe ex ſemine Maurorum, &c. quia id pertinet ad fugiendam infamiam, ſufficit quòd nulla ſit probatio contra ipſum, tunc enim in ea cauſa, in qua ſe gerit tanquam reus, fauendum eſt ei in dubiis: at in puncto nobilitatis, quia hæc eſt priuilegium ſingulare aliquarum familiarum, & non ſupponitur per ſe in aliis hominibus, debet ipſe poſitiua argumenta adferre, quibus eam probet, & non ſufficit præcisè nihil ei in contrarium obiici, & hoc idem præſenti caſui applicari debet.

1561. Reſponſio quinta eſt, vtrumque teneri æqualiter alimenta tali filio præbere. ita Vaſquez *d. diſp.* 76. *cap.* 8. *n.* 47. Azotius *p.* 1. *lib.* 2 *cap*... *n.* 3. *quæſ.* 8. Salas *d. diſp. vnica n.* 247. Villalobos *part.* 1. *tract.* 1. *diff* 10. *fine.* Martinus Breſſerus *d. cap.* 14. *n.* 130. Diana *dict. tract.* 3. *reſol.* 31. *parte* 4. Caſtrus Palaus *dict. puncto* 5, *num.* 15. Ariaga 12 *tom.* 1. *diſp.* 26. *num.* 20. & nonnulli alij Theologi à Diana allegati. & priùs iudicauit Syluester loco *ſuprà num.* 1467. allegato. Probatur, quia cùm filio competat ius, & actio contra parentem, vt ab eo ſibi alimenta præbeantur, ſi determinatè ſciri non poteſt, quis ſit pater, contra vtrumque tale ius illi competet, ne inutile reddatur, & ſic obligatio alimentorum erit inter vtrumque diuidenda, eo modo, quo (hoc enim exemplo hanc reſponſionem confirmant præfati Doctores,) res de cuius duobus dominis, (cùm tamen certum ſit eſſe vnius, vel alterius,) dubitatur à neutro illorum poſſeſſa debet inter vtrumque diuidi; & hæc reſponſio videtur æquitati maximè conſentanea, ex qua æquitate certè iudex tutò, & rectè poterit vtrumque condemnare ad alimenta huiuſmodi filio præbenda. † Addunt Salas, Palaus, Breſſerus, & Diana, 1562.
quòd ſi prædicti patres ſint inæquales in nobilitate, & diuitiis, cùm ditior, & nobilior pro facultate teneatur largiùs, ſeu meliora alimenta præſtare, mater poterit ab eodem ditiori, & nobiliori plus exigere, & ille dubij conſcius plus dare tenebitur, nec fortè diſcrepat Vaſquez, dum dicit, licèt vnus ſit altero ditior, aut nobilior, parum referre, vt ei potius, quàm alteri filius tribuatur, ac proinde obligatio alimentorum, ipſum potius, quàm alterum conſtringat; nam tantùm vult non eſſe ipſum ſolum cenſendum patrem, & conſtringi ad præbenda alimenta totaliter, prout aſſeritur in quarta reſponſione. † Addunt etiam Azotius, & Villalobos, quòd 1563.
ſi vnus patrum præ paupertate, vel quia defunctus bonis non relictis non poſſe, vel ſi poſſet nollet alimentorum partem præbere, nec ad eam per matrem, aut filium in iudicio conſtringi poſſet, tunc alter tenetur integrè ad alimenta. Quod tamen Salas, Palaus, & Diana non approbant, dicentes vnum ex parentibus non teneri ſupplere defectum alterius, cùm filius in quemlibet non habeat ius integrum; quare tunc mater debebit ſupplere defectum, inquit Salas. Verùm & ipſa mater ſi præ egeſtate aliáve legitima cauſa non poſſit, & filius aliunde non queat ſibi prouidere, debebitne tunc carere neceſſariis alimentis? Propterea Breſſerus quaſi concilians præfatas duas ſententias ait, quòd etſi alter tunc ſolus non debeat tantum dare, quantum dediſſet vterque, debet tamen quantum ipſe poteſt, & filius indiget; ſi præſertim mater nihil conferre poſſit, & hoc eſt verius, & æquitati conforme, nam, cùm filius non debeat carere neceſſariis alimentis, ſed ab aliquo ali debeat, à nullo certè potiori iure, & æquitate inſpecta ali debet, quàm a parente, licet dubio; nam licèt ſit dubius pater, ſupponitur tamen certò eius delictum, ſeu eius coitus illicitus, quo potuit filius gigni, licèt ignoretur. Vnde imputet ſibi, ſi voluntariè delinquens in tali dubio ſe ſe in anguſtias coniecit.

An filij in Hoſpitalibus expoſiti ſint cenſendi legitimi, & abſque diſpenſatione vlla capaces Ordinum, & dignitatum, & ſucceſſionum.

Demum ex dictis ad probandam tertiam ſententiam *ſupra n.* 1395. poſitam reſoluenda eſt alia difficultas, an ſcilicet infantes expoſiti apud hoſpitalia ad hoc erecta, vt ibi publicè alantur, quorum parentes ignorantur, cenſendi ſint legitimi, an verò illegitimi?

Et in huiuſmodi dubio, cùm non conſtet de eorũ parentibus, eſſe habendos tanquam illegitimos, & 1564.
præſertim quoad Ordines ſuſcipiendos; ita vt ad illos abſque diſpenſatione ſaltem Epiſcopi promoueri

rū licitè non poſſint, tradunt Maiolus *de irregularitate lib.1.cap.11.* Couarruuias *in Clem ſi furioſus p.1. in principio.* Salzedo ad Diaz *cap.14.lit. C.* Vgolinus *de irregularitate cap. 44. §. 7. n.1.* Garzias *de benefic. p.7. cap. 2. n.* 10. Ioannes Eſcobar *de nobilitate probanda, quaſt.8.§.3.n.40.& 41.* Rebellus *de obligat. iuſtitia p.2. lib.1.quaſt.3.n.15.* Toletus *in ſum.lib.1.cap.53.n.3.* Additionator *ibidem n.1.* Rodriquez *p. 1. ſum. cap.* 162. *n.1.* Vaſquez *d.diſp.66.cap.8.n.48.* Reginaldus *in prax. for.pœn. lib.30. n.77. verſic. ſeptimo.* Henriquez *lib.11. cap.20. §. 2. & lib.14.cap.8.§.10.* Auila *de cenſ.p.7.diſput.3. dubit.9.* Saytus *de cenſ. lib. 6.cap.10. num.* 39. Noſter Marchinus *de Ordine,tract.1.p.10.cap.1.diff.1.* & nonnulli alij à Garzia *d. cap.2.n.8.* relati. & ſecuriùs putat Suarez *de cenſ.diſp.50.ſect.4 n.4.* licèt etiam contrariam ſententiam putet probabilem: idem ſentiunt Ioann.Salas *d.diſp. vnica num.*248. & Martinus Breſſerus *de conſcientia lib.4.d.cap.13. num.*132. quando non eſſet magna incommoditas, & graue abſtinere ab Ordinibus ſuſcipiendis, vel ab vſu ſusceptorum; ſecus verò ſi valde incommodum & graue, & expoſitos illegitimos haberi abſolutè docuit etiam Auguſtinus Beto, *conſ.*20.*num.*1.*lib.*2. & idem indicat Ripa *in l.ex facto,§.ſi quis rogatus.n.5.ff. ad SC. Treb.* vbi huiuſmodi expoſitos propriè dici nothos putat, & fauet etiam Seraphinus *deciſ.*1081.*num.*3. vbi dicitur, quòd expoſitio infantis ad hoſpitale repugnat valdè legitimæ filiationi. Probatur hæc ſententia, quia hîc coniecturis agendum eſt, quæ ſunt vehementes eſſe expoſitos illegitimos; nam licèt adducantur exempla filiorum legitimorum aliquando expoſitorum, nihilominus vt plurimum non ſolent filij legitimi exponi, ſed filij ex furtiuis, & fornicariis congreſſibus ſuſcepti cauſa dedecoris euitandi, aut timore alterius periculi, & veriſimilius eſt eos eſſe extra matrimonium natos, qui ſic contemnuntur à parentibus, quos vix credi poteſt eſſe tam immanes, & crudeles, vt proprium filium legitimum ipſorum viſcera, vt tam impiè obiiciant in ea præſertim ætate, in qua propriis ſe viribus ſuſtentare non poteſt, cùm necare filium is dicatur, qui eum
1565. exponit, *l.necare ff. de liber. agnoſc.* † Vnde amittitur patria poteſtas, & ius filiationis, cùm pater filios exponit, & illos ita derelinquit, vt *cap.1.de infantibus expoſit.& l.2.C. de infant. expoſ.* Baldus *in l.2.C.de infant.expoſ.* Paleothus *de nothis cap.63.n.7.* Menochius *de arbitr. caſu 396. num.*11. & Stephanus Gratianus *tom.2.cap.267. num.*1. id ampliatores ad patronos, vt ſcilicet amittant ius ſeruitutis, ſi illos exponant, & derelinquant, vt habetur *eodem cap. de infant. expoſ. & eadem l.2.* & ad dominos, vt perdant ius vaſſallagij, cùm deſerunt ciues periclitantes; & ad ciues vt amittant ius ciuitatis, cùm deſerunt etiam ciuita-
1566. tem. † Quapropter ſtante tali amiſſione iuris filiationis, ſi per eum talis pater interficeretur, illum non fieri reum parricidij, tradunt Menochius *de arbitr.in addit.ad caſum 356. num.*39. Farinacius *in praxi crim.quaſt.*120. *num.*160. & alios allegans Gratianus *dict.cap.267. num.*3. Talis autem impietas facilè cadere poteſt in parentem illegitimum tum ad tegendum delictum, tum ad euitandum infamiam, vt Paleothus *d. cap. 63. num.* 2. corroboratur hæc coniectura ex eo, quòd hoſpitalia expoſitorum ſolent nuncupari ſpuriorum, ſeu baſtardinorum, vt Bononiæ, prout teſtatur Paleothus *d.cap* 63. & alibi, & Vgolinus ait ſe vidiſſe re ipſa per multos annos, quibus animarum curam geſſit, ſolùm ex fornicatione, & illegitima copula natos exponi. & Garzias ſimiliter dicit, quòd quamuis aliqui legitimi exponantur, tamen hi ſunt pauciſſimi, & quod ferè omnes, qui exponuntur, ſunt illegitimi, & ex centum qui exponuntur, certum eſt plus quàm nonaginta eſſe illegitimos; & ita expoſiti (ſubdit, & confirmat etiam Auila,) communiter reputantur, & dicuntur ex copula illicita, & iuxta *reg.115.ff. de reg. iur.* ab eo quod ferè ſemper fit, videtur interpretatio ſumenda magis, quàm ab eo, quod aliquando, ſed tardò fit, quamuis id ſit meliùs, & benigniùs. Quare hîc, (inquit Auila) non ſumus in caſu dubij, vt proinde debeat habere locum doctrina in dubio quempiam legitimum potius, quàm illegitimum præſumi debere; ſed in re moraliter, & à communiter
accidentibus certa. † Confirmatur hæc eadem ſen- 1567.
tentia, quia expoſiti æquiparantur vulgò quæſitis, qui nullum certum patrem habent. Baldus *in l. vulgo ff.de ſtatu hominum.* Puteus *deciſ. 425. lib...* & Petrus Barboſa *in rubric. ff. ſoluto matr. p.1. n.20.* vulgò autem quæſiti, & certo patre carentes vocantur ſpurij, *d.l.vulgò.* Demum, quòd, quoad irregularitatem, ſint cenſendi illegitimi, & non capaces Ordinum abſque diſpenſatione probatur; nam in dubiis facti quis debet præſumi irregularis, iuxta dicta *ſuprà num.* 1352. hîc autem cùm agatur de legitimis, vel illegitimis natalibus, verſamur in dubio facti, & tali vt in deteriorem partem magis inclinet; & hanc opinionem Piaſecius *in praxi Epiſc. part.1. cap.1. n.27.* ait magis practicari, & ſe vidiſſe ſæpiùs in ſimilibus diſpenſationes expediri in Curia Romana, licèt ipſe contrariam opinionem ſequatur.

Etſi addant Couarruuias, Salzedo, Vgolinus, 1568.
Garzias, & Rodriquez, quòd ſi expoſitus iam ſit ordinatus, non erit cenſendus irregularis quoad vſum Ordinum, ſed poterit licitè miniſtrare ſine diſpenſatione, idque propter authoritatem Ananiæ, Felini, & aliorum Doctorum, contrariam ſententiam eos legitimos aſſerentem tenentium; quod reiicit Suarez, rectè inquiens, propter eandem authoritatem bene cenſeri poſſe non eſſe irregulares, neque quoad ordinationem; dicit ergo ipſe (& idem Auila, & Reginaldus,) quòd ſi fuit bona fide ordinatus, poteſt in Ordinibus ſuſceptis adminiſtrare ſine diſpenſatione ob aliam rationem, ſcilicet, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis bona fide, & iam habet ius quæſitum. Quamuis iidem Suarez, Reginaldus, & Henriquez *d. §. 2.* addant tutius eſſe diſpenſationem petere, quam diſpenſationem tam quoad vſum ſuſceptorum, quàm quoad Ordines ipſos ſuſcipiendos, in hoc caſu dubij poſſe Epiſcopum concedere, tradunt (quicquid ſecus dicat Garzias *d. n. 10. fine*, & quicquid ſit de praxi Curiæ Romanæ,) Couarruuias, Salzedo, Henriquez, Rodriquez, Auila, Suarez, Reginaldus, & Martinus Breſſerus; eo quòd verſemur circa irregularitatem in dubio facti, in ſimilibus autem, & quibuſuis caſibus dubij, poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege, voto, irregularitate, & aliis impedimentis, vt conſtat ex dictis hoc titulo *ſuprà n.*1220. *&* 1376. & tradunt Sà *verb. diſpenſatio n.*1. Suarez *d ſect.4. n.4. & de relig. tom.2. lib.6. cap.26. n.6.* Sanchez *lib.4.ſum. cap.40. num.26. & 79.* Salas *de legibus diſp.20. ſect.3. num.* 28. Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp.6. puncto 5.* Breſſerus *d.num.* 132. alij allegati *ſupra d. num.*1286. & ego ipſe *in tract. de triplici Iubilei priuilegio ſect.2.caſu 13.num.1.*

Verùm Doctores magis communiter ſentiunt 1569.
hos expoſitos, de quorum parentibus non conſtat, eſſe cenſendos legitimos, ac ſucceſſionum, Ordinum, & munerum, ſeu dignitatum capaces. ita Ioannes Ananias *in cap. 1. de infante expoſito*, Barbatia, & Felinus *n. 10. in cap. cùm deputati, de iudiciis.* Bermondus

mondus Chonettonius *de publicis concubinar. tit. de concubin. verſic. etiam filius n. 90.* Paleothus *d. cap. 63. per totum.* Menochius *de arbitr. caſu 396. n. 15.* Garzias Gironda *de priuilegiorum explic. n. 1441.* Ioannes Vela *de pœnis delict. cap 9.* Sebaſtianus Orozco *in theſauro linguæ Caſtellanæ, verb. enechado, ad finem.* Flauius Cherubinus *in comp. Bullar ſcholio 1. ad Bullam 44. Gregor.* XIII. Stephanus Gratianus *diſcept. for. tom. 1. c. 135. n. 31. & tom. 2. cap 210. n. 68. & cap. 267. n. 22.* Auguſtinus Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 51. n. 150. & collectaneo ad tit. de infantibus & languidis expoſitis, verſ. verum Doctores,* Ioannes Lupi *de illegitimis com. 1. §. 1. n. 22. & 23.* Rodriquez *qq. reg. tom. 1. q. 13. n. 1. & q. 14. art. 3.* Stephanus Bauny *Theol. moral. tom. 2. tract. 11. quæſt 4.* Homobonus noſter *de exam. eccleſ. tract. 11. cap. 3. q. 11. ſuppoſito 3.* Piaſecius *d. cap. 1. n. 27.* Baſilius Pontius *de matr. lib. 11. cap. 9. n. 4. 5. & 6.* Sanctarellus *var. reſol. p. 1. c. 41.* Arriga *1. 2. tom. 1. diſp 26. n. 22. 23. & 24.* Diana *1. p. tract. 15. reſol. 22. & p. 4. tract. 2. reſol. 58.* Coninch *de Sacram. diſp. 18. n. 105.* Peirinis *de relig. Prælat. q. 2. cap. 5. §. 9. n. 136.* & recentiores magis communiter, quorum nonnullos refert Diana *citatis reſolutionibus.* idem & cenſendus expoſitos eſſe legitimos quoad alia præter Ordines, tenent etiam Vaſquez *d. cap. 8.* Salas *d. diſp. vnica ſect. 24.* & Breſſerus *d. cap. 14. n. 127.* Et hanc ſententiam probabilem dicunt Suarez *d. n. 4.* & Fillitcius *tom 1. tract. 19. cap. 5. n. 143.* & reputari legitimos ait etiam Henriquez *lib. 11. c. 20. §. 2. litera K. in gloſſ & d. lib. 14. c. 8. §. 10. in gloſſ litera K.* dicit Greg XIV. anno 1591. in quadam Bulla in gratiam confraternitatis decreuiſſe quòd expoſiti habeantur pro legitimis, & puri ſanguinis ad omnes præbendas, quod Auila, & Coninch *vbi ſuprà* approbant, licèt contradicant Garzias *d. cap 2. n. 27.* & Eſcobar *d. §. 3. n. 43. & 44.* dicens ſe non habere notitiam talis Bullæ, & fortè eſſe Bullam particularem in gratiam, & fauorem expoſitorum alicuius confraternitatis particularis: ſed ſi S. Pontifex cenſuiſſet vtplurimum exponi ſolùm illegitimos, & ſpurios, & expoſitos habendos pro illegitimis, credo quòd tam amplam gratiam nulli etiam particulari confraternitati conceſſiſſet; quare ſi ita decreuit, ideo quia exiſtimauit iuxta hanc ſententiam eſſe cenſendus legitimos. Quare hæc ſententia probatur primò, quia videmus quotidie ad hoſpitalia ad id electa exponi legitimè natos ab ipſis parentibus, aut propter impotentiam eos nutriendi, ne fame pereant, & nihil neceſſaria illis deſint, (quo caſu parentes exponentes excuſantur ab infamia, & à pœnis, vt tradunt Menochius *d. caſu 396. n 8.* & Gratianus *d. cap. 77. n. 7.*) aut, (vt dicitur *d. cap. 1. de infan. t. expoſ.*) relegato pietatis paternæ officio. & de hoc varia ex antiquis hiſtoriis exempla refert Paleothus *d. cap. 63.* vt de Moyſe, Semirami, P[...]ide, Cyro, Œdipo, & aliis, quos ipſe teſtatur intellexiſſe ſæpe à parentibus probæ conditionis, pauperibus fuiſſe expoſitos, vt commodiùs educarentur. & confirmat *d cap. 1. de infant. expoſit.* dum patria poteſtate priuat parentes temerè exponentes proprios filios; nam patria poteſtas non habetur niſi in filios ex legitimo matrimonio natos. *§ ſi aduerſus. Inſtit. de nuptiis.* vnde falſum eſt dictum V[...]olini, & Garziæ, quòd vtplurimum ſolùm illegitimi exponantur, & cùm regulariter infantes ſecretò exponantur, qua ratione potuerunt ipſi concludere, aut dicere ſe vidiſſe ſolus illegitimos exponi, aut ex centum expoſitis nonaginta eſſe illegitimos, etſi in aliquibus locis Hoſpitalia expoſitorum, appellantur hoſpitalia ſpuriorum, aut baſtardinorum, in aliis locis, vt Piſis, & alibi appellantur innocentium, & ipſi expoſiti non ſpu-
rij, aut baſtardini, ſed innocentes appellantur. † Præ- 1570.
terquam quòd, vt dicit Baldus *in l. intriitoribus, ad*
finem, C. communi de ſucceſſion. loquela populi non fa-
cit ius. Quare cùm non minùs legitimi, quam ille-
gitimi infantes, aut ob parentum paupertatem, aut
propter metum mortis filiorum, aut ob alias cauſas,
(vt latè, & eruditè Paleothus *d. cap. 63.*) exponantur,
iidem expoſiti licet non poſſint certum patrem
oſtendere, tamen cùm illorum origo ſit incerta, &
dubia (quod non contingit in vulgò expoſitis, &
ſpuriis, in quibus eſt certa illorum origo ex parte
matris ſemper, & vtplurimum etiam ex parte
patris, vt conſtat ex *l. vulgo, ff de ſtatu hominum*) ratio-
ne huius incertæ, & dubiæ originis ſit interpretatio
in meliorem partem, ita quòd præſumi debeat illo-
rum originem fuiſſe potius, honeſtam, quàm tur-
pem, (*arg. cum deputati, de iudiciis*,) & ita eos eſſe le-
gitimos, non ſpurios. id quod confirmatur, tum
quia in dubio quis præſumi debet legitimus, & pro
legitimitate iudicandum, vt *ſuprà n. 1393. & pluribus*
ſequentibus, latè oſtenſum eſt; ac proinde omnia *ibi-*
dem adducta procedunt in his expoſitis, illorum-
que legitimitatem in hoc dubio probant. Tum quia
benignior, & fauorabilior interpretatio facienda
eſt fauore filiorum, *cap ex tenore, qui filij ſint leg.* Tum
quia in dubio debet interpretatio potius fieri, quòd
ſit pro matrimonio, quàm contrà, nam ſi capiatur
contrà, & in veritate ſit ex matrimonio, læditur ius
diuinum; ſed vbi accipitur pro matrimonio, quòd
non ſit, læditur ſolùm priuatus, qui poteſt conſen-
tire, vt notatur *in cap ſicut quadam,* vbi Gemini *n. 2.*
d. 24. † Secundò probatur hæc eadem ſententia; 1571.
quia expoſiti, ſiue nati ſint ex ingenuis progenitori-
bus, ſiue à libertina progenie, ſiue ſeruili conditio-
ne maculati, à iure cenſentur carere omni macula,
& habentur tanquam liberi, & ingenui, *l. vltima, C.*
de infant. expoſit. & l. nemini, C. de Epiſcopali audien-
tia, & d. cap. 1. de infant. ergo ius cenſet eos haben-
dos eſſe tanquam legitimos. Tertiò probatur, quia
cùm certum ſit ex dictis multos legitimos exponi,
in horum gratiam omnes ſunt habendi legitimi,
nullus condemnandus tanquam illegitimus, cùm
ſatiùs ſit impunitum relinquere nocentem, quam in-
nocentem condemnare, *l. abſentem, § ſed nec, ff. de pœ-*
nis. qua ratione, quādo ex multis hominibus quidam
ſunt homicidæ, quidam non, ſi non præmeditato
conſilio concurrerunt, nec ſciri poſſit, quis occide-
rit, Eccleſia omnes cenſet ab irregularitate immu-
nes, ne innocentes puniat, vt *ſupra n 1333. & 1349.*
Neque obſtat illud, quòd expoſiti æquiparentur 1572.
vulgò conceptis, nam ſolùm æquiparentur quoad
hoc, vt non poſſint oſtendere certum patrem, in
cæteris autem diſtinguuntur, quia vulgò concepti,
vt dicitur *d. l. vulgo, ff. de ſtatu hominum*, habent
certam originem, & certa eſt eorum mater, & ſæ-
pè etiam habent patrem certum, licèt dicantur il-
lum non habere, quia præ infamia oſtendere non
poſſunt, vt *d. l. vulgo*; & præterea non eſt verum,
quoſcunque, qui patrem oſtendere non poſſunt,
eſſe illegitimos, vt conſtat ex *dict. cap. 1. de infant.*
expoſ. Addit, & bene, Paleothus *dict. cap. 63. num.*
6. in expoſitis non deficere ius, ſed probationem,
ſcilicet, ipſos verè legitimos eſſe, taleſque iure ha-
beri, quamuis natales ſuos proprios iuſtè probare
non poſſint, arg. *l. duo ſunt, ff de teſtamentaria tutela.*

Non obſtat etiam quòd verſemur in dubio facti, ac proinde ſaltem cenſeri debeant irregulares; nam extra caſum homicidij in dubio facti nemo eſt habendus tanquam irregularis, vt latè oſtenſum eſt *ſuprà num. 1353. & ſequentib.*

Nun

1573. Non obſtat item ſi dicatur expoſitos cenſeri ex parentibus infamibus, & ita irregulares, nam licèt eſſent ex parentibus infamibus, & maculatis, ipſi à iure non cenſentur maculati, ſed ingenui, vt *n.* 1571. dictum eſt. Et præterea, quia parentum infamia non redundat in filios, neque eos infames facit, vt propterea cenſendi ſint irregulares, vel inhabiles ad quæcunque alia munera, vt rectè Suarez *dict. ſect.* 4. *num* 3.

1574. Neque item obſtat, quòd peregrini, & incogniti repellantur ab Ordinibus, & muneribus, nam hoc non eſt ſemper verum, vt conſtat ex *d. cap. cum deputati, de iudicijs*, & tradit Suarez *d. num.* 3. & non eſt ſimile, quia de peregrinis expreſsè ſtatutum eſt, *cap.* 3. *de clericis peregrinis*, ſed non de expoſitis. Peregrini etiam tenentur teſtimonium ſuorum Prælatorum afferre, ac proinde quamdiu illud non afferunt, in culpa eſſe iuridicè præſumuntur, donec aliquo modo ſaltem per probatam conſuetudinem purgentur.

1575. Non obſtat pariter, quòd poſſint eſſe rebaptizati, & dubium rebaptizationis ſufficere videatur ad irregularitatem. hoc enim eſt verum, cùm rebaptizatio ſit ſine culpa, vt contingit in expoſitis, ſi quando rebaptizantur, eo quòd reperiantur ab initio expoſiti ſine aliquo ſigno indicante eos iam fuiſſe baptizatos.

1576. Aduertendum autem eſt expoſitos inter Chriſtianos præſumi pro certo baptizatos, vt poſt Nauarrum *in ſumm. cap.* 27. *num.* 146. Henriquez *d. lib.* 11. *cap.* 20. §. 2. *in Gloſſa lit. K.* Reputantur etiam Chriſtiani antiqui, vt *ibidem* Henriquez, Garzias *d. cap.* 2. *num.* 26. Stephanus Gratianus *d. cap.* 267. *num.* 24. Quare *ibidem* dicit, quòd ſi per ſtatutum ſolùm requiratur, quòd non deſcendant ex Iudæis, vel Mauris, vel ſint aliqua macula infecti, qui debent admitti ad aliquod beneficium, vel quid ſimile, per hoc non excluderentur expoſiti. Nam cùm ſtatutum, inquit, ſit contrarium iuri, *cap. cam te, de reſcriptis*, debet reſtringi, vt Bartolus *in l. omnes populi, num.* 56. *ff. de inſtit. & iure*, & Rolandus *conſil.* 21. *num.* 21. *lib.* 1. & non debet extendi vltra illud, quod exprimitur, *l. ſi verò, § de viro, ff. ſolut. matr.* Vnde cùm reperiatur in expoſitis macula, quam ſtatutum excludit, ſunt admittendi. quod idem docuerunt Perez de Lata loco *infrà* mox allegando; Auguſtinus Barboſa *de Canonicis cap.* 13. *num.* 47. *fine*, & alij, quos referunt idem Barboſa, & Eſcobar *de nobilitate, q.* 16. §. 3. *num.* 47. licèt contradicat idem Eſcobar *num.* 48.
1577. *& duobus ſeqq.* † Immò Henriquez *d* §. 2. *litt. K. in Gloſſa, & lib.* 4. *cap* 8. §. 10. *in dicta Gloſſa K.* Auila *d. dubit.* 9. *fine*, & Breſſetus *d. cap.* 14. *num.* 127. aiunt eoſdem expoſitos cenſeri ex defæcato, & puro ſanguine, & legitimos, quoad omnes præbendas, & Collegia, non obſtante ſtatuto quòd non admittantur niſi Chriſtiani antiqui, & ex puro ſanguine, id quod decernitur *in d. Bulla Gregorij XIV.* per eundem Henriquez allegata. Quanquam contrarium, & vbi ſtatutum requireret qualitatem, quòd admittendus ſit ex notis parentibus, aut puri ſanguinis, vel probabilibus, prout in officiis Sanctæ Inquiſitionis, & in aliquibus Eccleſiis, & Collegiis, & Confraternitatibus requiritur, vt notat Barboſa *d. allegat.* 51. *num.* 152. tunc expoſitos non eſſe capaces, neque debere admitti, quaſi non poſſit per eos probari talis qualitas, illámve habere, præſumi non poſſit, tradidit Perez de Lata *de anniuerſarijs & Capellanijs, lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 37. *vſque ad* 42. quem referunt, & ſequuntur Garzias *d. cap.* 2. *num.* 26. Stephanus Gratianus *d. cap.* 267. *num.* 26. & Auguſtinus Barboſa *d. allegat.* 51. *eod. num.* 152. *& collectan ad d. tit. de infantibus expoſitis, allegato verſic. verum Doctores, circa finem*, Sanctarellus *d. q.* 44. *verſic Tertio, in fine.* Eſcobar *d.* §. 3. *num.* 45. & etiam Arriaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 26. *num.* 20. indicat.

Denique non obſtat quòd nonnulli expoſiti diſ- 1578.
penſationem, vt poſſent ad Ordines, & beneficia promoueri petierint; nam id potuit fieri non ex neceſſitate, ſed ad tollendos ſcrupulos, & quod aliqui fecerunt abſque neceſſitate, aliis officere non poteſt.

Cæterùm tanquam certum ab omnibus aſſeri 1579.
debet ex ſola expoſitione nullam irregularitatem contrahi, cùm nullo iure ſit expreſſa, quod & in terminis obſeruarunt Maiolus, & Suarez locis *ſuprà* allegatis; ac proinde vbi conſtiterit infantem expoſitum fuiſſe ex legitimo matrimonio natum, citra omne dubium irregularis non erit: hoc autem conſtare poteſt ex coniecturis, & præſumi ex aſſertione vtriuſque parentis, quam ad id ſufficere vt legitimi habeantur, ait Suarez *d. num.* 4. & ſuadent dicta *ſuprà* de nominatione, & confeſſione parentum quoad conſtituendam quaſi poſſeſſionem filiationis, & legitimitatis. & confirmatur,

Poſſunt enim parentes per nominationem, vel 1580.
tractatum, vel per vtrumque agnoſcere expoſitos pro filiis, qua agnitione ſecuta cenſebuntur conſtituti in quaſi poſſeſſione filiationis legitimæ, ſeu habebuntur vt legitimi filij, & ſui hæredes patris, vt Seraphinus *d. deciſ.* 1081. Puteus *d. deciſ.* 425. & Stephanus Gratianus *d. cap.* 267. *num.* 14. id *num ſequenti* confirmans, quòd non ſit interdictum etiam vulgò conceptum ex indiciis vocare filium, & amplecti eum vt filium, *cap. Michael, de filijs Presbyt.* & poſt Baldum *in l. ſi qua illuſtris, circa finem C. ad Orffic.*
Rota apud Puteum *d. deciſ.* 425. † Vbi etiam initio 1581.
tenet, quòd valeat legitimatio ſpurij, quamuis non probaretur certa mater legitimati, quia ſatis erat, quod pater illum agnouiſſet vt filium, ex quo tantùm de eius præiudicio, (vt etiam dicitur *d. dec.* 1081. apud Seraphinum) agebatur. Cùm iſta agnitio patris facta de filio conſtituat illum in quaſi poſſeſſione filiationis, vt poſt Bartolum *in l quod Senatus, §. item per contrarium ff de liber agnoſcendis*, Gratianus *d. cap.* 267. *num.* 17 & conſtat ex traditis *ſuprà n.* 1500.
& ſeqq. † Vbi etiam *num.* 1512. alijs allegatis dixi 1582.
etiam patre vità functo, ſi ab aliis talis filius tractaretur tanquam filius illius, ex hoc conſtitui in quaſi poſſeſſione filiationis contra illas ſic tractantes, licèt non contra eos, qui illi tractationi non conſenſerunt, vt etiam dixi *num.* 1514.

Præter prædicta eſt quoque obſeruandum expo- 1583.
ſitum eſſe municipem, & ciuem illius loci, & ciuitatis, in qua exponitur ita vt ſi aliquod legatum relinquatur, vel priuilegium concedatur, vel puellis naturalibus, vel ciuibus alicuius ciuitatis, vel pro eis maritandis aliquid relinquatur, virgines, & puellæ expoſitæ comprehenduntur. ita Mandoſius *de ætate minor. cap.* 1. Garzias Girond *d. tract. de priuileg. explicat. num.* 150. Stephanus Gratianus *tom.* 1. *cap.* 75. *n.* 12. & Auguſtinus Barboſa *d allegat.* 51. *n.* 152. *& d. collect. ad tit. de infant. expoſit fine.*

Cætera de expoſitis, præſertim quinam in bonis 1584.
eorum ſuccedunt, & an hoſpitale, an fiſcus, tradunt Hoſtienſis *in ſumm. tit. de infant. expoſitis.* Speculator *tit. eodem.* Caſtrenſis *in l. nutritoribus C. commun. de ſucceſſion.* Salicetus *in l fin. C. eod.* Ioannes Lupi *de illegitimis d. comm.* 1. §. 1. *num.* 35. & alij ab eodem Lupi *ibidem* relati.

Cùm vtrinque ſunt rationes,ſeu opiniones probabiles, an quis ſit legitimus, vel illegitimus, index fori externi debet in iudicando ſequi partem fauentem legitimitati, etiam ſequendo minus communem opinionem.

1585. PRo complemento huius §.43. videndum eſt, an ſi non verſemur in dubio ſtricto, & negatiuo, ſcilicet, ſine vllo aſſenſu determinato, ſed in dubio lato, & opinariuo, quia pro vtraque parte exiſtant rationes probabiles,ſeu opiniones Doctorum, ſuadentibus, ſeu affirmantibus quibuſdam, quem eſſe legitimum, quibuſdam verò illegitimum, an iudex fori externi debeat prounciare pro legitimitate, ſeu iudicare ſecundùm rationes, & opiniones ſtantes pro legitima filiatione.

Et in hac controuerſia Ioannes Saneius *in ſelectis diſſ.44. n.54. verſic. Deinde,* (prout etiam illum allegaui *ſuprà hoc titulo, num. 481. verſic. nonò cùm oppoſita,*) ſtantibus ſupradictis opinionibus oppoſitis Doctorum,circa legitimitatem expoſitorum, ait eſſe liberum iudici in fauorem expoſiti ſententiam ferre,illum legitimum declarando, vel è contra iudicare tanquam illegitimum habendum, & nulla alia ratione mouetur, niſi quòd arbitratur iudicem poſſe ſequi quamcunque opinionem probabilem, etiam relicta probabiliori, iuxta ſententiam traditam & explicatam *ſuprà num. 478. & aliquibus ſequentib.*

1586. Verùm dicendum eſt indicem etiam in dubio opinatiuo,an quis ſit legitimus,vel illegitimus,quia vtrimque ſint probabiles rationes, aut Doctorum opiniones,debere pronunciare eum eſſe legitimum, ſeu iudicare in fauorem legitimitatis. ita Rota *deciſ.2.lib.3.* apud Puteum, (vbi in cauſa legitimitatis, vel illegitimitatis cuiuſdam D. Honorati cùm exiſterent oppoſitæ famæ per teſtes ſufficientes probatæ, quarum vna probabator eſſe legitimum, alia verò illegitimum, & ita eſſet dubium poſitiuum, & opinatiuum, Rota pronunciauit eum eſſe legitimum, dicens quòd ſtante dubietate, in dubio pro legitimitate iudicandum erat,) Peregrinus *de fideicomm. art.43. num.71.* (vbi refert, & approbat eandem deciſionem,& doctrinam Putei *d. deciſ.2.*) Martinus Breſſerus *lib.4. de conſc. cap. 14. num.126.* (vbi quòd non ſulùm in dubio ſtricto, ſed etiam in opinatiuo, cùm pro vtraque parte afferuntur rationes probabiles, quis præſumi, & iudicari debet legitimus, addens pro confirmatione non poſſe contingere, vt quis credatur forſan legitimus filius certorum parentum, niſi ob poſitiuas, ac probabiles aliquas rationes, quòd domi illorum natus ſit, aut vt filius habitus vel ab ipſis parentibus, vel ab aliis communiter;quamuis ob contrarias quoque rationes,ſignaque illis æqualia oriri poſſit dubitatio poſitiuè ſtricta,) & Merlinus *de legitima lib. 1. tit. 2.q.7. num. 22.* vbi ait pro legitimitate in dubio iudicandum eſſe, etiam ſequendo opinionem minus communem;& ad id allegat Barbatiam *conſ.6.col.2.lib.1.* Oſaſchum *deciſ. 119. num.1. & 6.* & Gorgiam *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 281. ff. de liber. & poſtb.*& ratio eſt,quia cauſa legitimitaris eſt fauorabilis,vt dictum eſt *ſuprà num.1400. & 1401.* & confirmatur, quia matrimonium eſt fauorabile; ergo etiam legitimitas. nam ex matrimonio prouenit legitimitas, & è contra negata legitimitate, etiam matrimonium negatur, & deſtruitur; ac proinde ſicut in dubio opinatiuo iudicandum eſt pro matrimonio, & pro quacunque alia cauſa fauorabili, & priuilegiata, ſequendo etiam opinionem minus communem, vt latè *num.501.511.512. & 679. cum ſequentib.* ita etiam pro legitimi tate.

SVMMARIVM.

1587 *Contractus in dubio præſumendus eſt illicitus, ſaltem in foro conſcientiæ ſecundùm aliquos.*
Secus in foro externo,ibid.

1588 *Probabilius eſt in vtroque foro præſumi licitum, & neminem obligari ad illum omittendum.*
Actus qui poteſt ad bonum, & malum referri, in dubio referri debet ad bonum, & exemplificatur d. num.1587.
& in dubio præſumitur aſſertio potius catholica, quàm hæretica, & vulnerationem factam cauſa defenſionis, & ex duobus malis in dubio præſumitur leuius, & potius culpa, quàm dolus, & potius culpa leuis, quàm lata, & in dubio præſumitur potius homicidium caſu, quàm induſtria factum, ibid.

§. XLIV.

In dubio, vtrùm contractus aliquis ſit licitus, an prohibitus lege naturæ,aut poſitiua, poſt multam diligentiam ad illud vincendum, ſeu pro agnoſcenda veritate, adhibitam, manente, an liceat talem contractum celebrare.

HIc §. continet quartam difficultatem ex dictis 1587.
in §.39. reſoluendam. Et multorum ſententia fuit,contractum in dubio tam ante, quàm pòſt factum in foro conſcientiæ præſumi debere illicitum, puta vſurarium,& ab eo abſtinendum,vel ſi iam celebratus ſit, reſcindendum, ita Abbas *in cap. nauiganti. de vſuris, & in cap.1.num.7. de Clericis non reſidentibus*, Menochius *de præſumpt.lib.3.præſumpt.122. num.5 & lib.5. præſumpt.2.num.41.* Saráua *in inſtitutione Mercatorum 1.part.cap.14.* alij Iuriſperiti, quos Menochius *d.num.5.* allegat, & alij, quos refert & ſequitur Ioannes Valerus *de differentijs in vtrumque forum,verb.interpretatio,diff.2.& verb iudicium, diff.5.* & ita proculdubio cenſent omnes Doctores citati *ſuprà hoc titulo, num.1174. & 1176.* mouentur dicti Iuriſperiti, quia in foro conſcientiæ, & vbi agitur de ſolo animæ periculo, interpretatio in dubio facienda eſt in deteriorem partem,ſcilicet,in ſecuriorem,cùm reſpectu animæ ea ſit pars benignior, quæ ſecurior;ac proinde contractus in dubio præſumendus eſt potius illicitus, quàm iuſtus; ſecus verò in foro externo, ſi poſt contractum ageretur ad pœnam, nam tunc potiùs cenſeri debet iuſtus, quàm illicitus,ſeu vſurarius.ita iidem Iuriſperiti, & Valerus *locis citatis*, propter rationem *ſuprà num. 1177.* adductam, nempè quòd in foro externo Reus in dubio à iudice non eſt damnandus, ſed abſoluendus, & facienda eſt interpretatio in mitiorem partem ad euitandam pœnam. & Abbas *d. num.7.* ait quando actus poteſt referri ad bonum, & malum, in dubio referri ad bonum. cui conforme eſt quod tradit Royas *de hæreticis part.1. num.367.* nempè in foro externo aſſertionem dubiam, quæ poteſt eſſe hæretica, & catholica, in dubio præſumi catholicam, ſicut etiam qui vulnerauit alium in foro externo, præſumitur feciſſe animo non vulnerandi, ſed defendendi ſe, iuxta Cæpollam *conſil. 1. num.8,*

in

in criminal. quæ omnia ita vera eſſe, ait Romanus *conſil.* 353. vt etiam procedant, quamuis aliqualis præſumptio pro contraria parte reperiatur. Quòd ſi duo mala ſint, præſumendum illud, quod leuius reputatur, vt Baldus *in l. vltima num. 17. C. de adultia* & Antonius Gabr. *in ſuis concluſ. lib. 7. tit. de crim. concl. 1. num. 5.* vnde præſumitur potius homicidium fuiſſe caſu factum, quàm induſtria, ex Baldo *in l. properandum, §. & ſiquidem, Cod. de iudicijs.* & Craueta *conſ. 8. num. 20. & conſ. 151. num. 18.* vbi decidunt potius eſſe præſumendum culpam, quàm dolum, & potius leuem, quàm latam. licèt alij, puta relati *ſuprà num.* 1177. abſolutè, & in vtroque foro velint habere locum illam regulam, quòd in dubio pars ſecurior ſit eligenda, & ita abſtinendum eſſe à contractu, de quo poſt moralem diligentiam dubitatur, an ſit licitus, vel illicitus, ſeu vſurarius; & hanc ſententiam etiam tenet Salas 1. 2. *tract. 8. diſput. vnica ſect. 17. num. 163.* quoties talem contractum, de cuius iuſtitia dubitatur, quis poteſt ſine incommoditate omittere; ſecus verò ſi non poteſt ſine incommoditate.

1588. Verùm dicendum eſt in huiuſmodi dubio, an contractus aliquis ſit licitus, necne, poſt factam debitam diligentiam ad inueſtigandam veritatem remanente, contractum non eſſe damnandum, & neminem teneri ad abſtinendum ab illo, ita in terminis Salas *d. num.* 163. vbi dicit ad ſaluandum aliquem contractum, & rectè illum celebrandum ſufficere nullo certo iure eſſe damnatum, licèt limitet, modò non poſſit ſine incommoditate contractus omitti: hoc idem proculdubio ſentiunt Doctores relati *ſuprà num.* 1186. & conſtat tum ex dictis ad confirmandam ſententiam quartam *d. num.* 1186. poſitam, tum ex dictis *num.* 1296. tum ex dictis in præcedenti §. ſcilicet, quòd in dubio melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem, & quòd nemo obligatur lege aliqua poſitiua, naturali, aut diuina, niſi illi ſit ſufficienter propoſita, & conſtet de illius obligatione, quod non contingit quoties rationabiliter de lege an extet, vel talem caſum comprehendat, dubitatur, vt dictum eſt *ſuprà d. n.* 1296. & alibi. Confirmatur, quia ſicut in dubio quiſque præſumitur legitimus, donec probetur illegitimus, vt latè probatum præcedenti §. & liber, donec probetur ſeruus, & bonus, donec probetur malus: ita quiſque contractus cenſetur licitus in ordine ad praxim, donec certò probetur contrarium, ad id etiam faciunt omnes rationes adductæ ad probandam dictam ſententiam quartam poſitam *d. num.* 1186. & præſertim quòd ſi in foro externo contractus in dubio non condemnetur vt illicitus, ſeu iniuſtus, aut vſurarius, ita nec in foro animæ damnari debet, per dicta *ſuprà num* 1187. *& num* 1290. *fine*. Quòd in dubio non ſit neceſſe amplecti tutiorem partem, latè explicatum eſt, tum in confirmatione dictæ quartæ ſententiæ, tum in reſponſionibus ad argumenta contra dictam quartam ſententiam adductis *num.* 1201. cum pluribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1589 *Dubitans poſt factam debitam diligentiam de promiſſione ſiue emiſſione voti, aut iuramenti, ſecundum aliquos obligatur adimplere.*

1590 *Sed longè probabilius eſt non teneri implere.*

1591 *Etiamſi magis inclinaret in eam partem, vt promiſerit, vel vouerit, dummodo res non extrahatur extra dubium rigoroſum, & strictum.*

1592 *Si tamen rationabiliter opinetur, ſeu iudicet, licèt cum aliqua formidine oppoſiti, ſe promiſiſſe, aut vouiſſe, nullum valens concipere aſſenſum probabilem circa partem oppoſitam, tenetur promiſſionem, vel votum implere; ſecus verò ſi etiam probabiliter opinetur ſe non vouiſſe.*

1593 *In dubio de valore voti, iuramenti, vel promiſſionis ob defectum intentionis vouendi, iurandi aut promittendi, ſeu ſe obligandi, ſi dubium defectus intentionis proueniat ex verbis prolatis non habentibus certam voti, vel iuramenti ſignificationem, ſed ambiguam, votum, iuramentum, aut promiſſio non obligat.*

1594 *& quid ſi ab impubere, & ſimpliciore fuerit dictum: Promitto pio motu.*

1595 *Si verò quis certus ſit ſe protuliſſe verba promittendi, vouendi, ſeu iurandi, ſeu continentia formam iuramenti, &c. & poſtea licèt facta debita diligentia dubitet, an voluerit vouere, &c. ſeu an habuerit intentionem iurandi, vouendi, & ſe obligandi, an verò ſimulandi, votum, iuramentum, & promiſſio obligat, cum duobus ſeqq.*

& id aliqui negant in iuramento metu graui extorto, n. 1598.

Tamen alij veriùs affirmant, niſi quis dubitet, an cum ambiguitate, aut mentis reſtrictione in illo caſu iurauerit, nam tunc non tenetur iuramento, n. 1599.

1596 *Probato facto præſumitur interueniſſe omnia ad factum requiſita, puta probata profeſſione præſumitur profitentem habuiſſe legitimam ætatem.*

1597 *Non eſt fauendum libertati vouentis, aut iurantis, aut facienda mitior interpretatio, quando hinc præſumitur dolus, & fraus ſeu delictum.*

1600 *Certus de promiſſione, & de voti, aut iuramenti emiſſione, & dubitans an habuerit ſufficientem deliberationem, an teneatur promiſſione, voto, aut iuramento.*

1601 *In dubio defectus ſufficientis deliberationis ratione teneræ ætatis, ſi conſtet promiſſionem, aut votum, vel iuramentum facta fuiſſe ante ſeptimum completum, regulariter præſumitur defectus ſufficientis deliberationis, ſecus ſi conſtet facta fuiſſe poſt ſeptennium completum.*

1602 *Poteſt contingere vt ante ſeptennium ex alijs coniecturis præſumi debeat ſufficiens vſus rationis, poſt ſeptennium non debeat præſumi.*

Qua certitudine conſtare debeat de defectu, vel ſufficientia vſus rationis ad deobligandum, vel obligandum, ibid.

1603 *Vbi conſtat promiſſionem votum, aut iuramentum facta eſſe poſt ſeptennium, ſi coniecturæ ſolum efficiant dubiam, an in puero adfuerit ſufficiens vſus rationis, an in tali dubio ceſſet obligatio promiſſionis, voti, aut iuramenti.*

1604 *In dubio an puer expleuerit ſeptennium tempore promiſſionis, voti, aut iuramenti, an promiſſio, votum, & iuramentum obligent, referantur ſententiæ oppoſitæ, & approbatur affirmatiua, ad* 1609.

1605 *In dubio an cauſa in impetratione tacita, vel falsò expreſſa ſit finalis, vel ſolum impulſiua, præſumitur impulſiua.*

In dubio an cauſa finalis diſpenſationis obtentæ ceſſauerit ante executionem, præſumendum eſt non ceſſaſſe, & diſpenſationem valere ibid.

1606 *Interpretatio quando, & qua ratione ſit facienda in fauorem promittentis, vouentis, aut iurantis, quando in fauorem promiſſionis, & voti, &* 1608.

In

In dubio iudicandum pro valore actus, d. n. 1604. & 1606.

1609 Vbi actus eſt dubius, ſemper debet interpretari, vt minus ſit damnoſus gerenti, & plus vtilis, quàm eſſe poſſit.

1610 Quando votum fuit factum ob aliquam cauſam, & conſtat hanc ceſſaſſe, vel in ea errorem contigiſſe, ſi tunc dubium ſit, an cauſa ceſſans, vel in qua eſt error, fuerit finalis, an impulſiua, præſumitur impulſiua, & votum obligare.

Quibus coniecturis dignoſci poſſit fuiſſe finalem, vel tantum impulſiuam, ibid.

1611 Quando dubium de valore voti, aut iuramenti, vel promiſſionis ratione inſufficientis deliberationis oritur, eo quòd emiſſa ſint ex animi perturbatione, ob iracundiam, aut mortis timorem, ex morbo, vel naufragio, aliáve cauſa contingentem, regulariter præſumendum eſt fuiſſe ſufficientem deliberationem, & valere, etiamſi verè dubium ſit de inſufficientia.

1612 Quid ſi dubium de valore, ſeu defectu deliberationis conſurgat ex amentia, & inſania, dubitetúrque an tempore ſanæ mentis, vel lucidi interualli emiſſum ſit votum, vel iuramentum, vel vouens non ſit amens in omni materia, & 1613. & 1614.

1615 In dubio defectus ſufficientis deliberationis, orto ex ſomno, ebrietate, vel phraneſi, ſi dubitetur ſolum, an votum, vel iuramentum, aut promiſſio geſta ſint tempore ſanæ mentis, vel ſomni, ebrietatis, aut phraneſis, obligat, & 1616.

1617 Si verò conſtet geſta eſſe tempore ſomni, &c. & dubitetur an tunc fuerit plena ebrietas, phraneſis, vel ſomnus tollens ſufficientem deliberationem, an tantùm ſemiplenè non tollens, præſumitur pro mentis alienatione.

1618 Qui noctu habuit pollutionem, & dubitat, an tunc habuerit perfectum vſum rationis, præſumitur non peccaſſe mortaliter ob defectum perfectæ libertatis.

1619 Dubius de materia voti, vel iuramenti, vel promiſſionis, an ſit licita, ſi facta diligentia reperit eſſe illicitam, non tenetur voto, &c.

1620 Si verò agnoſcit in aliquo ſenſu, ſeu in aliqua parte potuiſſe eſſe de re licita, præſumi debet in illo ſenſu fuiſſe facta, & obligare.

1621 Si omnibus circunſtantijs conſideratis ſit dubium ſtrictum, & rigoroſum, an res promiſſa ſit licita, vel illicita, vtrùm tunc votum, vel iuramentum obliget, & an ſaltem ſit recurrendum, (ſi id commodè fieri poſſit) ad ſuperiorem pro declaratione, vel diſpenſatione, ad 1624.

Votum, aut iuramentum, cuius materia partim eſt apta, nempè bona, & poſſibilis, partim inepta, nempè indifferens, mala, vel impoſſibilis, ſi materia eſt diuidua, & non conſtat de intentione vouentis, aut iurantis, quòd per modum vnius votum emiſerit, obligat quoad partem aptam, & cenſetur virtute duplex votum, d. n. 1621.

1625 Secus verò ſi conſtaret vtramque partem copulatiuè, & per modum vnius, & non diuiſiuè, ſeu per modum plurium fuiſſe promiſſum.

1626 Quando res eſt indiuidua, cenſetur promitti per modum vnius, & votum, aut iuramentum, nullo modo obligare; ſi verò ſit diuidua, cenſetur promitti diuiſiuè, & per modum plurium, & vouens, aut iurans tenetur ad partem bonam, & poſſibilem.

Vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur, d. num. 1621. & 1626.

1627 Qui nequit totum votum adimplere, quando teneatur ad partem.

Ex communi exiſtimatione, & vſu dignoſcitur quando res per modum vnius promittatur, dict. num. 1626.

1628 Item ex modo promittendi, vt ſi pars inepta promittatur principaliter, pars verò bona, & poſſibilis, vt minus principalis, & acceſſoria, cenſetur votum per modum vnius, & totum irritum eſt; è contra ſi pars bona, & poſſibilis principaliter, & pars inepta minus principaliter, & acceſſoriè, ac vt modus, vel circunſtantia votum cenſetur per modum plurium, & obligat ad partem bonam.

1629 Qui vouit Eccleſiam, aut Monaſterium ædificare, & præ paupertate ſuperueniente non poteſt niſi partem, non tenetur ad partem poſſibilem, puta ad Capellam, vel ad aliquam donationem faciendam.

1630 Votum nunquam peccandi, aut nunquam peccandi venialiter, ad quid obliget, & 1631.

1633 Quid ſi votum ſit de vitando peccata determinato tempore.

1634 Quid de voto non committendi talia peccata pro determinato tempore, aut de cauendo aliquo genere venialium.

1635 Quid ſi non collectiuè, ſed diuiſiuè quis voto ſe obligaret, ad omnia venialia vitanda.

1636 Quid de voto nunquam peccandi venialiter cum plena deliberatione.

1637 Quid de voto vitandi omnia peccata etiam venialia quantum in ſe eſt, ſeu adhibendi diligentiam pro vitandis peccatis, quantum cum diuina gratia poſſibile fuerit.

1638 Votum confitendi omnia venialia an obliget, & quomodo intelligendum.

In dubio an materia voti ſit poſſibilis, an tunc votum obliget, & quid ſi pro vtraque parte ſint opiniones probabiles, ibid.

1639 Votum eundi ad Indos ad opus augendum præmiſſa confeſſione, non obligat ad confeſſionem.

1640 Qui vouit ieiunium in Vigilia natiuitatis B. M. V. & non poteſt ieiunare, non tenetur a carnibus abſtinere, & ſi non poteſt à carnibus abſtinere, non tenetur abſtinere à ſecunda comeſtione.

1641 Votum confitendi cauſa lucrandi Iubilæum ad nil obligat, ſi Iubilæum non poteſt obtineri.

1642 Votum peregrinandi in cilicio, ſi peregrinatio non eſt poſſibilis, non obligat ad induendum cilicium.

1643 Votum faciendi aliquid determinato tempore, vel loco, v. g. ieiunandi certa die, aut ſacrificandi pro animabus Purgatorij in die commemorationis omnium defunctorum, aut celebrandi in tali Eccleſia, vel Capella; ſi non poſſit in eo die, vel eo loco impleri, an obliget in alio die, & quoad alium locum.

1644 Quid ſi omnibus conſideratis ſit rigoroſum dubium de intentione vouentis, an ſcilicet voluerit ſe obligare independenter, an dependenter à tali die, vel loco, ibid.

Certus ſe votum ſpecialis religionis, aut Monaſterij emiſiſſe, & rigoroſè dubius de intentione, an illam tantùm, an verò religionem in communi vouerit, iudicandum illam ſolam vouiſſe.

1645 Votum dandi mille aureos ad piam cauſam, ſi non poteſt impleri quoad totum, debet impleri quoad partem poſſibilem.

1646 Votum pariter ieiunandi per totum annum, etiamſi non poſſit impleri niſi pro tertia parte, tenetur vouens pro illa parte poſſibili.

Votum

Votum ieiunandi in tota Quadrageſima obligat ad partem poſſibilem, quando non poteſt impleri quoad totum, ibid.

Quid de voto recitandi Officium canonicum, aut virgineum, quod non poteſt impleri quoad totum, ibid.

Votum, aut iuramentum vbi aliter non conſtat de intentione vouentis, aut iurantis, obligat ad modum præcepti Eccleſiaſtici de eadem re, ibid.

Præceptum Eccleſiaſticum recitandi diuinum Officium, iuxta aliquorum ſententiam eſt indiuiduum, & ſi non poteſt impleri quoad totum, non obligat ad aliquam partem, quæ tamen ſententia communiter reprobatur, ibid.

Secundùm aliquos Doctores infirmus, qui non poteſt maiorem Officij partem, putà matutinum cum laudibus recitare, non tenetur ad Officium recitandum, ibid.

Votum recitandi Officium defunctorum, aut Pſalmos pœnitentiales, aut tertiam Roſarij partem, ſi non poteſt impleri quoad totum, non obligat ad partem, ibid.

Secus recitandi totum Roſarium, ibid.

1647 *Votum grauium afflictionum corporis obligat ad moderatas, licèt non obliget quo ad exceſſum.*

Qui vouit ieiunare in pane, & aqua, ſi non poteſt cum tanto rigore, tenetur ad formam ieiunij Eccleſiaſtici, ibid.

1648 *Votum caſtitatis abſolutè emiſſum poſt matrimonij contractionem ab vno coniuge, altero inſcio, & non conſentiente, non ſuſpendit obligationem reddendi debitum, obligat tamen ad non petendum, & ad abſtinendum à cæteris venereis.*

Item ſi coniux poſt conſummationem altero inuito, aut ignorante profeſſus eſt in religione, licèt profeſſio non valeat, obligat tamen ad abſtinendum à petitione debiti, & ab alijs nuptijs, ibid.

Talis coniux ſine licentia alterius profeſſus propria authoritate poteſt religionem deſerere, & redire ad alterum coniugem, & eo mortuo non cogitur redire ad Monaſterium, ibid.

1649 *Ruſticus, qui vouit peregrinationem ad S. Rochum, & oblaturum ouem, ſi ouis moriatur, tenetur ad peregrinationem.*

1650 *Votum peregrinationis ad limina Apoſtolorum cum cilicio, aut ſacco, vel ſine veſtibus vllis, vel genibus flexis, aut geſtando ſerpentem in ore, aut cum conditione alia inepta, ſcilicet, impoſſibili, vel turpi, aut indifferenti, obligat ad peregrinationem, reiecto modo impoſſibili, ſeu indecenti, aut turpi, vel indifferenti.*

1651 *Limitatur ſi modus impoſſibilis, ſeu ineptus adiectus redderet multò faciliorem rem principaliter promiſſam, vt ſi votum eſſet peregrinandi ad limina Apoſtolorum equitando, vel nauigando, nec adeſſet facultas eundi talibus modis, nam tunc non obligaret ad peregrinationem, quicquid aliquis ſecus ſentiat.*

1652 *Quando votum, aut iuramentum eſt partim de materia bona, & poſſibili, partim de materia mala, vel impoſſibili, aut indifferenti, & omnibus penſatis dubitatur, an fuerit emiſſum collectiuè, & per modum vnius, an diuiſiuè, & per modum plurium; in tali dubio an ſit præſumenda intentio collectiua, an diuiſiua, & 1653.*

1654 *Valet votum rei bonæ potentis habere aliquando malum euentum, vt votum obediendi in omnibus Prælato, aut reddendi gladium domino.*

1655 *Votum, aut iuramentum, cuius finis eſt partim bonus, & poſſibilis, partim turpis, indifferens, impoſſibilis, aut contra conſilia, an & quando cenſeatur emiſſum per modum vnius, & vtrum ſit, aut per modum plurium, & obliget, & 1659.*

1656 *Non valet votum, cuius finis vnicus eſt malus, malitia ſe tenente ex parte obiecti, vt votum peccandi mortaliter, vel venialiter.*

Item non valet votum cuius vnicus finis eſt malus malitia ſe tenente ex parte intentionis vouentis, vt votum dandi eleemoſynam cauſa ſolius vanæ gloriæ captandæ, vel ad impetrandam rem illicitam, vel ad agendas Deo gratias pro re illicita obtenta, ibid.

1657 *Votum rei indifferentis ex parte materiæ, vt non nendi in die Sabbathi in honorem B. Mariæ Virginis, vel non veſcendi capite bouino in honorem S. Io. Baptiſtæ, vel non comedendi in feſto S. Laurentij carnes aſſas, an, & quando obligent.*

Non valet votum rei indifferentis ex parte finis temporalis, & omninò indifferentis, vt ieiunandi ſolùm ad parcendum ſumptibus, vel dandi eleemoſynam ad ſolam auaritiæ opinionem auferendam, ibid.

1658 *Nec votum de re conſilijs Euangelicis repugnante, vt non ingrediendi in religionem, aut non profitendi, aut non dandi eleemoſynam, vel non mutuandi, vel fideiubendi.*

Non valet votum, cuius finis eſt contra conſilia, vt non nubendi, aut dandi eleemoſynam, vt Deus inſpiret vouenti, ne religionem ingrediatur, ibid.

Limitatur vt ibid.

Vota contra conſilia ex ſe ſunt tantùm peccata venialia, ibid.

1660 *In dubio an materia voti ſit indifferens, votum obligat, & quid ſi vtrimque ſint opiniones.*

1661 *Notabilis mutatio, ſeu difficultas ſuperueniens excuſat à voti, vel iuramenti impletione; & quid in dubio notabilis mutationis.*

1662 *Si res per votum, aut iuramentum promiſſa, quæ ab initio erat materia bona, & poſſibilis, poſtea effecta ſit indifferens, aut impoſſibilis, voti, vel iuramenti obligatio omninò ceſſat, ſi mutatio ſit perpetua. & quid in dubio, an ſit perpetua, vel temporanea.*

Votum non petendæ diſpenſationis, vel commutationis, non valet: ſecus ſi ſit non petendæ diſpenſationis, vel commutationis abſque legitima cauſa, ibid.

In dubio an dubium fuerit abſolutè de non petenda, aut de non petenda abſque legitima cauſa, iudicandum in fauorem voti, ibid.

1663 *Certus de voti valore ex parte ſuæ libertatis, & dubius an votum valeat ratione debitæ materiæ, aut finis, aut alicuius circumſtantiæ occurrentis, tenetur voto.*

1664 *Si vouens, aut iurans duas res alternatiuè promiſit, v.g. religionem, aut eleemoſynam mille aureorum, vel daturum triginta, aut decem, & poſtea oriatur dubium, an voluerit ſe obligare ad neutram partem præcisè, an diſiunctiuè, præſumi debet fuiſſe intentionem obligandi ſe diſiunctiuè, & ita dari vouenti, vel iuranti electionem.*

Quid ſi ſint vtrimque rationes probabiles, ibid.

1665 *Quoties votum, vel iuramentum eſt incompatibile cum præcepto Eccleſiaſtico, vel id eſt dubium, non obligat, nec poteſt licitè impleri.*

Limitatur niſi res per votum promiſſa ſit maioris honoris diuini, quàm impletio præcepti, ibid.

1666 *An certus ſe vouiſſe, aut iuraſſe, dubius autem de vouendi, aut iurandi modo, vt an vouerit religionem in communi, vel tantùm ſpecialem, vel an ſe profeſſu*

Digitized by Google

profeſſurum, vel an caſtitatem, aut ſe non fornicaturum, aut non ducturum vxorem; vel an caſtitatem dependenter à religione, vel an voluerit obligare ſe ad tempus, vel in perpetuum, vel an voluerit obligare ſe ad maius, an ad minus, ad quid teneatur.

1667 *Votum rei indeterminatæ obligat ſolùm ad minus, ſeu ad minorem partem, non ad maius, ibid. fine.*

Limitatur ſi ex coniecturis, circunſtantijs, vel conſuetudine, & ſimilibus, veriſimilius appareat intentionem vouentis, aut iurantis ſe extendiſſe ad maius, ſeu rem maiorem, & pretioſiorem.

Votum dandi calicem alicui Eccleſiæ an obliget ad aureum, vel argenteum, an verò tantum ad æneum, ibid.

Valet argumentum de toto ad partem, d. n. 1666.

1668 *Intellectus ad cap. cum dilecti, de donationibus.*

1669 *Qui vouit ieiunare Quadrageſimam, & dubitat an ſe voluerit obligare ad abſtinendum à lacticinijs, ab his debet abſtinere ex vi voti.*

1670 *In dubio, an quis certus voti, vel iuramenti illud impleuerit, tenetur implere.*

Quid ſi vtrimque eſſent rationes, ſeu coniecturæ probabiles, ibid.

1671 *In dubio valoris voti non cenſetur votum Papæ reſeruatum quoad diſpenſationem, vel commutationem.*

1672 *Item in dubio, an caſus aliquis ſit ſuperiori quoad abſolutionem reſeruatus, v. g. an grauis ſit Clerici percuſſio, vel an quis fuerit cauſa homicidij, non cenſetur reſeruatus niſi in reſeruatione exprimantur etiam caſus dubij; vt ſunt caſus dubij Bullæ cœnæ.*

1673 *Limitant aliqui, ſi ſit præſumptio fori externi pro delicto, ſeu delicti admiſſi veritate, ſed reijcitur limitatio, dummodo verè dubium ſit, ſeu non conſtet certò de delicto.*

Qui protulit ore hæreſim, & dubius eſt an ita animo ſenſerit, an cenſendus ſit excommunicatus excommunicatione Papæ reſeruata, ibid.

Reſeruatio eſt odioſa, & strictè interpretanda, vt comprehendat ſolum caſus certos, d. num. 1671. & 1672. & 1686.

1674 *Dubium de valore voti ex quauis cauſa conſurgat, præbet iuſtam cauſam diſpenſandi.*

Imperfectus, & indiſcretus modus, ac facilitas vouendi eſt iuſta cauſa diſpenſandi, & talia cenſentur vota puerorum etiam poſt pubertatem, & facta ex calore iracundiæ, vel ex metu grauis morbi, vel naufragij, aliòve ſimili perturbatione, ibid.

Tutius eſt ſi in talibus caſibus diſpenſationi commiſceatur aliqua commutatio, ibid.

1676 *In dubio an cauſa diſpenſandi ſit iuſta, & ſufficiens, ſuperior poteſt diſpenſare in voto, iuramento, vel lege, aut præcepto, ad quæ ſe extendit ſua authoritas in caſu, in quo conſtat cauſam eſſe ſufficientem.*

1677 *Immo malè facient Prælati, ſi non diſpenſent.*

1678 *In dubio an diſpenſatio in votis, & legibus, ſeu præceptis ſit valida, præſumitur valida.*

1679 *Quando dubitatur an cauſa diſpenſandi fuerit iuſta, & ſufficiens ſi diſpenſatus rem totam ſuperiori expoſuit, præſumi debet valida.*

1680 *etiamſi ſit circa ea, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini.*

1681 *Quid ſi poſtea ceſſet dubium, & manifeſtè innoteſcat cauſam fuiſſe inſufficientem, an tunc diſpenſatio ſit iudicanda inualida, etiamſi diſpenſans prudenter ſe geſſerit, & bona fide iudicauerit cauſam fuiſſe ſufficientem, & 1682. & 1683.*

Superiori aſſerenti cauſam diſpenſationis fuiſſe ſufficientem, & iuſtam, an in vtroque foro ſit credendum, d. n. 1680.

1684 *In dubio de valore diſpenſationis obtentæ, orto ex eo preces expoſitæ veritate nitantur, cenſetur valida, & preces veritate niti.*

1685 *In dubio validitatis diſpenſationis, eo quòd dubitetur, an diſpenſans ſit legitimus ſuperior, an valeat diſpenſatio.*

1686 *Quid in dubio, an authoritas, ſeu poteſtas diſpenſantis extendatur ad caſum, v. g. votum, ſuper quo diſpenſatur an diſpenſatio ſit iudicanda valida.*

Poteſtas delegata diſpenſandi eſt fauorabilis, & latè interpretanda, ibid.

1687 *In dubio an diſpenſatio extendatur ad talem caſum, præſumitur non extendi.*

Diſpenſatio ipſa eſt odioſa, & strictè interpretari debet, ibid.

1688 *In omnibus prædictis caſibus ſi poſtea conſtet de veritate in contrarium, an corruat diſpenſatio.*

§. XLV.

In dubio voti, & iuramenti, aut promiſſionis, an teneamur illud adimplere, vel diſpenſationem obtinere.

Difficultas quinta, cùm quis eſt dubius, vtrùm votum, vel iuramentum emiſerit, vel aliquid promiſerit, & præmiſſa debita diligentia dubium vincere non poteſt, ſeu probabile iudicium ferre, quod votum, aut iuramentum fuerit, an teneatur in conſcientia voti, vel iuramenti obligatione? Et Affirmarunt Vaſquez 1. 2. *diſp.* 65. *c.* 3. *& diſp.* 66. *cap.* 7. *n.* 42. Azorius *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 10. *& lib.* 11. *c.* 4. *q.* 3. Sayrus *lib.* 1. *clauis c.* 13. Corduba *in ſumma q.* 147. & alij *ſuprà hoc tit. num.* 1174. relati ob illam rationem, quòd in dubiis tutior pars eligi debeat, ne quis ſe periculo peccandi obijciat. idem tenet Garzias *de beneſic. p.* 7. *cap.* 2. *n.* 16. quoties dubium eſt de voto negatiuo, vt ſuprà *hoc eodem tit. n.* 118. dixi hoc idem aſſerunt Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica, ſect.* 17. *num.* 161. *& ſect.* 25. *num.* 252. *&* 254. & Breſſerus *de conſcientia lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 88. quando abſque notabili incommodo, aut detrimento poſſit impleri, ſecus tenentes, ſi niſi cum notabili damno, aut incommodo poſſit expleri. Qua diſtinctione putant poſſe oppoſitas ſententias ad concordiam reuocari; nam, inquit Salas *d. n.* 253. & poſt eum Breſſerus *d. n.* 88. quia materia voti, & iuramenti oneroſa, & difficilis eſt, ideo Doctores communiter, ſaltem communiùs docent in dubio voti, aut iuramenti neminem obligari. 1589.

Sed tanquam verius, & probabilius dicendum abſolutè eſt, neminem in tali dubio teneri voti, aut iuramenti obligatione. ita Doctores magis communiter. Sotus *de iuſt. lib.* 7. *q.* 3. *art.* 2. *documento* 2 *poſt* 4. *concl.* Syluester *v. iuramentum, num.* 27. Medina *lib.* 1. *ſumm. cap.* 14. §. 7. Lopez 1. *p. inſtruct. cap.* 45. Graffius *lib.* 2. *deciſ. aur. cap.* 31. *fine.* Henriquez *lib.* 11. *cap.* 22. *num.* 5. *& lib.* 8. *cap.* 45. *num.* 3. *in comm.* Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 4. *lib.* 2. *de iuram. cap.* 33. *& lib.* 4. *de voto, c.* 5. *& de cenſ. diſp.* 40 *ſect.* 5. *num.* 15. *& ſect.* 6. *num.* 5. Sanchez *lib.* 1. *ſum cap.* 10. *num.* 36. *& de matr. lib.* 1. *diſp.* 9. *num.* 11. *& lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 32. *& ſeq.* Rebellus *de iuſtit.* 2. *part. lib.* 1. *quæſt.* 2. *ſect.* 2. *num.* 10. *&* 11. Fagundez *in Decalogo lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* Leſſius *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 17. *num.* 113. Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 31. Gordonus *lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 10. Trulleneb *in Decalogo, lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 17. *num.* 16. 1590.

&

& cap.2.dub.16.num.25. Bonacina *de præſcript.diſp.2.quæſt.4.p.7.n.18.& diſp.4.q.2.p.5.§.4.n.9.* Villalobos *1.part.ſumm.tract.1.diff.21.& 2.part.tract.34. num.1.& 7.*Caſtrus Palaus *tom.1.tract.1.diſp.3.puncto 4.*Filliucius *tom.2.tract.25.cap.8. num.230.& tract.26.c.4.num.88.* Coninch *de Sacram.diſp.34.num.86.* Diana *part.1.tract.1 miſcellaneo reſolut.9.& part.4.tract.3.reſolut.10.*Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.43.num.1.*Fragoſus *de regim.Chriſt.Reip p.2.lib.4.diſp.10.num.208. verſic.ex his duobus.* Ego ipſe *in tract. de triplici Iubil. priuileg.ſect.2.caſu 13.num.5.* & à Fagundez, Ioanne Sancio,Diana, & à me relati. Probatur hæc ſententia tum quia factum io dubio noo præſumitur, ſed demonſtrari debet,vt *n.*1200.oſtenſum eſt;tum quia in dubio facti voti, aut iuramenti nulla eſt poſſeſſio pro voto,aut iuramento, ſed tota pro libertate voluntatis; io dubio autem melior eſt conditio poſſidentis, non ſolùm in materia iuſtitiæ, ſed etiam in quacunque alia materia,vt *ſuprà hoc titulo,n.*1186.*& ſeqq.* latè oſtenſum eſt. Tum, quia votum eſt velut quædam lex,quam vouens ſibi imponit: lex autem in dubio, vtrum ſit lata,non obligat,iuxta latè tradita *ſuprà hoc tit.num.*1213.Tùm aliis rationibus per me *d.caſu 13.n.5.* adductis. Prioris autem ſententiæ fundamentum, & alia quæ poſſunt obiici,ſatis ſuperque ſoluta ſunt *ſuprà à num.*1201.*ad* 1211.

1591. Extenditur autem hæc doctrina,vt habeat locum non ſolùm in dubio æquali, vt volunt Rebellus *vbi ſuprà*, & alij *ſuprà n.*1195. relati, ſed etiam ſi dubitans facta diligentia magis in eam partem inclinet, vt iuramentum,aut votum fecerit. ita Sanchez,Salas, Layman, Fagundez, Ioannes Sancius *vbi ſuprà*, Diana *d.tract.3.reſolut.*12. *& p.3. tract.6. miſcellaneo, reſolut.*50. & alij relati *ſuprà d. num.*1195. vbi etiam huius extenſionis ratio adducitur, quæ non eſt re-
1592. petenda.† Immò Salas *d.ſect.25.n.254.*addit,vt quis teneatur voto, aut iuraméto, exigi rationes,ita conuincere,votum,aut iuramentum emiſſum eſſe, vt io iudicio intellectus nulla maneat formido partis oppoſitæ; quod videtur ſumpſiſſe ex Soto *lib.7.de iuſt. q.3. art.3.concl.4. verſic. ſed eſt hic.* vbi ait in dubio vſus rationis non ſat eſſe quamcunque opinionem, vt quis voto teneatur,ſed oportere,vt ratio conuincat,& ſit res ita certa,vt tenuiſſima dubitandi ratio ſuperſit. Verius tamen puto,quod contra Salam ait Sanchez *d.n.36.fine*, nempe, quòd ſi quis opinetur ſe vouiſſe cum formidine partis oppoſitæ, (quam formidinem opinio io ſe claudit;) ita tamen vt nullam oppoſitæ partis probabilem opinionem, ſeu aſſenſum concipiat, teneatur integrè votum implere, cùm in moralibus ad obligandum, vel deobligandum noo videatur neceſſaria certitudo, aut euidentia,ſed ſufficere iudicium prudens, & probabile. Si verò ita opinetur ſe vouiſſe, vt ſe quoque non vouiſſe probabiliter opinetur; quamuis hoc ſit illi minus probabile, ad nullam voti partem tunc eum teneri,rectè ait idem Sanchez;& idem quod Sanchez docent Ioannes Sancius *d. diſp.43.n.2.* Fagundez *d. c.10.n.4.fine*, & Filliucius *d.cap.4.n.86.*

An quis teneatur promiſſione, voto, aut iuramento ſi poſt factam moralem diligentiam dubitet, an habuerit animum iurandi, vouendi, vel promittendi, & ſe obligandi, an verò ſimulandi.

1593. EXtenditur ſecundò, vt habeat locum, quoties facta debita diligentia dubitatur de valore voti, aut iuramenti,ſeu an votum,vel iuramentum emiſſum valeat ob defectum intentionis vouendi, vel promittendi,vel iurandi;tunc enim idem eſt,ac dubitare, an votum, aut iuramentum factum ſit, cùm votum non ſignificet ſola verba, quæ conſtat fuiſſe prolata,ſed internum,ac liberum conſenſum, ac intentionem, de qua dubitatur. & ita Doctores mox allegandi, pro cuius rei maiori intelligentia, Aduertendum hoc dubium de valore voti, promiſſionis, aut iuramenti ex defectu intentionis iurandi, vel vouendi, poſſe ex duplici capite oriri; primò ex eo, quòd verba prolata ambiguum ſenſum habent, ſeu habere poſſunt, de quibus dubitari poteſt, an contineant formam voti, vel iuramenti, cùm aliquando accipiantur in ſenſu promiſſorio, & aliquando non;aliquando denotant promiſſionem veram, aliquando propoſitum: aliquando denotant iuramentum, aliquam ſimplicem aſſertionem, vt ſi quis dicat: Per fidem, ſeu conſcientiam meam hoc faciam. Secundò dubium oriri poteſt ex ſola intentione,an ſcilicet quis habuerit intentionem promittendi,& ſe obligandi,an verò ſimulandi,cùm tamen verba propriè ſignificent ſolam promiſſionem, ſeu votum,vel iuramentum.vt ſi quis dixerit: Iuro,voueo, vel etiam, vim voti intelligens,promitto. Extenſio igitur procedit in dubio iuxta primum caſum,ſcilicet,quando dubium de valore voti, aut iuramenti ex defectu intentionis oritur ex verbis prolatis,ſcilicet,quia quis vouit,vel iurauit,ſeu promiſit ſe facturum, vel daturum per talia verba,quæ habent ſenſum ambiguum,& dubius eſt de intentione, & ſignificatione, qua illa dicere voluit; vt ſi iurans dixit per fidem ſuam & dubitat de qua fide,humanáne, an diuina; tunc enim in tali dubio poſt factam debitam diligentiam, perſeuerante, non obligatur ad tale iuramentum, votum, vel promiſſionem, vt etiam docuerunt, Couarruuias *in 4.decret.p.1.§.2. in fine.* Alciatus *in rubr.de iuramento,n.5.* Caiet.*2.2.q.89. art.7.* Suarez *de religione,lib.2. de iuram.cap.33.n.3.& lib.4.de voto,c.6.n.2.*Filliuc. *d.c.8.n.231.& d.c.4.n.91.* Breſſerus *d.cap.10.n.93.& 94.*Fagundez *d.c.10.n.25.* & Caſtrus Palaus *d.diſp.3.puncto 10.n.2.*Et ratio eſt, quia tunc valor iuramenti,vel voti,ſeu promiſſionis eſt dubius,& ſic eſt dubium,an ſit votum, quo caſu fauendum eſt libertati voluntatis, quæ poſſidet; tum quia in dubiis mitior interpretatio facienda eſt, quando inducenda eſt tam grauis obligatio, quàm grauis eſt iuramenti,& voti. Confirmant Fagundez,& Palaus ex *cap.Clericus,penultimo,de iureiurando*; vbi S.Pontifex in dubio de illis verbis, *promitto per fidem*,interpretatus eſt non oriri obligationem iuramenti de nouo præſtiri, neque antiquam extendi ad præſentem materiam, prout ibi,cùm tamen res videretur dubia. nam verba illa poſſunt vtrumque ſenſum recipere; & tamen Papa in benigniori parte illa interpretatus eſt, ac proinde vbi res dubia extiterit,& ex circunſtantiis perſonæ,temporis,& loci,& ſimilibus contrarium non præſumitur, in dubio eſt ſequenda benignior interpretatio; quæ etiam ſecundùm rectam rationem dici poteſt practicè tutior; quia in ea ſequenda non iniiciuntur animabus tot vincula in caſibus dubiis; & nec paruum(vt notat Fagundez)nec infrequens animarum
periculum oriri poteſt. † Addit Breſſerus, quòd ſi à 1594.
non intelligente vim voti,puta,ab impubere,& ſimpliciore dictum fuerit. Promitto, quamuis pio motu,præſertim non addendo,Deo,tunc etiam ſibi videri verbum ambiguum,& dubium,nec obligare,vt votum;nam tunc,inquit,dubitari videtur.an eo verbo ſatis expreſſerit ſuam intentionem etiam implicitam ſe obligandi,idque grauiter,quæ ad verum votum requiritur, tum quia ſimplicioribus verbum

promitto idem videtur aliquando ſignificare, quod *propono*; tum quia ampliùs ſignificare poteſt obligationem leuem ex ſola fidelitate, non grauem ex religione; vt etiam erga homines non ſemper ſignificet obligationem ex iuſtitia; ac proinde in praxi videtur votum huiuſmodi à ſimplicioribus emiſſum ſæpiùs dubium iudicari poſſe, niſi ex circumſtantiis aliud præſumi debeat, nec etiam mihi hoc diſplicet.

1595. Quòd ſi dubium oriatur ex ſecundo capite, ſcilicet, quis certus ſit ſe protuliſſe verba ſignificationem non ambiguam, & dubiam, ſed certam habentia, ſcilicet, ſignificantia determinatè promiſſionem, votum, vel iuramentum, & dubius ſolùm ſit, an habuerit intentionem iurandi, vouendi, vel promittendi, vel potiùs ſimulandi. tunc certum videtur eum iuramento, voto, vel promiſſione obligari; prout etiam docent Suarez *d.c.*33.*n.*4 *&* *d.c.*6.*n.*4. Filliuc. *d.c.*8 *n.*232. *&* *d.cap.*4.*n.*91. Breſſerus *d.n.*94. Leſſius *d.c.*4.*diſp.*17.*n.*113. Fagundez *d.c.*10.*n.*21. Palaus *d. puncto* 10.*n.*4. Sylueſter *verb. iuramentum* 4.*q.*7. Nauarrus *lib.*1.*conſ.tit.*34.*de voto conſil.*4.*fine*, *in* 1. *edit.* Corduba *in ſum.q.*147. Sanchez *de matr.lib.*2.*diſp.*9.*n.*13. Layman *lib.*1. *tract.*1.*c.*4.*n.*3. Trullench *d. lib.*2. *cap.*1. *dub.*17.*n.*16. *&* *d. cap.* 2. *dub.*16.*n.*25. Diana 3.*p.tr.*6. *miſcellaneo, reſol.*50. *&* 4.*p tract.*3 *reſol.*10. *&* 11. Gordonus *d lib.*3.*q.*3.*n.*10. *verſic ſecundo*, idem Ariaga 1.2. *tom.*1.*diſp.*25.*ſect.*5. & alij recentiores communiter; quicquid ſecus non rectè ſenſerit Alphonſus Leo *in tract. de poteſt. confeſſ p.*1. *recollect.*17.*concl.*8.*n.*93. relatus à Diana *d. reſolut.*10 *fine*, dicens, quòd dubius an habuerit voluntatem ſe obligandi voto, poteſt interpretari, ſe non habuiſſe talem voluntatem, quia fauendum ſit libertati. Probatur primò ex dictis *ſuprà n.*1200 quia licèt factum regulariter non præſumatur, in dubio tamen tunc præſumitur, ſi illud de iure faciendum erat, cùm delictum non ſit in dubio præſumendum; ergo in hoc dubio præſumendum eſt promiſſionem, iuramentum, vel votum factum eſſe animo ſe obligandi, non verò animo fingendi, & ſimulandi, alioqui præſumeretur peccatum; quia fictio non fit ſine graui culpa, & irreuerentia Dei. Secundò probatur, quia cùm verba ſint ſigna animi, iuxta Philoſophum 1. *periherm.c.*1. & in propoſito verba prolata ſint ſufficientia ſigna animi ſe obligandi, & vouendi verè, præſumendum eſt adfuiſſe intentionem, donec contrarium conſtet, cùm lex idipſum in corde præſumat, quod ore dictum fuit, & nemo præſumatur id verbis expreſſiſſe, quod priùs mente non cogitauerit, *l. Labeo, §. idem Tubero, de ſupellect. l. cum alijs.* quæ latè tradidi *in tract. de contract. matr. cap.*2.*n.*52. *& ſeqq & cap.*7.*num.*201. & ideo cùm votum, & iuramentum per talia verba certam ſignificationem voti, & iuramenti habentia ſint de ſe, & ex natura ſua ſignum talis intentionis, ſi contrarium non probetur, maius eſt ius, & poſſeſſio ipſius
1596. voti, aut iuramenti, vt pro illo præſumatur. † Tertiò probato facto præſumitur interueniſſe omnia ad factum requiſita, vt Sanchez *d.num.*13. *verſic. Sextum*, tradit ex Panormitano *in c.*1. *de his quæ vi*, *n.*9. id probante ex *cap. in præſentia, de probat.* vbi probata profeſſione, præſumitur profitentem habuiſſe legitimam ætatem. & neganti incumbit onus probandi, ergo cùm conſtet de promiſſione, voto, aut iuramento, præſumetur in dubio animus requiſitus, ſeu
1597. intentio debita. † Quare (omiſſis aliis probationibus, de quibus Sanch. *d.n.*13.) in hoc caſu non eſt fauendum, aut vouenti, iuranti, ſeu promittenti, tum propter dicta, quia præſumptio, & poſſeſſio ſtat pro voto, iuramento, & promiſſione; tum quia tunc facienda eſt mitior interpretatio, & fauendum vouenti, & iuranti, quando vouens, aut iurans procedit bona fide; ſecus verò quando cum dolo, & fraude, ſi enim non poſſumus dubium interpretari in fauorem promittentis, niſi dolum, & fraudem illi attribuendo, talis interpretatio non eſt admittenda, vt rectè Suar. *vbi ſupra*; in hoc autem caſu dubio non poſſumus admittere interpretationem in fauorem promittentis, ſeu vouentis, aut iurantis, niſi admittamus eum dolo, & fraude vſum fuiſſe in vouendo, &c.

Limitant autem hanc doctrinam Panormit. *in c. ſi* 1598.
verò, de iureiurando, in fine, & Angelus *in verb. iuram.*5. *n.*10. vt non procedat in iuramento metu facto, tunc enim aiunt in dubio debere præſumi, quem non habuiſſe animum obligandi; nam cùm habeat ſufficientem cauſam diſſimulandi intentionem ob violentiam ſibi factam, poteſt ius præſumere talem ſimulationem adfuiſſe: ſed limitationem non admittunt volentes etiam in iuramento metu extorto, à iure præſumi in dubio interueniſſe intentionem, ſeu animum internum iurandi, & ſe obligandi, Felinus *in d.c. ſi verò, in fine, ibidem.* Alexander de Neuo *n.*42. Imola *in cap. ad audientiam, de his quæ vi, n.*5. Couarruuias 4.*decret.*2.*p.cap.*3.*§.*5.*n.*3. Gutierez *de iuram.* 1.*p.cap.*57.*n.*20. Sanchez *d.n.*13. Suarez *d.cap.*33.*n.*6. Filliucius *d.cap.*8.*n.*232. Fagundez *d.cap.*10.*n.*23. & Caſtrus Palaus *d.puncto* 10. *num.*5. & ratio eſt, quia cùm ſolus metus non faciat iuramentum irritum, vt dixi *in tract. de contract. matrimonij, cap.*12 *num* 245. & tradunt Doctores agentes de actibus humanis metu factis; licèt ex metu aliqualis coniectura ſumi poſſit ad iudicandum tale iuramentum non fuiſſe factum ex animo ſe obligandi, tamen ea ſola coniectura per ſe eſt inſufficiens ad tollendam obligationem ipſius iuramenti, ſi iurans eſt certus ſe iuraſſe, ſeu protuliſſe verba iurandi, niſi præter metum alia vehemens coniectura defectus animi obligandi concurrat; quare licèt dubitet, an ſe voluerit obligare, an ſimulatè iurauerit, præſumi debet adfuiſſe animum ſe obligandi, & verè iurandi, vt delicti præſumptio vitetur, cùm non potuiſſet ſine peccato fictè iurare. Vnde patet non obſtare fundamentum pro limitatione adductum; ſicut etiam non obſtant plures textus, quorum deciſionibus nititur Couarruias, vt latè oſtendunt Suarez, & Fagundez
locis citatis. † Aduertunt autem Suarez, Fagundez, 1599.
& Palaus limitationem prædictam, ſeu ſententiam Panormitani habere locum, quando, qui ex metu iurauit, haberet dubium non de peccaminoſa fictione, & ſimulatione; ſed de prudenti amphibologia per ambiguitatem verborum, vel mentis conceptionem, ſeu reſtrictionem, quia tunc iam non dubitatur de peccato iurantis, quod non debet præſumi tunc dari, cùm habeat ſufficientem cauſam vtendi æquiuocatione, ſed ſolùm dubitatur de amphibologia, vel ſenſu verborum, ſiquidem in metu graui nemo præſumitur velle, niſi quando ſine peccato non poterat non velle. Vt autem tale dubium de ambiguitate, & reſtrictione quis habere rationabiliter poſſit, debet (inquit Palaus,) priùs noſſe illos occultandi modos, nam alioqui non apparet quomodo confugere poſſit ad reſtrictionem, ſi reſtrictionem apponere ignorabat.

Vtrùm quis teneatur voto, iuramento, vel promiſſione, ſi præmiſſa debita diligentia dubitet, an habuerit ſufficientem deliberationem.

SEd quid ſi conſtet de voto, aut iuramento, vel 1600.
promiſſione, & etiam de animo ſe obligandi, ſed poſt debitam diligentiam dubium ſit, an adfuerit

rit

rit ſufficiens deliberatio, ſeu libertas, & ſaltem tanta, quanta requiritur ad peccandum mortaliter. Etſi conſtet promiſſionem, votum, aut iuramentum emiſſa in ea ætate, & in ea ſtatus conditione, in qua quis poterat habere ſufficientem deliberationem, ſeu vſum rationis liberum, in dubio ſuperueniente, an fuerit ſufficiens deliberatio, præſumendum eſt promittentem, contrahentem, vel vouentem, aut iurantem ſufficientem deliberationem adhibuiſſe, vt dictum eſt *ſuprà num.* 1200. *fine.* & in terminis tradunt Leſſius *d. cap.*40. *num.*113. Layman *lib.*1.*tract.*1.*cap.*4. *num.*30 *fine*, & Bonacina *de precept.diſp.*4.*queſt.*2.*part.*1.*num.*3. idque ob rationem *ibidem* allatam, quia id natura ineſt, & requiritur, vt homo deliberatè agat: factum autem in dubio præſumitur, ſi illud de iure, ſeu iuxta rectam rationem faciendum erat. Confirmatur, quia in hoc caſu ſupponitur in perſona ſufficiens ætas, ſtatus, & interna diſpoſitio ad vſum rationis, & ad deliberatè agendum; ergo niſi contrarium ſufficienter probetur, ſemper iudicandum eſt, non defuiſſe vſum rationis, & ſufficientem deliberationem; ac proinde in dubio de vſu rationis actuali, ſeu ſufficienti deliberatione, promiſſio, votum, & iuramentum iudicanda ſunt valida: id quod magis confirmatur, quia in hoc caſu homo tempore promiſſionis, voti, & iuramenti ſupponitur in quaſi poſſeſſione vſus rationis, & deliberatè agendi; ergo pro vſu rationis, ſeu ſufficiente deliberatione in dubio præſumitur, & ita pro valore promiſſionis, voti, aut iuramenti. Verùm hæc doctrina magis confirmabitur, & declarabitur ex reſolutione ſequentium dubiorum.

1601. Primum dubium eſt, quando poſt promiſſionem, votum, & iuramentum dubitatur de ſufficienti vſu rationis, ſeu ſufficienti deliberatione ratione ætatis, an tunc præſumi debeat adfuiſſe ſufficientem deliberationem, & ita promiſſionem, votum, aut iuramentum valere, & obligare. Et quidem cùm ius præſumat ſufficientem vſum rationis in puero completo ſeptennio, & non antea, vt latè oſtenditur *titulo ſequenti, n.*101. *& ſeqq.* ſi conſtet promiſſionem, aut votum, factam eſſe ante ſeptennium completum, præſumentur inualida ob defectum ſufficientis deliberationis, ſeu vſus rationis, niſi contrarium ex vehementibus coniecturis appareat; ſi verò conſtet ſeptennio completo, iudicari debent valida, nec defuiſſe ſufficientem deliberationem, ſeu vſum rationis, niſi ſimiliter ex coniecturis valdè vrgentibus appareat defuiſſe; nam in primo caſu reſiſtit iuris præſumptio, in ſecundo verò exiſtit. Et tradunt Doctores communiter non ſolùm qui *infrà ſequenti titulo num.* 111. allegantur; ſed & Sanchez *lib.*4.*ſumm cap.*1.*num.*14. Soarez *tom.*2.*de relig. lib.*4. *de voto c.*6.*n.*7. Filliucius *tract.*26.*cap.*4.*num.*92. Diana *part.*4.*tract.*3.*reſolut.*11. Palaus *d.diſp.*3.*punct.*11. Breſſerus *d.cap.*10.*n.*95. & alij recentiores, & priùs docuit Sotus loco *ſuprà n.*1592. allegato, vbi etiam ait, quòd quando votum ante legitimam ætatem fuit emiſſum, vt vouens cenſeatur voto obligatus, non ſufficere quamcunque opinionem, tunc habuiſſe vſum rationis quando vouit, ſed requiri rem eſſe adeò certam & compertam, vt nulla, aut tenuiſſima apud viros prudentes reliqua fiat dubita-
1602. tio contrariæ opinionis. † Dixi autem, *niſi contrarium*, &c. nam licèt regulariter vſus rationis non contingat, neque præſumatur ante ſeptennium, & regulariter contingat, & præſumatur ſeptennio completo: nihilominus poteſt contingere aliquando puerum pollere viuaciori ingenio, ratione cuius ante completum ſeptennium ſit doli capax, & aliquando ob tardius ingenium non ſit doli capax ſtatim poſt ſeptennium, vt dicitur *infrà ſequenti titulo*, *num.*106. *& num.*110. ideo ſi aliunde conſtet puerum vouentem ante ſeptennium, tunc fuiſſe doli capacem, & habuiſſe vſum rationis ſufficientem ad peccandum lethaliter, votum erit cenſendum validum, & emiſſum cum ſufficienti deliberatione: & è contra, ſi conſtet puerum poſt ſeptennium vouentem non fuiſſe doli capacem, & caruiſſe ſufficienti vſu rationis ad deliberandum, votum erit inualidum, iuxta ea, quæ *ſequenti titulo*, *num.*106. *&* 110. traduntur, & docent præter Doctores *ibidem* relatus Suarez, Breſſerus, Palaus, Diana *locis citatis*; præſumptio enim cedit veritati notæ. Addit Suarez ad tollendam illam præſumptionem defectus ſufficientis vſus rationis ante ſeptennium non eſſe neceſſe, vt de eodem vſu rationis conſtet tanta certitudine, vt nulla formido, vel coniectura in contrarium relinquatur (cùm in rebus humanis non exigatur tam exacta certitudo, nec in hoc caſu adſit ſpecialis ratio,) ſed ſufficere tanta ſigna vſus rationis, vt moraliter cognoſcantur, non obſtante ætatis præiudicio; illa enim poſſunt reddere iudicium ita probabile, vt contrarium probabile cenſeri non queat propter ſolam coniecturam ætatis: quoties autem iudicium eſt ita probabile, ſufficit ad humanam obligationem, quod eſt conforme dictis *ſuprà n.*1592. Quòd ſi probabilitas non ſit ita vehemens, tunc ſola coniectura, ſeu præſumptio ætatis ſeptennio minoris ſufficiet, vt votum cenſeatur obligare, inquit idem Suarez, ſubdens etiam contra præſumptionem vſus rationis poſt ſeptennium aliquando poſſe concurrere tot, & tam efficaces coniecturas, vt illi præualeant, vt colligitur ex iuribus, & Doctoribus *infrà titulo ſequenti*,
*d n.*110. allegatis. † Immò licèt aliquando, (inquit 1603.
idem Suarez,) coniecturæ non poſſint ſufficere ad formandum iudicium probabile de defectu vſus rationis, nihilominus etiam poſſunt aliquando efficere rem dubiam; ita vt ſaltem æquiualeat præſumptioni iuris, ſeu ætatis, & tunc cenſet idem Suarez, votum non obligare, innixus regula, quòd quando verè eſt dubium de valore voti, illud non obliget & ſi aliquando ex præſumptione ætatis cenſetur obligare, ideo eſt, quia iudicium illud, quãdo aliud æquiualens non obſtet, per ſe ſufficit ad iudicandum probabiliter non defuiſſe vſum rationis, & ſic iam tollitur dubium. ita Sanch. & poſt eum Filliuc. *d.n.*92. Diana *d.reſol.*11. Quod an ſit admittendum, & quam habeat probabilitatem, conſtabit ex mox dicendis.

Igitur difficultas eſt, ſi dubium ſit, an puer tempore voti, iuramenti, vel promiſſionis expleuerit ſeptennium, necne, vtrùm tunc præſumendum ſit in fauorem voti, illúdque obligare, an verò in fauorem libertatis voluntaris, & votum minimè obligare: & aliqui reſoluunt tanquam probabilius eſſe præſumendum in fauorem voti, ſcilicet, expletam fuiſſe ætatem, adfuiſſeque ſufficientem deliberationem, & ita votum valere, & obligare. ita Sanchez *d. c.*1.*n.*14. Bonacina loco *ſuprà n.*1600. allegato. Caſtrus Palaus *d punct.* 11. Villalobos *tom.*2.*ſum.tr.*34. *diff.*7.*n.*3. & alij, quos Diana *d. reſolut.*11. refert. Probatur primò, quia votum eſt certum, ſeu conſtat de verbis voti obligationem inducentibus ore prolatis, & ſic poſſeſſio ſtat pro voto, eiuſque vinculo, & non pro libertate voluntaris; ergo non debet tolli excuſatione dubia, ſed oſtendi defuiſſe ſufficientem deliberationem, & ſic voti vinculum non fuiſſe inductum. Secundò, quia præſumptio deſumitur ex 1604.

iis,

ſis, quæ communitet accidunt, ratiſſimè autem accidit, vt ante ſeptennium, & ſine ſufficienti deliberatione emittantut vota, ant iuramenta promiſſoria; ergo præſumendum fuiſſe facta poſt ſeptennium,& cum ſufficienti vſu rationis,& ſic obligare. Tertiò in hoc dubio præſumptio fori externi ſtat pro voto, ſeu voti, vel iuramenti, aut promiſſionis verbis taoquam certis,& in fauotem voti,&c. iudicaretur tranſlato onete cootrarium probandi in vouentem; ergo dum aliud io foro conſcientiæ non conſtat, in eodem foro conſcientiæ ſtandum eſt huic præſumptioni,iuxta dicta *ſuprà n.*1187. Quartò io caſu dubij præſumendum, & iudicandum pro valore actus, pro quo ſtat poſſeſſio, vt alibi dictum eſt, & conſtat ex *cap. Abbate, de verborum ſignificatione,& l.quoties,ff.de rebus dubijs.* & ex traditis *ſuprà hoc*
1605. *tis. n.*725. † Et oſtendit cum aliis idem Sanchea *de matr.lib.*8.*tum diſp.*21.*num.*20. vbi io dubio,an cauſa io impetratione diſpenſationis tacita, vel falsò expreſſa, ſit finalis, qua non ſtante diſpenſatio non fuiſſet conceſſa;aut ſolùm impulſiua, qua non ſtante, adhuc iuxta multorum opinionem valet diſpenſatio, probat præſumi fuiſſe impulſiuam, vt actus diſpenſationis ſuſtineatur,quod idem tenent Palaus *tom.*1.*tract.*3.*diſp.*6.*puncto* 16.§.5 *num.*3.Sanctarellus *tom.*1.*q.*59.*n.*5. & Diana *p.*4.*tract.*3.*reſolut.*45. *&* 64. licèt contrarium tenuerint Molina,& nonnulli alij, quos *ibidem* Sanchea,& Sanctarellus referunt,quos ſecutus eſt Villalobos *tom.*1. *tract.*2. *diff.* 43. *n.*7. *& n.*25. idem Sanchea in dubio, an diſpenſatio ſuper impedimento matrimonij ſit valida, an ſubreptitia, probat præſumi validam io valoris actus fauorem; tum *diſp.*30. *n.*9. in dubio, an cauſa finalis diſpenſationis obtentæ ceſſauerit ante diſpenſationis executionem, probat iudicandam eſſe diſpenſationem validam,quia ſtat poſſeſſio pro ipſa, vbi ſemel valida, ac proinde ſuo valore minimè ſpolianda, dum non cooſtat eius cauſam ceſſaſſe,& quia valot actus in dubio ſuſtinendus. Quintò probat Palaus arg. textus *cap. in præſentia, de probationibus,* vbi alleganti votum emiſiſſe in minori ætate, neque probaoti ſufficienter,ſed dubiè,declaratur valuiſſe.

1606. Contrarium, & oon teneri promiſſione, voto, vel iuramento,qui facta diligentia dobitat, an cùm promiſit,vouit, vel iurauit, expleuerit ſeptennium, docuerunt poſt Sotum *d. lib.* 7. *de iuſtitia, quæſt.* 3. *art.*2.*concl.*4.*verſic.ſed eſt hic.* Capuam *lib.*2.*deciſ.c.*31. *fine*, Beiam *in ſua ſumma caſu* 49. & Vegam *lib.*4. *ſumm.caſu* 417. à Sanchez *lib.*1.*de matr. diſp.*9. *n.*12. relatos, Malderus 2.2.*tract.*10.*cap.*5. *dub.*10. à Diana *dicta reſolut.*50.relatus, idem Diana *ibidem,& part.*4. *tract.*3. *dicta reſolutione* 11. Trullench *d. lib.*2. *cap.*1. *dub.*17. *num.*16. & idem proculdubio ſentiunt Suarea *d.cap* 6.*num.*7. Breſſerus *d.cap.* 10.*num.*95. Filliocius *d. cap.*4. *num* 92. cùm aſſerant, quotieſcuuque verè dubium eſt de ſufficienti vſu rationis tempore voti non obligare,& hanc eandem ſententiam probabilem putar Caſtrus Palaus *d. puncto* 10. *num.* 4. Probatur primò, quia dubitate de ſufficienti vſu rationis, ſeu deliberationis, idem eſt, ac dubitare an votum ſit emiſſum, cùm non ſupponatur votum, iuramentum, aut promiſſio, quando dubitatur de conſtituentibus illa,vt eſt ſufficiens deliberatio, in dubio autem,an votum ſit emiſſum,non obligat, vt *n.*1590. oſtenſum eſt. Secundò, quia etiam in hoc dubio videtur præualere poſſeſſio libertatis, qua voluntas gaudet. Tertiò, quia promiſſio,votum,iuramentum ſemper in caſu dubij debent interpretari in fauorem promittentis, & iurantis, *l.quicquid adſtringenda, ff.de verb. obligat.* vbi de promiſſione; *& cap.ex parte,* & *ibi* Panotmit. & Gloſſa *verb.ab initio, de cenſibus,*neque obſtat,quòd pro valore actus præſumendum ſit,nam boc(inquit Palaus) intelligi non debet, quando eſſet damnoſus, & ooeroſus gerenti, iuxta Gloſſam, & *ibi* Panotmitanum, & communem, & Felinum *in cap.fin.n.*13. *de præſumptionibus.* Non obſtat etiam (inquit idem Palaus) textus *in d. c.in præſentia.* ibi enim in fauorem actus fuit iudicatum, quia ab ipſo, qui profeſſus fuerat religionem, exhibiti fuerunt teſtes ad probandum in minori ætate, & nondum completo decimuquarto anno profeſſionem feciſſe, qui teſtes cùm eſſent ioducti ab ipſo profitente,debebant plenè probare, vt dicit *ibidem* Gloſſa *verb. Dubium*; & cùm in probatione defecerint,ideo Pontifex valorem profeſſionis præſumit. Addit idem Palaus, quod fauore religionis, cui erat ius quæſitum,debebat iudicari profeſſionem valere,quia in dubiis poſſeſſio fauet.

Verùm his non obſtantibus adbuc priorem ſen- 1607.
tentiam probabiliorem cenſeo, licèt tunc facilis ſit diſpenſatio:quam ſententiam confirmant etiam argumentum poſitum *ſuprà n.*1596.& dicta *ſuprà num.* 1216. 1217. *&* 1218. & doctrina Baldi *in l. ſi maior, in fine. C. communi diuidundo*; vbi ait cùm quis velit elidere edictum propter inhabilitatem ætatis,debet omninò probare talem inhabilitatem, *& in conſ.*66. *n.*5.*vol.*3.vbi ait ei qui in ætate minori petit reſtitutionem de aliqua læſione, vel alicuius cootractus reſciſſionem, incumbere onus probandi dictam minorem ætatem, in qua reſcinditur talis actus; ergo etiam ei, qui vult allegare ſuam promiſſionem non fuiſſe validam,eo quòd promiſerit ante ſeptennium, incumbit onus probandi,& dum non probat,ſed dubius maoet,pro promiſſione eſt iudicandum. Neque vrgent fundamenta poſterioris ſententiæ.nam

Ad primum reſpondetur,non eſſe ſimile,quando omninò dubitatur, ao promiſſio, votum, aut iuramentum facta ſint; nam tuuc nulla eſt pro promiſſione,aut voto,vel iuramento poſſeſſio,ſed tota pro voluotatis libertate; quando autem promiſſio, votum, aut iuramentum certa ſunt, quia conſtat eſſe prolata verba formam promiſſionis, voti, & iuramenti ſignificantia, & dubium ſuboritur de ſufficienti deliberatione, vel de animo, ſeu intentione, aliáve ſimili cauſa,quæ ſi extitiſſet tempore promiſſionis, aut voti, impediuiſſet illius obligationem; tuoc poſſeſſio, & præſumptio eſt ex parte promiſſionis, & voti,ac iuramenti.& ita

Ad ſecundum negatur poſſeſſionem eſſe ex parte libertatis.

Ad tertium,iura *ibidem* allegata, & Doctores ſo- 1608.
lùm volunt interpretationem faciendam in fauorem promittentis,& iurantis,ita vt obligetur ad minimum,non ad maius, quando verba promiſſionis, aut iuramenti non habent ſignificationem plenè determinatam ad maius:vt,v.g. ſi quis promiſit,aut vouit dare menſuram tritici,interpretatio facienda eſt, vt vouerit ſe obligare ad ſolam menſuram minimam,qui eſt caſus *d.c.ex parte*;de qua re latè Sanchez *in ſumm.lib.*4.*c.*13. non verò volunt ita fauendum promittenti, vt omninò deobligetur ob dubium ſuperueniens,ſi conſtet de certa promiſſione.

Neque etiam verum eſt pro valore actus non eſſe in dubio præſumendum, ſi gerenti ſit oneroſus, & damnoſus; neque id vllo iure oſtendi poteſt, nec dicunt Doctores, ſed ſolùm vbi actus eſt dubius, ſemper debet interpretari, vt minus ſit damnoſus gerenti,& plus vtilis,quàm eſſe poſſit, quia hæc eſt naturalis intentio gerentis actum, ne ſibi noceat,vt Menochius *de præſumpt.lib.*6.*præſumpt.*9. & alios al-

legans

legans Auguſtinus Barboſa *tract. de axiomatibus, axiomate* 12. *n.* 11. vbi etiam ex Alexandro, & Tuſco addit, quòd quando actus poteſt habere duplicem effectum, interpretatur in parte, quæ magis vtilis eſt.

1610. Et ex dictis ad prioris ſententiæ confirmationem rectè infertur, quòd ſi conſtet aliquem vouiſſe eleemoſynam, vel ieiunium, ob aliquam cauſam, puta, ad obtinendam filij ſalutem, vel ſimilem, & poſtea ceſſante cauſa, quia, v. g. filius mortuus eſt, vel detecto, ſe in cauſa erraſſe, quia, v. g. putabat filium laborare morbo lethali, & morbus erat leuis; dubitat an cauſam, quæ ceſſauit, vel in qua fuit error, ſpectarit, vt impulſiuam, an verò vt finalem, ſine qua votum, vel iuramentum non emiſiſſet, ita vt omnibus circunſtantiis conſideratis maneat æquè anceps, nullum valens elicere aſſenſum circa alteram, vel vtramque partem, tunc votum obligat vt contra aliquos docet Sanchez *lib. 4. ſum. c. 2. n.* 52. & probant eædem rationes adductæ ad confirmandam eandem priorem ſententiam, quibus etiam vtitur idem Sanchez. qui rectè *initio eiuſdem n.* 52. aduertit ad dignoſcendum an vouens tunc ſpectarit cauſam vt finalem, id iudicandum eſſe ex vouentis affectu, & magno deſiderio obtinendæ rei mouentis ad vouendum, & ex affectu ad rem promiſſam ſecluſa ea cauſa, & bene ait frequentiſſimè has cauſas, quas vouens ſpectat, eſſe finales ſaltem minus principales, & ita votum non obligare, ſicut etiam non obligaret (inquit) quando rationes vtriuſque partis probabiles exiſtunt, ita vt opinionem, ſeu aſſenſum probabilem generent; quia tunc licet alterutri parti, etſi minus probabili, adhærere; ſimiliter quando error poſitiuus vouentis fuit circa rei promiſſæ ſubſtantiam, ſcilicet, circa difficultates, & omnibus circunſtantiis perpenſis dubium ſit an res illa, in qua erratur, ſit notabilis, nempè difficultates ſint magnæ, an verò ſit leuis, ſeu difficultates ſint parui momenti. v. g. quis vouit peregrinationem ad vrbem cùm longiſſimè ab ea diſtaret, & poſtea dubitat an crederet diſtantiam eſſe ita longam necne, iudicandum eſt in fauorem voti, vt ſcilicet res, in qua erratum eſt, cenſeatur non notabilis, nec tanta vt irritet, vt docet Sanchez *d. c. 2. num.* 13. & iiſdem rationibus probatur.

In dubio defectus ſufficientis deliberationis ob ſubitam paſſionem iracundiæ, vel alterius perturbationis, an promiſſio, votum, vel iuramentum teneat.

1611. DVbium ſecundum. Si promittens, vouens, aut iurans poſtea dubitet ſibi defuiſſe ſufficientem deliberationem ratione ſubitæ paſſionis iracundiæ, vel alterius perturbationis animi ortæ ex metu mortis, ex morbo, vel naufragio, vel conflictu bellico, vel ſimili cauſa. Et Doctores communiter aiunt, in hoc dubio iudicandum in fauorem promiſſionis, voti, vel iuramenti, vt obligent, ita Sanchez *lib. 1. de matr. diſp.* 8. *n.* 10 *&* *d. lib. 4. ſum. c. 1. n.* 13. Suarez *d. cap.* 6. *n.* 10. Filliucius *d. n.* 92. Breſſerus *d. c.* 10. *n.* 96. Palaus *d. puncto* 11. *num.* 10. Diana *d. reſolut.* 11. ego ipſe *in tract. matrim. cap.* 14. *num.* 27. & alij à me *ibidem*, & Sanchez *d. num.* 10. relati. Et probatur, quia rariſſimè accidit ex prædictis motibus perturbationis, vel iracundiæ ita abſorberi, ſeu impediri vſum rationis, vt nequeat haberi ſufficiens deliberatio, ſcilicet, vt quis non percipiat, quid agat, bonúmve ſit, aut malum; ſicut rariſſimè occidens aliquem ex vehementi iracundia, excuſatur à mortali culpa, licèt excuſetur in foro externo, ad hoc vt mitiori pœna puniatur, vt latè oſtendi *d. cap.* 14. *num.* 17. & notauit idem Sanchez *d. cap.* 1. *num.* 4. Quare ex communiter accidentibus præſumitur adfuiſſe ſufficientem deliberationem: ſiquidem vrgentiſſima præſumptio iudicatur, quæ ex vſu, & communiter accidentibus deſumitur, vt poſt alios Euerardus in topica, loco à communiter accidentibus *num.* 1. *&* 2. *& loco ab vſitato, num.* 1. Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 1. & Sanchez *d. num.* 13. Confirmatur præterea, quia qualitas, quæ naturaliter ineſt homini, ſemper adeſſe præſumitur, niſi contrarium probetur, vt ego aliis relatis *in d. tract. de contract. matr. cap.* 3. *n.* 64. *& d. c.* 14. *eodem num.* 27. Et quidem ſi probaretur paſſionem iracundiæ, vel aliam fuiſſe tantam, vt abſorbuerit vſum rationis, tunc nil obligaret promiſſio; aut votum; ſed vix id poterit probari, vt latè ego *d. cap.* 14. *à d. n.* 27. *ad finem.* Addunt Suarez, Filliucius, & Palaus, ſi ob ſubitam paſſionem, vel præcipitationem verè dubium ſit de vſu rationis ſufficiente ad promiſſionem, vel votum, & iuramentum, tunc eum, qui promiſit, non obligari, quia eſt dubius de valore, & ſic de obligatione, ac proinde idem eſt, ac ſi dubius eſſet, an promiſiſſet. Sed dicendum eſt adhuc eſſe obligatum, vt oſtendunt tradita ad confirmandam, & defendendam ſententiam *ſuprà num.* 1604. poſitam. & ita citra omne dubium Sanchez, Bonacina, & Villalobos locis *ibidem* citatis. & Layman loco *ſuprà n.* 1600. citato.

In dubio defectus ſufficientis vſus rationis ob amentiam, ebrietatem, ſomnum, vel phræneſim, an votum, vel iuramentum cenſenda ſint valida, & facta cum ſufficienti deliberatione.

DVbium tertium, an ſi ſit dubium adfuiſſe defectum ſufficientis deliberationis ex amentia promittentis, aut vouentis, ſeu iurantis, tunc interpretatio facienda ſit in fauorem libertatis voluntatis. Et ſi non conſtet ante promiſſionem, vel votum, aut iuramentum fuiſſe furore agitatum, vel dementia affectum, præſumitur fuiſſe ſanæ mentis, & ita cum ſufficienti deliberatione egiſſe, & obligatum eſſe. ita Sanchez *d. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 15. & Doctores communiter, quos ego *d. tract. de contr. matr. c.* 3. *n.* 64. refero, & ſequor, idque, præter alia, ob illam rationem, quòd qualitas ſanæ mentis, vtpote naturalis præſumitur ſemper in homine, niſi contrarium probetur. 1612.

† Quòd ſi conſtaret ante promiſſionem, vel votum fuiſſe ſemel furioſum, ſeu dementia, & inſania affectum, & facta promiſſione dubitetur, an tunc habuiſſet ſufficientem vſum rationis, quia ſoleret habere aliqua dilucida interualla, tunc præſumendum eſt promiſſionem, vel votum fuiſſe facta tempore amentiæ, & furoris, & ſine ſufficienti deliberatione, vt Suarez *d. num.* 15. Palaus *dict. punct.* 11. *num.* 6. & Doctores communiter, quos ego *d. cap.* 3. *num.* 67. *&* 68. allego, & ſequor; idque ob rationem *ibidem* à me adductam, ſcilicet, cùm furoris, & dementiæ morbus ſua natura ſit perpetuus, & inſanabilis, furor de præſenti præſumitur durare in futurum, & omni tempore; & illa dilucida interualla, quia ſunt per accidens, non præſumuntur, vt Doctor. *ibid.* per me allegati. Portò ſi conſtaret egiſſe tempore dilucidi interualli, & cum ſufficienti vſu rationis, tunc actus teneret, vt cum aliis dixi *d. c.* 3. *n.* 69. vbi *n. ſequentib.* habetur, ex quibus coniecturis poſſit colligi actum fuiſſe geſtum cum ſufficienti deliberatione. vide *ibi.* 1613.

† Si demum conſtaret promittentem, aut vouentem, vel iurantem in vna, vel altera materia delirare, & 1614.

deſtitutum eſſe vſu rationis; & dubitaretur, an in aliis materiis eo fruatur, tunc præſumendum eſſet eo non frui,& ita vota, &c. non valere. ita Sanchez *d.cap.1.num.15. fine*; ob eam rationem quòd rariſſimè contingat dementiæ in vna, vel altera materia cum rationis vſu in aliis,licèt aliquando eueniat,vt dixi *in dicto tract. de contract. matrimonij citato cap.3. num.73.*

1615. Dubium quartum,an in dubio defectus ſufficientis deliberationis ob ſomnum,ebrietatem,aut phrænesim,promiſſio,votum,vel iuramentum obliget, & quidem ſi dubitaretur, an geſta ſint tempore ſanæ mentis,vel ſomni,ebrietatis,aut phrænesis, præſumi debent geſta tempore ſanæ mentis, & ita valere, & obligare. Ita Sanchez *d.lib.4.ſum.eod. cap.1. n.15.poſt medium*.ſcilicet,Primò, quia rariſſimè promiſſiones, vota, & iuramenta ſolent emitti tempore ſomni, ebrietatis, aut phrænesis, ſed tempore ſanæ mentis, ac proinde ex communiter accidentibus præſumi debet in dubio fuiſſe emiſſa tempore ſanæ mentis. Secundò, quia qualitas naturalis in dubio præſumitur,donec contrarium conſtet. Tertiò,quia ſomnus, ebrietas, & phrænesia breui tempore durant; ergo non præſumitur ita permanere, vt ſic eo tempore actus præſumatur geſtus. Demum, quia cùm conſtet de promiſſione,& voto,quæ natura ſua obligant,& ligant voluntatis libertatem; & dubium ſit de vinculi ſolutione propter inſufficientem deliberationem,poſſeſſio ſtat pro obligatione voti, non pro li-
1616. bertate,& excuſatio eſſet dubia.† Et ita ſentit etiam Palaus *d.puncto* 11.*num* 8. quoad hunc effectum,ſcilicet,vt in hoc caſu graues, & efficaces debeant eſſe præſumptiones, vt reddant dubiam promiſſionem, votum,aut iuramentum geſta eſſe tempore ebrietatis,aut phrænesis. At verò poſito,promittentem,aut vouentem verè dubium exiſtere, eo quòd non conſtet ex circunſtantiis actum ita benè geſtum, vt tollat dubium; tunc putat Palaus cum Suarez *d. lib.6. cap.6.n.9.*(& idem dicunt Filliucius *d.n.92.* & Breſſerus *d cap.10.n.96.*)promiſſionem,votum,& iuramentum non valere, ea innixus ratione *ſuprà num.*1606. adducta, nempe quia tunc verè dubitatur, an ſit votum,iuramentum,& promiſſio,cùm dubitatur, an ſit aliquid eſſentialiter requiſitum ad illa, quale eſt libertas,atque adeò in fauorem libertatis voluntatis iudicandum eſt. Sed hoc non admitto ego, neque etiam Sanchez, ſed imò etiam in hoc dubio iudicandum eſt in fauorem voti, &c. vt ſatis oſtendunt rationes adductæ tum *præcedenti numero*, præſertim vltima;tum adductæ *ſuprà num.*1604.*&* 1607.Neque ratio prædicta vrget, vt conſtat ex *dictis n.*1307. *in reſponſione ad primum*.Si autem dubium eſſet de promiſſione, quia non recordaretur bene, ſeu non haberet iudicium probabile ſe promiſiſſe, tunc non obligaretur,iuxta dicta *num.*1589.

1617. Quòd ſi conſtaret tempore ſomni, ebrietatis, vel phrænesis facta eſſe, & dubitaretur, an tunc fuerit plena ebrietas, vel phrænesis, vel ſomnus tollens libertatem, & ſufficientem deliberationem, an ſemiplena non omninò priuans rationis vſu, & deliberatione, quæ eſſet ad peccandum mortaliter ſufficiens, tunc vota, iuramenta, & promiſſiones non obligarent, vt tradunt Sanchez *d. n.15. prope finem*, Suarez, Breſſerus, & Palaus locis *ſuprà* allegatis. quia cùm ebrietas (& idem eſt de ſomno, & phrænesi,) ſoleat à mente alienare, ſtat præſumptio pro
1618. alienatione.† Et Suarez *d.num.9.* ac Palaus *dicto puncto* 11.*n.7.*confirmant exemplo illius, qui noctu habet pollutionem, quique dubitat, an habuerit perfectum vſum rationis,de quo non præſumitur mortaliter peccaſſe ob defectum perfectæ libertatis; ſimiliter ergo ob eiuſdem defectum, non eſt præſumendum valide vouiſſe,aut promiſiſſe.

An dubius de materia promiſſionis, voti, aut iuramenti, ſit ne licita, vel illicita, teneatur promiſſione, voto, aut iuramento.

QVid etiam,ſi conſtet de promiſſione,voto, vel iuramento, & facta diligentia, dubium ſit an materia voti,iuramenti,vel promiſſionis,ſiue licita, an verò illicita, quæ ſine peccato impleri non poſſit. Dixi *facta diligentia dubium ſit.* nam ſi adhibita diligentia res agnoſcatur illicita, certum eſt tale votum,aut iuramentum non obligare;quia votum,aut iuramentum non poteſt eſſe vinculum iniquitatis.Si etiam facta bona fide diligentia inueniatur tale votum, aut iuramentum potuiſſe in aliquo ſenſu, vel iuxta aliquam partem eſſe de re licita, in illo ſenſu, ſeu quoad illam partem fuiſſe emiſſum præſumi debet,vt in terminis Suarez *tom.2. de religione tom.2. de iuramento cap.33. num.*8. & Fagundez *lib.2.in Decalogum cap.* 10.*num.* 30. & colligitur ex Sanchez, Villalobos, Layman, Bonacina, & Trulleuch locis *infrà* allegandis. Ratio autem eſt, (inquiunt Suarez,& Fagundez,) quia hoc poſtulat reuerentia debita iuramento, & voto, ne in vanum, & de re illicita facta fuiſſe credantur;& ita procedit (adducunt iidem Suarez, & Fagundez,) illa generalis regula, de qua *in cap.vni. §.vnico,de deſponſ. impuber. in 6.Si non valet quod ago, vt ago,valeat, vt valere poteſt.*& ſic iuxta hanc regulam valent iuramentum,& votum,eo modo,quo valere poſſunt;& ad hoc facit etiam alia regula, quòd *Vtile per inutile non vitiatur, reg.vtile,de reg.iur.in* 6. Hinc (& ex his confirmatur præcedens doctrina) ſi materia voti, aut iuramenti ſit partim apta, partim inepta, nempe partim licita,& honeſta, partim illicita, & turpis, aut partim bona,partim indifferens,aut partim poſſibilis,partim impoſſibilis,votum, aut iuramentum (ſaltem quando tota materia non eſt indiuidua, ſed diuidua, & non conſtat de intentione vouentis, aut iurantis, quod per modum vnius illam materiam ex duplici parte vna apta,altera inepta conſtantem promiſerit voto,aut iuramento.)validum eſſe,& obligare quoad partem aptam,ſcilicet, honeſtam, aut bonam,aut poſſibilem,tradunt Suarez, & Fagundez *locis citatis*, idem Suarez *lib. 1. de voto cap.2. n.3. & 7. & cap.* 10. *n.2.3.&* 4.Sanchez *de matr.lib.9.diſp.35.n.3. & 4. & lib.4.ſum cap.10.n.5.6.7.9.10.12.13.&* 15.Villalobos *tom.2.ſum. tract.34. diff.2. n.7.8. &* 9. Layman *lib 4. tract.4.cap.2.n.3.* Bonacina *de præceptis diſp.4. quæſt.1. p.4.n.1.* & latiùs *quæſt.2.p.4.§.4. n.1.* & Trullench *in Decalog. lib.2. cap.1. dub.8.n.1. & cap.2. dub.10. n.2.* qui omnes probant illa regula, quòd vtile per inutile non vitiatur,quam Dynus *ibidem n.4.* Iaſon *in l. 1.§.ſed mihi,num.4.ff.de verb. obligat.* Nauarrus *in man. cap.12.n.43.verſic. ex quibus infertur*, & alij aiunt intelligi, quando vtile eſt ab inutili ſeparabile, quod in hoc caſu euenit,cùm pars bona,& apta ſit ab alia ſeparabilis,& ex ipſa rei natura,& ex modo promittendi; cùm ſupponamus vel certum eſſe non fuiſſe vtramque partem per modum vnius promiſſam, vel ſaltem non conſtare de intentione promittentis, quod voluerit promittere per modum vnius nolens ſe obligare ad vnam partem ſolam, ſed ad vtramque, vel ad nullam, quo caſu vouens,aut iurans præſumitur promiſiſſe iuxta naturam rei, & ſic promiſiſſe vnam partem independenter ab alia, & 1619.

ſic

ſic bonam independenter ab inepta. Vnde Sanchez *d.diſp.35.citato num.3.* ait tunc eſſe virtute duplez vo-zum, atque adeò vnum, ex malitia alterius minimè infici, iuzta præfatam reg. *vtile.* Quibus autem regulis, & eze mplis digooſci poſſit materiam eſſe indiuiduam, & per modum vnius promiſſam, aut diuiduam; & per modum plurium promiſſam, iuxta prædictos Doctores explicabitur *infrà.* Confirmatur eadem doctrioa initio huius numeri tradita, qoia ex eadem ratiooe iurameorum, & promiſſio facta de facto alieno, quod pendet ex voluurate alterius, & noo eſt io abſolura poteſtate iurantis, obligat iurantem, & promittentem ſaltem ad ſeriò procurandum cum illo tertio à cuius voluntate pendet, vt velit, & conſentiat: vt doceot Abbas cum Gloſſa *ibidem in cap. ex reſcripto, de iureiurando, ibidem* Additiooator ad Abbatem varia congerens Marcus Antonius Bauerius *tract. de iuramento num.6* & Corſetus *tractatu de iuramento c.6.n.38.* quos referunt, & ſequoutur Suarez, & Fagundez locis initio huiua numeri allegatis. & idem docet Sanchez *lib.4 ſum.cap.5.n.15.*

1620. Difficultas ergo eſt, qoando omoibus circumſtantüs conſideratis materia voti, aut iurameoti adeò maoet dubia, ſit necne licita, vt in nullo ſenſu certum, vel probabile exiſtimetur ioramentum, aut votum poſſe licitè impleri, an tunc votum, vel iuramentum obliget: & licèt in hac difficultate Doctorea videantur diſcordes, dom aliqui, vt Suarez *lib.4.de voto cap.6.n.12.* & alij, quos idem Suarez *ibidem,* & Salas 1.2. *tract.8. diſp.vnica ſect.25.num.256.* referuot, Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. p. 2. lib.4. diſp.10.n.209 verſic.quando verò,* aſſerant obligare, eo quòd poſſeſſio ſtet pro voto, vel iuramento, qood cooſtat certò fuiſſe emiſſum, & ezcoſatio ſit dubia; ac proinde vouens, aot iurans non poſſit ſua authoritate votom violare. Alij verò, vt Salas *d.n.256.* & Breſſerus *d.lib.4.de conſc.c.10.n.97. & 98.* velint oon obligare; quia tunc, cùm ſit dubium de valore voti ratione turpitodinis materiæ, locum habere debet illa regula, quòd melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem; ſicot qoando eſt dubium de voto ratione eius exiſtentiæ, vel iuxta eundem Suarez, & alios *n.* 1616. relatos ratione ſufficientis libertatis. Nihilominus reduci poſſuot ad concordiam ſequentibus.

1621. Igitor in hoc dubio, an materia voti ſit bona, ſeo licita, an mala, vel illicita, dicendom primò votum, vel ioramentum non obligare; quia cùm hoc dubio practico operari, eſt malum ob periculum faciendi aliquid illicitum, cui operans exponeretur, nec enim placent Deo; in quibus priuatis periculum imminet, ita præter Salam, & Breſſerum, Sanchez *lib. 4. ſum. cap.2.num.34. fine cap.6.n.5.* & clariùs *n.6.* Bonacioa *d.q.2. p.4.§.1.n.5.verſic.adde, & §.2. verſic.idem dicendum,* Diaoa *p.4.tract.3.reſolut.13.* & etiam Suarez, & Faguudez *n.*1619. & idem Suarez *d.cap.6. num.13.* & prætetea Sotus *dub. 7. de inſtit. q.1. art. 3.* præſertim *circa finem, in reſponſione ad tertium,* loquens in dubio, an votum macerationis corporis excedat limites virtutis, quoad macerationem promiſſam: & Caſtrus Palaus *tom.1. tract.3. diſp.3. puncto 12.n.2.* & hoc certum eſt ſi vrgeret tempus votum, aot matrimonium implendi, ſeu neceſſitas operandi contra votom, & deficeret copia ſuperioris, vel ſaltem non poſſet commodè adiri idem ſuperior pro conſilio, vel diſpenſatione.

1622. Sed dobitari poteſt, an ſi facile pateat aditus ad ſuperiorem, oporteat eum conſulere, ab eóque petere declaratiooem, vel diſpeoſationem; & noo eſſe hoc neceſſarium, ſed vouentem, aut iurantem dubiom poſſe propria authoritate in omni caſu votum, aot iuramentum illud non ſeruare, videtur docuiſſe Sotus *in d.reſponſione ad tertium,* (vbi dicit S.Thom.2.2. *q.88.art.2.ad tertium,* vbi ait, in dubio, an ieiunia, & macerationes carnis per votum promiſſa excedant virtutis limites, recurri debere ad ſuperiorem, eſſe iotelligendum de conſilio, & tanquam qoid conſultius, non verò de neceſſitate,) & idem videntur ſentire Salas, Bonacina & Diana *locis citatis,* cùm abſque vlla limitatione dicant in huiuſmodi dubio votum, aut iurameotum non obligare: & idem videri poſſet alicui ſentire Sanchez *d.n.34. & d.n.6.* vbi & ipſe abſolutè ait votum in dubio, ao materia ſit licita, non obligare. Verùm

Dicendum ſecundò, vouentem, aut iurantem te- 1623.
neri, cùm commodè conueniri poteſt, conſulere ſuperiorem, & ab illo petere declarationem, vel diſpenſationem. ita S.Thomas *d. art 2. in d. reſponſione ad tertium,* loquens in dubio, an maceratio carnis promiſſa excedat virtutis limites, & clariùs 2.2.*q.89. art.9. ad 3.* vbi loquitur de iuramento, & dicit Epiſcopum poſſe in illo diſpenſare, quando eſt dubium, an ſit licitum, nociuum, vel non nociuum, ac proinde videtur ſupponere neceſſariam eſſe Epiſcopi diſpenſationem, ſi commodè adiri queat. Et in eodem caſu dubij, an iuramentum ſit de re licita, vel illicita recurrendum eſſe ad ſuperiorem pro conſiliu, ſeu declaratione, vel diſpenſatione, aſſerunt Gloſſa *in c venerabilem, verb. venire,* Innocentius *in cap. debitores, de iureiurando,* Felinus *in cap. 1. n. 19.* Panormitanus *in cap. cùm contingat, eod. titulo.* ex Summiſtis Angelus *v. iuramentum* 6. *n.1.* Sylueſter *eodem v. quæſt.1.* Tabiena *eodem n.20.* ez Theologia Caietanus 2. 2. *q.89. art.9.* Suarez *d. lib. 2. de iuramento cap.18 n.12. & cap. 33.n.9.* Fagundez *d.cap.10.n.32.* Sanchez *lib.3.ſumma cap.9.n.13.circa medium.* & Palaus *d. puncto.12.n.1.* & in voto vbi dubitatur, an ſit de materia illicita, tradunt Suarez *lib.4.de voto d.cap 6.n.12.* Breſſeros *d. cap.10.n.98.fine,* Fagundez & Palaus *vbi ſuprà,* Palaeius *in 4.d.38.diſp.1.* quem Sanchez *d. cap.6. n.5.* refert, & ſeqoi videtur, cùm ad id Soto contradicentem poſteriori loco referat, nec impugnet; immo id expreſsè, & io terminis tradit idem Sanchez *de matrim. lib.2. diſp.41. num.35.* vbi aſſerit certum de voti valore ex parte ſuæ libertatis, dubitantem tamen an votum obliget ratione debitæ materiæ, aut finis, vel alicuios circumſtantiæ tunc occurrentis teneri voto, nec in tali dubio illud poſſe licitè violare abſque diſpenſatione. ad quod allegat non ſolùm S.Thomam *d.art.3.ad 3.* & plures ex aliis Doctoribus iam citatis, ſed & plures alios; & confirmat, tum quia in hoc dubio voluntas non poſſidet, cùm certum ſit vouentem ſua ſe libertate priuaſſe vouendo, ſed votum poſſidet; tum quia in hac re totum dubium eſt in Dei fauorem, cùm ſolùm dubitetur an res promiſſa ſit illi grata, ac proinde ea pars eligenda ſit, quam Deus, qui creditor eſt, eligi vult: Deus autem eligit id quod tutius eſt, & melius, nimirum, ne io hoc dubio votum violetur abſque diſpenſatione. ita *ibidem* Sanchez. Ad hoc etiam faciunt Doctores (inter quos & ipſe Sanchez) *hoc titulo ſuprà n.* 1216. loquentes io præcepto ieiunij, aſſerentes in dubio, an obſeruare ieiunium, abſtioere à carnibus in die ieiunij de præcepto ſit notabiliter nociturom ſaluti, adeundum eſſe ſuperiorem, (ſi commodè fieri poſſit) pro declaratione, vel diſpenſatione: eadem enim ratio videtur in dubio voti, ſeu iuramenti, ac præcepti Eccleſiaſtici. Ad hoc faciunt Doctores allagati, & tradita *ſuprà hoc eodem tit.num.1242. & 1252. & 1254.* ad probandum qoando eſt dubiom, aut ſolum probabile iudicium, aliquem

Google

caſum comprehendi ſub lege, vel præcepto generali ex defectu voluntatia, vel poteſtatis, legiſlatoris, (quia v. g. dubitetur, an legiſlator potuerit obligare in tali caſu, ob nimiam difficultatem implendi legem, vel ob dubium, an tunc legem implere ſit illicitum,) tunc recurrendum (ſi facilis pateat ad eum aditus,) eſſe ad ſuperiorem. Cæterùm probatur primò ex *d. cap. venerabilem* §. *idem etiam, de electione*, vbi expreſsè dicitur iuramento illicito, (ſcilicet, cùm dubitatur eſſe illicitum, vt gloſſa *d. verb. venire*,) non contraueniendum propria authoritate ſuperioris. Præterea probatur ex dictis paulò antè ex Sanchez, & ex dictis *suprà d. n.* 1242. ſcilicet, quia dubius de honeſtate materiæ promiſſæ dubitat, Deo ſit grata talis materia, ac proinde tenetur diligentiam facere, vt hoc dubium vincat, ſeu deponat conſcientiam dubiam, cùm poteſt, vt *d. n.* 1242. dixi. At nulla efficacior, aptior, diligentia eſſe poteſt, quàm conſulere ſuperiorem, qui loco ipſius Dei aſſiſtit; ergo ipſum conſulere tenetur pro declaratione, vel pro diſpenſatione obtinenda. Quare hæc eſt differantia (vt inquiunt Suarez *d. n.* 12. & Palaus *d. puncto* 12.) inter huiuſmodi dubium, an quis fecerit votum, vel promiſſionem, vel an in faciendo voto habuerit ſufficientem deliberationem, quia quando dubitat an fecerit promiſſionem, vel an habuerit ſufficientem vſum rationis, dubitat de exercitio ſuæ libertatis, & ſic non eſt neceſſe ad ſuperiorem recurrere: at quando dubitat de honeſtate materiæ, non dubitat de aliqua conditione ſe tenente ex ſua parte, ſed dubitat de conditione, quæ ſe tenet ex parte Dei, & conſequenter eum, qui Dei loco eſt, tenetur conſulere, & ab illo declarationem, vel remiſſionem impetrare: ſufficit autem recurrere ad Epiſcopum, ſeu Prælatum ordinarium in his caſibus dubiis voti, aut iuramenti, licèt in caſu *d. c. venerabilem*, S. Pontifex dixerit oportuiſſe ad ſe recurri: nam ibi erat ſermo de negotio vniuerſali valde arduo, vt imperij, quæ cauſæ ſunt S. Pontifici reſeruatæ, iuxta *c. maiores de baptiſmo*. ordinariè verò, (vt notarunt etiam Suarez *d. c.* 33. *fine*, & Fagundez *d. cap.* 10. *n.* 32. *fine*, non inuenitur talis reſeruatio; & ideo iure ordinario Epiſcopis conuenit hoc negotium, arg. *cap. nuper, de ſent. excom.* cùm hæc poteſtas ad ordinarium regimen animarum neceſſaria ſit; & etiam, quia caſus dubij regulariter non cenſentur Papæ reſeruati, vt ſuprà oſtenſum eſt.

1624. Itaque doctrina primi dicti *ſuprà n.* 1621. procedit, quando ſuperioris conſilio, vel diſpenſatione, vel prudentis arbitrio (ſi ſuperior aditi non poſſit,) vouens, aut iurans reddi non poteſt certus, vel habere iudicium probabile de honeſtate materiæ, & vrgeat tempus promiſſionis implendæ, tunc enim rectè cenſetur liber ab obligatione, nec teneri votum, aut iuramentum illud exequi, vt docent Doctores citati *num.* 1620. & 1621. ob rationem *ibidem* allatam.

Votum materia partim bona, honeſta, & poſſibilis, partim indifferentis, mala, & impoſſibilis, quandónam cenſeri debeat factum per modum vnius rei indiuidua, & quando diuiſiuè, ſeu per modum plurium, ita vt æquiualeat duplici voto, vni de materia apta, alteri de materia inepta.

1625. SEd cùm *ſuprà n.* 1614. diximus votum, ſeu iuramentum de materia partim apta, partim inepta, ſcilicet, cuius pars vna eſt indifferens, aut inhoneſta, aut impoſſibilis; altera verò pars bona, honeſta & poſſibilis, obligare ad partem aptam, ſcilicet, bonam, & honeſtam, ac poſſibilem ſi tota materia, ſeu vtraque pars non fuerit collectiuè, & per modum vnius promiſſa, & vna pars dependeret ab alia, (nam ſi ita per modum vnius fuiſſet promiſſa,) votum, aut iuramentum eſſe irritum, & nullum, docent Suarez *lib. 2. de voto cap. 2. &* 10. Sanchez *de matr. lib. 7. diſp.* 35. *n.* 3. *& lib. 4. ſum. cap.* 10. *n.* 4. Bonacina, Villalobos, Layman, Trullench locis *d. n.* 1319. allegatis, & Palaus *tom. 3. tract.* 15. *de eſſentia voti diſp.* 1. *puncto* 8. §. 1. *n.* 5. & 10. & conuincit ratio, quia voti, aut iuramenti obligatio non poteſt excedere vouentis, aut iurantis intentionem, quæ cùm in tali caſu fuerit, ita ſe ad vtramque partem obligandi, vt obligatio nimis dependeret ab obligatione alterius, non poteſt tale votum, aut iuramentum aliter obligare: ſic autem obligans eſſet iniquum, aut impoſſibile, aut non gratum, cùm ſit partim rei, malæ ex obiecto, aut ratione praui finis, impoſſibilis, aut indifferentis; ergo erit irritum, quod etiam confirmatur; quia materia illa totalis voti diceretur abſolutè mala, & inepta materia, ſed diuiſiuè, ita vt quælibet pars ſit per ſe intenta, & independenter ab alia. Ad maiorem huius rei intelligentiam, & ad dignoſcendum quid ſentiendum in dubio, an per modum vnius, vel plurium fuerit promiſſa; explicare oportet, quando de vouentis, vel iurantis intentione non conſtat, quæ regulæ inſeruire poſſint ad præſumendam intentionem eiuſdem vouentis, aut iurantis verſaſſe vel circa vtramque partem collectiuè, & per modum vnius, & ita votum, aut iuramentum eſſe irritum, vel circa vtramque diuiſiuè, & cum independentia vnius partis ab alia.

Et regula generalis, quoties de animo non con- 1626.
ſtat, aſſignatur, vt ſit conſideranda natura, & conditio rei promiſſæ, & ad quam quis voluit ſe obligare, & communem exiſtimationem, ſeu morem, & vſum vouentium, ſiquidem in dubio interpretanda eſt obligatio iuxta naturam, & conditionem obiecti, & morem receptum; non enim videtur poſſe aſſignari certior regula, vbi non conſtat de animo vouentis, aut iurantis, vt Doctores allegati, præſertim Sanchez *d. diſp.* 35. *n.* 4. & *d. cap.* 10. *n.* 5. & 9. Suarez *d. lib. 2. de voto cap. 2. à n. 4. ad finem*, Palaus *d.* §. 1. *n.* 10. Villalobos, Layman, Bonacina, & Trullench locis *dict. n.* 1619. relatis, & Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 40. n.* 35. & Filliucius *tom. 2. tract.* 26. *quæſt.* 3. Quare ſi res promiſſa eſt indiuidua, id eſt, quæ non commodam diuiſionem patitur, aut communi more, ſeu ſtylo recepto, ſeu vſu vouentium, ſeu iurantium diuidi non ſolet, tunc cenſetur obligatio per modum vnius, & votum eſt irritum, ſcilicet, ad nullam partem obligans: ſi autem diuidua ſit, & quæ more viuentium recepto, & communiter ſolet diuidi, tunc præſumitur obligatio diuiſiuè, & per modum plurium, & vouens tenetur ad partem bonam & poſſibilem, idque ob rationem iam indicatam, ſcilicet, quia ſemper, vbi oppoſitum non conſtat, iudicanda eſt voluntas ferri in obiecta iuxta eorum naturam, & prout communiter euenit: exempla autem rei tum indiuiduæ, tum diuiduæ ponentur infrà. † Ex hac autem regula infert rectè 1627.
Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 6. & *d. diſp.* 35. *n.* 6. quomodo intelligendum ſit illud, quod Doctores communiter dicere ſolent, & de iuramento, habetur *cap. quemadmodum*, §. *fin. de iureiurando*, nempe eum, qui non poteſt integrè, & totum votum, aut iuramentum implere, ſed benè poteſt partem, teneri

ad

ad partem; id enim intelligendum eſt, quando materia voti non eſt indiuidua, ſed diuidua, & nnn per modum vnius, ſed diuiſiuè promiſſa: id quod etiam tradunt Leſſius *d. n.* 34. & alij communiter, licèt diſcrepent in aſſignandis exemplis materiæ ex ſua natura, vel ex communi exiſtimatinoe indiui-
1628. duæ. † Ad faciliùs etiam cognoſcendnm, an promiſſio ſit per mndum vnius, & tanquam de re indiuidua, an verò per modum plurium, & tanquam de re diuidua, Sanchez *d. diſp.* 35. *n.* 7. *& dict. cap.* 10. *num.* 10. (quem in hoc etiam ſequuntur Villalnboa *d. tract.* 34. *eadem diff.* 2. *n.* 9. Trullench *d. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 10. *n.* 5. Layman *d. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 2. *n.* 3. & alij,) tradit conſiderandum eſſe modum promittendi; nam ſi pars bona, & poſſibilis apponitur vt minus principalis, & acceſſnria, ſeu vt modus, aut circumſtantia, & accidens rei principaliter promiſſæ, quæ mala, indifferens, aut impoſſibilis eſt; cenſetur in dobio vtraque pars per modum vnius promiſſa, ac proinde votum eſt totum irritom; quod probat Sanchez, tum quia ex modn promittendi infertur rem bonam voueri dependenter ab alia, cùm vt eius circumſtantia promittatur; tum quia acceſſorium naturam principalis ſequitur, ab eóque dependet; ac proinde cùm obligatio rei principalis ſit irrita, erit etiam talis rei acceſſoriæ, iuxta *reg. Acceſſorium, de reg. iuris in* 6. ſi verò è contra pars bona, & poſſibilis eſt principaliter promiſſa, inepta autem, ſeu indifferens, mala, aut impoſſibilis acceſſoriè, & vt modus, & circunſtantia, tunc in dubio non cenſetur per modum vnius promitti, ita vt bona dependeat ab illa circumſtantia inepta, ſed per mndũ plurium, & independenter ab alia, & votum obligabit quoad partem principalem reiecto modo. Vt igitur prædicta clariora euadant, ponemus tum exempla, quæ iuxta Doctnres cenſentur eſſe materiæ indiuiduæ, vel iuxta rei naturam, & conditinnem, vel communem exiſtimationem, morémque receptum, vel ex modo promittendi; & ita cenſetur in eis factam promiſſionem per modum vnius; tum exempla materiæ diuiduæ, in quibos promiſſio præſumi debet facta diuiſiuè, & per modum plurium.

Exempla votorum per modum vnius, & tanquam de materia indiuidua.

1629. PRimi generis exempla ſunt. Primò, ſi quis vouit ædificare Eccleſiam, aut monaſterium, & paupertate ſuperueniente, non poteſt niſi partem, tunc non tenetur ad partem poſſibilem, puta ad fabricandam Capellam, aut faciendam aliam dnnatinnem, quia res promiſſa eſt indiuidua, quæ non ſolet promitti niſi per modum vnius perfectè. ita Suarez *d. cap.* 1. *num.* 5. Sanchez *d. diſp.* 35. *n.* 4. *& d. cap.* 10. *n.* 7. Layman *d. cap.* 3. *n.* 3. Palaus *d. §.* 1. *n.* 10. Leſſius *d. cap.* 41. *n.* 34. Quamuis contrarium docuiſſe videantur S. Thom. *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 1. *art* 3. *quæſtiunc. prima*, Syluester *verb. votum* 2. *q.* 2. Turrectem 17. *q.* 1. *in ſum. art.* 4. *ad* 3. Nauarrus *in ſum. c.* 22. *n.* 39. & Valentia 2. 2. *diſp.* 6. *q.* 6. *p.* 4. quns ſequitur Bonacina *d. p.* 4. *§.* 4. *n.* 3. & probabile putat Trullench *d. dub.* 10. *n.* 3. ſed Sanchez *d. n.* 7. explicat S. Thomam, & alios eſſe intelligendos, quandn conſtat vnuentis intentionem fuiſſe obligare ſe diuiſiuè, & per modum plurium ad Eccleſiam ædificandam; hìc autem ſermo eſt quando non conſtat de tali intentione.

1630. Secundò votum nunquam peccandi, ſeu non peccàndi neque mortaliter, neque venialiter, eſt irritum & nullum, & nmnino non obligat, neque ad partem ad vitanda mortalia, vt pnſt plures alios tradit Sanchez *de matr. lib.* 9. *diſp.* 35. *n.* 25. *lib.* 4. *ſum. cap.* 5. *n.* 10. *&* 11. *& cap.* 1n *n.* 9. quem ſequuntur Leſſius *d. cap.* 40. *n.* 33. Layman *d. cap* 2. *n.* 2. Villalobos *d. diff.* 2. *n.* 131. & Trullench *d. cap.* 3. *dub.* 9. *n.* 2. Probant Sanchez *d. cap.* 5. *n.* 10 Leſſius, & Layman, quia totum illud obiectum eſt de re moraliter impoſſibili, quia cum auxilio ordinario non eſt in noſtra poteſtate omnia peccata vitare, vel nmnia peccata venialia, neque obſtat ſi dicatur præceptum vitandi omnia peccata obligare; nam reſpondet Sanchez nnn eſſe ſimile hoc de præcepto, quia cùm præcepti obligatio tanquam naturalis comitetur naturam humanam inſtar eius proprietatum, contenta eſt phyſica pntentia vitandi peccata: at cùm obligatio vnti ſit libera, rationi congruit, vt ad eam inducendam potentia moralis deſideretur. Confirmat meliùs idem Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 9. quia licèt vntum nunquam peccandi ſit de materia à parte rei diuidua, cùm vnum peccatum ab alin cnmmodè diuidi pnſſit, tamen ex communi exiſtimatione, & mnre, ſeu vſu receptum eſt, vt per modum vnius intelligatur promiſſum. Quamuis contrarium, & tale vntum nnnquam peccandi (niſi conſtet expreſsè vouentem habuiſſe voluntatem obligandi ſimul ad vitanda mnrtalia, & venialia, ita vt noluerit nbligare ſe ad vitanda mortalia, niſi etiam remaneret obligatus ad venialia,) obligare ad partem, nempe ad vitanda peccata deliberata, vel ſaltem mortalia, ſentiunt Nauarrus, & Angles, quos Sanchez *d. n.* 10. citat, & etiam Suarez *d. lib.* 2. *de voto cap.* 3. *n.* 16. Bonacina *d. §.* 4. *n.* 2. Palaus *d. §.* 1. *n.* 8. qui fundantur in eo, quòd tota illa materia voti non eſt impoſſibilis, moraliter, ſed poſſibilis, & diuidua, ac proinde votum æquiualeat duplici voto, ſcilicet, voto non peccandi mortaliter, & voto non peccandi venialiter. Confirmat Palans, quia in talis voti emiſſione rarò quis habet voluntatem nolendi obligare ſe ad vitanda mnrtalia, niſi etiam ſe obliget ad vitanda venialia; ſed potiùs intendit ſe obligare, quantum obligari poteſt: qui enim (inquit) amore virtutis, & reuerentiæ Deo debitæ promittit non peccaturum, offert Deo vitare omnes, & ſingulas nffenſas, & peccata, quæ per ſe, & ex natura rei ab aliis ſeparantur, cenſendus eſt offerre vitare; ac proinde cenſendus eſt obligatus ad nnn peccandum mnrtaliter; quia & peccatum mortale à veniali ſeparatur, & obligatio vitandi mortalia ab nbligatinne vitandi venialia, frequenter ſelungitur. Sed id eſt, qund negatur. nam licèt aliquando fiat vntum ſimpliciter de vitandis mnrtalibus; tamen votum collectiuum de nunquam peccando, ſeu de nnn peccando neque mortaliter, neque venialiter, communi exiſtimatione, & vſu ſnlet promitti per modum vnius, vt aiunt Sanchez, & alij præallegati Dnctores. Quod etiam magis cnnfirmatur, quia vouens nunquam ſe peccaturum reſpicit omnia peccata ſub vna ratione peccati generica, nec ea obligatio poteſt commodè diuidi, & ſeparari; cùm non detur maior ratio cur votum id obliget ad abſtinendum à quibuſdam peccatis potius, quàm ab aliis; neque vrget dicere partem eſſe poſſibilem, ad quam ſe potuit obligare, eſſe ſaltem peccata mortalia, nam etiam eſt poſſibile vitare aliqua venialia, & quibuſdam ex his ſignatis, eſt etiam poſſibile vitare alia: ac proinde cùm votum non potius hæc, quàm illa reſpexerit, fit vt materia ſit quaſi indiuidua, & inſeparabilis, qunad obligatinnem, & conſequenter promittantur per modum vnius, & cùm ſit impoſſibilis, ad nil nbliget, ſed vtile per inutile vitietur tanquam non ſeparabilia, iuxta dicta *n.* 1619. Igitur

tur

tut ab hac ſententia Sanchez,& aliorum non eſt re-
cedendum in praxi,quæ etiam eſt magis cõmunis,&
humanæ fragilitati magis accõmodata , & ad con-
ſcientias pacificandas aptior,cùm ex contraria ſen-
tẽtia facile non oriri poſſint multi ſcrupuli,& maxi-
1631. ma animarum perturbatio.† Id autem quod dictum
eſt de voto nunquam peccandi, dicendum etiam de
voto nunquam peccandi venialiter,vt Sanch.& om-
nes præallegati Doctores *locis allegatis* aſſerunt;quia
eſt de re moraliter impoſſibili , cùm auxilio ordina-
rio non poſſimus omnia peccata venialia vitare, &
non eſt maior ratio cur debeat diei vouens obli-
gatus ad hoc, vel illud peccatum, quàm ad aliud; &
quia etiam communi exiſtimatione per modum
1632. vnius votum emittitur.†Idem etiam de voto vitan-
di omnia peccata determinato temporis ſpatio; hoc
enim votum ob eandem rationem non valere do-
cent Sanchez *d. cap.5.n.*11. & Trullench *d.n.*2. quia
ſimiliter eſt moralis impotentia , ſaltem ſi ſpatium
non eſſet valde breue; & idem credit Sanchez de
tempore quo eſt moraliter impoſſibile attenta vo-
1633. uentis fragilitate. † Valet autem votum nunquam
peccandi mortiferè , licèt diſſuadendum , quia cum
auxilio Dei ordinario poſſumus omnia peccata
mortalia vitare, licèt quæ cogitatione committun-
tur,difficile caueantur. ita Sanchez contra nonnul-
los *d.cap.5.n.*16.Leſſius,Layman, Suarez, Palaus *lo-
cis citatis*. Trullench *d. dub.9. n.*4. & alij à Sanchez
1634. relati.† Item valet votum de non committendo ali-
qua , ſeu talia peccata , vel pro aliquo determinato
tempore,vel in perpetuum,puta de non mentiendo
iocosè de cauenda diſtractione voluntaria , de nun-
quam furando rem , neque modicam ſine cauſa , &
de ſimilibus , quæ auxilio diuino cauere poſſunt,ita
Sanchez *d.cap.5.n.*12. *&* 18.Leſſius, & Layman *locis
allegatis*. Aduertit autem Sanchez *d.n.* 18. quòd non
eſſet validum votum de vitando aliquo genere ve-
nialium , ſi id eſſet moraliter impoſſibile; vt ſi quis
voueret ſe nunquam peccaturum in cogitationibus
luxurioſis,vel iudicij temerarij, vel infidelitatis, vel
in cibo , & potu ſumendis , vel nunquam loquendi
verbum otioſum , quia hæc omnia venialia vitare
cenſetur moraliter impoſſibile, & ita votum tan-
quam de re moraliter impoſſibili erit irritum. licèt
Caietanus,& Anglus relati à Sanchez dicant votum
nunquam loquendi verbum otioſum eſſe validum.
1635. † Item valet votum vitandi omnia peccata venia-
lia,ſi cõnſtet intentionem vouentis fuiſſe obligare
ſe ad illa vitanda non collectiuè , & per modum
vnius,ſed diuiſiuè,quia moraliter poſſibile eſt hic,&
nunc vitare quodlibet veniale in particulari,& inde-
pendenter ab alio.ita Sanchez *d. cap.5.num.*14. rectè
addeos ſecus dicendum , ſi conſtaret de intentione
diuiſiua ; quia tunc ex communi exiſtimatione , &
vſu emittendi tale votum , cenſeretur emiſſum per
1636. modum vnius , vt conſtat ex dictis. † Item iuxta
Suarez *d.cap.3.n.*4. & Layman *d.cap.2.n.*2. valet vo-
tum nunquam peccandi etiam venialiter , cum ple-
na deliberatione ; quia licèt ſine ſpeciali priuilegio
non poſſimus euitare omnia peccata , quæ fiunt ex
ſubreptione, ſiue cum imperfecta deliberatione; ni-
hilominus cum ordinario diuinæ gratiæ auxilio in
poteſtate noſtra eſt non conſentire vnquam in pec-
catum cum plena deliberatione.Immo omnes(addit
Layman) qui Chriſtianæ vitæ perfectionem ſectan-
tur,vt Religioſi, cogitare debent à propoſito, & re-
cta intentione ſua quærendi in omnibus Dei glo-
riam, ſuamque, & aliorum ſalutem , quam maximè
alienum eſſe conſenſum plenè deliberatum in pec-
cata,quamuis venialia, & exigua, cum peccato nihil
peius ſit,adeò vt potius omnia mala vir prudens to-
lerare debeat,quàm in peccatum,quamuis minimum
conſentire. † Item iuxta Sanchez *d.cap.5.n.*13. Leſ- 1637.
ſium *d.n.*33.*in ſine*, & Suarez *d.cap.3.n.*13. votum vi-
tandi omnia peccata;etiam venialia, quantum in ſe
eſt , & quantum diuina gratia quis conſequi poteſt;
ſeu votum adhibendi diligentiam pro vitandis pec-
catis,quantum cum diuina gratia poſſibile fuerit,&
humana infirmitas patitur , obligat ; quia adhibere
ſpecialem diligentiam ad vitanda ſingula peccata
occurrentia,eſt moraliter poſſibile, & huic voto(in-
quit Sanchez) ſatisfaceret vouens, quando adhibita
ea ſpeciali diligentia ſuccumbens tentationi præ
fragilitate peccaret : nam ex vi voti ad nullum pec-
catum vitandum teneretur,ſed ad eam ſolùm diligen-
tiam adhibendam.Contrà tamen,& tale votum non
obligare ſentiunt Palaus *d.* §.1. *n.* 12. & Trullench
*d.lib.*2.*d.cap.*9.*n.*2.& mouentur primò,quia eſt de ob-
iecto humana ratione incognoſcibili , nam vix quis
cognoſcere poteſt,quando debitam diligentiam ad-
hibet , præcipuè in peccatis ſubreptitiis , & plenam
aduertentiam , & deliberationem præuenientibus;
ac proinde ex tali voto orirentur multi ſcrupuli , &
perturbatio conſcientiæ,ſiquidem vouentes ſæpiſſi-
mè , (immo ferè nunquam,) putarent ſe non adhi-
buiſſe debitam diligentiam.Præterea ideo votum vi-
tandi omnia venialia,eſt inualidum, quia ad ea om-
nia vitanda requiruntur ſpecialiſſima auxilia , quæ
ordinariè à Deo non dantur ; ſed ſimiliter ad adhi-
bendam ſpecialem diligentiam ad euitanda omnia
peccata,requiruntur ſpecialiſſima Dei auxilia ; ergo
hoc votum,ſicut & illud,de nunquam peccando, eſt
inualidum.Verùm hæc non vrgent;nam cùm votum
non ſit de adhibenda omni diligentia quacunque
poſſibili , ſed quantum auxilio diuinæ gratiæ fieri
poterit, & humana fragilitas patitur; huiuſmodi di-
ligentia moraliter eſt cognoſcibilis , ſicut in pluri-
bus aliis contingit, puta in vitandis peccatorum oc-
caſionibus , in faciendo peccatorum examine ante
confeſſionem etiam multorum annorum , & in ſa-
tisfaciendo voto confitendi omnia venialia , quod
obligare tenet etiam ipſe Palaus ; & dum dicitur,
quantum diuina gratia quis poteſt conſequi , iam
vouens voluit ſe obligare ad illam ſolam diligen-
tiam, quæ auxilio diuinæ gratiæ ordinario adhiberi
poteſt. † Item valet votum fatendi omnia venialia, 1638.
vt poſt alios docent Sanchez *d. cap.5.n.* 20. Palaus
d.§.1.*n.*13. quia eſt de re moraliter poſſibili, nam in-
telligitur de confitendis omnibus venialibus , quæ
mediocri diligentia memoriæ occurrunt , ſicut præ-
ceptum de confitendis mortalibus,non obligat con-
fiteri omnia,ſed ea, quæ facta diligentia competen-
ti,memoriæ occurrerint.Si autem poſt confeſſionem
aliqua oblita in memoriam veniant,non tenetur ſta-
tim, etiamſi eſſet ſacram Euchariſtiam ſuſcepturus,
(cùm illius ſuſceptionem non impediant,) confiteri,
ſed ſatis eſt illa tempore alterius confeſſionis fateri;
quia tale votum obligat ad modum præcepti confi-
tendi mortalia , quoad oblita fatenda non ſtatim,
ſed tempore alterius confeſſionis obligat.Quòd ſi in
ſimilibus votis omnibus circumſtantiis penſatis eſ-
ſet dubium , an materia ſit poſſibilis moraliter ; ac
proinde an obliget , Sanchez *d.cap.5. n.*19. *&* *lib.*2.
*de matr.diſp.*41.*n.*35. ait iudicandum eſſe in fauorem
voti , vtpote quod poſſidet , iuxta dicta *ſuprà* 1604.
ſecus verò ſi pro vtraque parte eſſent opiniones,ſeu
iudicia probabilia.

Tertiò votum eundi ad ludos ad opes augendas 1639.
præmiſſa confeſſione ad nil obligat , neque ad con-
feſſionem, quia ſicut eſt nullum , quoad tranſitum
ad

ad Iudos, tanquam rei indifferentis, ita etiam quoad confeſſionem, quæ ſolùm acceſſoriè, & tanquam diſpoſitio fuit promiſſa, atque ita vtraque pars cenſetur per modum vnius promiſſa. ita Sanchez *d. diſp. 35. n. 7.*

1640. Quartò qui vouit ieiunium in vigilia Natiuitatis B. Mariæ Virginis, & non poteſt, non tenetur à carnibus abſtinere, quia abſtinentia à carnibus promiſſa eſt, quatenus continetur in forma perfecti ieiunij Eccleſiaſtici; ac proinde votum fuit per modum vnius rei indiuiduæ. ita Layman *d. cap. 2. n. 3.* Palaus *d. §. 1. n. 10.* & Leſſius *d. c. 40. n. 34.* & ſimiliter ſi eadem die à carnibus abſtinere non poteſt, neque etiam tenetur abſtinere à repetita comeſtione; nam etiam in forma ieiunij Eccleſiaſtici continetur abſtinentia à carnibus, & qui non poteſt abſtinere à carnibus in die ieiunij de præcepto Eccleſiaſtico, neque etiam tenetur abſtinere à pluribus comeſtionibus, vt ex communiori opinione tradidi *in tract. de triplici Iubilei priuilegio*, *ſect. 4.* & votum eſt per modum vnius rei indiuiduæ. ita Layman, & Palaus *locis citatis.*

1641. Quintò votum confitendi cauſa lucrandi Iubileum, non obligat ad confeſſionem, ſi vouens non poſſit conſequi Iubileum, quia confeſſio fuit promiſſa acceſſoriè, vt modum ad conſequendum Iubileum, & ita cenſetur votum emiſſum per modum vnius. ita Layman, & Palaus *locis citatis*, & Suarez *d. cap. 2. num. 13.* vbi generaliter ait, quòd quoties finis principalis vouentis redditur impoſſibilis, tunc obligatio circa alia ordinata ad finem ceſſat, quia reſpectu voluntatis vouentis ſunt quaſi acceſſoria, quæ ceſſant, ceſſante principali, vt *ſuprà* dictum eſt.

1642. Sextò votum peregrinandi in cilicio non obligat ad induendum cilicium, ſi peregrinatio eſt impoſſibilis, quia indumentum cilicij tanquam acceſſorium promiſſum eſt, & ita eius obligatio ceſſat, ceſſante obligatione peregrinationis. ita Layman, & Palaus *locis citatis.*

1643. Septimò, & vltimò aliis huius rei exemplis omiſſis, de quibus Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 19. à n. 4.* qui vouit certa die ſe ieiunaturum pro animabus Purgatorij, aut ſacrificaturum pro eiſdem in die commemorationis omnium defunctorum, & eo die non potuit ieiunare, vel fuit impeditus ſacrificare, ſi illius intentio fuit in ſenſu compoſito, ſeu cum dependentia à tali die, ſcilicet, intuitu ſpecialis deuotionis illius diei, non obligatur altero die ieiunare, aut ſacrificare, quia promiſſio eſt per modum vnius rei indiuiduæ reſpicientis, ſeu includentis tale tempus; ſecus verò, ſi illius intentio fuit in ſenſu diuiſiuo, & per modum duorum, vt & ſimpliciter ieiunare, aut ſacrificare promiſerit, & deinde ſpeciatim tali die, vel loco, votum ſuum implere, tunc enim ſi non potuit illo die, vel loco, tenetur in altero. ita poſt alios Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 14. n. 25.* & Layman *d. cap. 2. n. 3. verſic. Quintò qui vouit ſe certa die.* Quibus autem coniecturis (vbi non conſtat de intentione vouentis,) dignoſci, ſeu præſumi poſſit votum factum eſſe ſimpliciter, aut ob ſpecialem deuotionem diei, ſeu temporis, aut loci, tradit latè Sanchez poſt dictum *n. 25.* Et omnibus penſatis, ſi neque ex verbis, neque ex materia, vel circunſtantiis iudicari probabiliter poſſit, quamnam intentionem vouens habuerit, ſed dubium omnino ſit, an dies, ſeu tempus, aut locus adiecta ſint intuitu ſolius deuotionis, & animo ſe obligandi ſolùm in illo tempore, aut loco, an potiùs vouens voluerit ſimpliciter ſe obligare, & etiam quoad alterum tempus, vel locum. Sanchez *d. cap. 14. n. 38.* poſt Azorium in hoc dubio dicit præſumendum eſſe votum cum poſteriori intentione emiſſum, & obligari etiam in altero tempore, & loco, quia poſſeſſio ſtat pro voto, quod eſt certum, ſeu cuius obligationem certum eſt fuiſſe contractam; quæ non debet tolli, ſeu ceſſare illa excuſatione dubia, an à deuotione, ſeu reuerentia temporis, aut loci fuerit omninò dependens, ſed de hoc conſtare debet, vel ſaltem haberi debet opinio, ſeu probabile iudicium. At Layman *vbi ſuprà* cenſet in tali dubio iudicandum in fauorem vouentis, vt cenſeatur liber: tum, quia in dubio votum ſtrictè, & in fauorem vouentis debet interpretari; tum etiam, quia dum adeſt dubium, an vouens voluerit abſolutè, & independenter à tali die ſe obligare, in hoc dubio pro libertate vouentis
præſumendum. † Sicut in ſimili, (inquit Layman) 1644.
ipſe Sanchez *eodem lib. 4. cap. 16. n. 32.* docet, ſi quis certus ſit ſe ſpecialem religionem vouiſſe, dubitet autem an ſolam illam vouerit, an verò religionem in communi, & abſolutè, præſumendum, & iudicandum eum ſolum illam religionem vouiſſe, ac proinde liberum omninò remanere à voti obligatione, ſi ad illum non admittatur, vel non fuerit habilis. Sed non recedo à ſententia Sanchez, quam etiam confirmant omnia tradita *ſuprà n. 1604. 1605. & 1607.* Quare in hoc dubio non eſt verum poſſeſſionem ſtare pro libertate voluntatis, vt *d. num. 1607.* in reſponſione ad primum dixi, & *n. 1608.* ſatis explicatum eſt, qualiter votum ſtrictè, & in fauorem vouentis, ſit interpretandum, ſcilicet, vt minus obliget, non verò vt omninò ad nihil obliget, quando certò conſtat fuiſſe emiſſum. Nec eſt ſimile de eo, qui certus eſt ſe vouiſſe ſpecialem religionem, ſeu peculiare Monaſterium, & poſtea dubitat, an eam ſolam, an verò religionem in communi vouerit, vt conſtat ex his, quæ habet idem Sanchez *d. n. 32.* in tali enim caſu dubium verſans circa alias religiones, vel Monaſteria, præter eam, vel ea, quæ vouens certò ſcit vouiſſe, eſt de exiſtentia ipſius voti, ſeu an votum fuerit emiſſum; & ita in dubio iudicandum pro libertate. nam ſicut ſe habet voluntas totius obligationis ad totam obligationem, ita voluntas partis ad partem, (quia quod iuris eſt de toto ad totum, idem iuris eſt, vel eſſe debet, de parte ad partem, *l. quæ de tota, in princ. ff. de rei vindicat.* & cum aliis Euerardus *in topica, loco de toto ad partem,*) & quando dubitatur de tota voti exiſtentia, & obligatione, iudicari debet in fauorem libertatis vouentis, (vt *ſuprà n. 1590.* oſtenſum eſt,) vt ad id nihil teneatur; ergo vbi dubitatur de parte exiſtentiæ, & obligationis voti, iudicandus eſt ab ea liber vouens. In præſenti autem caſu certum eſt votum, quoad totam obligationem circa rem promiſſam, & ſolum dubium eſt de circunſtantia diei, vel loci, & ſic cùm votum propter ſuam certitudinem poſſideat, non debet quis ab eo eximi, ob dubium ſuperueniens circa circunſtantiam.

Exempla votorum per modum plurium, ſeu diuiſiuo per promiſſionem plurium cum independentia vnius ab altero.

Poſterioris generis exempla ſunt, Primò, votum 1645.
dandi mille aureos ad pias cauſas, quod ſi vouens non poteſt implere, quoad totam quantitatem pecuniæ, tenetur tamen ad erogandam illam partem, quam poteſt; materia enim huius voti eſt diuiſiua, quæ proinde diuiſim, & per modum plurium cenſetur promiſſa, vt Sanchez *lib. 4. ſum. d. cap. 10. n. 7.* Layman *d. cap. 2. n. 3. verſic. exempla poſterioris partis*, Villalobos

lalobos *d. diſſ.2. n.9.* Trullench *d. cap.2. dub.10.n.3.* Palaus *d.§.1.n.10.*& alij.

1646. Secundò, qui vouit ieiunium per totum annum, etiamſi non poſſit niſi tertia parte anni, tenetur pro illa parte, quia materia ex ſe eſt diuidua, ac etiam talis obligatio ſolet diuidi tanquam ad diuerſa opera per ſe completa, vt Leſſius *lib.2. d. cap.40. num.34.* Item ſi quis vouit ieiunium totius Quadrageſimæ, vel recitare officium Canonicum, aut virgineum, cùm hæc communiter diuidantur, obligatio non erit per modum vnius, ac proinde excuſatus à parte ratione impotentiæ, tenebitur ad aliam partem ſibi poſſibilem, vt Sanchez *d. diſp. 35. n.4. & lib.1.ſum. cap.19.n.4.* Suarez *lib.2.de voto,cap.1.num.8.* Leſſius *d. cap.40.num.34.* Palaus *d.§.1.num.10.* & Villalobos *d. diſſ.2.num.8.* eam reddentes rationem, quòd obligatio voti, & iuramenti, vbi de contraria intentione vouentis, aut iurantis non conſtat, ſed ad inſtar obligationis præcepti Eccleſiaſtici; præcepta autem Eccleſiaſtica de re indiuidua obligāt per modum vnius, vt conſtat in præcepto ieiunij vnius diei, & auditionis ſacri; de re autem diuidua obligant per modum plurium, vt præceptum ieiunandi tota Quadrageſima, recitandi Officium canonicum; & ita in prioribus impotens implere totum præceptum, deobligatur à parte, ſecus verò in poſterioribus; vnde idem dicendum eſt in voto, & iuramento. Quare etiamſi quis vouit recitare horas canonicas die Dominico, etſi tunc non poteſt totum ob febrim, vel profectionem, tenetur tamen ad partem, quam commodè poteſt, quia obligatio eſt diuidua; & ſic obligat Eccleſia iuxta communem Doctorum ſententiam: licèt non deſint, qui docuerint præceptum Eccleſiæ recitandi diuinum Officium eſſe vnicum, & indiuiduum, ac proinde ſi votum impleri non poteſt, ceſſare illius obligationem; quæ tamen ſententia à Doctoribus agentibus de horis canonicis communiter reiicitur. Aliqui etiam dixerunt infirmum, qui non poteſt maiorem Officij partem, puta Matutinum cum Laudibus. recitare, non teneri ad Officium recitandum. ita Nauarrus *de orat.cap.11. à num.15.* Azorius *p.1.lib.10.cap.13.quæſ.4.& 5.* Leſſius *lib.2.cap.37. num.54.* Garzias *de benefic.p.3.cap.1.num.12.* Squillantes *de obligat. cler.p.1. n.31.* Raphael de la Torre *controuer.7.de hor.canon. num.7.* Palaus *tom.2.tract.7.diſp. 2.puncto 6.n.9.* & nonnulli alij. Si quis autem voueat recitare Officium defunctorum, aut Pſalmos pœnitentiales, aut calculos virgineos, nempe Coronam B. Mariæ Virginis, aut tertiam partem Roſarij, ſi non poſſet implere totum, non tenetur implere partem, cùm hæc communiter non diuidantur. ita Sanchez *d.diſp.35.n.4.& lib.1.ſum. cap.19. num.4.* & Leſſius *d. cap. 40. num. 34.* ſecus verò ſi voueat recitare integrum Circulum virgineum, ſeu Roſarium, tunc enim ſi impotens eſſet ad totum, teneretur ad partem, quia tribus partibus in communi æſtimatione diuiduis conſtat: vt Sanchez *d. cap.19. num.4.* vbi addit hoc procedere etiamſi in ternario illo numero vouens ſpecialem aliquam pietatem ſpectaret, quæ abſque eo numero non reperitur, vt ſi id voueret in Sanctiſſimæ Trinitatis memoriam, quia cùm illæ partes, (inquit Sanchez) communiter diuidantur, & in qualibet inueniatur ratio præcepti Eccleſiaſtici, (vbi daretur, vt fieret præceptum de recitādo Roſario) quæ in toto datur, quælibet enim Circulus virgineus appellatur; & ſi in qualibet non ſoluetur ea ratio ſpecialis pietatis, adhuc votum videtur eſſe diuiduum.

1647. Tertiò, qui vouit graues pœnitentias, & afflictiones immoderatas corporis ſubire, puta puer quatuordecim annorum, qui vouit ieiunare omnibus diebus vitæ ſuæ, licèt non teneatur quoad exceſſum, tenetur tamen ad ea, quæ commodè, & abſque ſui Officij, & rerum ſacrarum detrimento arbitrio prudentis præſtare poteſt, quia illa obligatio eſt diuidua, ita poſt alios Sanchez *d. diſp.35. num.5. d.lib.4. cap.16.num.4.& cap.10.num.8.* Layman *cap.2. num.3. verſic.exempla prioris*, & Palaus *d.§.1.num.10.* in dubio verò, an afflictiones, & pœnitentiæ excedant limites rationis, votum cenſendum ſit nullum quoad exceſſum, eo quòd in tali dubio malum ſit periculo grauis morbi, aut non exequendæ alterius obligationis ſe exponere, & non ſaltem recurrendum ſit ad ſuperiorem, cùm commodè fieri poteſt, pro conſilio, aut diſpenſatione, quid dicendum, conſtat ex dictis *ſuprà num. 1621. & tribus ſequentib.* Item promittens ieiunare in pane, & aqua, cùm non poſſit ieiunare cum tanto rigore, tenetur ſeruare formam Eccleſiaſtici ieiunij, vt Palaus *d.§.1.num.10.*& Suarez *lib.4. de voto,cap.7.n.9.*

Quartò, coniux, qui poſt matrimonium conſum- 1648.
matum abſque conſenſu alterius coniugis vouit abſolutè caſtitatem, licèt non potuerit ſe obligare ad non reddendum debitum, ac proinde illud reddere teneatur, manet tamen obligatus ad non petendum, & ad abſtinendum ab aliis venereis, quia materia communi exiſtimatione eſt diuidua, ita Suarez *tom. 2.de Relig. lib.2. de voto, cap. 2. num. 9.* Palaus *tom.3. tract.5.diſp.1.puncto 8. d.§.1. num.10.* Sanchez *de matrim.lib.9. d. diſp.35. num.26.* & alij, Auguſtinus Barboſa *collect.ad c.quidam intrauit num.6. & c. placet n.3. de conuerſione coniugatorum*, & apud ipſum, & Sanchez. Item ſi coniux ignorante, vel inuito altero coniuge profeſſus ſit, non eſt quidem valida profeſſio, (quare nec mortuo coniuge ad Monaſterium redire cogitur, iuxta Sanchez *lib.7. de matr. diſp.34. num.12.* & alios tum ab eodem, tum ab Auguſtino Barboſa *d.collect. ad cap. quidam n.7.* relatos, & Layman *loco citando*, licèt alij ab eodem Barboſa *ibidem*, & à Sanchez *num.11.* dicant teneri redire,) nihilominus, & viuente coniuge à petendo debito, & eo mortuo à ſecundis nuptiis abſtinere debet; vt habetur *d.cap. quidam, & d. cap placet, de conuerſione coniugatorum*, & poſt alios tradunt Sanchez *d.diſp.34.n.5.* Barboſa *d.collect.ad d.caput quidam num.9.*& Layman *d. cap.2. num.3. verſic. tertiò ſi coniux.* Immo Gloſſa *in d.cap.placet, verb. in eius poteſtate, ibidem* Panormitanus *n.3.* Butrius *num. 11.* & alij, quos Barboſa *d. collectan ad d.cap.placet,n.4.* & Sanchez *d. diſp.34.numer.14.* referunt, aiunt coniugem profeſſum ſine licentia alterius non poſſe propria auctoritate religionem deſerere, altero non repetente. Quamuis contrarium aſſerat poſt alios idem Sanchez *num.15.* & probabilius videatur, eo quòd nullius valoris fuerit illud votum religionis, quoad ipſam profeſſionem, vt colligitur ex *dictis duobus capitibus*, & latiùs tradit idem Sanchez *d.diſp.34. num.16.* probans inde contra aliquos non conualidari ex ſuperueniente conſenſu alterius coniugis, ac proinde non obſtante dicta conſenſus ſuperuenientia poſſe coniugem profeſſum è religione exire.

Quintò, ſi ruſticus voueat ad S.Rocchum pere- 1649.
grinaturum, & ouem oblaturum, poſtea autem ouis moriatur, nihilominus tenetur ad peregrinationem; niſi peregrinationem tantùm per accidens, ſiue acceſſoriè promiſerit, ſcilicet, cauſa ouis offerendæ.

Sextò, qui vouit ſe ad limina Apoſtolorum pere- 1650.
grinaturum cum cilicio, aut ſacco, ſi nō deceat illum indui cilicio, vel ſacco, tenetur tamen ad peregrinationem, quæ eſt res principaliter promiſſa. Item qui vouit ire, ſeu peregrinari Hieroſolymam genibus

bus flexis, aut nudis, aut ſerpentem in ore geſtando, aut conditione alia impoſſibili, vel turpi, aut indifferenti, reiecto modo, ſeu conditione illa impoſſibili, vel turpi, aut indifferenti, tenetur ſuſcipere peregrinationem ſibi poſſibilem, & vniuerſaliter, quoties per votum, aut iuramentum principaliter promittitur res honeſta, & poſſibilis cum adiuncto modo impoſſibili, turpi, vel indifferenti, reiectu modo, valet votum, & obligat quo ad rem principalem, iuxta regulas ſuprà allatas, quòd vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur, & acceſſorium non redundat in principale; ſed ab hoc potiùs ad ſe trahitur, & quia defectus ſubſtantialis non deſtruit ſubſtantiam. ita in omnibus prædictis Sanchez alios allegans *d. diſp.* 35. *n.* 7. *& d. cap.* 10. *n.* 10. *&* 12. Suarez *d. lib.* 2. *de voto, eodem c.* 2. *n.* 10. Villalob. *dict. tract.* 34. *diff.* 2. *n.* 9. Bonacina *de voto diſp.* 4. *q.* 2. *p.* 4. *d.* §. 4. *n.* 5. Layman *d. c.* 2. *n.* 3. *verſic. Quintò qui*, Palaus *d.* §. 1. *n.* 10.
1651. & Trullench *d. lib.* 2. *c.* 2. *eodem dub.* 10. *num.* 5. † Quæ tamen doctrina de obligatione voti, aut iuramenti, quoad rem principalem implendam, reiectu modo impoſſibili, & inepto, declaratur, ſeu limitatur, vt non procedat, ſi modus ille adiectus redderet multò faciliorem rem principaliter promiſſam; tunc enim cenſetur res principalis promitti per modum vnius, & dependenter ab illo modo; ne dicatur votũ cum multo maiori difficultate obligare, quàm vouens intenderit: vt ſi quis voueat, ſe peregrinaturum Romam ad viſitãda limina Apoſtolorum equitando, vel nauigando, quia credit nec facultatẽ, nec poſſibilitatem ſibi defuturam ad eundum eo modo, & poſtea deeſt facultas, vt non poſſit ire equeſtris, vel naui vectus, non tenetur ire pedeſtris; quia hic modus reddit longè difficiliorem materiam principaliter promiſſam, nempe peregrinationem, & conſequenter non cenſetur vllo modo volitus à vouente, & ita docent Sanchez *d. diſp.* 35. *num.* 7. *fine, dict. cap.* 10. *num.* 11. Suarez *d. cap.* 2. *num.* 10. Villalobos, Layman, Trullench, & Palaus locis *num. præcedenti* relatis. Quicquid ſecus parum probabiliter ſentiat Bonacina *dict.* §. 4. *num.* 7. exiſtimans in eo exemplo voti eundi Romam equitando, ſtandum eſſe intentioni vouentis, & ſi de ea non conſtaret, vouentem in dubio obligari ad peregrinationem pedeſtrem, ſi eam commodè ſuſcipere poſſet, tum quia (inquit) in dubio præſumendum eſt in fauorem voti, quod poſſidet; tum quia principale poteſt adimpleri, quamuis acceſſorium factum ſit impoſſibile. Sed prædicta reiiciuntur ex eo, quòd cùm talis modus valde augeat difficultatem peregrinationis, ſemper præbet coniecturam ſufficientem ad iudicandum, vouentis voluntatem non fuiſſe, ſe velle obligare ad talem modum eundi pedibus, ac proinde in hoc caſu vix poteſt eſſe dubium ſtrictum de intentione vouentis. Quòd ſi verò omnibus conſideratis vouens maneret ſtrictè dubius de intentione, tunc dicendum puto iuxta mox tradenda.

Quando votum, aut iuramentum eſt partim de materia apta, nempe bona, & poſſibili, partim de materia inepta, nempe indifferenti, aut mala, aut impoſſibili, in dubio an votum præſumi debeat emiſſum per modum vnius, & eſſe irritum, an potiùs per modum plurium, & obligare quoad rem aptam.

1652. IGitur ſpecialis difficultas eſt, quando omnibus, nempe verbis, materia voti, & aliis circumſtantiis, & prædictis regulis *num.* 1626. *cum ſequentibus* traditis, diligenter perpenſis res dubia manet, an ſcilicet, voti, vel iuramenti partim de materia apta, partim de materia inepta emiſſi vtraque pars ſit per modum plurium, & diuiſiuè, ſeu diuiſiua intentione; & res bona, ac poſſibilis ſit trahens ad ſe materiam ineptam, neç ab illa dependens, & ita valeat votum, & obliget, quoad rem honeſtam, & poſſibilem; an potiùs per modum vnius, & ita ut materia inepta, nempe indifferens, turpis, aut impoſſibilis ſit principalis, trahens ad ſe aptam, & ita votum ſit omninò irritum; an tunc ſit iudicandum in fauorem voti, & præſumenda intentio diuiſiua, ſeu votum factum per modum plurium; an verò in fauorem libertatis vouentis, & præſumenda intentio collectiua, & votum factum per modum vnius. Et vna ſententia affirmat iudicandum eſſe in fauorem libertatis vouentis, vt ad nihil teneatur, & votum cenſeatur omninò nullum. ita Sanchez *d. lib.* 9. *de matr. eadem diſputat.* 35. *num.* 8. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 2. *de voto d. cap.* 2. *in fine.* iunctis his, quæ tradit tum *lib.* 2. *de iuram. cap.* 32. *num.* 9. tum *lib.* 4. *de voto cap.* 7. *num.* 81. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 34. allegata *diff.* 2. *num.* 9. *fine.* Filliucius *tom.* 2. *tract.* 26. citato *cap.* 2. *num.* 42. Layman *lib.* 4. *tract.* 4. citato *cap.* 3. *numer.* 5. *verſic. Quintò qui vouit certè.* Et hoc idem procul dubio ſentiunt etiam Bieſſerus, & Palaus, attenta eorum doctrina locis *ſuprà num.* 1606. *&* 1616. relatis. Probatur primò, quia in tali dubio de intentione vouentis, an voluerit ſe obligare per modum vnius, an diuiſiuè, poſſeſſio ſtat pro libertate ipſius vouentis, & in dubio melior eſt conditio poſſidentis in quacunque materia, vt *ſuprà* dictum eſt. Præterea, quia vbi de obligatione ſiue promiſſionis, ſiue iuramenti, ſiue voti non conſtat, in dubio ſtricta interpretatio facienda eſt, vt promittens minus obligetur, ſeu quàm minimum voluerint ſe obligare, iuxta tradita *ſuprà num.* 1606. ex *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verborum oblig.* & ex *cap. ex parte*, vbi ſcribentes,
de cenſibus. † Altera verò ſententia, quam probabi- 1653.
liorem exiſtimo, aſſerit iudicandum in fauorem voti, & cenſendum promiſſionem factam per modum plurium, & intentione diuiſiua, ac proinde votum in tali dubio obligare ad implendam partem aptam. ita Sanchez, (aut tacitè retractans quod *d. diſp.* 35. dixerat, aut fortè vt etiam ipſe homo, licèt doctiſſimus, illius dicti immemor,) *lib.* 4. *c.* 5. *num.* 19. *& cap.* 6. *num.* 10. & latiùs *cap.* 10. *num* 14. *& lib.* 2. *de matr. diſp.* 41. *n.* 35. Bonacina loco *ſuprà n.* 1651. allegato, & Trullench *d. lib.* 2. *in Decalog. cap.* 2. citato *dub.* 10. *n.* 6. & probant rationes *ſuprà n.* 1604. adductæ; ſcilicet, tum quia tatò quis per votum, aut iuramentum vult ſe obligare ad rem ineptam, turpem, aut impoſſibilem; tum quia in hoc dubio, cùm conſtet certò de voto, aut iuramento emiſſo, poſſeſſio non ſtat pro libertate vouentis, ſed pro ipſo voto, eiuſque vinculo, donec conſtet, ſeu probetur aliam fuiſſe vouentis intentionem, cùm in dubio melior ſit conditio poſſidentis; nec certa obligatio elidi debeat excuſatione dubia; tum quia in dubio iudicandum pro valore actus, iuxta tradita *n.* 1604. Confirmat Sanch. *d. n.* 14. (& confirmationem approbat Trullench,) quia in dubio cenſetur votum iuxta rei naturam emitti, cùm ergo ex ſe & reſpectu voti res bona, & poſſibilis principem locum occuper, cenſebitur principaliter in votum cadere; vbi ex coniecturis aliud deprehendi nequit, ſed res eſt anceps. Addo ego, quòd in dubio debet præſumi interpretatio excluſiua delicti, vel inducens minus delictum, vt alibi *ſuprà* dictum eſt; excluditur autem delictum, vel minus inducitur,

tut, ſi fiat interpretatio, quòd vouens habuerit intentionem diuiſiuam, quia ſic votum non remanet omnino futile, dertſoiium, & vanè emiſſum. Vode ad primam rationem prioris ſententiæ negatur libertatem vouentis in hoc dubio poſſidere. Ad ſecuodam verò patet teſponſio ex dictis *ſuprà n.*3608. quæ non oportet repetere.

Votum, aut iuramentum rei honeſtæ potentis aliquando malum habere exitum obligat, vt votum obedsendi Prælato in omnibus.

1654. EX dictis *n.*1626. *& à numero* 1645. infertur votum rei bonæ potentis habere aliquando malum exitum obligare: vt votum obediendi Prælato in omnibus, & votum reddendi gladium Domino; quamuis Prælatus aliquando rem iniuſtam præcipere poſſit, & Domious poſſit ſuum gladium petere ad homicidium perpetrandum, quia ea vota iuxta ſui naturam ſunt de re bona, & licèt abſolutè emiſſa intelliguntur, tameo ex commuoi vouentium intentione, & vouendi modo in rebus licitis, cùm non ſit præſumendum velle vouentem peccare intelligendo in omni euentu. ita poſt alios Sanchez *d.lib.*4.*cap.*6.*n.*10. Quòd ſi vouens intenderet ſe obligare in omni euentu, etiam illicito, & per modum vnius nolens obligare ſe io vno euentu, niſi etiam obligetur in alio euentu illicito, tunc votum eſſet irritum, cùm neqoeat ad malum obligare, vt *ſuprà* dictum eſt: ſi verò intenderet diuiſiuè vtramque obligationem, obligaret in caſibus licitis, vt etiam ex dictis patet, & in dubio præſumi debet hæc diuiſiua intentio, iuxta Sanchez *d. n.*10. & ttadita *n. præcedenti*; & præſertim, quia intentio per modum vnius rariſſimè contiogit, & ſumenda eſt in dubio interpretatio excluſiua delicti: ſi autem tam in hoc, quàm in præcedenti caſu eſſent hinc inde opiniones, ſeu iudicia probabilia, licebit probabili adhærere, relicta opinione, ſeu omiſſo probabiliori, vt Sanchez *locis citatis*.

Votum cuius finis partim eſt bonus, & poſſibilis, partim impoſſibilis, aut turpis, aut indifferens, aut contra conſilia, quandónam valeat.

1655. EX dictis quoque colligitur quid ſentiendum de obligatione voti, aut iurameoti, quando voti, vel iuramenti eſt duplex finis, alter aptus, nempè bonus, & poſſibilis, alter ineptus, nempe turpis, aut indifferens, vel impoſſibilis. Exemplum fiois partim poſſibilis, partim impoſſibilis, vt ſi priuatus voueat, ſeu promittat eleemoſynam, qua Deo inſerniat, & regoum temporale comparet. Exemplum partim boni, partim mali, vt votum religionis ad inſeruiendum Deo, ac res monaſterij furandas. Exemplum partim boni, partim indifferentis, vt votum eleemoſynæ ad ſeruiendum Deo, & diuitias acqoirendas ſiſteodo in illis, nec ordinaodo eas ad finem honeſtum, & etiam finis mixtus, ſi ſit partim bonus, & partim contra conſilia, vt votum eleemoſyoæ ad placendum Deo, & vt vouentem à religionis ſibi expedientis propoſito; de quibus exemplis Sanchez *d.lib.*4.*cap.*10.*n.*1. & Trullench *d. dubio* 10.*n.*1. Igitur ſi illi duo fines intenduntur per modum plurium, & diuiſiuè, eſt duplex votum virtute, & valebit ordinatum in finem bonum, & poſſibilem, reiecto illo voto ordinato in finem ineptum. quod iuxta ttadita *ſuprà n.* 1625. quando iodependenter ab illo fine inepto votum emiſſum eſt; ita vt illo ioteuto adhuc emitteretor votum, etſi non tanta promptitudine, tunc votum noo dependet ab alio fine inepio, ac proinde nil refert ad valorē voti, qualis ille finis, ſit vt conſtat ex eiſdem traditis *d.n.*1625. *&* 1626.) ſi autem collectiuè, & per modum vnius vterque finis intentus ſit, ita vt vous dependeat ab alio, tunc ſiue finis aptus ſit magis principalis, ſiue minus principalis, ſi finis ineptus ſit impoſſibilis, votum huiuſmodi non obligat, ſicut non obligat votum ſimpliciter de re impoſſibili (vt traduot Sanch. *d.lib.*4 *c.*5.*n.*8. & Doctores communiter, & colligitur ex dictis *d.n.*1625. *&* 1626.) ſi ſit fiois malus, & turpis, eſt etiam votum irritum † Sicut eſt irritum & oullum votum, cuius eſt 1656
vnicus finis malus, malitia ſe teneote ex parte obiecti, (vt votum committendi aliquod peccatum mortale, vel veoiale,) vel ſe teneote ex parte voluntatis, (vt votum dandi eleemoſynam ad captandam vanam gloriam, ita vt elargitio eleemoſynæ ſit vanæ gloriæ cauſa, vel ad impetrandam rem illicitam, & prohibitam, puta homicidium, vel ſtuprum, vel iniuſtam victoriam, vel ad agendas gratias Deo pro re illicita obtenta, puta, quia in duello occidit inimicum, quæ omnia vota ratione mali finis ſunt nulla, & irrita, vt Caietanus *v. votum*, Sanchez *d.lib.*4.*c.*6. Suarez *lib.*2.*de voto c.*5. Laymao *lib.*4 *tractatu* 4.*d.c.*2.*n.*7. & Trullench *d.lib.*2 *c.*2.*dub.*5.) ſi ſit finis indiffereos, votum eſt irritum. † Sicut votum rei indifferentis, 1657
aut ex parte obiecti, (vt votum non nendi io die Sabbatho in honorem B. Mariæ Virgiois, vel non veſcendi capite bouino in honorem S. Ioannis Baptiſtæ decollati; non comedendi in feſto S. Laurentij caroes aſſas, ſi vouenti relicta ſit facultas exercendi alia opera ſeruilia eodem die, vel aliis carnibus veſcendi, tales enim abſtinentiæ à tali opere ſeruili, vel à tali cibo non ſunt aptæ ad honorandos Sanctos, ſed potiùs ſuperſtitioſæ, ac proinde votum eſt irritum, ſicut etiam eſt irritum votum non ingrediendi certam domum, vel non ludendi cum certa perſona, relicta ſibi facultate ludendi cum alia, niſi id fiat ad euitandam aliquam mali, ſeu peccandi occaſionem. de quibus votis poſt alios Sanchez *d.lib.*4.*cap.*7. Suarez *d.lib.*2.*cap.* 4. Layman *d. cap.* 2. *n.*8. & Trullench *d.lib.*2.*cap.*2.*dub.*6. licèt Sanchez *n.*7. quoad votum illarum abſtinentiarum declaret valere ſi perſona vouens ſit nimis affecta ad nendum; & ideo hoc opus ſibi prohibeat, vt magis orationi vacare poſſit, vel ad tale genus ciborum magis propenſa, ac proinde mortificationis gratia velit abſtinere ad Sancti honorem, & aliquam imitationem,) ſiue ex parte finis temporalis, & iodifferentis omnino, (vt votum ieiunandi ſolùm ad parcendum ſumptibus, vel dandi eleemoſynam ad ſolam auaritiæ opinionem aoferendam, nullum alium finem honeſtum intendendo. quæ vota eſſe irrita, tradunt Sanchez *vbi ſuprà n.*25. Layman *n.*10. & Trulleoch *vbi ſuprà*,) ſi demum vbi vterqoe finis per modum vnios, & collectiuè, & cum dependeotia vnius ab altero à vouente iotenditur, finis ineptus ſit contra conſilia, tunc erit nullum. † Sicut votum de re conſiliis euan- 1658.
geliis repugnante, vel cuius finis eſt contra eadem conſilia, (vt votum oon ingrediendi religionem, aut non profitendi, aut non ſuſcipiendi Ordines, non dandi eleemoſynam, oon mutuandi, non fideiubendi, non nubendi, aut dandi eleemoſynam vt Deus inſpiret eidem vouenti ne religionem ingrediatur, vel ne ſit in ſtatu cœlibatus, ſeu vt comedat matrimonia; huiuſmodi enim vota ſont irrita, quia carent morali bonitate, ſeu illorum

contrarium

contrarium eſt melius. quod limitatur niſi cauſa aliqua ſuperueniat faciens, vt id, quod erat opus conſilij, non ſit amplius opus conſilij, vt ſi in aliquo caſu ratione alicuius circumſtantiæ eſſet melius huic vouenti hîc, & nunc non mutuare, non fideiubere, non ingredi religionem, ſeu ſeruare cœlibatum, ſed vxorem ducere, tunc enim cùm iam res, quæ erat opus conſilij, deſinat eſſe, ea conſequenti vouens tenetur voto, de quibus Sanchez *lib. 1. de matrimon. diſput. 4. num. 7. & lib. 4. ſum. cap. 8. quæſt. 1. & quæſt. vltima.* Azorius 1. *part. lib. 11. cap. 13. quæſ. 9.* Sayrus *lib. 6. clauis cap. 3.* Villalobos *d. tract. 34. allegata diff. 2. num. 15. cum ſeqq.* Trullench *d. cap. 1. dub. 5. n. 10. cum ſeqq.* & vltrà alios à prædictis Doctoribus allegatos Nauarrus *in ſum. cap. 12. num. 36.* Qui etiam, præſertim Sanchez *d. cap. 8. num. 5.* Villalobos *d. diff. 2. num. 16.* Trullench *d. dub. 5. num. 12.* aiunt huiuſmodi vota contra opus conſilij, eſſe ex ſe ſolùm peccata venialia; quia licèt ſint irrita, quia ſunt vana, & debita materia deſtituuntur, tamen res non eſt adeò grauis, nec excedit culpam venialem. Ratio igitur, cur quando ille duplex finis, ſcilicet, partim aptus, partim ineptus intenditur à vouente deciſiuè, & per modum plurium, valeat votum, corruat verò quando per modum vnius, deſumitur ex dictis *n. 1625. & 1626.* ſcilicet, quia in primo caſu eſt virtute duplex votum, & alterum habet finem omninò aptum, nec debet ea malo fine alterius vitiari, cùm ab illo non dependeat, iuxta illam regulam, *Vtile*, &c. in poſteriori verò caſu eſt votum omninò irritum, quia tunc vterque finis efficit votum completum, & cùm bonum ſit ea integra cauſa, malum autem ea ſingulis defectibus, talis cenſetur finis ille totalis, qualis eſt pars illius inepta; ac proinde ſic de eo voto iudicandum eſt, ac ſi talia eſſet finis, iuxta explicata.

1659. Quando autem omnibus circunſtantiis, verbis, & materia voti diligenter conſideratis dubium eſt, an per modum vnius, an verò per modum plurium vterque finis intentus ſit; probabilius eſt in tali dubio iudicandum in fauorem voti, vt tenet Sanchez *d. lib. 4. cap. 10. num. 16.* & probant tradita *ſuprà n. 1604. & 1653.* quæ nun dabent repeti.

Explicatur quid dicendum in nonnullis aliis dubiis poſt votum, aut iuramentum conſurgentibus.

1560. EX dictis infertur quoque, quando conſtat certò votum eſſe emiſſum, & omnibus circunſtantiis, verbis, & materia diligenter perpenſis dubitatur, an res promiſſa ſit indifferens, votum in tali dubio obligare, vt poſt Aragonem 2. 2. *q.* 88. *art. 2. dub. 1. circa 3. concl.* & Manuelem 2. *tom. ſum. cap. 94. num. 7.* docet Sanchez *d. lib 4. cap. 7. num. 21. & lib. 2. de matr. diſputat. 41. num. 35.* & ratio deſumitur ea dictis tum *num.* 1653. tum *num.* 1604. ſcilicet, quia cùm de voti verbis conſtat, & excuſatio ſit dubia, poſſeſſio ſtat pro voti valore, in cuius fauorem, & vt actus valeat, & vt excludatur coniectura inducens delictum, præſumi debet in eo dubio materiam eſſe bonam, atque adeò meliorem contrariâ. Quòd ſi vtrimque fuerint iudicia probabilia, ſeu opiniones probabiles, licebit quamlibet, etiam minus probabilem amplecti, iuxta dicta *ſuprà*.

1661. Similiter licet mutatio notabilis rei promiſſæ per votum, iuramentum, vel promiſſionem homini factam ſuperueniens, per quam promiſſio cum longè maiori difficultate impleri poteſt, vel eius implementum magis noceret promittenti, quàm prodeſſet: vt ſi quis poſt votum religionis incidat in morbum, & euadat ita valetudinarius, vt perpetuò ſit remanſurus deſtitutus viribus ad religionis onera ſufficientibus; vel poſt votum dandi eleemoſynam certæ quantitatis ob morbum ſuperuenientem vel ſibi, vel filio ſuo, non poſſit ſuis neceſſitatibus ſubuenire, & eleemoſynam facere; in talibus caſibus ob dictam mutationem votum non obligat, vt latè Sanchez *d. lib. 4. cap. 2. n. 29. & ſeqq.* tamen ſi omnibus penſatis dubium ſit, an mutatio ſit tanta, vt deobliget à voto, iuramento, vel promiſſione, nec aliunde conſtet de intentione in caſu mutationis rei promiſſæ habita tempore emiſſionis voti, iudicandum eſt in fauorem promiſſionis, voti, vel iuramenti, & ea obligare, vt docet idem Sanchez *d. cap. 2. num. 34. & dict. diſputat. 41. num. 35.* & probant rationes *ſuprà* poſitæ, & magis confirmat Sanchez ſpeciali ratione in hoc caſu dubij militante, ſcilicet, quia cùm conſtet de voti emiſſione, & ſolùm dubitetur, an ita materia promiſſa mutata ſit, vt maneat apta voti materia; tunc vtraque pars huius dubij eſt in fauorem Dei, & illud tantùm quæritur, quid ſit illi gratius; & nulla eſt illius contradictionis pars in fauorem vouentis directè, & per ſe loquendo; quia tantùm dubitatur, an Deus acceptet, vel non acceptet materiam ſic mutatam. Quando verò in rei debitæ ſolutione tota dubietatis oritur ea dubia creditoris voluntate, eligenda eſt ea pars, quam creditor vult magis eligi; Deus verò ſemper magis eligit, vt non omittatur res promiſſa abſque diſpenſatione in huiuſmodi dubiis, quia hoc magis cedit in eius honorem, tanquam
tutius, & melius.† Et ob eaſdem rationes ſi poſt vo- 1662.
tum, aut iuramentum res promiſſa, quæ ab initio promiſſionis erat apta, ſcilicet, bona, & poſſibilis mutata eſt & effecta inepta, nempe indifferens, impoſſibilis, aut contra conſilia, & omnibus diligenter conſideratis dubium ſit, an ea mutatio ſit perpetua, (quo caſu corruit omninò voti, & iuramenti obligatio, vt Sanchez *d. lib. 4. cap. 9. num. 7.* & latiùs *cap. 2. à num. 13. ad 34.*) an verò temporanea, (quo caſu voti obligatio tantùm ſuſpenditur, dum materiæ vitium permanet, vt Sanchez *eiſdem locis*,) in tali dubio iudicandum in fauorem voti, vel iuramenti, & cenſendum mutationem eſſe potius temporaneam, quàm perpetuam; vt etiam Sanchez *d. cap. 9. eodem num. 7.* quicquid ſecus ex parte ſentiat Breſſerus *de conſcientia lib. 4. cap. 10 fine.* Item cùm votum, aut iuramentum de non petenda diſpenſatione, aut commutatione voti, aut iuramenti emiſſi vniuerſaliter non valeat, (quia poteſt eſſe nociuum animæ; vt poſt Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 8. num. 11.* & alios probaui *in tractatu de triplici Iubilei priuilegio, ſect. 2. caſu 21.*) valeat autem votum, vel iuramentum non petendæ diſpenſationis, aut commutationis abſque legitima cauſa, vel ex quacunque cauſa legitima occurrenti, ſed tantùm quando vtilius eſſet ſaluti vouentis, vel iurantis hæc petere, cùm in omni euentu conſilium ſit, & Deo gratum velle vouentem, aut iurantem ita ſe ad aliquod diuinum obſequium aſtringere, vt ea obligatione nequeat liberari abſque legitima cauſa, aut ſolùm quando id vtilius animæ iudicatur, vt Sanchez *dict. cap. 8. num. 24. & 25.*) ſi omnibus conſideratis poſt tale votum dubium eſſet, an ſit iuſta cauſa petendæ diſpenſationis, vel commutationis, & an ſit vtilius ſaluti vouentis hæc petere, iudicandum erit in fauorem voti, vel iuramenti, & ligatum tali voto, aut iuramento non petendi abſque cauſa non poſſe petere, cùm poſſeſſio in hoc dubio ſtet pro voto, & habeat

locum aliæ rationes in præcedentibus traditæ, & etiam Sanchez *d.cap.8.num.*28.

1663. Et ex omnibus ſupradictis, præſertim à *numero* 1623. tanquam probabilior approbanda eſt doctrina Sanchez *lib.2. de matrim. diſp.*41.*n.*35. annotata *ſuprà d. num.*1623. nempe certum de voti valore ex parte ſuæ libertatis, dubitantem tamen an votum obliget ratione debitæ materiæ, aut finis, aut alicuius circumſtantiæ occurrentis, teneri voto, nec illud tranſgredi poſſe abſque diſpenſatione, cùm ad ſuperiorem poteſt commodè recurri; & huius doctrinæ rationes traditæ ſunt in præcedentibus, & præcipuè *d.n.*1623. & colligitur ex Doctoribus *ibidem* allegatis, & tradunt alij plures, quos *d. n.*35. Sanchez cumulat, & in terminis ſequens Sanchez tradit etiam Fragoſus *de Regim.Chriſt.Reip.p.*2.*lib.*4.*diſp.*10*n.*209. *verſic.quando verò.*

1664. Quando autem vouens, vel iurans duas res alternatiuè promiſit, v.g. Religionem, vel eleemoſynam mille aureorum, vel daturum in eleemoſynam triginta, aut decem, & poſtea dubitatur de intentione vouentis, aut iurantis, an ſe voluerit obligare ad neutram partem præcisè, ſed tantùm ad alteram, quam poſtea elegerit, & ita ſit votum præcipuè diſiunctiuum; an verò voluerit ſe obligare ad alteram partem, & ita votum ſit conditionale: probabilius eſt, debere præſumi fuiſſe intentionem diſiunctiuè vouendi, & iurandi, & ita dari vouenti, ſeu iuranti electionem, vt poſt Sanchez *d.lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 22. contra Azorium probaui *in d.tract. de triplici Iubilei priuilegio, eadem ſect.*2.*caſu* 11. *n.*2. ex eo, quia cùm verba ipſa diſiunctionem denotent, & præſumatur mentis verbis conſonare. *l.Labeo,§. idem Tubero, ff. de ſupell.leg.* vbi, *non arbitror quemquam dicere quod non ſentit.* præſumitur in eo dubio intentio diſiunctiua, vt verba ſonant. Quòd ſi rationes vtrimque probabiles eſſent, ita vt vtramque partem probabilem reddant, licebit, (vt ſæpè dictum eſt,) cuiuis ex illis, etiam minus probabili adhærere.

1665. Si etiam votum, aut iuramentum ſit incompatibile cum præcepto Eccleſiaſtico, aut id ſit dubium, nec facta ſufficienti diligentia poſſit vinci, votum, aut iuramentum non obligat, ſed tenetur vouens, ſeu iurans illud non implere; neque eſt neceſſaria diſpenſatio, aut commutatio, vt rectè Sanchez *d lib.* 4.*cap.*5.*n.*32.*& cap.*6.*num.*2. ob eam rationem, quia licèt ſit ſtrictiſſima voti, aut iuramenti implendi obligatio, & iuris diuini, ac naturalis; id tamen verum eſt ſuppoſita eius obligatione; ſed nunquam admittitur à Deo, nec decet, vt admittatur obligatio ex voto, niſi ſuppoſita præcepti impletione, cùm obligatio voti, aut iuramenti ſit voluntaria, præcepti verò neceſſaria; ac proinde cum impoſſibilitatis certitudine, aut dubio potius eſt ſeruandum præceptum. id tamen cum eodem Sanchez limitandum, quando res illa per votum promiſſa eſſet tanti honoris diuini, vt meritò præferenda eſſet præcepto Eccleſiaſtico, eiuſque obligationem in eo euentu impediret, tunc enim obligabit votum: vt ſi quis voueret peregrinationem impedientem ieiunium Quadrageſimæ, ſi tanti momenti eſſet, vt illi ieiunio anteponi deberet; vel miniſtrare Xenodochio, & tale eſſet miniſterium, vt ieiunio obſtaret, obligarent huiuſmodi vota, cùm tunc nil mali contineant, nec aduerſentur præcepto Eccleſiaſtico, vtpote quod in eo caſu non obligat. Quòd ſi ſint rationes vtrimque probabiles, efficientes rationes probabiles, vtrùm in eo euentu opus ex voto præferendum ſit, licebit cuilibet, & etiam minus probabili adhærere, iuxta aliàs dicta.

Quando quis eſt certus voti, aut iuramenti, & dubius qualitatis, ſeu modi vouendi, aut iurandi, ſeu voluntatis ſe obligandi, ad quid votum, ſeu iuramentum obliget.

Demum ex dictis in præcedentibus, præſertim *n.*1590.*&* 1608. deducitur, quid dicendum ſit de eo, qui certus eſt voti, aut iuramenti, dubius autem qualitatis, ſeu modi vouendi, aut iurandi, ſeu voluntatis ſe obligandi; vt ſiquis certus ſit ſe vouiſſe religionem, & dubitat an religionem in genere, vel hanc ſpecialem, vel an vouerit ſe profeſſurum, vel certus ſit ſe vouiſſe caſtitatem, & religionem, & dubitat an caſtitatem dependenter, aut independenter à ſtatu religionis, vel inter duas religiones, an vouerit ſtrictiorem, aut minus ſtrictam, vel certus ſit vouiſſe caſtitatem, ſed eſt omninò immemor, an vouerit perpetuam, aut temporalem; vel certus ſit vouiſſe ſe ad nullam fœminam acceſſurum, & dubitat, an intellexerit de copula illicita, vel etiam licita: vel dubitat, an vouerit caſtitatem, vel non ducturum vxorem, vel certus ſit vouiſſe eleemoſynam, & dubitat, an vouerit mille, vel tantummodo centum; vel dubitat, an vouerit ieiunium, an etiam abſtinentiam à lacticiniis, cùm certus ſit ſe vouiſſe ieiunium: vel certus ſit ſe vouiſſe ieiunium in die ſabbathi, dubitat autem, an vouerit ieiunium in perpetuum; vel certus ſit ſe vouiſſe calculos virgineos, ſeu Roſarium; & poſtea dubitat, an per calculos virgineos, ſeu Roſarium intellexerit integrum Roſarium, an tantùm tertiam partem eius; vel certus ſit de voto dandi Eccleſiæ aliquas tritici menſuras, dubitat tamen an intellexerit de maiori, vel minori menſura: licèt enim in his, & ſimilibus dubiis quidam cenſeant tutiorem partem eſſe eligendam, vt in dubio, an votum fuerit de religione in communi, an de aliqua ſpeciali. S.Thomas 4.*diſtinct.*38.*q.*1.*art.*2. *quæſtiunc.*1. *ad* 6. Carthuſianus *ibidem quæſt.*2.*verſic. inſuper.* Turrecremata 17.*q.*1.*in ſum art.*4.*ad* 4.& Angelus *verb.votum*; & in dubio, an caſtitatis votum fuerit de caſtitate independenter à religione, necne, Nauarrus *lib.*3. *conſil. tit.*34. *de voto, conſil.*4. *fine, in prima editione, & conſil.* 13. *in ſecunda edit.* Et in prædictis, ac in aliis Azorius *part.*1. *lib.*11. *cap.*15. *quæſ.*9. *fine*, & Manuel *tom.* 2. *ſum. cap.* 95. *num.* 97. Nihilominus dicendum eſt in prædictis, & ſimilibus dubiis fauendum eſſe libertati, vt in omnibus illis euentibus teneatur vouens ad id, quod minus eſt: vt docent poſt alios Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 41. *num.*33. *& lib.* 4. *ſum. cap.*13. *num.* 17. Suarez *lib.*4. *de voto cap.*7. 8. *&* 13. Salas 1. 2. *tract.* 8. *diſp. vnica ſect.*25. *num.*250. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.*43. *num.*3.*&* 4. Bonacina *de præceptis diſp.*4.*quæſt.*2.*part.*5. §.4.*num.*10. Layman *lib.*4. *tract.*4. *cap.*3. *num.*4. Caſtrus Palaus *tom.*3. *tract.*15. *diſp.*1. *puncto* 12. *num.*24. Breſſerus *de conſcientia lib.*4. *cap.*10. *num.* 91. vbi notabiliter incommodum, & difficile eſſet exequi, quod minus eſt, Diana *p.*3. *tract.* 6. *miſcell. reſolut.*50. *& part.*4. *tract.*3. *reſolut.*10.36. 41. *&* 58. Trullench *lib.*2.*in Decalog. cap.*2. *dub.*16. *num.*26. & Arriaga t.2. *tom.*1. *diſputat.* 25. *num.* 49. *& ſeq.* Et ratio eſt primò, quia poſſeſſio ſtat pro libertate, ſicut quando dubium eſt, an votum emiſſum ſit; nam quod iuris eſt de toto, quoad totum, idem iuris eſt, & debet eſſe de parte, quoad partem, (*l. quæ de tota, in principio, ff. de rei vindicat. l. heredes mei, §. cùm ita. ff. ad Trebellian.* & Euerardus latè *in ſua topica loco à toto ad partem*,) ſed quando eſt dubium 1666.

Digitized by Google

bium, an totum votum emiſſum ſit, nec eſt poſſeſſio pro voto, iudicandus eſt à toto quis liber; ergo quando dubitat de parte grauiori, cenſendus eſt ab ea liber. Secundò id colligitur ex *c. ex parte, de cenſibus*, vbi Gloſſa finalis docet fieri pro vouente bonam interpretationem, & Panotmiranut *ibidem n. 3. & 4.* ait præſumi vouentem ſe minus obligare; & de iuramento, (& proinde idem de voto,) eſſe reſtringendum quantum fieri poteſt, vt minus obliget iurantem, rtadunt Scribentes *in d.c. ex parte.* Abbas *in cap. cum clerici, fine, de verb. ſignif.* Angelus *v. iuramentum 4. n. 1.* Syluester *eod. 3. q. 3. fine.* & conſtat ex *d.c. ex parte*, & probatur illa ratione, quòd vbi agitur de obligatione inducenda ſit ſtricta interpretatio, *l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig. & l. ſtipulatio iſta. §. alteri, fin. eod. tit.* vbi habetur verba in fauorem promittentis eſſe interpretanda, *& d.c. ex parte* dicitur æquitatem petere, vt gratis oblata benignè exigantur, præcipuè ab eccleſiaſticis, & ſic à fortiori etiam à Deo. Demum in præfatis, & ſimilibus dubiis votum cenſetur quaſi rei indeterminatæ, quod nbligar ſolùm ad minus, ſeu ad minorem partem, iuxta *d.c. ex parte*, & Doctores magis communiter, quos referunt & ſequuntur Sanchez *d. cap. 13. n. 8.* Suarez *d. cap. 7. n. 18.*

1667. Layman, & Palaus *vbi ſuprà.* † Hoc tamen limitant præfati Doctores, niſi ſit aliqua ratio, ſeu coniectura, vel ex materia voti, aut iuramenti, vel ex verbis, quibus vouens vſus eſt, vel ex conſuetudine, aliiſve circumſtantiis deſumpta, ſuadens veriſimilius eſſe intentionem vouentis, vel iurantis ſe extendiſſe ad rem maiorem, ſeu pretioſiorem. ita Sanchez *d. c. 13. n. 11.* Layman, & Palaus alios allegantes, & conſtat ex *d. cap. ex parte.* Atque adeò promittens dare calicem alicui Eccleſiæ, non ſatisfacit dando ligneum, aut æreum, ſed tenetur dare argenteum, vel aureum, quia præſumitur promiſiſſe calicem ex his, quibus Eccleſia vtitur, qualis eſt ſolus argenteus, vel aureus, *cap. calix, de conſecrat. d. 1.* Sanchez *d. cap. 13. n. 13.* Layman, Palaus, Diana *locis citatis.* Azorius *p. 1. lib. 11. cap. 10. q. 10.* & alij relati à Sanchez, licèt non ſit neceſſe dare ſolùm calicem argenteum, vel aureum, ſed ſufficiat ſi ſolùm ſuperior cuppa argentea, vel aurea ſit, cùm ſimiles calices ſint in vſu apud multas Eccleſiat, & de ſola cuppa rectè intelligitur *dict. cap. calix*; excipiunt autem Doctores caſum, nempe ſi promittens eſſent pauper, & in illa Eccleſia ſtannei calices eſſent, quia tunc cenſeri poſſet ſtanneum calicem promiſiſſe. ita Layman & Palaus *locis citatis.*

1668. Verùm contra præfatam doctrinam, quòd in dubio intentionis vouentis facienda ſit ſtricta interpretatio, vt ad minus obligetur, ſeu voluerit ſe obligare, eſt, quòd potiùs facienda ſit interpretatio pleniſſima, & maxima obligatoria, per textum *in cap. cùm dilecti, de donationibus, in fine*, ibi, *quia in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis quoque pleniſſima.* vbi ex contextu conſtat per beneficia intelligi quæcunque cultui diuino dicata, ſeu ad pias cauſas oblata, cùm ibi agatur de quadam eleemoſyna facta Eccleſiæ Monachorum. At ad hunc textum reſpondet Sanchez *d. diſp. 41. n. 33. fine*, faciendam eſſe pleniſſimam donationis, promiſſionis, aut oblationis interpretationem, cùm agitur, (vt illo textu *d. cap. cùm dilecti*,) contra hæredem donantis, promittentis, aut legantis aliquid cauſæ piæ, & pro animæ ſuæ ſalute: vt, vg. ſi Petrus promiſit Eccleſiæ calicem, eóque defuncto hæres dubitet, an tanti, vel tanti promiſerit, debet fieri pleniſſima interpretatio; quia nihil detrahitur libertati promittentis, vel legantis, ſed eius pietati fa-

uetur pleniſſima interpretatione adhibita, ſed tantùm libertati hæredis, quæ reſponſio eſt optima, nec eam eneruat obiectio Breſſeri *d. cap. 10. n. 91. verſic. reſpondent*, quam etiam Ariaga *n. 52.* approbare videtur, ſcilicet, quòd cùm hæres tantùm ſuccedat in onera defuncti, vt & emolumenta, eiuſque perſonam repræſentet, non poteſt ipſi maius onus imponi, quàm defuncto; ſed licèt hæres repræſentet perſonam hæredis, tamen vbi agitur de fauore animæ teſtatoris, nec conſtat de eius intentione, interpretatio voluntatis teſtatoris promittentis, vel legantis ad cauſam piam facienda eſt, vt voluerit id, quod magis prodeſſet animæ ſuæ, & ſic pleniſſima, vt tradunt Doctores communiter agentes de interpretatione vltimarum voluntatum: quando verò ipſe promittens reuocat in dubium ſuam intentionem, tunc non poteſt, nec debet fieri illa interpretatio, vt voluerit ſe obligare ad maius, ſed cùm promiſſio fuerit ſpontanea, benignè interpretanda eſt, iuxta *d. cap. ex parte.* Aliter reſpondet Ariaga *d. n. 52.* ſcilicet in eo textu rem non fuiſſe dubiam omnino, ſed vehementer probatam intentionem, vt videntur indicare illa verba textus, *cùm ex tenore inſtrumenti vehementer appareat, quòd hæc fuit mens & intentio donatoris*, &c. vt proinde non ſit mirum ſi pro ea ibidem iudicetur. Verùm Gloſſa *ibidem verb. Ad ſuperiorem*, iudicium ibi latum in fauorem monaſterij, ait fundari in eo quòd verba donationis largiſſimè interpretanda ſunt, & Ita donationem monaſterio factam intelligi de abſoluta, non de conditionata.

Sed quid ſi quis, (ſiue ad id alius non eſſet obligatus, ſiue eſſet obligatus ex præcepto Eccleſiaſtico,) vouit ieiunare Quadrageſimam, & ſtricte dubitat, an voluerit ſe obligare, necne ad abſtinentiam à lacticiniis, an tunc interpretatio facienda ſit in fauorem voti, vt ex vi voti non poſſit illá licitè comedere, & ſi comedat, committat ſacrilegium contra votum. Angles *1. p. 4. de ieiunio, q. 6. de abſtinentia à cibo, art. 1. dub. 2. concl. 3.* quem referunt, & ſequuntur Salas *d. n. 250.* & Diana *p. 4. tract. 3. dicta reſolut. 20.* ait interpretationem faciendam in fauorem vouentis, vt ex vi voti non teneatur abſtinere à lacticiniis. & prædicti Doctores videntur moueri rationibus *n. 1666.* adductis. At contrà, & interpretationem faciendam in fauorem voti, & vt vouens voluerit obligare ſe ad abſtinentiam à lacticiniis, tenet Turrianus (quem refert Diana,) *in opuſculis theologicis tom. 1. opuſc. 10. diſp. 1. dub. 2.* & mihi videtur probabilius, & deducitur ex dictis *n. 1667. & 1640. & 1646.* intentio enim vouentis in dubio præſumitur fuiſſe de ieiunio, iuxta formam ieiunij Eccleſiaſtici, vt *ibidem* dictum; In ieiunio autem quadrageſimali Eccleſiaſtico prohibentur lacticinia. Confirmatur ex traditis à me *in tract. de triplici Iubilei priuilegio, ſect. 4. caſu 18. n. 71.* vbi ex communi Doctorum probaui, Iubileo intra Quadrageſimam publicato non ſatisfieri ieiunio in eodem Iubileo iniuncto, ſi edantur lacticinia, quia dictum ieiunium intelligitur de ieiunio, quo ſatisfit præcepto Eccleſiaſtico. Verum quidem eſt, quòd prior opinio non caret probabilitate, propter ea, quæ *caſu 18. numer. 72.* trado ex Sanchez *lib. 4. ſumm. cap. 11. numer. 53.* 1669.

an ita mente ſenſerit, & protulerit exteriùs animo eam aſſerendi, & ſic ſit verè externa, ac proinde reſeruata, an verò ſolius ioci animo cenſebitur (inquit) Sancius in hoc dubio reſeruata; quia cùm verba ſint naturaliter ſigna intentionis, & nullus præſumatur dicere, quod in corde non habet, nec aliter quàm in eo habet, (vt *ſuprà num.* 1595. probatum eſt) præſumptio, ac poſſeſſio in hoc dubio eſt, vt hæreſis externa proceſſerit. Confirmat Sanchez, quia in hoc dubio hîc iudicaretur verus hæreticus in foro externo, quia hæc iudicia non diuerſa, niſi quando illud falſæ præſumptioni innititur, & in hoc conſtat veritas, iuxta tradita *d. num.* 1187. *&* 1310. ſed licèt dicta præſumptio, ſeu regula, quòd mens conſonet verbis, efficiat vt vrgentiores rationes, & coniecturæ requirantur ad rationabiliter dubitandum, an proferens hæreſim ore; ita etiam mente iudicauerit; nihilominus ſi non obſtante dicta præſumptione non poſſit probabiliter iudicaro adfuiſſe hæreſim mentalem, ſed verè anceps ſit, & rationabiliter dubitet; probabilius puto in tali caſu hæreſim non eſſe Papæ reſeruatam, non obſtante illa fori externi præſumptione; quia tunc verè, & à parte rei non eſt hæreſis perfecta, & omnino certa; ac proinde iuxta illam rationem, ſeu regulam, quòd reſeruatio vtpote odioſa ſit ſtrictè interpretanda, & comprehendat tantùm caſus certos, & ſimpliciter tales, nempe delictum ſimpliciter, & perfectum, non cenſebitur reſeruata, licèt præſumptio, & poſſeſſio videatur ſtare pro eadem hæreſi. Id quod confirmatur exemplo voti deſumpto ex eodem Sanchez *lib.* 4. *cap.* 44. *num.* 3. vbi dicit quòd etiam quando quis eſt certus ſe emiſiſſe votum caſtitatis non per verba ambigua, ſed per verba voti, & dubitat an intenderit caſtitatem omnimodam, (quo caſu ait poſſeſſionem eſſe pro voto plenæ caſtitatis, ſicut ſi certus eſſet emiſiſſe per verba ambigua, vel non recordaretur verborum, poſſeſſio ſtaret pro libertate, & votum intelligeretur de eo, quod eſt minus, & certum eſſet non eſſe reſeruatum,) in hoc dubio votum non eſſe reſeruatum, idque propter regulam *ſuprà num.* 1671. traditam; vt in dubio quamuis non ſufficienti ad vitandam voti obligationem, nunquam cenſeatur votum reſeruatum: ac proinde quando ſtat poſſeſſio pro illo voto caſtitatis iuxta tenorem verborum; licèt ea poſſeſſio ſufficiat ad inducendam plenam caſtitatis obligationem, non ſufficit vt votum iudicetur reſeruatum; hæc Sanchez *d. num.* 3. quæ à pari procedunt in allegato dubio de hæreſi; atque adeò in tali dubio hæreſis excommunicationem non eſſe Papæ reſeruatam probabile putat Diana *d. reſolut.* 4. ad id allegans Metollam *in diſp. theolog. diſput.* 4. *cap.* 3. *dubit.* 1. *num.* 370. Sed ego iuxta dicta exiſtimo longè probabilius, quàm contrarium. & ita etiam ſentire videtur Thomas del Bene *vbi ſuprà num.* 5.

Dubium de valore voti ratione debita intentionis, vel deliberationis, vel teneræ ætatis, præbet iuſtam cauſam diſpenſandi, ſaltem admixta aliqua commutatione.

1674. PRæterea aduertendum in omnibus prædictis caſibus, in quibus dubium eſt de valore, ſeu obligatione voti, vel ratione defectus animi ſe obligandi, vel ſufficientis deliberationis, ſeu libertatis ad vouendum, vel ratione debitæ materiæ, vel ratione mutationis notabilis materiæ, licèt probabilius ſit votum obligare, iuxta dicta in præcedentibus; nihilominus eo ipſo, quòd obligatio non eſt clara, ſed ex prædictis circunſtantiis redditur dubia, (quamuis id dubium non ſufficiat ad liberandum ab obligatione voti ſecluſa diſpenſatione,) præbet iuſtam cauſam, ſeu cenſetur hoc dubium iuſta cauſa diſpenſationis impetrandæ; vt colligitur tum ex dictis *num.* 1220. & Doctoribus *ibidem* allegatis, aſſerentibus cauſam iuſtam diſpenſandi in præcepto ieiunij eſſe, quando cauſa non ieiunandi eſt dubia, ſeu quando iuxta prudentum arbitrium, dubium eſt, an ſit ſufficiens cauſa non ieiunandi, vel edendi carnes, tum ex dictis *n.* 1627. & ex Doctoribus *ibidem* relatis; præſertim ex S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 89. *in allegata reſponſione ad* 3. dum ait poſſe Epiſcopum diſpenſare, quando dubitatur an materia iuramenti ſit licita, & tradunt in terminis Nauarrus *lib.* 3. *conſil. tit.* 34. *de voto conſil.* 4. *fine, in* 1. *edit. &* *conſ.* 13. *fine, in* 2. Couarruuias *de pactis* 1. *part.* §. 3. *num.* 4. Azorius 1. *part. lib.* 11. *cap.* 19. *quæſ.* 17. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 10. *&* 11. Sanchez *lib.* 8. *de matr. diſp.* 20. *n.* 11. *& lib.* 4. *ſumm. cap.* 45. *num.* 39 *& tom.* 2. *conſil. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 2. Leſſius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 120. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 26. *cap.* 9. *n.* 260. & plures alij à Sanchez, & à Suarez relati. Et probatur, tum quia cùm non ſatis certò conſtet de obligatione voti, iuſtum eſt aliquam moderationem facere, vt inde ſumi poſſit iuſta cauſa diſpenſationis, hócque eſt valde conſentaneum benignitati Dei, & moraliter neceſſarium ad ſubueniendum fragilitati hominum; tum quia in huiuſmodi caſibus dubiæ obligationis ineſt graue periculum cadendi, ſi votum non auferatur, tum quia aliàs eſſet inutilis authoritas Prælatorum ad diſpenſandum, cùm diſpenſatio nulla exigatur in caſibus dubiis, in quibus certum eſt vouentem voto non obligari. Confirmatur magis quoties voti obligatio non eſt certa ob dubium defectus ſufficientis deliberationis, ſeu libertatis; nam cùm obligatio voti oriatur ex libera voluntate, diminutio, vel dubium huius libertatis, vel voluntatis diminuit obligationem, & ita de ſe dat cauſam remittendi, vel in totum, vel in partem.
† Ob quam rationem Doctores communiter aſſerunt eſſe iuſtam cauſam diſpenſandi in voto quoad totum, vel quoad partem, quando votum non proceſſit ex perfecta, & prudenti deliberatione, ſed ex imperfecto, & indiſcreto modo; vt ex nimia animi leuitate, & facilitate, vel ex ſubito iracundiæ calore, vel ex metu, non ſolùm ab extrinſeco allato, (quo caſu votum vt plurimum eſt nullum,) ſed etiam ab intrinſeco, vt ex metu mortis procedentis, ex naufragio, aut alia cauſa non incuſſa ad extorquendum votum; vel ex alia ſubita paſſione non tollentem quidem requiſitam, & ſufficientem deliberationem ad obligandum, impediente tamen perfectam, & prudentem, ac maturam, quò ſpectant etiam vota emiſſa in puerili ætate, & etiam in minori ætate poſt pubertatem, quando diſcretio non multum ſupplet ætatem. ita Caietanus 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 1. *dub.* 3. *& in ſumm. v. votum*, Armilla *eodem, num.* 6. Syluester *eadem* 2. *quæſt.* 13. Sotus *lib.* 7. *de iuſt. quæſt.* 1. *art.* 2. Nauarrus *in ſumm. cap.* 12. *num.* 26. *&* 27. & poſt plures alios Azorius *d. lib.* 11. *cap.* 15. *quæſ.* 5. *fine*, Sayrus *lib.* 6. *clauis, cap.* 11. *num.* 30. Suarez *d. cap.* 17. *n.* 8. Filliucius *vbi ſuprà*. & Sanchez *d. diſp.* 20. *num.* 12. *ad* 16. *& d. cap.* 45. *num.* 27. *ad* 32. Qui *d. num.* 12. magis confirmat, ſcilicet, quia cùm votum ſit actus religionis obligans ſub mortali; & aliquando ſit perpetuum, ad hoc vt ita acceptetur à Deo, vt diſpenſationi locus non ſit, alia cauſa non concurrente, opus eſt prudenter, & maturè fieri, & maximè quando de re graui, vt de religione, vel caſtitate eſt; id 1675.

quod de voto in puerili, aut minori ætate conſtat etiam ex *cap.2. de voto*, ibi, *Nos autem ipſum à voto, quod in tenera ætate facilitate potius, quàm ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſoluimus.* Verum quidem videtur, vt ſi nulla alia cauſa concurrat ex ſola facilitate, ſeu leuitate, perturbatione, aut inconſideratione, ſeu imperfecta, & imprudenti deliberatione non ſit omninò in voto diſpenſandum, ſed admixta aliqua commutatione, quæ extendatur iuxta tempus voti, vel qua ſaltem imponatur opus aliquod ſemel, vel ſæpiùs faciendum, in compenſationem voti ſublati, vt rectè poſt Petrum Ledeſmam 2. *tom.2. tractat.*10. *cap.*8. *in 4. p.* vbi tractat de cauſa diſpenſandi in t. dicto. Aduertunt Sanchez *d.cap.45.num.*28.*fine*, Suarez, & Leſſius *locis citatis*. & ſi fieret ſola commutatio, ſufficiet longè leuior, quàm ſi votum ex perfecta, & matura deliberatione emiſſum eſt; vt tradidi *in tractatu de triplici Iubilæi priuilegio, ſect.2. caſu 27. num.*16.

Quando nullum eſt dubium de valore voti, aut iuramenti, vel de obligatione alicuius legis, aut præcepti; ſed ſolùm dubitatur, an cauſa diſpenſandi ſit iuſta, & ſufficiens, an ſuperior tunc poſſit validè, & licitè diſpenſare.

1676. AN verò non ſolùm cauſa dubia quoad effectum, excuſandi ab obligatione voti, aut præcepti, ſecluſa omni diſpenſatione, ſufficiat ad diſpenſationem, ſeu vt ſuperior licitè diſpenſare poſſit, vt in caſibus *num.* 1666. *&* 1220. *&* 1323. ſed etiam quando conſtat votum fuiſſe emiſſum cum plena, perfecta, & matura deliberatione, & certa eſt voti, aut præcepti obligatio, cauſa tamen diſpenſandi eſt dubia, ſeo dubiom eſt de ſufficientia, & iuſtitia cauſæ, vel an ſit iuſta cauſa diſpenſandi, poſſit ſuperior validè, & licitè in tali dubio diſpenſare in voto, & quouis alio præcepto, aut lege ad quam ſe extendat ſua poteſtas, an verò exigatur, quòd appareat, & iudicetur, vel euidenter, vel ſaltem probabiliter eſſe re ipſa iuſtam, & ſufficientem. Ad hanc difficultatem Ioannes Medina *in tract. de pœnitentia, quæſt. de diſpenſatione ſuper confeſſione reuelanda*, & poſt eum Bonacina *de legibus, diſp.1. quæſt.2. part.3. num.7.* aſſerunt requiri, quòd conſtet cauſam iuſtam, & peccare ſuperiorem diſpenſantem non ſolùm ſine cauſa, ſed etiam cauſa dubia, ſcilicet, quam dubitet eſſe iuſtam, & ſufficientem, licèt non explicent, an etiam inualidè diſpenſet. Probat Bonacina, nam in tali dubio fieri poteſt, vt cauſa re ipſa non ſit iuſta, & ſufficiens, qui autem diſpenſat, aut ſe periculo exponit diſpenſandi ſine iuſta cauſa, peccat. Quare idem Bonacina ait ſaltem requiri, & ſufficere, vt ſuperior probabiliter iudicet, ſeu opinetur cauſam eſſe iuſtam. At longè probabilius eſt ſuperiorem in dubio, an cauſa ſit iuſta, & ſufficiens ad diſpenſandum, poſſe licitè diſpenſare. ita Palacius 4. *d.* 38. *diſp.*3. Syluester *verb. diſpenſatio, quæſt.*14. *num.*20. *fine*, Sanchez *d.lib.*4. *eodem cap.*45. *num.*10. *& tom.*2. *conſil. moralium, lib.*5. *cap.*1. *dub.*5. *num.*27. plures alios allegans Diana *part.4. tract.2. reſolut.*44. & Iacobus Granado *in* 1.2. *quæſt.*147. *num.*4. *in principio*, & idem videtur ſentire Filliucius *tom.2. tract.* 21. *c.*9. *n.*430. vbi ait cenſeri iuſtam cauſam diſpenſandi in legibus, vel præceptis, quando euidenter non apparet iniuſta, dubia enim cauſa non poteſt dici euidenter iniuſta; idem ſentire videtur Sotus *lib. 7. de iuſtit. quæſt.4. art.3. ad 2. fine*, vbi dicit diſpenſationem in voto eſſe irritam, quando manifeſtè conſtat nullam eſſe cauſam. Probat rectè Sanchez, ſcilicet, quia in huiuſmodi dubio eſt in benigniorem partem inclinandum, & exiſtimandum facultatem ſuperiorum eſſe in tali dubio, cùm id petat bonum, & ſuaue regimen Eccleſiæ; nam alioqui multis eſſet ſcrupulorum occaſionibus expoſita poteſtas, ſi ad cauſas ſolas certas extenderetur, & vix auderent ſuperiores diſpenſare. Vnde ceſſat ratio Bonacinæ; nam tunc nullo morali periculo diſpenſandi ſine iuſta cauſa exponitur, quia ſolùm illud dubium præſtat iuſtam cauſam. Quòd ſi dubium eſſet non de ſufficientia, ſed de exiſtentia cauſæ, ſeu an aliqua cauſa diſpenſandi exiſteret, tunc non poſſet ſuperior diſpenſare, cùm poteſtas diſpenſandi poſtulet cauſam; ac proinde non debet extendi ad dubium, an ſit aliqua cauſa, nec bonum Eccleſiæ regimen petit eam poteſtatem; ſicut petit, quando conſtat de cauſa, & de ſola eius ſufficientia dubitatur. Aduertit etiam, & bene Sanchez *eodem cap.45. num.*11. *& cap.44. n.*6. circa omne dubium tutum eſſe ſubditum, qui dubius de cauſa rem totam exponit ſuperiori, ſi ille diſpenſet; quod docent communiter Doctores, quos idem Sanchez *d. num.* 6. allegat, quia in tali dubio ſtandum eſt ſuperioris iudicio.

Quare in ſimilibus dubiis ſubditi licitè poſſunt 1677. recurrere ad ſuos ſuperiores; & minus bene, minuſque prudenter agunt Prælati, qui ſubditos recurrentes ad eos in ſuis dubiis pro diſpenſatione, nolunt conſolari; cùm tuta conſcientia id poſſint facere, vel diſpenſando omninò, ſi cauſa agnoſcitur omnino ſufficiens; vel ſi non omnino ſufficiens, & dubia diſpenſando partim, & partim commutando, vt poſt Caietanum *p.2. q.*147. *art.*4. obſeruarunt Nauarrus *in ſumm. cap.*21. *num.*22. Bartholomæus Medina *lib.*1. *ſum. cap.*14. §.10. *fine.* & Sanchez *d.lib.5. conſil. moral. cap.1. dub.5. num.*26.

In dubio, an diſpenſatio ſine fraude à legitimo ſuperiore, vel eius delegato obtenta valeat, præſumi ne debeat valida, ſiue ſit circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui, ſiue circa ea, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini.

EX dictis autem vniuerſaliter infertur, cùm poſt 1678. diſpenſationem ſine dolo, & fraude à legitimo ſuperiore, vel eius delegato obtentam, oritur dubium, an diſpenſatio ſit valida, in tali dubio diſpenſationem præſumendam eſſe validam, illáque diſpenſatum tutò vti poſſe, ſiue diſpenſatio ſit circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui, ſiue circa vota, iuramenta, & præcepta iuris naturalis, & diuini admittentia diſpenſationem. id quod etiam in terminis tradunt Riminaldus *conſil.*275. *num.* 17. *vol.*3. *& conſil.* 562. *num.*26. *vol.*3. Vantius *de nullit. in tit. qualiter ſententia, & proceſſus, num.*127. Sanctarellus *var. part.*1. *quæſt.*59. *num.*1. Diana *part.4. tract.3. reſolut.*45. Sanchez, Salas, Azorius, & alij *infrà* citandi. & probatur primò, quia in dubio præſumitur pro valore actus, vt *ſuprà num.*728. *& num.*1605. Secundò, quia iam poſſeſſio ſtat pro ipſa diſpenſatione, cui non debet nocere dubium ſuperueniens. & ſi dicas, immò potiùs impedimentum, v. g. ſuper quo diſpenſatum eſt, eſſe certum, ac proinde ipſum poſſidere, ac proinde non debere ceſſare, & ſua poſſeſſione ſpoliari, ob diſpenſationem dubiam. Reſpondetur ante diſpenſationem impedimentum eſſe certum, & in pacifica quaſi poſſeſſione; at verò poſt diſpenſationem bona fide obtentam iam ampliùs non eſſe certum,

certum, neque pacificè; ſed etiam poſſidere diſpenſationem, cuius melior eſt conditio, cùm tuitio actus, ſeu valoris actus ſit fauorabilis. Præterea confirmatur ex ſequentibus.

1679. Igitur primò ſi diſpenſatio obtenta reuocetur in dubium, quia dubitetur, an cauſa fuerit ſufficiens, & iuſta: in tali dubio ſi negotium prius ſincerè fuerit ſuperiori propoſitum, & ipſe iudicauit cauſam ſufficientem, Doctores communiter docent diſpenſationem præſumendam validam, ita S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 12. *ad* 2. Syluester *v. votum* 4. *quæſt.* 6. Tabiena *v. diſpenſatio, quæſt.* 10. *num.* 52. Azorius *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæſ.* 6. Suarez *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de diebus feſtis, cap.* 33. *num.* 3. *& tom.* 2. *de voto, lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 1. 6. *&* 20. Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſp.* 17. *num.* 14. 15. *&* 16. *& lib.* 4. *ſumm. cap.* 44. *num.* 6. Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 34. *fine*, & ratio eſt, quia in dubio præſumendum eſt ſuperiorem non erraſſe, aut malè egiſſe, ſed rectè munere ſuo functo; ſicut vniuerſaliter dicitur in dubiis præſumendum pro

1680. ſuperiore, illiuſque iudicio ſtandum. † Si dicatur præſumi in dubio cauſam ſufficientem, & iuſtam in Principe diſpenſante motu proprio, quando diſpenſat in iure humano: non autem præſumi cauſam, quando diſpenſat in his, quæ ſunt de iure diuino, etiam ſi motu proprio, & non ad inſtantiam partis diſpenſauerit, quia cùm in his diſpenſare non poſſit abſque legitima cauſa, illa debet probari, ſeu opus eſt, vt de ea conſtet, cùm ſit quid facti, & ita in dubio non debet præſumi; vt tradunt Doctores *ſuprà hoc tit.* 917. relati, & alij, quos Sanchez *d. diſput.* 17. *num.* 14. refert. Reſpondetur primò contrarium ſentire: alios *ſuprà num.* 918. relatos. Reſpondetur ſecundò ex Sanchez *d. diſp.* 17. *num.* 15. *& d. cap.* 44. *allegato, num.* 6. præfatos Doctores intelligendos de præſumptione fori externi, ſecùs in foro conſcientiæ, in quo præſumendum pro ſuperiore, cùm ſubdito non conſtat de defectu cauſæ iuſtæ, cùm ſubditi non ſit facta ſuperiorum diſcutere, vt Doctores *num. præcedenti* allegati docent. & ita etiam licèt Doctores *ſuprà d. num.* 917. & alij à Sanchez *dicta diſp.* 17. *num.* 16. allegati doceant, non eſſe credendum ſuperiori etiam ſupremo, aſſerenti ſe ea iuſta cauſa motum fuiſſe, quando diſponit, ſeu diſpenſat circa ea, quæ ſunt iuris diuini, vel naturalis, & in quibus non habet liberum arbitrium, ſed poteſt procedere ex legitima tantùm cauſa, ſed ab eodem eſſe cauſam probandam, (cuius tamen contrarium tenent alij *d. num.* 918. relati,) tamen Sanchez *eodem num.* 16. ait hoc intelligendum in foro externo, non

1681. verò in foro conſcientiæ. † Quòd ſi poſt diſpenſationem ſiue voti, ſiue legis, (in qua quis ſine iuſta cauſa validè diſpenſare aliàs nequeat,) à ſubdito bona fide obtentam, & ſimiliter à Prælato ordinario, vel delegato, qui prudenter, & bona fide iudicauerit cauſam eſſe iuſtam, conceſſam, conſtet certò, cauſam non fuiſſe ſufficientem, & legitimam, an tunc diſpenſatio ſit cenſenda nulla, eáque vti tuta conſcientia non poſſit diſpenſatus. Sanchez *dict. diſp.* 17. *num.* 18. *& d. cap.* 44. *num.* 10. tenet diſpenſationem valere, licèt verè non fuerit cauſa ſufficiens, ſed ſolùm bona fide à diſpenſante exiſtimata talis; quia non eſt credendum (inquit) aliam eſſe Pontificis intentionem circa ſuas leges, & Dei circa ſuas, in quibus permittitur inferiori diſpenſare, cùm id recta Eccleſiæ gubernatio poſtulet, quo ſcrupulis obuietur, ac tutæ ſint conſcientiæ, nec oporteat paſſim infringere geſta, innitendo Prælatorum Dei vices gerentium diſpenſationi. Et hoc etiam addit Sanchez ſignificari clarè ab Azorio *d. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 29. *d. quæſ.* 6. vbi ait, ſi Prælatus aliquis bona fide lege ieiunij aliquem liberet, putans cauſam eſſe iuſtam, relaxatio prodeſt, quia bona fide facta eſt.

† Verùm contrarium, & diſpenſationem nullam 1682.
cenſeri, ſi poſtea conſtet cauſam fuiſſe inſufficientem, licèt diſpenſator bona fide iudicauerit ſufficientem, aſſerit Salas *de legibus d. diſp.* 20. *ſect.* 4. *circa*, *num.* 35. quia (inquit) bona fides non ſolet acta alioqui nulla reddere valida, nec bona Eccleſiæ gubernatio poſtulat, vt valida reddat, licèt poſſit; quæ bona fide peracta ſunt: alioqui ſi Epiſcopus ſine vlla omninò cauſa diſpenſaret in legibus Papæ, vel in votis, aut iuramentis, putans bona fide, vel nullam cauſam requiri, vel cauſam ſubeſſe, diſpenſatio eſſet valida, quod nullus admittet. Item ſi aliqui bona fide contraherent in gradibus prohibitis, vel cum alio impedimento iuris humani, vel diuini, validum eſſet matrimonium, quod eſt contra omnes. Confirmat Salas, quia quando aliqui allegant diſpenſatum eſſe ſine cauſa, vel cum cauſa non ſufficienti, etiamſi conſtet Epiſcopum bona fide putaſſe cauſam eſſe ſufficientem, audiuntur; ergo ſignum eſt, diſpenſationem ſine cauſa ſufficienti ab Epiſcopo factam, eſſe nullam, eſtò bonam fidem habuerit; & idem eſt de diſpenſatione Papæ ſine cauſa ſufficienti in votis, concludit idem Salas.

† Quibus tamen non obſtantibus exiſtimo proba- 1683.
bilem priorem ſententiam Sanchez, cui addo Suarez *tom.* 4. *de Religione*, *tract.* 10. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 19. vbi ait dimiſſionem ſcholaris Societatis Iesv factam à ſuperiore, qui bona fide, & prudenti modo proceſſit iudicando cauſam dimiſſionis grauem, & ſufficientem, eſſe validam, & per eam vota ſcholaris remanere diſſoluta, licèt poſtea innoteſcat non fuiſſe tam grauem illam cauſam, & ſufficientem ad dimiſſionem. Ad fundamenta igitur in oppoſitum à Sala adducta, reſpondetur ratione bonæ fidei aliquando valere actus, ſeu geſta, quæ aliàs non valerent, vt patet in geſtis à ſuperiore, ſeu quouis alio inhabili, qui errore communi putabatur habilis; habente titulum coloratum, idque ob neceſſitatem, & vtilitatem publicam, vt latè probaui *in tractatu de triplici Iubilei priuilegio, ſect.* 3. *caſu* 2. *num.* 144. *& ſeqq. & ſuprà hoc tit. num.* 387. *& ſeqq.* Non expedit verò bono publico, ſeu recto regimini Eccleſiæ, vt approbetur tanquam valida diſpenſatio ſine vlla prorſus cauſa facta ab Epiſcopo putante nullam requiri, vel ſubeſſe, cùm non eſſet vlla omninò; quia hoc rarò poteſt contingere ſine negligentia, & culpa diſpenſantis: vnde aperiretur via iniuſtis diſpenſationibus, & negligentiæ, ſeu culpæ faueretur. Neque etiam erat expediens, ſed potiùs valde perniciosum fuiſſet approbare matrimonia, licèt ignoranter contracta in gradibus prohibitis, & dirimentibus; nam aperta fuiſſet via fornicationibus, adulteriis, & contuberniis. Quanquam etiam tunc bona fides contrahentium reddat validum matrimonium, non quidem quoad ipſos, ſed quoad effectum legitimitatis prolis. Ad confirmationem primò reſponderi poteſt negando audiri reclamantes, ſi conſtet Epiſcopum prudenter, & bona fide exiſtimaſſe cauſam ſincerè à diſpenſato propoſitam fuiſſe ſufficientem. Reſponderi poteſt ſecundò illud procedere in foro exteriori, in quo forſan non præſtabitur fides diſpenſanti, quòd bona fide proceſſerit, & prudenter, & abſque negligentia, ſi conſtet manifeſtè cauſam fuiſſe inſufficientem: & ſi obiiciatur doctrina Nauarri *in man prælud.* 9. *num.* 13. *fine.* Philiarchi *de off. Sacerd. tom* 2. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. & Ludouici Lopez 1. *inſtruct. cap.* 4. aientium eum, cum

quo

quo Prælatus diſpenſauit, propoſita illi cauſa vera, & bona fide, quæ tamen ſufficiens non eſt, totum eſſe auctoritate Prælati fultum, donec ſibi certò conſtet cauſam minus legitimam fuiſſe. Reſpondetur ex eodem Sanchez *d. diſp. 17. num. 9.* hanc doctrinam veram eſſe, & poſſe intelligi niſi Prælatus prudenter, & bona fide diſpenſarit, iudicans eam cauſam eſſe iuſtam. quo caſu iudicandum in vtroque foro validam diſpenſationem. Confirmo ex inconuenientibus, quæ alioqui ſequerentur; nam ſi ſummus Pontifex cum profeſſo Principe prudenter diſpenſaſſet, vt matrimonium contraheret, & contracto matrimonio, ex eóque ſuſceptis filiis, deregeretur cauſam, quam Summus Pontifex bona fide, & prudenter cenſuit iuſtam, non eſſe ſufficientem, oporteret declarare matrimonium nullum, quod non ſine magno ſcandalo: & idem poteſt ſequi, ſi Epiſcopus ex Papæ conceſſione diſpenſaſſet ſuper aliquo impedimento dirimente bona fide, & prudenter iudicans cauſam eſſe iuſtam, & deinde matrimonio iam contracto, & conſummato innoteſceret non fuiſſe iuſtam.

1684. Secundò ſi dubium ſit de validitate diſpenſationis, quia poſtea dubitetur, an totum negotium fuerit ſincerè propoſitum, & preces expoſitæ veritate nitantur, quæ clauſula ſolet ſemper apponi in diſpenſationibus, iuxta *cap. x. de reſcriptis*, & quoties eſt dubium de precum veritate, preces non videntur niti veritate, etiam in hoc dubio cenſeri debet valida diſpenſatio, quia præſumi debet, quòd preces ſint, & negotium totum ſincerè propoſitum, ad excludendam propoſitionem delicti. & ita etiam in terminis docent Sanctarellus *d. q. 59. num. 4. verſic. Obiicies ſecundò*, & Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 44. num 9.* Quòd ſi dubitetur, an cauſa fuerit finalis, vel tantùm impulſiua, iam *ſuprà num.* 1605. dixi præſumi impulſiuam, vt etiam Sanchez, & Sanctarellus *locis allegatis.*

1685. Tertiò, ſi dubium ſit de valore diſpenſationis, quia dubitetur, an diſpenſans ſit legitimus ſuperior, ſi eſt in quaſi poſſeſſione legitimitatis præſumptio ſtat pro ſuperioritate, vt latè *ſuprà n.* 286. *&* 1234. oſtenſum eſt; & ita diſpenſatio ex parte legitimi ſuperioris præſumitur valida, vt copiosè Sanch. *d. c. 44. n. 2.*

1686. Quartò, ſi valor diſpenſationis reuocetur in dubium, quia dubitetur, an poteſtas Prælati ordinarij diſpenſantis, v. g. in voto extendatur ad illud votum, tunc ſiue dubium ſit iuris propter opinionum diuerſitatem, an illud votum ſit reſeruatum; ſiue facti, quia, v. g. qui vouit caſtitatem, dubitat an vouerit perpetuam, an temporalem, votum non cenſetur reſeruatum, iuxta tradita *ſuprà num.* 1671. *& ſeqq.* & ita etiam Sanchez *dict. cap. 44. num. 3.* & idem dicendum erit, quoties dubitatur, an poteſtas Prælati ordinarij extendatur ad aliquam legem, reſeruatio enim non debet cenſeri adeſſe, niſi clarè conſtet de reſeruatione, cùm ſit odioſa, ac proinde reſtringenda ad caſus tantùm certos: ſi autem diſpenſatum fuerit ab habente ſolùm delegatam poteſtatem, & oriatur dubium, an illa poteſtas ad illud votum extendatur, cùm poteſtas talis ſit fauorabilis, & latè interpretanda, iuxta communem doctrinam, (de qua latiſſimè Sanchez *de matrimon. lib. 8. diſputat. 2. num. 1.* & ego *in tract. de triplici Iubilei priuilegio ſect. 2. caſu 3. num. 5. & caſu 5. num. 21.*) præſumi debet ad illud extendi, & ita diſpenſationem valere, vt idem Sanchez *eod. c. 44. n. 4.*

1687. Quòd ſi dubium ſit de valore diſpenſationis, eo quòd dubitetur, an diſpenſatio obtenta extendatur ad hunc caſum, v. g. diſpenſatum ſit à legitimo ſuperiore in voto caſtitatis, & ex tenore diſpenſationis, dubium ſit, an ſit abſoluta, & omnimoda diſpenſatio liberans omninò à voto, an ſolùm ſit ad effectum illius matrimonij ineundi, in tali dubio iudicandum eſt diſpenſationem non eſſe totalem, vt tradit Sanch. *d. c. 44. n. 8.* quia licèt poteſtas diſpenſandi ſit fauorabilis, (vt numero præcedenti dictum eſt, & docui locis *ibidem* citatis,) diſpenſatio tamen ipſa eſt odioſa reſpectu illorum, cum quibus diſpenſatur, & vti talis reſtringenda, (vt Sanchez *d. n. 8.* & ego ipſe cum aliis *in d. tract. de triplici Iubilei priuil. ſect. 2. caſu 3. n. 5.* ac proinde non extenditur ad caſum du-
bium.† An verò diſpenſatio in prædictis dubiis con- 1688.
ceſſa corruat, & alia ſit neceſſaria, ſi poſtea conſtet de veritate in contrarium, idem Sanchez *d. cap. 44. n. 10.* dicit primò, ſi dubium eſt de ſola ſuperioris poteſtate, qui communiter exiſtimabatur legitimus ex titulo à legitimo ſuperiore collato, & detegatur nullitas tituli, valere adhuc diſpenſationem, quia per *l. Barbatius, ff. de officio prætoris*, in tali caſu valent geſta illius, (ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus,) in vtroque foro; ſecus verò, ait, ſi detegatur non habuiſſe titulum coloratum à legitimo ſuperiore collatum, nam tunc, ait, diſpenſationem fore omninò nullam, iuxta ea, quæ tradit ipſe latiſſimè *lib. 3. de matr. diſp. 22.* & ego *in tract. de triplici Iubilei priuilegio ſect. 3. caſu 2. n. 154.* Quòd ſi dubium ortum ſit ex aliis cauſis, vt quia dubitetur, an poteſtas delegata diſpenſantis ſe extendat ad hunc caſum, aut an votum ſit reſeruatum, aſſerit idem Sanchez, diſpenſationem tunc bona fide conceſſam, non corruere detecta veritate, ſicut nec corruit detecta inſufficientia cauſæ, iuxta dicta *ſuprà n.* 1681. *&* 1683. Probat tum quia in dubiis poteſtas diſpenſandi eſt legitimè conceſſa; ergo ſuperior legitimè ea eſt vſus, & conſequenter valor actus non pendet ex futuro euentu. Tum quia, cùm in dubio caſus non ſit reſeruatus, potuit ſuperior diſpenſare, nec diſpenſatio cenſetur conditionalis, ſed abſoluta; ac proinde à nullo futuro euentu dependens. Tum demum, quia (vt *ſuprà* dictum eſt,) recta Eccleſiæ adminiſtratio hoc exigit; aliter enim non vitarentur innumeri ſcrupuli, qui aliàs oriri poſſent. Demum ſi dubium fuerit ratione veritatis tacitæ, aut falſæ cauſæ expreſſæ, aut an illa fuerit finalis, iuxta dicta *ſuprà n.* 1684. nullius valoris erit diſpenſatio detecta veritate in contrarium, cùm hoc non pertineat ad poteſtatem ſuperioris, quæ in bonum Eccleſiæ latè eſt interpretanda, ſed ad ſolam veritatem voluntatis ſuperioris, quæ eſt tantùm diſpenſare iuxta veritatem ſibi expoſitam. ita Sanch.

SVMMARIVM.

1689 *Quando dubium eſt, an votum emiſſum ſit ante pubertatem, aut poſt minorem ætatem, aut poſt tempus ſubiectionis, an illud pater, dominus, maritus, ſuperior, ac tutor, & curator poſſit irritare, negat vna ſententia.*

Affirmat communis, & vera. ibid. & 1694.

Ampliatur affirmatiua ſententia, tametſi eſſet opinio poſt illam ætatem, vel ſubiectionem votum fuiſſe emiſſum, n. 1693.

1691 *Dubius an tempore contractus fuerit minor, non poteſt vti beneficio reſtitutionis in integrum, ſed tenetur probare ſe fuiſſe minorem, &* 1692.

1695 *In dubio an ſubditus vouens diſtulerit executionem voti in tempus libertatis, ſuperior poteſt illud irritare.*

1696 *Quid in dubio, an tempore habili votum fuerit confirmatum, & in dubio confirmationis.*

1697. &

Digitized by Google

1697 *& quid ſi ratificatio ſit facta tempore habili, & dubitetur an ea fuerit legitima.*

1698 *& quid in dubio an filius, ſeu ſubditus promiſerit de proprio peculio, ſeu de proprijs bonis ex quibus poteſt diſponere.*

1700 *Dubitans an habeat ætatem requiſitam ad ieiunium, Ordines, vel beneficia, num teneatur ieiunare, vel poſſit Ordines, vel beneficia ſuſcipere.*

1701 *Dubitans an ſonuerit hora duodecima noctis, ſeu datum ſignum mediæ noctis, an poſſit edere carnes, vel cœnare ſi die ſequenti, vel hodierna ſit ieiunandum.*

Dubitans an ſit dies ieiunij, vel feſtus, poſt ſufficientem diligentiam non tenetur ieiunare, vel audire ſacrum, ibid.

1704 *Dubitans an datum ſit ſignum mediæ noctis, ſi tunc comedat, vel bibat, an poſſit ſequenti communicare, ad* 1709.

Qui certò exiſtimans nondum elapſam eſſe mediam noctem comedit, & poſtea manè dubitat, an media nox tempore ſuæ comeſtionis eſſet elapſa, poteſt communicare, eodem n. 1709.

1710 *Cùm quis dubitat, vtrùm ea die, in qua vult communicare, fregerit ieiunium naturale, puta abluendo os aqua, vel vino aliquid deglutierit, an poſſit eadem communicare, ad* 1714.

1713 *Si abluendo os aqua, vel vino deglutiantur aliqua gutta aquæ, vel vini caſualiter, vel per modum ſaliuæ, & non per modum cibi, vel potus, an violetur ieiunium naturale, & impediatur communio, & quid ſit aliquid ſumi per modum cibi, aut potus.*

1714 *Quid ſi aliquid parum deglutiatur, dum vinum, aut ius aliúdve ſimile condimentum prægustatur, & ſtatim expuitur.*

1715 *Quid ſi quis deglutiat ſanguinem dentium, vel ſanguinem, aut alium humorem è capite deſcendentem.*

1716 *Quid de reliquijs cibi diei præcedentis in ore intra dentes manentibus, ſi deglutiantur ſiue per modum ſaliuæ, ſiue ſeriò, & data opera, &* 1717.

Quid ſi aromata ori imponantur ad confortandum caput, vel ad vitandum noxium aërem, & dum conteruntur dentibus aliquid præter voluntatem deſcendat ad ſtomachum, ibid.

1718 *Quid ſi aqua attrahatur per nares, vel quid aliud minimum intret in os apertum, & deſcendat in ſtomachum.*

1719 *Quid ſi quis voluntariè deglutiret rem non nutritiuam neque per ſe, neque per accidens, vt papyrum, cretam, fruſtillum ligni, nummum aureum, vel quid ſimile.*

Quid ſi quis ſumeret venenum, ibid. fine.

1720 *Quid ſi quis ſumeret minimam quantitatem cibi, aut potus, an paruitas materiæ excuſaret communicantem à peccato mortali.*

1721 *Quid cùm eundo cubitum ori imponitur ſaccharum, aut ſimilis materia, vt liqueſiat ſucceſſiuè, & paulatim deglutiatur ad leniendam faucium raucedinem, & aliquid illius materiæ reperitur in ore poſt mediam noctem, vel dubitatur an poſt mediam noctem aliquid in ſtomachum tranſmiſſum ſit, &* 1722.

1726 *Si in loco ſint diuerſa horologia, & aliquorum ſonuerit hora 12. ſeu pulſus indicantes mediam noctem completam, an liceat ſequi quodlibet horologium, vbi quid ſi fuerint diuerſæ opiniones, an media nox ſit elapſa, &* 1727.

1728 *Quid ſi quis aſſumpſerit vnum horologium ad ieiunium ordinandum.*

1729 *An in eadem nocte liceat ſequi modò vnum, modò aliud horologium.*

1730 *Vtrum dato, ſeu audito vnici, vel vltimi horologij primo pulſu horæ 12. ſeu deſignantis mediam noctem cenſeatur completa media nox, & ſi quis eo audito comedat, vel bibat ante vltimum pulſum, prohibeatur communicare, & ſi habeat in ore buccellam panis, vel carnis ante pulſum illum primum ſumptam teneatur illam expuere, & duobus ſeqq.*

1731 *Quid ſi ſonuerit præludium horæ duodecimæ.*

1733 *Qui ex aſpectu ſtellarum, vel aliunde cognoſcit mediam noctem, ſeu quando ſol incipit aſcendere ad noſtrum hemiſphærium non tenetur ſequi horologia.*

§. XLVI.

Quid ſentiendum de poteſtate irritandi vota de obligatione ieiunij abſtinendi à carnibus, vel à ſacra Communione in dubio circa ætatem vouentis, tempus ieiunij Eccleſiaſtici, vel naturalis ad S. Communionem requiſiti, vel abſtinendi à carnibus.

Difficultas ſesta in dubio an expletum ſit tempus pubertatis, vel iu quo quis iam non eſt amplius minor, vel tempus ieiunij inceptum, aut expletum ſit, v.g. an completus ſit 21. annus, vel an datum ſit ſignum mediæ noctis, ſeu ſonuerit hora duodecima, quid ſentiendum quoad irritationem voti, vel obligationem ieiunij Eccleſiaſtici, vel abſtinendi à carnibus, vel ieiunij naturalis neceſſarij ad ſacram Communionem. Igitur

In dubio an votum ſit emiſſum tempore impubertatis, vel minoris ætatis, vel ſubiectionis, an illud comprehendatur ſub poteſtate irritandi.

IN hac difficultate primum dubium eſt, an cùm quis facta ſufficienti diligentia dubius eſt, an expleuerit annos pubertatis, vel vigeſimum quintum annum, an verò tempore impubertatis emiſerit votum perſonale, vel reale intra minorem ætatem, ſeu ante vigeſimumquintum expletum; an tunc pater huius vouentis dubij poſſit irritare huiuſmodi vota? & communis opinio aſſerit. ita Sanchez *de matr. lib. 2. diſp. 41. num. 39. & lib. 4. ſumm. cap. 32. n. 2. & ſeqq.* Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 4. de voto, cap. 6. n. 1. & lib. 6. cap. 6. num. 4. fine.* Bonacina *de præcept. diſp. 4. quæſt. 2. part. 7. §. 2. num. 11.* Layman *lib. 1. tract. 1. c. 4. num. 34.* Ioannes Sancius *in ſelectis, diſp. 43. num. 9.* Villalobos *1. part. ſumm. tract. 1. diffic. 21. num. 5.* Martinus Breſſerus *lib. 4. de conſcientia, cap. 11.* Ariaga *1. 2. tom. 1. diſp. 25. num. 56. & 57.* Caſtrus Palaus *tom. 3. tract. 15. diſp. 2. punct. 4. num 9.* & Diana *part. 4. tract. 3. reſolut. 37.* Probatur primò, quia licèt vouens, poſſeſſionem non habeat ſuæ libertatis, cùm certus ſit de voto emiſſo, habet tamen pater poſſeſſionem iuris, ne filius impubes independenter à ſua voluntate emittat votum perſonale, & ne minor vigintiquinque annis emittat votum reale, poſſidétque poteſtatem irritandi huiuſmodi vota filij, (adeò vt S. Thomas *2. 2. quæſt. 88. art. 8. corp. ad* 1. dicat filium tunc vouere de re aliena, quia etiam actiones eius, præſertim impuberis, patris cenſentur, ac proinde non poſſe tali voto ſe aſtringere independenter à patre.) ergo donec eſt dubium de hac pubertate, vel minore ætate, non poteſt nec debet pater ſua poſſeſſione priuari. Confirmatur, tum quia ætatis mutatio 1689.

Digitized by Google

mutatio eſt quid facti, quod non ptæſumitur, ſed probatur; ergo donec conſtet clarè emiſſionem voti tempore pubertatis, vel poſt vigeſimumquintum annum factam, perſeuerat poteſtas irritandi; tum quia in dubio, ſeu ob dubium ſubditi ſuperior non eſt ſpoliandus iure, & authoritate ſua, vt conſtat ex *cap. quod culpatur* 23. *q.* 1. & latè *ſuprà n.* 286. oſtenſum eſt. Tum quia in dubio an res ſit aliena, melior eſt conditio poſſidentis: at voluntas filiorum, & quorumcunque ſubditorum dominatiuæ alicui poteſtati, eſt aliena, durante ea ſubiectione, vt ait S. Thom. *d. art.* 8. ergo in dubio, an hæc voluntas aliena, ſit effecta voluntas propria, ſeu tempus ſubiectionis tranſierit, ſuperior non eſt ſua poſſeſſione ſpoliandus. Tum, quia vbi duplex poſſeſſio concurrit, antiquior præualere debet, iuxta regulam, *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure, de reg. iur. in* 6. cùm rectæ rationi, & æquitati repugnet obligationem ſuperuenientem cum prioris detrimento induci, (vnde iuxta communem Doctorum, ſi ſeruus inuito domino ducat vxorem, tenetur potius ſatisfacere obſequio domini præcipientis, quàm vaori debitum eſigenti, ſi vtrique ſimul ſatisfacere nequit, cùm poſſeſſio domini in corpus ſerui ſit antiquior iure, & poſſeſſione vxoris in idem corpus.) poſſeſſio autem patris in filij voluntatem eſt antiquior poſſeſſione voti in eandem voluntatem, nam illa competit à natiuitate, hæc à voti emiſſione; ergo eſtò votum poſſideat voluntatem filij, præualet antiquior patris poſſeſſio. Quanquam etiam voti obligatio non poſſi dici certa, ſed imò ſit dubia; ſi quidem cùm dubium ſit an legitima ætate, qua non pendet à patris voluntate, ſeu conſenſu emiſſum ſit, eſt quoque dubium de firma & inirritabili eius voti obligatione; etiam vota à ſuperioris approbantis, vel non contradicentis conſenſu pendentia, appellantur à Doctoribus inualida, donec eiuſdem ſuperioris conſenſus accedat, non quia ſint omninò irrita, & nulla, ſed quia obligatio eſt infirma, ea eo, quòd ea ſuperioris conſenſu pendent. Quapropter dum non conſtat extra tempus ſubiectionis emiſſa eſſe ea vota, dubius eſt firmus eorum valor, & conſequenter poſſeſſio voti independenter à ſuperioris voluntate eſt dubia, qua iniquum eſſet tolli poſſeſſionem certam poteſtatis ſuperioris illa irritandi; ſicut iniquum eſſet dominum poſſidentem ſeruum, qui tranſacta ætate liber euadit, priuari eius dominio in dubio tranſitus eius ætatis. Vnde ſicut domini perſeuerat dominium donec ſeruus probauerit dictum ætatis tranſitum, ita ſuperioris poteſtas irritandi vota durat illæſa, donec conſtet emiſſa eſſe de tempore non ſubiectionis. Secundò probatur eadem ſententia, quia poteſtas illa irritandi eſt fauorabilis, ſicut etiam poteſtas diſpenſandi fauorabilis eſt, (vt *ſuprà* dictum eſt,) ideoque in dubio latè interpretanda, & extendenda: expedit enim ipſis vouentibus, & diuino cultui huiuſmodi vota, quæ facilè violari poſſunt, poſſe irritari. Quare exemptio ab huiuſmodi poteſtate, tanquam odioſa, eſt reſtringenda: & ſicut ob odium reſeruationis non cenſentur reſeruati niſi caſus moraliter certi; ita etiam vota non irritabilia, quæ reſeruantur poteſtati irritantis, ſola cenſentur, quæ certò conſtat irritari non poſſe, vt Suarea *vbi ſuprà*, cùm non minus odioſa ſit exemptio à poteſtate ſuperioris, quàm reſeruatio caſuum, ſeu votorum.

1690. Et licèt contra hanc ſententiam communem ſentiat Sal. 1. 2. *tr.* 8. *diſp. vnic. ſect.* 5. *n.* 261. negans in huiuſmodi dubio patri, ſeu ſuperiori poteſtatem irritandi præfata vota, motus ſequentibus argumentis. Primò, quia voti obligatio eſt certa, & poſſidet; poteſtas autem diſpenſandi dubia, & conſequenter etiam irritatio eſt dubia, ac proinde per illam non poteſt tolli illa certa obligatio, nec ſubditos conſtitui in quaſi poſſeſſione libertatis à voto implendo, cùm certa obligatio præcepti non tollatur excuſatione dubia, nec poſſeſſio libertatis acquiratur, cùm cauſa
libetans eſt dubia. † Secundò, quia dubitans, an tem- 1691.
pore contractus minor fuerit, ius non habet vtendi beneficio reſtitutionis, ſeu reſcindendi contractum, niſi probet ſe fuiſſe minorem, vt conſtat ex *l. ſi minorem, C. de in integ. reſt.* ibi, *ſi minorem te, cùm contraheres, oſtenderis.* vbi Gloſſa *verb. comprobatum*, dicit in dubio præſumi tempore contractus fuiſſe maiorem; & quærit, cur, *cùm aliquando fuerit minor, non ſemper minor præſumatur*; & reſpondet, *ideo eſſe, quia ſolo temporis decurſu maior efficiatur.* & idem docent Paulus *conſ.* 53. *vol.* 2. Rebuffus *de conſtit. Galliæ, tom.* 2. *tract. de inſtit. art.* 1. gloſſa 3. *n.* 3. & Maſcardus *de probat. concl.* 1062. *n.* 1. cuius ratio eſt, quia poſſeſſio eſt pro eo, cum quo contractus eſt initus, & ex eo ius acquiſiuit, quo in dubio ſpoliari non debet reſcindendo contractum, dubio reſtitutionis remedio; ergo pariter in præſenti caſu, cùm votum ſit contractus cum Deo initus, poſſidebat Deus in hoc dubio, cui per votum ius eſt acquiſitum. Quod confirmatur, quia ſicut poſſe reſcindi contractum eſt fauor minoris ætatis, ita etiam eſt fauor ætatis poſſe irritari votum; ergo ſicut in priori caſu non eſt præſumptio in fauorem minoris ætatis, ſed in fauorem contractus; ſic in poſteriori caſu erit præſumptio, & poſſeſſio in fauorem voti. Tertiò, quia hac negatione poteſtatis irritandi in tali caſu patet, ſeu ſuperior non priuatur aliqua poſſeſſione; nam cùm poteſtas irritandi non ſit abſoluta, ſed limitata ad vota emiſſa in tali ætate, vel tali ſubiectione durante, quoties dubitatur de ea ætate, aut ſubiectione, redditur quoque dubia irritantis poteſtas, atque adeò nulla priuatur poſſeſſione, ſi in hoc dubio denegetur ei poteſtas irritandi.

Nihilominus ab eadem communi ſententia non eſt recedendum; & argumenta obiecta facilè ex dictis ſoluuntur. Vnde

Ad primum reſpondetur ex dictis, poſſeſſionem voti, eiuſque obligationem non eſſe certam, cùm dependeat à voluntate ſuperioris; & quamuis eſſet certa, præualere debet tanquam antiquior poſſeſſio ſuperioris, reſpectu cuius etiam, ſeu eius poteſtatis irritandi non poſſidet, vt ex prima ratione pro communi opinione adducta conſtat; neque eſt ſimile de excuſatione dubia, cùm præcepti obligatio eſt certa, tunc enim nulla eſt pro libertate poſſeſſio, ſed tota eſt pro præcepto. Minus verum quoque eſt irritationem eſſe dubiam; etenim cùm in dubio melior ſit conditio poſſidentis; certa eſt in eo dubio iuſtitia irritationis, ſicut ius petendi debitum eſt certum ratione poſſeſſionis, non obſtãte alterius coniugis dubio de matrimonij valore; tunc ergo ſolùm irritatio eſſet dubia, nec liberaret vouentem, quando dubitaretur, an ſuperior irritarit, necne, vnde etiam facta irritatione vouens eſt in poſſeſſione libertatis ſuæ, licèt antea non eſſet, nec enim irritatio fundatur in poſſeſſione libertatis vouentis, ſed in poſſeſſione ſuperioris, vt probatum eſt.

Ad ſecundum, eiuſque confirmationem diſpar eſt 1692.
ratio, quia ibi eſt poſſeſſio ex parte contractus, & eius, cui eſt ius acquiſitum, & non eſt alia poſſeſſio antiquior præualens, & poſſe beneficio reſtitutionis vti, ſeu reſcindi contractum, eſt fauor ſolius minoris ætatis, non autem alterius, de cuius re diſponitur; quare volẽs gaudere illo priuilegio, ac eximi à com-

munibus

munibus contractus legibus, debet probate ſe eſſe minorem. At in noſtro caſu læditur poſſeſſio patris, ſeu ſuperioris in filium, ſeu ſubdirum poteſtas, & diſponitur de re aliena, nempe patris, & ſuperioris, qua poſſidens in dubio non debet ſpoliari, & ea poteſtas non eſt ſolius filij, ſeu ſubditi fauor, ſed patris, ſeu ſuperioris, immò aliquando non eſt in ſubditi fauorem, ſed vt vitetur ſuperioris damnum, vt in poteſtate irritandi vota ſeruorum.

Ad tertium negatur, quòd negata patri, ſeu ſuperiori in hoc dubio poteſtate irritandi, non ſpolietur aliqua poſſeſſione certa, vt conſtat ex dictis, ſicut in dubio de valore matrimonij ex parte vnius cõiugis, alter priuaretur ſua certa poſſeſſione, ſi ei negaretur ius petendi debitum ratione dubij alterius coniugis.

1693. Extenditur autem communis ſententia, vt etiamſi filius, ſeu ſubditus opinaretur tempore pubertatis, vel poſt vigeſimum quintum annum, vel poſt tempus ſubiectionis vouiſſe, ſi opinio, aut aſſenſus non eſſet vehemens, & valde firmus, parum dubij relinquens, ſed cum magna formidine, & probabilibus oppoſitis cõiecturis, adhuc poſſet pater, ſeu ſuperior irritare votum; nam propter huiuſmodi opinionem non poteſt pater, ſeu ſuperior ſpoliari ſua poteſtate, & poſſeſſione. Sicut non tantùm in dubio, ſed etiam quando ſubditus habet opinionem ſolùm probabilem rem præceptam eſſe illicitam, vel excedere iuriſdictionem ſuperioris, non poteſt ſuperior ſua poſſeſſione certa præcipiendi ſpoliari, vt latè *ſupra hoc tit. n. 261. & 282.* probatum eſt; & ſicut etiam ob ſimilem opinionem nullitatis matrimonij, non eſt negandum debitum ſpoliando alterum coniugem iuſta poſſeſſione; vt latè Sanch. *de matr. lib. 2. diſp* 44. *n.* 3. & probatur *infrà* & in his terminis ita expreſsè ſentiunt Sanch. *d. diſp. 41. n. 39. verſic. immò quando, & d. c. 32. n. 4.* & Palaus *d. n. 9.*

1694. Extenditur ſecundò, vt propter eandem rationem poſſit tutor vota perſonalia impuberis, & curator vota realia puberis, & maritus vota vxoris irritare, tametſi dubium, aut opinio ſit fuiſſe emiſſa tempore, quo ſui iuris erant, ſeu extra ſubiectionem, quia poteſtas certa tutoris, & curatoris, & mariti omnia pupilli, minoris, & vxoris vota irritandi reſtringi non debet, ob dubiam cauſam. ita in terminis Sanchez *d. cap. 32. n. 6.* Palaus, & Diana locis *ſuprà num.* 1689. relatis.

1695. Extenditur tertiò, vt idem ſit dicendum, ſi vouens certus ſit tempore ſubiectionis emiſiſſe votum, ignoret verò an eius executionem diſtulerit in tempus libertatis; etenim præſumi debet talem dilationem non intendiſſe, cùm communiter potius contingat vouentem de præſenti ſtatu diſponere, non de contingenti futuro. Quod tamen intelligi debet quando votum tempore ſubiectionis impleri poteſt. ita Sanch. *d. c. 32. n. 13.* Suar. *d. lib. 6. de voto c. 4. n. 8.* Bonac. *d. §. 2. n. 21.* & Palaus *d. n. 9.*

1696. Extenditur quartò, vt idem ſit aſſerendum ſi dubitetur, an tempore habili, nempe an tranſacto tempore ſubiectionis vota fuerint confirmata; ob id namque ſuperior non debet amittere ſuam poteſtatem irritandi, tum ob poſſeſſionem, quam habet, qua in dubio non eſt ſpoliandus; tum quia confirmatio eſt quid facti, quæ proinde non præſumitur. ita Sanchez *d. cap. 32. num. 9.* Suarez *lib. 4. de voto c. 6. num. 1. fine.* Bonacina *d. §. 2. num. 19.* Diana, & Palaus locis *num.* 1689. relatis; & idem multo magis ſi dubitaretur an confirmauerit.

1697. Sed quid ſi conſtet ratificationem voti tempore ſubiectionis emiſſi factam fuiſſe tempore habili, nempe poſt pubertatem, vel tranſacta ſubiectione; & dubitetur, an vouens legitimè ratificauerit, & poteſtatem irritandi impedierit, puta quia ignorauerit adeſſe poteſtatem illud irritandi, vel illud prius votum irritari poſſe. Videtur dicendum regulariter confirmationem non tenere, nec poteſtatem irritandi impedire, vt tradunt Sanchez *d. cap. 32. n. 11. & 12.* & Palaus *vbi ſuprà.* ob eam rationem, quia ratificans votum, vtplurimum intendit ſolum approbare onus impoſitum, non aliud ſibi de nouo imponere.

Quòd ſi ſubditus, putà filius, ſeruus, vxor, bona haberet, de quibus poſſit liberè diſponere, & dubitaret ex quibus bonis votum reale emiſerit, præſumendum eſt ex propriis bonis votum feciſſe, vt Sanchez *d. c. 32. n. 14.* & Palaus *eodem n. 9. fine.* cuius rationem eſſe aiunt, quia ſemper præſumi debet pro actus firmitate; & vt voluerit quis ſe obligare, ſi poteſt, ac proinde cùm vouens habuerit materiam aptam firmæ obligationi, obligatio præſumenda eſt, & interpretandum diſpoſuiſſe de aptiori materia. 1698.

Dubius an expleuerit ætatem ad ieiunium, Ordines, & beneficia requiſitam, an teneatur ieiunio, & debeat abſtinere ab Ordinibus.

DVbium ſecundum, an qui facta diligentia ſufficienti pro veritate agnoſcenda adhuc dubius, & anceps eſt, an expleuerit vigeſimumprimum annum, teneatur ad ieiunium? Et non teneri aſſerunt Doctores communiter, Sanch. *lib. 1. de matr. d. diſp* 41. *n.* 38. Layman *d. lib. 1. tract. 1. cap. 4. n.* 33. Ioannes Sancius *d diſp* 43 *n.* 6. Bonacina *de iuſt. diſp 1. q. 2. p. 2. §. incidens n. 11.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tr. 1. diſp. 3. punct. 8. n. 3.* Gordon. *lib. 3. q. 3. n. 10.* & Ariaga *1. 2. tom. 1 diſp. 25. n. 53.* Ratio ſumitur ex dictis in præcedentibus §. 34. & 39. ſcilicet, quia in hoc dubio poſſeſſio eſt non pro præcepto, quod non ligat niſi habentes 21. annum ætatis completum, ſed pro libertate hominis, in qua ante dubium erat, & dubium eſt de præcepto, ac proinde ratione huius dubij non debet ſuæ libertatis poſſeſſione ſpoliari. Hoc idem ſentit Breſſeius *lib. 4. de conſcientia, cap. 6. n. 61.* ſi non poſſit dubitans ieiunare abſque notabili incommodo, ſecus ſi abſque tali incommodo poſſit ieiunare, tunc enim probabilius putat dubitantem teneri ieiunare iuxta ſua principia, de quibus *ſuprà*, ſed iam à nobis reprobata. 1699.

Econtra verò ſi quis dubitet, an habeat legitimam ætatem ad Ordines, vel ad beneficia, vel ad profeſſionem, vel ad alium actum requiſitam, teneri ab Ordinibus, beneficiis, vel actu abſtinere donec conſtet de ætate, quia poſſeſſio eſt pro præcepto; ſemper enim extat præceptum negatiuum non aſſumendi Ordines ante ætatem, cuius obligatio ante dubium eſt certa, & poſſidet, ac dubio ſuperueniente non debet vinci. ita Sanchez, Bonacina, Ariaga, Palaus, Gordonus *locis citatis*, Layman *d. cap. 4. n. 35.* & Ioannes Sancius *d. diſp. 43. num.* 8. Vnde ob eandem rationem in dubio, an quis expleuerit annum nouitiatus integrum, vt faciat profeſſionem, abſtinendum eſt à profeſſione, donec conſtet expletum eſſe, vt *ibidem* Ariaga. 1700.

Dubius an ſit media nox elapſa, ſeu an datum ſit ſignum, ſeu pulſata hora indicans mediam noctem completam, an poſſit ſi dies illa, vel ſequens ſit ieiuny, edere carnes, vel cænare.

DVbium tertium, cùm ieiunium de præcepto Eccleſiaſtico incipiat à media nocte, & deſinat in 1701.

mediam noctem, vt tradunt communiter Summiſtæ *v. Ieiunium*, & alij Doctores de ieiunio agentes, ſi quis dubitet, an datum ſit ſignum mediæ noctis, ſeu an ſonuerit hora duodecima, & die ſequenti ſit ex præcepto aliquo ieiunandum, vel abſtinendum à carnibus, an in tali dubio poſſit cœnare, & carnes comedere; & è contra ſi hodie ſit dies ieiunij, vel abſtinendum ſit à carnibus, & dubium ſit facta debita diligentia, an dictum ſignum mediæ noctis datum ſit, debeat abſtinere à cœna, & à carnibus? Et communis reſponſio Doctorum eſt, in dubio, an elapſa ſit media nox, ſeu hora duodecima noctis ſonuerit, ſi die ſequenti ſit ieiunandum, vel abſtinendum à carnibus, licitum eſſe cœnare, & carnes edere; quia dubitans certò poſſidet libertatem cœnandi, & edendi carnes, (cùm ante mediam noctem certum ſit illi licere, & ſolùm ſub dubio ſtat priuatio illius; & tunc perinde eſt, ac dubitare, an detur præceptum ieiunij, vel abſtinendi à carnibus, vt patet: in dubio autem an detur præceptum, lex, vel votum, fauendum eſt libertati, vt latè *ſuprà* oſtenſum; quare in hoc dubio, ſicut & in dubio, an ſit dies ieiunij, non obligatur præcepto ieiunij, ſicut in dubio an ſit dies feſtus poſt ſufficientem diligentiam, non obligatur præcepto audiendi ſacrum, quia in omnibus his dubiis poſſeſſio ſtat pro libertate, ſi verò hodie ſit dies ieiunij, vel in qua abſtinendum ſit à carnibus, puta ſi dies Veneris, & facta diligentia adhuc dubitetur, an dimidium noctis pertranſierit, ſeu datum fuerit ſignum mediæ noctis, tunc non licebit cœnare, neque carnes comedere, quia poſſidet ieiunij, & abſtinendi à carnibus præceptum, cùm conſtet hodiernum diem eſſe ieiunij, vel abſtinendi à carnibus; ac proinde dum non conſtat de probabili excuſatione, eſt ſeruandum. Ita Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 40. Bonacina *d. §. incidens, n.* 8. Villalob. *p.* 1. *tr.* 1. *diff.* 21. *n.* 6. *&* 7. Fagund. *de quinque precept. Eccleſiæ, precepto* 4. *lib.* 1. *c.* 10. *n.* 2. *&* 3. Ioann. Sanc. *d. diſp.* 43. *n.* 3. Laym. *d. c.* 4. *n.* 36. Gordon. *d. q.* 3. *n.* 10. Caſtrus Pal. *d. punct.* 8. *n.* 6. Diana *p.* 4. *tr.* 3. *reſol.* 8. Trullench *in Decalog. lib.* 3. *c.* 2. *dub.* 4. *n.* 8. Arriaga *d. num.* 53. & idem tenet Salas *t.* 2. *tract.* 8. *d. diſp. vnica, n.* 264. *fine.*

1702. Prædictæ tamen doctrinæ contradicit Martinus Breſſ. *de conſcientia, lib.* 4. *c.* 11. *n.* 101. negans in duobus prædictis caſibus dubiis diſparitatem, & aſſerens iuxta rationem, & Chriſti fidelium ſenſum in vtroque caſu eſſe paritatem, cùm agatur de eodem ieiunij præcepto æquè vtroque die obligante, & æquè periclitante, ne violetur: probat autem rationem diſparitatis allatam non valere primò, quia præcepto, (vt ipſe contendit,) verè non competit poſſeſſio, eiuſque priuilegium. Secundò in dubio, an datum ſit ſignum mediæ noctis, ſeu ſonuerit hora duodecima, eſt etiam dubium an ſequentis diei præceptum obliget; adeóque ſit in poſſeſſione, cùm præſertim hoc præceptum nō ſe extendat erga vnum, ſed erga omnes. Quare poſt publicum illud ſignum præſumptio, quam Sanch. & alij præallegati dicunt eſſe ſignum poſſeſſionis, ſtaret pro præcepto ſequentis diei, nam cùm conſtet illud iam obligare, illóque ſigno quaſi publicatum eſſe, meritò omnes præſumunt eo obligari. Similiter etſi præterito tantùm die fuiſſet ieiunandum, hoc præceptum publico illo ſigno quaſi terminatur, & ceſſat cum vltima hora diei, cui adſtrictū fuit: cùm itaque dubitetur de ſigno illo horáque, ſit ne audita, dubitatur item de præſumptione, & quaſi quaſi poſſeſſione. ita Breſſ. *d. n.* 101. qui tamen *n.* 103. addit, quòd ſi vtroq; caſu dubio alicui incommodum eſſet abſtinere à cœna, v. g. ſub medio noctis domum rediret, & ſequenti die ieiunandum, vel celebrandum ſacrum, poſſet comedere; ſiquidem regula, quòd tutior pars ſit eligenda, iuxta eundem Breſſ. vt *ſuprà* dictum eſt, intelligenda eſt cum hac moderatione, nempe ſi incommodū non ſit, & moleſtum, at in vtrouis caſu propoſita verè eſt dubia obligatio.

† Verùm hæc nullius momenti ſunt, vt ex *ſuprà* di- 1703.
ctis conſtat. Nam ad primum negatur præcepto non competere quaſi poſſeſſionem, & eius priuilegium. Ad ſecundum patet ex dictis dubium ſuperueniens obligationis præcepti diei ſequentis non tollere poſſeſſionem certam libertatis, nec eam dubiam reddere, cùm in dubio melior ſit conditio certò poſſidentis, ac proinde etiā non reddit dubiam præſumptionem libertatis, quæ ſumitur ex poſſeſſione: ſicut è contra dubium ſuperueniens, quòd tempus præcepti elapſum ſit, non infringit; nec reddit dubium poſſeſſionem eiuſdem præcepti; ac proinde falſum eſt in tali dubio licitum eſſe cœnare, ſi abſtinere à cœna eſſet incommodum, niſi incommodum eſſet tale, quod excuſaret à præcepto extra dubium obligante.

Dubitans an ſit media nox, ſeu audierit ſignum mediæ noctis, & tunc comedens, aut bibens, an poßit altero die ſacram Euchariſtiam ſumere.

SEd maior difficultas eſt, an is, qui poſt factam 1704.
ſufficientem diligentiam pro inueſtigatione veritatis, adhuc dubius, neutri parti aſſentiens manet, an datum ſit ſignum mediæ noctis, ſeu ſonuerit hora duodecima noctis, comedit, vel bibit, poſſit licitè cum eo dubio ſpeculatiuo die ſequenti ſumere ſacram Euchariſtiam, vel ſacrificare, iudicans hîc, & nunc ſibi licere, non obſtante tali dubio ſpeculatiuo. Et negant magis communiter Doctores. ita Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 40. Fagund. *d. c.* 10. *n.* 1. *& precept.* 3. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 18. Bonac. *d. §. incidens, n.* 8. Villalob. *d. diff.* 21. *n.* 6. Gordon. *d. q.* 3. *n.* 10. *verſic. quartò qui dubitat.* Salas *d. diſp. vnic. n.* 264. Pal. *punct.* 8. *n.* 9. Arriaga *d. diſp.* 15. *n.* 54. & Ioann. de Lugo *diſp.* 15. *de Euchariſtia ſect.* 2. *n.* 41. *&* 44. & colligitur etiam ex Henriq. *lib.* 6. *de pœnitentia, c.* 14. *n.* 7. *lit. P.* Probatur, quia in hoc dubio nulla eſt poſſeſſio libertatis ex parte illius, qui certus eſt ſe comediſſe, & bibiſſe, & ſolùm dubitat, an quando comedit, & bibit, elapſa fuerit media nox; ſed eo tempore, quo vult communicare, tota poſſeſſio eſt pro præcepto communicandi ieiunè, quod tunc certò obligat, & tollit libertatem communicandi ei, qui non eſt ieiunus ieiunio naturali, quæ certa obligatio, & poſſeſſio elidi non debet ab illo dubio, nam in dubio melior eſt conditio certò poſſidentis: vnde ſi res ageretur in foro externo, qui ſcit certò ſe comediſſe, & dubitat an poſt mediam noctem, ſi accedens ad ſacram Euchariſtiam ſumendam repelleretur, ei incumberet onus probandi ſe eſſe ieiunum; ergo etiam idem dicendum in foro interno. Confirmatur, tum quia in dubio, vbi nulla poſſeſſio alicui fauet, amplecti debet id, quod tutius eſt, iuxta dicta *ſuprà* §. 38. tum quia certus de voto emiſſo, & dubius de intentione, vel de ſufficienti vſu rationis, & an ante, vel poſt ſeptennium emiſerit, tenetur voto, (vt *ſuprà* probatum eſt,) & non alia ratione, niſi, quia certa poſſeſſio eſt pro voto, & excuſatio eſt dubia; ergo idem in hoc caſu. Confirmat etiam Palaus aliis rationibus *infrà num.* 1710. adductis.

Oppoſitam ſententiam, & in tali dubio ſpecu- 1705.
latiuo poſſe dubitantem ſumere ſacram Euchariſtiam die ſequenti, & ita agendum poſſe Confeſſarios conſulere; tenent Ioan. Sanch. *d. diſp.* 42. *n.* 3. *&* 9. Diana *p.* 3. *tr.* 4. *reſol.* 29. Paſqual. *in ſuis deciſionibus, dec.* 341. & probabile putat Trull. *d. dub.* 4. *n.* 8. Probatur

primò

Digitized by Google

primò, quia in tali dubio ex parte illius, qui comedit, & bibit, eſt poſſeſſio libertatis, & poteſtatis communicandi, quam ex ſe habet; qua non debet ſpoliari propter ius dubium pręcepti communicandi ieiunè, neque appareat cur illi poſſeſſioni præualere debeat poſſeſſio præcepti, quod certò non obligat niſi ſequenti die, ſeu, vt qui communicaturus eſt, à media nocte potum, vel cibum non ſumpſerit. Secundò, qui hodie non tenetur ieiunare, vel abſtinere à carnibus, & die ſequenti ſit ex præcepto ieiunandum, vel abſtinendum à carnibus, in dubio, an elapſa ſit media nox, ſeu datum ſit ſignum mediæ noctis, poſt ſufficientem diligentiam manente, ſine violatione præcepti ieiunandi, vel abſtinendi à carnibus die immediante ſequenti obligante, poteſt cœnare, & edere carnes, quia eſt dubium, an tunc vrgeat, & obliget, vt *ſupr. n.* 1701. probatum eſt. & ita tunc tale præceptum non cenſetur poſſidere, ſed poſſeſſio eſt pro libertate cœnandi, & edendi carnes, quam ante dubium habet cœnandi; & edendi carnes, donec elapſa ſit media nox; ergo etiam, qui cœnauit in tali dubio, an datum ſit ſignum mediæ noctis, poterit die ſequenti ſine violatione præcepti ſumendi ieiunè S. Euchariſtiam communicare, quia non intelligitur pro tunc præceptum poſſidere. & ita per talem cœnam, ſeu comeſtionem non intelligitur fregiſſe ieiunium naturale requiſitum ad communicandum eadem ſequenti die. Tertiò coniux, cui dubium de valore matrimonij ſuperuenit, & facta diligentia dubium vincere non valet, poteſt petere debitum, quia ante dubium erat in certa poſſeſſione matrimonij, ſeu quòd illa vxor eſſet propria, non aliena, qua poſſeſſione non debet ob ſuperueniens dubium priuari. At cui dubium ſuperuenit, an comederit poſt mediam noctem, ſeu poſt datum ſignum mediæ noctis, erat in poſſeſſione communicãdi; ergo ob tale dubium non debet illa poſſeſſione priuari. & propter eaſdem rationes Martin. Breſſ. *d. c.* 11. *n.* 104. amplectitur hanc eandem ſententiam, quo ad hoc, ſcilic. vt dubius an data fuerit 12. hora noctis ante cibum ſumptum, ſeu bibit, vel comedit: vel dubius, an os abluens aliquid deglutierit per modum potus, an ſaliuæ, poſſit ſequenti die communicare, vel celebrare, ſi omittere non poſſit abſque incommodo notabili; ſecus ſi ſine tali incommodo, (quo caſu vult Breſſ. ſemper in dubio eſſe ſequendam in praxi tutiorem partem, vt *ſuprà* notatũ eſt,) abſtinere queat, dicitque grauius incommodum debere eſſe ad iuſtificandam refectionem ſpiritualem communionis, quàm corporalem in ſimili dubio, eo quòd grauior ſit obligatio ieiunij naturalis ante communionem, quàm Eccleſiaſtici diebus ieiuniorum. Addit autem ſufficiens incommodum eſſe ad iuſtificandam eo dubio communionem, quòd aliàs elaberetur occaſio lucrandi indulgentiam, quæ eo die communionem poſtulet, ſi præſertim eodie præmiſſa ſit confeſſio. Verùm prædictæ rationes non multum vrgent, & facilè ſolui poſſunt. Quare

1706. Ad primum reſpondetur primò, in eo dubio eſſe certum ius, certamque poſſeſſionem præcepti communicandi ieiunè, ieiunio naturali, quod tunc, cùm dubius eſt ille vir de comeſtione, an facta fuerit poſt mediam noctem, certò obligat: ius autem communicandi eſt dubium, cùm certus ſit ſe comediſſe, & dubitet comeſtionem eſſe factam eodem die, quo vult communicare, quod ius dubium non debet præualere iuri certo præcepti. Reſpondet ſecundò Palaus neminem habere libertatem cõmunicandi niſi conſtet de dignitate, & habilitate requiſita ad communicandum; ſicut nemo habet libertatem accipiendi Ordines, vel beneficium, niſi probata ætate ad illa requiſita, ac proinde dubius eſt de ætate, non poteſt Ordines, aut beneficium Eccleſiaſticum recipere, (vt *ſuprà num.* 1700. probatum eſt,) & ita neque Euchariſtiam, cum dubitat an comederit, vel ſaltem eſt certus ſe comediſſe, & ſolùm dubitat de tempore comeſtionis.

Ad ſecundum negatur conſequentia, & diſparitas 1707.
patet, ex modò dictis, nam præceptum ieiunij Eccleſiaſtici, & abſtinendi a carnibus, quia tunc non eſt certum, neque incipit poſſidere, niſi poſt mediam noctem; præceptum verò ieiunij naturalis pro ſumenda S. Euchariſtia, cùm dubius ille de comeſtione, an facta ſit poſt mediam noctem, eſt communicaturus, eſt certum, & reſtringit libertatem. Secundò reſpõdet Palaus cœnam, vel comeſtionem carnium in eo dubio, an media nox fuerit elapſa, non contrariari præcepto ieiunij Eccleſiaſtici, aut naturalis per ſe, quia non conſtat tale præceptum eſſe: contrariari autem ſequendæ communioni; quia communioni, & præcepto certò benè poteſt dubia comeſtio contrariari; ſiquidem aliud eſt ius quæſitũ tollere, aliud de nouo acquirere, ex vi enim præcepti ieiunij Eccleſiaſtici tollitur homini ius acquiſitum comedendi cùm voluerit, quod ius tolli non poteſt niſi præcepto certo, & indubitato. At cùm homo communicare intendit, beneficium intendit acquirere; ac proinde iniuria illi non infertur, ſi non detur tale beneficium, dum non probat ſufficientiam, & dignitatem, quæ ex parte corporis conſiſtit, in eo, vt nil prorſus per modum cibi, aut potus ſumpſerit.

Ad tertium negatur ſtante illo dubio eſſe certum 1708.
ius, ſeu certam poſſeſſionem communicãdi ſequenti die, ſed dubium eſt illud ius ex parte eiuſdem volentis eo die S. Euchariſtiam ſumere; præceptum verò ieiunij naturalis tunc eſt certum, & indubitatè obligat, ac proinde præualere debet: diuerſa autem eſt ratio in dubio de valore matrimonij; nam tunc, cùm coniux petit debitum, certa eſt poſſeſſio præſentis matrimonij, incertum autem prius matrimonium, vel aliud impedimentum, quod dubitatur ſubeſſe. Reſpondet præterea Palaus ob ſuperueniens dubium non impediri coniugem petere debitum; quia habuit ius iuſtitiæ acquiſitum ad petitionem. At nullus habet ius iuſtitiæ acquiſitum, vt ſibi Sacramenta dentur, niſi priùs conſtet, ſeu ipſe probet ſe nullum habere impedimentum; addit etſi cuilibet licitum ſit matrimonio copulari, non tamen licitum illi eſt, ſi dubius ſit habere impedimentum dirimens, (vt latè Sanch. *d. lib.* 2. *diſp.* 41. & *infrà* dicetur,) quia nunquam habuit ius ſe matrimonio copulandi, niſi conſtet, ſeu probetur impedimentum non ſubeſſe.

Sed quamuis iuxta rigorem videatur probabilior 1709.
prima ſententia, & hominem certum de comeſtione, & dubium ſolùm circa tempus mediæ noctis, an ſcil. poſt medium noctem comederit, non poſſe altera die communicare, vel ſacrificare. Tamen attenta benignitate, & intentione Eccleſiæ, quę in regimine animorum ſuauiter procedit, ego etiam exiſtimo nõ improbabile in tali dubio licitũ eſſe dubitãti ſequenti die ſumere S. Euchariſtiã, vel celebrare, non ſolùm cogente neceſſitate, ſed etiam propter ſolã deuotionem, vt etiam ſentiunt Medin. & Luc. locis *infrà* allegandis, & Laym. *d. lib.* 1. *tr.* 1. *c.* 4. *n.* 46. Præſumendum enim videtur Eccleſiam piam, & benignam matrem ſua lege de ieiunio naturali communicaturis ſeruanda, non velle tam rigidè obligare, tamque arctè conſtringere fidelium ſuorum conſcientias in ſimili caſu dubio: ceſſante autem obligatione legis Eccleſiaſticæ abſque culpa, & irreuerentia quis in tali dubio poterit communicare, vel celebrare. Quòd ſi quis non dubitans, an ſit media nox elapſa, ſed reputans

omnino certum non elapſam eſſe comedat,& bibat, & poſtea manè incipiat dubitare, an poſt mediam noctem comederit,eo,quòd videatur ſibi nimis exiguum tempus elapſum à comeſtione, vſque ad eam horam, quódque ſufficere non poſſit ad explendas eas ſex, vel quinque horas à media nocte ad tempus, quo dubium incipit, in tali dubio certius videtur poſſe comunicare eo die; nam illa fuit in poſſeſſione ieiunij bona fide inchoata, vſque ad dubium ſubortum: per dubium autem nemo extrahitur, ſeu priuatur poſſeſſione certa bona fide inchoata, vt ex *ſuprà* dictis conſtat, & ex dicendis *infrà* magis conſtabit,ex quo apparet differentia inter iſtum caſum,& alium præcedentem,in quo quis dubitans de elapſa hora mediæ noctis comedit.nam in præcedenti nunquam fuit homo in poſſeſſione ieiunij, cùm dubitans an eſſet media nox elapſa, & conſequenter, an ieiunium ſequentis diei violaret, comederit: at in hoc ſecundo caſu dubium incipit poſt poſſeſſionem ieiunij bona fide inchoatam. & ita tenet etiam Ariaga, & à fortiori oportet ita ſentiant alij Doctores *hoc numero* allegati.

Dubius non circa tempus comeſtionis, ſed circa comeſtionem, v. g. an abluendo os aliquid vini, vel aqua deglutierit, an poſſit eo die communicare. vbi pluribus explicatur quandónam cenſeatur, vel non cenſeatur violatum ieiunium naturale ad communionem requiſitum.

1710. SEd quid, ſi quis non ſit dubius circa tempus ſumptionis cibi,vel potus, ſed ſolùm de ipſa cōmeſtione,vel potu,putà cùm quis intra eundem diem, in quo vult communicare,vel celebrare,ſcilicet,poſt elapſam mediam noctem præcedentis diei aſſumpſit aquam, vel vinum ad abluendum os, vel quippiam aliud ad confortandum caput ſolùm dentibus maſticauit,& dubitat an aliquid deglutierit per modum ſaliuæ, an per modum potus, aut cibi, vt in neutram partem inclinare poſſit,an teneatur à communione,vel celebratione eo die abſtinere.Et fore abſtinendum in eo dubio de comeſtione, & potu, ſicut in dubio an cibus, vel potus ſumptus fuerit poſt mediam noctem, aſſerit in terminis Palaus *d. punct.*8.*n.*9. & ſentire videntur Sanch. Villalob. Bonacina,Fagund.Gordon.& Salas *n.*1704. allegati.& videtur probari fortiùs eadem ratione *ibidem* adducta;in hoc enim dubio,cùm certum ſit tempore ablutionis oris, vel maſticationis præceptum de ieiunio naturali communicaturis ſeruando obligare,tota, & certa poſſeſſio videtur ſtare ex parte illius, ac proinde eius obligationem præualere debere:cumulat Palaus alias rationes, nempè primò, quòd dubitans an ſit ieiunus,dubitat an ſit dignus;ergò ne indignè manducet,probare debet ſe ieiunum eſſe. Secundò, quia qualitas, quæ propriè eſt accidens, nec ſubſtantiam attingit,aut immutat,non præſumitur, ſed per allegantem debet probari;vt cum aliis Maſc. *de probat concl.*1254.*n.*2.& 3. ergo,&c. Tertiò, quia vnuſquiſque probare debet fundamentum ſuæ intentionis, aliàs ſuccumbet, vt poſt alios idem Maſcard.*concl.*1253.*n.*3. fundamentum autem exigentis cōmunionem ab Eccleſia eſt eſſe ieiunum à culpa in anima,& à cibo,& potu in corpore; ac proinde qui non probat hoc fundamentum, immeritò exigit communionem, & hanc eandem ſententiam ſequitur Breſſ.*d.n.*104.ſi in tali dubio quis ſine incommodo poteſt abſtinere à cōmunione,vel à celebratione.

1711. Oppoſitum,& eſſe licitum in tali dubio ſpeculatiuo communicare, & celebrare, aſſerunt expreſsè Ioann.Sancius,Trullench,Diana locis *n.*1705.allegatis,Paſqualig.*dec.*340.& Ioannes de Lugo *d.ſect.*2.*n.*42.& 43.idque ob rationes *d.n.*1705. relatas,quæ militare videntur etiam in hoc dubio, ante quod aiunt ipſi,dubitans habebat libertatem eo die communicandi, qua ob dubium ſuperueniens ſpoliari non debet;quæ tamen ratio refelli poteſt ex dictis in reſpōſionibus datis ad rationes *eod.n.*1705.adductas.

Ego quoque tamen exiſtimo non obſtante tali dubio poſſe dubitantem licitè communicare & celebrare,idque ob rationem *n.*1709. adductam,quòd Eccleſia,quæ eſt benigna,& pia mater, non videtur velle ſua lege ieiunij naturalis tam rigidè, & arctè obligare fidelium conſcientias in ſimilibus dubiis; & certè ſi tam ſtrictè, & rigidè obligaret, inde frequenter fideles communicaturi, vel celebraturi angerentur ſcrupulis,& ſæpè abſtinerent à ſacra Communione, vel celebratione ſine ſufficienti ratione, non ſine notabili detrimento ſpirituali; & ob hæc ita ſentiunt Layman loco *d.n.*1709.allegato.Bartholomæus *in ſumma in declaratione tertij præcepti*, §. 42. (vbi non longè poſt principium,vbi circa ieiunium ad communionem requiſitum ait notandum, quòd fideles non debent eſſe nimium ſcrupuloſi, ſi nebula,vel caligo manè ingreſſa ſit in os,vel ſi abluendo os illis videatur aliquam guttam tranſglutiſſe, niſi id manifeſtè cognouerint,quia cum Deo hoc pacto non eſt agendum,ac proinde non abſtineant à communione) Lucius *in ſumma præcepto* 4. *Eccleſiæ*, vbi dicit, *el que ſta en duda, ſe trago,vna gotta de aqua, y non haue claro,puede comulgar.*) & Martinus Breſſerus *d.c.*11.*n.*104.ſi ſine incommodo abſtinere non poſſit à communione, vel celebratione, iuxta ex eo notata *ſuprà n.*1705.*fine*,& hæc ſententia præter allatam rationem, confirmatur alia ratione, de qua *n.*1709. quia is abluens os,& dubitans an aliquid deglutierit, ante hoc dubium exortum, erat in poſſeſſione ieiunij certa,qua,propter dubium ſuperueniens,non debet ſpoliari. Neque obſtat ſi dicatur illum non fuiſſe in poſſeſſione quòd poſſet communicare, ſiquidem ad id non ſufficit ieiunium vſque ad horam octauam, v. g. ſed vſque ad horam communionis: hanc autem poſſeſſionem ille non habuit, eſto habuerit vſque ad horam, qua ſe abluit. Reſpondetur enim illam habuiſſe abſolutè poſſeſſionem, quòd eſſet eo die ieiunus,à qua poſſeſſione non debet deturbari per ſubſequentem comeſtionem dubiam, vt dictum eſt:ſi autem manet in ſua poſſeſſione, quòd ſit ieiunus abſolutè, poteſt licitè communicare, & ob hanc rationem idem ſentit Ariaga *d.diſp.*25.*n.*56. Poteſt etiam confirmari ex doctrina communi in præcedentibus allata,quòd ea,quæ ſunt facti in dubio non præſumuntur,præſertim ſi ex facto facienti præiudicium aliquod ſequatur,& multò magis ſi factum non poſſit præſumi niſi ſecutum præter voluntatem,ſeu repugnante voluntate facientis:deglutire autem aliquid per modum cibi, vel potus, eſt quid facti,quod facienti eo die habenti intentionē communicandi, vel celebrandi eſt præiudiciale, & non poteſt præſumi ſecutum,niſi repugnante voluntate. 1712.

Quòd ſi abluens os,vel quippiam ex aromatibus ad confortandum caput dentibus maſticans contra volutatem,& caſu parum aquæ,vel vini,aut alterius rei ſaliuæ admixtum, ſeu per modum ſaliuæ deglutiuerit,tunc ex communi Doctorum non impeditur communicare, vel celebrare, quia vt frangatur ieiunium naturale ad S.Communionem ex præcepto requiſitum,debet quid fuiſſe ſumptum,& traiectum in ſtomachum per modum cibi, vel potus, & non ſufficit per modum cibi,aut potus, quando aliquid huiuſmodi ore accipitur, quod per ſe, & propria 1713.

actione

actione vitali in ſtomachum traiicitur comedendo,
aut bibendo. ita S. Thom. *3. p. q. 80. art. 8. ad 4.* Scotus
in 4. diſt. 8. ibidem Durandus, Paludan. Gabriel, Suar.
tom. 3. in 3. p. diſp. 68. ſect. 4. verſic. quæres rurſus. Henri-
quez *lib. 8. cap. 50. n. 4.* Nauarrus *in man. cap. 21. n. 53.*
Tabiena *v. communicare, § 49.* Reginald. *lib. 29. n. 118.*
Fagundez *3. precepto Eccl. lib. 3. c. 5. n. 13.* Coninch *de
Sacram. q. 80. art. 8. n. 48.* Sà *v. Euchariſtia, n. 27.* Laym.
lib. 5. tract. 4. c. 6. n. 18. & 19. Filliuc. *tom. 1. tract. 4. c. 8.
n. 235. & 237.* Villalob. *p. 1. tract. 7. diff. 39. n. 1.* Scotia
de Miſſa lib. 2. c. 7. n. 1. Paſqual. *dec. 323. 324. 325. 330.
& 331.* & alij apud præcitatos. & hoc idem tantùm
velle puto D. Antonin. *p. 3. tit. 13. c. 6. §. 8. fine.* Rodriq.
1. p. ſum. c. 66. concl. 3. & Vegam *1. p. ſum. caſu 23.* dum
aiunt, eum, qui abluendo os caſualiter, & præter in-
tentionem tranſglutierit aliquas reliquias, ſeu gut-
tas aquæ, non impediri ſumere S. Euchariſtiam, quia
ſemper videntur ſumi per modum ſaliuæ, ſeu deſcen-
dere, vt quid immixtum ſaliuæ, neque per modum
potus, cùm hoc nullo modo intendat abluens, ſed
omnino præter voluntatem deglutiantur. Addit Ro-
driq. vt plurimum accidere, quòd tales reliquiæ, ſeu
guttæ aquæ non attingant ſtomachum, ſed rema-
1714. neant in guttore. † Qui omnes etiam aiunt, cùm vi-
num, aut ius, aliúdve ſimile condimentum prægu-
ſtatur ſolùm ad percipiendum ſaporem, & ſtatim ex-
puitur, non ſolui ieiunium communicaturis neceſſa-
rium, ſi contingat aliquid manere ſaliuæ per mix-
tum, & cum ea deglutiri, quia illa non eſt comeſtio.
Neque in prædictis caſibus neceſſe eſt parum illud
aquæ, vel vini, vel iuris priùs calore oris alterari, & in
ſaliuam conuerti, vt contra Durand. & Gabrielem
docent poſt Paludan. Syluestr. & D. Antonin. Suar.
Reginald. *vbi ſuprà*, Paſqual. *d. dec. 325.* & alij recen-
tiores; & rectè, nam oppoſitum eſſet nimium ſcru-
pulis expoſitum, & vix, moraliter loquendo, poſſet
percipi, neque ex eo, quòd non ſit facta tranſmutatio
in ſaliuam, ſequitur, vt tranſmiſſio illius ad ſtoma-
chum vnà cum ſaliua debeat dici comeſtio, aut po-
tatio. immò iuxta plures ex Doctoribus citatis licèt
aromata ori imponere ante communionem ad con-
fortandum caput, vel ad vitandum noxium aërem,
eaque etiam dentibus conterere, modò nihil deglu-
tiatur, ſed poſtea expuantur, quia hoc non eſt come-
dere, ſed tantùm inchoare comeſtionẽ. ita Coninch,
Laym. & alij, quos refert, & ſequitur Paſqual. *deciſ.
329.* ſecus autem, inquit Coninch, de ſaccharo, &
ſimilibus, quæ liqueſcunt, cùm vix caueri poſſit, quin
hæc deglutiantur, licèt ſi verè non deglutirẽtur, non
impedirent, quod difficile continget, niſi ſtatim ex-
puantur, antequam ſaliua deglutiatur. Quòd ſi ali-
quid de aromatibus ad prædictum tantùm finem
ſumptis præter intentionem in ſtomachum, cum ſa-
liua deſcendat, adhuc liceret ſumere Euchariſtiam,
iuxta dicta, quia non deſcenderet per modum cibi.
ita Bartholomæus à S. Fauſto *lib. 1. de Sacram. Euch.
q. 381.* & Tannerus *tom. 4. diſp. 5. q. 8. dub. 4. n. 79.* & Paſ-
qualig. *dec. 330.* & ad id aſſerendum videtur, ſi caſua-
liter, & præter voluntatem aliquid ex iiſdem aro-
matibus in ſtomachum deſcendat, nam etiam tunc
non traiicitur ad ſtomachum per modum cibi, ſed
prout immixtum ſaliuæ, vel per modum reſpiratio-
nis. & ita tenent Paſqualig. *dec. 331.* & apud eum Lo-
1715. tichius *in theſauro verb. Miſſa, n. 21. §. 3.* † Idem dicunt
Doctores iidem *n. 1713.* allegati, ſi quis deglutiat ſan-
guinem, aut alium humorem à capite in os deſcen-
dentem, aut caſu ex ore manantem, quia non ſumi-
1716. tur, nec traiicitur per modum cibi. † Idem dicunt de
reliquiis cibi præcedentis diei, quæ caſu poſt elap-
ſam mediam noctem manent in ore, & caſu, ac præ-

ter intentionem, ſeu inaduertenter tranſgluttiuntur,
quia non cenſentur ſumi per modum cibi, & potus,
ſed ſaliuæ, nec cenſentur venire ab extrinſeco, ſed
ab intrinſeco, & quia cenſentur pertinere ad come-
ſtionem præcedentis diei. † Quòd ſi prædictæ reli- 1717.
quiæ non caſu, ſed præuiſæ, & ex certa ſcientia, & ex
propoſito deglutiantur, tunc ſolui ieiunium natu-
rale, & impediri ſumptionem S. Euchariſtiæ docent
S. Thomas *in d. reſp. ad 4.* Paludan. *d. diſt. 8. art. 2. n. 2.*
Reginald. Layman locis *ſuprà* allegatis, Vaſquez *de
Euchariſtia, diſp. 211. n. 30.* & non improbabile putat
Suarez *d. ſect. 4. verſic. dices ergo*, quia tunc non viden-
tur ſumi per modum ſaliuæ, & videtur noua come-
ſtio, cùm ex vi prioris non ſequatur, ſed noua actio
voluntaria fiat. Quamuis contrarium teneant Ta-
biena, Henriquez *vbi ſuprà*, & poſt alios Diana *p. 3.
tr. 4. reſol. 37.* & Paſqualig. *deciſ. 322.* & idem videtur
ſentire Coninch *d. n. 47.* qui fundantur in ratione ta-
cta, ſcilicet, quòd huiuſmodi reliquiæ pertinent ad
præcedentem refectionem, & ſic non ſit noua man-
ducatio, ſed complementum præcedentis, & quia
etiam non ſumuntur ab extrinſeco; & hæc ſenten-
tia apta eſt ad euitandos ſcrupulos, ac proinde pro-
babilis, licèt tamen maximè deceat huiuſmodi reli-
quias, ſi aduertantur, expuere, quantum commodè
fieri poteſt, vt notat *loco cit.* Coninch † Item ſi quis 1718.
aquam per nares attrahat, quæ in ſtomachum de-
ſcendat, vel trãſmittatur, vel ſi muſca, aut quid aliud
minimum intrauit in os apertum, non ſoluitur ieiu-
nium, nec impeditur communio; quia neque per
modum cibi, neque per modum potus tranſmittitur;
quia non ſit actione vitali bibendo, aut comedendo,
vt volunt allegati Doctores, præſertim Suarez, &
Fagundez, vt quid dicatur ſumi per modum cibi, vel
potus, & ita in his terminis Henriq. & Fagund. *locis
citatis*, & alios allegans Paſqualig *deciſ. 328.* vbi ta-
men rectè limitat, niſi attractio aquæ, vel alterius li-
quoris deditâ operâ per nares attraheretur, vt poſt-
ea per os tranſmitteret ad ſtomachum, nam tunc
cenſeretur moraliter, & ex intentione attrahentis
ſumi per modum potus, aut cibi. † Si autem res ali- 1719.
qua, etiam non nutritiua neque per ſe, neque per
accidens, neque medicinæ rationem habere potens,
vt papyrus, creta, ſeu terra, fruſtillum ligni, vel nu-
mus aureus deglutiatur, tunc cenſeri violatum ieiu-
nium naturale neceſſarium ad Euchariſtiæ ſumptio-
nem, ita vt non liceat communicare, tradunt Do-
ctores communiter, Fagundez *d. cap. 5. n. 5.* Scotia *d.
cap. 7. n. 1.* Layman *cap. 6. n. 18.* Villalobos, Bonacina,
Reginaldus, & alij, quos referunt, Fagundez, Sco-
tia, Layman *vbi ſupra*, & Paſqualig. *deciſ. 312.* & ita
citra omne dubium ſentit S. Thomas *3. p. q. 80. art. 8.
ad 4.* & ratio ea aſſeritur, quia ieiunium iſtud non ob
temperantiæ virtutem, ſed ob Sacramenti reueren-
tiam inſtitutum eſt, vt Corpus & Sanguis Chriſti
ante omnia in ſtomachum deueniat; quamuis con-
trarium teneant Ioannes Sancius *diſp. 42. n. 23.* Dia-
na *p. 2. tract. 14. reſol. 52. & p. 3. tract. 4. reſol. 38. & p. 5.
tract. 13. reſol. 1.* Paſqualigius *vbi ſuprà*, ſumma coro-
na, Ledeſma, & alij, quos Ioannes Sancius, Diana,
& Paſqualigius allegant, & conſentit Ioan. de Lugo
diſp. 15. de Sacram. Euch. ſect. 2. num. 30. dubitans ta-
men *num. 32.* de papyro eo, quòd videatur altera-
bile. Probant, quia ſolus cibus, aut potus ſumptus
violat ieiunium naturale, & impedit communio-
nem: prædicta autem inalterabilia, & non con-
uertibilia vllo modo in ſubſtantiam ſumentis non
poſſunt habere rationem cibi; & eſt id valde pro-
babile, & ita videtur colligi etiam ex Suarez *di-
cta diſputat. 68. ſect. 4. verſicul. Quæres rurſus.* Et ad

fundamentum communis opinionis reſpondetur reuerentia in eo conſiſtere, vt non ingrediatur aliquid per modum eibi, vel potus in ſtomachum ante ſumptionem Euchariſtiæ, quia cùm Euchariſtia ſit cibus, & potus ſpiritualis, debet in illa die vt dignior præcedere omnem alium cibum, & potum, quod videtur ſaluari, ſi non reperiar in ſtomacho aliquid, quod ex natura ſit eibus, & aptum nutrire, vel per calorem naturalem conuerti, & tranſmutari in ſumentis ſubſtantiam. Dicit tamen Ioannes Sancius, quòd ſi quis auellanam eum cortice voluntariè deglutiſſet, aut pineam nucem, non erit illi licitum communicare, cùm ſit materia comeſtibilis; ſed ſequendo hanc poſteriorem ſententiam, videtur dicendum fore illi licitum, quia eum cortice ſumpta non poſſunt habere rationem cibi, quando in ſtomacho à calore non poſſint alterari, ſed integra in excrementis emittantur propter corticis duritiem, ac proinde tunc videtur idem ac ſumere lapillum. Addit Paſqualigius *deciſ.* 514. non habere rationem eibi omne id, quod in ſtomacho per calorem naturalem aliquo modo eſt alterabile, ſed oportere, vt ſecundùm moralem exiſtimationem habeatur pro cibo; & ita ſumptionem voluntariam veneni, quod non ſortitur ſuum effectum niſi in ſtomacho alteretur, & alteratum tranſmittitur ad alias partes corporis, præcipuè ad cor, non impedire communionem, quia venenum non poteſt habere rationem cibi, eùm cibus ordinetur ad conſeruandum hominem, & venenum ad interimendum. Sed contrarium videntur tenere omnes alij Doctores in præcedentibus relati, aſſerentes tunc aliquid ſumi per modum eibi, vel potus, ſeu habere ex ſe rationem cibi, vel potus cùm tranſmiſſum ad ſtomachum poteſt vi caloris naturalis alterari. Et non defuerunt multi, qui venena potentiſſima ob ingentem ſtomachi calorem ita tranſmutarunt, vt nil damni paſſi ſint: eo enim ipſo, quòd aliquid vi caloris ſtomachi ita alterari poteſt, vt tranſmittatur ad alias corporis partes, videtur etiam ipſum conuerti aliquo modo in ſubſtantiam ſumentis, & ita habere ex natura ſua cibi rationem, licèt aptum ſit mortem inferre ob exceſſum primarum
1720. qualitatum. † Non defuerunt etiam aliqui, qui dixerunt minimam eibi, vel potus quantitatem ſumptam non impedire ſacram Communionem ſub mortali, ſed tantùm ſub veniali, quos Doctores tacitis nominibus allegat Suarez *d. diſp.* 68 *ſect.* 4. *concl.* 2. & alij, quos referunt Hurtadus *de Sacram. Euch. diſp.* 9. *diff.* 15. & Paſqualigius *deciſ.* 335. *fine*, vbi refert Ildephonſum Rodriquez allegatum à Granado 3. *p. de Sacram. contr.* 6. *tract.* 10. *diſp.* 8. *n.* 8. aſſerere aquam, quam putamen auellanæ capit, eſſe minimum. Quorum fundamentum, (relictis aliis longo diſcurſu à Paſqualigio adductis,) eſt quòd minima quantitas eſt leuis materia, ac proinde non videtur cur non poſſit ex hoc capite peccatum tantùm veniale committi in hac materia, ſicut in aliis, & hanc ſententiam putat probabilem Paſqualigius, licèt non audeat illam omnino approbare ſaltem quoad praxim. Verùm communiſſima ſententia Doctorum, & tenenda, eſt, omnem eibi, vel potus quantumuis minimi ſumptionem violare ieiunium naturale requiſitum ad ſacram Communionem, illamque impedire ſub mortali: ita poſt D. Thomam *in d. reſp. ad* 4. Paludanum, Soto, Durandum, & Summiſtas communiter *verb. Euchariſtia, vel verb. communicare.* Suarez *vbi ſuprà*, Henriquez *lib.* 8. *cap.* 49. §. 2. Nauarrus *in man. cap.* 21. *n.* 53. Toletus *lib.* 2. *cap.* 1. Scortia, Layman, Fagundez, Filliucius, Villalobos, Coninch, Hurtadus locis *ſuprà* allegatis. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 211. *cap.* 3. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 51. *n.* 1. *fine.* Diana *p.* 5. *tract.* 5. *reſolut* 12. (vbi addit priorem ſententiam eſſe improbabilem,) Ioannes de Lugo *de Euch. diſp.* 15. *ſect.* 2. *n.* 22. & plures alij recentiores, quos Ioannes Sancius, Diana *vbi ſuprà*, & Paſqualigius *d. deciſ.* 335. cumulant. & ita præceptum naturalis ieiunij ad dignè communicandum declarauit Eccleſiæ conſuetudo, & communis omnium fidelium conſenſus, vt non liceat modò aliam interpretationem facere, & ratio eſt, quia, vt *ſuprà* dictum eſt, ieiunium naturale excludens ſumptionem cuiuſcunque rei per modum cibi, vel potus, fuit ab Eccleſia inductum propter reuerentiam tanti Sacramenti, vt ſit prius cibus, & potus, qui ante omnem alium ſumatur, & tranſmittatur ad ſtomachum; quæ reuerentia deficeret, ſiue parum, ſiue multum cibi antea ſumptum eſſet, nam tunc iam S. Euchariſtia non foret primus cibus.

Si quis prima nocte mittat in os aliquid ſacchari paulatim atterẽdi, vel deglutiendi ad leniendam faucium raucedinem, & poſt mediam noctem illius aliquid in ore reperiatur, an liceat communicare.

AN verò is, qui vt leniat raucedinem, vel ad 1721.
alium finem veſperi incumbens ſaccharum, aut aliam ſimilem materiam aptam liqueſieri, ori imponit, vt eam paulatim liquefactam deglutiat, ſi duret ad tempus poſt mediam noctem, vel vſque manè diei ſequentis ſoluat ieiunium naturæ, & impeditus maneat ad ſumptionem Euchariſtiæ, negat Bartholomæus ab Angelo *in examine Confeſſ. dialogo* 4. §. 214. *litera A.* relatus ad id à Diana *p.* 2. *tract.* 14. *reſolut.* 51. & à Paſqualigio *deciſ.* 326. cuius fundamentum eſt, quòd illud tantùm ſoluit ieiunium naturæ ad communionem requiſitum, quod ſumitur ab extrinſeco poſt mediam noctem, vt tradit Tabiena *d.* §. 49. qui propterea à Diana, & Paſqualigio pro hac eadem ſententia allegatur, licèt id in terminis non dicat, ſed expreſsè tantùm id dicat de reliquiis cibi præcedentis diei poſt mediam noctem inter dentes remanentibus, vt *ſuprà n.* 1717. dictum eſt.
† Communis tamen ſententia affirmat violari ieiu- 1722.
nium, & impediri Euchariſtiæ ſumptionem. ita ex Doctoribus citatis *ſuprà n.* 1713. Suarez *d. ſect.* 4. *verſ. dices ergo.* Fagundez *d. cap.* 5. *n.* 16. Reginaldus *d. n.* 118. Coninch *d. n.* 48. Filliucius *d. n.* 236. Scortia *d. n.* 1. Diana, & Paſqualigius *locis allegatis*, & idem tradiderunt Paludanus 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 21. Vaſquez *d. diſp.* 211. *cap.* 3. *n.* 31. Bonacina *de Sacr. diſp.* 4. *q.* 6. *p.* 2. *num.* 7. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 42. *n.* 21. & plures alij recentiores à Sancio, Diana, & Paſqualigio relati; & ratio eſt, quia id, quod poſt mediam noctem remanſit in ore, & deglutitur, eſt verus eibus, ſeu tranſmittitur ad ſtomachum, per modum eibi, & non reliquiæ, aut ſaliuæ; nam cùm illud ſaccharum, ſeu alia ſimilis materia ori ante mediam noctem imponatur, vt paulatim deglutiatur, ex intentione ſumentis tam diu durat eiuſdem comeſtio, donec ipſe totam materiam deglutierit; & ſic eſt continua, & ſucceſſiua comeſtio, quæ abſoluitur poſt mediam noctem; ſicut ſi paulo ante horam 12. noctis, ſeu ante mediam noctem quis imponeret alios cibos ori, eóſque donec duodecima eſſet audita, ſeu media nox elapſa manderet, & tunc eos deglutiret, eſſet enim continuata comeſtio impediens omninò eo die communionem.

Quare

Quare diuerſa ratlo eſt de reliquiis cœnæ præcedenus diei poſt mediam noctis inter deutes hærenribua, oam ſecundùm communem homioum ſenſum, & intentionem ſumeotis, illa cometuo fuit omnino abſolura ante mediam noctem, & particulæ hætenies inter deotes cenſentur iam comeſtæ eſſe, & prorſus ad præcedétem comeſtionem ſpecta-
1723. te.† Et idem videtur dicendum, quaodo ſimilis materia veſperi dum itur cubitum, imponitur ori conſumeoda ante mediam noctem, ſeu ea intentione, vt ante mediam noctem coöſumatur, ad quem finem etiam imponitur in ea tantùm qoantitate, qoæ probabiliter videbatur ante mediam noctem conſumeoda, ſed ratiooe ſomni, vel alia de cauſa non conſumitur, ſed durat poſt mediam noctem, & ptoinde traiicitur in ſtomachum; hoc enim etiam caſu violari ieiunium naturæ, & impediri communionem tradunt Paludanus, Vaſquez *vbi ſuprà* & alij qoos allegat, & ſequitur Paſqualigius *decıſ.* 317. & colligitur ex aliis allegatis Doctoribus, & præſertim ex Conineh, & ex ratione iam adducta; nam etiam in hoc caſu videtur cootinuata comeſtio iochoata ante mediam noctem, quæ poſt mediam oooctem durat, & completur, oam licèt illa materia accipiatur ea iotentione, vt ante mediam noctem conſumatur; nihilomious accipitur paulatim deglutienda, ſeu vt paulatim deglutiatur, atque adeò tandiu durat manducatio, quamdiu durat eadem materia ori impoſita; niſi id, quod poſt mediam noctem remanet, dignoſcatur, ſeu probabiliter iudicetur eſſe aliquam reliquiam, quæ per accidens remanſerit intra os completa iam ante mediam noctem comeſtiooe, puta ſi ſit aliqoid modicum hærens inter labra, & dentes, & præſertim nou aptum liquefieri, & per ſe deglutiri niſi dentibus maſticatum, & agnitum ſtatim expuatur, mioiméque deglutiatur, vel tantùm per modum ſaliuæ, ſeu ſaliuæ immixtum tranſmiſ-
1724. ſum fuerit ad ſtomachum. † Sed quid ſi cùm quis cubitum it, ſomat ſaccharum, vel ſimilem materiam cauſa medicinæ in ea ſolùm quaotitate, quam indicet probabiliter conſumptam iri ante mediam noctem, puta quia quantitas eſt minima, & pluribus horis ante mediam noctem ori imponitur, vel quia experieoria illi conſtet tantam quantitatem tanto tempore ante mediam noctem ſumptam conſumi ante eandem mediam noctem, & poſtea ob aliquam cauſam inſufficientem ad iudicium probabile dubitet, ao poſt mediam noctem aliquid illius materiæ durauerit, & ad ſtomachum fuerit tranſmiſſum, an tunc impediatur ſumptio Euchariſtiæ? & iuxta ſenteotiam *ſuprà num.* 1704. poſitam affirmandum eſt; & in his terminis videtur expreſsè tenere Conineh *d. num.* 48. vbi ait, eos, qui ad lenieodam faucium raucedinem euntes cubitum, ſaccharum, vel ſimilem materiam ori imponunt paulatim deglutiendam, oon poſſe ſequenti die communicare, niſi certi ſint, ſe nihil ex ea materia poſt mediam noctem deglutiſſe, quia aliàs verè non eſſent ieiuni. Verùm in hoc caſu eſſe licitum communicate exiſtimo, iuxta dicta *ſuprà num.* 1709. & hoc videtur iudicare
1725. etiam Ioannes Sarcius *d. n.* 21. † Quòd ſi quis poſt mediam noctem reperiat ſe habere adhuc in ore, quod vel aliquid illius, quod veſperi incumbens ſumpſit paulatim liquefaciendum, & deglutiendum, & ſtarim illud expuat, an tunc liceat illi communicare, præſertim ſi putabit probabiliter conſumptum iri ante mediam noctem, Paſqualigius *d. decıſ.* 317. ait, quòd ſi illud non eſt aptum liqueſieri, & ſtatim expuatur, non impeditur ſumptio Euchariſtiæ, quia non erit ſolutum ieiuoium natorale: ſi verò aptum ſit liquefieri, tunc ſi probabile videatur, quòd poſt mediam noctem aliquid in ſtomachum deſcenderit, abſtinendum a communione; ſecus verò ſi probabile putetur nihil deſcendiſſe, quia cenſendus erit ieiunus: ſed quoties reperitur materia calore ſolius oris ſolubilis, & apta liquefieri, vix poteſt probabiliter exiſtimari, quòd nihil poſt mediam noctem in ſtomachum fuerit tranſmiſſum, ita videtur illicitum communicare, & ita prorſus tenent alij Doctores *ſuprà n.* 1722. relati. limitatem tamen niſi ſtatim poſt datum mediæ noctis ſignum talis materia adhuc in ore eſſe aduerteretur, & ſtatim expueretur; tunc enim poſſet probabiliter iudicari nihil poſt mediam noctem in ſtomachum deſcendiſſe, & ſic minimè fractum ieiuuium naturale: ſi verò id, quod materiæ prima nocte ſumptæ, poſt mediam noctem reperitur, ſit quid valde craſſum, durum, & ſolidum, quòd non poſſit liquefieri, nec per ſe deglutiri, niſi dentibus maſticetur, vel integrum deglutiatur; tunc ſi non multum poſt mediam noctem reperiatur in ore, & expuatur, credo non impediri communiooem, nec cenſeri debere fractum ieiunium naturale, qoia poteſt probabiliter iudicari materiam aptam liquefieri, fuiſſe aote mediam noctem liquefactam, & ad ſtomachum tranſmiſſam; idque, quod remanſit ſe habere tantùm ad modum reliquiæ; præſertim ſi prima nocte tota illa materia fuerit ſumpta ea intentione, vt tota ante mediam noctem conſumeretur: ſi autem diu poſt mediam noctem reperiatur in ore, tunc etiam, ſi prima nocte illa materia fuerit impoſita ori in ea quantitate, quam ſumens attenta experientia, & aliis circunſtantiis iudicabat probabiliter conſumendam fore ante mediam noctem, puto non cenſendum fore fractum ieiunium, nec impediri communionem, qoia probabiliter iudicari poteſt totam materiam aptam liquefieri, fuiſſe ante mediam noctem liquefactam, & ad ſtomachum deſcendiſſe. Sin verò materia prima nocte ori impoſita ſit, vt paolatim per totam noctem liquefacta deglutiretur; ac proinde in notabili quantitate, vel ſaltem ſine probabili iudicio, vt foret ante mediam noctem conſumenda, & liquefacta ad ſtomachum tranſmittenda, in tali caſu, ſi diu poſt mediam noctem reperiatur illa materia mioimè apta liqoefieri, etiamſi ſtatim expuatur, non videtur poſſe fieri iudicium probabile, quòd nil poſt mediam noctem deſceoderit ad ſtomachum, ſed potiùs oppoſitum perſuadendum, & ita cenſendum fuiſſe fractum ieiunium naturæ, & commuoionem impediri.

Vbi in vrbe, vel oppido, ſunt plura horolegia, nec omnia ſimul pulſant horam, ſeu dant ſignum mediæ noctis, an quis poſſit ſequi quod maluerit.

CÆterùm cùm à mediæ noctis elapſu ſtatim deſinat præcedens dies, & ſubſequens incipiat, & ita deſinat obligatio præcepti diei antecedeotis, & inſurgat obligatio præcepti diei ſubſequentis, vel ieiunij Eccleſiaſtici, vel abſtinendi à carnibus, vel neceſſitas ieiunij naturalis pro volente eo die communicare, dubitatur an ſi ſignum mediæ noctis datum fuerit per diuerſa horologia, quæ non eodem tempore, ſed aliqua priùs, aliqua poſtea dederint ſignum eiuſdem mediæ noctis, v. g. ſonnerint horam duodecimam more Hiſpanico, vel Gallico, vel horam ſextam in æquinoctio more Italo, liceat quoad eſcam, vel abſtinentiam à carnibus, vel quoad ieiunium Eccleſiaſticum, vel naturale pro commu-

nione facienda, ſequi quod libuerit ex dictis horologiis, ita vt ſi vnius, vel aliquorum ſonuerit hora duodecima, alterius verò, vel aliorum non, poſſit qui tunc poſt ſonum vnius, vel aliquorum, & ante ſonum alterius ſoluit ieiunium naturale bibendo,
1726. vel comedendo, die ſequenti communicare, ſi non conſtet poſterius ſonans errare.

Et communis Doctorum ſententia affirmat. ita Sanchez *lib.2. de matrim. diſp.*41. *num.*40. Fagundez *4.præcepto Eccleſiæ lib.*1.*cap.*10.*n.*5. Bonacina loco *ſuprà n.*1704. relato. Villalobos *p.*1 *tract.*1. *diff.*21.*n.*7. Ioannes Sancius *d. diſp.*42.*n.*18. Palaus *tom.*1.*tract.*1. *diſp.*3.*puncto* 8.*n.*9 *fine.* Diana *p.*3.*tract.*4.*reſolut.*36.*&* *p.*4.*tract.*3. *reſolut.*19. Martinus Bteſſerus *de conſcientia lib.*4.*cap.*15. *num.*106. Trullench *in Decalog.lib.*5. *cap.*2. *dub.*4. *num.*8. Paſqualigius *deciſ.*339. Ioannes Lugo *de Sacram Euchar.d.diſp.*15.*ſect.*2.*n.*45. & priùs docuerunt Medina, & Vega, quos Sanchez *loco cit.* refert. Probant communiter iidem Doctores, quia tunc ſonus diuerſorum horologiorum gerit vicem diuerſarum rationum, & opinionum probabilium, ſeu tunc proinde eſt, ac ſi eſſent diuerſæ rationes, & opiniones probabiles; quamlibet autem ex rationibus, ſeu opinionibus probabilibus licet ſequi, & amplecti, vbi agitur de ſola turpitudine, vel honeſtate actionis, vt latè *ſuprà hoc titulo* oſtenſum eſt. Et licèt hæc ratio non placeat Paſqualigio dicenti ſignum horologij facere probabilitatem ſolùm ex parte facti, & opinionem probabilem ſe tenere ex parte iuris; & ex parte facti non poſſe nos ſequi, quamcunque probabilitatem, ſed teneri ſequi id, quod probabilius eſt. Quare ipſe probat, quia vnum horologium non dat maiorem certitudinem de tempore, quàm aliud, nec plura quàm vnum, ſi non conſtet de errore, cùm tempus indicent dependenter ab eo, qui regulat, & poſſit contingere, vt ille, qui regulat, vnum quod ſeorſim ab aliis ſonat, habeat temporis cognitionem magis exactam. Nihilominus immeritò diſplicet, & ipſa eiuſdem Paſqualigij ratio ab ea non differt; nam in tantum poſſumus ſequi hoc, vel illud horologium, quatenus facit (vbi de errore non conſtat,) ſeu præſtat argumentum, ſeu iudicium probabile temporis mediæ noctis, ex argumento autem, ſeu ratione probabili intellectus rectè efformat iudicium opinatiuum probabile, & ſic diuerſas opiniones probabiles iuxta diuerſa horologia; ad formandum enim iudicium probabile, & ſic opinionem probabilem nil refert, quòd intellectus moueatur ex argumento, ſeu motiuo ſumpto es iure, vel ex facto, dummodo rationabiliter moueatur. Quoties autem adeſt iudicium probabile, illud ſequi poſſumus in praxi, relicto probabiliori, vbi agitur de ſola honeſtate, vel turpitudine operationis.

1727. Contra hanc communem ſententiam, volentes quoad communionem faciendam non eſſe licitum ſequi opinionem probabilem cum formidine, quòd nondum ſit elapſa media nox, cùm quis cibum, vel potum ſumit, neque horologium poſterius ſonans, ſed primò pulſans ſignum mediæ noctis ſequendum, ſentiunt Rodriquez 1.*p.*5.c.105.*n.*6. Salas t.2.*tract* 8. *diſp.vnic.n.*164. & Merola *tom.*1.*diſp.*3.c.3.*corollario* 11. *n.*139. declarat tamen Salas id procedere, quando ei, qui cibum ſumpſit, ſequens opinionem probabilem, quòd nondum media nox fuerit elapſa, vel ſumpſit poſt pulſum primi horologij, ante pulſum alterius non eſt valde neceſſarium communicare eodem die, ſed in alium differri poſſit. Probat Salas, quia tunc peccatum eſſet ſine cauſa ſufficienti exponere ſe periculo cõmunicandi poſt prandium eadem die ſumptum. Merolla verò confirmat, quia in pari cauſa melior eſt conditio præcepti poſſidentis, & opiniones probabiles ſunt tantùm ſpeculatiuæ; & ideo homo tunc ſe gerere debet, ac quando factum eſt dubium. Quæ tamen rationes ſunt nullius momenti. Nam qui ſequitur opinionem probabilem, non ſe exponit morali periculo peccandi, vt ſæpiùs *ſuprà hoc titulo* dictum eſt; nec vbi ſunt hìc inde opiniones probabiles; & agitur ſolùm de honeſtate operationis, tenemur ſequi eam, quæ præcepto fauet, poſſumus dici tunc verſari in dubio propriè. Dixi *quoad communiorem*, &c. nam quoad præceptum Eccleſiæ de ieiunio, vel abſtinentia à carnibus, ait *ibidem* Salas illud non obligare cum tanto rigore; ac proinde cuilibet horologio hominem accommodare ſe poſſe, ac die ieiunij ſtatim atque aliquod horologium horam duodecimam noctis ſonuerit, licitum eſſe comedere carnes.

An verò quis teneatur ſequi vnum horologium, 1728.
ſi antecedenter illud aſſumpſerit ad ieiunium ordinandum, reſpondet Fagundez, & poſt eum Diana *d. reſolut.* 36. quod neque etiam in hoc caſu, ſi alia aliquantulum antecedenter, aliquantulum verò poſt illud ſubſequenter ſonuerint, illius horas ſequi tenetur; militat enim eadem ratio non obſtante tali deſtinatione, ſeu voluntaria aſſumptione.

An etiam poſſimus in eadem nocte ſequi modò 1729.
vnum, modò aliud horologium, ita vt ſi ſit dies ieiunij ad ſonum primi horologij poſſint comedere carnes, quia ſequenti die non ſit ieiunij præceptum; deinde poſtquam comedi carnes, ſonat alterum horologium, poſſim relinquere primum, & ſequi hoc poſterius, & tunc incipere ieiunium naturale pro ſumenda Euchariſtia. Circa hanc difficultatem copioſè diſcurrunt Ioannes Lugo *de Sacr. Euch. d. diſp.*15. *num.*46.*& ſeqq.* & Paſqualigius *d.deciſ.*339. Ego exiſtimo, quòd quoties qui a dato ſono mediæ noctis exercuerint operationem, quæ tantùm ſequenti die licitè exerceri poterat, non poſſit ampliùs variare, & ab eo horologio diſcedere; & ita ſi comedit carnes, quarum eſus ante mediam noctem erat interdictus, tunc iam inchoata dies illa cenſetur reſpectu illius, & ita dicendum eum non poſſe poſtea ſacram Euchariſtiam ſumere, licèt aliquantulum poſtea alterius, vel aliquorum aliorum horologiorum ſonuerit pulſus mediæ noctis; nec etiam opus ſeruile, (ſi illud ante mediam noctem erat licitum, & poſt mediam illam noctem illicitum,) exercere intra illud tempus decurrens à pulſu primi horologij ad pulſum aliorum; facta enim tali electione diei ſequentis per exercitium operis in præcedenti die prohibiti, iam illam habuit ratam, & ita non videtur vllo modo poſſe ab ea reſilire, ſicut debitor alternatiuus, ſeu in cuius arbitrio eſt eligere quam maluerit partem creditori, declarans quam partem eligat; non poteſt poſtea reſilire per regulam iuris in 6. *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.* vt notaui *in tract. de triplici Iubilei priuilegio ſect.*2. *caſu* 11. *num.*5. & per talem electionem in actu exercito factam, verè dies inchoata, & in poſſeſſione conſtituta eſt. Nec aliam eſſe Eccleſiæ intentionem quis ſibi perſuadere poteſt præter alia inconuenientia, quæ ex oppoſito inferri poſſunt. Quare etiamſi dies antecedens eſt feſtus, in quo liceat eſus carnium, & dies ſequens ſit feriatus, in quo ſit ieiunandum, ſi quis poſt pulſum primi horologij carnes comederit, non poterit exercere opus ſeruile donec aliud horologium dederit ſignum mediæ noctis; quia per illam comeſtionem dies antecedens eſt extenſa vſque ad illud tempus, & ita tenet etiam Lugo *d ſect.*2.

An

An ſtatim ac auditur primus pulſus horæ duodecimæ, ſeu deſignantis mediam noctem, tunc ſit expleta media nox, & ſi quis poſt illum pulſum ante vltimum bibit, vel cibum ſumit, non poßit die ſequenti communicare.

1730. QVòd ſi in vna vrbe, vel oppido, aut pago vnum tantùm ſit horologium, vel ſi plura, quis velit ſequi horologium poſt alia ſonans, Doctores omnes relati *ſuprà num.* 1726. præter Paſqualigium aiunt attendendum primum pulſum, ſeu mediam noctem cenſeri completam ſtatim ac auditur primus pulſus horæ duodecimæ, ſeu deſignantis mediam noctem, ita quòd, ſi quis biberet audito primo pulſu duodecimæ vnici, vel vltimo ſonantis horologij, & ſi deſineret ante vltimum ictum, non poſſet ſequenti die communicare, quod idem aſſerunt Salas *d. num.* 264. & Garzias *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *numer.* 524. quod probant, quia cùm primus pulſus horæ dnodecimæ, ſeu deſignantis mediam noctem ſonat, iam eſt hora completa, & horologium tantùm eſt teſtis indicans. & licèt ſint diuerſi pulſus, id euenit, quia nequit vno pulſu hora duodecima, ſeu mediam noctem deſignans iudicari, ſicut indicatur hora prima diei ſequentis, vno pulſu. Ex quo Ioannes Sancius *d. diſp.* 42. *n.* 20. ait, inferri, quòd qui buccellam babet maſticans, & audit primum pulſum horæ duodecimæ noctis, teneatur incontinenti de ore eiicere buccellam, ſi die ſequenti velit communicare, id confirmans doctrina tradita *ſuprà n.* 1617. quòd reliquiæ diei antecedentis non poſſint deglutiri data opera, iuxta Doctores *ibidem* allegatos, poſtquam verò buccellam eiecerit, ſubdit idem Sancius, non teneri eſſe nimis anxium ad abluendum os. Si tamen maſticat (addit idem Sancius,) buccellam de materia carnis, & dies ſequens ſit ieiunij, non tenetur eiicere etiam ſub veniali, eo quòd cum tanto rigore illud præceptum poſitiuum non obliget ſemoto contemptu; eſſet tamen (inquit) peccatum veniale, ſi data opera buccellam carnis de nouo aſſumeret; quia licèt peccatum mortale deſcendere poſſit ad materiam tam modicam quòd fiat veniale, veniale tamen deſcendere non poteſt, vt non fiat veniale. ita *ibidem* Io. Sancius.

1731. † Imò Ioan. Lugo *d. diſp.* 15. *de Euch. ſect.* 2. *n.* 37. addit frangere ieiunium illum, qui poſt primum pulſum vltimi quadrantis horæ, (vbi ante pulſus deſignantes horas, ſonant etiam pulſus deſignantes quadrantes horæ,) mediæ noctis comederet, aut biberet, quia, inquit, cùm incipit pulſari primus pulſus quadrantis, iam eſt completa hora duodecima, & incipit alia hora alterius diei; ſed hoc videtur nimium rigorem mathematicum continere, quin etiam, mathematicè loquendo, pulſus etiam quadrantis vltimi non indicant horæ complementum, niſi ſaltem vſque ad primum pulſum horæ, ſed potiùs ſunt illius præludium, cuius rei ſignum eſt, quòd pulſibus horæ præmittuntur, & non niſi poſt omnes pulſus illius quadrantis vltimi incipiunt pulſus horæ; quare dicendum non violari ieiunium ſaltem vſque ad primum pulſum horæ, & ita tenent etiam Trullench loco *ſuprà n.* 1726. allegato, & Paſqualigius *deciſ.* 338. & quòd vbi ante pulſus horæ ſolet præmitti præludium horæ, hoc non inchoet, ſed tantùm horæ ſequenti præludat, docet etiam Breſſerus *vbi ſuprà*.

1732. Quin etiam exiſtimo horam duodecimam noctis non cenſeri completam vſque ad vltimum ſonum, ſeu pulſum, atque adeò interim bibentem, vel comedentem non teneri expuere buccellam, neque violare ieiunium vel naturale, vel Eccleſiaſticum ſequentis diei, quia tam diu videtur, moraliter loquendo, hora durare, quamdiu illius pulſus audiuntur; res enim hæc de complemento horæ duodecimæ, ſeu mediæ noctis videtur moraliter, & non mathematicè intelligenda, ac definienda: nec credendum eſt Eccleſiam piorum matrem velle cum tanto rigore obligare, & ob tam breue tempus priuare fideles ſacra Communione, & vt debeant buccellam panis, vel alterius rei ori ad comedendum ante primum horæ pulſum impoſitam expuere ſtatim ac primum horæ pulſum audierint; & ſi cum tanto rigore non obligat Eccleſia quoad præceptum abſtinendi à carnibus, neque cenſendum eſt cum tanto rigore obligare quoad ieiunium naturale ad communionem faciendam inductum, cùm non appareat maior ratio vnius, quàm alterius præcepti, & ſemper Eccleſia ſit pia mater. & ita expreſsè, licèt longè prolixiori diſcurſu, Paſqualigius *d. deciſ.* 338. & probabile dicit Breſſerus *d. num.* 107. & ita omnino ſentire videtur Gordonus *lib.* 3. *quæſt.* 3. *n.* 10. *verſic. at verò*, cùm dicat rem hanc de veritate mediæ noctis definiendam eſſe moraliter. Ad hanc autem moralitatem explicandam plures congerit Paſqualigius *d. deciſ.* 338. vbi etiam aſſerit dari poſſe paruitatem materiæ reſpectu temporis excuſans à mortali; ita vt etiam ſi quis poſt exiguum tempus poſt mediam noctem etiam indicatam per omnia horologia, quæ dederint omnes pulſus horæ duodecimæ, ſeu deſignantes mediam noctem eſſe completam, comedat, iſta comeſtio non ſoluat ieiunium naturale illius diei ſequentis, nec fundet grauem diſſonantiam ad rectam rationem, & præceptum, nec tollatur ſubſtantia rei præceptæ, ſed ad ſummum ſecundùm quid. Quæ tamen quoad ieiunium naturale pro communione facienda videntur contra communem praxim Eccleſiæ, & vſum fidelium, qui ſemper putarunt violari ieiunium naturale, & impediri ſumptionem Euchariſtiæ, ſi poſt deſignatam mediam noctem per omnia horologia non errantia datis omnibus pulſibus vltimæ horæ diei antecedentis cibus, vel potus de nouo ſumatur; & ſicut non datur paruitas materiæ, quoad cibum, vel potum (vt *ſuprà* oſtenſum eſt,) ita iuxta conſuetudinem Eccleſiæ, & fidelium vſum non datur paruitas materiæ, quoad tempus, (licèt in ceteris, de quibus Paſqualigius, detur iuxta eiuſdem Eccleſiæ conſuetudinem, & communem Doctorum ſententiam,) & ſi poſt vltimum pulſum omnium horologiorum, quæ aſſumuntur ad iudicandam mediam noctem, liceret comedere, & bibere poſt exiguum tempus ſequens, non haberemus certam regulam mediæ noctis, & ſeruandi ieiunium naturale pro communione, cùm diuerſimodè à diuerſis poſſet tempus exiguum intelligi. Suppoſito igitur quòd, moraliter loquendo, & iuxta communiorem exiſtimationem, & loci conſuetudinem media nox cenſeatur completa, vltrà non poterit de nouo ſumi cibus, vel potus abſque ieiunij naturalis ſequentis diei violatione; & moralitas illa, iuxta quam attendendum eſt mediæ noctis complementum, in eo conſiſtere videtur, vt excludatur punctum, & indiuiſibile mathematicum, ſed admittatur aliqua parua latitudo, & extenſio, ſaltem iuxta extenſionem pulſuum indicantium vltimam horam diei antecedentis, & vt non teneatur quis buccellam panis, vel alterius cibi præſumptam exponere ſtatim ac percipitur ſignum mediam noctem indicans.

Aduer

Digitized by Google

1733. Aduertendum verò, quòd cùm media nox tunc ſit, & completus antecedens dies, quando ſol incipit aſcendere ad noſtrum hemiſphærium; ſiquis noctu ex aſpectu ſtellarum, vel aliunde ſciret agnoſcere eãdem mediam noctem, & tempus paruum illud, in quo ſol noſtro hemiſphærio accedere incipit, licèt ante illud tempus ſonuiſſent omnia horologia loci, poſſet abſque fractione ieiunij naturalis ſequentis diei comedere, & bibere vſque ad illud tempus, in quo nouit Solis aſcenſum incepiſſe; nam Eccleſia obligat nos, vt nos conformemus horologiis ſolùm in ſupplementum, ſcilicet, quia ordinariè, & communiter aliter mediæ noctis cognitio non poteſt haberi.

SVMMARIVM

1734 *Clericus beneficiarius in dubio an beneficium ſit tenue, an teneatur recitare diuinum Officium, &* 1735.

1736 *Clericus habens beneficium, cuius fructus ad vitam eius ſuſtentandam non ſufficiunt, an teneatur ad horas canonicas recitandas.*

1737 *Dubitans an proximus ſit in extrema, vel graui neceſſitate, an teneatur illi eleemoſynam erogare. & quid ſi pro vtraque parte ſint rationes probabiles, ibid.*

1738 *In dubio an neceſſitas parentum ſit tanta, vt obliget filium ad ſibi ſubueniendum, an filius poſſit licitè ingredi religionem.*

1739 *Filius voto ingrediendi religionem ligatus in dubio extrema, vel grauis neceſſitatis parentum an poſſit, & teneatur ingredi religionem.*

Quid ſi vtrimque ſint probabiles rationes, ibid.

1740 *In dubio an profeſſio fuerit ex metu graui incuſſo, emiſſa, iudicanda eſt valida, & in quocunque dubio valoris eiuſdem profeſſionis iudicandum pro valore.*

§. XLVII.

Quid ſentiendum de obligatione recitandi horas canonicas, vel ſuccurrendi proximo in dubio tenuitatis beneficij, & extremæ neceßitatis; & an in dubio extremæ, vel grauis neceßitatis parentum, quis poßit religionem ingredi; & ſi dubitetur an profeßio fuerit iuſto metu emiſſa, an valeat, & obliget.

Difficultas ſeptima de obligatione recitandi diuinum Officium in dubio tenuitatis beneficij, & ſuccurrendi proximo in dubio an extremè egeat, & abſtinendi ab ingreſſu in religionem in dubio extremæ, vel grauis neceſſitatis parentum; & de obligatione profeſſionis in dubio, an fuerit ex iuſto metu emiſſa.

1734. Et quando quis habet beneficium tenue, & dubitat, an ob tenuitatem ſit obligatus recitare diuinum Officium, Salas 1.2. *tract.*8. *diſp. vnica n.*154. *fine*, affirmat in tali caſu non adeſſe obligationem recitandi diuinum Officium; & idem dixerunt alij, quos ipſe *ibidem*, & Vaſquez 1.2. *diſp.*65. *c.*2. *n.*7. tacitis nominibus referunt. Hanc eandem ſententiam probabilem dicit Diana *p.*4. *tract.*3. *reſol.*24. & abſolutè tenet *reſolut.*66. *eiuſdem tract.* vbi refert ita docere Petrum Cornejo *in* 1.2. *tract.*8. *q.*19. *diſp.*4. *dub.*2. Probat Salas, quia eſt dubium iuris, ſicut cùm dubitatur an lex ſit lata, vel cenſura in iure impoſita; quo caſu poſſeſſio ſtat pro libertate, & ita nemo obligatur. Confirmat ſuo principio innixus, ſcilicet, quòd recitare horas canonicas eſt magnum onus, & moleſtum, quod in caſu dubij, & ſine certitudine obligationis ſubiri non debet. † Contrarium, & ſic du- 1735.
bitantem ratione dubij non eximi ab obligatione, ſed teneri Officium diuinum recitare, aſſerunt Vaſquez *d. diſp.*65. *cap.*3. *num.*11. & Caſtrus Palaus *tom.*1. *tract.*1. *diſp.* 3 *allegato puncto* 8. *num.*11. probantes ex eo, quòd certum eſt huiuſmodi dubitantem habere, & poſſidere beneficium, atque ita etiam certum eſt eſt habere obligationem recitandi Officij beneficio annexam. Et dubium ſolùm eſt, an ab hac communi obligatione Officij beneficio annexa excuſetur ipſe ob fructuum paruitatem, quando autem obligatio eſt certa, & excuſatio dubia, nemo ab obligatione eximitur, vt *ſuprà hoc titulo à num.*1384 *ad* 1392. Confirmatur, quia in foro externo quis foret condemnandus, vbi dubia eſſet excuſatio, quia pro Eccleſia eſt certa lex, à cuius obligatione, vt quis excuſari poſſit, debet excuſationem probare, vt conſtat ex traditis *ſuprà hoc tit. num.*1217. & ex Doctoribus *ibidem* relatis, ſcilicet, Gloſſam, Tiraquellum, Couarruuiam, Gonzalez, & Sanchez, quatenus locis *ibidem* allegatis docent habentem pro ſe legem, habere ſuam intentionem fundatam, atque exceptionem, ſeu excuſationem allegantem teneri illam probare, alioqui pro lege, ſeu iuxta legem iudicandum. & hæc ſententia mihi videtur probabilior, ſuppoſita etiam illa ſententia, quòd beneficiarius ob tenuitatem fructuum beneficij nõ teneatur recitare diuinum Officium, vel teneatur tantùm ad partem Officij, vel ſolùm aliquoties in hebdomada. Siquis autem vellet ſequi priorem ſententiam, ad rationem, & confirmationem poſterioris, ſuppoſita illa ſententia aliquorum, quod ob tenuitatem beneficij quis non obligetur ad horas canonicas, reſponderi poteſt, licèt certum ſit dubitantem habere beneficium, non tamen certum eſt habere obligationem Officij diuini, quæ ſuppoſita illa ſententia non eſt certò annexa cuicunque beneficio, ſed tantùm reddenti ſufficientes redditus; quare cùm dubitatur de tenuitate beneficij, ſeu redditũum, dubitatur etiam de obligatione Officij; in quo dubio iuris, ſicut in aliis dubiis debet eſſe potior conditio libertatis poſſidentis. † An verò Cleri- 1736.
cus habens tenue beneficium, ita vt redditus ad vitam eius ſuſtentandam non ſufficiant, teneatur recitare diuinum Officium, necne, non eſt huius loci examinare. Controuerſiam pertractant Sotus *lib.*10 *de iuſtitia q.*5. *art.*3. Aragon 2.2. *q.*38. *art.*12. Nauarrus *de oratione cap.* 27. Garzias *de benefic. p.*3. *cap.* 1. *num.*38. *& ſeqq.* Squillantes *de obligat. cler. p.*1. *dub.* 1. Villalobos *p.* 1. *ſum. tract.*24. *diff.*8. *num.*3. *& ſeqq.* Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 31. Bonacina *de horis canon. diſp.*1 *q.*2. *p.*3. *num.* 17. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reipub. diſp.*10. *n.*175. & innumeri alij, quos iidem Doctores allegant, præſertim Garzias *n.*40. vbi ex communi contra Sotum, Aragon, & alios aſſerit beneficium quantumuis tenue, & paucos fructus reddens, (dummodo aliquos fructus habeat,) obligare ad horas canonicas, eo quòd ob quodlibet beneficium, quantumuis ſimplex, & tenue, deputatur quis ad laudandum, & rogandum Deum, eíque inſeruiendum pro populo, & Eccleſia ab ea recipiens aliquem prouentum, licèt ſibi ſuſtentando imparem, & ſibi imputare debet (inquit,) qui tale beneficium acceptauit: addit nullum canonem illum excuſare; & ad id facere Bullam Pij V. de obligatione beneficiatorum recitandi Officium, ibi, *& qualiacunque alia beneficia.*

Quoad

1737. Quoad dubitantem an proximos extremè egeat, rectè aiunt Ioannes Sancius *diſp.* 43. *n.* 20. & Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 24. ſi poſt factam diligenriam ad indagandam veritatem, (quam in hoc caſu dubij tenetur ex præcepto charitatis adhibere, ſicut in quocunque dubio, an aliquid agere, vel omittere ſit peccatum, ſimilis diligentia ad vincendum dubium adhiberi debet, antequam quis operetur, vel operationem omittat, vt ſæpiùs in præcedentibus dictum eſt,) ſibi non conſtet neceſſitatem eſſe extremam, vel ſaltem grauem, non tenebitur eleemoſynam erogare, quia tunc libertas non dandi eleemoſynam poſſidet, & non præceptum charitatis dandi illam.

1738. Hinc quoque ſi moralì diligentia adhibita ad veritatem dignoſcendam, omnibuſque perſpectis dubium ſit, an tanta ſit parentum neceſſitas, vt obliget filium ad illis ſuccurrendum, abſtinendo à religionis ingreſſu, non erit filius obligatus omittere religionis ingreſſum ex præcepto charitatis erga parentes, ſed licitè poterit ingredi, quia etiam in hoc dubio libertas poſſidet, non præceptum charitatis, & idem eſt ac dubitare an in hoc caſu ſit præceptum charitatis: quoties autem dubium eſt, an ſit in aliquo caſu præceptum, præceptum non obligat, vt latè ſuprà oſtenſum eſt, & in his terminis docet Sanchez *lib.* 4. *ſum. c.* 20. *n.* 6. & approbant Bartholomæus de Vecchiis *in praxi nouitiorum diſp.* 2. *dub.* 8. *n.* 8. & Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 57. & idem dicunt, ſi vtrimque ſint rationes ita probabiles, vt meritò, & prudenter vtraque pars iudicari poſſit probabilis, quia tunc filius poterit, quam maluerit partem amplecti, vt in aliis ſimilibus rebus opinabilibus.

1739. Addit Sanch. *n.* 9. idem dicendum ſi filius vouit ingredi religionem, & ante, vel poſt votum exiſtat dubium, an tanta ſit parentum neceſſitas, vt filius teneatur non ingredi, obligationem voti præualere, & eſſe adimpiendum, quia in hoc caſu dubij ei licitus eſt ingreſſus, & voti obligatio eſt certa, excuſatio autem dubia. Quòd ſi vtrimque ſint rationes ſufficientes, vtramque partem probabilem reddentes, quòd ſcilicet, neceſſitas ſit tanta, vel non ſit, tunc filius poterit eligere eam partem, quam maluerit, iuxta eundem Sanchez *ibidem*.

1740. Denum quoad obligationem, ſeu valorem profeſſionis in dubio, an ex iuſto metu incuſſo fuerit emiſſa, *in tr. de contract. matr. c.* 12. *n.* 108. dixi iudicandam eſſe validam; & ſemper in dubio profeſſionem præſumi debere validam, ſiue dubium fuerit de ipſo metu, ſcilicet, an leuis, vel grauis, & ſufficiens ad illius irritationem, ſiue de animo ſe obligandi ratione metus, dummodo non conſtet ex metu iuſto, & graui incuſſo fuiſſe emiſſam: cùm enim conſtet de profeſſione, poſſeſſio ſtat pro ipſa profeſſione, à cuius obligatione quis nõn debet eximi ob excuſationem dubiam, iuxta ſæpiùs repetita in præcedentibus, & tradunt Doctores à me *d. num.* 108. allegati, quibus addo Suarez *de relig. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 6. Leſſium *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 76. Sanctarellum *var. reſolut. tom.* 1. *q.* 48. *num* 48. & Bartholomæum de Vecchiis *in praxi nouit. diſp.* 13. *dub.* 12. *n.* 22.

SVMMARIVM.

1741 *Cùm quis poſt diligentem ſui diſcuſſionem dubitat an commiſerit peccatum mortale, ſiue dubium de facto, v. g. an conſenſerit moroſæ delectationi; ſiue de iure, v. g. an furtum, quod fecit, fuerit veniale, an mortale, an teneatur illud confiteri. Affirmatiua, vſque ad* 1745. & 1757.

1742 *Negatiua, ad* 1756.

1743 *In dubio de peccato mortali commiſſo an extra Sacramentum de illo ſit habenda contritio, ex vi præcepti pœnitentiæ, & ſatisfaciendi diuinæ iuſtitiæ,* & 1752.

1745 *Lex confitendi peccata mortalia an ſit fauorabilis, & extendenda,* & 1753.

Iuxta ſententiam negatiuam dubius de peccato mortali ſi in articulo mortis ſit conſtitutus, & incertus ſit de contritione, tenetur illud confiteri, vel alia tum confeſſa ſiue mortalia, ſiue venialia, vt Sacramentum Pœnitentiæ recipere poſſit, & quid ſi poſſit aliquod aliud Sacramentum recipere, an tunc teneatur ad confeſſionem ſacramentalem, n. 1756.

Dubius de peccato mortali tenetur illud confiteri ante ſumptionem Euchariſtiæ, etſi inſtet tempus ſatisfaciendi præcepto annuæ confeſſionis, n. 1758.

1755 *Certus de peccato mortali, & dubius de confeſſione, tenetur illud confiteri etiamſi dubium eſſet æquale, vel etiam veriſimilius quòd fuerit facta confeſſio,* & 1759.

Scrupuloſi ab hac lege excipiuntur, qui non debent confiteri niſi ea peccata mortalia, quæ certò ſciunt ſe commiſiſſe, vel nunquam fuiſſe confeſſa, vel id iurare poſſint, ibid.

Regula ad dignoſcendum quem non teneri confiteri peccata anteacta vitæ, ibid.

1761 *Sententia aſſerens in dubio de peccato mortali, vel an quis illud fuerit confeſſus, intelligitur quando dubitans pro vtraque parte habet probabiles rationes, licèt inſufficientes ad generandum aſſenſum, vel diſſenſum, non verò quando merè negatiuè dubitat, nullam habens rationem, vel non niſi leuem, & probabilem.*

Eadem ſententia non habet locum in ſcrupuloſis, ibid.

1763 *Qui dubitat, an peccatum mortale commiſerit, vel an fuerit id, quod fecit, veniale, aut mortale, debet confiteri illud vt dubium, non vt certum.*

1764 *Dubius verò tantùm de confeſſione, vel an illa fuerit irrita, abſolutè loquendo non tenetur explicare tale dubium, dum peccatum confitetur.*

1765 *Pœnitens non tenetur in confeſſione dicere illud peccatum mortale quod confitetur ſe commiſiſſe ante, vel poſt vltimam confeſſionem, niſi aliqua peculiaris circumſtantia id poſtulet n.* 1465.

1766 *In confeſſione peccati dubij ſunt exprimendæ circumſtantiæ illius mutantes ſpeciem.*

1767 *Si dubitans non recordetur alicuius ſpeciei, tenetur confiteri in genere, ſe dubitare an aliquod mortale commiſerit.*

1768 *Materiæ dubiæ in confeſſione adiungenda eſt materia certa venialis, vel mortalis alias confeſſa, ſi fieri poteſt.*

1769 *Poſt factam confeſſionem peccati dubij, vt dubij, ſi quis poſtea recordetur, vel habeat probabile iudicium illud fuiſſe mortale, an teneatur confiteri illud denuò vt certum, vel explicare ſpeciem, quam priùs ignorabat, Sententia affirmatiua.*

1770 *Negatiua, ad* 1773.

Iudicium auctoris, n. 1774.

1771 *Qui bona fide confeſſus eſt numerum mortalium non determinatum, ſed veriſimilem, dicendo, plus minúſve ſe illud commiſiſſe. ſi poſtea recordetur exceſſum modicum illius numeri, non tenetur talem exceſſum confiteri*

1772 *Qui in dubio cenſuræ, vel irregularitatis, vel voti obtinuit ad cautelam abſolutionem à cenſura, vel diſpenſationem ab irregularitate, vel à voto, ſi poſt-*

ea

Digitized by Google

ea detegat veritatem cenſura, &c. non tenetur iterum obtinere aliam abſolutionem, vel diſpenſationem.

1773 *Qui bona fide in confeſſione omiſit circunſtantias peccati notabiliter aggrauantes, non tenetur poſtea illas confiteri.*

1774 *Pœnitens, qui integrè confeſſus eſt peccatum certum, de quo dubitabat, an eſſet veniale, vel mortale, ſi poſteà vouit eſſe mortale, non tenetur illud iterum confiteri.*

1776 *Item ſi confeſſus eſt peccatum aliquod mortale vt certum, non tenetur poſtea illud confiteri vt dubium, nec qui bona fide confeſſus eſt ſe decies commiſiſſe fornicationem, ſi poſtea illi conſtet tantùm ſexies perpetraſſe, tenetur iterum ſe accuſare de ſex vicibus.*

1777 *Qui habet probabile iudicium de vna parte, & de altera ſolùm dubitationem, vel ſuſpicionem, ſeu timorem, aut credulitatem, poteſt, & debet ſequi illud iudicium, & ſic ſi iudicat ſe peccaſſe, vel non fuiſſe confeſſum, tenetur peccatum confiteri, & è contra, &c.*

1778 *Qui probabiliter opinatur, ſeu iudicat ſe peccatum mortale commiſiſſe, vel illud non fuiſſe confeſſum, & ſimiliter probabiliter iudicat contrarium, an teneatur illud confiteri, Affirmatiua.*

1779 *Negatiua communis, & probabilior.*

1780 *Hæc negatiua procedit, etiamſi iudicet probabilius ſe peccaſſe, vel confeſſum non fuiſſe.*

1781 *Idem dicendum, quando quis probabiliter opinetur hinc inde, an confeſſio facta fuerit irrita, vel an aliqua circunſtantia ſint in confeſſione explicanda.*

1782 *In prædictis caſibus pœnitens ſic opinans non confitens nulli exponitur periculo peccandi.*

1783 *Certus de debito contracto ex mutuo, vel alio contractu, & probabiliter opinans ſe illi ſatisfeciſſe, an teneatur ad aliquam reſtitutionem ſaltem partis debiti.*

1784 *Pœnitens habens probabile iudicium, quòd commiſerit peccatum mortale, & quòd non commiſerit, ſi ſit in articulo mortis conſtitutus, tenetur de illo conteri ſaltem ex lege charitatis, & ſi incertus ſit de contritione, tenetur illud confiteri, vel aliquod aliud peccatum certum veniale, vel mortale aliàs confeſſum, & an ſufficiat recipere aliquod aliud Sacramentum.*

§. XLVIII.

In dubio an quis commiſerit peccatum mortale, vel an id, quod fecit, ſit veniale, vel mortale, an teneatur id peccatum confiteri, & quomodo, & quid ſi de vtraque parte habeat iudicium probabile.

1741. DIfficultas octaua, an in dubio de peccato mortali, (ſiue quis poſt diligentem conſcientiæ diſcuſſionem, dubitet de actione ipſa, ſeu facto à ſe cōmiſſo, ſcilicet, an commiſerit reuera peccatum, ſeu fecerit, quod eſt mortale, v.g. conſenſerit delectationi moroſæ, ſiue de iure, v.g. ſciat ſe aliquid feciſſe, & dubitet an ſit peccatum mortale, v.g. an contractus initus ſit vſurarius, vel an ſit peccatum veniale, aut mortale, puta ſcit ſe abſtuliſſe rem aliquam alienam, & dubitat an illud furtum ſit mortale,) teneatur dubitans illud peccatum confiteri ſub dubio; & procedit difficultas de dubio ſtricto, & propriè, & rationabili, ſcilicet, cùm ex vtraque parte apparent, ſiue ſunt rationes probabiles, non tamen ſufficientes, vt intellectus poſſit elicere iudicium probabile de vlla parte, ſed remanet ſuſpenſus, & anceps neutri parti aſſentiendo.

Et communis ſententia affirmat in tali dubio facti, vel iuris de mortali poſt diligentem animi diſcuſſionem perſeuerante, eſſe obligationem illud confitendi ſub dubio. ita præter innumeros alios antiquos, & recentiores, quos Suarez, Sanchez, Layman, Diana, & Bonacina locis *infrà* allegandis referunt, Siluester *v. confeſſio 2. n. 3.* Nauarr. *in man. cap. 9. n. 14. cap. 10. num. 7. cap. 14. n. 26. cap. 21. n. 3. & in cap. ſi quis autem, de pœnit. d. 7. n. 4.* Henriquez *lib. 5. ſum. cap. 4. num. 5.* Suarez *de pœnit. diſp. 22. ſect. 9. n. 1. & ſeqq. & tom. 2. de relig. lib. 2. de iuramento cap. 33. num. 2.* Sayrus *lib. 1. clauis cap. 13. n. 4.* Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 10. n. 66. & 67.* Reginaldus *lib. 2. praxis fori pœnit. num. 9. lib. 6. num. 77.* & ex parte *lib. 29. num. 99. fine.* Bonacina *de Sacramentis diſp. 4. q. 6. puncto 1. n. 11. & 12. & diſp. 5. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 3. diff. 4. & puncto 4. num. 7.* Villalobos *p. 1. ſum. tract. 9. diff. 26. num. 3.* Fernandez *in medulla p. 3. cap. 6. §. 6. num. 15.* Fagundez *de precept. Eccl. p. 2. lib. 3. cap. 4. num. 2. & in precept. Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 7.* Filliucius *tom. 2. tract. 21. cap. 4. n. 171.* Martinus Breſſerus *lib. 4. de conſcientia cap. 18. num. 191. & ſeqq.* Stephanus Bauny *de Sacram. tract. 4. de pœnit. quæſt. 17.* Eſcobar *in ſua Theologia morali tract. 7. examine 4. de pœnit. n. 27.* Turrianus *de pœnit. quæſt. 9. art. 1. diſp. 29. dub. 9. & in Theologia morali p. 2. n. 35. dub. 12.* Diana *p. 3. tract. 4. reſolut. 60. & p. 4. tract. 3. reſolut. 5.* & Ioannes Lugo *de pœnit. diſp. 6. ſect. 2. §. 3. n. 63. & ſeqq.* ex quibus Sanchez dicit hanc ſententiam eſſe omninò certam, & Diana *d. reſolut. 5.* contrariam reputat improbabilem. Ab hac eadem communi ſententia non eſſe recedendum in praxi, dicunt Ioan. Præpoſitus *in 3. p. quæſt. 5. de integritate confeſſionis, dub. 3. n. 117.* & Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 4. n. 37.* eandem proculdubio tenent Doctores omnes, qui extra materiam iuſtitiæ vniuerſaliter docent in dubiis eligendam eſſe partem tutiorem; eandem tenet Salas *1. 2. tract. 8. ſect. 5. n. 60. ad 4.* quando abſque magno incommodo poteſt quis confiteri peccatum, de quo dubitat, an illud commiſerit, vel an ſit mortale; ſecus verò ſi non poteſt ſine magno incommodo illud confiteri; nam tunc, inquit, poterit illud tacere, donec nullus ſit incommodi timor. eandem denique tenet Coninch *de Sacramentis diſp. 7. dub. 8. n. 69. verſic. item de eo.* quando quis ſcit aliquid feciſſe, negatiuè tamen dubitat an ſit peccatum mortale. Hæc ſententia facilè probatur ab illis Doctoribus, qui vniuerſaliter tenent in omnibus materiis extra iuſtitiam habere locum illud axioma, quòd in dubiis tutior pars ſit eligenda, non ex conſilio ſolùm, ſed ex præcepto naturali, & diuino, & non ſolùm in dubio practico, ſed etiam in omni ſpeculatiuo, quod quis ante operationem, vel omiſſionem rationabiliter deponere omninò non poteſt. Alij verò qui tenent in quacunque materia in dubio meliorem eſſe conditionem poſſidentis; & regulam illam, quòd in dubiis tutior pars ſit eligenda, intelligi de conſilio, vel de dubio practico, & quando nulla poſſeſſio non fauet parti minus tutæ, magis laborant in probanda hac communi ſententia.

Sententia affirmatiua probatur.

PRimò tamē, & principaliter probatur hæc com- 1742.
munis ſententia, quia in hoc dubio poſſeſſio ſtat pro præcepto, quod certum eſt obligare ad confitenda mortalia dubia, & non pro dubitante; ergo in hoc dubio eligenda eſt pars tutior, ſeu præceptum

confeſſiunis

confeſſionis obligat iuxta ſæpe dicta in anteceden-
tibus, præſertim *n. 1186. & ſeqq.* Antecedens, & quòd
poſſeſſio ſtet pro præcepto confeſſionis ſacramenta-
lis, ſeu certum ſit præceptum confitendi peccata du-
bia, ſiue dubium ſit de ſubſtantia actionis, ſiue an ſit
mortalis, probatur primò ex vſu, & praxi totius
Eccleſiæ, cuius initium non agnoſcitur, (vt colligi-
tur ex vniuerſis Doctoribus antiquis, & neotericis,
qui communiter, & vnanimi conſenſu tanquam rem
certam hoc præceptum ita intellexerunt, & docue-
runt obligationem eſſe confitendi peccata morta-
lia dubia, ſub dubio, ſicut mortalia certa, tanquam
certa,) ac proinde credendum eſt talem vſum ab ip-
ſis Apoſtolis promanaſſe, qui vim, & obligationem
in ſacramenti Pœnitentiæ inſtitutione incluſam
meliùs potuerunt intelligere. Secundò probatur
idem ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 7.*
quibus in locis decernit fideles teneri confiteri ſa-
cramentaliter omnia peccata mortalia, quorum poſt
diligentem ſui diſcuſſionem conſcientiam habent,
quæve memoriæ occurrunt, à confitendi neceſſi-
te excipiens tantùm venialia. Ex qua definit o e
elatè colligitur iuxta Concilium, etiam mortalia du-
bia poſt diligentem ſui diſcuſſionem nota vt dubia,
eſſe ex vi præcepti ſacramentalis confeſſionis in
confeſſione recenſenda, tum quia huiuſmodi pecca-
ta ſunt in conſcientia, licèt dubia, nam & conſcientia
dubia eſt conſcientia; cùm conſcientia non ſit ſolùm
notitia, & ſcientia certa, cùm diuidatur communiter
conſcientia iuxta tradita initio huius tituli in con-
ſcientiam certam, erroneam, dubiam, & probabilem;
& ita conſcientia dubia eſt conſcientia, & qui dubi-
tat de peccato mortali, licèt non habeat peccatum
certum, habet dubium in conſcientia, & dicitur ha-
bere remorſum conſcientiæ, & non poteſt abſoluiè
dicere: Nil mihi conſcius ſum. ergo peccatum mor-
tale dubium confitendum eſt vt dubium, & eo modo
quo eſt in conſcientia, ſimiliter poſt diligentem diſ-
cuſſionem dubitans an peccauerit mortaliter, habet
memoriam talis peccati dubij; ergo illud debet con-
fiteri iuxta Concilium, quod dum dixit ſingula pec-
cata mortalia eſſe confitenda, quorum memoria poſt
diligentem diſcuſſionem, & præmeditationem habe-
tur, ſeu quorum meminit, per hoc voluit excludere
ſolùm mortalia inculpabiliter oblita, non peccata
dubia cognita vt talia, ſiquidem in rigore non poſ-
ſunt dici, nec ſunt oblita. Confirmatur primò prædi-
cta ex aliis poſterioribus verbis eiuſdem Concilij
in *d. cap. 5.* ibi, *reliqua autem peccata, quæ diligenter co-
gitanti non occurrunt, in vniuerſum eadem confeſſione in-
cluſiua eſſe intelliguntur.* quibus in verbis peccatis iis,
quorum quis meminit, ſeu memoria poſt diligen-
tem diſcuſſionem eſt, quæ in confeſſione eſſe recen-
ſenda, dixit in præcedentibus verbis, opponuntur
tanquam alterum membrum, peccata reliqua, quæ
memoriæ nullo modo occurrunt, in quibus non vi-
detur poſſe comprehendi peccata dubia, cùm hæc
aliquo modo memoriæ occurrant; intelliguntur er-
go incluſa à Concilio in priori membro diuiſionis.
Confirmatur ſecundò, quia Concilium à confitendi
neceſſitate excludit ſola venialia, at peccata morta-
lia dubia ſunt aliquo modo peccata, licèt non certa,
ſed dubia; ergo iuxta Concilium comprehenduntur
ſub obligatione confitendi mortalia cognita, ex-
ceptio enim firmat regulam in non exceptis, *l. nam
cùm liquidè, ff. de penu legata. & l. quæſitum 12. ff. de
fundo inſtructo.* Confirmatur tertiò, quia Concilium
dicit in confeſſione teneri fideles explicare nume-
rum, & circunſtantias ſpeciem peccatorum aggra-
uantes, vt Confeſſor tanquam iudex poſſit formare
rectum iudicium de cauſa, ſtatúque rei pœnitentis;
ergo etiam peccata mortalia dubia ſunt ſub dubio
confitenda, alias non poſſet Confeſſor tale iudicium
rectum formare; cùm varient cauſam, & ſtatum pœ-
nitentis, & eo magis videtur omninò neceſſaria con-
feſſio talium peccatorum, vt Confeſſor non ſolùm
tanquam iudex poſſit de illis iudicare, & ex conie-
ctura arbitrari qualia ſint, ſed etiam tanquam Medi-
cus præcauere in poſterum medicamento adhibito.
† Secundò idem antecedens, & quòd certum ſit præ- 1743.
ceptum confitendi peccata mortalia dubia, probatur
ex argumento deducto ex natura ſacramenti Pœni-
tentiæ, nam homo tenetur conteri de peccato mor-
tali dubio, ſecluſa Sacramentorum inſtitutione, vel
receptione, & ita ante legem gratiæ homines conſcij
peccati mortalis dubij cogebantur recurrendo im-
mediatè ad Deum, per contritionem procurare ve-
niam, & remiſſionem per gratiæ infuſionem; & non
ſolùm in mortis articulo, ne ſe exponerent periculo
dãnationis æternæ, ſed etiam in vita eo modo, quo
alij qui peccata mortalia certa habebant, debebant
etiam aliquando in vita de illis conteri, vt redirent
in gratiam, & amicitiam Dei. ergo homo fidelis te-
netur etiam peccatum mortale dubium cognitum
confiteri ſacramentaliter, ſiquidem in homine bap-
tizato, illud, quod eſt materia neceſſaria contritio-
nis, eſt etiam materia neceſſaria confeſſionis, & non
remiſſibile ſine ordine ad claues: nam Deus inſti-
tuens tribunal ſacramentalis confeſſionis, in eo re-
linquit Sacerdotes Vicarios ſuos, & Chriſti, ad quos
recurrere deberent fideles pro remiſſione peccato-
rum obtinenda eo modo, quoad tribunal ipſius Dei
recurrere debent per contritionem, vt ab ipſo im-
mediatè obtineant remiſſionem peccatorum, ſic
enim Concilium Tridentinum *d. c. 5.* probat neceſſi-
tatem confeſſionis, ſcilicet ex eo, quòd Sacerdotes
relicti ſunt à Chriſto vt ſui Vicarij; & ideo pro obti-
nenda peccatorum remiſſione neceſſarium eſſe ad
illos in tribunali ſacramentalis confeſſionis ſeden-
tes, ſicut deberet recurri ad Chriſtum, & ad tribunal
Dei; ergo ſicut habens peccata mortalia dubia, de-
beret recurrere ad Deum per contritionem de illis,
ita etiam debet recurrere ad Sacerdotes, & illa con-
fiteri. † Secundò principaliter probatur hæc com- 1744.
munis ſententia à Suarez, Sanchez, Fagundez, Bona-
cina ex diſcrimine inter hoc dubium de peccato
mortali, & inter dubium de voto, excommunicatio-
ne, irregularitate, de materia iuſtitiæ; in his enim
melior eſt conditio poſſidentis. nam ſi dubitans
obligaretur ad ſatisfaciendum, vel præſtandum id
de quo dubitat, obligaretur ad aliquid durum, & ex-
cedens dubij limites, ſiquidem in tali dubio tenetur
tantùm cõfiteri peccatum ſub dubio, ſeu vt dubium,
quod tenera habet. † Tertiò denique principaliter 1745.
probatur hæc communis ſententia à Sanchez, quia
lex confitendi peccata mortalia non eſt pœnalis, aut
odioſa, ſed fauorabilis, & medicinalis, vtpote maxi-
mè cedens in fauorem animarum, nempe peccato-
rum præteritorum remiſſionem, & medicamen ad
futura præcauenda; ergo non eſt reſtringenda, vt lex
reſeruationis peccatorum, quæ eſt odioſa; ſed am-
plianda, cùm etiam lex, quantumcunque pœnalis
principaliter lata in animarum fauorem, atque ad
peccata vitanda, cenſenda ſit fauorabilis, & amplian-
da, vt latè *tit. ſequenti n. 38.*

Sententia negatiua.

Contrarium, & neque de dubio de facto, ſeu 1746.
ſubſtantia actionis, & an fuerit id, quod eſt
peccatum, neque in dubio, an id quod quis fecit, ſit

peccatum mortale, teneri dubitantem ex vi præcepti confeſſionis ſacramentalis peccatum mortale dubium confiteri, ſi prius præmiſit debitam diligẽtiam ad veritatem detegendam, & dubium vincendum, ſuadetur ſequentibus. Primom, quando dubium eſt de facto, an v.g. conſenſerit deſiderio, vel delectationi moroſæ, probatur, quia in dubio factum, & delictum non præſumitur, vt *ſuprà n.* 1100. oſtenſum eſt; vnde in foro externo nullus accuſari, vel condemnari debet pro delicto dubio, & tali, quod eum commiſiſſe ita oſtendi non poteſt, vt data indicia, & coniecturæ non ſufficiãt ad formandum aſſenſum, ſeu iudicium probabile delictum fuiſſe patratum, vt *ſuprà n.* 1177. 1179. 1187. & alibi. ergo dubitans an commiſerit peccatum aliquod mortale in iſta præſumptione fundatus, (quæ habet etiam locum in foro interno, iuxta dicta *citato n.* 1187.) poteſt rectè iudicare ſe non commiſiſſe, & ita non teneri illud confiteri. Confirmat Coninch *d. n. 69.* in hoc dubio, an quia fecerit, quod eſt peccatum, non teneri confiteri, quia ad hoc, inquit, requiritur, vt ſaltem probabiliter poſſit homo iudicare ſe peccaſſe, quod talis dubi-
1747. tans nequit facere. † Secundò quando dubium eſt, an id, quod quis fecit, ſit veniale, vel mortale, probatur: quia ſicut in dubio, delictum non præſumitur, ita in dubio præſumitur minus delictum, & minus inhoneſtum, iuxta dicta *ſuprà hoc tit.* 1397. *&* 1551. vnde poſt diligentem diſcuſſionem dubitans, an actio à ſe facta fuerit venialis, vel mortalis, fundatus in dicta iuris præſumptione poteſt rationabiliter iudicare non eſſe mortalem, & conſequenter non eſſe materiam neceſſariam confeſſionis; & ita ceſſat fundamentum Coninch *d. n. 69* ſcilicet, quòd is, qui ſcit ſe aliquid feciſſe, quod eſt accuſabile in foro pœnitentiæ, & negatiue dubitat, ſeu ignorat, an ſit mortale, nullo modo poteſt probabiliter iudicare non eſſe peccatum, aut non eſſe materiam neceſſariam confeſſionis. immo contra eundem Coninch eſt, quia ſi in dubio de facto, ſeu ſubſtantia actionis, an fuerit facta, ſeu fuerit factum id, quod creditur peccatum, non tenetur dubitans confiteri, quia nequit probabiliter iudicare ſe peccaſſe, ita etiam quando quis dubitat, ſeu ignorat, an id, quod fecit, ſit veniale, vel mortale, non tenebitur confiteri, quia etiam is non poteſt probabiliter iudicare ſe peccaſſe mortaliter.

1748. Tertiò vtroque dubio inſpecto, probatur in aliis dubiis ſpeculatiuis ortis ex aliis præceptis, vt in dubio de lege, de voto, iuramento, ieiunij, obligationis reſtituendi, excommunicationis, irregularitatis extra caſum homicidij, & ſimilibus, in quibus poſſeſſio ſtat pro libertate dubitantis, quis non obligatur præcepto, quia non obſtante dubio ſpeculatiuo, poteſt formari iudicium practicum, ex illo principio morali practico, quòd melior ſit conditio poſſidentis ſuam libertatem, vt in præcedentibus latè probatum eſt; ergo etiam in dubio, an quis commiſerit peccatum, vel id quod ſcitſe feciſſe, ſit mortale, an veniale, non debet cenſeri obligatus præcepto confeſſionis; nam dum dubitat, an fecerit, ſeu habeat mortale, dubius etiam eſt de præcepto, ſeu obligatione præcepti confeſſionis, & an peccatum comprehendatur ſub tali præcepto, cùm in hoc dubio, ſicut in aliis dubiis alterius materiæ, poſſeſſio ſtet pro libertate, quæ erat ante dubium, & propter dubium ſuperueniens non debet tolli, ſicut in aliis dubiis, cùm nulla appareat diuerſitatis ratio. Nam illud, quod *n.* 1744. in ſecunda probatione principali ſententiæ communis dictum eſt, in hoc dubio dubitantem non obligari ad aliquid excedens limites dubij, ſicut obligaretur in aliis dubiis, non videtur verum. nam ſi tenetur homo confiteri peccatum, licèt ſub dubio, obligatur ad quid certum, nempe ad confeſſionem ipſam, quæ eſt aliquod onus certum, & inſpecta hominis conditione, non leue, etſi non ita durum, vt confeſſio mortalium certorum; quinimo poteſt contingere, vt aliquando magis moleſtum ſit confiteri aliquod pecca-
tum mortale dubium, quàm mortale certum. † illud 1749.
etiam quod *n.* 1741. in prima ratione in prima probatione antecedentis, eſſe certum præceptum confitẽdi peccata mortalia dubia, & poſſidere ex vſu, & praxi, Eccleſiæ innixa communi ſententia antiquorum, & recentiorum Theologorum, non caret difficultate. Nam licèt potuiſſet à Chriſto Domino inſtitui ſacramẽtum Pœnitentiæ, vt etiam imponeretur obligatio confitendi peccata mortalia dubia, an tamen ita ſit inſtitutum, vt de hac obligatione non poſſit iudicari in dubio, ſicut in aliis dubiis ortis ex aliis principiis, non videtur aliquo certo argumento conuinci, nec probari ex præfato vſu Eccleſiæ, ſiquidem praxis Eccleſiæ innititur, ſeu inniti debet aliquo fundamento, quod aſſignari debet independenter ab illa, alioqui præceptum confitendi peccata mortalia dubia non eſſet iuris diuini, ſed ſolius humani, quod induci ut ſolùm conſuetudine.

Neque etiam præceptum confitendi mortalia dubia videtur conuinci ex Concilio Tridentino, vt in ſecunda probatione eiuſdem antecedentis contenditur. Quin immo aliqui Doctores, qui exiſtimant probabile eſſe non adeſſe obligationem confitendi mortalia dubia e vi præcepti confeſſionis, id deducunt quoque ex Tridentino *d. cap. 5. & can. 7.* eo quòd ibi explicans materiam neceſſariam confeſſionis, nihil prorſus dicat de mortalibus dubiis, ſicut dicit de numero peccatorum, & circumſtantiis mutantibus ſpeciem; quemadmodum probabile exiſtimatur à multis Theologis & Summiſtis circumſtantias non mutantes ſpeciem etiam notabiliter aggrauantes non eſſe materiam neceſſariam confeſſionis, quia Concilium de his nil dixit, ſed tantùm de mutantibus ſpeciem. Si dicatur Concilium explicaſſe neceſſitatem confitendi mortalia dubia, dum dixit recenſenda omnia mortalia, quorum poſt diligentem diſcuſſionem quis conſcientiam habet.

Contra potiùs Layman, & alij ex hoc dicto putant 1750.
probabile mortalia dubia non eſſe materiam neceſſariam confeſſionis, quia horum quis non habet conſcientiam, cùm non poſſit affirmare ſe illa commiſiſſe; neque dici poſſit reus talium peccatorum, & conſcientia in ordine ad certam obligationem videatur importare cognitionem determinatam, iuxta illud D. Bernardi *lib. de conſcientia cap.* 8. conſcientiam eſſe quaſi cordis ſcientiam. Neque ex eo, quòd ſunt in conſcientia latè ſumpta, ſcilicet conſcientia dubia ſpeculatiua, videtur inferri poſſe ex præcepto confeſſionis eſſe confitenda, prout ſunt in tali conſcientia ſpeculatiua, ſcilicet ſub dubio, vt patet in aliis dubiis aliorum præceptorum, & obligationum, vt qui dubitat de voto, non eſt dicendus habere conſcientiam voti in ordine ad obligationem illud exequendi, ſeu vt teneatur aliquid ex vi voti exequi; & ſimiliter, qui dubitat, num commiſerit contra legem habentem annexam excommunicationem, ſi poſt diligens examen non poſſit rei veritatem detegere, non tenetur ſe habere excommunicatum: ergo ſimiliter videtur dicendum, quòd is, qui poſt diligens examen non poteſt determinatè aſſerere, ſeu iudicare ſe peccaſſe mortaliter, non tenetur cenſere ſe obligatum ad illud peccatum in confeſſione

aperien

Digitized by Google

aperiendum ex vi præcepti confeſſionis. Ex quibus pariter inferri videtur in dubio huiuſmodi ſpeculatiuo, num peccatum mortale ſit commiſſum, dubitantem non poſſe dici propriè habere remorſum conſcientiæ, vel eſſe ſibi conſcium peccati mortalis, cùm non poſſit potius determinatè aſſerere, vel iudicare ſe peccaſſe, quàm non peccaſſe; & non poſſit dici Reus peccati mortalis, & tanquam talis in vllo foro condemnari. Hinc addi poteſt videri Concilium excluſiſſe ab obligatione, & neceſſitate illa confitendi, dum dixit, nil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quàm vt poſtquam quiſque diligentiùs ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum, & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit. qui enim poſt diligentem diſcuſſionem, ſolùm dubitat de peccato mortali, ſicut non poteſt dici reus peccati mortalis, neque tanquam talis condemnari, ita etiam non poteſt dici ſe mortaliter Deum offendiſſe, vnde illud verbum *meminerit*, idem videtur importare, quod agnouerit determinatè, ſeu de-
1751. terminato aſſenſu iudicauerit. † Non etiam conuincitur Tridentinum ſub neceſſitate confitendi mortalia, quoad numerum, & ſpeciem, ſeu circumſtantias variantes ſpeciem comprehendiſſe mortalia dubia, vt dicimus *eodem numer.* 1742. in tertia confirmatione præfati antecedentis ob integritatem confeſſionis, & rectitudinem iudicij à Confeſſario tanquam iudice formandi; nam circumſtantiæ intra eandem ſpeciem notabiliter aggrauantes videntur multum poſſe conferre ad integritatem confeſſionis, & aperiendum perfectè pœnitentis ſtatum, & ſæpè poſſe variare iudicium Confeſſarij multo magis, quàm peccatum mortale dubium; & tamen probabile eſt à Concilio Tridentino non fuiſſe comprehenſas ſub neceſſitate confeſſionis. Præterea peccatum dubium, cùm non poſſit dici magis commiſſum, quàm non commiſſum, non videtur ſpectare ad confeſſionis integritatem, neque variare ſaltem notabiliter iudicium fori, ſeu Confeſſarij, neque eſſe materiam neceſſariam fori pœnitentialis, ſicut non eſt materia fori iudicialis, vt *ſuprà* dictum eſt.

1752. Denique quod ad probandum eſſe certum præceptum confitendi mortalia dubia adducitur *num.* 1743. non videtur oſtendere talis præcepti certitudinem. Nam primò dato, quòd homo etiam extra articulum mortis ex vi præcepti pœnitentiæ, vt virtus eſt, teneatur conteri, inde non infertur neceſſariò adeſſe etiam obligationem confitendi tale peccatum ex vi inſtitutionis Sacramenti pœnitentiæ; nam verum quidem eſt, quòd, per ſe loquendo, materia neceſſaria contritionis in baptizato, eſt materia neceſſaria confeſſionis, ſi conſtet de peccato, per accidens autem non eſſe, ſcilicet, ſi de peccato non conſtet; ſiquidem intercedit diſcrimen inter præceptum contritionis, & confeſſionis; quòd de lege ordinaria contritio formalis, vel virtualis de peccato mortali ita eſt neceſſaria extra Sacramentum, vt abſque ea nullus poſſit obtinere remiſſionem peccati mortalis. Confeſſio verò in re non eſt ita neceſſaria. Quare licèt homo propter neceſſitatem medij contritionis teneatur conteri de peccato etiam dubio, non idcirco tenetur illud ſub tali ſtatu conſideratum confiteri, quia in eo ſtatu poteſt cenſeri non obligare ius diuinum poſitiuum: illud autem, quòd nullum commiſſum poſt Baptiſmum remittatur ſine ordine ad claues, poteſt intelligi, quòd præceptum ſolum vrgeat pro tempore, in quo moraliter conſtat de peccato, & quòd contritio remittat tale peccatum in ordine ad claues, quibus dubitans habet animum ſe ſubiiciendi, cùm illi conſtiterit de peccato. Illud etiam quòd Sacerdotes ſunt Vicarij Dei, & Chriſti in tribunali confeſſionis, ſufficienter ſaluatur ex eo, quòd omne mortale, de quo conſtat ſaltem probabiliter eſſe commiſſum, debere adduci ad confeſſionis tribunal. Præterea dici poſſe videtur non eſſe obligationem conterendi de peccato mortali dubio extra Sacramentum ex vi præcepti pœnitentiæ, ſeu ſatisfaciendi diuinæ iuſtitiæ, ſicut plures ex Doctoribus communis ſententiæ, (& dicetur *infrà*,) quando quis probabiliter iudicat ſe commiſiſſe peccatum mortale, & probabiliter credit contrarium, exiſtimant ſolùm in articulo mortis ex vi ſolius præcepti charitatis, ſi aliquod Sacramentum ſuſcipere nequit, teneri de tali peccato probabili conteri, eo quòd ſicut inter homines in materia iuſtitiæ, qui dubitat, vel probabiliter opinatur, ſeu iudicat alteri nil debere, vel alterum non offendiſſe, non tenetur ad vllam ſatisfactionem ex vi iuſtitiæ, ſeu præcepti ſeruandi æqualitatem cum proximo, ita videtur dicendum inter hominem, & Deum in dubio offenſæ ſtricto, vel opinabili: & licèt Lugo *dict. ſect.* 2. *numer.* 68. plura dicat contra huiuſmodi reſponſionem, tamen non conuincunt, vt attentè conſideranti apparebit.

Quartò, vtroque dubio inſpecto, probatur, quia nimis durum, & ſeuerum videretur præceptum confeſſionis, ſi obligaret ad confitenda peccata dubia, & quæ quis non magis ſcit ſe commiſiſſe, quàm non commiſiſſe, & gigneret ſcrupulos & conſcientiæ anxietates innumeras, animique, perturbationes, & inquietudines, ita vt vix pax eſſet conſcientiis, cùm facilè oriantur hæc dubia, & ita non vtile animabus, ſed ſæpiſſimè noxium valde eſſet, ac proinde non videtur dicendum Chriſtum Dominum, cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue, voluiſſe tam rigidam, & ſeueram legem, ſeu obligationem, & valdè aptam aperire viam ſcrupulis, & conſcientiæ anxietatibus, fidelibus ſuis imponere. Ex quibus ceſſat tertia ratio principalis communis ſententiæ *numer.* 1745. poſita. nam hæc oblatio confitendi peccata omnino dubia non fauorabilis animæ, ſed grauis, & dura, ac noxia, & ita continere odium, ac proinde ad illam non videtur amplianda lex confitendi peccata. 1753.

Auctoris iudicium.

ET propter prædicta non approbo dictum Sanchez, quòd communis ſententia ſit omnino certa; nec dictum Dianæ *dict. reſolut.* 5. quòd ſententia communi contraria aſſerens, non eſſe, obligationem confitendi peccata mortalia dubia, ſit improbabilis, quin immò probabilem exiſtimat Layman *vbi ſuprà*; probabilem ſpeculatiuè dicit Præpoſitus loco *ſuprà* allegato, (vbi etiam teſtatur probabilem fuiſſe reputatam à Leſſio, & quibuſdam aliis viris doctis à ſe conſultis,) probabilem etiam videtur exiſtimare Diana *dict. reſolut.* 60. referens Coninch, & Layman, licèt dicat, ſe abſolutè tenere alteram ſententiam: eandem ſententiam abſolutè tenet Coninch *d. n.* 69. in dubio facti, ſeu an quis aliquid fecerit, quod credit peccatum; eandem ſententiã, loquens cùm quis dubitat de peccato, an ſit mortale, vel veniale, vel an illud ſit iam confeſſus, tenet 1754.

Digitized by Google

Henriquez *lib.8.cap.45.n.3.in gloſſa litera P.* ſi dubium ſit æquale, in hoc enim dubio æquali, ait non teneri dubitantem ad confeſſionem illius peccati, ſicut in ſimili dubio non tenetur ad votum, & ad onus præcepti, & communem ſententiam vult procedere, quando dubitans magis inclinat id fuiſſe peccatum mortale, vel non feciſſe confeſſionem; in dubio enim æquali ait dubitantem poſſe practicè deponere dubiam conſcientiam, & ſic excuſari à præcepto confeſſionis, & eumdem Henriquez, quoad hoc, approbat Reginaldus *lib.29.n.99.fine*, quamuis addat tutius eſſe ſi in tali etiam dubio æquali fiat confeſſio illius peccati, nec facilè eam eſſe relinquendam, cùm nullum præiudicium, vtilitatem autem
1755. maximam (inquit) afferat. † Sed ſuppoſito quòd dubitans, qui magis inclinat ſe feciſſe peccatum mortale, vel illud nunquam fuiſſe confeſſum, teneatur ex vi præcepti tale peccatum dubium confiteri; etiam in dubio æquali, immò etiam ſi inclinet magis ſe non feciſſe, vel fuiſſe confeſſum, tenebitur illud confiteri, quia maior, vel minor veriſimilitudo, ſeu inclinatio in vnam partem, quàm in alteram, ſi res non extrahatur à dubio ſtricto, & proprio, non obligat, vel deobligat, ſi aliàs quis in dubio obligetur, vel non obligetur, vt latè oſtenſum eſt *ſuprà numer.*1195. & in his terminis tradunt Sanchez *dict.cap.10.numer.66. fine*, & Bonacina *dict. quæſt.6. p.1. numer.*12. & ita prorſus ſentiunt alij Doctores pro communi ſententia allegati, cùm abſolutè, & ſine vlla diſtinctione aſſerunt in dubio, an quis fecerit peccatum mortale, vel an peccatum commiſſum ſit veniale, vel mortale, illud neceſſariò eſſe confitendum; & rationes ad eandem communem ſententiam probandam adductæ concludunt in omni dubio vero, & proprio.

1756. Addunt autem Henriquez, & Layman, ſi homo dubius, an peccauerit, vel an peccatum, quod ſcit ſe feciſſe, ſit mortale, vel veniale, ſit in articulo mortis, & incertus ſit de contritione, eámve facilè non habet, teneri illud peccatum confiteri; nam tunc ſe exponeret periculo damnationis æternæ, niſi ſacramentalem confeſſionem faceret, per quam fieret de attrito contritus, & obtineret remiſſionem illius peccati, ſi fortè illud commiſit, vel fuit mortale; quia licèt dubium excuſet à confeſſione, & à culpa non confitendo, non ſupplet tamen medium remiſſioni peccatorum neceſſarium; ideoque in tali articulo homo dubius, & incertus de contritione ad ſacramentalem confeſſionem obligatur naturali lege charitatis. quod intelligendum puto, quando non haberet alia peccata mortalia, vel venialia certa, quorum confeſſione poſſet recipere Pœnitentiæ Sacramentum; nam ſi haberet, vel nunquam confeſſa, vel iam confeſſa, confitendo talia peccata, & recipiendo abſolutionem ſacramentalem ſuppleret defectui contritionis: an verò tunc ſufficeret ſine certitudine morali contritionis ſuſcipere aliquod aliud Sacramentum, v.g. Extremam vnctionem, vel Euchariſtiam, affirmat Henriquez; ſed quia non eſt certum, ſed tantùm ſub opinione, an reliqua Sacramenta præter Baptiſmum, & Pœnitentiam conferant primam gratiam bona fide cum ſola attritione illa ſuſcipientibus, illorum aliquo abſque contritione, vel cum illius incertitudine recepto, non eſſet certum remedium remiſſionis illius peccati mortalis dubij, ſi fortè verè fuit commiſſum, vel fuit peccatum mortale: in tali autem articulo homo ex lege charitatis tenetur conſulere animæ ſuæ certo ſalutis æternæ remedio, iuxta tradita *hoc titulo ſuprà numer.* 320. 331. *&* 343. & in his terminis Sanchez *dict. cap.10. numer.*56.

Cæterum licèt prædicta reddant probabilem ſententiam communi oppoſitam, negantem præce- 1757.
ptum ſacramentalis confeſſionis ſe extendere ad mortalia dubia, ſiue quod ad factum, ſiue quo ad grauitatem mortalem; ac proinde non videretur condemnandus, qui illa in confeſſione taceret. Nihilominus communis ſententia id aſſerens videtur pœnitentibus minimè ſcrupuloſis ſuadenda, vtpote tutior, & longè probabilior, quam fortiſſimè probat prima ratio poſita *ſupra n.*1743. deducta ex vſu, & praxi Eccleſiæ, & communi Theologorum antiquorum, & recentiorum ſenſu, ſeu intelligentia, non quòd talis praxis, ſeu conſuetudo induxerit huiuſmodi præceptum confitendi mortalia dubia, ſed quia per ipſam videtur rectè, & vrgenter declarari præceptum à Christo Domino ex vi inſtitutionis ſacramenti Pœnitentiæ inductum continere obligationem confitendi etiam peccata mortalia dubia, cùm conſuetudo ſit optima legum interpres.

Et iuxta hanc communem ſententiam, qui dubi- 1758.
tat prędictis modis ſe peccaſſe mortaliter, & recepturus S. Euchariſtiam, vel inſtet tempus ſatisfaciendi præcepto annuæ confeſſionis, tenetur illud peccatum dubium ante ſumptionem confiteri, & vt ſatisfaciat præcepto, ſicut tenetur confiteri mortalia certa; & ita etiam in terminis poſt alios tradunt Henriquez & Reginaldus locis *ſuprà n.*1754. relatis, & Bonacina *d.diſp.4.q.6.p.1.n.11. & d. q.5. ſect.2.p.4 numer.*7.

Idem iidem Doctores aſſerunt de eo, qui certus 1759.
eſt de peccato mortali commiſſo, & dubitat, an illud confeſſus fuerit, ſcilicet, validè; nam & iſte ante ſumptionem Euchariſtiæ tenetur illud iterum confiteri, & vt præcepto confeſſionis ſatisfaciat: & ita prorſus dicendum, cùm ſit communiſſima ſententia, & recepta, quando quis certus eſt de peccato mortali commiſſo, & ſolum dubium eſt de illius confeſſione, quia dubitat an illud iam fuerit confeſſus, vel validè, propter defectum tenentem ſe vel ex parte Confeſſarij, vel ex parte ipſius pœnitentis, dubitantem teneri illud peccatum confiteri, dum dubium non deponit rationabiliter, ita omnes Doctores *ſuprà n.*1741. *&* 1744. relati, præſertim Nauarr. *in d.c. ſi quis autem, n.*7. Suar. *d.ſect.9.n.2.* Sanch. *d.c.* 10.*n.*71. *&* 72. Salas *d.n.*60. *ad* 4. Breſſerus *d.c.*18.*n.*191. Bonacina *d. diſp.*4.*n.*3. Bauny *d. tract.*4. *q.*16. Ioannes Lugo *d.*5. 3. *num.*63. Filliucius *dict. cap.*4. *num.*172. Fagundez *dict.n.*2. & præter alios Medina *Cod. de confeſſione, c. de confeſſione facta Sacerdoti prauo, verſic. illud in hac materia.* & colligitur apertè ex dictis *ſuprà numer.* 1224. 1384. 1385. 1389. Ratio igitur eſt, quia certus de obligatione præcepti, vel de debito contracto, dubius autem an illi ſatisfecerit, manet adhuc obligationi præcepti, & ſatisfaciendi ligatus, & debet ſatisfacere dubio non obſtante, cùm certa obligatio non tollatur executione dubia, & in tali dubio poſſeſſio ſtat pro præcepto, ſeu obligatione, vt in locis citatis latè oſtenſum eſt; & id procedit etiam ſi dubium ſit æquale, vel etiam dubitans in eam partem magis incliner, vt illud peccatum iam ſit confeſſus, vel validè, vt conſtat ex dictis *n.*1755. contra Henriquez, & tradunt Nauarrus, & Sanchez *locis modò citatis*. Procedit etiam (quicquid ſecus ſentiant Salas & Breſſerus,) etiamſi dubitans non poſſet tale peccatum confiteri abſque notabili incommodo, ſi non ſit tale, vt poſſit excuſare etiam à confeſſione mortalis certò nondum confeſſi, cùm præceptum confeſſionis non minus obliget exiſtente hoc dubio, quàm eo non exiſtente,

vt

Digitized by Google

vt ex dictis colligitur. Excipiendi verò ſunt ab hac obligatione ſcrupuloſi, qui etiam in manifeſte licitis dubitant an peccauerint, vel ſint peccatum ſemel commiſſum confeſſi, quibus propterea ſuaderi debet, ne vnquam confiteantur aliquod, niſi de quo certò illis conſtet quòd ſit peccatum, & non ſint confeſſi, quamuis aliqui dubitent, vel videatur illis ſe habere probabile iudicium non fuiſſe aliquando confeſſos, quando mediocri diligentia præmiſſa conſtat eos fuiſſe confeſſos. ita Sanchez *d. cap.* 10. *n.*85. Coninch *d. diſp.*7. *num.*68. Layman *lib.*1. *tract.*2. *cap.*6. Ioannes Sancius *diſp.*41. *n.*18. & alij communiter, quos referunt Sanchez, & Ioannes Sancius. Et iidem Sanchez, Sancius, Bauny, vnà cum Emanuele Sà *v. dubium n.*5. aiunt ſcrupuloſum non debere fateri, niſi quæ poteſt iurare eſſe mortalia, & ſe nunquam ea faſſum fuiſſe, & inſuper addunt nullum etiamſi non ſit ſcrupulis vexatum poſt mediocrem diligentiam in conſcientiæ examine non modò non teneri vlteriùs cogitare de anteacta vita, ſed etiam cùm occurrit aliquid, quod credit nunquam explicatum fuiſſe in confeſſione, poſſe eum ſibi perſuadere, illud ipſum dictum eſſe, ſed memoria excidiſſe; ſed de his *infrà*, vbi de conſcientia ſcrupuloſa: vbi etiam an ex illa regula, quòd ſcrupuloſus debeat fateri ſolùm, quæ poteſt iurare eſſe mortalia, vel nondum confeſſa, ſit ſemper ſeruanda, an verò quibuſdam ſcrupuloſis permitti, & ſuaderi, & prohiberi debeat ne confiteantur etiam ea, quæ parati eſſent iurare fuiſſe mortalia, & nondum confeſſa.

Prima ſententia affirmatiua intelligenda eſt de dubio probabili ex probabilibus fundamentis pro vtraque parte exiſtentibus orto, non de dubio mero negatiuo, aut temerario.

1760. ADuertendum tamen communem ſententiam intelligendam quando quis rationabiliter dubitat, an fecerit actionem mortaliter culpabilem, vel quod fecit, ſitne veniale, vel mortale, quòd (vt explicaui initio huius difficultatis *n.*1741. & colligitur ex Suarez *d. ſect.*9. *n* 7. Sanchez *d. cap.*10. *n.*86. *verſic. nec hoc contradicis.* Layman *dict. cap.*4. *num.*37. *verſic. ſed nota hic primò.* Fagundez *dict. cap.*4. *n.*2. & Henriquez *dict. cap.*4. *num.*5. Breſſero *dict. cap.*18. *num.*186. & 187.) contingit, quando homo probabiliter dubitat, eo quòd habet probabiles rationes pro vtraque parte illam ſuadentes, ſeu reddentes veriſimilem, ſed tamen inſufficientes, vt ex iis poſſit determinari ad formandum iudicium probabile pro altera parte, non verò eſt intelligenda ita rigoroſè, vt procedat in dubio merè negatiuo nulli rationi probabili innixo, ſeu quando quis merè negatiuè dubitat an peccauerit, vel id, quod fecit, ſit mortale, aut veniale nullam habens rationem dubitandi probabilem, vel aſſentiendi, aut diſſentiendi probabilem, vel non niſi leuem, aut veriſimilem, ſed potiùs apparentem, & apprehenſam; quicquid ſecus ſentiat Ægidius Coninch *d. diſp.*7. *n.*69. dicens, eum, qui ſcit ſe feciſſe aliquid, & negatiuè dubitat, an ſit mortale, ſeu neſcit an ſit peccatum mortale, teneri illud confiteri; quod idem mihi videtur ſentire Ioannes Lugo *d. ſect.*2. §.3. *n.*59. *initio.* ſed quod in tali dubio merè negatiuo nulli rationi probabili fundato, non ſit obligatio confitendi peccatum, eo modo dubium, tradit expreſsè Breſſerus *d. n.*187. & colligitur ex Suarez, Henriquez, Sanchez, Layman, & Fagundez *locis citatis.* qui loquuntur de dubio probabili, dum iuxta communem ſententiam aſſerunt peccata mortalia dubia eſſe in confeſſione aperienda: & ita ſentit etiam Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.*41. *n.*18. *initio.* vbi dicit in dubio merè negatiuo, an quis peccatum mortale, quod ſcit ſe commiſiſſe, fuerit confeſſus. ſcilicet, cùm quis expreſsè non recordatur illud fuiſſe confeſſum, non teneri illud iterum confiteri, ſi aliàs ſit ſolitus confeſſioni præmittere examen ſufficiens ad cognoſcenda peccata. Probatur, quia ſi in huiuſmodi dubio merè negatiuo, & nulli peculiari rationi probabili innixo, ſeu potiùs ignorantia, an peccatum aliquod mortale fuerit commiſſum, vel id, quod quis ſcit ſe feciſſe ſit veniale, vel mortale, vel an aliàs fuerit illud confeſſos, adeſſet obligatio illud confitendi, aperiretur ianua infinitis ſcrupulis, & oporteret pluries eadem peccata confiteri, cùm facillimè talia dubia excitentur, præſertim in perſonis odioſis, & mulieribus, huiuſmodi enim perſonæ ſimpliciores ſæpiſſimè neſciunt, an contractus, quem inierunt, ſit illicitus, an eſſet dies ieiunij, vel feſtus, in quo non ieiunarunt, vel opera ſeruilia fecere, an iuramentum factum, an detractiones, verba obſcœna, imprecationes, mendacia, & ſimilia peccata ab ipſis patrata, ſint mortalia, cùm tamen nullam habeant peculiarem rationem, vel probabilem dubitandi; ſed ex mera ignorantia, vel leuitate vtplurimum dubitant, quare cogerentur omnia prædicta peccata quoad numerum, & circumſtantias ſpecificas ſub dubio in confeſſione explicare; quod tamen in praxi communiter à Confeſſariis non obſeruatur, nec expedit. nam alioqui tales perſonæ nunquam haberent pacem conſcientiæ, & ſemper crederent ſe non ſufficienter peccata ſua explicaſſe in confeſſione. Quare, ſicut *ſuprà hoc tit. n.*79. dixi, in praxi eſſe amplectendam opinionem aſſerentem eum, qui in communi putat aliquid eſſe malum, neque diſcernens, neque dubitans, an ſit mortale, vel veniale, peccare tantùm venialiter, idque ad euitanda incómoda, quæ ea contraria ſententia ſequerétur, vt *ibid.* explicatum eſt, ita ad ſimilia incommoda euitanda dicendũ in huiuſmodi dubiis merè negatiuis, quæ nulla peculiari ratione, vel non niſi admodum leui fulciuntur, ſed potiùs in ignorãtia ſimplici fundantur, nullam eſſe obligationem confitendi talia peccata ſic dubia, & dubitans, ſeu potiùs ignorans cùm non habeat rationem probabilem in contrarium, poteſt practicè deponere illud dubium, & iudicare in ſui fauorem, vel non feciſſe actionem malam, vel ſolùm venialiter peccaſſe.
† Hine Sanchez, 1761.
& Layman *locis citatis*, Ioan. Sancius *d. diſp.*41. & alij agentes de conſcientia ſcrupuloſa, quos *infrà*, de eadem conſcientia ſcrupuloſa differens, referam, aiunt communem ſententiam non habere locum, neque eſſe practicandam in ſcrupuloſis, quia eorum dubia non ſolent eſſe probabilia, & rationabilia, ſed nulli, vel leui, & parum probabili rationi innitentia, ac proinde ſunt contemnenda, & illis non obſtantibus poteſt rectè formari iudicium practicum, quòd liceat contra illa operari, eo enim ipſo, quòd nulla adeſt ratio dubitandi, vel non niſi leuis, meritò reiici poteſt dubium, vt in ſimili dicitur *cap. inquiſitioni, de ſentent excomm.* quod Breſſerus *d. cap.* 18. *num.*179. *fine* dicit intelligendum non ſolùm, quando illa leuis ratio non mouet, nec ſufficit ad vllum aſſenſum, ſed illum relinquit ſtrictè dubium; ſed etiam ſi illa moueat ad aſſenſum, ſeu ſuſpicionem, aut credulitatem leuem, quo caſu deſineret eſſe dubium negatiuum, & ſtrictum, & indicat Pontifex *d. cap. inquiſitioni, ibidem* Gloſſa *v. leui & temeraria.* & Sanchez *d. cap.*10. *n.*80. & *lib.*2. *de matrim. diſp.*41. *n.*41. quia ta-

lis aſſenſus eſt temerarius; ac proinde rectè reiici, ac deponi poteſt, & ob ſuam leuitatem non excludit determinatum aſſenſum rationabilem alterius partis.

1762. † Obſeruat etiam Breſſerus *num.* 190. eſſe differentiam tum inter dubium de valore matrimonij, de quo agitur *dict. cap. inquiſitioni*, & aliis dubiis, de quibus in præcedentibus, & in ſequentibus §§. & dubio de peccato admiſſo, de quo hic agitur, quòd in illis ad deponendum dubium tanquam leue, opus ſit informatione, & conſilio aliorum, in hoc verò ordinariè tantùm ipſius conſcientiæ examine, & teſtimonio, tunc inter dubium facti, & iuris. Quòd ſi ne quidem de facto conſtet, non ſoleat eſſe ratio dubitandi; ſi autem conſtet de facto, v. g. oblatione rei, vel pugna, eo ipſo ſoleat eſſe peculiaris ratio dubitandi, an non interuenerit furtum, vel homicidium. Quòd ſi tamen nulla oriatur ſuſpicio mali, quòd auferens poteſt bona fide rem ſuam, vel ſibi debitam, eadem ſit ratio de dubio iuris. ita Breſſerus; ſed puto etiam in aliis dubiis ſine ratione, vel leui, vel minus probabili ortis, ad illa deponenda non eſſe opus aliorum informatione, aut conſilio, ſi ipſe dubitans ſuo examine, & peritia agnoſcat nullum eſſe, vel leue dubitandi fundamentum, & ipſam dubitationem proinde temerariam; & quòd Pontifex *dict. cap. inquiſitioni*, dicit de conſilio Paſtoris deponendam conſcientiam leuis, & temerariæ credulitatis, non videtur intelligendum de neceſſitate, ſed de conſilio, (vt notat idem Breſſerus *dict. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 115. *fine*,) quia communiter tutius eſt ad pacandam conſcientiam ſtare iudicio alterius, vt *ibidem* Breſſerus.

Quomodo in confeſſione explicanda ſint peccata dubia.

1763. CVm autem quis probabiliter, aut rationabiliter dubitat, an commiſerit peccatum mortale, vel an id, quod fecit, ſit mortale, vel veniale, illud peccatum vt dubium, & non vt certum, eſſe ab eo in confeſſione explicandum, docent Doctores eiuſdem communis ſententiæ, & latiùs Suarez *d. sect.* 9. *n.* 2. Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 68. Bauny *d. quæſt.* 17. *concl. vltima*. Coninch *d. diſp.* 7. *n.* 69. *concl.* 4. & Breſſerus *d. cap.* 28. *n.* 194. *&* 195. quia dicere peccatum dubium tanquam certum eſſet mendacium & affirmando ſe reum peccati mortalis tanquam certò commiſſi valde iudicium confeſſionis variat; & ſicut teſtis in iudicio fori externi haberetur tanquam teſtis falſus, ſi rem ſibi dubiam deponeret tanquam certam, ita & pœnitens falſum diceret confitendo peccatum dubium tanquam certum: & demum, quia peccata ſunt confitenda, pro vt ſunt in conſcientia, iuxta ſupradicta. Quapropter aiunt id eſſe ex genere ſuo mortale; ſicut ex genere ſuo mortale eſt, ſi teſtis deponat in iudicio rem dubiam tanquam certam. Dicunt tamen Suarez, & Sanchez poſt Caietanum, Victoriam, Nauarrum, & Manuelem, quòd ſæpe excuſat à mortali, immo etiam à veniali bona fides, & ſimplicitas pœnitentis, putantis melius eſſe ſe accuſare, quàm excuſare. Addit Breſſerus, & approbat Bauny, aliquando etiam à mortali excuſare materiæ paruitatem in ordine ad iudicium Confeſſarij: vt ſi quis confitens multa mortalia, vnum, aut alterum dicat tanquam certum, quod eſt dubium; nam per hoc non notabiliter mutaretur iudicium Confeſſarij, ſecus, (inquit Breſſerus) ſi confiteretur tantùm vnum, aut alterum, & vtrumque, vel alterutrum diceret
1764. tanquam certum. † Si dubium tantùm ſit de confeſſione, ſcilicet, an de peccato aliàs certò facta ſit confeſſio, aut an confeſſio fuerit irrita, tunc licèt poſſit, abſolute tamen non tenetur pœnitens ſic dubitans explicare dubium, vt rectè docent Suarez *d. n.* 2. Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 71. Bonacina *d. diſp.* 5. *n.* 5. Breſſerus *dict. num.* 195. Coninch *d. diſput.* 7. *concl.* .. Homobonus *tom.* 2. *conſultationum part.* 5. *reſp.* 132. Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 65. & alij. & ratio, quia cùm peccatum ſit certum, ſolùm dicit ſe feciſſe id, quod certum eſt, nec mentitur, quia non negat ſe id eſſe confeſſum, & ad præſens iudicium, ſeu præſentem confeſſionem, nil refert, an antea peccatum fuerit confeſſus, necne. Addit Breſſerus in hoc dubio non tam peccatum eſſe dubium, quàm eius confeſſio-
nem ipſi extrinſeca. † Ob eandem rationem San- 1765.
chez, Bonacina, Homobonus, & Diana iiſdem locis, aiunt, pœnitentem in confeſſione non teneri dicere peccatum, quod nunc confitetur, fuiſſe à ſe commiſſum poſt vltimam confeſſionem, vel ante illam, niſi aliqua peculiaris circumſtantia id poſtulet; vt ſi taliter mutatus ſit ſtatus pœnitentis ab vltima confeſſione, quòd ſi non declaretur id peccatum fuiſſe antea commiſſum, aut addatur circumſtantia mutans ſpeciem, aut ea non declarabitur, v. g. id peccatum erat venereum, & tempore, quo commiſſum eſt, pœnitens erat ſolutus, aut laicus, nunc autem eſt coniugatus, & Clericus Ordinis ſacri, aut Religioſus; vel è contra antea erat coniugatus, & voto caſtitatis aſtrictus; at ab vltima confirmatione eſt ab vtroque ligamine liber, ſi id peccatum ſimpliciter declaretur in confeſſione, intelliget Confeſſarius illud ab vltima confeſſione commiſſum fuiſſe, ea qua ſtatus eſt mutatus, & ſic decipietur intelligens aut habere circumſtantiam in ſpecie diuerſam, aut illa carere, ita expreſsè Sanchez; addens tamen, quòd ſi explicaretur integrè, & fideliter qualitas peccati, certum eſſet non eſſe opus explicare tempus, quod admiſſum fuit.

Præterea iuxta eandem communem ſententiam 1766.
non ſufficit fateri peccatum dubium, ſed in confeſſione exprimendæ ſunt circumſtantiæ illius peccati dubij ſpeciem mutantes; ac proinde dubius, an fœminam concupierit, debet explicare ſuum, illiuſque ſtatum. ita Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 69. & Breſſerus *d. cap.* 18. *n.* 179. Bonacina *d. diſp.* 4. *n.* 2. & communiter alij, & id probant rationes communis ſententiæ, ſcilicet, quia id neceſſarium eſt, vt Confeſſarius cognoſcat grauitatem peccati, & ſtatum conſcientiæ pœnitentis; nec contrarium videtur ſentire Coninch *d. num.* 69. *eadem concl.* 4. *verſic. idem dic*, vbi ſolùm ait, eum, qui ſcit ſe hoc feciſſe, neſcit autem, an ſit peccatum mortale, non tenetur dicere ſe neſcire quale peccatum, quia, inquit, hoc non eſt ipſius iudicare, ſed Confeſſarij: excipiens tamen caſum, in quo dubitaret, an cum ſufficienti aduertentia id fecerit, vel quando id feciſſet cum probabili iudicio, ſe non peccare mortaliter, eo quòd hæc ad dubium facti ſpectent, & niſi explicentur, Confeſſarius non poteſt qualitatem peccati cognoſcere.
† Similiter dubitans, an aliquod in genere pecca- 1767.
tum mortale admiſerit, immemor tamen ſpeciei illius peccati, tenetur illud fateri, dicens ſe dubium eſſe, an quoddam peccatum mortale commiſerit; ſicut qui ſcit ſe mortale admiſiſſe, nec ſpeciei meminit, tenetur in genere confiteri ſe peccatum mortale commiſiſſe, vt docuit Maior 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. quia eſt eadem ratio de confitendo peccato certo, tanquam certo, & de dubio tanquam dubio, iuxta communem ſententiam de neceſſitate confitendi mortalia dubia. & ita in terminis Sanchez. &

Breſſerus

1768. Breſſerus *locis citat.*† Qui Breſſerus *n.196.* poſt Suarez *d.ſect.9.n.3.* obſeruat, quando materia quocunque modo eſt dubia, adiungendam eſſe certam puta, vel veniale certò factum ab vltima confeſſione, ſi mortalia ſint dubia, vel quando etiam venialia eſſent dubia, peccatum aliquod veniale, aut mortale certum commiſſum aliquando, etſi ante vltimam confeſſionem, idque ne ſub conditione abſolutio danda, ſeu Sacramentum perficiendum ſit, quod videtur vitandum, quoties fieri poteſt: quæ tamen ceſſant cùm dubium eſt de iure tantùm, v.g. an furtum certò factum ſit mortale, tunc enim certa eſt materia, etſi illud ſit tantùm veniale.

An peccatum mortale iam confeſſum vt dubium, ceſſante dubio, & ſubſecuta certa, vel probabili notitia quòd fuerit commiſſum, neceſſariò ſit iterum confitendum.

1769. SEd quid ſi is, qui confeſſus eſt peccatum dubium, vt dubium, ſcilicet, ſe dubitare an conſenſerit delectationi venereæ, aut ſit furatus, vel an aliquod mortale admiſerit immemor circunſtantiæ ſpecificæ, poſtea facta maiori diligentia (cùm tamen ante confeſſionem feciſſet ſufficientem, & neceſſariam,) recordetur certò, vel habeat probabile iudicium illius peccati, vel circunſtantiæ ſpecificæ, nempè ſe conſenſiſſe delectationi, vel furtum commiſiſſe, vel peccatum illud confeſſum ſub dubio in genere eſſe inceſtum, vel adulterium, an tunc denuò teneatur illud peccatum vt certum, vel illam circunſtantiam ſpecificam confiteri. Affirmant Sanchez *d. num. 69.* Turrianus *de pœnitentia, q 9. art.2. diſp.29. dub.6.* Hurtadus *de Sacram. diſp.9. de pœnit. diff.7.* & Diana *part. 2. tract. 4. reſolut. 91. & part.4. tract.3.* allegata *reſolut.5.fine.* Probat Sanchez, quia tale peccatum in prima confeſſione plenè, & integrè non fuit expreſſum. ergo id, quod in prima confeſſione defuit, ſupplendum in altera, vt ſatisfiat præcepto confeſſionis, quoad integram, & perfectam peccati, prout quis ſcit, vel probabiliter iudicat ſe illud commiſiſſe, confeſſionem obligat: & ab hac ratione non differt ea, quam adfert Turrianus, ſcilicet, quòd peccatum debet manifeſtari in confeſſione, prout eſt in conſcientia pœnitentis, ſed prædictum peccatum, quod ante erat dubium, iam eſt in conſcientia pœnitentis vt certum, qua ratione non fuit ſubiectum clauibus, ſed ſolùm vt dubium; ergo adeſt obligatio iterum manifeſtandi illud in confeſſione vt certum. Confirmatur, quia ſi ab initio peccatum illud fuiſſet certum in conſcientia, vt certum oportuiſſet illud explicare, licèt à tali obligatione pœnitens tunc fuerit excuſatus per accidens, ſcilicet, ratione dubij, ſeu ignorantiæ: ergo ceſſante illo impedimento dubij, vel ignorantiæ, redibit obligatio confitendi illud vt certum, quæ priùs fuerat per accidens impedita, ſeu ſuſpenſa.

1770. At contrarium, & non teneri pœnitentem iterum confiteri peccatum vt certum, quod prius vt dubium confeſſus fuerat, prout tunc reuera ſibi erat in conſcientia, neque etiam ſpeciem, ſi antea erat confeſſus peccatum dubium mortale in genere, prout illud habebat in conſcientia, aperiens Confeſſario ſe dubitare, an aliquod peccatum mortale commiſerit, & neſcire cuius ſpeciei, ſeu qualitatis, tanquam probabile aſſerit Breſſerus *d.cap.18.num.197.* & loquens de peccato dubio vt tali, iam confeſſo, valde probabile eſſe pœnitentem non teneri poſtea illud confiteri vt certum, aliquos viros doctos iudicaſſe teſtatur Ioannes Lugo *d.diſp.16 de pœnit. ſect.4.n.92.* & præcipuè Patrem Nicolaum Richardinum S.Palatij Magiſtrum à ſe conſultum hoc idem tenere Metollam *tom.1.diſp.3.num 557.& 559.* refert Diana *d. reſolut.5.* & hanc eandem ſententiam, ſaltem ſpeculatiuè loquendo, tenet Lugo *d. ſect.2.* in eius fauorem latiſſimè diſſerens, licet tandem dicat ſe in hoc puncto nolle aliquid definire, ſed ſecuriorem partem conſulere. Probatur igitur hæc ſententia, quia cùm in prima confeſſione peccatum illud vt dubium explicatum, prout erat in conſcientia, verè ſit ad tribunal confeſſionis deductum, & clauibus ſubiectum, & in ordine ad obtinendam eius abſolutionem, & remiſſionem, ſi fortè eſſet commiſſum, vel eſſet mortale; per abſolutionem Confeſſarij abſoluitur, & remittitur non indirectè, (ſicut peccata oblita, vel per ignorantiam inuincibilem tacita,) ſed directè, quia abſolutio ſuper illud directè cadit, (nam ideo directè, & per ſe manifeſtatur à pœnitente in confeſſione, & vt materia neceſſaria confeſſionis, vt ab illo abſoluatur; ac proinde etiam Sacerdos directè abſoluit ab illo peccato ſub conditione implicita, ſi fuit verum peccatum, ſiquidem ſi non fuit peccatum, non vult abſoluere, nec abſoluit directè, vel indirectè;) ergo non videtur neceſſaria alia confeſſio, licèt poſtea certò conſtet de peccato, ſed ceſſat omnis obligatio illud confitendi, quoniam obtenta ſemel abſolutione directa peccati, non poteſt eſſe adhuc obligatio illud confitendi, & ſubiiciendi clauibus, cùm ad hoc debeat ſubiici, vt directè per abſolutionem remittatur. Qua de cauſa Doctores communiter, & expreſsè Suarez *d diſp.22.ſect.6. num.2.* & Fagundez *de præceptis Eccleſiæ præcepto 2. lib.3.cap 3. fine*, aiunt, illa peccata, quæ quis iam confeſſus eſt, & à quibus directè abſolutus eſt, neminem teneri iterum confiteri, vt definit Tridentinum *ſeſſ. 14. cap.5.*) quia cùm iam per ſe, & directè fuerint abſoluta, ampliùs non pertinent ad aliam ſubſequentem confeſſionem.† Con- 1771.
firmatur hæc ſententia primò, quia pœnitens bona fide confeſſus numerum peccatorum mortalium certorum, non determinatum, ſed veriſimilem, dicendo tale peccatum, v.g. fornicationem, vel periurium ſe commiſiſſe decies circiter, ſiue plus, minúſve; ſi poſt illam confeſſionem recordetur, vel habeat iudicium probabile ſe fornicationem, vel periurium vndecim, vel duodecim vicibus perpetraſſe, non tenetur illud vndecimum, aut duodecimum peccatum iterum confiteri, iuxta probabilem, & magis communem ſententiam, quam aſſerunt Sotus *in 4. diſtinct. 18. quæſ.2. art.1.* P.Ledeſma *in ſumma tom.1. cap. 17.* Vega *in ſumm.1. part. cap. 63. caſu 2.* Suarez *d. diſputat.22. ſect 5.num.38.* Vaſquez *de pœnitentia, q.91.art.1.dub.6.* Reginaldus *lib.6. num. 126.* Nugnus *in addit.ad 3. part. quæſt. 9. art.2.dub.1.diff.vnica*, Coninch *d.diſp.7.num.62.* Filliucius *tom.1.tract.7. cap.4. num.82*. Bonacina *de Sacram. diſp.5.q.5. ſect.2. § 3. diff.2. num.6.* Villalobos *tom.1.tract.9. diff 33.num.5. fine.* Bauny *d. tract.4. de pœnit.q.13.verſic. quod ſi pœnitens.* & alij recentiores, qui omnes dicunt tunc eas paucas vices cenſeri comprehenſas ſub priori numero explicato cum illa particula *circiter*, vel *plus minúſve*; ergo idem dicendum eſt de peccato dubio, iam vt dubio confeſſo ſuperueniente poſtea certitudine illius, ſiquidem peccatum illud vndecimum, vel duodecimum videtur explicatum in priori confeſſione ſolùm vt dubium, (non enim vt certum, quia determinatè fuiſſet dicendum vndecim, vel duodecim vicibus fuiſſe commiſſum.) ergo ſi non eſt neceſſe illud peccatum

vndecimum, vel duodecimum certò cognitum iterum confiteri, quia fuit in altera confeſſione confeſſum, & directè remiſſum; neque peccatum dubium, vt tale confeſſum erit neceſſariò iterum confitendum habita illius certitudine, quia verè fuit confeſſum, & directè per abſolutionem remiſſum; non enim apparere videtur ratio diſparitatis, vel vix poteſt aſſignari, de quo latè Lugo *d. ſect.* 4. *n.* 78.
1772. *& ſeqq.* † Confirmatur præterea à Ioanne Lugo tum exemplo diſpenſationis, nempe quia ſi quis in dubio an emiſerit votum reſeruatum, vel an votum, quod emiſit, ſit reſeruatum puta, abſolutæ caſtitatis obtinuit ab Epiſcopo diſpenſationem, etiamſi poſtea conſtet votum fuiſſe emiſſum, vel eſſe reſeruatum, diſpenſatio non corruit, neque neceſſaria eſt noua S. Pontificis diſpenſatio, vt cum Sanchez diximus *ſuprà hoc tit. num.* 1687. ſicut & *num.* 1680. *&* 1683. diximus cum eodem, & cum aliis diſpenſationem conceſſam in dubio, vel cum probabili iudicio, quòd cauſa diſpenſandi eſſet ſufficiens, valere etiamſi poſtea innoteſcat, cauſam fuiſſe inſufficientem, nec opus eſſe noua diſpenſatione; quia in præfatis dubiis Epiſcopus habet poteſtatem diſpenſandi, & directè diſpenſat, & relaxat vinculum voti, ſi verè fuit contractum. ergo idem dicendum de abſolutione directè data ſuper peccato dubio, quæ etiam datur à Sacerdote ad relaxandum illud peccatum, ſi verè fuit commiſſum, ſcilicet, eam ſubſiſtere etiam ſuperueniente certitudine peccati, neque opus eſſe noua confeſſione, & abſolutione, cùm pœnitens iam directè fuerit abſolutus ſub conditione, ſi verum peccatum fuit. Tum exemplo abſolutionis ab excommunicatione, vel alia cenſura, & diſpenſationis ab irregularitate, quam quia dubius de cenſura, aut irregularitate petierit, & obtinuerit; nam is, etiamſi poſtea conſtet illum in cenſuram incidiſſe, vel in irregularitatem, non indiget noua abſolutione, vel diſpenſatione, quia ad hoc ipſum data fuit prior abſolutio, vel diſpenſatio, vt ſi vinculum verè fuit contractum, diſſoluatur. idem ergo erit ſi quis abſolutus eſt à peccato mortali dubio, vt tali confeſſo ad finem abſolutionis, & remiſſionis illius, ſi fortè pœnitens verè illius eſſet reus. Verùm dici poteſt in prædictis exemplis, ſeu caſibus ſemper valere diſpenſationem, & abſolutionem abſque neceſſitate nouæ diſpenſationis, vel abſolutionis, ob rationes *præfatis numeris* allatas, præſertim quia id poſtulat recta Eccleſiæ adminiſtratio ad tollenda inconuenientia, quæ alioqui facilè ſequerentur, & obuiandum innumeris ſcrupulis, qui aliàs oriri poſſent; quæ rationes non videntur in hoc ca-
1773. ſu militare. † Denique confirmat Breſſerus hanc eandem ſententiam, dicens etſi multo verius ſit in confeſſione exprimendas eſſe circunſtantiis notabiliter intra eandem ſpeciem aggrauantes, nihilominus ſaltem probabile eſt eas non debere exprimi in ſecunda confeſſione ſi in prima bona fide omiſſæ fuerint. Neque huic ſententiæ obſtare videtur fundamentum prioris; nam ad validam totius peccati abſolutionem ſolùm requiritur, & ſufficit, vt integrè, & plenè manifeſtetur, prout eſt in conſcientia pœnitentis tunc quando quis confitetur, vt ab illo directè abſoluatur, non verò prout ſunt poſtea, quia tunc, cùm ſint directè abſoluta, & remiſſa, iam non eſt opus alia confeſſione, vt dictum eſt. Item ab initio debuiſſet explicari peccatum, vt certum fuiſſet in conſcientia: nihilominus cùm ceſſauerit iſta obligatio per accidens ratione dubij, ſeu ignorantiæ, tunc, cùm quis peccatum dubium confeſſus eſt, & abſolutus, non poteſt reuiuiſcere ceſſante illo impedimento, quia ceſſat etiam finis illius obligationis, qui erat obtinere abſolutionem directam illius peccati; quod cùm iam ſupponatur directè remiſſum per claues, nulla eſt neceſſitas, aut ratio, cur iterum debeat clauibus ſubiici, vt declaratum eſt. Non obſtant etiam aliæ, quæ poſſent obiici contra hanc ſententiam, & de quibus Lugo *d. ſect.* 4. nam procedunt in caſibus, in quibus peccatum in prima confeſſione minimè fuiſſet per ſe clauibus ſubiectum, & tantùm indirectè abſolutum, ſeu remiſſum.

Quid igitur ſentiendum? Exiſtimo & ego hanc 1774.
poſteriorem ſententiam non eſſe improbabilem, vt apertè ex modò dictis in eius fauorem conſtat, & quia etiam præcludit viam plurimis ſcrupulis, quæ ex praxi prioris ſententiæ facile oriri poſſunt: licèt eadem prior ſententia ſit longè tutior, magis communis, & probabilior exiſtimetur. quam proinde conſultius eſt ſuadere pœnitentibus minimè ſcrupuloſis; nam quoad perſonas ſcrupuloſas, poſterior in praxi adhibenda potiùs mihi videtur.

Porrò poſt Cordubam *in ſumma q.* 9. rectè aduer- 1775.
tit Sanchez *d. n.* 69. & poſt eum Diana *d. reſolut.* 9. ac Ioann. Lugo *d. ſect.* 4. *n.* 93. quòd quando pœnitens confeſſus eſt integrè peccatum certum, ſeu quod certò ſcit ſe feciſſe, de quo tamen dubitabat, an eſſet mortale, vel veniale, & licèt etiam Confeſſarius ſimili dubio teneretur, non eſſe iterum tale peccatum confitendum, quando poſtea vel pœnitens, vel Confeſſarius doctior factus, aut alia conſultia nouit id eſſe peccatum mortale, quia iam reuera confeſſus eſt integrè ſuum peccatum, neque ad confeſſionis valorem requiritur, quòd pœnitens, vel Confeſſarius ſciat illud eſſe peccatum mortale, intelligitur tamen id, (vt addit Sanchez,) niſi aliunde confeſſio fuerit irrita, puta, quia data opera quæſiiſſet Confeſſarium ignarum, ac inſufficientem ad eius confeſſionem excipiendam.

Bene quoque aduertit Ioann. Lugo *d. ſect.* 4. *n.* 77. 1776.
certum eſſe, ſi pœnitens confeſſus eſt peccatum aliquod vt certum, & poſtea incipit dubitare de illo, non teneri iterum illud confiteri vt dubium; ſicut qui accuſauit ſe in confeſſione bona fide de decem peccatis mortalibus, ſi poſtea nouit fuiſſe ſola ſex, non tenetur iterum confiteri, & accuſare ſe de ſolis ſex, vt ex Doctoribus *ſuprà num.* 1771. relatis conſtat. & prædicta quando quis propriè, & ſtrictè dubitat de peccato admiſſo, vel an ſit mortale, vel an fuerit illud confeſſus, pro neutra parte habens rationes probabiles ſufficientes ad generandum aſſenſum, vel diſſenſum.

In dubio opinatiuo, ſeu quando quis habet probabile iudicium de vtraque parte, ſcilicet, ſe commiſiſſe peccatum mortale, vel illud fuiſſe confeſſum, & non commiſiſſe, vel illud non fuiſſe confeſſum, an teneatur illud confiteri.

VIdeamus modò quid dicendum in dubio 1777.
opinatiuo, ſcilicet, quando quis præmiſſa ſufficienti diligentia propter rationes probabiles, & ſufficientes ad generandum aſſenſum pro vtraque parte exiſtentes probabiliter iudicet, ſeu opinetur ſe non peccaſſe mortaliter in aliqua re, aut ſi peccauit, peccatum illud iam confeſſum eſſe: & etiam probabiliter iudicat ſe peccaſſe, vel peccatum non fuiſſe confeſſum, an tunc teneatur in vtroque caſu peccatum confiteri; ſiue æqualiter opinetur de vtra-

que

que parte, ſiue pro vna parte habeat vrgentiores rationes, & illam probabiliorem iudicet. Dixi, *de vtraque parte probabiliter opinetur*, *ſeu iudicet.* nam ſi quis pro vna tantùm parte habet rationes poſitiuè probabiles, ob quas probabiliter iudicet illam partem eſſe veram, de alia verò ob defectum ſufficientium rationum probabiliter non iudicat, ſed ſolùm habet ſuſpicionem aliquam, vel timorem, aut formidinem, certum eſt eum poſſe, vel debere ſequi tale iudicium: vt ſi iudicet ſe peccaſſe mortaliter, vel nunquam confeſſum eſſe tale peccatum, tenetur illud confiteri, & è conuerſo, ſi oppoſitum iudicet, exoneretur tali obligatione, & non tenetur confiteri, vt rectè aduertunt Suarez *d. diſp.* 22. *de pœnit. ſect.* 9. *num.* 5. Coninch *d. diſp.* 7. *de Sacram. num.* 67. & Breſſerus *d. lib.* 4. *citato, cap.* 18. *num.* 199. & ratio eſt, quia tale iudicium ſufficit ad regulandam humanam actionem, nam ex illo, quamuis ſpeculatiuè ſit incertum, colligitur iudicium certum practicè de rectitudine operationis, vel omiſſionis, vt conſtat ex dictis *ſuprà* de conſcientia opinatiua; nam in rebus humanis rarò haberi poteſt omnimoda certitudo, vt pariter dictum eſt *ſuprà hoc titulo*, dum de conſcientia opinatiua, *num.* 118.

1778. Controuerſia ergo ſolùm eſt, quando quis habet opinionem, ſeu iudicium probabile de vtraque parte, an tunc teneatur illud peccatum confiteri? Et Salas s. a. *d. tract.* 8. *num.* 60. *in allegata ſolut. ad* 4. affirmat, quamuis pœnitens tanquam probabilius iudicet non eſſe aliquod mortale, vel iam illud fuiſſe confeſſum, teneri illud confiteri, ſi poſſit ſine notabili incommodo, ſicut *num.* 58. *initio* ait neceſſariò eſſe confitendas circunſtantias, de quibus ſunt variæ opiniones an ſint fatendæ, ſi id ſine notabili incommodo fieri poteſt. idem quod Salas, aſſerit Breſſerus *d. cap.* 18. *num.* 199. *&* 200. vbi etiam dicit quòd in hoc caſu non excuſat à confeſſione neque poſſeſſio, neque notabile incommodum, cùm nullum ſit incommodum confiteri peccata dubia. Coninch *d. diſp.* 7. *num.* 68. ait probabilius ſibi videri, eum, qui ſcit ſe peccaſſe mortaliter, & probabiliter opinetur ſe non fuiſſe confeſſum, teneri illud peccatum confiteri, licèt probabiliter etiam putet ſe illud confeſſum eſſe. Primò probat Salas ſolùm, quia vſus Eccleſiæ ita confeſſionis præceptum eſt interpretatus; ſed de hoc vſu non conſtat. Secundò igitur probat Breſſerus, tum quia pœnitens ſic pro vtraque opinans verè relabitur in ſtatum conſcientiæ dubiæ ſaltem æqoiualenter: nam quantum dubio detrahit probabilis opinio, quòd non fecerit, vel fuerit confeſſus, tantum ex altera parte addit item opinio probabilis, quòd fecerit, vel non fuerit confeſſus. Vnde verè tam manet incertum, an fecerit, quàm non fecerit, an non confeſſus, quàm confeſſus fuerit: quare ſic ſtante debet neceſſariò habere locum illud principium ex iure naturali, & æquitate deductum, quòd in dubiis ſit eligenda via tutior, nempe confeſſio. Quare (inquit) ratio illa, & opinio etiam probabilis ſufficit ad difformitatem iudicij ſpeculatiui, & practici. Tum, quia ſic dubitans poſitiuè, & vtrumque opinans, ſi non confiteatur, tam ſe exponit periculo violandi præceptum confitendi, (quod eſt illud, quod hîc ſpectatur,) quàm dubitans negatiuè, & ſtrictè; immò magis ſi probabilius putet ſe feciſſe, vel non fuiſſe confeſſum. Tertiò probat Coninch ſuum dictum; quia ſi quis debet ex contractu centum, v. gr. & poſitiuè dubitet, ſeu opinetur an ſoluerit, non liberatur ab obligatione totali, ſed aliquam ſaltem partem tenetur ſoluere, quia per ſolutionem incertam non poteſt ſatisfieri certo debito. ergo, &c.

Communior tamen ſententia, quam approbo, 1779. tenet in neutro caſu, pœnitentem ita probabiliter de vtraque parte opinantem, & iudicantem teneri peccatum confiteri. ita Henriquez *lib.* 5. *cap.* 4. *litt. K. in textu*, & Gloſſa. Suarez *d. ſect.* 9. *num.* 6. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 76. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcepto* 2. *lib.* 3. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 4. *num.* 172. *fine*. Bonacina *de Sacram. diſp.* 4. *q.* 6. *part.* 1. *num.* 12. *& diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *part.* 2. §. 3. *diff.* 4. *num.* 4. Stephanus Bauny *d. tract.* 4. *de pœnit. q.* 16. Ioann. Lugo *d. diſp.* 16. §. 3. *num.* 59. *&* 60. & alij Recentiores. & hoc idem docuerunt Gerſon, Syluester, & Roſella, quos Henriquez, & Sanchez referunt. Ratio huius ſententiæ deducitur ex dictis *ſuprà* de conſcientia opinatiua, ſeu de opinione in genere, ſcilicet, quia quiſque (ſaltem vbi agitur de ſola honeſtate, vel turpitudine operationis, vel omiſſionis,) poteſt tutò, & ſine culpa ſequi opinionem probabilem, non obſtante oppoſita item probabili, vt *ſuprà* §. 17. *num.* 121. *ad* 131. latè oſtenſum eſt; hic autem habet probabile iudicium ſe non peccaſſe, vel iam confeſſum eſſe peccatum, quod fecit; ergo non tenetur illud peccatum confiteri. † Et licèt Fagundez *d. cap.* 4. *num.* 7. velit id 1780. procedere ſi pœnitens probabilius iudicet ſe peccaſſe, aut nundum confeſſum eſſe, ne fortè, inquit, ſequendo iudicium minus probabile ſe exponat peccato mortali, & quia id occaſio eſſe poteſt negligentiæ mortalis in tam graui materia ſalutis, quod etiam Henriquez *d. num.* 5. priùs docuit, dum dicit, non eſſe obligationem confitendi, quando pœnitens per rationes, aut conſultationem ſapientis æquè probabiliter opinetur peccatum non fuiſſe mortale, vel illud ſe confeſſum eſſe. Nihilominus longè verius eſt procedere hanc ſententiam, etiamſi pœnitens magis inclinet, & tanquam probabilius iudicet ſe peccaſſe, vel nondum confeſſum, dummodo per rationes probabiles, vel viri, aut virorum doctorum conſultationem habeat iudicium probabile ſe non peccaſſe, vel confeſſum eſſe, vt docent Suarez, Sanchez, Filliucius, Bonacina, Bauny, & Lugo *locis citatis*; quia nemo diuina lege, aut humana tenetur ſequi opinionem, quam præ cæteris probabiliorem cenſet, ſed ad rectè, & prudenter operandum, ſatis eſt ſequi opinionem probabilem, (vt *ſuprà hoc tit. num.* 128. *& ſeqq.* latè oſtenſum eſt,) quam quis habet, quoties poſt ſufficientem diligentiam probabiliter iudicet ſe non peccaſſe, aut confeſſum eſſe. Nam per huiuſmodi iudicium practicum, & prudentiale poſt factam diligentiam formatum, purgatur, ſeu tollitur omne morale periculum peccandi, & redditur homo tutus in ordine ad operationem, vel omiſſionem, vt ex dictis *num.* 121. *ad* 146. conſtat, & docet idem Fagundez *d. cap.* 4. *n.* 2. & non apparet maior ratio, cur iudicium probabile, & prudentiale ſufficiat in aliis ad operationem, vel omiſſionem honeſtam, & non in præſenti caſu, verum quidem eſt, quòd huiuſmodi iudicium probabile, & prudentiale non ita facile haberi poteſt ab indoctis, qui facile errare poſſunt iudicando non eſſe peccatum, id, quod reuera eſt, vt Coninch, & Bannes *locis citatis* aduertunt. † Idem autem quod 1781. *ſuprà*, procedit, quando quis habet probabile iudicium, ſeu probabiliter opinetur de vtraque parte circa confeſſionis iam factæ valorem, vel an aliquod peccatum, vel aliquæ circunſtantiæ debeant in confeſſione manifeſtari, poteſt enim ſe conformare iudicio, ſeu opinioni deobliganti, licèt alteram putet probabiliorem, vt ob eandem rationem Suarez, & Sanchez *vbi ſuprà*. † Neque obſtant ra- 1782. tiones

Digitized by Google

tiones Breſſeri, & Coninch *num.*1778. poſitæ; nam ad primam Breſſeri negatur opiniones probabiles in ordine ad rectè, vel culpabiliter operandum æquiualere dubio; qui enim in operando ſequitur opinionem probabilem, ſeu iudicium probabile, prudenter agit, & rationi conformiter, & ſic nulli morali periculo peccandi exponitur, ſecus qui rigoroſè dubitat; nam dum non habet probabile iudicium de recta operatione, vel omiſſione, caret regula rectè operandi, & ita exponitur periculo morali errandi. Vnde etiam hîc non habet locum regula, quòd in dubiis ſit eligenda tutior pars; quæ ad ſummum intelligitur in dubiis propriè, & ſtrictè, vt alibi *ſuprà* dictum eſt. Præterquam quòd vbi ſunt opiniones probabiles, pro vtraque pars eſt tuta, & vna non eſt formaliter, & in ordine ad euitandum peccatum, ſeu culpam tutior altera, vt latè *ſuprà num.*137. explicatum eſt; ac proinde non magis exponitur periculo morali peccandi, ſeu culpabiliter operandi, qui vnam, quàm qui alteram opinionem ſequitur. Ex quo manet ſoluta ſecunda ra-
1783. tio eiuſdem Breſſeri. † Ad rationem Coninch primò negari poteſt abſolutè antecedens, cùm contrarium teneant alij relati ſuprà *num.* 1394. idque ob allatam rationem, quòd quis poſſit tutò ſequi opinionem probabilem, & in moralibus non poſſit vt plurimum certitudo haberi. Secundò reſponderi poteſt ex Ioann. Lugo *d. num.*60. relato etiam *dict. num.* 1394. quòd vel illa centum debentur ex liberali promiſſione, & tunc ſatisfecit ſolutione probabili, ſicut qui ex voto debet ieiunium, ſi ieiunet obſeruando ieiunium iuxta probabilem opinionem, licèt non iuxta certam, ſatisfacit voto; ſi verò debentur ex contractu oneroſo, v.g. emptione, permutatione, vel ſimili, tunc admiſſo tanquam probabili, quòd non ſatisfaciat, quia non videatur ſeruari æqualitas dando pro re certa aliam incertam, quæ eo ipſo minus valet; & quia intentio contrahentium videtur eſſe, vt detur ſibi pecunia certa pro mercibus certis; hæ tamen rationes in præſenti caſu non procedunt magis, quàm in aliis omnibus præceptis, vt per ſe patet.

1784. Talis porrò pœnitens, ſi eſſet in articulo mortis conſtitutus, teneretur conteri de illo peccato mortali, quod probabiliter putat ſe commiſiſſe, licèt etiam probabiliter putet non feciſſe, vt ex dictis *num.* 1756. colligitur, & aduertunt Henriquez *d.n.*5. & Sanchez *d.num.* 10.*num.*77. quia etſi opinio probabilis excuſat à violatione præcepti confeſſionis, non tamen ſupplet medium neceſſarium remiſſioni huius peccati, ſi fortè coram Deo fecit mortale; ac proinde dum pœnitens tunc non vult, aut non poteſt confiteri, debet ſibi ſubuenire eliciendo actum contritionis ex præcepto ſaltem charitatis obligante ad certò procurandam ſibi ſalutem æternam, & euitandam æternam damnationem, vt allegato *num.*1756. dictum eſt; & contritio tunc, vt *ibidem* explicatum eſt, remittet peccatum in ordine ad claues Eccleſiæ, quibus pœnitens de vtraque parte probabiliter opinans habet animum ſe ſubiiciendi, quoties nouerit ſe teneri illud ſacramentaliter confiteri: nulla autem opus erit contritione, ſi poſt peccatum commiſſum facta fuiſſet confeſſio aliorum peccatorum valida; vel ſi pœnitens ſuſcipiat ſacramentum Pœnitentiæ confitendo venialia, vel mortalia certa aliàs confeſſa; ad quam confeſſionem ex eodem præcepto charitatis ſubueniendi ſibi certo remedio ſalutis æternæ teneretur, ſi incertus eſſet de contritione, iuxta dicta *allegato num.* 1756. & prout tradit Sanchez *d. num.* 77. licèt Henriquez loco *ſuprà num.*1754. allegato putet non eſſe neceſſariam contritionem, ſi ſuſcipiat aliud Sacramentum, quo fiat de attrito contritus, erit tamen ſemper tutius recipere ſacramentum Pœnitentiæ, ſi fieri poteſt, vel confitendo illud peccatum dubium, vel veniale poſt vltimam confeſſionem facta, vel venialia, aut mortalia aliàs confeſſa. Et hæc de hac difficultate octaua.

SVMMARIVM.

1785 *Subditus in dubio an præceptum à ſuperiore ſit impoſitum, vel an præceptum in tali caſu obliget poſt factam moralem diligentiam adhuc dubitans, non tenetur obedire.*

1786 *Quando conſtat ſuperiorem eſſe legitimum, & de eius præcepto, ſed ſubditus poſt moralem diligentiam dubitat, an res præcepta ſit licita, necne, teneatur obedire ſi dubium ſit merè negatiuum.*

1787 *Si verò dubium ſit poſitiuum, ob rationes dubitandi ſufficientes, & non leues, vna ſententia ait non teneri obedire, &* 1788.

1789 *Altera ſententia, & communiſſima affirmat teneri obedire, ad* 1799.

1794 *In dubio poſt moralem diligentiam remanente, an res præcepta excedat limites regulæ tenetur ſubditus obedire.*

1800 *Quòd ſubditus in dubio an res præcepta ſit illicita, teneatur obedire, non procedere in ſubditis religioſis aſſerunt Palaus, &* 1801. *&* 1802.

1803 *Contrarium aſſerendum iuxta communiſſimam ſententiam, ad* 1805.

1806 *Moniales in dubio honeſtatis rei præceptæ tenentur obedire Abbatiſſæ præcipienti.*

1807 *Quandònam dicendum ſit certum, vel euidens eſſe, rem præceptam eſſe illicitam, vel excedentem limites regulæ, vt proinde ſubditus non teneatur obedire.*

1808 *Quando non eſt moraliter certum, ſeu euidens rem præceptam eſſe contra regulam, vel ſuperioris maioris præceptum, vel de eſſe Prælato facultatem diſpenſandi, aut diſpenſationem factam eſſe abſque rationabili cauſa, tenetur ſubditus obedire.*

1809 *Non ſemper cenſentur præcipere extra regulam, eo quia præcipiant aliquid in ea non expreſſum.*

1810 *Quando ſubditus religioſus teneatur obedire ſuperiori coarctanti libertates, ſeu immunitates, & licentias à ſuperiore maiori permiſſas.*

1811 *Quando ratione infirmæ valetudinis, vel alterius cauſa iubetur ſubditus non ieiunare, quando aliàs tenetur, aut non recitare officium, aut veſci carnibus, tenetur ſubditus in dubio obedire.*

1812 *Religioſus ſubditus à ſuperiore iuſſus audire confeſſiones, aut ſuſcipere ſuperioritatem, ſeu Prælaturam in dubio idoneitatis, an teneatur obedire.*

1813 *Subditus certò ſciens ſe non peccare non obediendo, & dubius an res præcepta ſit illicita, vel an peccet obediendo, non tenetur, nec poteſt licitè obedire.*

1814 *Subditus dubius an res ſit licita, vel excedens limites poteſtatis, ſi certò moraliter ſciat etiam ſuperiorem dubitare, non tenetur obedire, &* 1815. *&* 1816.

1817 *Si verò certus ſit rem præceptam, de qua ſuperior*

dubi

dubitat, eſſe licitam, & ſub poteſtate comprehenſam, tenetur obedire.

1818 *Subditi dubitantes an res præcepta ſit illicita, an per ſe, vel conſulendo alios peritos teneantur ad examen priuſquam obediant, affirmant aliqui.*

1820 *Alij magis communiter negant.*

1821 *Immò etiam non poſſe differre obedientiam, vt examinent.*

1822 *Subditus dubius circa factum, v. g. an homicidium commiſerit iuſſus à ſuperiore celebrare, an poſſit licitè obedire.*

1823 *Præceptum ſub conditione à ſuperiore impoſitum non tenetur adimplere ſubditus dubius de implemento conditionis.*

1824 *In dubio an res præcepta ſit illicita, vel excedens limites iuriſdictionis ſuperioris, ſubditus non tenetur obedire, ſi illa ſit nimis moleſta, vel difficilis, & oneroſa ſubdito, vel ex obedientia probabiliter timeatur graue damnum proprium, vel alienum, temporale, vel ſpirituale.*

Quando executio rei præceptæ differri poteſt, & minus damnum timetur ex dilatione, quàm ex prompta obedientia, differenda eſt executio, donec examinetur, an ſit obediendum, num. 1819. & d. num. 1824.

1826 *In caſibus, in quibus ſubditus in dubio non tenetur obedire Prælato, non tenetur etiamſi Prælatus præciperet ſub pœna excommunicationis.*

1827 *In dubio de legitimo titulo ſuperioritatis, ſcilicet, an ſuperior ſit legitimè electus, vel confirmatus; & an exiſtat in pacifica poſſeſſione dignitatis, an teneatur ſubditus obedire, & 1828. & 1829.*

§. XLIX.

In dubio vtrùm ſubditus teneatur obedire ſuo ſuperiori, ſiue dubium ſit de præcepto, ſiue de honeſtate rei præceptæ, aut exceſſu regulæ, ſiue de titulo legitimóve ſuperioritate.

DIfficultas nona, vtrùm in dubio ſit obediendum ſuperiori, ſeù Prælato aliquid præcipienti? in qua difficultate,

In dubio, an præceptum à ſuperiore ſit impoſitum, an ſubditus teneatur obedire,

1785. Primò controuerti poteſt, an quando dubium oritur ſolùm ex parte ipſius præcepti, ſcilicet, quia de eo poſt factam debitam diligentiam ad inueſtigandam veritatem, dubium ſit, an à ſuperiore impoſitum ſit præceptum aliquid faciendi, vel omittendi ſub mortali, vel an præceptum comprehendat hunc caſum, ſeu obliget in hoc caſu. Et in hoc dubio ſpeculatiuo ſubditum dubitantem non teneri obedire tradunt Sanchez *lib. 6. ſumm. cap. 3. num. 1.* idem & alij Doctores *ſuprà num. 1213. & 1214.* relati, & conſtat ex *ibidem* traditis. etſi Peirinis *tom. 1. de ſubdito, quæſt. 1. concluſ. 1.* & Aſcanius Tamburinus *tom. 2. de iure Abbatum diſp. 21. quæſt. 12. num. 3.* ſecuti Vaſquez *1. 2. diſp. 65. cap. 3. & diſp. 66. cap. 1.* & Salam *ibidem tract. 8. n. 258.* contrarium, & ſubditum teneri obedire ſentiant; moti ea ratione, quòd in tali dubio tutior pars ſit eligenda. Propter quam rationem etiam Breſſ. *lib. 4. de conſcientia, c. 14. n. 139.* iuxta ſuam ſententiam in præcedentibus relatam, ait in hoc dubio ſubditum debere obedire ſuperiori, cùm poteſt abſque notabili incommodo, ſed prædicta regula non procedit, quando poſſeſſio ſtat pro libertate voluntatis, vt latè *ſuprà* oſtenſum eſt.

Quando conſtat ſuperiorem eſſe legitimum, & de eius præcepto, ſed ſubditus dubitat, an res præcepta ſit illicita, an teneatur obedire.

SEcundò, & præcipuè controuertitur inter Doctores, quàndo conſtat de legitima authoritate, ſeu ſuperioritate Prælati, & de præcepto, & dubium tantùm eſt ex parte rei præceptæ, eo quòd ſubditus dubitet, an ſit licita, vel illicita? Et quidem ſi dubium ſit merè negatiuum, ſcilicet, quia ſubditus nullam habet rationem poſitiuam dubitandi, vel iudicandi rem præceptam eſſe malam, neque etiam credendi eſſe bonam, & honeſtam, ſed ignorat quid verum ſit, in hoc dubio omnes fateri debent, & certum eſt, ſubditum licitè poſſe, & teneri obedire præcepto ſuperioris (id quod etiam in terminis tradunt Suarez *de relig. tom. 4. lib. 4. cap. 15. num. 20. initio,* & Vaſquez *opuſc. de reſtitutione, cap 6. §. 3. dub. 5. n. 72. verſic. tertiò.* Ariaga *1. 2. tom. 1. diſp. 26. num. 36.*) quia ſuperior exigit ius ſuum, & in dubio melior eſt conditio poſſidentis. & in hoc dubio ſaltem præſumendum eſt pro ſuperiore, ſeu ſuperioris præceptum eſſe iuſtum, iuxta tradita *ſuprà num. 261. & 1080. fine,* & dicenda *infrà,* vbi non conſtat ſuperiorem, ſeu Prælatum ſolitum eſſe inconſideratè procedere, & conſueuiſſe iniuſta, & iniqua præcipere. Et demum, quia aliàs eſſet moraliter impoſſibilis obedientia, ſi vnicuique ſubdito in particulari priùs demonſtrandum, & perſuadendum eſſet, iuſtum eſſe, quod præcipitur. Et idem dicendum, ſi ſubditus dubitet ex leui, friuola, & inſufficienti ratione, quæ ſcrupulum potius, quàm dubium probabile gignat, vt notat Vaſquez *vbi ſuprà num. 73. fine,* quia tunc perinde eſt, ac ſi abſque ratione dubitaret; & ad prædicta confirmanda faciunt tradita *ſuprà num. 311. & num. 1760.* Controuerſia igitur procedit, quando dubium ſubditi, ſit ne licita, aut illicita res præcepta, eſt probabile, quia habet rationes pro vtraque parte probabiles, ſed inſufficientes ad aſſenſum, vel diſſenſum de aliqua parte. 1786.

Et in hoc dubio ſubditum non teneri, nec licitè 1787.
poſſe ſuperiori obedire, niſi tale dubium depoſuerit, & ſaltem per principia extrinſeca, v. g. auctoritatem, ſcientiam, prudentiam ſuperioris, aut aliorum virorum doctorum iudicet probabile eſſe id, quod præcipitur, eſſe licitum, & honeſtum, ſentiunt Adrianus *quodlib. 1. puncto 2.* & Vaſquez *1. 2. diſp. 66. c. 9.* idem ſentire videtur Rodriquez *in ſumma part. 1. cap. 9. num. 3. & 4. & in tract. de ordine iudiciali, cap. 7. concl. 12. num. 12.* vbi dicit, quòd ſi ſubditus dubitat, an teneatur obedire, necne, aut dubitat præceptum eſſe contra ius, & illicitum, motus ex leui cauſa, & non debet ſuperiori obedire, quando ex eius obedientia timetur malus periculum; ſi verò ſubditus probabiliſſimè dubitat, creditque eſſe peccatum mortale, quod à ſuo Prælato præcipitur ſub obedientia, non ſolùm non tenetur obedire, ſed peccabit ei obediens. Hanc eandem ſententiam ex parte approbat Salas, quatenus *1. 2. tract. 8. n. 159. & 183.* dicit non eſſe obediendum præcepto ſuperioris, ſi dubitetur ex obedientia maius præceptum Dei violandum; ſecus ſi dubitetur rem præceptam longè minus malum eſſe quàm inobedientia; tunc enim, inquit, accedente ſuperioris præcepto; ſubditus licitè rem illam exequeretur ad euitandum hoc maius peccatum, quod ſecluſo præcepto, illicitum ei eſſet; nequit enim, addit, præceptum ſuperioris communiter efficere, quod alioqui in dubio erat illicitum, ſit ſubdito dubitanti licitum, ſed tantùm, vt quod

alioqui

alioqui in dubio, vel alio euentu erat licitum, ſit obligatorium. & licèt idem Salas *ibidem n.152.* affirmet, per ſe loquendo, in dubio iuris ſemper eſſe obediendum ſuperiori, niſi alia lex, vel ratio excuſare videatur; tamen rationem huius, ait, non eſſe ſuperioris poſſeſſionem præcipiendi, ſed quia aliàs homines non poſſent commodè gubernari, quia frequentiſſime occurrunt dubia iuris, ſeu præcepti, ob quæ liceret non obedire, quod aduerſaretur communi bono.

1788. Probatur hæc ſententia primò, quia nemo poteſt licitè operari cum conſcientia practicè dubia, quia alioqui exponeret ſe periculo peccandi, vt *ſuprà* latè oſtenſum eſt; ſed ſi ſubditus non depoſito rationabiliter dubio, an res præcepta ſit illicita, operaretur cum conſcientia practicè dubia, quæ ex dubio ſpeculatiuo neceſſariò conſequitur, nec deponi poteſt ex ſolo præcepto ſuperioris: nam obedientia non poteſt facere ſubdito licitum opus, quod aliàs illi ſecluſo præcepto erat illicitum. cæteris paribus, & eodem modo ſe habentibus, ſolùm quia à ſuperiore imperatur, ſeu præcipitur opus, vt Salas *vbi ſuprà*, & Vaſquez tum *d.c.9.* tum *d.opuſc. de reſtitutione, citato c.6.n.74.* ergo vt ſubditus licitè obedire poſſit, neceſſe eſt, vt deponat dubium ſpeculatiuum, formans iudicium eſſe probabile, rem præceptam eſſe licitam, ad id ductus, vel auctoritate, & prudentia ſuperioris, vel aliorum virorum peritorum; vel ſi ſubditus ignarus ſit, obediendo excuſatur, ſi bona fide ſequatur præceptum ſuperioris, de cuius iuſtitia neſcit ipſe iudicare. Secundò probatur, quia poſſeſſio in hoc dubio non ſtat pro ſuperiore, cùm non poſſit præcipere illicita, vel quæ ſunt ſupra illius poteſtatem, ſicut etiam ſubditus ratione ſubiectionis, vel voti obedientiæ non tenetur exequi, niſi præcepta licita, & quæ continentur intra limites regulæ, & poteſtatis ſuperioris; ergo poſſeſſio non ſtat pro ſuperiore, & ſubditus dubitans rem præceptam eſſe illicitam, dubitat etiam an ſuperior illam præcipere poſſit; ergo nolens obedire non ſpoliat ſuperiorem iure acquiſito præcipiendi, cùm nunquam acquiſiuerit ius præcipiendi ea, in quibus eſt periculum inhoneſtatis, ſeu peccatum committendi, ſed vtitur ſua libertate, quam in eodem dubio poſſidet, cùm ſubiectio non aſtringat niſi ad licita, & poteſtatem, vel regulam non excedentia, & in reliquis ſtet poſſeſſio pro eadem ſubditi libertate. Quare ſicut cùm ab aliquo petitur res, quam dubitat ſe debere, non tenetur ad illius reſtitutionem, donec ſibi conſtet debitum, & petenti incumbit onus probandi debitum: ita cùm in hoc dubio, an res præcepta ſit licita, adſit etiam ex parte ſubditi dubium, an Prælatus potuerit illam præcipere, & conſequenter an ſit debita ex illis obedientia, non tenetur ſubditus obedire. Tertiò in dubio, an præceptum ſit impoſitum, non tenetur ſubditos obedire, iuxta dicta *num.1785.* ſed qui dubitat, an præceptum ſit de materia licita, vel comprehenſa ſub poteſtate ſuperioris, vel ſub regula, dubitat re ipſa an ſit impoſitum præceptum, cùm dubitet de aliquo, quod ad eius valorem, & eſſentiam exigitur. Quartò in dubio an res per votum, vel iuramentum promiſſa ſit licita, illa non eſt implenda donec dubio depoſito conſtet eam eſſe licitam; ergo etiam in dubio an res præcepta liceat, non eſt obediendum, cùm maior ſit obligatio voti, aut iuramenti, quàm præcepti Prælati, ſeu ſuperioris. Demum concurrentibus duobus præceptis incompoſſibilibus, præferendum eſt id, quod magis obligat, vt latè *ſuprà* explicitum eſt; ergo quoties præceptum ſuperioris concurrit cum contrario præcepto iuris naturalis, aut Eccleſiaſtici, ratione cuius dubitatur, an præceptum ſit de re licita, obſeruatio præcepti naturalis, vel Eccleſiaſtici, vtpote maioris obligationis, quàm præceptum ſuperioris, eſt præferenda.

Verùm communiſſima ſententia eſt, ſubditum in 1789.
hoc dubio ſpeculatiuo, an res præcepta ſit licita, vel illicita, eo etiam permanente, ſeu non depoſito, teneri ſuperiori præcipienti obedire, cum moderatione tamen, de qua *ſuprà num. 301.* & etiam *infrà* ponenda, ſcilicet, ſi ipſe poteſt abſque notabili proprio, vel tertij detrimento, vel obedire non ſit ſibi nimis difficile, & moleſtum. ita S.Thomas 1.2 *q.96. art. 6. ad 2. ibidem* Caietanus, & Medina, Angelus *v.Religioſus, num.29. & v.obedientia, num.6. & v.conſcientia, num.2. & v.bellum, n.8.* Sylueſter *v. Religio 6. quæſt.6. v. obedientia, q.2. v.conſcientia 1.q.9.concluſ.3.* Tabiena *v.obedientia, quæſt.11. v.bellum, & v.conſcientia.* Roſella *v. obedientia, num.19.* & alij Summiſtæ *eiſdem locis.* D.Bonauentura *in 2.diſt.39.art.1.q.3. ad vltimum*, Sotus *de tegendo ſecreto, membro 3. quæſt.2. concl.1.* Nauarrus *in cap. ſi quis autem, num.154. de pœnit. d.7. & in man. cap.23. num.47.* Corduba *lib.3.qq. quæſt.6 in principio*, Tapia *in Auth. Ingreſſi, verſic. ipſo ingreſſu, cap.1. num.46.* Couarruuias loco *infrà* allegando. Valentia *1.2.diſp.2.q.14.part.4.q.4. verſic. peculiariter autem, & 2.2.diſp.3.q.16.part.2.concl.5. verſic. Sexto certum eſt, & diſp.7.q.5. part.2.verſic. & hæc quidem, & diſp.10.q.4.part.3.ad finem.* Azorius *1.part. lib.2. cap.19. quæſ.9.* Sayrus *lib.1. clauis cap.13. n.40.* Suarez *de legibus, lib.6.cap.8.num.6. & tom. 4. de relig. lib. 4 citato cap. 15. num.20. & ſeqq. & tom.3. lib. 10. cap.3. num.5.* Rodriquez *qq.reg.tom.3. quæſt.19.art.6.* Sanchez *d.lib.6. ſumm. allegato cap.3. num.3. & ſeqq.* Leſſius *de iuſtitia, lib.2.cap.41. num.76. concluſ.3.* Filliucius *tom.1. tract.28. cap.4. num.92.* Layman *lib.1. tract.11. part.15. num.11.* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp 33. num.37.* Gordonus *lib.1.quæſt.9.num.35.lib.6. quæſt.5.num.102.verſic. Alterum hîc, & q.11. num.23. verſic. Dicendum porrò*, Caſtrus Palaus *tom.1.tract.1. diſp.3. num.3.* Portel *in dubijs reg.v.obedientia, in addit. num.5. & num 8.fine*, Hieronymus Rodericus *in compendio qq reg. reſolut.101. num.5.* Martinus Breſſerus *de conſcientia, lib.4.d cap.14. & cap.15.* Lezana *in ſumm.qq reg. tom.1.cap.4. num.25.* Pertinis *vbi ſuprà concluſ.2.* Tamburinus *allegata quæſtione 12. n.4. & tom.3.diſp.4.quæſt.13.num.2.* Diana *part.2.tract.13. reſolut.10. & part.4.tract.4.miſcell.reſolut.31. & eadem part.tract.3.reſolut 9.* Arriaga *1.2. d.diſp.26. num.31. & 32.* alij Doctores citati *ſuprà num 261. & 1082.* Gloſſa, Innocentius, Ioannes Andreas, Baldus, Abbas, Alexander de Neuo, Bellamera Henricus, Hoſtienſis, & innumeri alij Theologi, & Summiſtæ, quos latè referunt Sanchez, & Ioannes Sancius, & conuincitur ex dictis *ſupra num.262. & ſeqq.* Probatur hæc ſententia primò ex Scriptura tum ex locis *ſuprà num.264.* relatis, & perpenſis; tum ex *Deut.17. & 2. Paralip. cap.19. & Ezechiel.34.* vbi Deus dicit in difficilibus, & ambiguis iudiciis ſtandum eſſe definitioni Sacerdotum; ergo in dubio illis erat credendum. Neque, vt notat Sanchez, illud præceptum fuit peculiare legis veteris, ſed iuris naturalis, quia ſic expedit ad rectam gubernationem, vt ex ſequentibus conſtabit. Secundò probatur ex Patribus, præſertim D.Auguſtino, & D.Bernardo locis *ſuprà num. 262. & 263.* adductis, vbi expreſsè docent Principibus, & ſuperioribus eſſe obediendum, vbi certò, & apertè non conſtat præceptum ſuperioris eſſe contra mandatum Dei, ipſique diſplicere; quando autem eſt ſolum dubium, non conſtat certò, & apertè

eſſe

eſſe contra Deum; ergo ſubditus non obſtante tali dubio debet obedire formando iudicium practicum, quòd id ſibi liceat, & neceſſarium ſit, iuxta mox dicenda: & ſi quis dicat, quòd homines falli poſſunt, reſpondet D. Bernardus: *Quid hoc ſua refert, qui conſcius non es, præſertim cùm teneas de ſcripturis, quia labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia Angelus Domini exercituum eſt.* Tertiò probatur, quia quoties ſubditus aliquid licitè agere poteſt, præcipiente ſuperiore, illud etiam agere debet, quia tunc ſuperior legitimè, & iuſtè præcipit, vt *ſuprà n.265.* dictum eſt; ſed quando ſubditus ſolùm ſpeculatiuè dubius eſt, an res imperata ſit, necne illicita, poteſt eo dubio ſpeculatiuo non obſtante, licitè agere, & obedire formando iudicium practicum, ſeu conſcientiam practicam, quòd ſibi liceat ſequi iudicium ſuperioris, & illius præceptum exequi innixus principiis illis, tum quòd in dubio melior ſit conditio ſuperioris exiſtentis in poſſeſſione ſui iuris præcipiendi, qui propter dubium ſubditi non debet ſpoliari; tum quòd in dubio præceptum ſuperioris præſumitur iuſtum, *cap. quid culpatur 23. q.1.* Gloſſa *ibidem, v. iniquitas, & in cap. ad aures, v. audientiam, de temp. ordinationum, & in cap. in præſentia, de renunciat. & in cap. 2. de maiorit. & obedientia, & in cap. ex tenore, v. mandato, de ſentent. excomm.* Doctores communiter *ibid.* Couarruuias *in regulam peccatum 1. part. num. 5. ad finem*, & alij apud ipſum, & Doctores *ſuprà num.* 1080. relati, & Vaſquez *d. opuſc. de reſtit. cap. 6. num 69.* cùm enim ſuperiorem loco Dei, vt D. Bernardus loco *d. num.* 264. allegato ait, habeamus, ac proinde etiam à Deo ſingulari modo gubernetur in ſubditis dirigendis, & ipſi vice Dei ſe gubernandum tradant ſubditi, meritò ſemper præſumi debet iuſta, & licita, ac non excedentia ſuæ poteſtatis limites præcipere, niſi apertè contrarium conſtet.

1790. Ex quibus quartò probatur eadem communiſſima ſententia quia dubium illud, an res præcepta ſit honeſta, vel illicita, eſt ſpeculatiuum, quo non obſtante poteſt haberi practicum iudicium, quod hîc, & nunc liceat illud præceptum exequi, & ſuperiori obedire; ſiquidem iudicio ſpeculatiuo non ſemper debet correſpondere iudicium practicum, ſi adſit aliqua peculiaris ratio formandi iudicium practicum oppoſitum: hæc autem ratio in præſenti, ſuppoſito præcepto, eſt, tum præſumptio iuris, quod in dubio præceptum ſuperioris ſit iuſtum; tum poſſeſſio iuris præcipiendi, & vt ſibi obediatur, qua, propter dubium ſubditi non eſt ſpoliandus, niſi conſtiterit limites ſuæ poteſtatis exceſſiſſe rem illicitam præcipiendo; ergo cùm prædicta ratio ſit certa, & illa nitens formando iudicium practicum, ſeu conſcientiam practicam quòd liceat obedire, poſſit licitè præceptum exequi, hîc nunc ſuperiori præcipienti obediendum eſt, etſi illud dubium ſpeculatiuum, an rem licitam præcipiat, remaneat. Quare non eſt neceſſarium, vt putat Vaſquez *d. cap. 9.* ſubditum, vt licitè obediat, debere deponere omnino illud dubium ſpeculatiuum, & habere opinionem, ſeu iudicium ſaltem ex principiis extrinſecis, quo putet probabile, rem præceptam eſſe licitam: ſed immò contra, neceſſarium eſt, vt ſubditus deponat illam opinionem, ſi habeat, quòd abſque probabili illo iudicio obedire non poſſit; nam nihilominus teneretur obedire, licèt obediendo peccaret contra iudicium illud practicum, niſi deponeret; prout ob allatas rationes tenetur deponere, & formare contrarium; & ſimiliter non videtur neceſſarium, (vt aduertit Sanchez *d. cap. 3. num. 2. fine.*) quod dixit Nauarrus *d. cap. 23. n. 37.* ſcilicet, quòd vt ſubditus in hoc dubio licitè obediat, deponat conſcientiam dubiam, credens poſſe ſuperiorem præcipere, quod iubet. quod habet etiam *in d. cap. ſi quis autem, d. n.* 114. vbi ait, opus eſſe, vt ſibi ſubditus prius perſuadeat, rem præceptam eſſe bonam, ſaltem quoad effectum, ad quem ſibi præcipitur; non, inquam, eſt neceſſarium hoc iudicium in ſubdito, vt ex dictis, & etiam ex Doctoribus allegatis conſtat, cùm ſit ſpeculatiuum, non excludens oppoſitum iudicium practicum, ſed ſatis eſt, quòd certò illi non conſtet rem imperatam eſſe malam. Non etiam dici poteſt ſubditum quoque eſſe in poſſeſſione ſuæ libertatis, tum quia generaliter conſtat, ſeu ſupponitur illum abdicaſſe ſuam libertatem in ſuperiorem, illáque ſe priuaſſe; tum quia poſſeſſio eſt pro illo, pro quo eſt præſumptio iuris, vt *ſuprà* latè dictum eſt, & in propoſito præſumptio eſt pro ſuperiore, vt probatum eſt.

Ex iiſdem probatur quintò hæc eadem ſententia, quia ſuperior vel propria prudentia, vel aliorum conſilio, vel Dei directione rationabiliter præſumi poteſt, & conſequenter practicè debet iuſta, & honeſta præcipere, niſi contrarium probetur, quæ probatio non contingit, quando ſolùm eſt dubium; ergo pro ſuperiore, eiuſque præcepto ſtat in vtroque foro tum poſſeſſio, tum præſumptio, ac proinde illi obediendum. 1791.

Sextò probatur, quia poteſtas ſuperiorum eſt ad gubernandos ſubditos, ne errent, quæ gubernatio maximè eſt neceſſaria in rebus dubiis, in quibus propterea diuina Scriptura, & Patres locis *ſuprà* allegatis dicunt recurrendum eſſe ad ſuperiores, tanquam ad Dei Vicarios, & interpretes, qui etiam ideo non tenentur reddere ſubditis rationem eorum, quæ iubent; ſubditorum enim non eſt diſcutere conſilia, definitioneſque ſuorum ſuperiorum, ſed parere ſe ad obediendum, quando de iniquitate apertè non conſtat, vt dictum eſt *ſuprà n.* 1079. & tradunt prælegati Patres, & Doctores *eodem n.* 1079. Et certè, (vt hoc etiam addam pro vltima probatione) nimis eneruaretur ius, & auctoritas obedientiæ, & ſuperiorum, ſi occaſione cuiuſuis dubij ea ſubiicienda eſſent examini, & iudicio ſubditorum, & præterea magna rerum naſceretur confuſio, ſi quilibet prætextu dubij proprij excuteret obediendi ſuperioribus obligationem, iuxta dicta *ſuprà n.* 272. nec poſſent homines commodè gubernari, vt rectè dixit Salas loco *ſuprà num.* 1787. allegato. 1792.

Et ex prædictis rationibus omnibus infertur in dicto dubio ſpeculatiuo, an res præcepta, ſit necne licita, ſubditum non poſſe prudenter putare ſe hîc, & nunc obedire non poſſe, vel debere; dato tamen, quòd ob rationes, ac principia intrinſeca, vel extrinſeca exiſtimaret probabiliter ſe hîc, & nunc obedire non poſſe, nec debere, obediendo peccaret, vtpote agendo contra conſcientiam practicam, & non obediendo à culpa excuſari poſſet ratione ſententiæ probabilis. Quòd ſi practicè dubitaret an hîc, & nunc ei liceat obedire, adhuc tamen teneretur obedire; nam licèt peccaret obediendo cum eo dubio practico, quia ageret contra dictamen conſcientiæ practicæ, quod non licet; tamen teneretur deponere illud dubium practicum, & formare oppoſitum iudicium, quòd ſtante præcepto ſibi liceat, & teneatur obedire, vt probatur *infrà n.* 1796. 1793.

Eædem rationes conuincunt, & multo magis teneri ſubditum obedire, quando conſtat rem præceptam eſſe licitam, & ſubditus ſolùm dubitat an excedat regulam, & limites poteſtatis, cùm minorem 1794.

authoritatem habeat ſuperior in res de quarum honeſtate dubitatur, quam dum tantùm dubitatur, an excedant limites iuriſdictionis; ac proinde ſi prioribus ob prædictas rationes tenetur ſubditus obedire, multò magis in poſterioribus, id quod etiam conſtat ex traditis *ſuprà num.* 182. & in terminis docent Doctores præallegatam communiſſimam ſententiam tenentes. ita Rodriquez *d. quæſt.* 19. *art.* 4. Sanchez *d. cap.* 3. *num.* 4. Tapia, Portel, Layman, Peitinis & alij.

1795. Ad argumenta autem prioris ſententiæ *n.* 1788. poſita, quoad primum, negatur minor, nam cùm dubio ſpeculatiuo, an præcepta ſit licita, necne, poteſt concipi iudicium practicum, quòd hîc, & nunc liceat obedire, & obediendum ſit, vt iam explicatum eſt, quo iudicio practico poſito ſubditus obediendo non operatur contra conſcientiam, ſed conformiter conſcientiæ. Ad illud autem quòd præceptum ſuperioris non poſſit efficere licitam rem, quæ aliàs ſecluſo præcepto, erat illicita. Reſpondetur quòd licèt præceptum ſuperioris licèt non variet naturam rei in ſe, nec poſſit facere ſpeculatiuè, & materialiter licitum, quod aliàs erat illicitum, & vt legi diuinæ reuera non repugnet, vel etiam non putetur repugnare, quod fortè illi repugnet; poteſt tamen variare in ordine ad ſubditum, & facere practicè, & formaliter licitum, quod aliàs erat illicitum, ſcilicet, vt obiectum eo modo dubium liceat proſequi licito, & meritorio modo, aliàs illicito, & demeritorio: nam ſtante præcepto ſuperioris, & eius poſſeſſione iuris præcipiendi habet ſubditus rationem iuſtam, & efficacem deponendi illud dubium ſpeculatiuum, quod ſecluſo præcepto iuſtè deponere non poterat, & non dubitandi practicè, ſed exiſtimandi eſſe licitum, & iuſtum quod ſibi præcipitur, illudque ſe hîc, & nunc licitè exequi poſſe.

1796. † Immò & ſe teneri illud exequi, & ſuperiori obedire deponendo dubium practicũ, ſi illud habeat, an hîc, & nũc liceat rem, de qua dubitat, an ſit licita, exequi, & ſuperiori parere; prout illud tanquam a conſcientia erronea procedens eum teneri deponere, cum ſtante præcepto habeat iuſtam cauſam deponendi, ita vt tranſeat in ſolum dubium ſpeculatiuum, an res ſit licita necne, exiſtimando ob præceptum ſuperioris non tantùm ſibi licere in re præcepta obedire, ſed & teneri. docent Nauarrus *d. cap.* 23. *n.* 46. Sanchez *d. cap.* 3. *num.* 12. Saytus *d. cap.* 13. *num.* 3. Leſſius *vbi ſuprà*. Palaus *d puncto* 13. *num.* 4 *ad* 3. & alij communiter. Quare tenetur ſubditus obedire, quamuis illud dubium practicum habeat, cùm illud deponere rationabiliter poſſit, & debeat, prout conuincitur ex præallegatis rationibus, & in terminis

1797. tradunt iidem Doctores. † Quòd ſi tale dubium practicum, ſeu eam conſcientiam erroneam nequeat deponere, tunc non magis obligat præceptum Prælati, quàm conſcientiæ erroneæ, & an debeat potiùs obedire, an verò ſe conformare conſcientiæ erroneæ, aut vtrumuis faciendo peccet, diiudicandum eſt ex traditis *ſuprà num.* 56. *&* 61.

1798. Ad ſecundum negatur aſſumptum, ſeu poſſeſſionem ſtare pro libertate ſubditi, vt probatum eſt. Ad probationem reſpondetur ſuperiorem non habere ius præcipiendi illicita; habere tamen ius præcipiendi ea, quæ ſibi probabiliter videntur licita, (vt *ſuprà num.* 262. *& ſeqq.* latè oſtenſum eſt,) dum non conſtat de turpitudine, etſi ſubdito illicita appareant, ac proinde dum non conſtiterit, vel probatum fuerit eſſe illicita, tenetur obedire, & in dubio eiuſdem ſubditi de rei præceptæ bonitate, non ex ſubditi iudicio, ſed ſuperioris potiùs metienda eſt honeſtas præcepti, eiuſque obligatio, vt *numer.* 1789. *&* 1791. dictum eſt. Ad illud verò exemplum de eo, à quo petitur res, quam dubitat ſe debere, quam in eo dubio non tenetur reſtituere, reſpondetur eſſe diuerſam rationem, quia cùm ab aliquo petitur res, quam dubitat, an debeat, nulla eſt poſſeſſio pro petente, atque adeò non tenetur dare: dum autem ſuperior petit obedientiam, quam ſubditus dubitat, an illi debeat, habet ius ſuæ ſuperioritatis, & præcipiendi, & ſubiectionis ſubditi; ac proinde etiam habet ius vt in eo dubio ipſi obediatur.

Ad tertium reſpondetur in dubio, an ſit impoſitum præceptum, dubitantem, illo non obligari, quia non ſufficienter proponitur, iuxta latè *ſuprà* tradita. At verò ſubditus de ſola honeſtate præcepti dubitans eo obligatur, quia honeſtas præcepti non eſt ſubditi iudicio, ſed ex ſuperioris iudicio certo ſumenda, vt dictum eſt.

Ad quartum diuerſa eſt ratio, nam cùm ſuperioris ſit gubernare ſubditum in rebus dubiis, iuxta dicta in prima, & ſexta ratione communis ſententiæ, eius præceptum reddit tutos, & ſecuros ſubditos, quod non efficit proprium votum, aut iuramentum. 1799.

Ad vltimum rectè reſpondet Sanchez argumentum illud probare ſi conſtet vtrumque præceptum ſecum pugnare, quod contingit quando certum eſt, in eo euentu obligare contrarium præceptum naturale, aut Eccleſiaſticum; ſed in propoſito cùm res ſit dubia, an illud præceptum obliget, & in hoc dubio poſſeſſio ſit pro ſuperiore, ſeu Prælato præcipiente, eius præceptum obligat, nec periculum materialis tranſgreſſionis eius præcepti obſtat, eo quòd in eo dubio ſuperior eſt velut interpres voluntatis Dei volentis, vt eo non obſtante, pareatur, vt conſtat ex dictis, & ex Doctoribus citatis tradunt Sotus, & Sanchez, & indicant alij *ſuprà* allegati.

Communiſſima ſententia, vt in dubio ſubditi, an res præcepta ſit illicita, teneatur obedire, an intelligenda ſit de omnibus ſubditis etiam religioſis reſpectu ſuorum ſuperiorum regularium.

Ex quibus Caſtrus Palaus vnicus, & ſingularis *d puncto* 13. *num.* 7. *&* 8. limitat præfatam communiſſimam ſententiam, vt non procedat in ſubditis religioſis, dicens probabile eſſe, eos, dum verè, & propriè dubitant de honeſtate rei præceptæ, vel an excedat regulam, ſuperiorisque iuriſdictionem, non eſſe obligatos obedire; ad quod aſſerendum motus eſt ſequentibus. 1800.

Primò, quia (inquit,) Religioſi ſolùm ſunt ſubditi ratione profeſſionis emiſſæ, ſeu voti obedientiæ, Prælatúſque nihil aliud præcipere poteſt niſi ea, ad quæ Religioſus per votum obedientiæ ſe voluit aſtringere; ergo ſubditus in caſu dubio non tenetur obedire, quia nemo tenetur exequi illam rem, de qua dubitat, an ſuum votum ad illam extendatur, cùm hoc idem ſit ac dubitare de voto, quo caſu libertas poſſidet, vt *ſuprà* agentes de obligatione voti dubij oſtenſum eſt; ſed Religioſus dubitans rem præceptam eſſe illicitam, & extra limites poteſtatis Prælati dubitat, an ſuum votum ad illam ſe extenderit, ergo non tenetur obedire. Neque dicatur teneri obedire, quia vota Religioſi habent annexam traditionem, ratione cuius religio habet

ius, & dominium in religioſum, ob quod obligatur in dubio obedire, eo quòd melior ſit conditio Prælati præcipientis, cùm ſit in poſſeſſione; nam contrà eſt, (ait Palaus,) quia tota hæc poſſeſſio prouenit ex voto Religioſi, & conſequenter non ſe extendit niſi ad ea, ad quæ voluntas Religioſi ſe extendit: cùm ergo voluntas Religioſi nunquam extenſa videatur ad caſum dubium, in illo non obligatur. Si iterum dicatur Prælatum non præcipere Religioſo ex ſola poteſtate accepta per votum, ſed etiam ex iuriſdictione à Summo Pontifice data, dum approbauit ſtatum Religioſum, qua iuriſdictione non eſt priuandus Prælatus in caſu dubio: replicat Palaus, hoc non obſtare, nec conuincere Religioſum in caſu dubio debere obedire; nam (inquit) eſtò Prælati regulares habeant in ſuos ſubditos iuriſdictionem ſpiritualem datam à Summo Pontifice, illam tamen habent tantùm ad illas materias, ad quas Religioſorum vota ſe extendunt; ac proinde cùm vota nunquam ſe extendant ad res dubias, iuxta dicta, ſequitur, vt neque ad illas ſit obligatio ex iuriſdi-
1801. ctione Summi Pontificis. † Confirmat Palaus Religioſum vi voti obedientiæ non teneri obedire in caſu dubio de honeſtate rei præceptæ, adducendo differentiam inter votum, & legem: nam obligatio legis (inquit) cùm oriatur ex alterius voluntate, & poteſtate, ex eius iuriſdictione metienda eſt: at obligatio voti, & conſequenter præcepti, ſeu iuriſdictionis ex illo prouenientis, cùm pendeat à voluntate, & intentione propria, & hæc non videatur extenſa niſi ad materiam certam, quando aliud non conſtat, neque etiam eius obligatio extenditur. quod ait Palaus probari, tum quia actus præſumitur ita geſtus, vt minus quàm fieri poſſit, ſit agenti oneroſus, vt *ſuprà num.* 1609. dictum eſt; & probat Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 9. per totam.* ergo profeſſio religioſa non eſt præſumenda extendi ad obedientiam in caſu dubio. Tum quia in imponenda obligatione facienda eſt ſtricta interpretatio, *l. quicquid aſtringenda, ff. de verborum obligat.* & præſumendum vouentem ſe minus, quàm poſſit, voluiſſe grauare, & pro vouente facienda eſt bona interpretatio, quæ omnia conſtant ex dictis *ſuprà numer.* 1666. ergo ſi pro vouente facienda eſt interpretatio, affirmandum eſt noluiſſe Religioſum ſuum votum ad caſum dubium extendi, & conſequenter neque iuriſdictionem à Summo Pontifice datam ad illum dubium caſum ſe extendere, cùm non det iuriſdictionem ad alia quàm ad ea, ad quæ vota ſe extendunt.
1802. † Secundò mouetur Palaus auctoritate Suarez *tom. 3. de relig. lib. 10. dict. cap. 3. numer. 6.* vbi ait non videri improbabile Abbatiſſam non poſſe ex voto obedientiæ obligare Monialem ad aliquid faciendum in caſu dubio.

1803. At hæc limitatio nullo modo eſt admittenda, ſed communiſſima ſententia procedit, & intelligenda etiam de ſubditis Religioſis, prout de illis expreſsè loquuntur D. Bernardus, Summiſtæ omnes præallegati pro eadem ſententia, Sanchez, Rodriquez, Tapia, Suarez, Portel, Ledeſma, Peirinis, Tamburinus, & etiam cæteri *ſuprà* allegati, & alij à prædictis Doctoribus pro eadem ſententia citati, omnes enim indiſtinctè affirmant ſubditum in omnibus, de quibus dubitatur an ſint licita, & honeſta, vel extra iuriſdictionem Prælati, aut extra regulam, ſubditum poſſe licitè, & teneri obedire. Quare prædicta limitatio, & ſententia Palai repugnat communi ſenſui cæterorum omnium Doctorum, immò & omnium fidelium, & ipſorum Religioſorum, ſiquidem omnes putant Religioſos arctiùs teneri, & debere obedire ſuis Prælatis, quam ſæculares ſuis, non tantùm extenſiuè, ſed & intenſiuè, cùm & ſubditi religioſi, quantum eſt ex ſe, pleniùs ſe tradant ſuis ſuperioribus perfectè gubernandos, & dirigendos; præſertim in dubiis, & ſuperiores eo fine communiter exiſtimentur à Deo recipere peculiarem gratiam, ac lumen, & eo maius, quo gubernatio hæc eſt magis ſpiritualis.

Igitur limitatio, ſeu ſententia Palai reiicitur apertè omnibus rationibus, ad confirmandam prædictam ſententiam, quòd ſubditus in dubio, an res præcepta ſit illicita, teneatur obedire, quæ certò 1804.
etiam in ſubdito Religioſo multo magis conuincunt: & ad maiorem confirmationem, quòd multò magis ſubditi Religioſi in dicto caſu dubio teneantur obedire ſuis Prælatis, addo. Quia Prælati regulares, & exempti habent in ſuos ſubditos regulares tum poteſtatem præcipiendi, quam accipiunt ex voto, & voluntaria ſui traditione ſubditorum, (quæ vocatur poteſtas dominij, ſimilis ei, quam habet paterfamilias in liberos, & familiam ſuam,) tum poteſtatem præcipiendi ex vi iuriſdictionis in eoſdem ſubditos regulares Epiſcopis ſublatæ, & in ipſos Prælatos regulares à Summo Pontifice tranſlatæ, & conſequenter eiuſdem rationis cum iuriſdictione Prælatorum ſæcularium; ergo in dubio ſubditi regulares ſtrictiùs obligantur obedire ſuis Prælatis, quàm ſæculares ſuis, & renuentes obedire, grauiùs peccant, ſcilicet, & contra obedientiam, ſeu eam virtutem, circa cuius materiam illa verſatur, & contra religionem, ſeu votum, cùm ſæculares tantùm ex primo capite peccent. Neque ius huius argumenti infringitur ex dicto Palai, quòd iuriſdictio Prælatorum à Pontifice accepta limitetur per votum Religioſorum; nam contra potiùs magis confirmatur, & roboratur, alioqui votum Religioſorum obedientiæ non arctaret ſubiectionem, ſed laxaret; ergo iuriſdictio Prælatorum regularium eſt eiuſdem rationis cum Prælatorum ſæcularium iuriſdictione; ergo etiamſi ratione illius iuriſdictionis ſæculares ſubditi tenentur obedire ſuis Prælatis in præfato dubio, etiam, & multò magis tenentur obedire ſubditi regulares. Confirmatur, quòd per votum Religioſorum, non minuitur iuriſdictio Prælatorum, & ſubiectio eorumdem Religioſorum erga eoſdem Prælatos. Primò, nam licèt votum prærequiratur, vt efficiantur Prælatis ſuis regularibus ſubiecti, tamen à Summo Pontifice iuriſdictio, & poteſtas illos gubernandi, & dirigendi, & conſequenter præcipiendi, conceſſa eſt abſolutè, & prout ad perfectum regimen exigitur, & conſequenter qualis, ſeu eiuſdem rationis, quam Epiſcopi in eos ſi non eſſent exempti, ſed eis ſubiecti; ergo Prælatorum regularium iuriſdictio præcipiendi, & vt ſibi obediatur à ſuis ſubditis regularibus, extenditur in qualibet materia, etiam ad caſus, in quibus ipſi dubitant de honeſtate rei præceptæ, vel an extra regulam ſit; & certè maior confuſio oriretur inter regulares, quàm inter ſæculares, ſi ſuis Prælatis negare poſſent obedientiam prætextu dubij proprij, & cogendus eſſet Prælatus ſuorum præceptorum rationem eiſdem ſubditis reddere; ac proinde nullo modo poteſt præſumi iuriſdictionem à Summo Pontifice Prælatis religioſis conceſſam, ad ſuos ſubditos regulares regendos fuiſſe tributam, cum illa limitatione, vt per ipſam ſubditi in caſibus dubiis eorumdem Prælatorum præceptis non ſtringerentur; vnde iidem Religioſi per profeſſionem, ſeu votum obedientiæ non poſſunt, (dato quòd vellent,) præfatam

poteſtatem iuriſdictionis Prælatorum in ſe limitare, aut minuere, cùm ab ipſis, ſeu eorum voluntate, aut intentione nullo modo dependeat, ſed ab ipſo ſummo Pontifice, qui illam abſolutè io Prælatos tranſtulit, ſicut verè tequirebatur ad rectum regimen. Secundò confirmatur, quia regulares per votum obedientiæ abdicant à ſe propriam libertatem in ſuos Prælatos regulares, illiſque ſeſe ſubiiciuot, vt perfectiori, quo fieri poteſt, modo, gubernentur, & dirigantur in ordine ad ſpiritualia, ſed perfectum regimen præſertim cooſiſtit in directione, & gubernatione in rebus dubiis iuxta diuioam Scripturam, Sanctos Patres, & Doctores communiter, vt ea ſuprà dictis conſtat; ergo regulares per votum, ſeu profeſſionem non minus ſubiiciuntur ſuis Prælatis in quacunque materia obedientiæ propriæ, quàm ſæculares ſuis in materia obedieotiæ ſuæ; ſed potiùs magis, idque etiam ea eorum intentione ſaltem implicita, & in voto obedientiæ comprehenſa; immò cum eo ipſo quòd ſe Religioni, & Prælatis regularibus ſuis regeodos per profeſſionem, ſeu votum ſolemne tradunt, per quam ttaditionem Religio, & Prælatus eius acquirit dominium, & ius in religioſum. Ea hoc fit, vt in dubio illo melior ſit Prælati conditio tanquam poſſidentis, & conſequenter teneatur ſubditos obedire, nec excuſari poſſit, quòd vouendo non habuerit intentionem ſe obligandi pro illo caſu dubio, ſiquidem non poterit talem intentiooem habere; nam eo ipſo, quòd per profeſſionem, ſeu votum obedientiæ voluit ſe ttadere, & ſubiicere, ac ius in ſeipſum ſimpliciter ttansferre, & Prælatum ſuum habere vice Dei, ea conſequenti voluit, quicquid ez illo ſtatu ſubiectionis iotrinſecè ſequitur, vt rectè Suarez *d.cap.3.n.7.*

1805. Et ez his manifeſtè apparet motiua Palai oullius eſſe momeoti, falſum enim eſt, ſubditum Religioſum dubitantem rem ſibi præceptam eſſe eatra iuriſdictionem Prælati, etiam dubitare poſſe rationabiliter, an ſoum votum obedientiæ ad illud ſe eatendat, vt non teneatur propterea obedire; tum quia neceſſitas obediendi ſuppoſita ſubiectione, quam habet annexam votum, prouenit à iuriſdictione Prælati illi abſolutè à ſummo Pontifice conceſſa in ſubditos tegulates, & poſſeſſione eiuſdem Prælati iuris præcipiendi, quæ in dubio efficit meliorem eius conditionem, ſicut euenit in Prælatis ſæcularium, vt latè explicatum eſt. Tum quia ſubditus Religioſus per profeſſionem, ſeu votum obedientiæ ſolemne abdicans à ſe libertatem lo ſuperiorem, & illi ſe ttadens regendum, & gubernandum, nec voluit, nec potuit habere intentionem ſe non obligandi ad obediendum in ſimilibus dubiis, neque per votum ſubditi limitatur, aut laxatur iuriſdictio Prælati, & eiuſdem ſubditi ſubiectio, vt oſtenſum eſt; & quicquid ſit de interpretatione voti ſecundùm ſe, quòd ſcilicet, ſit explicandum ſtrictè, & vt minus obliget, tameo ſubiectio ſubditotum religioſorum, qoæ poſita profeſſione, ſeu voto, ſequitur, & iuriſdictio, ſeu poteſtas Prælatorum tegularium in eos ſubditos ad ſubiectionem conſequcos, & à Snmmo Pontifice dimanans non eſt interpretanda ſtrictè, ſed largè, eùm data ſit illis abſolotè, & abſque limitatione, & ſit eiuſdem tationis cum poteſtate Epiſcopotum, in ſuos ſubditos ſæculares, & ſit fauotabile, quod extendatur ad directionem ſubditorum, & ad eoſdem adſtingendos obedientiæ in rebus dubiis, quia alioqui vix poſſent regulates, ſicut & ſæculares ſubditi rectè gubernari, & euitari perturbationes in regimioe, ptout ex dictis conſtat.

Ad illud de Abbatiſſa, qood ex Soarez adduxit 1806.
Palaus, reſpoodetur primò, eſtò oon videatur improbabile Moniales oon teneri obedire Abbatiſſæ ſuæ iu dubio de honeſtate rei præceptæ, id tamen prouenit ex peculiari ratione, uimitum, quia (vt *ibidem* ait idem Suarez, & docent S.Thomas *in 4.diſt.9. q.1.art.1.quaſtiunc.3.ad* 4. Durandus, Sylueſter, Tabiena, Atmilla, & alij, quos eos ſequens refert Sanchez *d.lib.6.ſum.c.1.n.17.* & idem Suarez *de cenſur. diſp.2.ſect.2.n.5.*) non habet in Moniales poteſtatem iuriſdictionis ſpiritualis, vode nec poteſt excommunicare, & cenſuras ferre, vt tradunt iidem Doctores; ſed habet tantùm poteſtatem cuiuſdam dominij, & ſolam domeſticam, ac ciuilem, qualem habet mater familias in filios, & ciuilis Magiſtratus io ciues, vt *ibidem* explicat Sanchez. Quaproptet eadem ratiu eſſet de vitis, qui ſimplici voto obedientiæ alteri ſe ſubiicerent, & traderent regendoa, vt olim Eremitæ, vt *eodem cap.3.num.6.* ait. nam & horum ſuperioribus, quibus ſe ſimplici voto obedientiæ abſtringunt, non competit iuriſdictio ſpiritualia ordinaria, ſed tantùm dominij, & domeſtica, ac ciuilis. Reſpondetur ſecundò longè probabilius eſſe etiam Moniales Abbatiſſæ, & alij, voto ſimplici obedientiæ obſtricti viris, vel fœminis, in dubio teneri obedire, ſicut & Religioſi profeſſi ſolemniter, & alij ſubditi tenentur in dubio ſuis ſuperioribus obtemperare; nam eo ipſo quòd ſe ſuis ſuperioribus fœminis, vel vitis illo ſimplici voto ſubiiciunt, & tradunt perfectè tegendos, ac dirigendos, & illos volunt habere vice Dei, intendunt etiam ſubiectiooem, & directionem in rebus dubiis, in quibus præſertim neceſſaria eſt directio, & gubernatio, & in ordine ad quos ſuperiores cenſentur à Deo recipere peculiarem gratiam. Confirmatur, quia alioqui magna confuſio etiam inter Moniales otireтur, ſi qualibet prætextu dubij proprij, negare poſſet obedientiam Abbatiſſæ: & ita doceot etiam Suarea *dict. cap. 3. num.* 8. Breſſerus allegato *cap.15.* & recte infertur ea his, quæ habet Sanchez *d cap.1.num.17.* & tradit etiam Palaus *tom.3.tract.6. diſputat.4.puncto 2.num.2.& 3.* Quando autem poſſint, & cenſeantur ſuperiores regulares præcipere ſub mortali, noo eſt huius loci explicare, latè autem tradunt poſt alios Sanchez *d.lib.5.ſumm. cap.4.* Layman *lib 4.tract.5.cap.9.* Palaus *d.tract.16.punct.3.* Tamburinus *allegata queſtione* 12. *num* 8. *&* 9. Leſſius, Portel, Hieronymus Rodericus, Peirinis, & Lexana *locis præallegatis.*

Quandónam dici poſſit conſtare, vel certum ac euidens eſſe, vel non eſſe illicitam rem à ſuperiore præceptam.

AT verò cùm iuata D. Auguſtinum, D. Bernar- 1807.
dum, & alios Doctores *ſuprà num.* 1789. citatoa, & tradita ad probandam communiſſimam opinionem *ibidem* poſitam ſubditus teneatur obedite ſuo ſuperiori, ſeu Prælato, quoties ipſi certò, & apertè, ſeu euidenter non conſtat rem præceptam eſſo malam, vel eatra limites poteſtatis eiuſdem ſuperioris, licèt ipſe ſubditus ſciat, vel iudicet eſſe bonam, vel contentam inrta limites auctoritatis ſuperioris, eaplicare oportet quandónam dicendum ſit adeſſe, vel non adeſſe buiuſmodi certitudinem, aut euidentiam, vt proinde teneatur, vel non teneatur obedire. Igitur vt aduertunt Valentia 2. 2. *diſp.2. part.* 2. *ſuprà d. num.* 1789. *allegato corollario primo.* & Sanchez *lib.6.ſumm.d cap.3 num.5.* certum, & euidens in propoſito non eſt, quòd ipſi ſoli ſubdito ea paſſione

fortè

fortè tale videtur, ſed quod rationibus, vel coniecturis vrgentibus, aut iudicio aliorum prudentum proborum, & peritorum virorum iudicabitur, vel iudicari poteſt tale. quod iuxta Suarez *tom.4. de relig.lib.4.d.cap.15.num.21.circa finem* tunc contingit, quando ſecluſo præcepto, apparet, & iudicatur ita eſſe probabile actionem, vel omiſſionem, de qua agitur, eſſe malam, & pro oppoſito non appareat probabilitas aliqua; nam tunc, (inquit Suarez) non poteſt vocari dubia, ſed eſt certa, & euidens moraliter, ſeu humano modo, licèt non ſit phyſicè, & omnino certa, & euidens, talis enim certitudo, & euidentia moralis ſufficit, cùm homines vix poſſint conſequi certiorem rerum cognitionem, præſertim in rebus practicis, & moralibus, vt alibi *ſuprà* pluries dictum eſt. Quare de huiuſmodi cognitione moraliter, & humano modo certa intelligendi ſunt Patres *ſuprà* allegati, dum aſſerunt ſuperiori, & Principi obediendum eſſe in omnibus, quæ non conſtat, aut certum eſt diſplicere Deo, quia in eo caſu ſatis conſtat, ſatiſque certum eſt actionem, vel omiſſionem imperatam eſſe malam, ac proinde ſtante illo iudicio non debere ſubditum obedire. Quare quod Syluester *v. obedientia, q.2.* Roſella *eodem n.14.* Angelus *num.6.* Tabiena *q.11.* aiunt, ſcilicet, hanc euidentiam debere eſſe talem, vt nulla ignorantia excuſare poſſet, exequendo ſuperioris præceptum, vt ſit contra fidei articulos, aut diuina præcepta, aut generalem Eccleſiæ ſtatum, non eſt admittendum tanquam neceſſarium, vt etiam Sanchez *dicto num. 5.* obſeruat. Sed quomodocunque moraliter euidens ſit, rem præceptam eſſe illicitam, aut tranſgredi limites poteſtatis ſuperioris, non debet, vel non tenetur ſubditus obedire.

Superiori præcipienti contra regulam, vel præceptum maioris ſuperioris, ſubditus Religioſus tenetur obedire, quando non eſt certum eſſe contra regulam, vel deeſſe Prælato facultatem diſpenſandi, aut diſpenſationem factam eſſe abſque rationabili cauſa.

POrrò ex communiſſima ſuprapoſita ſententia, quòd omnes ſubditi tam ſæculares, quàm Religioſi, in dubio an res præcepta ſit licita, necne, aut extra regulam, & iuriſdictionem Prælati præcipientis teneantur obedire; & ex traditis ad illam confirmandam inferuntur nonnulla corollaria.

1808. Primò igitur infertur, quando Prælatus regularis ſuo religioſo ſubdito præcipit aliquid contra, ſeu extra, præter, vel ſupra regulam, aut contra præceptum maioris ſuperioris, idque conſtet, teneri adhuc ſubditum obedire, ſi ſimul conſtet Prælatum poſſe diſpenſare, vel ſaltem dubium ſit, an poſſit diſpenſare, ita vt non conſtet certò, & euidenter ſubdito deeſſe Prælato facultatem diſpenſandi. ita poſt Sylueſtrum, Tabienam, Angelum & Roſellam, Sanchez *d.cap.3.num.8.* Tapia *in Auth. Ingreſſi, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. v. ipſo ingreſſu, allegato num.1. num.56.* Leſſius *lib.2. de iuſtitia, d.cap.41.num.75.verſic.quarto.* Suarez *tom.4. de Relig. lib.4. d. cap. 15. num. 22.* Lezana *d.part.1.qq.regul.allegato cap.4. num.27.* Breſſerus *lib.4. d. cap. 15.* & Tamburinus *de iure Abbatum, tom.3. diſp.4.d.quaſt.13.* & ratio eſt, quæ ſuprà adducta eſt, pro communi ſententia, nempe, quia tunc dubium eſt, an Prælatus rem licitam, & intra limites poteſtatis comprehenſam præcipiat, in quo dubio illi obediendum ratione poſſeſſionis eiuſdem, nam ſi diſpenſare poſſit, & ſubſit iuſta cauſa diſpenſandi, poteſt etiam, quod aliàs non poteſt, præcipere in ea diſpenſando actu exercito, ſcilicet, dum præcipit; & ita ſubditus minimè certus de defectu facultatis diſpenſandi, poteſt, & debet credere, quòd præcipiendo diſpenſet in regula, vel in præcepto altioris ſuperioris. & idem dicendum eſt, quando ſubditus dubitaret, an ſubſit iuſta cauſa diſpenſandi, vt iidem Doctores aſſerunt; & ratio eſt, quia in dubio, & donec contrarium probetur, Prælatus diſpenſans præſumitur habere iuſtam cauſam diſpenſandi, illiúſque iudicio ſtandum eſt, vt *ſuprà n.1679.* oſtenſum eſt, & præter Doctores *ibidem* allegatos tradunt alij, quos Sanchez *d.num.8.* allegat. Quare dum S.Thomas, & alij Doctores, quos Tapia, Sanchez, & Leſſius *locis allegatis* referunt, aiunt ſuperiori præcipienti contra regulam, vel præceptum maioris ſuperioris non teneri ſubditum obedire, eiuſque diſpenſationem non teneri acceptare, ſi ſine legitima, & rationabili cauſa facta ſit, loquuntur, quando ſubdito conſtaret euidenter, ſuperiorem non habere facultatem diſpenſandi, vel ſi haberet, id facere ſine rationabili cauſa; quo caſu habet locum illud Diui Bernardi *lib. de diſpenſat. & precept. Votum meum non minuit Prelatus abſque cauſa.* Ex quibus poſt Sylueſtrum, & Roſellam, Sanch. Tamburinus, & Breſſerus, vt ſubditus Religioſus non teneatur obedire, aiunt in eo requiri duplicem certitudinem: prima quòd præcipiatur contra, vel extra regulam, aut contra præceptum maioris ſuperioris. Secunda quòd deſit poteſtas, vel iuſta cauſa diſpenſandi; altera deficiente tenetur obedire, iuxta dicta. Quando autem ſuperior regularis poſſit præcipere carnis macerationes, & alia virtutum exercitia, quæ non ſunt ſecundùm regulam, explicant Leſſius *d.num.75.* & Sanchez, Layman, & Palaus locis ſuprà *n.1806.fine* relatis. † Aduertit autem Breſ- 1809.
ſerus *d.cap.15.n.161.* non ideo ſuperiorem præcipere extra regulam, quia præcipit aliquid in ea non expreſſum; nam poteſt ipſa regula concedere illi poteſtatem alia præcipiendi, quo caſu non præcipiet contra, vel extra, ſed iuxta regulam; vt, inquit, in ſocietatis conſtitutionibus *p.9.c.3.§.9. & 20.* conceditur ſuperioribus facultas præcipiendi quicquid conformiter ſocietatis inſtituto, modóque agendi conducit ad finem eiuſdem ſocietatis. & *p.4.c.10.§.5.* in declaratione datur poteſtas diſpenſandi in conſtitutionibus, ſeu regulis, quando eam fuiſſe mentem illius, qui eas condidit, in aliqua re particulari iudicaret ad maius bonum. & explicat verbum *mentem,* ſcilicet, vt tunc fieret diſpenſatio, non autem, vt tunc conſtitutio non obligaret; quia alioqui non eſſet diſpenſatio neceſſaria, ſed ſufficeret Epiikeia.

An ſubditus Religioſus teneatur obedire ſuperiori coarctanti libertates, ſeu immunitates, & licentias à regula, vel altiori ſuperiori permiſſas.

SEcundò infertur, ſubditos regulares teneri obedire ſuperiori coarctanti aliquas immunitates, 1810.
aut libertates, ſeu licentias in regulis, vel à maiori ſuperiore illis conceſſas, niſi conſtet Prælatum eandem non habere facultatem coarctandi, ſeu illis derogandi. ita poſt Cordubam *in reg. D. Franciſci, c.10. q.2. dicto 2.* Sanchez *d.c.3.num.9.* & Breſſerus *d.c.15. n.162.* qui tunc aiunt conſtare de defectu poteſtatis coarctandi, ſi regula ipſa, vel maior ſuperior immediato ſuperiori prohibeat coarctationem totalem, vel partialem; tunc enim præceptum limites regulæ, aut poteſtatis excederet; & ita coarctanti ſubditi non tenentur obedire. In dubio verò, an ſuperior

coarctans habeat poteſtatem, vel iuſtam cauſam coarctandi, præſumitur vtramque habere, & illi obediendum, iuxta dicta. & ita etiam aſſerunt Sanchez, & Breſſerus.

An quando ratione infirmæ valetudinis, aut alterius cauſa, iubetur ſubditus non ieiunare, ſi quando aliàs tenetur, aut non recitare D. Officium, aut veſci carnibus, teneatur in dubio obedire.

1811. TErtiò infertur cùm Religioſus ſubditus valetudine, aut alio probabili impedimento laborans eſt dubius, an teneatur, v.g. ieiunare, abſtinere à carnibus, recitare diuinum Officium, & ad ſimilia, eum teneri obedire Prælato præcipienti, ne ieiunet, aut quòd carnibus veſcatur, vel quòd Officium non perſoluat; cùm tunc ſit tantùm dubium, an res ſit licita, in quo obediendum eſt, vt probatum eſt: neque obſtet periculum fractionis illius legis eccleſiaſticæ, nam præceptum ſuperioris in hoc dubio habetur tanquam legis interpretatio. & ita in terminis ex Doctoribus *ſuprà num.* 1789. relatis aſſerunt Sotus *d. concl.* 1. Salas *d. tract.* 8. *num.* 155. Sanchez *d. cap.* 3. *n.* 10. Peirinis *d. cap.* 7. Lezana *d. cap.* 4. *n.* 28. & Breſſerus *d. lib.* 4. *cap.* 14. *n* 149. vbi addit, & bene, idem dicendum, eandemque rationem eſſe, ſi ſimiliter Prælatus ſuperior præcipiat aliquid fortè contra legem naturalem, v.g. acceptionem pecuniæ ad vſuram, cùm dubitatur de ſufficienti neceſſitate.

Religioſus iuſſus audire confeſſiones, aut ſuſcipere ſuperioritatem in dubio idoneitatis, an teneatur obedire.

1814. QVartò infertur Religioſum ſubditum iuſſum à ſuo ſuperiore ſuſcipere munus Confeſſarij, aut Prælaturam Ordinis, debere obedire, etiamſi dubitet propriè, aut largè de ſufficientia ſuæ doctrinæ, prudentiæ, aut idoneitatis, & quoties euidenter non ſibi conſtat de inſufficientia, ſeu defectu, idque ob eandem rationem, quia in dubio obediendum eſt ſuperiori; & ita in terminis tradidere Syluester *v. confeſſor* 3. *q.* 3. Nauarrus *in man. c.* 4. *n.* 9. & 14. Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 5. *fine.* Manuel *in ſumma p.* 1. *cap.* 61. *in prima edit.* Sanchez *d. cap.* 3. *num.* 11. Suarez *de pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 27. & Breſſerus *d. cap.* 15. *citato n.* 163. quo ſenſu iidem Sanchez, Suarez, & Breſſerus aiunt intelligendos, Paludanum, & D. Antoninum locis à Sanchez allegatis, dum aiunt teneri obedire Religioſum ſubditum Prælato præcipienti audire confeſſiones, vel ſuſcipere Prælaturam, etſi eo munere ſe indignum & carentem ſufficienti ſcientia putet, ſcilicet, tantùm opinatiuè, vel dubitatiuè, non verò certò nouerit: licèt autem Paludanus, Syluester, & D. Antoninus à Sanchez ad id relati dicant minorem ſcientiam requiri in audiente confeſſiones ex obedientia Prælati, quàm in audiente ſua ſponte; hoc tamen dictum reprobant Nauarrus, Sanchez, & Suarez, affirmantes in vtroque eandem requiri, eo quòd obedientia efficere nequeat, vt quis ſufficienti ſcientia carens licitè munus Confeſſarij exercere valeat; & ſi ſufficiens ſit, vtrique ſufficiet. Sed priores Doctores videntur poſſe rectè intelligi hoc ſenſu, nempe quòd audiens confeſſiones ex obedientia, faciliùs poſſit ob auctoritatem Prælati iubentis, ſe reputare ſufficienter doctum, quàm ſua ſponte audiens, etſi vterque æqualem habeat doctrinam.

Subditus certò ſciens ſe non peccare non obediendo, & dubius an res præcepta ſit illicita, vel an peccet obediendo, an poßit obedire.

QVintò infertur, ſi ſubditus ſit certus ſe non peccare non parendo ſuperiori, eo quòd conſtet rem præceptam excedere limites poteſtatis ſuperioris, & aliunde dubitet ſiue ſolùm ſpeculatiuè, nimirum an res ſit illicita, ſiue practicè, ſcilicet an obediendo peccet, non teneri, nec poſſe licitè obedire vtrouis dubio permanente, vt poſt Cordubam *lib.* 3. *qq. quæſt.* 7. docent ex Doctoribus *n.* 1789. Rodriquez *d. quæſt.* 19. *art.* 5. Salas *d. tract.* 8. *n.* 156. Sanchez *d. cap.* 3. *n.* 14. & Peirinis *d. cap.* 7. & exemplificat Rodriquez, ſi in religione Minorum regularis obſeruantiæ Prælatus præcipiat ſubdito accipere pecuniam in caſu, in quo ſubditus rationabiliter dubitat ſe peccare mortaliter ſic accipiendo, quia, v.g. in eo euentu Prælatus ille diſpenſare non poteſt, tunc enim ille ſubditus non tenetur, nec poteſt licitè obedire. & ratio huius corollarij eſt, quia nulla eſt ratio deponendi dubium ſiue practicum, ſiue ſpeculatiuum; nam ea certitudine ſtante ſuperior nulla præcipiendi poſſeſſione iuuatur, ac proinde ſubditus obediendo ſine rationabili cauſa exponeret ſe periculo peccandi mortaliter. 1813.

Si ſubditus dubius an res præcepta ſit illicita, certò moraliter ſciat, etiam Prælatum dubitare, an ſit illicita, an teneatur obedire; & quid ſi ſubditus ſit certus rem præceptam, de qua ſuperior dubitat, vel putat, eſſe illicitam, vel eſſe contra, vel ſupra regulam, eſſe licitam, vel non excedere regulam.

SExtò ſi ſubditus dubius, an res præcepta ſit licita, vel excedens limites poteſtatis ſuperioris, ſit certus etiam Prælatum præcipientem dubitare ſit ne licitum, aut excedens ſuam poteſtatem (ſi caſus iſte dari poſſit, cùm vix contingere poſſit, vt ſuperior aliquid alicui præcipiat; & tamen manifeſtet ſubdito ſe dubitare, an illud liceat, quod niſi expreſſè dicat, non debet præſumi dubitare, ſed præcipere, quod putat licitum,) non teneri ſubditum obedire, non tantùm ſi ſuperior dubius præcipiat ante factam diligentiam de veritate inueſtiganda, ſed etiam poſt factam diligentiam, concludunt poſt Bagnetem 2. 2. *q.* 40. *art.* 2. *dub.* 6. *concl.* 3. P. Ledeſma 2. *tom. ſum. tract.* 3. *cap.* 13. *concl.* 21. & Manuelem *tom.* 1. *ſum. cap.* 126. *n.* 5. *in* 2. *edit.* Salas *d. tract.* 8. *n.* 175. Sanchez *d. cap* 3. *n.* 21. Breſſerus *d. cap.* 14. *n.* 146. & Diana *p.* 4. *tract.* 3. allegata *reſolut.* 9. *fine.* ratio deſumitur ex ſupradictis, ſcilicet, quia ratio cur ſubditus in ſuo dubio, an res præcepta ſit licita, necne, tenetur obedire, eſt poſſeſſio iuris præcipiendi, & vt ſibi obedientia præſtetur, qua in dubio, ſeu propter dubium ſubditi non debet priuari; at cùm & ipſe ſuperior dubitat ſimili dubio, non fauet ei poſſeſſio; ſi quidem rationabiliter non debet ſuperiori tribui poteſtas, & poſſeſſio, niſi præcipiendi ea, quæ ſunt, vel bona fide ab eo creduntur licita, & honeſta, ſaltem extra vrgentem neceſſitatem; & conſequenter cùm careat ſuperior poſſeſſione iuris præcipiendi in ſimili dubio, non tenetur ſubditus obedire, & obediendo non excuſaretur à culpa. Neque obſtat, (inquit Sanchez,) dictum D. Auguſtini, de quo in allegato *cap. quid culpatur* 23. *q.* 1. nempe, iniquitatem præcipientis imponendo 1814.

nendo præceptum non impedire obligationem obe-
diendi in ſubdito; nam intelligitur, quando iniqui-
tas ſe tenet ex parte modi, quia, v. g. Rex habens
iuſtam bellandi cauſam, mouetur paſſione, aut ani-
1815. mo vindictæ, vt *ibidem* Turrecremata *num.* 3. † Et
hoc idem aſſerit Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 3.
præallegato puncto 13. *num.* 12. cùm Prælatus dubius
de honeſtate rei ante factam diligentiam pro veri-
tatis inueſtigatione illam præcipit; quia tunc, in-
quit, temerariè præciperet, exponens ſe periculo
præcipiendi rem illicitam, & peccandi: nunquam
autem ſuperior poteſt eſſe in poſſeſſione præcipien-
di temerariè. At ſi manens dubius poſt factam dili-
gentiam præcipit rem, de cuius honeſtate dubitat,
aſſerit, tunc ſubditum dubium, & ſcientem etiam
dubium ſuperioris teneri obedire, quia, inquit, tunc
Prælatus legitimè præcipit, cùm habeat poſſeſſio-
nem præcipiendi, & dubium ſubortum vincere non
poſſit; quod confirmat exemplo coniugis, qui bo-
na fide contraxit, & poſtea dubitat de eius valore;
ſi facta diligentia ad veritatem inueſtigandam, ad-
huc dubius manet, poteſt petere, & alter reddere,
vt dicetur *infrà*, & docet cum aliis Sanchez *de matr.*
lib. 2. *diſp.* 41. *n.* 46. & 47. Limitat tamen, vbi ſupe-
rior dubius præciperet ſubdito actionem alteri mo-
leſtam, & onerosam; non enim, ait, cum hac du-
bitatione ſuperior poteſt indicere bellum, vt *ſuprà*
num. 1117. oſtenſum eſt; neque ſubditus debet obe-
dire, eo quòd ſuperior in rebus damnoſis debeat
eſſe moraliter certus de iuſtitia. ita Palaus. Verùm
etſi ſuperior non poſſit dubium vincere facta di-
ligentia, adhuc tamen non videtur illi conceden-
da poteſtas, & poſſeſſio præcipiendi ea, de quorum
honeſtate dubitat, idque propter rationem à præ-
allegatis Doctoribus traditam & adductam, ſaltem
niſi vrgeat aliqua neceſſitas operandi in tali dubio,
iuxta dicta *ſuprà num.* 1170. quia tunc illa neceſſitas
eſſet principium morale ſufficiens formandi iudi-
cium practicum de honeſtate operationis, vel omiſ-
ſionis, vt *eodem n.* 1170. explicatum eſt. Confirma-
tur, quia ſi ſola diligentia abſque dubij depoſitio-
ne ſufficeret ad poteſtatem, & poſſeſſionem præci-
piendi, ita quòd ſubditus teneretur obedire; &
quando ante diligentiam factam ſuperior temerè
præcipit rem, de cuius honeſtate eſt dubius, illi eſ-
ſet obediendum, nam ſola temeritas præcipiendi
non excuſat ab obedientia, ſi alioqui ſubditus no-
uit rem præceptam eſſe licitam, & iuſtam, vt ſi ſu-
perior ex errore dubitaret de honeſtate actionis, &
nulla præmiſſa diligentia illam præciperet ſubdito,
qui certò ſciat eſſe honeſtam, non obſtante temerita-
te, & peccato ſuperioris abſque præmiſſa debita di-
ligentia ad deponendum errorem tenetur obedire, vt
mox dicetur, & tenet idem Palaus. Neque eſt ſimile
de coniuge dubio de valore matrimonij bona fide
contracti petente debitum; nam iſte verè eſt in poſ-
ſeſſione matrimonij bona fide contracti, & nimis
graue onus ipſius eſſet, ſi propter dubium ſuperue-
niens, quod nullo modo vincere poteſt, deberet
remanere perpetuò priuatus iure petendi debitum.
1816. Idem iuxta Sanchez, & alios Doctores allegatos
dicendum, ſcilicet, non teneri ſubditum obedire in
re manifeſtè licita, ſi dubitet excedere limites po-
teſtatis ſuperioris, eo quòd ſit dubius an ſit ſupra,
vel præter regulam, ſi certus ſit etiam ſuperiorem
habere ſimile dubium; nam etiam in hoc caſu du-
bio, ſuperior non iuuatur poſſeſſione, quæ eſt præ-
cipiendi ſolùm ea, quæ ſunt ſecundùm regulam;
poſſet tamen licitè obedire, & eſſet opus perfectio-
nis, cùm res ſit licita.

Quòd ſi ſubditus eſſet certus de honeſtate rei 1817.
præceptæ, vel quòd non excederet regulam, licèt
certò ſciret ſuperiorem præcipientem dubitare; tunc
teneretur obedire, vt *locis citatis* docent Sanchez,
Breſſerus, & Palaus, quia in hoc caſu ſuperior verè
poteſt præcipere, & dubium prouenit ſolùm ex er-
rore, & conſequenter ſubditus tenetur obedire, cùm
licitè poſſit, licèt ſuperior in eo dubio præcipiendo
ex conſcientia erronea peccet. Sicut ſi coniux ex er-
rore dubitans, vel putans, matrimonium non va-
lere, petat debitum ab altero, qui certus ſit de ma-
trimonij valore, iſte tenetur reddere; vt ait San-
chez *d. n.* 11. & priùs docuit Couarruuias *de ſponſ. p.* 2.
cap. 3. §. 1. *n.* 6. quia verè habet ius exigendi debitum,
licèt ex conſcientia erronea exigendo peccet; &
ſicut ſi quis ex errore rem ab altero poſſeſſam cre-
dat non eſſe ſuam, & malè petat ſibi reddi tanquam
ſuam, poſſidens ſciens eſſe ſuam, tenetur illi red-
dere.

*An ſubditi dubitantes, an res præcepta ſit illi-
cita, teneantur ad examen veritatis
per ſe, vel conſulendo alios
peritos, priuſquam
obediant.*

AN verò ſicut in aliis dubiis, an operatio aliqua, 1818.
vel omiſſio ſit licita, ſic dubitans, antequam
operetur, tenetur adhibere diligentiam circa veri-
tatem inueſtigandam, vt latè in præcedentibus
oſtenſum eſt hoc eodem titulo; ita etiam ſubditus
dubius de honeſtate rei præceptæ teneatur adhibe-
re ſimilem diligentiam, & conſulere viros doctos, ſi
commodè fieri poſſit, vt certior fiat an res præce-
pta ſit honeſta, antequam obediat, vel obedire poſ-
ſit, an verò minimè teneatur talem diligentiam ad-
hibere, ſed illi liceat ſtatim obedire.

Et ſubditum teneri ad talem diligentiam, & de-
bere conſulere viros peritos, ſi poteſt commodè, vt
cognita veritate non operetur contra dubium ſpe-
culatiuum, docuerunt Angelus, Syluester, Ro-
ſella *v. bellum, & v. obedientia,* & alij à Sanchez relati
d. cap. 3. *n.* 19. quorum ſententiam ſequuntur Ariaga
1. 2. *d. diſp.* 26. *n.* 33. & Caſtrus Palaus *dicto puncto* 13.
num. 10. idem tenens quando Prælatus præcipiens
non ea ſcientia, auctoritate, ac probitate pollet, quæ
ſubditos obligaret probabiliter opinari rem præce-
ptam eſſe honeſtam; ſecus verò ſi attentis ſcientia,
auctoritate, & probitate ſubditus deberet credere
non eſſe humanum; in hoc enim caſu ait, clarum
eſſe ſubditum non teneri aliam inquiſitionem face-
re. Probat Palaus primò, quia hæc inquiſitio non
obſtat obedientiæ, cùm ex illa non omittatur, ne-
que repugnat eius perfectioni, quæ excludit di-
lationem ſolùm quando tempus vrget exequendi
præceptum; ac proinde cùm non vrget, ratio natura-
lis dictat talem inquiſitionem, quæ fortaſſe proderit
ad veritatem dignoſcendam, & vitandum malum
ſaltem materialiter, cognito quòd non ſit obedien-
dum. Secundò cùm talis inquiſitio non dirigatur
ad quærendas excuſationes præcepti, ſed ad ſecu-
riùs illud exequendum, depoſito dubio ſpeculatiuo,
eſt bona, atque adeò non contraria virtuti obe-
dientiæ; & ſi dicatur eſſe quidem bonam, ſed non
teneri ſubditum illam facere, cùm illius munus
non ſit examinare præcepta, ſed exequi; contrà,
quia hoc verum eſt extra caſum dubij: at in dubio
de illorum honeſtate, tenetur examinare, ſicut qui-
libet dubitans, vt prudenter operetur. Tertiò pro-

batur exemplo coniugis dubitantis de valore matrimonij, & poſſeſſoris dubij, an res poſſeſſa ſit ſua; vterque enim otto dubio tenetur adhibere diligentiam de inueſtigatione veritatis, vt ſit licita redditio, vel petitio debiti, vel retentio rei poſſeſſæ; neque iuuat dicere horum proprium eſſe examinare, an matrimonium ſit validum, vel propria res poſſeſſa; non tamen ſpectare ad ſubditum, examinare, an ſuperior rectè præcipiat, nam hoc gratis videtur dici, cùm de hoc ſit quæſtio, & in vtroque caſu appareat eadem obligatio, ſcilicet, ne ſe exponant periculo faciendi

1819. rem à parte rei illicitam † Denique, quando ex obedientia imminetet periculum grauis damni proprij, aut tertiæ perſonæ, ſi executio præcepti differri poteſt, & minus malum timetur ex dilatione, quàm ex prompta executione, differenda eſt executio mandati, donec examinetur an obediendum ſit, vt *infrà n.* 1815. dicetur. ergo à fortiori examinari debet præceptum, quando eius executio ſine vlla tranſgreſſione differri poteſt.

1820. At ſubditum non teneri præfatam diligentiam adhibere, aut conſulere alios, quàm ſuperiores, an res præcepta ſit licita, ſed poſſe licitè, & debere promptè obedire, & oppoſitum etiam repugnare perfectioni obedientiæ, longè verius eſt, & tradunt in terminis Gabriel 4. *diſt.* 15. *q.* 4. *art.* 1. *cap.* 4. *verſic. dicitur etiam*, quòd ſi dubitat P. Nauarrus *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 3. *dub.* 12. *n.* 161. & 266. *in noua edit.* Valentia 2.2. *diſp.* 7. *q.* 3. *p.* 2. Sanchez *d. lib.* 3. *num.* 19. Breſſerus *lib.* 4. *de conſcientia, allegato cap.* 14. *num.* 145. & Doctores allegati *ſuprà hoc tit. n.* 1789. & idem videntur ſentire alij Doctores *ſuprà num.* 1789. relati. Probatur, tum quia in dubio præceptum ſuperioris præſumitur iuſtum, vt dictum eſt *ſuprà d. n.* 1789. Tum quia, vt *ſuprà citato num.* 1079. dixi, & tradunt Doctores *ibidem* citati, & prius docuit S. Thomas *de veritate q.* 17. *art.* 5. *ad* 4. ſubditorum non eſt examinare præcepta, ſint ne bone, vel expediant, ſed exequi, ſtando iudicio ſuperiorum, quando de iniquitate præceptorum non conſtat, nec valdè probabiliter apparet ſuperiores errare ex ignorantia, temeritate, aut paſſione, vel malitia; & talem inquiſitionem repugnare perfectioni obedientiæ indicant Patres ſpirituales, dum aiunt oportere obedientiam eſſe cœcam, & latè ex multis Sanctis oſtendit Valentia *vbi ſuprà*. Confirmatur, quia alioqui certè facilè, & frequenter poſſent ſubditi inde ſumere occaſionem reſiſtendi ſuperiorum præceptis, & eludendi obedientiam, ſi propter dubium proprium tenerentur inueſtigare honeſtatem præceptorum ex proprio, vel aliorum iudicio, antequam illa exequerentur; & valdè difficilis redderetur gubernatio, cùm facilè oriantur ſimilia dubia, non ſolùm ob aliquas rationes aliquam veriſimilitudinem præ ſe ferentes, ſed etiam vtplurimum friuolas, & vanas ex diabolica ſuggeſtione, vel propria paſſione excitatas, & adinuentas ad ſubterfugiendam obedientiam, vel illam differendam, quoad fieri poſſit. Solùm ergo ſubditi ſi crederent ſuperiorem procedere ex falſa præſumptione, ſeu informatione, vel ex ignorantia, aut obliuione alicuius circumſtantiæ, quæ rem dubiam eidem ſubdito redderet, deberent eum ſincerè informare, & veritatem circumſtantiæ eidem proponere, & ſi nihilominus perſiſtat in præcipiendo, poſſunt, & debent in eo dubio obedire, cùm iam nulla adſit cauſa eos excuſans, quia ſuperioris præcepto, & iudicio acquieſcere debeant. Ex quibus patet differentia inter ſubditum, & poſſidentem, & coniugem dubitantes; etenim cùm alter coniux non ſit alterius ſubditus, neque poſſidens dubitans in eo dubio habeat ſuperiorem, vterque, cùm non habeat proprium iudicem in ea materia, tenetur veritatem inquirere etiam ex aliis: at ſubditus eùm habeat ſuperiorem præcipientem loco iudicis, & Dei, non ſpectat ad eum examinare ſuperioris præceptum, ſed obedire, dum de eius iniquitate non eſt certus; ſecus ſi ſubditus dubitaret etiam de legitima ſuperioritate Prælati, ſeu an eſſet legitimus Prælatus, ſcilicet, legitimè electus, & exiſtens in poſſeſſione ſuperioritatis, vt innuit Breſſerus *d. num.* 145. *verſic. ex quibus collige, fine*; tunc enim cùm non teneatur obedire, & in re manifeſtè licita, iuxta dicta *ſuprà n.* 288. & dicenda *infrà hoc eodem §.* poteſt, & debet inueſtigare veritatem conſulendo viros doctos. Et ex prædictis facilè ſoluuntur fundamenta prioris ſententiæ, vt non ſit opus aliam peculiarem reſponſionem ſingillatim dare. † Exiſtimat autem Breſſerus *d. n.* 145. 1821. *fine*; & ſi ſubditus non teneatur in ſimili dubio alios conſulere; poſſe tamen, ſi velit, eo quòd talis conſultatio, inquit, & examen non repugnent ſubſtantiæ præcepti, ſed perfectioni, ſeu ſimplicitati, quæ eſt conſilij, non præcepti: at non poſſe, videntur ſuadere dicta in confirmatione eiuſdem ſententiæ; & ita videtur ſentire Sanchez *d. n.* 19. immo & ipſe Breſſerus *eodem n.* 145. *initio*, videtur hoc idem approbaſſe, dum dicit, ſi ſuperior, quem credetet ſubditus ea mala informatione, vel ignorantia, aut obliuione alicuius circumſtantiæ rem illam, quam ipſe dubitat eſſe licitam, ſincerè informatus ab ipſo perſiſtat in præcipiendo, eundem ſubditum non ſolùm poſſe, ſed & debere obedire.

Subditus dubius circa factum, v. g. an homicidium commiſerit, iuſſus à ſuperiore celebrare, an poſſit obedire.

1822. Sed quid, ſi dubium ſubditi ſit non circa ius, nempe, an res præcepta ſit honeſta, & licita; ſed circa factum, v. g. circa homicidium, nempe, dubitat, an hominem interfecerit, aut aliud delictum commiſerit, cui annexa ſit irregularitas; & ſuperior ei præcipiat, vt celebret, an tunc ſtante ſuperioris præcepto in tali dubio poſſit, & debeat obedire, & celebrare. Reſpondent Vaſquez 1.2. *diſp.* 66. *allegato cap.* 9. *n.* 50. Sayrus *lib.* 1. *clauis, allegato cap.* 13. *n.* 38. non teneri, nec poſſe licitè obedire, ſi ſuperior in irregularitate illa non poſſit diſpenſare, eo quòd in dubio facti quis debeat tutiorem partem ſequi, credendo ſe irregularem, iuxta dicta *ſuprà n.* 1352. ſed hanc reſponſionem Sanchez *d. lib.* 6. *ſum. allegato cap.* 3. *n.* 22. rectè ait eſſe veram, & habere locum ſolùm quoties in dubio facti circa cenſuras, vel irregularitates tenetur quis ſe reputare cenſura, vel irregularitate ligatum, (quod quando contingat, latè *ſuprà à n.* 1353. explicatum eſt;) tunc enim eùm aliàs ſubditus ſecluſo præcepto ſuperioris in tali dudio non poſſit licitè celebrare, & celebrando peccet, præceptum ſuperioris ſuperueniens non poteſt facere licitam illam celebrationem, niſi ſuperior valeat abſoluere à cenſura, vel diſpenſare in irregularitate, quæ in dubio facti iuxta diſpoſitionem ſacrorum canonum cenſetur contracta. Addunt tamen Vaſquez, & Sanch. cùm multum ſit fidendum ſuperiori, contingere aliquando poſſe, vt tale dubium circa factum poſſit, & debeat ſubditus deponere ex iudicio ſuperioris, ac proinde ei debeat obedire depoſito dubio illo ſpeculatiuo. Quanquam Breſſerus *d. cap* 14. *n.* 150. aſſerat abſolutè, ſubditum in tali dubio circa factum iuſſum à ſuperiore, vt celebret, poſſe, & teneri celebrare; quod dupliciter probat. Primò, quia à ſubdito præſumi debet ſuperiorem

rem habere poteſtatem diſpenſandi, ſaltem delegatam; vel certè ſcire irregularitatem eo caſu non impedire. Secundò, quia ſubditus non teneatur in dubio ſe gerere vt irregularem, cum tanto incommodo, quantum eſt reſiſtere ſuperiori præcipienti. Sed quoad primam rationem reſponſio prædictorum Doctorum procedit, quando ſubditus ſcit, & in eo caſu dubio contrahi irregularitatem, ſeu quempiam cenſeri debere irregularem, iuxta iuris diſpoſitionem, & ſuperiorem carere facultate diſpenſandi: ſecunda autem ratio procedit iuxta opinionem eiuſdem Breſſeri, quòd in quolibet dubio ſpeculatiuo quis non cenſeri debeat obligatus ad actionem, vel omiſſionem actionis cum ſuo notabili incommodo, & detrimento, non obſtante quacunque poſſeſſione, & quòd pars oppoſita ſit tutior. de qua opinione *ſupra* §. 38. *& in ſequentibus* ſæpè mentio facta eſt, & vbi opus fuit, eam reprobauimus. Ex his infertur vniuerſaliter, quòd ſi ſubditus certus ſit de iure, ſeu obligatione, & solùm de facto ipſo dubius, ſcilicet, vtrùm iam ſatisfecerit obligationi, non poterit obedire ſuperiori præcipienti ne ſatisfaciat, niſi quando ſuperior habuerit poteſtatem, vel ſaltem dubium ſit (iuxta dicta *ſupra n.* 1808.) an poſſit diſpenſare in eo præcepto, ſeu in ea obligatione; tunc enim poſſeſſio ſtat pro ea lege, ſeu obligatione; ergo niſi ſuperior hîc, & nunc præcipiens, poſſit tollere eam obligationem, neceſſariò ea manebit, qua perſeuerante non poteſt quis teneri ad contrarium. Neque obſtat ſi dicatur, contingere poſſe, vt virtus illa, contra quam faceret obediendo huic ſuperiori, non ſit tanta, quanta eſt obedientia, contra quam facit: in dubio autem de tranſgreſſione duarum virtutum inæqualium tranſgrediendam eſſe minorem; ergo in eo caſu ſubditus potius debet ſe exponere periculo faciendi contra alteram virtutem, quàm contra obedientiam. Nam reſpondetur illud contingere poſſe, ſed tamen in hoc, & ſimilibus dubiis non ad ſolam excellentiam virtutis, ſed ad minorem obligationem virtutis eſſe attendendum, ſicut etiam ad maiorem certitudinem periculi faciendi contra virtutem; in hoc autem dubio maior eſt obligatio alterius virtutis, pro qua ſtat certa poſſeſſio, quàm obedientiæ erga ſuperiorem nunc præcipientem. Vel reſpondetur in eo caſu ſubditum non ſe exponere vllo periculo faciendi contra obedientiam ſuperioris; nam ſuperior inferior tunc, (cùm, v.g. conſtat de obligatione legis, ſeu præcepti maioris ſuperioris;) omninò caret iure præcipiendi; ergo facere tunc aliquod contrarium eius voluntati, non eſt facere contra obedientiam, ſed perinde ac ſi ſubditus faceret contra voluntatem alterius ſibi æqualis, aut ſuperioris rem ex ſe manifeſtè iniuſtam præcipientis.

Præceptum ſub conditione à ſuperiore impoſitum, an teneatur adimplere ſubditus dubius de implemento conditionis.

1823. PRopter modò dicta ſi ſuperior præcipiat aliquid ſub conditione, de qua dubium ſit, an ſit impleta, necne, Salas *d. tract.* 8. *n.* 177. ait ſubditum in hoc dubio teneri obedire, quia eſt dubium facti, in quo eſt ſequenda pars tutior; id tamen iuxta ſuam opinionem intelligit quando ſubditus poteſt obedire abſque magna incommoditate: ſed verius eſt oppoſitum, & minimè teneri obedire, vt tradit Sanchez *d. cap.* 3. *n.* 26. & approbat Diana *p.* 4. *tract.* 3. *allegata reſolut.* 9. & ratio eſt, quia in dubio non præſumitur conditio impleta, ſiue conditio ſit affirmatiua, ſiue negatiua, vt poſt Socinum iuniorem *conſil.* 67. & Manticam *de coniecturis lib.* 11. *tit.* 16. *n.* 5. docet idem Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 16. *n.* 3. & conſtat ex *l. eum qui nouiſſimus ff. ad Trebell.* & ex eo quòd implementum conditionis eſt quid facti, quod regulariter non præſumitur, ſed probari debet, vt ſæpe *ſupra* dictum eſt. At ante impletam conditionem præceptum illud non obligat ſubditum, & ita in tali dubio non tenetur ſubditus obedire.

Si res præcepta ſit nimis moleſta, difficilis, & oneroſa ſubdito, vel ex obedientia probabiliter timeatur graue damnum proprium, vel alienum ſpirituale, vel temporale in honore, fama, diuitiis, aut corpore, an ſubditus teneatur obedire, cùm dubitat, an res præcepta ſit illicita, vel extra limites poteſtatis ſuperioris.

SVpradictis præmiſſis ad explicationem præfatæ communiſſimæ ſententiæ *n.* 1789. poſitæ, quòd 1824.
ſubditus in dubio ſuo ſpeculatiuo, an res præcepta ſit licita, necne, & excedat limites poteſtatis ſuperioris, ſiue contra, vel præter regulam, reſtat explicanda limitatio, ſeu moderatio, cum qua fuit propoſita eadem ſententia, & quòd eadem ſententia non procedat, nec ſubditus in tali dubio teneatur obedire, quoties ex obedientia timeretur graue damnum proprium, vel alienum, ſpirituale, vel temporale, in honore. fama, diuitiis, vel corpore, ſeu vita; aut obedire eſſet ſibi valdè difficile, & moleſtum, vt ſi ſuperior præciperet longam abſtinentiam, aut longum iter, vel aliud opus valdè auſterum. ita communiter Doctores citati pro eadem ſententia, & alij relati *ſuprà n.* 301. Arriaga *t.* 2. *tom.* 1. *diſp.* 26. *n.* 14 & alij à Sanchez *d. cap.* 4. *n.* 23. & ab aliis recentioribus vtrobique allegati; & latè explicat Couarruuias *in d. reg. peccatum p.* 1. *num.* 5. & ſatis probatum eſt *ſuprà d. num.* 301. In hoc enim caſu ſicut Prælatus eſt in poſſeſſione præcipiendi, ita ſubditus, vel alter in cuius graue damnum vergit ſuperioris præceptum, eſt in poſſeſſione ſuæ bonæ famæ, & honoris; cùm igitur certent inter ſe hæ duæ poſſeſſiones, ea debet præualere, quæ maioris eſt momenti, & abſolutè maior; ea autem cenſetur poſſeſſio bonæ famæ, vel aliorum bonorum magni momenti, quia ex natura rei oritur, titulus autem præcipiendi eſt poſitiuus; etſi fama, honor, vita, aut aliud bonum pereat, damnum eſt perpetuum, ac proinde grauius, quàm vnica inobedientia; alias confirmationes vide *ſuprà dict. num.* 301.

Ex hac autem limitatione infertur, quòd quan- 1825.
do executio rei præceptæ differri poteſt, ac minus damnum timetur ex dilatione, quàm ex prompta obedientia, differenda eſſet executio præcepti, donec examinetur, an obediendum ſit, vt docuerunt Couarruuias *in d. reg. peccatum* 1. *p. n.* 5. *ad finem.* Sanchez *d. cap.* 3. *n.* 25. Palaus loco *ſuprà* 1818. citato, & Breſſerus *d. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 156.

Plura alia corollaria quoque, quæ ex eadem limitatione inferuntur, habentur *ſuprà n.* 302. *&* 314. & alia quæ deſiderari poſſunt, *ibidem* explicata ſunt.

Solùm addo, quòd in omnibus caſibus, in quibus ſubditus in dubio non tenetur obedire Prælato, idem dicendum eſt, etiamſi Prælatus præciperet ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt poſt Sotum *de ſecreto reg. memb.* 3. *q.* 2. immediatè *ante* 4. *concluſ.* Sanchez *d. cap.* 3. *n.* 27. & ratio eſt manifeſta, quia

quia excommunicatio imponi non poteſt, niſi pro inobedientia, quæ in prædictis caſibus non adeſt, cùm præceptum non obliget.& prædicta quoad ſecundam controuerſiam.

In dubio de legitimo titulo ſuperioritatis, ſcilicet, an ſuperior ſit legitimè electus, vel confirmatus, & an exiſtat in pacifica poſſeſſione dignitatis, an ſubditus teneatur obedire.

1827. Tertiò itaque inter Doctores controuertitur, an in dubio ſe tenente ex parte prælationis,ſeu ſuperioritatis, ſcilicet, cùm dubitatur à ſubdito, an ſuperior ſit legitimè electus,aut confirmatus, vel huius in particulari ſuperior; ſiue dubium ſit de ſola legitima electione,aut confirmatione, ſiue etiam de legitima eius poſſeſſione.

Et prima ſententia aſſerit in hoc dubio, an ſuperior ſit legitimus, ſeu legitimè electus, aut confirmatus, licèt exiſtat in poſſeſſione pacifica ſuperioritatis, ſeu prælaturæ, ſubditum dubium non teneri ei obedire.ita in terminis Leſſius *lib.2.de iuſtit.d.cap.41.n.46.concl.1.*Gordonus locis *ſuprà n.*1789. relatis Diana *p.4.tract.3.reſolut* 8. Vaſquez, Salas, Ioannes Sancius, Lorca, & Paſqualigius locis *ſuprà n.* 284. allegatis. fundamenta huius ſententiæ poſita ſunt *d.n.*284. & illud præcipuum eſt, quòd in hoc dubio poſſeſſio eſt pro libertate ſubditi; nam cùm ſubditus per ſe ab huius ſuperioris prætenſi ſubiectione liber ſit, non debet ei ſubiici, niſi moraliter conſtet eſſe ſuperiorem, quod non euenit in hoc caſu, quia dum dubitatur de legitimo ſuperioritatis titulo, ſeu de electione, aut confirmatione legitima, dubitatur etiam de legitima poſſeſſione; & ita non conſtat moraliter eſſe ſuperiorem.

1828. Altera ſententia tenet ſubditum teneri obedire, non ſolùm quando eſt dubius tantùm de legitimo ſuperioris titulo, ſed etiam quando eſt dubius de legitima poſſeſſione, licèt dicat in hoc caſu dubiæ poſſeſſionis leuiùs obligari, & ob minus incommodum excuſari ab obedientia, quàm in alio caſu dubij ſolius tituli. ita Breſſetus *lib.4. de conſcientia c.14.n.132. verſ. aduerte ſecundò.* dicens etiam in hoc dubio poſſeſſionis habere locum præceptum vniuerſale naturale ſequendi viam tutiorem, quando fieri poteſt abſque notabili incommodo, vt ipſe iuxta ſuam opinionem alibi *ſuprà* relatam tenet.

1829. Tertia ſententia communis, & longè verior eſt, quòd quoties dubium eſt ſolùm de titulo legitimo, ſcilicet, electione, vel confirmatione legitima, ita quòd certè conſtet ſuperiorem exiſtere in pacifica poſſeſſione ſuperioritatis, ſeu dignitatis, & prælaturæ, teneri obedire, (cum moderatione tamen ſuprà poſita, ſcilicet, niſi ex obedientia immineret probabile periculum grauis damni ſpiritualis, vel temporalis proprij, vel alieni, aut obedire eſſet valde difficile, moleſtum, & graue,) ſi merè etiam dubitaret ſubditus, an eſſet in poſſeſſione ſuperioritatis vel abſolutè, vel erga ſe ipſum, non teneri eidem obedire, donec id moraliter conſtaret. ita Sanchez *lib.6.ſum.allegato cap.3. n.29. & 30.* Lezana *tom.1. qq.reg. allegato cap 4.n.25.* Vaſquius, Rodriquez, Miranda, Portel, Peirinis, & Hieronymos Rodericus, quos ad id allegaui *ſuprà n.* 186. & ex *ibidem* dictis ſufficienter probata manet hæc ſententia, quoad vtramque partem, & reiectum prioris ſententiæ fundamentum, & etiam fundamentum ſecundæ, atque adeò nihil ſupereſt hìc addendum, ſed progrediendum ad aliam difficultatem.

SVMMARIVM.

1830 *Poſſeſſor, qui bona fide cœpit poſſidere, ſuperueniente ei dubio, an res poſſeſſa ſit aliena, vtrùm teneatur illam, vel partem illius reſtituere; ſi facta diligentia ſufficienti, dubium non potuit vinci. Vna ſententia affirmat totam eſſe reſtituendam.*

1831 *Alia ſaltem partem pro ratione dubij.*

1832 *Verior reſolutio eſt, quod tota licitè retineri poſſit, & ſeqq.*

1833 *Poſſeſſio facit præſumptionem dominij.*

1835 *Dubium an res ſit aliena poſt poſſeſſionem, & præſcriptionem, bona fide inchoatam, ſuperueniens non efficit malam fidem, nec interrumpit continuationem poſſeſſionis, & præſcriptionis, & 1836.*

In initio autem poſſeſſionis facit malam fidem, & impedit præſcriptionem, ibid.

1937 *Inter bonam, & malam fidem qua ratione detur medium.*

1838 *Poſſeſſor ab initio bonæ fidei poſtea dubius, ſi magis propendeat, quòd res ſit aliena, adhuc poteſt totam retinere; licèt nonnulli contrà ſentiant, & 1839.*

1840 *Quid ſi rationes pro vtraque parte extrahant rem extra dubium, & generent aſſenſum probabilem,& veriſimilius iudicetur rem eſſe alienam.*

1841 *Poſſeſſor bonæ fidei suborto dubio tenetur facere debitam inquiſitionem veritatis.*

1842 *Quam inquiſitionem ſi omiſerit, & compareat dominus rei, tenetur reſtituere rem, & fructus à tempore talis omiſſionis perceptos, etiam conſumptos.*

1843 *Si ex eo quod neglexit facere ſufficientem inquiſitionem veritatis factus ſit impotens ad illam inueniendam, tenetur ad reſtitutionem pro ratione dubij, quamuis alij contrà ſentiant, & 1844. & quatuor ſeqq.*

1848 *A poſſeſſore bonæ fidei, qui dubius, aut etiam opinans, an res ab illo poſſeſſa ſit ſua, illam aufert, peccat contra iuſtitiam, & tenetur totam reſtituere, & 1849.*

Iudex fori externi in dubio facti, vel iuris non poteſt ſpoliare poſſeſſorem bonæ fidei, d.num.1833. & 1850.

1851 *In dubio an res ſit propria, vel aliena, ſi ſit vacans, & nullus illam poſſideat, non poteſt tota vni adiudicari tam in foro interno, quam externo, ſed debet diuidi iuxta dubij quantitatem, aut tranſigi,& 1852.*

1853 *Si verò ſint hinc inde opiniones probabiles, liceret alteri rem præoccupare, & acceptam retinere, donec per iudicis ſententiam aliud definiretur; etſi aliquis dicat tunc etiam rem diuidendam iuxta rationem probabilitatis. & 1854.*

Poſſeſſor bonæ fidei dubius, an res ſit ſua, vel aliena ante factam ſufficientem inquiſitionem veritatis, ſi ſit poſſibilis, non poteſt illa vti, ſi ſit vſu conſumptibilis, neque illam alienare, 1856.

1855 *Facta ſufficienti inquiſitione, & remanente dubio, licèt aliqui dicant ea non poſſe vti, neque illam alienare, communis tamen opinio aſſerit poſſeſſori eſſe licitum vſum. & alienationem, & num. 1857. & 1858.*

1859 *Emptor autem, vel donatarius à poſſeſſore alienante admonendus eſt illius dubij ſi ſit moralis ſpes fore, vt dominus compareat, ſecus ſi nulla ſit ſpes.*

1860 *Iſte*

1860 *Iſte emptor, vel donatarius non tenetur ad nouam inquiſitionem, ſi ipſe poſſeſſor dubius vendens, vel donans, iam ſufficientem fecit.*

Poſſeſſorem hunc dubium rem vendentem teneri habere animum reſtituendi pretium domino comparenti aliqui affirmant, ibid.

1861 *Sed verius eſt non teneri, & 1862 & 1881.*

1863 *Poſſeſſor bonæ fidei, qui rem alienam putans eſſe ſuam vendidit, domino comparenti, qui rem ſuam recuperare non poteſt, an teneatur reſtituere pretium ex venditione acceptum, affirmant aliqui.*

Negant Doctores magis communiter, n. 1865.

1864 *Pretium an, & quando ſuccedat loco rei, non ſuccedit in iudiciis, ſeu contractibus rerum particularium, ſuccedit in rebus, ſeu iudiciis vniuerſalibus, puta hæreditate, fideicommiſſo, &c. & 1867.*

Poſſeſſor bonæ fidei tenetur ſolùm ad reſtituendam domino rem alienam extantem, vel quatenus eius cauſa factus eſt locupletior, d. n. 1865.

1866 *Contractus venditionis rei alienæ, ſi emptor bona fide emit, eſt validus, & transfertur in venditorem pretij dominium, licèt in emptorem non transferatur rei venditæ dominium.*

1868 *Poſſeſſor bonæ fidei, ſi rem alienam commutat pro alia, vero domino comparenti, nec recuperanti rem ſuam, tenetur reſtituere rem in commutationem acceptam.*

1869 *Poſſeſſor bonæ fidei, ſi dono accepit rem alienam, & poſtea durante bona fide vendidit, vero domino comparenti tenetur pretium ex venditione acceptum reſtituere.*

1870 *Poſſeſſor bonæ fidei, qui rem alienam à fure, vel alio emit, & poſtea durante bona fide vendidit maiore pretio, quam ipſe emerat, comparente domino tenetur reſtituere illi rem ſuam non recuperanti exceſſum pretij, ſi talis exceſſus prouenerit ex re ipſa, & non ex induſtria.*

Idem ſi non vendiderit, ſed donauerit, & in remunerationem acceperit aliquid, excedens pretium rei furtinæ, ibid.

1871 *Quoties poſſeſſor bonæ fidei vendidit rem alienam, ſeu furtinam maiori pretio, quam emerat, etiamſi in re non contigerit aliqua immutatio, exceſſum pretij eſſe domino reſtituendum, tanquam fructum rei, & non induſtriæ, affirmant multi.*

1872 *Alij negant, & 1873.*

1874 *Si vendidit pretio ſummo, cùm ipſe emerit pretio infimo, an poſſit retinere tantùm exceſſum ſupra pretium medium, an verò etiam exceſſum ſupra pretium infimum, & 1875.*

1876 *Si emit viliori pretio, & poſtea carius vendidit, quia res in ſe melior facta eſt, exceſſus pretij domino comparenti, & rem ſuam recuperanti reſtitui debet.*

1877 *Poſſeſſor bonæ fidei, qui rem furtinam dono accepit, & bona fide durante vendidit ſupremo pretio domino comparente, an teneatur ei reſtituere totum pretium, an verò poſſit ſibi retinere exceſſum ſupra medium pretium, vel etiam ſupra infimum. & 1878.*

1880 *Si rem donatam alienam à ſe bona fide venditam redemerit minori pretio, quàm vendiderat, an poſſit retinere ſibi illud lucrum, an verò domino reſtituere debeat rem, & lucrum ſimul.*

1881 *Poſſeſſor ab initio bonæ fidei, & poſtea poſt factam diligentiam dubius, an res ſit aliena, tenetur ſolùm ad inſtar poſſeſſoris bonæ fidei reſtituere vero domino, id eſt, rem ipſam extantem, vel ſi conſumpta ſit, id ſolùm, in quo factus eſt ditior.*

Quandónam poſſeſſor bonæ fidei cenſeatur ex re aliena factus ditior, & vtrùm teneatur reſtituere non ſolùm fructus merè naturales, ſed etiam mixtos remiſſiuè, ibid.

1882 *Debita incerta contracta tam ex delicto, quàm ex licito contractu eſſe reſtituenda pauperibus, tradit communis ſententia.*

1883 *At quidam probabile putant debita certa ex contractu licito, vel ratione rei acceptæ tantùm poſſe à poſſidente retineri.*

Iuxta quam opinionem poſſeſſor bonæ fidei, cui certò conſtat rem eſſe alienam, ſed ignorat omninò dominum, poteſt eam ſibi retinere, ibid.

Bona peregrinorum morientium ab inteſtato, quorum ignoratur legitimus hæres, ſunt applicanda pauperibus, vel cauſis piis iure communi inſpecto: ſecus ſi ſit lex, vel conſuetudo loci aliud diſponat, vel hoſpitalia ſint priuilegiata, ibid.

1884 *Poſſeſſor bonæ fidei dubius, an res poſſeſſa ſit ſua, vel aliena, & etiam dubitans, an cum dubio liceat ſibi poſſidere, & retinere, retinendo peccat.*

1885 *Cum tali dubio poſſidenti non currit præſcriptio.*

Ad impediendam legitimam præſcriptionem ſufficit mala fides, etiam ex errore de iure ciuili; ſecus iure naturali inſpecto, ibid.

1886 *Mala fides ſuperueniens præſcriptioni bona fide inchoatæ, ſi ceſſet ob nouam diligentiam, non interrumpit præſcriptionem, poſt medium.*

Poſſeſſor dubius an res ſit aliena, & etiam an cum tali dubio poſſit poſſidere, inuento domino, ad quam reſtitutionem teneatur, ibid.

1887 *Qui animo rem vſurpandi incipit poſſidere, dubitans an ſit ſua, vel aliena, vel an ſit furtina, peccet ſic accipiendo.*

1888 *Si facta poſtea diligentia reperit non eſſe aliorum, neque furtinam, poteſt retinere totam.*

1889 *Poſt factam diligentiam ſufficientem, ad quam tenetur, adhuc remanet dubius, aliqui dicunt poſſe totam rem ſibi retinere.*

Communis ſententia aſſerit teneri domino comparenti, (vel eo ignoto) pauperibus reſtituere, non totam rem, ſed pro ratione dubij, ſcilicet medietatem, vel plus, aut minus, iuxta æqualitatem, vel inæqualitatem dubij, n. 1893. & 1895.

Ad hanc diuiſionem faciendam non requiritur iudicis miniſterium, n. 1896.

In aliquo caſu vrgentis neceſſitatis hic poſſeſſor ab initio dubiæ fidei poteſt vti re, de qua eſt dubium, licèt alter, de quo dubitatur, an ſit ſua, ſit in ſimili neceſſitate, ibid.

In præfato dubio, ſi illud ſit, an res ſit alicuius particularis perſonæ, vel alicuius particularis communitatis, ſeu Congregationis, illi facienda eſt reſtitutio iuxta dubij proportionem, ſi illud ſit in genere, pro eadem ratione dubij, an res ſit aliena, facienda eſt prò ratione dubij reſtitutio pauperibus, n. 1897.

Si accepiſſet animo reddendi, ſi fortè dominus appareret, & ſolùm in genere appareat aliena, & incertus eſſet dominus, probabile eſt poſſe retinere, ibid.

An ſit peccatum mortale ſi reſtitutio non fiat iuxta quantitatem dubij, an verò ſufficiat ſemper reſtituere medietatem, n. 1898.

Hæres ab initio dubius, an hæreditas ex voluntate teſtatoris ad ſe pertineat, illam apprehendens, vel incipiens mala fide poſſidere rem aliquam, quam defunctus bona fide poſſidebat, tenetur ad reſtitutionem pro ratione dubij n. 1894. fine.

vbi an hæres ab inteſtato teneatur ſoluere legata relicta per teſtamentum minus ſolemne.

1890 *Dubia fides ſeu dubitat an res ſit aliena, aut furtina*

Digitized by Google

tiua ſecundùm aliquos non efficit malam fidem, ſed ſpectat ad bonam, & ſufficit ad inchoandam, & perficiendam præſcriptionem, & 1891.

At prædictam dubietatem ab initio poſſeſſionis efficere malam fidem, tenent Doctores magis communiter, n. 1894.

1890 *Quandónam quis dicatur habere bonam, aut malam fidem, & 1894.*

1899 *Qui ab initio cœpit dubia fide rem poſſidere animo illam ſibi vſurpandi, ſi poſtea ſciat eſſe alienam, tenetur omninò reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei, licèt aliter ſentiat Rebellus.*

1900 *Si verò cœpit poſſidere, vt inquirat dominum, illo comparente non tenetur omninò ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei, 1901. & 1902.*

Quare non tenetur ad reſtitutionem æſtimationis rei, ſi ſine ſua culpa periit, ibid.

1903 *An teneatur ad fructus non ſolùm perceptos, ſed etiam quos dominus, ſi eam poſſediſſet, percepiſſet, n. 1904.*

1905 *Emens rem, quam dubitat, vel ſcit eſſe furtiuam, animo inquirendi dominum, vt ei reſtituat, non peccat, n. 1905.*

An domino inuento, ſeu comparente in reſtitutione rei poteſt petere pretium ſolutum, ſeu illud deducere, ibid.

1906 *Quid ſi non modico, ſed æquali, vel maiori pretio rem emerit, an etiam tunc poſſit totum pretium ſolutum repetere à domino, vel illud deducere, ſi ſolùm in genere appareat eſſe alienam rem emptam, ad 1913.*

1914 *Qui cum dubio an res eſſet aliena, aut furtiua illam titulo emptionis, vel donationis habuit à poſſeſſore bonæ fidei, poteſt totam ſibi retinere, ſi facta diligentia, dubium remanet.*

Emens mancipia cum dubio an ſit furtiua quando teneatur illis dare libertatem, ibid.

1915 *An dicatur emptor, vel donatarius bonæ fidei, ſeu poſſeſſor bonæ fidei ab initio, qui ignorat rem, quam accepit ab alio eſſe alienam, ſi ignorantia ſit craſſa, & adſit rumor, ſeu fama à perſonis fide dignis orta, venditorem multa furto ablata diſtrahere, & ad quam reſtitutionem teneatur ipſe emptor.*

1916 *Quid ſi coniecturæ, aut rationes non eſſent moraliter conuincentes venditorem vendere rem furtiuam.*

1917 *Quandónam teneantur ad reſtitutionem, qui emunt à mancipiis, filiisfamilias, vel aliis perſonis ſuſpectis.*

1918 *Liceatne à ſartoribus, Magiſtris, & ab eorum officialibus emere fragmenta, quæ ſuperſunt ex veſtibus quas conficiunt, & duobus ſequentib.*

1919 *An famuli, & alij locatores operarum, vel alterius, qui prætextu, quod ſtatutum pretium non ſit iuſtum, aliquid clam in compenſationem ſurripiunt, peccent, & teneantur reſtituere, quod ſurripiunt, & 1910.*

1921 *Quandónam textores, mulieres conficientes indumenta ex ſerico, vel lana, aut texentes veſtes ſericeas aliquid retinere poſſint non reddentes inſtitoribus totum id, quod ab ipſis acceperunt; & an ab eis liceat emere, quod retinent, puta vlnam, vel vlnas telæ ſericæ, vel vittarum ſericarum.*

§. L.

In dubio an res ſit aliena, vtrùm quis poſſit licitè illam accipere, retinere, & diſtrahere.

Difficultas decima, dubius an res ſit aliena, an poſſit illam retinere, ſi illam poſſidet, & an poſſit illa vti, & diſtrahere? Ad quam difficultatem plenè, & clarè enodandam, plura dubia ſunt examinanda, & explicanda.

Poſſeſſor bonæ fidei poſtea dubitans, an res, quam poſſidet, ſit ſua, vel aliena, an poſſit illam retinere, an verò debeat illam reſtituere.

Primum dubium eſt, an poſſeſſor bonæ fidei, ſcilicet, qui ab initio rem bona fide credens eſſe 1830.
ſuam, vel in ſe transferri dominium occupauit, vel habuit, ſeu accepit titulo gratuito, nempe donatione, legato, aut hæreditate, vel oneroſo, nempe, emptione, aut permutatione, aut alio ſimili contractu: ſi poſtmodum illi ſuperueniat dubium, an res illa ſit verè ſua, vel aliena, ſeu verè in ſe ſit translatum dominium, poſſit tuta conſcientia illam retinere, an verò teneatur illam reſtituere, in quo dubio

Prima ſententia affirmat, ſi facto examine ſufficienti ad inueſtigandam veritatem, adhuc permanet dubius, eum debere rem illam reſtituere. ita Adrianus 4. *de reſtitutione, q de præſcript. §. hoc ſuppoſito, & quodlib. 2. art. 2. ad 2. confirmat. primi argumenti*, motus illa regula generali, quòd in dubiis ſit eligenda tutior pars, quæ eſt illa, in qua non eſt peccatum, cuiuſmodi eſt reſtituere.

Secunda ſententia aſſerit remanente adhuc du- 1831.
bio poſt moralem diligentiam adhibitam, teneri rem diuidere pro ratione dubij cum eo, de quo dubitat, an res eius ſit, ſi illum nouit; etſi non nouit, nec poſſit cognoſcere, cum pauperibus, qui loco incerti domini ſuccedunt diuidendam eſſe; ob eam rationem, quòd exiſtente æquali dubio, æqualis conditio, æqualeque ius videtur eſſe vtriuſque partis, ac proinde res diuidi debeat. ita Sotus *lib. 4. de iuſtitia q. 5. art. vltimo, prope finem*, contrarium tamen aſſerens *loco citando*, Mart. Ledeſma 2. *p. 4. q* 18. *art* 1. *dub.* 14. Corduba *lib. 3. qq. queſt. 6. ad 3. in prima ſolutione*, & Arragon 2. 2. *queſt. 62. art. 1. tract. de dominio. §. his conſtitutis.*

Tertia, & communiſſima ſententia, & longè pro- 1832.
babilior docet, quòd ſi facta morali, & ſufficienti diligentia ad inueſtigandum verum dominum, dubium vincere non potuit, ſed adhuc dubitat, retinere poteſt tuta conſcientia, cùm poſſeſſio ſit ſufficiens cauſa, ſeu titulus deponendi conſcientiam dubiam ſpeculatiuam, ſeu practicè formandi iudicium certum, quòd ſibi liceat retinere rem illam, non obſtante illo dubio ſpeculatiuo, vt *ſuprà num. 11*–3. explicatum eſt. ita ex Iuriſperitis Couarruuias *reg. poſſeſſor. 1. p. §. 7. n. 4. & reg. peccatum p. 3. initio*, Andreas Fachinæus *controuerſiarum tom. 1. lib. 1. cap.* 65. Cenedo *ad Decretales collectaneo* 50. *num.* 4. & plures alij ab ipſis, & à Sanchez, Sayro, & Sala locis *infrà* citandis allegati, & ex Theologis, & Summiſtis Syluester *v. præſcriptio 1. q. 3. d. 3. verſus finem.* Victoria *relect. de iure belli dub. 3. prop. 4. n. 3.* Sotus *in 4. diſt 27 q. 1. art. 2. ante finem.* Ioannes Medina *C. de reſtitutio. q.* 17. *§. corollariè ſequitur indiſtinctè.* Henriquez *lib. 14 cap.* 15. *fine*, Molina *de iuſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 35. fine, verſic. verum enim verò, diſp. 36. & tom. 3. diſp. 711. n. 4.* Vaſquez 1. 2. *diſp. 66.*

*diſp.66.cap.7. & opuſculo de reſtitutione cap.6. §. 3.dub. 5.n.82.& 83.*Azorius *1.p. lib.2.cap.19. quaſ.6.& p.3. lib.1.cap.18.quaſ.1.*Sanchez *de matr. lib.2.diſp 41.n.13. & lib.2.ſum cap.23.n.179.& in conſilus moralibus lib.1. cap.1.d.4.n.3.*Leſſius *de iuſtitia lib.2.cap.3.n.52.cap.6. dub.3.n.11. & cap.14. dub.4.n.23.* Rebellus *de obligat. iuſt.1.p.lib.2.q.5.n.10.*Saytus *lib.1. clauis cap.13.n.15. & 14.*Salas *1.2.tract.8. ſect. 23.n.223.*Villalobos *p.1. tract.1.diff.20.n.1.& p.2.tract.11.diff.12.n.2.*Bonaeins *de reſtitutione,diſp.1. quaſt.2.p.2.n.4.&* 6. Cooinch *de Sacram.diſp.34.dub.10.n.85.* Filliucius *tom.2.tract.21. cap.4.n.157.& tract.32 cap.6.n.92.& tract.34. cap.2.n.* 40.Layman *lib.1.Theolog.mor.tract.1.cap.5. §. 3.n.21.* Faguodez *de iuſtitia lib.2.cap.15.n.11. &* 12. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.43.n.12.* Caſtrus Palaus *tom.1. tract.1.diſp.3.p.2.*Martinus Breſſerus *lib.4.de conſcientia cap.3.numer.21.*Diana *par.1.tract.1. miſcellaneo, reſolut. 11. & tract.3. miſcellaneo, reſolut.44. & par.4. tract.3.reſolut.25.* Gordonus *lib.5. quaſt.5. numer.9.* Ioannes de Lugo *de iuſtitia & iure, diſp.17. ſect.4. numer.*86. Trullench *in Decalogum lib.7. cap.11. dub.* 4.Atiaga *1.2.tom.1.diſp.26. ſect.1.*Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. par.2. lib.4. diſp.10. numer.*204. & innumeri alij, quos Saytus, Sanchez, Salas, & Diana referunt.

1833. Probatur hæc communiſſima ſententia, quia in retentione totius rei, ſeu quòd poſſeſſor bonæ fidei retineat totam rem in dubio facti, (& idem dicendum in dubio iuris, vt notauit Vaſquez *d.cap.5.n.85.*) an res ſit alterius, quod præmiſſa diligentia morali non potuit vinci, nulla apparet iniuſtitis, aot inæqualitas. nam licèt io tali dubio ſit æqualis dubietas, æqoaliſque conditio, ſeu æquale ius vtriuſque quoad dominium, ſeu proprietatem rei; non eſt tamen æqualitas quoad poſſeſſionem, cùm poſſeſſor ſit certus, quòd poſſeſſio ſit ſua, ac proinde ſuperat alterum in iure certo poſſeſſionis; ac proinde cùm vltra ius dubiom proprietatis, babeat ius certum poſſeſſionis legitimè inehoatæ, alter verò ſaltem ius dubium, meritò poteſt retinere rem tanquam ſuam, neque abſque iniuſtitia ſpoliari poteſt donec conſtet rem illam eſſe alterius. Hinc (& ſit ſecunda probatio,) regula illa iuris 65. in 6. *In pari delicto, & cauſa melior eſt conditio poſſidentis.* & illa 128. *In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. ff. de diuerſis regulis iuris antiqui.* & illa regula 11. in 6. *Cùm ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potius, quàm actori.* & illa 125. *Fauorabiliores rei potius, quàm actores habentur. ff. eod.* poſſidens autem eſt reus, alter actor, vt alibi *ſuprà* dictum eſt. Ex qoibus ſumptom eſt illud axioma: *In dubio melior eſt conditio poſſidentis*; nempe ad rem dubiam retinendam. Quare tertiò probatur, quia iudex fori externi cauſa ad ſe delata in ſimili dubio, ſi adhibita diligentia non poſſet eognoſcere, cuius ea res eſſet, non poſſet niſi iniuſtè ſpoliare poſſeſſorem, aut illum eogere ad aliquid reſtituendum, ſed totam rem adiudicare deberet, vt conuiocitur ex dictis regulis, & conſtat ex dictis *ſuprà numer.494. & ſeqq. & numer.511. & 521. & numer.729.* & tradunt Doctores communiter, & in his terminis iudicis loquuntur etiam Canoniſtæ allegati, & ferè omnes Theologi citati: ergo idem ſeruandum in foro interno, & conſcientiæ, cùm forum externum, & internum non diſerepent, vbi externum non nititur falſa præſumptione, (vt *ſuprà numer.*1187. Doctoribus relatis dictum eſt,) qualis hîc nulla eſt; & meritò ratione etiam ipſa naturali inſpecta in re dubia melior cenſetur eonditio poſſidentis bona fide, & vtrumque forum illi fauet ad retinendam totam rem, id enim bonum quietis, & pacis publicæ, ſioe cuius turbatione poſſeſſoris ſpoliatio, & rei in alium tranſlatio fieri non poſſet. Demum probatur, quia poſſeſſio facit præſumptionem dominij, & trāsfert onus probandi io aduerſarium; vt ſcilicet, poſſeſſor non debeat in iudicio fori exteroi probare rem eſſe ſuam, ſed alter, qui eam repetit, qui niſi aliis rationibus, vel fortioribus præſumptionibus probauerit, nil obtinebit, vt tradont Leſſ.*d.n.52.* & Maſcard. *de probat. concl.*1200.(vbi etiam ait magna eſſe commoda poſſeſſionis, & ea latè explicat eadem, & ſequentibus concluſionibus.) *n.5.* id probans, quòd coniectura, & præſumptio ſit, eum, qui poſſidet iure, & ex legitimo titulo poſſidere, (quod latiùs probat *concl.*1202.) ex quo fit vt poſſeſſio io ſuo loco remaoere debeat, oiſi actor ſusm eſſe legitimè probauerit; ergo etiam in foro interno poſſeſſio faciet ſimilem præſumptionē dominij, donec contrarium rationibus, aut fortiori præſumptione conſtiterit. Confirmatur magis ex his quæ habeotur *infrà n.*1839.† Ex quibus patet oon 1834.
obſtare fundamenta neque primæ ſententiæ; nam poſſeſſor bonæ fidei, non obſtante dubio ſpeculatiuo, an res ſit aliena, habet, vel habere poteſt iudieium practieum verum, & certum in ipſa poſſeſſione fundatum, quòd licitè valeat eam retinere facta iam diligentia more humano debita iuxta rei qualitatem ad detegendam veritatem, vel concepto propoſito talem diligentiam adhibendi cùm primò commoditas ſe obtulerit, ſi fortè tunc non adſit; curando tamen ne interim rem peiorem reddat, iuxta *infrà* dieenda. Neque ſecundæ ſententiæ, nam licèt ſit æqoalitas dubij qooad dominiom rei, tamen ex parte poſſeſſoris bonæ fidei eſt certum ius poſſeſſionis, quod in vtroque foro præualet ad retinendam totam rem, vt probatum eſt. Quid verò ſentiendum, quando quis certus eſt de debito contracto, & dubius an ſoluerit, ſeu ſatisfecerit, an poſſit reputare ſe liberum ab obligatione ſoluendi, latè diſcuſſum eſt *ſuprà hoc titulo à n.*1389.*ad* 1394.

Dubium, an res poſſeſſa ſit aliena, ſuperueniens poſt poſſeſſionem, & præſcriptionem tam bona fide inchoatam, an efficiat malam fidem, & interrumpat præſcriptionem.

SEd contra prædicta obiiciet quis, dicens, quòd 1835.
cùm poſſeſſio vera non ſit, niſi adſit bona fides, (vt enim poſt Azonem, Hoſtienſem, & alios tradunt Syluester *v. poſſeſſio, numer. vnico.* Molina *de iuſtitia c.1.tract.2.diſt.12.* Sanchez *dict. diſp* 41. *numer.* 23.& alij ex præallegatis Doctoribus, & ſcribentes communiter, poſſeſſio eſt rei cum bona fide detentio, ſeu rei corporalis detentio iuris adminiculo, eo quòd ſine iure vero, vel præſumpto non ſit poſſeſſio, ſed iniuſta detentio, vt ibidem explicat Syluester,) dubium impedit, & interrumpit continuationem poſſeſſionis, quia facit ceſſare bonam fidem, quæ nil aliud eſt, quàm æſtimatio, qua quis prudenter æſtimat, rem, quam habet, & poſſidet, eſſe ſuam, & conſequenter, qui dubitat, non habet bonam fidem; ergo neque etiam poſſeſſionem, ceſſante autem poſſeſſione, iam æqualis conditio, æqualeque ius eſt vtriuſque partis; ac proinde res retineri non poteſt ab vno, ſed vel relinqui debet à dubitante, vel diuidenda inter vtrumque.

Propter hoc argumentum aliqui dixerunt dubietatem, an res poſſeſſa ſit aliena, ſuperuenientem poſſeſſioni iam bona fide inchoatæ, impedire vſucapionem, & præſcriptionem, eo quòd interrumpat poſſeſſionis continuationem, dum facit ceſſare bonam fidem

fidem. ita Adrianus, & Sotus locis *ſuprà n.* 1830. *&* 1831. allegatis; ex Iuriſperitis Antonius Butrius *in cap. vltimum, de præſcript.*

1836. Sed communis ſententia, & verior affirmat prædictam dubitationem poſt poſſeſſionem bona fide, ex iuſto titulo inchoatam, & abſque vlla dubitatione exiſtente ab initio, non impedire continuationem poſſeſſionis, nec vſucapionem, aut præſcriptionem. ita ex Iuriſperitis Bartolus *in l. naturaliter ff. de vſucapionibus.* Panormitanus *in d. cap. vltimum, de præſcript. n.* 39. *ibidem* Imola *verb. bona fides*, Felinus *n.* 9. Ioannes Franciſcus Balbus *tract. de præſcriptionibus ſexta partis principalis, parte tertia quæſt.* 2. *a.* 3. Couarruuias *d. reg. poſſeſſor p.* 2. *n.* 3. *&* 4. Vaſquius *quæſt. illuſtr. lib.* 2. *cap.* 77. Fachinæus loco *ſuprà n.* 1832. allegato, & plures alij ab iiſdem relati, & ex Theologis Syluester *d. v. præſcriptio* 1. Molina *de iuſtitia tom.* 1. *tract.* 2. *diſp* 63. Azorius 3. *p. lib.* 1. *d. q.* 1. Leſſius *d. lib* 2. *cap.* 6. *n.* 11. Sanchez *d. cap.* 23. *n.* 181. Fagundez *vbi ſuprà*, Palaus *d p.* 2. *n.* 6. Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. d. diſp.* 10. *n.* 205. *verſic. Quæſtionis eſt*, & alij communiter. Probatur primò, quia licèt iure ciuili, & canonico ad legitimam poſſeſſionem, & ad præſcriptionem inchoandam requiratur bona fides, nec ſufficiat dubitatio, puta, quòd emens rem dubitet eſſe furtiuam, licèt determinatè non credat eſſe talem, vt tenet communis Doctorum (pro vt latè tradunt Couarruuias, & Sanchez *d. cap.* 23. *n.* 176. *& d. diſp.* 41. *n.* 24. Quamuis non deſint alij, quos referunt iidem Couarruias, Vaſquius *vbi ſuprà*, & Sanchez *d. cap.* 23. *n.* 189. aſſerentes etiam dubietatem non impedire inchoationem præſcriptionis, quoſque ſequitur idem Vaſquius *d. cap.* 77. *n.* 6. *& ſeqq.*) & probatur ex *l. vnica, C. de vſucapionibus transform. & d. c. vltimo, de præſcript.* vbi expreſsè ad initium præſcriptionis exigitur bona fides, quam in incipiente poſſidere impedire omninò videtur dubitatio, cùm iniuſtè rem quis ſibi arroget, quam non æſtimet magis ad ſe, quàm ad alium pertinere, cùm non ſit melior conditio eius, quàm alterius, ad quem poterit pertinere, & exponat ſe periculo iniuſtitiæ contra dominum verum, ſi verè res illa ſit aliena. Nihilominus ſi poſſidens ab initio habuit bonam fidem, & ſi priuſquam præſcriptio fuerit perfecta, ſuperueniat dubitatio, non impedit continuationem poſſeſſionis, & præſcriptionis ſic bona fide inchoatæ, ſuppoſito quòd fuerit facta ſufficiens diligentia ad illam vincendam, vel adſit animus illam adhibendi cùm primò adfuerit commoditas, tunc enim poſſidens ſemper cenſetur habere bonam fidem, non obſtante tali dubitatione; quod probatur primò, tum ex dicto *cap. vltimo, de præſcript.* ſi principium iungatur cum fine; in principio enim ait, *definimus vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio.* & deinde ſequitur textus, *itaque oportet, vt qui præſcribit in nulla temporis parte, rei habeat conſcientiam alienæ,* tum ex *cap. Virgo* 34. *q.* 1. vbi dicitur *in iure prædiorum tamdiu vnuſquiſque poſſeſſor bonæ fidei dicitur, quamdiu poſſidere ſe ignorat alienam*; ſed poſſeſſor in præſenti controuerſia, qui ab initio bona fide habuit, & poſſedit rem, poſtea dubitans, non valens vincere dubium, non habet conſcientiam rei alienæ, & ignorat ſe poſſidere alienam; nam qui dubitat, non dicitur habere ſcientiam, vt declarat Bartolus *in l. admonendi n.* 18 *ff. de iureiurando*, ergo permanet poſſeſſor bonæ fidei, & procedit in eo continuatio poſſeſſionis, & præſcriptionis, iuxta dicta iura, quæ de continuatione poſſeſſionis, & præſcriptionis, non autem de inchoatione iuxta communem Doctorum intelliguntur. Præterea probatur, quia poſſeſſor huiuſmodi ab initio bonæ fidei, ob ſuperuenicns dubium, an res ſit aliena, quod poſt moralem diligentiam remanet, non deſinit in aliqua temporis parte eſſe poſſeſſor bonæ fidei, quia nunquam dubitat ſe eam legitimè poſſidere, & retinere ob meliorem poſſidentis conditionem in dubio. Ex quibus ad obiectionem reſpondetur, dubitationem an res ſit aliena, inducere malam fidem, ſeu impedire bonam fidem, & legitimæ poſſeſſionis, ac præſcriptionis inchoationem, non autem interrumpere bonam fidem ab initio habitam, nec impedire continuationem poſſeſſionis, ac præſcriptionis iam bona fide inchoatam, vt probatum eſt.

Inter bonam, & malam fidem an detur medium, ſeu fides media, nec bona, nec mala?

EX his quoque poteſt inferri reſolutio illius quæſtionis, an inter bonam, & malam fidem detur medium, ſeu fides media, ſcilicet, quæ neque ſit bona, neque mala, qualem aliqui dicunt eſſe fidem dubiam; nempe cùm quis non exiſtimat rem eſſe ſuam, neque exiſtimet eſſe alienam, ſed excludens vtrumque aſſenſum ſolùm dubitat, & anceps eſt, an ſit ſua, vel aliena; de qua quæſtione Vaſquius *d. c.* 77. Couuarr. *d. reg. poſſeſſor p.* 2. *n.* 3. & Sanch. *d. c.* 23. *à n.* 169. Dicendum enim eſt, ſpeculatiuè loquendo, inter bonam, & malam fidem dari medium, ſeu fidem mediam; non dari verò practicè, ſeu in ordine ad praxim. Ratio ex dictis deducitur, nam dubitans ſpeculatiuè nec bonam, nec malam fidem habet, quia nec credit poſitiuè eſſe ſuam, nec alienam, ſed hæret in medio, nulli aſſentiens parti: in praxi autem habet bonam, vel malam fidem; bonam, ſi dubium an res ſit aliena, incidat poſt cœptam poſſeſſionem bona fide, ſeu agatur de continuatione poſſeſſionis bona fide inchoatæ, dubio ſuperueniente; malam, ſi agatur de inchoatione ipſius poſſeſſionis, primò ineunda eo dubio tunc exiſtente. & ita etiam in terminis docent Couarr. *vbi ſupra*, Molina *dicta diſp.* 63. *concl.* 2. *verſic. ex his iam facile patet*, Leſſius *d cap.* 6. *n.* 12. Fagundez loco *ſuprà n.* 1832. citato, & Sanchez *d cap.* 23. *n.* 162. vbi & addit iuxta hanc diſtinctionem eſſe intelligendos Doctores (quos ipſe *n.* 171. & Couarr. *vbi ſuprà* referunt,) aſſerentes dari medium inter bonam, & malam fidem, nempe fidem dubiam. Quamuis Vaſquius, (vt dixi,) *d cap.* 77. *n.* 6. *& ſeqq.* aſſerat inter bonam, & malam fidem nullo modo dari medium, & dubitationem, an res ſit aliena, (ſi non ſit ſupina,) nil differre à bona fide; ac talem dubitationem non ſupinam minimè impedire inchoationem præſcriptionis etiam de iure canonico, ſicut non impedit continuationem præſcriptionis iam inchoatæ, quod pluribus contra communem Doctorum ſententiam nititur probare, quæ apud ipſum videri poſſunt, & facilè ex dictis, & ex his, quæ Couarruuias *d p.* 2. *n.* 3. *&* 4. & Sanchez *d. cap.* 23. *à n.* 172. poſſunt eneruari. 1837.

Poſſeſſor bonæ fidei, dubius an res ſit aliena, ſi inclinet magis in eam partem, vt ſit aliena, an teneatur ad reſtitutionem pro ratione maioris propenſionis.

DVbium ſecundum, an ſi dubium ſuperueniens non ſit æquale, ſed poſſeſſor ab initio bonæ fidei poſtea dubius, an res poſſeſſa ſit aliena, etiam poſt adhibitam moralem diligentiam, ad vincendum dubium propendeat magis in illam partem, vt ſit aliena, tunc ſaltem teneatur ad rem diuidendam, vel aliquam reſtitutionem, ſeu compenſationem faciendam pro ratione illius maioris propenſionis, ſeu veri- 1838.

ſim i

ſimilitudinis, quòd ſit alterius. Ad qood dubium reſpondet affirmatiue Salon, Bannes, P. Ledeſma, Coninch, Rebell. Fragoſ. locis *ſuprà hoc tit. n. 962. & 1195.* relatis, a Valentia *2. 2. diſp. 3. q. 16. p. 2.* & ita tenuit etiã Sanch. *d. diſp. 41. n. 19.* quorum fundamentum adductum eſt *d. num. 962.* ſcilicet, quia in hoc caſu non eſt par conditio vtriuſque, ſed maior probabilitas, &
1839. veriſimilitudo præualet poſſeſſioni.† Negant tamen alij Doctores communiter, ita Mulina, Vaſquez, Salas, Garzias, Auguſtinus Barboſa, Bonacina, Fagundez, Ioannes Sancius, Palaus, Diana, Trullench, Filliucius, Layman, & etiam Sanchez locis *ſupra n. 964.* relatis, idem Sanchez *lib. 1. conſil. moral. lib. 1. cap. 1. dub. 4. num. 5.* ita etiam ſentiunt Breſſerus *d. lib 4. citato cap. 3. num. 23.* & Ioannes de Lugo *d. ſect. 4. ſuprà num. 1832. allegata num. 44.* Et ratio (vt ſupradictis *num. 964. & 1195.* explicaui,) eſt, quia dum res non extrahitur à rigoroſo dubio excludente aſſenſum circa vtramque partem, non obſtante maiori veriſimilitudine alterius partis, ſemper res eſt dubia, & obſcura, & ſic habet locum doctrina *ſuprà* allegata; quòd melior eſt conditio poſſidentis, & quòd cùm iura ſunt obſcura, fauendum eſt potius reo, quàm actori; inæqualitati enim illi, ſeu maiori probabilitati præponderat ſemper titulus, ſeu ius certum poſſeſſionis, iuxta dicta *num. 1833.* cùm enim iura partium ſunt incerta, & obſcura, ordinariè loquendo, præſumptio eſt pro poſſeſſore, ex iuris diſpoſitione, vt etiam *num. 1833.* dictum eſt, & conſtat ex §. *retinendæ, Inſtit. de interdictis*; & poſſeſſio eſt qooddam ios inſiſtendi rei, habendi illam, & percipiendi fructus illius; vt ex eodem §. *retinendæ* colligitur. Quare in dubio rigoroſo, ſemper poſſeſſio facit meliorem conditionem poſſidentis, vt non debeat priuari, & ſpoliari illo modo re poſſeſſa, quandiu rem illam ad alterum ſpectare non conſtet, vel probetur rationibus ſufficientibus, vel vrgentiori præſumptione. Et licèt Laymañ *d. cap. 5. n. 21. fine. & n. 25.* declaret hoc procedere, quando partes ſunt perſonæ priuatæ, habentes iudicem, quo caſu, inquit, procedit præfata doctrina, vt poſſeſſor bonæ fidei dubius, an res ſit alterius, poſt diligentem inquiſitionem non teneatur ad vllam reſtitutionem, ſeu diuiſionem rei, aut compoſitionem, donec ipſi certò conſtet rem ad alterum pertinere; ſecus verò ſi non haberent iudicem, tunc enim ſi pars altera exigat, idem Layman ait poſſeſſorem dubium maximè propendentem magis quòd res ſit alterius in conſcientia teneri ad tranſactionem, vel compoſitionem, præſertim ſi pars petens abſque prauo affectu iudicaret rem ad ſe pertinere; tamen hanc declarationem non eſſe admittendam conſtat ex dictis *ſuprà n. 968.*

1840 Quid verò ſi rationes, ſeu præſumptiones, ob quas bonæ fidei poſſeſſor, magis propendet io eam partem, vt res ſit aliena, extrahant rem extra dubium rigoroſum, & generent aſſenſum, quo veriſimilius iudicet eſſe alienam, an tunc teneatur ad aliquam reſtitutionem, etiamſi rationes illæ non conuincant, nec aſſenſus ſit certus phyſicè, vel moraliter, ſed tantùm opinatiuus, & probabilis, latè explicatum eſt *ſuprà n. 965. & 966.*

Poſſeſſor bonæ fidei, qui orto dubio, an res ſit aliena, neglexit facere moralem diligentiam inueſtigandi veritatem, & inde factus eſt impotens ad illam inueniendam, ad quid teneatur.

DVbium tertium an ad reſtitutionem, & ad quãtam teneatur poſſeſſor bonæ fidei, qui ſuperueniente dubio, an res ſit aliena, omiſit facere moralem diligentiam ad detegendam veritatem, ſiue compareat dominus verus rei, ſiue incognitus remaneat.

Certum eſt poſſeſſorem bonæ fidei ſuborta du- 1841.
bitatione, an res, quam poſſidet, ſit aliena, ſicut tenetur eſſe paratus reſtituere illam vero domino, ſi comparuerit, & cognitus fuerit, ita teneri facere moralem, & ſufficientem, pro qualitate rei, diligentiam, ad inueſtigandum verum dominum; & an verè ſit aliena. ita omnes Doctores *ſuprà n. 1832.* relati. cõſtat ex dictis *ſuprà*, dum ſæpiùs oſtenſum eſt, vt quis poſſit licitè operari contra conſcientiam ſpeculatiuè dubiam, priùs præmittendam eſſe moralem diligentiam ad detegendam veritatem, & vincendum dubium, ſi fieri poſſit. & etiam magis probatur, quia huiuſmodi inueſtigatio neceſſaria eſt, vt vnicuique quod ſuum eſt reddatur, & ea omiſſa poſſeſſor exponit ſe morali periculo committendi iniuſtitiam, ſcilicet, retinendi rem, quæ verè eſt aliena, & vt talis agnoſci potuiſſet; ac proinde ex iuſtitia, ad euitandum alterius damnum tenetur ad illam inueſtigationem, vt in terminis Doctores *d num. 1832.* relati, præſertim Molina *d. diſp. 36. concl. 3. verſic. reliqua, & d. diſp. 21. num. 5.* Rebelius *d. q. 5. num. 12. & lib. 9. q. 8. num. 14.* Sanchez *d. diſp. 41. num. 13. & d cap. 23. num. 182.* Leſſius *d. lib. 2. cap. 14. num 23.* Salas *dict. ſect. 23. num. 238.* Palaus *dict p. 2. num. 8.* Trullench *dict. dub. 5.* Coninch *dicta diſputat. 34. num. 85.* Lugo *dict. dub. 4. num. 84. & 85.* & Ariaga *dict. diſputat. 26. num. 15.*

Quare ſi poſſeſſor bonæ fidei ſuborto dubio omi- 1842.
ſit facere huiuſmodi inueſtigationem iuxta rei qualitatem ad veritatem detegendam neceſſariam, & poſtea deprehendatur eſſe alienam, compareatque verus dominus, tenetur tunc reſtituere, non ſolùm rem, ſed etiam emolumenta, & fructus à tempore talis omiſſionis perceptos, etiam conſumptos. ita Molina, Leſſius, Sanchez, Salas, Palaus, Arraga, & Trulleneh *locis citatis*, & Rebellus *dict. q. 18. num. 14.* Et ratio eſt, tum quia, cùm ex iuſtitia teneretur veritatem inueſtigare, vt probatum eſt, omiſſio illa, ſeu negligentia fuit contra iuſtitiæ legem; ac proinde tenetur damni, quod ex ea omiſſione verus dominus paſſus eſt; tum quia per talem omiſſionem diligentiæ ad inueſtigandam veritatem, ex iuſtitia, ſuborto dubio, requiſitæ, vtpote contra iuſtitiam, conſtituitur poſſeſſor malæ fidei, & contra conſcientiam rem illam cum ea animi diſpoſitione poſſedit; atque adeò inſtar poſſeſſoris malæ fidei tenetur reſtituere.

Id ergo quod controuertitur eſt, an ſi neglexe- 1843.
rit, & culpabiliter omiſerit facere dictam moralem inueſtigationem, & ex huiuſmodi negligentia factus ſit impoſterum impotens ad veritatem inueniendam, ſeu cognoſcendum verum dominum, ſeu an res eſſet aliena, vel ad cognoſcendum tam bene, ac ſi talis inquiſitio fuiſſet præmiſſa, teneatur, ſi non ad totam rem reſtituendam, ſaltem pro ratione dubij, & maioris, vel minoris probabilitatis, & ſpei, quæ eſſet de inueniendo, quòd res eſſet aliena, ſi fuiſſet inquiſitum; teneatur ſcilicet prudentis iudicio aliquid reſtituere alteri de quo dubitat, aut eo incognito pauperibus.

Et aliqui à Rebello *d. quæſt. 12. num. 12.* relati negant ad aliquid teneri. quæ ſententia probatur, quia licèt peccauerit peccato negligentiæ, & contra iuſtitiam, omittendo diligentiam, qua probabiliter poterat dominus reperiri, & agnoſci non eſſe alienam,

alienam, ſéque expoſuerit periculo inferendi damnum vero domino, ſi fortè conſtaret rem eſſe alterius; nihilominus adhuc dubius eſt, & poſſidet, & poſſeſſionem bona fide incepit, nec illi conſtat ſe ſua negligentia alteri damnum intuliſſe, at in dubio melior eſt conditio poſſidentis; ergo ab omni reſtitutione excuſatur. Confirmatur primò, quia per illud dubium ſubortum poſt cœptam bona fide poſſeſſionem, omiſſa debita inueſtigatione, non euaſit ſimpliciter poſſeſſor malæ fidei, ſed tantùm ſecundùm quid, in quantum ratione illius ad diligentiam adhibendam, obligabatur. Confirmatur ſecundò à Bonacina *loco* mox *allegato*, quia in dubio, an quis ſua iniuſta actione, vel omiſſione fuerit aliis cauſa damni, non tenetur ad aliquam reſtitutionem ſtante illo dubio, vt conſtat ex dictis *ſuprà numer.* 1374. *&* 1378. At in præſenti controuerſia poſſeſſor ab initio bonæ fidei non eſt certus de damno ſua omiſſione culpabili illato; ſed tantùm dubitat, an ſua omiſſione, & non inquirendo veritatem, & reddendo eam impoſſibilem, damnum alicui intulerit; ergo manente eo dubio nihil tenetur reſtituere; & propter has rationes hanc ſententiam probabilem putant Rebellus *dict. quæſt.* 5. *numer.* 12. Palaus *dict. numer.* 8. Trullench *dict. dub.* 5. *numer.* 2. Bonacina puncto *ſuprà numer.* 1832. allegato *numer.* 8. & Diana *part.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 29.

1844. Sed Doctores magis communiter aſſerunt teneri ad reſtitutionem partis maioris, vel minoris pro ratione, ſeu quantitate probabilitatis, & ſpei, quæ erat aſſequendæ veritatis iuxta prudentis arbitrium, ſicut ad ſimilem reſtitutionem teneri eum, qui cum dubio, an res à nemine poſſeſſa ſit aliena, vel ſua, eam occupat, docent Doctores communiter, vt ex dicendis conſtabit; hanc autem reſtitutionem aiunt eſſe faciendam, vel alteri perſonæ certæ, ſi dubitetur, an ſit illius, vel pauperibus, ſi dubium ſit in genere, an res ſit aliena. ita Molina, & Salas locis *ſuprà num.* 1841. allegatis. Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 3. *& d. cap.* 23. *num.* 183. Villalobos 1. *p. tract.* 1. *allegata diff.* 20. *num.* 2. Arriaga *d. n.* 15. idem ſentire videtur Leſſius *ubi ſuprà*, & probabilius exiſtimat Rebellus; hanc eandem ſententiam tenet Ioannes Lugo loco *ſuprà* citato; quando dubitabat poſſeſſor, an res eſſet huius perſonæ, v.g. Petri; licèt ſecus, & nullam eſſe obligationem reſtitutionis ſi dubium erat ſolùm in genere, an res eſſet aliena. Probatur hæc ſententia ex dictis *n.* 1842. nam licet poſſeſſor ab initio eſſet in bona fide, tamen ſuborto dubio, an ſit aliena res à ſe poſſeſſa, omittens culpabiliter diligentiam, qua probabiliter poterat veritas detegi per talem omiſſionem contra iuſtitiam redditur poſſeſſor malæ fidei; ergo tenetur ad reſtitutionem, ſicut poſſeſſor ab initio malæ fidei, qui in dubio, an res ſit aliena, etiam poſt diligentiam adhibitam ad veritatem detegendam tenetur ad reſtitutionem pro ratione dubij. Præterea licèt non adſit certitudo, quòd ſua culpabili omiſſione intulerit damnum, tamen certum eſt omiſſionem inueſtigandi veritatem fuiſſe contra iuſtitiam, vt dictum eſt, & per eam ſe voluntariè expoſuiſſe morali periculo retinendi rem alienam, ſeu inferendi damnum, aut non reddendi aliis quod ſuum eſt; ac proinde bona fides habita ab initio poſſeſſionis, & dubium remanens,

1845. non poſſunt excuſare à totali reſtitutione. † Quòd autem teneatur ſolùm ad reſtitutionem maioris, vel minoris partis pro ratione ſpei, & qualitate probabilitatis de inueniendo, quòd res eſſet aliena, probatur, quia iniuſtitia in ea ſola diligentiæ inueſtigandi veritatem omiſſione conſiſtit, & damnum eatenus ſolùm eſt illatum, quatenus ex huiuſmodi omiſſione non eſt inuentus, nec potuit inueniri verus dominus, ſeu rem eſſe alienam; & conſequenter quantitas reſtitutionis iuxta maiorem, vel minorem ſpei qualitatem, & quantitatem eſt menſuranda. Confirmatur, quia ſi iuxta prudentis arbitrium nulla, ſuborto dubio, eſſet ſpes inueniendi verum dominum, ſeu rem eſſe alienam, ad nullam reſtitutionem ratione illius omiſſionis teneretur poſſeſſor ab initio bonæ fidei, quia nullius cauſa damni eſſet talis omiſſio; ergo ſpes illa ob eam omiſſionem fruſtrata, eſt tota cauſa huius reſtitutionis, atque adeò iuxta illam metienda, quæ tamen ſpes aliquando ſi eſſet ita exigua, & omiſſio diligentiæ tam parum culpabilis, vt arbitrio prudentis vix iudicaretur digna aliqua multa, tunc nulla eſſet facienda reſtitutio.

Ad rationem autem pro priori ſententia adductam, reſpondetur in tali dubio non eſſe meliorem poſſidentis conditionem; nam, vt oſtenſum eſt, licèt ab initio rem bona fide acceperit, & poſſederit, tamen ſuborto dubio per omiſſionem inueſtigandi verum dominum, & an res eſſet aliena, euaſit poſſeſſor malæ fidei, cùm ſciuerit ſe non poſſe iuſtè rem poſſidere, & retinere ſine ſufficienti diligentia inueniendi veritatem neceſſariò requiſitam, vt vnicuique quod ſuum eſt, reddatur, & ad euitandum periculum inferendi aliis damnum; ac proinde tenetur reſtituere, ſicuti in ſimili dubio tenetur poſſeſſor ab initio malæ fidei. Hinc ad primam confirmationem reſpondetur abſolutè conſtitutum fuiſſe in mala fide. 1846.

Ad ſecundam confirmationem Ioannes Lugo *dict. n.* 85. reſpondet concedendo, argumentum illud habere aliquid probabilitatis, quando dubium fuiſſet ſolùm in genere, an res ſit aliena, non verò ſi dubium erat, an res eſſet certæ perſonæ, v.g. Petri; & rationem differentiæ eſſe ait, quia quando dubium erat ſolùm in genere, nemo eſt, qui contra talem poſſeſſorem litiget, & cui debeat condemnari; cùm non ſciat adhuc, an ſit aliquis actor, qui poſſit contra ſe litigare, nemine autem petente quis non poteſt condemnari ad ei ſoluendum: quando autem dubium erat, an res eſſet Petri, & poſſeſſor noluit diligentiam adhibere, iam certum eſt, Petrum poſſe ſecum agere de iniuria ipſi illata; ipſa enim omiſſio diligentiæ fuit iniuria certa. nam Petrus habet ius certum, ne in dubio rem eius poſſeſſor ſine ſufficienti inueſtigatione retineat. Hinc ad dictam confirmationem dicit idem Lugo, poſſeſſorem, qui ſuborto dubio, an res eſſet Petri, neglexit examen debitum, non manere in dubio de iniuria illata Petro, nec de damno illato, quia certò intulit damnum, nempè abſtulit iniuſtè illam ſpem inueniendi dominum verum rei, quæ æſtimari debet, & reſarciri; ſicut in cæteris, qui iniuſtè ſua actione aufert alteri ſpem conſequendi aliquid, quod fortè ſecluſa illa actione poterat obtinere, licèt id dubium, & incertum eſſet, infert illi iniuriam, & pro ratione ſpei tenetur illi ad aliquam reſtitutionem. ita Lugo, ſed ſuppoſito quòd bona aliena incerta, quæ quis poſſidet ſaltem ex iniuſta actione, vel omiſſione, ſint pauperibus reſtituenda, quod certum eſt ſaltem de iure poſitiuo; non agnoſco differentiam prædictam, à Lugo aſſignatam; nam etiam quando dubium erat in genere, tenebatur poſſeſſor diligentiam adhibere, neque habebat ius poſſidendi, & retinendi rem ſine debita inueſtigatione veritatis, & omiſſione talis diligentiæ abſtulit ſpem, quam 1847.

in

Digitized by Google

in conſcientia ſua habebat detegendi, quòd res erat aliena, & ſic reſtituenda pauperibus; & tunc etiam poterat eſſe actor, ſcilicet, ſuperior Eccleſiaſticus, vel etiam laicus, qui poterat compellere ad compenſandam æſtimationem illius ſpei.

Ad prædictam igitur confirmationem ſecundam, reſpondetur primò certum eſſe, peccaſſe contra iuſtitiam, omiſſione inueſtigationis neceſſariæ ad veritatem detegendam, & eam omiſſionem verè fuiſſe cauſam probabilis damni, dum ſublata eſt omninò ſpes inueniendi rem eſſe alterius, quæ erat, ſi diligentia fuiſſet adhibita; ac proinde iuxta rationem illius ſpei facienda eſt reſtitutio. Reſpondetur ſecundò ad maiorem propoſitionem eiuſdem confirmationis illam procedere quando in dubio an quis ſua actione, vel omiſſione damnum intulerit, illi fauet legitima poſſeſſio: in noſtro autem caſu nòn fauet legitima poſſeſſio rei, quia eo ipſo, quòd voluit retinere rem ſine præmiſſione examinis neceſſarij, voluit poſſidere iniuſtè, & ita effectus eſt poſſeſſor malæ fidei; & conſequenter ſicut malæ fidei poſſeſſor in ſimili dubio tenetur ad reſtitutionem, ſaltem pro ratione dubij. ita, &c.

Qui dubius, vel opinans, an res ſit ſua, illam clam, vel violenter aufert à poſſeſſore bonæ fidei, poſt factam diligentiam, dubio remanente peccat contra iuſtitiam, & totam reſtituere tenetur,

1848. EX dictis colligitur à poſſeſſore ab initio poſſeſſionis bonæ fidei poſtea dubitante, an res poſſeſſa ſit alterius, & præmiſſa debita diligentia ad veritatem inueſtigandam adhuc remanente dubio, alterum, qui dubius eſſet, an res illa ſit ſua, non poſſe illam totam, neque illius partem clam auferre, & ſi abſtulerit, teneri integrè reſtituere. quod eſt contra Ioannem Medinam *Cod. de reſtitutione q.20. § ſecundum quia præſupponunt.* vbi ait eum, qui dubius an res ab altero bona fide poſſeſſa ſit ſua, an poſſeſſoris, illam clam accipit, peccare quidem, at non teneri illam reſtituere in foro conſcientiæ, quamdiu eſt dubium probabile, quòd ſit ſua; & rationem huius eſſe, ait, quia in caſu huius dubij non tenetur poſſeſſoris indemnitati potius, quàm ſuæ propriæ conſulere. Aſſerunt tamen communiter Doctores *ſuprà num.* 1832. allegati. Molina *dict. diſput.* 35. *§. verùm enim verò. & tom.* 3. *diſput.* 723. *num.* 4. Vaſquez *dicto opuſculo de reſtitutione, allegato cap.* 6. *num.* 82. *& cap.* 5. *num.* 41. Sanchez *dict. diſp.* 41. *num.* 26. *& dict. cap.* 23. *num.* 175. Rebellus *dict. quæſt.* 5. *num.* 9. Leſſius *dict. cap.* 14. *num.* 25. Ioannes Sancius *dict. diſp.* 43. *num.* 13. *&* 54. Coninch *dict. diſput.* 34. *num.* 89. Bonacina *d. p.* 2. *num.* 15. Trullench *d. dub.* 4. *num.* 6. Fragoſus *d. diſp.* 10. *num.* 206. *verſic. longè aliter.* & alij *ibidem* citati, & docuerunt etiam prius Nauarrus *in man. cap.* 17. *num.* 117. & alij, quos referunt Sanchez *dict. num.* 26. & Vaſquez *d. cap.* 5. *num.* 38. Probatur ex dictis, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis bona fide, qui priuilegio poſſeſſionis habet ius retinendi totam rem, (vt *ſuprà* oſtenſum eſt,) donec conſtet non eſſe ſuam, & ita nullum eſt ius illum tota re, vel parte illius ſpoliandi; ergo peccat contra iuſtitiam alter dubius, an ſit ſua, ab illo contra illius voluntatem clam, vel violenter auferens totam, vel partem: & conſequenter ita iuſtitia exigente tenetur totum acceptum reſtituere; ſicut etiam in foro externo cogitur reſtituere. Præterea eo ipſo, quòd eſt dubium, res ita competebat poſſidenti, ſicut accipienti; & inſuper poſſeſſio competebat habenti, quæ etiam in dubio facit præſumptionem dominij; ergo iniuſtè illa ſpoliatur; ac proinde iuſtitia exigit, vt in eandem poſſeſſionem reſtituatur. Tertiò ſicut alter dubius vult ſe ipſum ſeruare immunem, ita etiam ſe exponit periculo accipiendi, quod aliàs non eſt debitum, quod eſt iniquum, & contra iuſtitiam. Confirmatur ex dicendis *numero ſequenti:* & ex his patet rationem Medinæ nullius eſſe momenti, tenetur enim ſpolians reſtituere, quia iuſtum detentorem ſpoliauit, non quia teneatur potius indemnitati alterius, quàm ſuæ conſulere.

Addo etiam, ſi quis haberet opinionem probabi- 1849.
lem, ſeu probabiliter crederet rem ab alio poſſeſſam bona fide eſſe ſuam, adhuc nec occultè, nec violenter propria authoritate poteſt illum ſpoliare auferendo ab eo totam, vel partem rei; etiamſi alia via, nempe iuris ordine illam non poſſit recuperare, vt in terminis Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 20. & Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 3. *num.* 7. & aſſerunt Doctores communiter tum *numero præcedenti* allegati, dum aſſerunt poſſidentem bona fide rem non teneri illam reſtituere; neque poſſe authoritate priuata ſpoliari, donec certò moraliter conſtet, rem non eſſe eius; tum alij *ſuprà n.* 1125. & alij, quos allegat Vaſquez *dict. cap.* 5. *num.* 20. aſſerentes non eſſe licitam debiti compenſationem propria auctoritate auferendo rem apud alium poſſeſſorem bonæ fidei exiſtentem, tametſi alia via haberi non poſſit, niſi debitum liquidum ſit, & certum ſit rem eſſe propriam, vel ex iuſtitia debitam. Probatur hæc additio, quia non obſtante illa opinione probabili, adhuc res eſt obſcura, & dubia: in dubio autem melior eſt conditio poſſidentis bona fide, nec poteſt ſpoliari, niſi moraliter certum ſit, rem non eſſe eius, vt tradunt omnes Doctores. Confirmatur aliis rationibus *numero præcedenti* allegatis, quæ etiam in hoc dubio opinabili vrgent, & oſtendunt eſſe contra iuſtitiam, velle propria authoritate iuſtum detentorem, qui habet pro ſe dominij præſumptionem, ſpoliare, dum non eſt moraliter certum rem eius non eſſe, & ad alterum ſpectare, & quamuis Ioannes Sancius *diſputat.* 43. *num.* 54. *verſus finem*, velit habentem opinionem probabilem rem eſſe ſuam, non poſſe alterum bona fide poſſidentem ſpoliare, procedere ſolùm, quando opinio illa verſatur circa factum, & quando res non eſt deducta ad forum contentioſum; nihilominus idem dicendum, tametſi haberet opinionem probabilem iuris illam rem ad ſe pertinere; & in hoc caſu etiam loquuntur Sanchez, & Suarez *vbi ſuprà*, quos non rectè, ait Ioannes Sancius, eſſe intelligendos in caſu habentis ſolam opinionem facti; & ita etiam ſentiunt alij Doctores, & militat eadem ratio certæ poſſeſſionis, qua poſſidens non debet ſpoliari ſine certitudine illegitimæ poſſeſſionis.

Iudex fori externi in pari dubio facti, vel iuris, non poteſt ſpoliare poſſeſſorem bonæ fidei.

IMmo etiam iudex fori externi in dubio pari tam 1850.
facti, quàm iuris, itaut ſit omnino pendulus neutri parti aſſentiens, tenetur poſſidenti fauere, nec poteſt abſque iniuſtitia illum cogere ad reſtitutionem totius, vel partis rei: vt tradunt in terminis Sanchez *dict. diſput.* 41. *num.* 24. Vaſquez, Coninch, Breſſetus, & ferè omnes alij Doctores *num.* 1833. citati, & præter eos Salon 2. 2. *quæſt.* 61. *tract. de dominio*, & plures alij, quos *ſuprà num.* 494. *&* 729. allegaui; & conſtat ex iuribus, & rationibus adductis

*num.*494. *& num.*1833. quibus probatum eſt, poſſeſſorem bonæ fidei in dubio ratione poſſeſſionis eſſe melioris conditionis, & habere totam rem retinendi donec certò moraliter illi conſtet eſſe alterius. Quid verò facere poſſit, & teneatur iudex fori externi in pari dubio opinabili iuris, ſcilicet, cùm pro vtraque parte ſunt opiniones æquè probabiles, latè diſcuſſum eſt *ſuprà hoc tit. à n.*505.

Cùm dubium eſt, an res ſit aliena, ſi illa à nemine, ſeu neutro poſſidetur, non poteſt tota accipi, ſed diuidenda eſt iuxta dubij proportionem, tam in foro interno, quam externo.

1851. EX dictis quoque, & Doctoribus *citato num.* 1832. relatis colligitur in dubio ſtricto, & rigoroſo excludente omnem aſſenſum circa aliquam partem, etiam poſt debitam inueſtigationem remanente, an res ſit vnius, vel alterius, ſi neuter poſſideat, illam non poſſe totam præoccupari, & accipi ab altero dubitante eſſe ſuam, vel alterius, ſed inter eos, de quibus dubitatur, eſſe diuidendam, ſi ſit diuiſibilis, vel debere diuidi fructus, aut pretium, ſi ſit indiuiſibilis: id quod etiam ex Doctoribus *dict. num* 1832. tradunt Sanchez *dict. diſp.*41. *num.* 15. Vaſquez *dict. diſp.*66. *cap.*7. *num.*39. Salas *dict. tract.*8. *sect.*23. *n.*232. & 233. Ariaga 1.2. *tom.*1. *diſp.*26 *ſect.*2. *n.*5. & 16. Fragoſus *d. diſp.*10. *n.*206 & Coninch *d. diſp.*34. *num.*93. addentes ſi dubium non eſt æquale, diuiſionem eſſe faciendam pro ratione, & quantitate dubij. idem docuerunt Caietanus 2. 2. *q.*62. *art.*5. *in ſolutione ad* 3. *§. circa tertiam ſolutionem.* Salon *controuerſia* 3. & Bannes *dub.*6. Petrus Nauarrus *de reſtit. cap.*2. *in* 2. *edit. dub* 8. *n.*50. Henriquez *lib.*7. *cap.*35. *n.*1. & alij à Sanchez *d. num.*25. allegati, dum dixerunt eum, qui furto rem abſtulit, vel ſcit non eſſe ſuam, (quo caſu idem eſt, ac ſi nullus poſſideret,) teneri reſtituere inter illos, quorum eſſe dubitat iuxta dubij proportionem, ſi res ſit diuidua, & ſi ſit indiuidua, diuidi debere fructus, vel pretium; vel totam vni applicandam, & alteri partem æſtimationis de vtriuſque conſenſu. Probatur corollarium, quia in præſenti caſu, cùm poſſeſſio neutri faueat, æqualis eſt vtriuſque conditio, æqualeque dubium, & ius dominij; ac proinde iuſtitia poſtulat, vt vni tota tota non adiudicetur, ſed inter illos æquis portionibus diuidatur.

1852. Et in ſimili dubio neutro poſſidente etiam iudex, qui omninò pendulus eſſet, de neutra parte, habens probabile iudicium tenetur prædicto modo diuidere rem inter vtrumque, de quo dubium eſt, an ſit ſua. ſic Sanchez *dict. diſp.* 41. *num.* 16. & communiter Doctores, quos allegaui *ſuprà hoc titulo num.*493. 513. 736. cùm enim par ſit vtriuſque conditio, & ius, iudex, qui non eſt dominus rei, ſed diſtributor iuſtitiæ, non poteſt rem vni tantùm adiudicare, ſed vel partes ad compoſitionem deducere, vel rem, aut eius pretium inter eos diuidere. iuxta dicta *allegatis numeris* 513. 752. & 736. Neque ſi res ſit indiuiſibilis, vt ſeruus, poteſt iudex in tali dubio, cui parti voluerit, totam adiudicare; quicquid ſecus dixerit P. Ledeſma *de matr. quæſt* 45. *art.*1. *dub.*2 *in ſolutione ad* 3 *prima ſententia,* cuius ſententiam *ſuprà hoc titulo num.*492. retuli, & *num* 493. confutaui; nam cùm res eſt indiuidua, vel applicanda eſt tota vni colligantium, qui tamen alteri det partem æſtimationis, vel diuidi inter eos debent fructus, aut pretium rei, cùm neutrius melior ſit conditio, aut efficacius ius. & ita etiam contra eundem P. Ledeſmam tenent Ariaga *d. num.* 16. Fragoſus *dict. diſp.*10. *eodem num.*206. *fine,* & Ioannes Lugo *de iuſtitia tom.*2. *diſputat.*37. *num.*125. in hoc caſu, cùm non maius ius vni, quàm alteri competat ad habendam rem potius, quàm medietatem æſtimationis, non videtur quòd iudex pro libito poſſit vni rem applicare, qui alteri det dimidium æſtimationis, ſed ſi partes ipſæ non concordent, iacta ſorte, lis dirimenda erit, vt cui ſors contigerit, ipſe eligat rem, dimidium pretij alteri dando, vel è contra relicta alteri re, eligat dimidium æſtimationis. Ita Petrus Nauarrus, Fragoſus, Ioannes Lugo; & indicant Sanchez, & alij, ex Doctoribus allegatis *numero præcedenti, & aliis numeris hoc eodem in numero citatis.*

Quando res poſſidetur, & pro vtraque parte eſſet æqualis probabilitas, ſeu æquè probabilis opinio, ſeu aſſenſus, an tunc res ſit diuidenda, an verò liceat vni partium rem præoccupare, & totam adiudicare.

SEd quid ſi in caſu, quo res à neutro poſſidetur, 1853.
pro vtroque eſſet æquè probabile iudicium, ſeu probabilis opinio æqualis, eo quòd pro vtroque eſſet probabile iudicium, aut diuerſa iura, ac diuerſæ Doctorum ſententiæ, quæ vtrique æqualiter faueant; an etiam in huiuſmodi dubio opinatiuo, res à neutro poſſeſſa æquè probabiliter credente rem eſſe ſuam, poſſit præoccupari, & tota retineri; an verò ſit æqualiter inter vtrumque diuidenda, iuxta dicta *in præcedenti corollario.* Ægidius Coninch *de Sacram. d. diſp.*34. *allegato num.*93. aſſerit faciendum, ſicut quando eſt dubium formale, & rigoroſum, an ſit vnius, vel alterius. Probat, quia cùm æquè probabile ſit rem eſſe vnius, ac eſſe alterius, vterque habet æquale ius ad eam rem, cùm nulla ſit ratio, cur vnus poſſit ſibi eam præ altero vindicare; ergo eſt diuidenda inter vtrumque, vel ſi diuidi nequeat, ſorte lis dirimenda, vel vni applicanda, & alteri pars æſtimationis, vel diuidi debent pretium, aut fructus. Confirmari poteſt, quia iudex fori externi in ſimili dubio opinatiuo æquali, non poteſt vni litigantium totam rem adiudicare, ſed in colligantes diuidere, vel reducere eos ad compoſitionem, vt *ſuprà hoc titulo num.*513. & 736. † At his non ob- 1854.
ſtantibus verius puto, eum, qui probabile exiſtimat rem eſſe ſuam, licet etiam iudicet probabile eſſe alterius, licitè poſſe eam abſque vi præoccupare, & occupatam retinere, donec per iudicis ſententiam aliud decernitur; & ita prorſus tenent omnes Doctores aſſerentes licitè operari eum, qui in operando ducitur probabili opinione. Probatur ergo, quia in moralibus cuique licet ſequi opinionem probabilem, iuxta communem opinionem; de qua *ſuprà hoc titulo,* quia tunc prudenter, & conformiter rationi operatur; ergo qui rem vacantem, & à nemine poſſeſſam probabiliter, & rationabiliter credit ſuam eſſe, poteſt (dummodò abſit vis,) illam licitè præoccupare, & acceptam retinere, donec ſibi certò moraliter conſtet eſſe alienam. Confirmatur, quia qui probabiliter credit rem eſſe ſuam, apprehendens rem vacantem ſine vi contra alterum, pro quo etiam eſt probabilitas, quòd ſit eius, non eſt poſſeſſor malæ fidei, ſed bonæ fidei, quæ tunc eſt, cùm quis credit rem eſſe ſuam; vt tradunt Doctores *ſuprà num.* 1836. relati, & ex iuribus *ibidem* allegatis, ergo licitè, & iuſtè accipit, & poſtquam habuit, non tenetur rem illam, nec illius partem reſtituere, dum non eſt certus moraliter,

rem

rem ad alterum ſpectare; nam tunc melior eſt conditio illius, vtpotè poſſidentis bona fide. Præterea confirmatur, quia dum ducitur probabili opinione, ſeu iudicio quòd res ſit ſua, poteſt præoccupando, ſeruare ſe immunem, & potius ſuæ, quàm alterius indemnitati conſulere. Vnde in hoc caſu non habet locum ratio damni alterius, ob quod vitandum, aliquando non licet ſequi opinionem aliàs probabilem, vt *ſuprà* oſtenſum eſt; quia cùm ſequendo opinionem, quòd res non ſit ſua, ſed alterius, exponatur periculo damni proprij, ſi à parte rei forſan ſit ſua, non debet cogi euitare damnum alterius cum periculo damni proprij.

Ad probationem autem contrariæ ſententiæ reſpondetur, cùm ius illud æquale fundetur ſolùm in opinione probabili, non impedit quo minus alteri liceat præoccupatio ſine vi, & iniuria ob rationes adductas, ſecus quando fundatur in æquali dubio rigoroſo, & ſtricto.

Ad confirmationem reſpondeo ex dictis *ſuprà hoc titulo n. 200. & n. 491. in reſponſione ad tertium, & ad ſecundam confirmationem*, eſſe diſparem rationem iudicis, qui conſtitutus eſt ad dicendum ius inter partes, ac proinde tenetur ferre ſententiam iuxta ius, quod partibus competere agnoſcit ex parte facti, vel iuris, vel vtriuſque; & ita ſi iudicet iura, rationes, ac Doctorum ſententias vtrique parti æquè facere, non poteſt totam rem vni adiudicare, vt latè probatum eſt *ſuprà n. 513.*

Poſſeſſor bonæ fidei adhuc dubius poſt factam ſufficientem inquiſitionem, an poſſit re, de qua dubitat, an ſit ſua, vel aliena, vti, illamque conſumere, vel diſtrahere.

1855. DVbium quartum, an poſſeſſor bonæ fidei, poſtea dubitans an res ſit ſua, poſſit illa vti, eamque conſumere, aut alienare.

Negat Corduba *lib. 3. quæſtionarij q. 8. corollario 3. §. ad primam autem rationem.* Et probat primò ex *l. alienationis, ff. de verborum ſignif.* vbi dicitur eum, qui non poteſt præſcribere, non poſſe alienare; dubius autem an res ſit ſua, non poteſt præſcribere. Secundò, quia ſi conſumat, aut alienet, exponit ſe periculo conſumendi, vel diſtrahendi rem alienam, quod videtur contra iuſtitiam. Tertiò, quia ſi qui poſſidet rem ſub dubio, licitè poſſet ea vti, etiam coniux dubius de valore matrimonij, licitè poſſet non ſolùm in matrimonio manere, ſed etiam eo liberè vti, non tantùm reddendo, ſed etiam petendo debitum.

1856. Conueniunt Doctores poſſeſſorem bonæ fidei, poſtea dubium, an res ſit ſua, vel aliena ante moralem diligentiam pro veritatis inueſtigatione, non poſſe licitè ea vti, ſi ſeruando ſeruari poſſit, & vſu conſumatur, neque etiam eam alienare. ita Doctores *ſuprà n. 1830. &* 1831. relati: & ex Doctoribus *numer.* 1832. allegatis Vaſquez *d. diſp. 66. cap. 7.* Sanchez *d. diſp. 41. n. 21.* Salas *d. tract. 8. ſect. 23. num* 225. Saytus *dict. cap. 13. n. 13.* Villalobos *dict. tract. 1. diff. 20. num. 4.* Ariaga *d. diſp. 26. ſect. 2.* Diana *p. 4. tract. 3. reſolut. 25.* & alij à Sayro, & Salas citati. & ratio eſt, quia ſicut tenetur inquirere verum dominum, aliàs in dolo eſſe cenſetur, (vt *ſuprà* probatum eſt,) ita etiam rem illam in priſtino ſtatu conſeruare tenetur; alioqui fruſtrà verum dominum inquireret, ſi rem deteriorem vſu redderet, aut conſumeret, vel alienaret; & idem dominus rationabiliter inuitus eſſet, ſicut è contra irrationabiliter inuitus eſſet, ſi ante diligentiam, & donec illa adhibeatur, aut adhiberi poſſit, nollet eam rem à poſſeſſore retineri. Dixi *ſi vſu conſumatur*, nam ſi vſu non conſumeretur, vt equus, aut ſeruus poſſet vti dum adhibet diligentiam inueniendi veritatem paratus ſoluere domino inuento pretium illius vſus, deductis alimentorum expenſis, nam in hoc non eſſet dominus inuitus.

Poſtquam autem poſſeſſor bonæ fidei ſuborto dubio præmiſit ſufficientem inueſtigationem, & adhuc dubius eſt, an ſit ſua, tunc eum poſſe illa re vti, eamque vendere, & alienare, docent communiter Doctores, ſeruatis tamen nonnullis conditionibus mox explicandis: ita ex Doctoribus *allegato n.* 1832. relatis Conarruuias *d. reg. peccatum. p. 4. initio n. 4.* Ioann. Medina *Cod. de reſtit. q.* 10. Vaſquez *d. diſp. 66. cap. 7. n.* 38. Sanchez *d. quæſt. 41. n. 22. & d. c. 23. num.* 184. Saytus *d. cap. 13. n. 15. & lib. 10. tract. 2. c. 3. num.* 29. Leſſius *d. cap. 14. n. 23.* Salas *d. ſect. 23. n. 227.* Villalobos *d. diff. 20. n. 4.* Palaus *d. puncto 2. n. 12.* Breſſerus *d. lib. 4. de conſcientia cap. 4.* Fragoſus *de Regim. Chriſtiana Reip. p. 2. lib. 4. diſp. 10. n. 205.* Diana *d. n. 2. reſolut. 11. & p. 4. tract. 3. d. reſolut. 25.* Ioannes Lugo *d. ſect. 4. n. 89.* Rebellus, Axorius, Bonacina, Gordonus, Filliucius, Layman, Ioannes Sancius, & Triullench locis *eodem num.* 1832. allegatis, Pet. Ledeſma 2. *tom. ſum. tract. 8. cap. 4. concl. 9.* & alij à Sanchez, Sala, & Lugo relati. Probatur, quia cùm iuſtè poſſit rem poſſidere, nulla eſt ratio, cur perpetuò debeat ab illius vſu abſtinere; conceſſa enim poſſeſſione, concedenda etiam ſunt, quæ ex iuſta poſſeſſione oriri conſueuerunt, vt vſus, & alienatio; alioqui inutilis poſſeſſori redderetur poſſeſſio, & detentio rei, qua liberè vti non poſſet tanquam ſua, & eam alienare; & ſi res ſit talis, vt ipſo vſu conſumatur, vt frumentum, oleum, vinum, veſtes, & ſimiles, ſi ea poſſeſſor non vtatur, re ipſa conſumitur, ſi ſit pecunia cum detrimento detinetur otioſa, & cum periculo detineretur; ſi ſit alia res vſu non conſomptibilis, vt domus, aut prædium, inutiliter retineretur, immò cum damno poſſeſſoris, & etiam domini, ſi poſtea inueniretur, ſi ab eius vſu abſtinendum foret. Quare confirmatur hæc communis ſententia, quia vſus rei, ſiue ſit vſu conſumptibilis, ſiue non ſit, non tantùm ipſi poſſeſſori, ſed etiam ipſi domino, ſi alius agnoſcatur, eſt expeditus, & vtilis, & præſertim quando res eſt vſu conſumptibilis, quæ alioqui abſque vtriuſque commodo corrumperetur.

Neque obſtant argumenta Cordubæ. 1859.

Ad primum enim reſpondetur, longè probabilius eſſe poſſeſſorem bonæ fidei poſt diligentiam adhibitam dubium, poſſe continuare poſſeſſionem, & præſcriptionem, vt *num.* 1836. probatum eſt. Præterea reſpondent Vaſquez, Sanchex, & Salas, dato, quòd non poſſit præſcribere, non ſequi quòd non poſſit alienari; nam qui non poteſt alienare, non poteſt quidem præſcribere, vt habetur *in d. l. alienationis*; non verò ibi dicitur, quòd alienare non poſſit, qui non poteſt præſcribere. Quare alienatio non eſt cauſa adæquata præſcriptionis, ſed tantùm neceſſaria, ac proinde valet, poteſt præſcribere; ergo & alienare; ſed non contra, non poteſt præſcribere, ergo non poteſt alienare. vide Vaſquez hoc latiùs explicantem.

Ad ſecundum reſpondetur, cùm poſſeſſor bonæ fidei in dubio poſt diligentiam priuilegio poſſeſſionis poſſit detinere rem, tanquam ſuam, licet forſan verè ſit aliena, ratione eiuſdem poſſeſſionis poteſt illa vti, & conſumere, ac alienare abſque vlla iniuſtitia; & ita ob eandem poſſeſſionem non expo-

nitur morali periculo faciendi iniuſtitiam, ſcilicet, vt illi imputetur ad peccatum, ſed tantùm periculo faciendi materialem iniuſtitiam, dum conſumit rem, quæ fortè eſt aliena.

Ad tertium reſpondetur multorum, præſertim recentiorum ſententiam, eſſe coniugem, qui poſt diligens examen dubius eſt de valore matrimonij, poſſe etiam petere, de qua re *§. ſequenti*. Reſponderi poteſt ſecundò ex Vaſquez, Sayro, & Sala non eſſe eandem rationem de vſu matrimonij, & vſu aliarum rerum, quas quis cum dubio bona fide poſſidet; quia in vſu aliarum rerum non eſt periculum faciendi contra aliam virtutem, præter virtutem iuſtitiæ, quæ ſicut ſecundùm eundem Cordubam, & alios communiter *d. num.* 1832. allegatos non violatur retinendo rem in eo dubio, cùm tunc ſit melior conditio poſſidentis, ita nec vtendo illa. At verò in vſu matrimonij eſt aliud periculum, nempe contra virtutem caſtitatis, & ideo peccat, (iuxta eorundem Vaſquez, & Sayri ſententiam,) qui in dubio valoris matrimonij petit, eo quòd poſſeſſio iuxta eorum opinionem non ſuffragetur in dubio circa materiam caſtitatis, ſed iuſtitiæ tantùm; quare qui in dubio illo peteret, non peccaret peccato adulterij, & contra iuſtitiam, ſeu ius alterius coniugis, de cuius vita dubitatur, ſed peccato ſimplicis fornicationis contra caſtitatem.

Porrò conditiones ſeruandæ à poſſeſſore in alienatione rei bona fide poſſeſſæ, cum præfato dubio aſſignantur plures, licèt non omnes ab omnibus approbentur.

1859. Prima, vt debeat admonere emptorem, vel donatarium huius dubij, quando eſt moralis ſpes fore, vt dominus compareat, idque ad euitandum damnum, quod ex emptione, vel donatione emptori, vel donatario euenire poteſt, ad quod reſarciendum alioqui tenebitur, ſi venerit, quia cum fraude rem vitioſam vendidiſſet, tacito vitio, quo cognito, emptor non emiſſet, vel viliori pretio, nec donatarius accepiſſet propter damnum, quod inde ſequi poteſt. & in hoc conueniunt Doctores. ita Couarruuias, Medina, Vaſquez, Molina, Sanchez, Salas, Ariaga, Fragoſus locis *num.* 1857. allegatis. & alij *eodem num.* 1857. relati; & nonnulli alij relati à Sanchez, & Sala. Dixi, *quando eſt moralis ſpes, &c.* nam ſi nulla ſit ſpes, ſed deſperetur fore, vt dominus compareat, tunc nulla erit obligatio talis admonitionis; quia tunc res non eſt vitioſa, vt Sanchez, Salas, & alij aduertunt.

1860. Secunda aſſignatur à P. Ledeſma *ſuprà num.* 1857. citato, ſcilicet, quòd poſſeſſor alienans credat fore, vt emptor, vel donatarius quærat verum dominum. quod verum eſt, quando venditor, vel donans non feciſſet ſufficientem diligentiam, ſiue ſua negligentia, ſiue quia fortè tunc nulla adfuiſſet opportunitas inquirendæ veritatis; nam poſſeſſor tenebatur facere, ſi opportunitas aderat, iuxta dicta *ſuprà num.* 1841. & ſi non aderat, tenebatur habere animum inquiſitionis faciendæ, quoties opportunitas ſe offerret; vt colligitur ex dictis, & expreſsè notauit Rebellus *de oblig. iuſt. part.* 1. *lib.* 2. *d. quæſt.* 3. *n.* 14. & poſt eum Sanchez *d. cap.* 23. *num.* 185. ſecus verò ſi poſſeſſor iam ſufficientem inueſtigationem præmiſerit, nam ſemel facto ſufficienti veritatis examine per venditorem, tutus eſt emptor aliam diligentiam non adhibendo, vt rectè Sanchez *dicto num.* 186.

Poſſeſſor bonæ fidei dubius, an res ſit ſua, vel aliena, illam vendens, an debeat habere animum reſtituendi pretium domino rei ſi comparuerit.

Tertia, & vltima conditio ab aliis aſſignata eſt, vt iſte poſſeſſor bonæ fidei venditur rei ſit paratus reſtituere, ſeu teneatur habere animum reſtituendi pretium illius, ſi appareat poſtea fuiſſe alienam, vero domino. ita Sayrus, Medina, Salas, Vaſquez, Breſſerus, Ariaga locis *num.* 1857. relatis. Sanchez *d. diſp.* 41. *allegato num.* 22. & Ioannes Lugo *d. ſect.* 4. *num.* 91. vbi expreſsè vult quòd poſſeſſor bonæ fidei, qui dubius erat, an res eſſet aliena, illam vendidit, teneatur eidem vero domino, aliàs non valenti recuperare rem ſuam, pretium rei acceptum reſtituere, quicquid ſit de poſſeſſore credente rem eſſe ſuam illam vendente. Probat Sayrus, quia ſi hic poſſeſſor, qui vendidit, habeat apud ſe rem illam, & vellet retinere, teneretur habere hunc animum illam reſtituendi vero domino, ſi conſtiterit cuius ſit; ergo etiam eam vendendo, pretio accepto eius animi eſſe debet, vt cognito domino pretium rei venditæ, illi reſtituat, eo quòd pretium rei loco eiuſdem rei ſuccedat. Lugo autem aliter probat, ſcilicet, quia quamdiu durat illa dubia fides, videtur poſſeſſor adhuc non pacificè, ſed litigioſè poſſidere, quia adhuc intra ipſam conſcientiam vrget ius illud qualecunque conans ſe prodere, & manifeſtare; quare licèt non obligetur pro tunc ad reſtituendum, videtur tamen obligare ad non impediendum, quantum fieri poſſit, quòd dominus poſtea poſſit rem ſuam recuperare, & ita obligare ad habendam præparationem animi ad reſtituendam rem, vel eius pretium, cùm dominus apparuerit. 1861.

At alij non admittunt hanc conditionem, aſſerentes hunc poſſeſſorem bonæ fidei, qui poſt factam debitam inquiſitionem adhuc dubius rem vendidit, apparente poſtea domino, non teneri ad reſtituendum illi, niſi id, in quo factus eſt ditior; & ita ſi rem vendidit eodem pretio, quo à fure bona fide emit, non teneri eum hoc pretium vero domino reſtituere; ſi verò maiori pretio vendidit, teneri exceſſum reſtituere, ſi non ſit ille exceſſus fructus ſuæ induſtriæ. ita Molina *tom.* 3. *de iuſtitia d. diſp.* 721. *num.* 6. Rebellus 1. *part. lib.* 2. *quæſt.* 5. allegato *num.* 11. Leſſius *d. cap.* 14. *num.* 23. Sanchez (ſentiens oppoſitum illius, quod *d. diſp.* 41. dixerat) *lib.* 2. *ſummæ citato cap.* 23. *num.* 187. Diana *part.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 15. *&* *part.* 2. *tract.* 15. *reſolut.* 11. Ioannes Sancius *d. diſp.* 43. & idem omninò videtur ſentire Vaſquez *eodem loco ſuprà num.* 1857. cùm abſolutè velit hunc venditorem teneri ad reſtitutionem ſolum ad inſtar poſſeſſoris bonæ fidei, qui rem conſumpſit; ac proinde ſolùm quatenus factus eſt ditior, etſi enim initio *dictis num.* 38. dixerat poſſeſſorem dubium vendentem eo animo, vt ſi conſtet de vero domino pretium reſtituatur, licitè vendere: nihilominus paulo inferiùs habet hæc verba. *Melius igitur eſt, has res conſumere cum obligatione eas reſtituendi, ſi conſtet de vero domino, tametſi in earum reſtitutione videatur ſeruanda regula de eo, qui conſumit rem alienam bona fide.* Probant præfati Doctores, quia non tenetur ad aliquam reſtitutionem ratione iniuſtæ acceptionis, vt patet, cùm à fure, v. g. acceperit bona fide; ſed neque ratione rei acceptæ, vtpote quæ neque per ſe ipſam, neque per aliquid ſui, quod vicem eius ſuppleat, apud ipſum extet. ergo pretium ex venditione acceptum non tenetur reſtituere, niſi in quantum ex ea euaſerit locupletior, nempe pluris vendiderit, & ille 1862.

Digitized by Google

ille exceſſus non ſit fructus induſtriæ. Hanc ſententiam ego quoque approbo; neque obſtat ratio Sayri; nam quando res extat, tenetur poſſeſſor iſte ratione rei acceptæ illam integrè reſtituere; at verò re vendita non tenetur ratione rei acceptæ, niſi in quantum ex illa re factus eſt ditior ad inſtar poſſeſſoris bonæ fidei, qualis eſt etiam ipſe, cùm propter dubium remanens poſt diligentiam non deſinat eſſe verè poſſeſſor bonæ fidei, vt probatum eſt. Quare neque obſtat ratio Ioannis Lugo, nam cùm dubium, an res ſit aliena, poſt factam diligentem inquiſitionem, non impediat bonam fidem, ſed relinquat dubitantem poſſeſſorem bonæ fidei, illi licita ſunt, quæ aliis bonæ fidei poſſeſſoribus permittuntur, & inſtar aliorum poſſeſſorum bonæ fidei obligari debet ad reſtituendum vero domino, quando factus eſt ditior ex re aliena. Vnde ad maiorem confirmationem prædictorum,

Poſſeſſor bonæ fidei, qui vendidit rem alienam, putans eſſe ſuam, an ſi compareat verus dominus non valens rem recuperare, teneatur illi reſtituere pretium.

1863. RESoluenda eſt illa quæſtio, an poſſeſſor bonæ fidei, qui, ſcilicet, emit rem alienam à fure credens eſſe ipſius, perſiſtens in eadem bona fide, & nullo ſuborto dubio illam vendidit eodem pretio, quo emerat, ſi appareat verus dominus, qui rem ſuam non poſſit recuperare, teneatur illi reſtituere pretium illud ex venditione rei acceptum. Ad quam quæſtionem affirmatiuè reſponderunt P. Ledeſma *tom. 2. tract. cap. 14. poſt 4. concluſionem, dub. 2.* Arragon *2. 2. q. 62. art. 6. dub. 2. ibidem.* Bannes referens Peñam *dub. 2.* Salon *controuerſia 2.* & Sayrus *d. lib. 10. clauis tract. 2. cap. 2. num. 14.* Probatur hæc reſponſio, ſeu ſententia, primò, quia per venditionem rei alienæ, etiam ignorante emptore ipſam eſſe alienam, non transfertur rei dominium in emptorem *l. ex empto. ff. de actionibus empti*, (quia cùm venditor non ſit dominus rei, non poteſt inuito domino per venditionem dominium illius in emptorem transferre, ſed perſeuerat apud antiquum dominum, qui vbicunque illam inuenerit, poterit eam vendicare, & quicunque illam habuerit, tenetur eam illi tradere, id quod latè tradunt Molina *de iuſtitia tom. 2. diſp. 327. num. 7. & 8. & tom. 3. d. diſp. 721. num. 8.* & Sanchez *lib. 2. ſumm. d. cap. 23. num. 25.*) ergo neque pretij ab emptore accepti dominium transfertur in venditorem, cùm contractus ſit nullus, vtpote rei alienæ, & non debeat claudicare, vt ſcilicet ſit validus quoad transferendum dominium pretij in venditorem; & nullus, quoad translationem dominij rei in emptorem. ergo venditor licèt bonæ fidei, tenetur illud pretium, tanquam alienum vero domino reſtituere, ſi aliunde rem ſuam non poteſt recuperare.

1864. † Secundò probatur, quia pretium ex rei alienæ venditione habitum ſuccedit loco rei venditæ. quod colligitur ex *l. ſi rem, & pretium, ff. de petitione hæreditatis.* & ex *l. Imperator, §. vltimo, ff. de legat. 2.* ergo tenetur venditor pretium rei reſtituere domino comparenti, ſicut teneretur reſtituere ei rem ipſam, ſi apud eum reperiretur. Tertiò iſte venditor, qui licèt bona fide emerat rem alienam à fure, iam pretij furi dati fecerat iacturam, ſiquidem veritatis conſcius tenebatur rem vero domino comparenti nullum ab eo exigendo pretium reſtituere; ergo per nouam venditionem factus eſt ditior in toto illo pretio ab emptore accepto; ergo illud vero domino tenetur reſtituere. Addidit P. Ledeſma, ſi cognitum ſit rem eſſe alienam, & dominus non compareat, pretium illud eſſe reſtituendum pauperibus. Arragon etiam, & Sayrus dicunt, quòd ſi pretium illud iam ſit ab iſto venditore bonæ fidei conſumptum, eatenus tenetur reſtituere, quatenus ex illo factus eſt ditior. His tamen non obſtantibus,

Communis, & verior ſententia negatiuè reſpon- 1865.
det ad dictam quæſtionem, aſſerens venditorem hunc bonæ fidei illud pretium non teneri reſtituere domino comparenti, neque aliunde valenti rem ſuam recuperare. ita Summiſtæ, Angelus, Syluester, Tabiena *v. reſtitutio*, Couarruuias *regula peccatum, part. 3. initio num. 3. verſic. quartò hinc procedit.* Nauarrus *in man. cap. 17. num. 8.* Sotus *de iuſtitia lib. 4. q. 7. art. 2. verſic. quid autem,* Petrus Nauarrus *lib. 3. de reſt. c. 4. n. 206.* Molina *tom. 2. diſp. 378. n. 6. & tom. 3. d. diſp. 721. n. 6. & diſp. 389. n. 6. verſic. Quòd ſi res aliena.* Vaſq. *opuſc. de reſtitutione, c. 9. §. 2. dub. 4. n. 22.* Rebell. *de obligat. iuſtit. part. 1. lib. 2. q. 3. num. 5. verſic. atque, & part. 2. lib. 9. quæſt. 18. num. 9.* Leſſius *lib. 2. de iuſtit. d. cap. 14. num. 29.* Sanchez *d. cap. 23. num. 25.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 17. num. 25.* Bonacina *de reſtitutione diſp. 1. q. 4. part. 1. num. 10.* Diana *part. 3. tract. 5. miſcell. reſolut. 42.* Trullench *in Decalog. lib. 7. cap. 11. dub. 1. num. 4. & dub. 5. num. 4.* Ioannes Lugo *tom. 1. de iuſtit. diſp. 17. ſect. 1. num. 19.* & alij, quos Sanchez refert; & ita etiam ſentiunt alij Doctores, dum ſtatuunt regulam vniuerſalem, poſſeſſorem bonæ fidei ſolum teneri ad reſtituendum domino rem alienam extantem, vel quantum ex ea, ſeu eius cauſa factus eſt locupletior, quos Doctores latè referunt, Sayrus *d. cap. 2. num. 2.* Sanchez *d. cap. 23. num. 4.* Ioannes Sancius *d. diſp. 43. num. 16.* Layman *lib. 3. tract. 1. cap. 3. num. 1.* & Fagundez *de iuſtitia, & iure lib. 5. cap. 16. num. 24. & lib. 7. in Decalogum, cap. 20. num. 4.* & rationem, quòd bonæ fidei poſſeſſor re conſumpta, vel non extante, non teneatur reſtituere aliquid, ſi eius cauſa non ſit factus locupletior, eam afferunt; quòd omnis obligatio reſtituendi, ex duplici capite, ſeu radice tantùm oritur, nempe, vel ex iniuſta acceptione (ſub qua intelligitur quælibet alia actio, vel omiſſio iniuſtè, & per iniuriam nocens proximo,) vel ratione rei acceptæ apud ipſum extantis; ſed iſte poſſeſſor bonæ fidei non tenetur ratione iniuſtæ acceptionis, quia emit, vel alio titulo habuit, & bona fide conſumpſit, vel diſtraxit; nec ratione rei acceptæ, cùm ipſa res non extet apud ipſum, nec aliquid ex illa in bonis illius perſeueret, cùm eius cauſa non euaſerit locupletior; ergo ad nil tenetur; ſecus ſi ex illa, eiúſve cauſa factus ſit locupletior. nam id, in quo eius cauſa factus eſt locupletior, dicitur extare, etenim in eo non cenſetur res illa conſumpta; ex doctrina Baldi *in l. vbi adhuc 29. ad finem. verſic. item per Gloſſam, C. de iure dotium*; tenetur ergo poſſeſſor bonæ fidei id tantum reſtituere, in quo factus eſt ditior ratione rei acceptæ. Ex quibus

Probatur hæc communis ſententia, quia hic bo- 1866.
næ fidei venditor rei pro eodem pretio, quo illam emit, non tenetur vero domino comparenti aliquid reſtituere ratione iniuſtæ acceptionis, vt patet, ſed neque ratione rei acceptæ, cùm illam non habeat, nec ex ea factus ſit ditior, cùm ex venditione habuit ſolum illud pretium, quod dedit. Confirmatur, quia licèt per venditionem rei alienæ, venditore, & emptore ignorantibus, vel ſaltem emptore ignorante eſſe alienam, dominium rei venditæ non tranſeat in emptorem, iuxta dicta *num. 1863.* nihilominus contractus ille venditionis, & emptionis eſt validus, & venditor comparat dominium pretij accepti, licèt

ſit

ſit ipſe fur, dummodo emptor ignoret eſſe alienam, vt conſtat ex *l.qui res, §. vltimo, ff. de furtis.* ibi, *cùm fur rem furtiuam*, (vbi habetur pecuniam à fure vendente acceptam ab emptore ignorante rem venditam fuiſſe alienam, non eſſe furtiuam; ex quo ſequitur furem venditorem comparaſſe dominium illius,) ex *l.ſi pecunia, C. de rei vendicatione*, ex *l.1. & penult. C. ſi quis alteri, vel ſibi*; (vbi etiam indicatur dominium pretij tranſire in venditorem rei alienæ, emptore id ignorante,) & ex *l.rem alienam, ff. de contrahen.empt.* per quam conſtat expreſsè contractum, quo venditur, permutatur, aut alio modo res aliena diſtrahitur, validum eſſe, licèt dominium rei non tranſeat in emptorem, vt dictum eſt, ſed ſolùm dominium pretij in venditorem, quod idem aſſerit Couarruuias *loco citato*, & latiùs id explicantes Mo-
1867. lina, & Sanchez *locis allegatis*. † Confirmatur præterea, quia pretium, generaliter loquendo, non ſuccedit loco rei, ſed illud Iuriſperitorum axioma ex iuribus *num.* 1864. collectum procedit ſolùm in iudiciis, quæ Iuriſperiti vocant vniuerſalia, ſeu vniuerſales actiones, (eo quòd vnius iuris petitione, plures res cenſentur peti ſimul, etſi nominatim ſingulæ non exprimantur,) vt ſunt hæreditas, fidcicommiſſum generale, dos; vt poſt Bartolum *in l.qui vos, & l.ſi rem & pretium, ſuprà citatis*, & Gloſſam *ibidem verb. quia poteſt*, tradunt Molina *d.diſp.327.num.9.verſic. ex dictis*, & Sanchez *d.c.23. num.25.* ſi enim quis bona, aut mala fide hæreditatem accepit ad alium ſpectantem, vendiditque ex illa aliquid; pretium, quod pro illa accepit, ita accedit hæreditati loco rei venditæ; quod eſto, antequam ab eo petatur hæreditas, emerit iterum eandem numero rem viliori pretio, illud incrementum pretij accreſcat hæreditati, pertineatque vnà cum illa ad legitimum hæredem: & iudicium generale dicitur etiam, cùm eſt de petitione generis, vt iudicium negotiorum geſtorum, tutelæ, & ſimilia, *l.pro ſocio, ff. pro ſocio.* At verò in iudicio (quod Iuriſperiti vocant ſingulare, ſeu particulare ac ſpeciale, cùm ſcilicet eſt de ſingulari re, vel ex ſingulari contractu petita,) pretium non ſuccedit loco rei, vt expreſſè in mandato, commodato, & diſpoſito conſtat ex *l. pro ſocio, ff. pro ſocio.* & probatur etiam iuribus *ſuprà* adductis, per quæ conſtat licèt per venditionem rei alienæ id, emptore ignorante, dominium rei non transferatur in emptorem, transfertur tamen dominium pretij in venditorem, quod non eueniret, ſi pretium ſuccederet loco rei. Et per hæc manent ſoluta argumenta contrariæ ſententiæ. Nam ad primum, & ſecundum dicitur pretij rei alienæ dominium tranſire in hunc venditorem bonæ fidei; & pretium non ſuccedere loco rei. Ad tertium verò reſpondetur ementem à fure bona fide rem furtiuam, non ſtatim facere iacturam pretij, ſed poſſe ſe ſaluare indemnem, recuperando ſuam pecuniam, & quod comparenti domino teneatur rem reſtituere ſine pretio, id prouenit, quia ad reſtitutionem tenetur ratione rei acceptæ, quæ ſemper manet in dominio domini, pretium verò, quod ex venditione retrahit, tranſit in dominium illius, & cùm ſit idem, ſeu æquale pretio, quo ipſe bona fide emit à fure, ideo non fit ditior.

1868. Aduertendum autem prædicta procedere quoad pretium à poſſeſſore bonæ fidei acceptum ex venditione rei alienæ, durante bona fide facta; ſecus verò ſi idem poſſeſſor etiam durante bona fide rem alienam, quam ipſe emerat bona fide à fure, commutet pro alia; tunc enim agnita veritate tenetur reſcindere commutationem, vt rem vero domino reſtituat; & ſi id fieri nequeat, tenetur rem ab altero permutante habitam reſtituere domino rei commutatæ pro illa. Et huius rei ratio deſumitur ex differentia inter emptionem, & permutationem, quòd licèt in venditione poſſit eſſe claudicatio, quia vendens non ſemper facit rem emptoris: emptor autem ſemper facit pretium venditoris, ſi ignoret rem venditam eſſe alienam; in permutatione tamen non datur claudicatio, ſed vtriuſque rei dominium, aut neutrius transferri debet, vt conſtat ex *l. 1.* in prima differentia inter emptionem, & commutationem, *ff. de rerum permutatione.* Quare cùm poſſeſſor bonæ fidei permutans non euadat verus dominus rei illius in commutationem acceptæ, tenetur ex conſequenti ratione rei acceptæ reſtituere vero domino, quamuis ditior factus non fuerit, & ita etiam in terminis docent Salon *allegata controuerſ.2.* dicens in hoc omnes conſentire, & Sanchez *dict. cap.23.num.16.*

Aduertendum etiam præfatam communem ſen- 1869.
tentiam intelligendam de pretio à poſſeſſore bonæ fidei accepto ex venditione rei alienæ, quam ipſe à fure, vel alio poſſeſſore titulo oneroſo, nempe emptionis, vel permutationis habuerat; nam ſi fur illi eam gratuitò donaſſet, & ipſe poſtea bona fide durante vendidiſſet pretio accepto; tunc comparenti domino, qui rem ſuam recuperare non poſſet, teneretur pretium illud reſtituere, vt in terminis Molina *tom.3. diſp.720. num.1. fine.* Vaſquez *d. §.2. num.21.* Sayrus *d.cap.2.num.8.* Rebellus *d.q.3. allegato, num.3.* Sanchez *d. cap.23. num.29.* Leſſius *d. cap.14. num.5.* Bonacina *d.part.2.num.11.* Diana *part.4.tract.3. allegata reſolut.* 25. Layman *d. num.* 25. Ioannes Lugo *d.ſect.4.num.24.* Trullench *d.dubitat.1. num.3.* & alij communiter, & colligitur ex dictis, & illa regula vniuerſali poſſeſſorem bonæ fidei teneri reſtituere domino comparenti vel rem extantem, vel id, in quo ex ea factus eſt ditior: iſte autem donatarius bonæ fidei factus eſt ditior pretio illo retracto ex venditione rei dono acceptæ; & conſequenter illud tenetur reſtituere. quod intelligendum etiam ſi res aliena fuerit dono accepta ab alio poſſeſſore bonæ fidei, qui illam à fure iuſto pretio emiſſet, nam prædicti Doctores vniuerſaliter loquuntur, & etiam habet locum vniuerſalis regula; nam non obſtante quòd donans emerit, hic donatarius venditor verè ex re aliena efficitur locupletior, & ita etiam poſt diſcurſum ſatis prolixum concludit in terminis Lugo *d.ſect.4. num.25.* Niſi fortè durante eadem bona fide illud in largitiones, aut victum lautiorem, aut in ludum, quæ alioqui non effeciſſet, vel ſi effeciſſet, non tantum pecuniæ conſumpſiſſet, tunc enim non fuiſſet factus ditior, ſi in prædictis non exceſſiſſet, niſi pretium illud habuiſſet. id quod etiam colligitur ex dictis, & in terminis tradunt Leſſius, Trullench *vbi ſuprà*, & alij ex prææallegatis communiter; & idem dicendum ſi rem ipſam alienam dono acceptam durante bona fide alteri donaſſet, non donaturus aliam ſimilem, vel diſſimilem, ſi hanc non habuiſſet; comparente enim domino ad nil teneretur, quia non eſſet factus locupletior; ſecus ſi aliam ex ſuis erat donaturus, quia tunc parcens rei ſuæ donando alienam, factus eſt ex re alia locupletior, & ita etiam in terminis Leſſius *d.c.14. num.6.* & Trullench *d.dub.1. num.5.* Addens etiam ſi donauit aliàs non donaturus, & à donatario aliquid in remunerationem rei donatæ acceperit, tunc teneri ad reſtitutionem illius rei acceptæ, vel æſtimationis, quod priùs docuerunt Molina *tom. 1. de iuſtitia diſp. 246. §.ex eo quod is*, & Sanchez *d.cap.23.num.30.* & ratio eſt,

eſt, quia tunc cenſetur in eo factus locupletior ex re ipſa aliena alteri donata, quia cenſetur quaſi permutatio vnius rei pro alia, vt habetur *l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hered.*

1870. Ex præfata regula quoque infertur, eundem poſſeſſorem bonæ fidei, qui rem alienam à fure, vel alio bona fide emptam vendidit, eadem bona fide durante, maiori pretio, quàm ipſe emerat, comparente domino teneri reſtituere ei exceſſum illum pretij, ſi idem exceſſus prouenerit ratione ipſius rei, & non ex induſtria, ſeu non ſit fructus induſtriæ venditoris, in eo enim exceſſu cauſa rei alienæ factus eſt ditior. & ita docent Vaſquez *d. num. 21. initio.* Molina *d. diſp. 721. num. 6. & 10.* Rebellus *d. q. 3. num. 2.* Leſſius *d. cap. 14. num. 4.* Sanchez *d. cap. 23. num. 28.* Bonacina, & Diana *vbi ſuprà.* Trullench *d. dub. 1. num. 4.* vterque Nauarrus locis *ſuprà n. 1865.* allegatis Ioannes Lugo *tom. 1. de iuſtitia diſp. 17. allegata ſect. 1. num. 23.* & alij relati à Sanchez *d. num. 28.* qui *num. 30.* addit, ſi poſſeſſor iſte rem alienam à fure emptam non vendiderit, ſed donauerit, & in remunerationem acceperit aliquid, quod excedat valorem, ſeu pretium rei furtiuæ donatæ à fure ſibi traditum, teneri illum exceſſum reddere vero domino; quia in eo exceſſu ex remuneratione, ac proinde cauſa rei alienæ cenſetur factus locupletior, vt dicitur *d. l. ſed etſi lege. §. conſuluit*, & latiùs explicat Molina *d. §. ex eo quod is.*

Quandónam exceſſus pretij ſit cenſendus fructus induſtriæ, & minimè reſtituendus à venditore rei alienæ bonæ fidei: & quid quando quis bona fide emit pretio infimo, & vendidit ſupremo.

1871. NOn conueniunt autem præallegati Doctores, quandónam exceſſus pretij debeat cenſeri fructus induſtriæ, ac proinde non obnoxius reſtitutioni.

Nam plures, & magis communiter aſſerunt, etiamſi nulla facta mutatione in re ipſa, illa iuſto pretio fuerit pluris vendita, augmentum, ſeu exceſſum pretij debere reſtitui domino comparenti, rem ſuam non inuenienti. ita Vaſquez, Rebellus, Leſſius, Sanchez, Bonacina locis *num. præcedenti* relatis, Couarruuias, vterque Nauarrus, Angelus, Sylueſter, Sotus locis *ſuprà num. 1865.* allegatis, & plures alij relati à Sanchez *d. num. 28.* & videtur idem aſſeruiſſe Molina *tom. 2. de iuſtitia, diſp. 380. num. 6. verſic. quod ſi res aliena.* Probatur hæc ſententia primò, quia in eo augmento pretij factus eſt ditior ex re ipſa, & tale augmentum cenſetur fructus rei, non induſtriæ, ac proinde reſtituendum vero domino rei; quod autem tale augmentum ex ipſa re proueniat tanquam illius fructus, ſuadetur ex eo, quòd res illa verè tanto pretio valebat, ſecus pretium fuiſſet iniuſtum. Secundò, quia res æquiualenter exiſtit in augmento pretij; ergo ſicut res eſſet reſtituenda, ſi extaret, ita reſtituendum eſt pretij augmentum. Tertiò probatur argumento *l. ſi & rem, & pretium, ff. de petit. hered.* vbi dicitur quòd *poſſeſſor bonæ fidei debet, & rem reſtituere petitori, & quod ex venditione eius rei lucratus eſt.* quæ lex licèt loquatur in hærede bonæ fidei vendente rem hæreditatis, in quo caſu eſt ſpecialis ratio, & pretium ſuccedit loco rei, quod non contingit in contractibus ſingularium rerum, iuxta dicta *ſuprà num. 1867.* nihilominus, inquit Sanchez *citato cap. 23. num. 29.* probat etiam in præſenti caſu, nam ſi ille pretij exceſſus, ex re hæreditatis, non ex re hæreditaria proueniret, ſed eſſet fructus ſolius induſtriæ, non ſuccederet loco hæreditatis, nec illi accreſceret, & conſequenter nec vero hæredi deberetur, ſed eſſet poſſeſſoris, quia poſſeſſor bonæ fidei hæreditatis alienæ tantum tenetur reſtituere, quantum ex illa alienata euaſit ditior, ex *l. vtrum, in principio.* & ex allegata *l. ſed etſi lege. §. item ſi rem, ff. de petit. hæred.* ergo illius legis textus cenſet illum fructum rei alienæ, & non ſolius induſtriæ, & ideo poſſeſſorem teneri illum reſtituere, tanquam factum in eo ditiorem, quæ ratio etiam in præſenti caſu militat. ita Sanchez, addens tamen *d. num. 28. initio*, ex illo exceſſu pretij deducendum fructum, ſeu pretium induſtriæ, ſi venditor ſua induſtria ad talem exceſſum eſt cooperatus.

Alij verò tenent tanquam probabilius, præfatum poſſeſſorem bonæ fidei, qui rem alienam à ſe emptam ſine vlla immutatione in ipſa re vendidit maiori pretio, quàm emerat, vel quia accreuit pretium eius rei, vel quia emit iuſto pretio infimo, & vendidit iuſto pretio medio, vel ſupremo, non eſſe obligatum reſtituere domino rei talem exceſſum, in quo factus eſt locupletior. ita Molina *tom. 3. de iuſtitia d. diſp. 721. num. 10.* Layman loco *ſuprà num. 1869.* allegato Diana *part. 3. tract. 5. miſcell. reſolut. 41.* & Ioann. Lugo, (licèt cum aliqua limitatione,) *d. ſect. 4. num. 20.* ratio præcipua eſt, quia illud augmentum pretij cenſetur eſſe lucrum fortunæ, vel induſtriæ. 1872.
Confirmat Molina, quia ſi dominus recuperaſſet rem ſuam ab eo, qui emerat, vel fortè à fure, qui ab eodem ſecundo emptore eodem, vel minori pretio recuperaſſet, non poſſet iuſtè obligari ad dandum illum exceſſum eidem domino, quia dum ſuam rem recuperauit, iam ſatisfactum eſt iuſtitiæ, & ſeruata æqualitas. Confirmat prætere a, tum quia, ſi venderet minori pretio, & poſtea dominus rem vendicaret, idem dominus non teneretur illi pretium decrementi reſtituere, etiamſi fur non inueniretur, vel eſſet impotens ad talem reſtitutionem, & fortè ſi eſſet potens, adhuc ad id non teneretur, quia ſolùm tenetur ei de euictione, quantum ſua eius, qui ab eo emit, intererat, rem non eſſe alienam: ſiue autem ea res eſſet aliena, ſiue propria, eodem pretio fuiſſet eam venditurus, & conſequenter fur non tenetur, (quamuis contrarium ſentiat Sanchez *d. num. 18.* eo quòd fur alioqui ex furto lucraretur,) illi de eo pretij decremento: tum quia iſte venditor bonæ fidei iuxta magis communem ſententiam tenetur emptori de euictione ad totum intereſſe; cùm ergò ſubiaceat huiuſmodi periculis, conueniens etiam eſt, vt reportet lucrum, ſi ex tali negotiatione vendendo, & emendo proueniat, & hoc lucrum potius ex fortuna, & induſtria, quàm ex re ipſa prouenire dicendum eſt. Confirmat denique Molina, quia etiam quòd fur, aut vſurarius ita lucrerur ex rebus alienis vſu conſumptibilibus cum eis negotiando, ad ipſos ſpectat tanquam fructus ſuæ induſtriæ, & non rei, vt latè idem Molina *tom. 1. diſputat. 327. concluſione 2.* Et ego quoque probabiliorem puto hanc ſententiam; & omninò admittendam cenſeo, quando iſte bonæ fidei venditor erat pretio illo, quo rem alienam bona fide emit, negotiaturus; & plus, aut tantum, quantum eſt illud pretij augmentum, acquiſiturus; tunc enim vt in ſua bona fide conſeruetur indemnis, non debet conſtringi reſtituere, vt docuit etiam Lopez *p. 1. instructoris cap. 139*

† Ad dictam autem *l. ſed etſi rem, de petit. hæred.* & etiam *l. item ſi verum, §. eos, ff. eodem.* reſpondent Molina, Layman, & Lugo eos textus loqui in hærede bonæ fidei, qui rem hæreditatis credens ad ſe 1873.
hæredi

Digitized by Google

hæreditatem pertinere, vendit; quia iuxta dicta *num.* 1867. in huiuſmodi rebus vniuerſalibus bona fide diſtractis, & iterum empris, pretia ex eis comparata cedunt hæreditati, ſeu ſuccedunt loco rerum; & res etiam pecunia hæreditatis comparatæ cedunt hæreditari loco pecuniæ, & bac de cauſa augmentum pretij ex re hæreditatis primò venditæ maiori pretio, & poſtea redemptæ pretio minori, (qui eſt caſus *d. l ſed et ſi rem,*) hæreditati cedit; ſecus autem in contractibus particularibus, ſeu rerum particularium, vt *d. num.* 1867. Aliter etiam reſpondet Ioannes Lugo, ſcilicet, vel fortaſſe illam deciſionem ſolùm eſſe de iure poſitiuo D. Adriani; oppoſitum verò eſſe de iure naturali, vt videtur *ibidem* inſinuari; vel fundatam in præſumptione, quòd poſſeſſor bonæ fidei hæreditatis voluerit pretium loco rei ſubſtituere in hæreditate. Sed hæc ſecunda reſponſio non colligitur ex verbis Adriani, vt prætendit idem Lugo; ſed immò potiùs præſumi poteſt poſſeſſorem voluiſſe ſibi lucrari: altera verò reſponſio non impedit, eo quia lex illa ſeruanda ſit etiam in foro conſcientiæ.

1874. Limitat autem Lugo præfatam ſententiam, ſeu doctrinam dupliciter; primò vt iſte venditor bonæ fidei, ſi emit à fure, vel ab alio infimo pretio, & vendidit pretio ſummo, non teneatur quidem reddere ſummum, ſeu exceſſum medij pretij, teneatur autem medium, ſeu illud augmentum pretij excedens infimum, & conſtituens medium pretium reſtituere domino eiuſdem rei non recuperanti rem ſuam. & rationem eſſe ait, quia licèt exceſſus pretij ſummi ſupra medium ſit fructus induſtriæ, exceſſus tamen medij ſupra infimum non videtur fructus induſtrialis; ſed magis quaſi naturalis, eo quòd res ſe ipſa patiat quaſi naturaliter pretium illud medium ſine notabili induſtria, ſicut (inquit) ager producit ſegetes cum mediocri induſtria; ac proinde ſi non attingat medium pretium, magis eſt negligentia venditionis, quàm ſit induſtria ſi attingat; & ita in illo exceſſu cenſetur factus locupletior ex re ipſa, atque adeò tenetur illum reſtituere domino, qui etiam pretio infimo non poſſet comparare aliam ſimilem rem, niſi maxima induſtria, & diligentia. Sed hanc limitationem non admittunt Molina, & Layman *vbi ſuprà*, volentes totum pretij augmentum minimè eſſe reſtituendum, & ita ſuppoſita poſteriori illa ſententia, probabilius iudico, quia cùm etiam pretium infimum intra latitudinem pretij iuſti, ſit iuſtum pretium, tam exceſſus pretij medij, quàm ſummi pretij, non cenſetur fructus naturalis, ſed induſtrialis, licèt in eo non tanta induſtria exigatur, ſicut cùm res venditur ſupremo pretio.

1875. Secundò limitat eadem *ſect.* 4. *num.* 23. vt exceſſum pretij, quo rem vendidit, debeat iſte poſſeſſor bonæ fidei, qui minori emerat bona fide rem alienam, reſtituere domino illam non recuperanti, ſi pretium iuſtum rei cum illa latitudine pretij infimi, medij, & ſupremi auctum ſit à tempore, quo ipſe bona fide rem illam emit; ſi enim, v. g. emit à fure triticum furtiuum, quando viliori pretio vendebatur, & poſtea ob raritatem creuit pretium tritici, & illud in eodem loco vendidit abſque vlla alia induſtria pretio medio, quod non erat pretium iuſtum medium eiuſdem rei tempore acceptionis à fure; exceſſus ille videtur (inquit Lugo,) ex ipſo tritico prouenire, ac proinde illum exceſſum non reſtituendo domino tritici non recuperanti ſuum triticum, ſit locupletior ex re aliena, non ex ſua induſtria. Addit idem Lugo eum teneri ad exceſſum, quo pretium illud medium, quo vendidit, ſuperabat pretium aliud medium, quo illud antea comparauerat. Verùm neque hanc limitationem volunt Molina, & Layman *allegatis locis*; iuxta quos dicendum eſt incrementum illud pretij tritici eſſe potius lucrum fortunæ, quàm fructum rei, & venditionem etiam illam maiori pretio medio, vel ſupremo effectum etiam eſſe induſtriæ, & diligentiæ venditoris.

Porrò *num.* 1872. proponendo hanc poſteriorem 1876.
ſententiam Molinæ, & aliorum, dixi *ſine vlla tranſmutatione in ipſa re.* nam ſi eandem rem viliori pretio à fure emptam carius vendita eſt, quia poſtea melior in ſe facta fuerat, vt ſi equus adoleuerat, vel vinea creſcentibus viribus melior facta fuerat, exceſſus pretij deductis expenſis, & lucro induſtriæ debito debetur vero domino comparenti, quia verè eſt fructus rei alienæ; quem propterea poſſeſſor bonæ fidei comperto domino reſtituere tenetur in quantum factus eſt locupletior, iuxta præallegatam regulam, & ita etiam Molina *d. num.* 10. *initio*, Lugo *d. ſect.* 4. *num.* 20. *initio*, & ſupponunt tanquam indubitatum alij.

Si poſſeſſor bonæ fidei rem furtiuam ſibi donatam vendiderit ſummo pretio, an domino apparenti teneatur totum pretium reſtituere, an verò poßit ſibi retinere exceſſum ſupra infimum, aut ſaltem ſupra medium pretium.

SEd quid, ſi is, qui bona fide à fure, vel alio bonæ 1877.
fidei poſſeſſore dono accepit rem alienam, v. gr. equum, aut triticum, & durante bona fide vendidit eandem rem iuſto pretio ſupremo, an domino comparenti, & rem ſuam non recuperanti teneatur reſtituere totum illud pretium? & quidem aliqui ex Doctoribus *ſuprà num.* 1869. allegatis aiunt donatarium bonæ fidei venditorem rei alienæ teneri reſtituere vero domino pretium. ita Saytus, Layman, Diana, Trullench: alij verò expreſsè aiunt teneri totum pretium domino reddere. ita Molina, Vaſquez, Sanchez, Bonacina, & quòd totum pretium, non ſolùm infimum, ſed & medium, & ſupremum ea obligatione reddendum ſit, oportet teneant omnes Doctores *num.* 1871. relati; videtur enim iſte donatarius venditor non ſolùm in pretio infimo; ſed etiam in medio, & ſupremo, factus ex re aliena donata ditior, atque ita ad totum illud pretium re-
ſtituendum vero domino obligatur. † Ioannes au- 1878.
tem Lugo *d. ſect.* 4. *num.* 21. ait hunc donatarium bonæ fidei venditorem rei alienæ pretio iuſto ſummo non teneri reſtituere totum illud pretium ſummum; *num.* verò 22. non ſatisfacere reddendo ſolum infimum, retinendo ſibi totum exceſſum, ſed debere reſtituere etiam exceſſum vſque ad medium pretium. Primum dictum probat, quia exceſſus pretij ſupremi ſupra medium eſt fructus induſtriæ ſuæ, qua pretium illud ſummum inuenit. Confirmat, quia poſſet tunc iſte donatarius venditor emere aliam rem ſimilem æquè bonam, (v. g. alium equum æquè bonum) quam redderet domino, & tunc ſatisfaceret, nec teneretur dare illum exceſſum pretij, cùm iam dominus non habeat minus in bonis, quàm debeat habere; ergo etiam ſatisfaciet dando quantum ſatis eſt ad emendam ſimilem rem bonam, ſcilicet, dando pretium medium, cuius rationem à priori eſſe ait, quod obligatio, qua poſſeſſor bonæ fidei tenetur reddere, quantum factus eſt

locuple

Digitized by Google

locupletior, ſuccedit in defectum rei alienæ, ſiquidem debet vel reddere rem, vel ſaltem illud, in quo factus eſt ditior; ergo quoties ipſe eligit reddere rem, vel pretium iuſtum, non eſt obligandus, vt reddat id, in quo factus eſt ditior. Secundum dictum probat, quia exceſſus pretij medij ſupra infimum, iuxta ipſius doctrinam *num.* 1874. adductam, non eſt fructus induſtrialis, ſed potiùs naturalis ex ipſa re quaſi naturaliter proueniens; ergo cùm in eo, cauſa ipſius rei alienæ, ſit factus locupletior donatarius venditor, debet illam reſtituere vero domino. Et confirmat quia dominus debet ab hoc donatario habere vel rem ſuam extantem, vel rem ſuam æquiualenter: hanc autem non habebit dato illi ſolùm pretio infimo; quia hoc pretio infimo non poteſt communiter comparare ſibi aliam rem ſimilem, niſi adhibita maxima induſtria, & diligentia: poſſet autem, (iuxta eundem Lugo,) aliam rem æquè bonam emere, quam fortaſſe poſſet minori pretio comparare, & reddere illam domino, retinendo ſibi lucrum prioris venditionis, quia ſi dominus illam rem ſuam inueniret, illam ſolam deberet, (vt ipſe Lugo ſentit, de qua re mox,) habere, & conſequenter illi integrè ſatisfit, ſi detur ei res
1879. ſimilis æquè bona. hæc Ioannes Lugo. † Cuius primum dictum ego quoque tanquam probabile arbitror, cùm exceſſus ille ſupremi pretij ſit fructus induſtriæ, & non mediocris diligentiæ, & non ex re ipſa proueniens: immò cùm iuxta dicta *num.* 1874. etiam exceſſus pretij medij ſuper infimum videatur fructus induſtriæ vendentis, licèt minori diligentia reperiatur hoc pretium medium, probabile exiſtimo, neque ad hunc exceſſum medij pretij cogi debere donatarium rei alienæ venditorem; & videtur ſufficienter ſatisfacere domino rei comparenti, dando ei iuſtum pretium infimum. nam cùm etiam hoc pretium ſit iuſtum, vt ſuppono, dando illud, dat rem æquiualenter. Præterea cùm iſte donatarius venditor teneatur, iuxta communem Doctorum, emptori de euictione ad totum intereſſe; quid mirum ſi reportet aliquod ex ſua negotiatione lucrum, non tam ex re ipſa, quàm ex aliqua ſua induſtria, vel fortè ex fortuna proueniens. Neque fortè contrarium ſentit Molina *d. diſput.* 720. *num.* 1. dum dicit hunc donatarium venditorem rei inuento domino teneri reddere ei totum pretium; nam poteſt explicari, (vt etiam notauit Lugo *d. num.* 21.) quod nomine totius pretij non intelligat etiam exceſſum medij, & ſupremi pretij, ſed totum pretium iuſtum illius rei alienæ donatæ, & venditæ: tale autem intra latitudinem pretij iuſti eſt pretium infimum, quod quoque eſt iuſtum, alioqui non liceret tali pretio emere.

Qui bona fide rem furtiuam ſibi donatam vendidit, & poſtea minori pretio redemit, an teneatur rem, & lucrum illud domino apparenti reſtituere.

1880. EX prædictis inferri poteſt reſolutio alterius controuerſiæ, quæ vertitur inter nonnullos ex Doctoribus *ſuprà num.* 1871. allegatis, an ſcilicet, ſi poſſeſſor bonæ fidei rem alienam à fure, vel alio non domino ſibi donatam vendiderit, v. gr. 100. & poſtea redemerit minori pretio, v. gr. octuaginta aureis, comparente domino teneatur ei dare non ſolùm rem ipſam, ſed etiam exceſſum pretij, nempe viginti aureos, quos ex rei venditione habuit. Licèt enim Rebellus *p.* 1. *de oblig. iuſtitia lib.* 2. *d. quæſt.* 5. *num.* 11. & Sanchez *lib.* 2. *ſumm. allegato c.* 23. *num.* 19. affirment teneri reddere rem, & illum pretij exceſſum, deducta ſolùm ſuæ induſtriæ mercede; id probantes tum argumento allegatæ *l. ſed etſi rem, ff. de petitione hæreditatis*; tum quia iſte exceſſus, ſeu lucrum illorum viginti non ſit fructus induſtriæ, ſed proueniens ex re illa aliena, & in eo factus eſt locupletior. Nihilominus tanquam probabilius dicendum eſt, non teneri illud lucrum, ſeu illum pretij exceſſum reſtituere, ſed ſatisfacere integrè, reddendo ei domino rem ſuam non deterioratam, & fructus ex ea debitos, ſi erat frugifera, & ex illorum acceptione factus ſit ditior; & ita etiam docent Molina *tom.* 3. *diſp.* 721. *num.* 10. Bonacina *præallegato puncto* 2. *num.* 12. Diana *part.* 3. *tract.* 5. *allegata reſolut.* 41. & Ioann. Lugo *d. ſect.* 4. *num.* 21. *&* 22. Probatur ex dictis, ſcilicet, tum quia illud lucrum eſt fructus induſtriæ, non rei: tum quia reſtitutione rei non deterioratæ integrè ſatisfit domino, cùm ſeruetur indemnis, nec minus habeat in bonis, quàm debeat habere. Immò Molina *ibidem* ait, quòd ipſe fur, vel vſurarius, aut alius malæ fidei poſſeſſor, ſi rem à ſe venditam redimeret minori pretio, non teneretur reſtituere id, quod lucratus eſt vendendo, & emendo, ſed ſuæ obligationi, & domino integrè ſatisfaceret, reſtituendo ei eandem rem ſine vlla proximi læſione, ſeruandóque illum indemnem, neque res illa vllos fructus habuiſſet: igitur multo minus ſimile lucrum reſtituere tenebitur bonæ fidei poſſeſſor. ad *l. ſed etſi rem*, loquentem in hærede bonæ fidei, qui rem hæreditatis à ſe venditam minori pretio redemerat, patet ex dictis *ſuprà n.* 1867. *&* 1873. ſpeciale enim eſt in diſtractione hæreditatis, & aliarum rerum, ſeu aliorum iurium vniuerſalium, vt pretium ſuccedat loco rei, & ſic accreſcat hæreditati; ſecus in contractibus particularibus, iuxta tradita *eodem num.* 1867.

Poſſeſſor bonæ fidei ab initio poſſeſſionis, poſtea dubius, an res ſit aliena, cùm fecerit debitam veritatis inquiſitionem, comparenti domino tenetur reſtituere ſolùm ad inſtar poſſeſſoris bonæ fidei, & ad quæ teneatur bonæ fidei poſſeſſor.

EX dictis etiam huc vſque manifeſtè colligitur, 1881.
poſſeſſorem bonæ fidei, qui appoſita, poſt ortum dubium, an res ſit aliena, ſufficienti diligentia, ſeu inueſtigatione, manſit adhuc dubius, ſi poſtea certò conſtaret eſſe alienam, non teneri vero domino cognito reſtituere, niſi ad inſtar poſſeſſoris bonæ fidei, ſcilicet, rem ipſam, ſi apud ſe extet, & ſi conſumpta ſit, id ſolum in quo factus eſſet per eam locupletior, iuxta regulam, & doctrinam communem de poſſeſſore bonæ fidei ſuprà *num.* 1865. traditam, ſtatim enim ac præmiſit debitam inquiſitionem, effectus eſt poſſeſſor bonæ fidei, iuxta tradita *ſuprà num.* 1836. & ita etiam in terminis Rebellus *d. quæſt.* 5. *num.* 11. Leſſius *d. cap.* 14. *num.* 23. Sanchez *d. cap.* 23. *num.* 187. & Ioannes Sancius *d. cap.* 23. *num.* 16. *initio.* Quando autem poſſeſſor bonæ fidei cenſeatur ex re aliena bona fide poſſeſſa, & conſumpta, factus ditior, & quos fructus faciat ſuos, an tantùm induſtriales, an verò etiam mixtos, præſertim eos, ad quos producendos plus valuit induſtria, quàm rei natura, & an etiam naturales, non eſt huius loci explicare; latè autem tradunt præallegati Doctores, præſertim Couarruuias *reg. poſſeſſor part.* 3. *initio. & lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 3. Petrus Nauarrus *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 181. Molina *tom.* 3. *de iuſt. diſp.* 720.

& ſeqq. Rebellus *de oblig.iuſtit.part.1.lib.2.d.quæſt.5.* Leſſius *de iuſtit.lib.2.d.cap.*14. Vaſquex *opuſc.de reſt.cap.9.§.2.*Sanchez *lib.2.ſumm.d.cap.*25. Layman, Fagundez, Saytus, Ioannes Sancius locis *ſuprà n.*1865. allegatis. Ioann. Logo *tom.1.de iuſtit.diſp.*17. & alij ab iiſdem relati, Fachinæus *lib.1.controuerſ.iuris c.*57. *& ſeqq.* Merenda *in ſuis controuerſiis*, & Ludouicus Vitalis *lectionum variarum lib.1.cap.*19.

Poſſeſſor bonæ fidei, cui poſtea conſtat rem eſſe alienam, & non reperitur certus dominus, an debeat facere reſtitutionem pauperibus; vbi an debita incerta tam ex delicto, quàm ex contractu licito ſint pauperibus reſtituenda.

1882. AN verò poſſeſſor bonæ fidei, cui poſtea conſtat certò rem apud ſe extantem, vel iam bono fide conſumptam, ſi facta debita diligentia non poſſit inuenire dominum, & cuius ſit, totum id quod deberet reſtituere domino inneoto, teneatur reſtituere pauperibus, vel poſſit ſibi retinere. Huius difficultatis reſolutio peodet ex reſolutione alterius quæſtionis, nempè ao bona, ſeu debita incerta, tam acquiſita, ſeu contracta ex delicto, & iniuſta acceptione; qoàm acquiſira, ſeu contracta ratione rei acceptæ, vel ex licito contractu, v.g. motuo, depoſito, & ſimilibus, ſit reſtituenda pauperibus: & communis opinio eſt, cùm facta ſufficienti diligentia omnino ignoratur verus dominus, aut creditor, omnia debita incerta tam ex delicto, & ioiuſta acceptiooe, qoàm ex contractu licito, vel ratione rei acceptæ diſtribuenda eſſe pauperibus. ita S. Thomas 2.2.*q.*62. *art.5.ad* 2. Caietaous *ibidem, & in ſumma verb.reſtitutio,cap.*4. M. Nauarrus *in man.cap.*17.*n.*92. Couarruuias *reg.peccatum p.*3.§.1.*n.*2. Sylueſter, & alij Summiſtæ *v.reſtitutio*, Molina *de iuſtit. tom.3. diſp.*746. *n.*1. Vaſquez *opuſc.de reſt.c.5.§.4.n.6.* Azor. *p.3.lib.4.c.26.q.1.* Saytus *lib.10.clauis tract.5.c.2.n.4.* Rebellus *de obligat.iuſtit.p.1.lib.2.q.12.n.3.* Fagundez *in Decalog.lib.7.c.21.à n.*3. Bonacina *de reſtit. diſp.1.q.3.p.4.n.3.& 8.* Villalobos *p.2.tract.11.diff.*13. & alij, quos latè referunt Vaſquez *d.§.4.num.*1. Petrus Nauarrus *de reſtit.lib.4.c.1.n.*40. & Saytus *d.cap.2.n.10. & 11.* Quorum fundamentum eſt, vel quia id quoad vtraque bona incerta debita ex delicto, vel contractu ſint de iure naturali (vt aſſerunt Couarruuias, Nauarrus, Caietanus, Fagundez *d.cap.21.n.*14. & plures alij à Sayto *d.n.*10. & à Fagundez *d.cap.25.n.*11. relati.) eo quòd contra ius naturale ſit, quòd quis priuetur domioio rei ſuæ, per hoc quòd ignoretur, ſeu requiſitus oon inueniatur, & dominium acquiratur poſſidenti; ſed immò potiùs ius naturale dictare videtor, vt ſi res ſuo domino reſtitui nequit, expendatur in eius (ſi ipſe ſit capax,) vel aliarum miſerabilium perſonarum vtilitatem, & leuamen, cùm talis eiuſdem domini præſumitur voluntas; vel quia tam incerta acquiſita, ſeu debita ex delicto, quàm ex contractu, mutuo, commodato, veoditione de iure poſitiuo ſint pauperibus diſtribuenda; de acquiſitis enim, ſeu debitis ex delicto conſtat tum ex *cap. cùm tu, de vſuris.* vbi bona incerta, acquiſita ex vſuris cùm dominus ignoretur, à Sommo Pontifice applicaotur pauperibus. tum ex *cap. cùm ſit nimis, de Iudæis.* vbi idem ſtatuitur de iniuſtè acquiſitis prætextu officij, tum ex *can. non ſanè* 14. *quæſt.*5. vbi idem dicitur de acquiſitis, vel debitis, & aliis delictis, & illicitis actionibus. De debitis autem ex contractu licito, vel ratione rei acceptæ probatur, quia etſi de his non conſtet expreſsè ex iure canonico, eo quòd canon non reperiatur id decernens; ita tamen habet vbique conſuetudo (quæ habet vim legis,) Eccleſiæ, & piorum hominum, vt in pias cauſas expendantur.

1883. His tamen non obſtantibus Petrus Nauarrus *d. cap.1.n.46.* aſſeruit bona incerta ex licito contractu, vel ratione rei acceptæ tantùm, à poſſidente poſſe retineri, nec eſſe obligationem ea reſtituendi pauperibus, vel alteri pio operi. & hoc probabile exiſtimant Stephanus Bauny *p.1.Theolog.moral. tract.8. q.5.* Ioannes Lugo *d.tom.1. de iuſtit. diſp.6.ſect.12. num.136.fine.* & Malderus ab eodem Lugo *ibidem n.*134. relatus. & non improbabile dicunt Leſſius *de iuſtit.lib.2.cap.14.num* 38. & huius opinionis fundamentum aſſignatur, quòd neque de iure naturali ſit debitorum incertorum tam ex delicto, quàm ax contractu licito facienda reſtitutio pauperibus, (prout docuerunt Vaſquez, Saytus, Azorius *locis allegatis*, iidem Petrus Nauarrus, Leſſius, Lugo, & Bauny, Sotus *lib.4. de iuſt.q.7.art.1. ad* 3. & Michaël Salon 2.2.*q.*62 *art.5.controuerſ.6*) aut alteri pio operi; quod pluribus probant P. Nauarrus *num.* 44. & Leſſius *num.*36. & præſertim quòd Summus Pontifex, & Principes ſupremi poſſint de huiuſmodi incertis aliter, quàm in vtilitatem pauperum diſponere, & compoſitionem facere, & quia verus dominus ſæpe eſt incapax vtilitatis ſpiritualis, & quia ius naturale dictat, vt aliena non retineantur, ſed domino reſtituantur, oon tamen determinat, neque obligat vt dentur pauperibus, vel alteri, domino ipſo deficiente; reſtitutio enim iure naturali videtur tantùm debita certæ perſonæ, vel certæ communitati; nam vbi non eſt certa perſona, vel communitas, retinendo nulli ſit iniuria: at verò iure poſitiuo inuenitur diſpoſitum ſolum de debitis incertis ex delicto, (vt de debitis ex vſuris *d.cap.cùm tu, de vſuris*, de extortis prætextu officij *d.cap.cùm ſit, de Iudæis*, de debitis ex aliis delictis *d. can. non ſanè*, & etiam *can. qui habetis* 14.*q.*5.) vt pauperibus diſtribui debeant, quod meritò factum eſt, ne alioqui quis furtis, aut ſceleribus diteſcat; de aliis verò incertis debitis ex contractu licito, vel ratione rei acceptæ tantùm nil reperitur iure poſitiuo ſtatutum, vt pauperibus erogentur, aut in pias cauſas expendantur; neque etiam conſtat eſſe conſuetudinem ad id obligantem ad modum legis, ac proinde de rigore iuſtitiæ, aut iuris naturalis, vel poſitiui poſſidens talia bona incerta poſt ſufficientem inueſtigationem domini, nulli tenetur ea reddere, ſed iuſtè tanquam adeſpota, ſeu in nullis bonis exiſtentia retinere: id quod etiam Lugo nititur probare eſſe conforme voluntati domini ignoti. Verùm licèt ſpeculatiuè hæc opinio videatur probabilis, in praxi tamen non videtur recedendum à communi, tanquam magis pia, & vſu ipſo piorum hominum approbata, id quod etiam dicunt Leſſius, & Trullench, & ipſemet Petrus Nauarrus etiam ſuam opinionem ponit ſub cenſura.

Animaduertendum quoque, certum eſſe bona peregrinorum morientium in hoſpitalibus ſine teſtamento, & quorum non apparet legitimus hæres, de iure communi eſſe diſtribuenda, & applicanda pauperibus, vel cauſis piis. ita enim diſpoſitum eſt *Authent. omnes peregrini. C. de ſucceſſion.* & tradunt Couarruuias *d.§.1.n.2.* P. Nauarrus *d.c.1. num.*61. Vaſq. *d.§.4.n.4.* Saytus *d.c.2.n.*8. & Fagundez *d.cap.21.n.8.* quod conſonum eſt ad voluntatem pauperum decedentium: monent autem præfati Doctores id eſſe intelligendum, niſi aliqua lex ſpecialis loci, vel conſuetudo ciuitatis, aut Prouinciæ, vel regni aliud diſponat

ponat

ponat de prædictis bonis, quæ ſi detur, ſeruanda eſt, niſi aliqua alia lex ſuperior Summi Pontificis obſtet. Aduertunt etiam, hoſpitalia vtplurimum habere priuilegium ſuccedendi omnibus ibi morientibus ab inteſtato, ac ſi eſſent legitimi hæredes.

Si poſſeſſor bonæ fidei, poſt factam ſufficientem inquiſitionem veritatis dubius, an res ſit ſua, vel aliena, dubitet ex conſcientia erronea, an licitè rem poſſit retinere, an ſi appareat dominus, teneatur reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei.

1884. QVæret autem fortaſsè hîc aliquis, an ſi bonæ fidei poſſeſſor ſuborto dubio, an res à ſe poſſeſſa ſit ſua, vel aliena, poſt ſufficientem inquiſitionem, adhuc dubius, dubitet ex errore etiam, an eam tuta conſcientia queat poſſidere, & retinere, comperto poſtea domino teneatur reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei, ſcilicet, rem, ſi extet, aut eius æſtimationem, ſi conſumpta ſit, & omnes fructus ex re perceptos, etiamſi non factus ſit ditior. Ad hoc quæſitum

Dicendum primò cum tali dubio practico, licèt ex errore prouenіente, an res ſit ſua, vel aliena, retinendo rem peccare, quia operatur contra conſcientiam practicè dubiam, & dictamen naturale dictans cum tali dubio practico non eſſe licitum rei poſſeſſionem continuare; ex quo fit, vt ſic cum tali dubio rem retinens dicendus ſit mala fide poſſidere, ſeu poſſeſſionem continuare. ita Molina *de iuſtit. tom. 1. diſp. 63. circa finem §. dubium eſt*. Azor *p. 3. lib. 1. cap. 28. quaſ. 2.* Leſſius *de iuſtit. lib. 2. cap. 6. n. 13.* & Sanchez *lib. 2. ſumm. d. c. 13. n. 188.* Poſſeſſor enim bonæ fidei vt quis dicatur, debet exiſtimare rem ad ſe pertinere, vel ſaltem licitè poſſideri.

1885. Dicendum ſecundò huic poſſeſſori ſic dubio non currere præſcriptionem ex diſpoſitione iuris ciuilis. ita Molina, Azorius, Leſſius *locis citatis*, & Fagundez *de iuſt. lib. 2. c. 15. n. 14.* & ratio eſt, quia ad impediendam legitimam præſcriptionem ſufficit mala fides, etiam ex errore, vt latè exemplificant in pluribus caſibus Couarru. *reg. poſſeſſor p. 2. §. 8. n. 5.* & poſt eum Molina *loco citato*, & expreſsè deciſum videtur *l. ſi fur, §. 1. ff. de vſucapionibus*. vbi ita habetur, *ſi quis id, quod poſſidet, non putet ſibi per leges licere vſucapere, dicendum eſt, et ſi erret, non procedere tamen eius vſucapionem, vel quia non bona fide videatur poſſidere, vel quia in iure erranti non procedat vſucapio.* Dixi *de iure ciuili*. nam, (vt rectè notauit Molina *vbi ſuprà*) cùm hæc mala fides proueniat ſolùm ex erronea illa conſcientia, ſeu ex errore cauſante illud dubium practicum, an liceat poſſidere, & retinere rem, quam ſpeculatiuè dubitat, an ſit ſua; & ex natura rei, non obſtante illo dubio ſpeculatiuo liceat retinere rem, illiuſque poſſeſſionem continuare; licèt mala illa fides ac error practicus mentalis ſufficiat, vt peccatum ſit continuare poſſeſſionem cum ea conſcientia; inſpecto tamen iure naturali, & attentis tantùm communibus legibus præſcriptionis, per eam malam fidem practicè non impediretur præſcriptio, eiuſve continuatio non interrumperetur; & ratio eſt, quia error in ſola conſcientia practica non adimit ius, quod quis eo errore ſecluſo, re ipſa habebat, vt Molina, & Sanchez *locis citatis*.

1886. Quare immediatè reſpondendo ad quæſitum dicendum tertiò, hunc poſſeſſorem ita dubium non gaudere priuilegiis, ſeu fauoribus, & effectibus iure ciuili conceſſis poſſeſſori bonæ fidei, nempè vt habens titulum, præter fructus induſtriales, faciat ſuos alios fructus naturales, vel omnes, vel ſaltem prouenientes ex natura, & induſtria ſimul, iuxta Doctorum varias ſententias, neque hos conſumptos teneatur reſtituere, neque quatenus ditior euaſit. At verò gaudere fauoribus, & effectibus iure naturali competentibus poſſeſſori bonæ fidei, ſcilicet, vt ſolùm rem extantem, & ea conſumpta, quatenus factus eſt locupletior, reſtituere teneatur. ita Sanch. *d. num. 188.* & colligitur ex Molina *vbi ſuprà*, & ex dictis vtraque pars dicendi probatur; & prima quidem, quia hic poſſeſſor ita dubius à iure ciuili, *d. l. ſi fur*, cenſetur malæ fidei poſſeſſor, nec poteſt præſcribere, aut continuare poſſeſſionem, & præſcriptionem iam inchoatam; atque adeò habetur tanquam poſſeſſor malæ fidei, & conſequenter iuxta idem ius ciuile tenetur reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei. Secunda verò pars eius dicendi probatur, quia hic poſſeſſor verè, & ex natura rei licitè poſſidere, & retinere poteſt rem ab initio bona fide poſſeſſam, non obſtante dubio ſpeculatiuo, an ſit ſua, vt latè *ſuprà* probatum eſt, & tanquam poſſeſſor bonæ fidei apparente domino habet ius reſtituendi tantùm rem extantem, & quatenus ex ea factus ſit ditior, quod ius à parte rei exiſtens non aufertur per illam malam fidem, ſeu conſcientiam erroneam practicam, vt *num. præcedenti* explicatum eſt. Non deſinam tamen hîc annotare doctrinam, quam tradunt Bartolus *in l. generaliter, columna 3. ff. de vſucapionibus*, & Innocentius *in cap. finali, de præſcriptionibus*, quem refert etiam Balbus *tract. de præſcriptionibus*, loco *ſuprà numer.* 1836. allegato, *quæſt. ibidem allegata num. 7.* eiuſdem quæſtionis, ſcilicet, præſcriptionem bona fide inchoatam non interrumpi non ſolùm per dubium ſuperueniens, an res poſſeſſa ſit aliena, vt *ſuprà d. num.* 1836. oſtenſum eſt; ſed neque per malam fidem medio tempore ſuperuenientem, qua quis credidit rem non eſſe ſuam, ſi poſtea maturiori diligentia adhibita, meliùs informatus credidit, diſpoſita mala fide, non eſſe alienam, ſed ſuam, & addit Balbus fuiſſe originalem opinionem gloſſæ *in d. cap. finali*. Huius autem doctrinæ rationem eſſe ait Bartolus, quia ad hoc, vt mala fides ſuperueniens interrumpat etiam de iure canonico, oporte vt ſuperueniat immutabiliter, ſecus ſi mutabiliter; tunc enim remanet (inquit) incorrectum ius ciuile, quo cauetur ſufficere bonam fidem adeſſe in initio. Et quamuis contrariam opinionem tenuerint Hoſtienſis, & Panormitanus *in d. cap. finali, & ibidem* varie diſtinguat Felinus, tamen Balbus *citato n. 7. fine*, ex Claudio Aquenſe *in d. l. naturaliter col. 2.* ait doctrinam Bartoli, Innocentij, & Gloſſæ eſſe communem. Quare retenta hac doctrina *ad d. §. 1. l. ſi fur, ff. de vſucapionibus*, reſpondendum erit, procedere quando mala fides remanet perpetua, & incommutabiliter.

Qui dubitans, an res vacans eſſet ſua, vel aliena, vel res ab alio legitimè poſſideretur, puta, an eſſet furtiua, cum tali dubio incipit poſſidere, vel præoccupando rem, vel illam accipiendo titulo emptionis, aut donationis animo illam ſibi vſurpandi an peccet contra iuſtitiam, & ad quam reſtitutionem teneatur inuento, vel non inuento poſtea domino.

DVbium quintum, an is, qui inchoauit poſſeſſionem, ſeu cœpit poſſidere cum dubio, quia, 1887.

v.g. dubitans, an res eſſet ſua, vel aliena, rem vacantem, & in nullius poſſeſſione exiſtentem, præoccupauit illam ſibi vendicans, vel ſi ab illo poſſidebatur, dubitans an legitima eſſet alterius poſſeſſio, nempe an res eſſet furtiua, à poſſidente accepit titulo emptionis, vel donationis, aut alio titulo, teneatur rem illam reſtituere.

Circa hoc dubium, conueniunt Doctores *ſuprà n.* 1836. relati, & *infrà* allegandi peccare grauiter, & contra iuſtitiam eum, qui cum tali dubio, an res ſit ſua, vel aliena, vel an ſit eius, qui illam poſſidet, an verò furtiua, talem rem vel præoccupatione ſibi tanquam ſuam vſurpat, vel ab alio poſſidente accipit animo eam retinendi tanquam ſuam; & ratio ex dictis *ſuprà dicto numer.* 1836. eſt, quia in tali dubio, an ſit ſua, vel aliena, vel an ſit furtiua, iniuſtè ſibi rem vſurpat cùm non ſit melior eius conditio ratione poſſeſſionis, quam nunquam habuit, & exponit ſe periculo committendi iniuſtitiam contra alium, de quo dubitat, an ſit ſua, ſi fortè ſua ſit.

1888. Conueniunt etiam iidem Doctores, hunc poſſeſſorem, qui à principio cum tali dubio rem præoccupatione vſurpauit, vel titulo emptionis, aut donationis habuit, teneri ad diligentem veritatis inquiſitionem, id quod ſatis conuincunt tradita *ſuprà n* 1841. & ſi nouit non eſſe alienam, neque furtiuam, poterit retinere, licèt enim peccauerit eam cum illo dubio accipiendo animo illam ſibi vſurpandi, aut retinendi; tamen cùm re vera eſſet propria, vel non furtiua, ſed illius à quo emptione, vel donatione accepit, & conſequenter dominium per emptionem, vel donationem comparauerit, iuſtè poſſidet, & ita ad nullam tenetur reſtitutionem; ſi autem nouerit eſſe alienam, tenetur reſtituere rem, & fructus, iuxta *infrà* dicenda.

1889. Id ergo quod controuertitur eſt, an ſi poſt ſufficientem inquiſitionem non potuit agnoſci veritas, ſed adhuc in iſto poſſeſſore perſeueret dubium, an res ſit ſua, vel aliena; vel an fuerit furtiua, teneatur ad rei reſtitutionem ſaltem pro quantitate dubij faciendam ei, vel eis, de quibus dubitat, vel ſi dubitet tantùm in genere, an ſit aliena, faciendam pauperibus. Et Gordonus *lib.* 5. *quaeſt.* 5. *num.* 9. *verſic. dices.* aſſerit ſtante æquali dubio, poſt factam debitam inquiſitionem non teneri præoccupatorem ad vllam reſtitutionem, ſed poſſe rem totam ſibi, tanquam illius dominum retinere; & idem à fortiori ſentit Medina loco *ſuprà num.* 1849. allegato.

Probatur primò hæc ſententia ex Gordono, quia ſtante æquali dubio non apparet, cur non debeat eſſe melior conditio primi occupantis. Confirmatur tam quoad poſſeſſorem, qui in dubio rem vacantem præoccupauit, quàm quoad poſſeſſorem, qui dubitans an eſſet furtiua, ab alio accepit; quia cæteris paribus melior eſt conditio poſſidentis; ergo ſtante æquali dubio, nulla erit obligatio reſtitutionis, neque totius, neque partis rei poſſeſſæ,
1890. ſed tota res poterit retineri. † Secundò probatur hæc ſententia, & ratio præcedens cum ſua confirmatione magis roboratur. Nam ſi hic poſſidens, qui præoccupando, vel ab alio poſſeſſore accipiendo, inchoauit poſſeſſionem cum illo dubio, an res eſſet ſua, vel aliena; vel an tradens eſſet dominus, an verò res tradita eſſet furtiua, poſt factam debitam inquiſitionem adhuc dubius tenetur reſtituere rem totam, vel partem, nec poſſeſſio facit eum melioris conditionis, maximè quia non cenſetur poſſeſſor bonæ fidei, ſed potiùs mala fide ab initio poſſediſſe, & in eadem mala fide perſeuerare; at hoc minus verum eſt, nam tali dubio tam exiſtente ab initio poſſeſſionis, quàm poſtea, poſt debitum veritatis examen perſeuerante non obſtante, dicendus eſt poſſeſſor bonæ fidei, & non malæ. quod probatur, quia dubia fides, ſeu dubium an res ſit aliena, vel furtiua, non differt à bona fide, ſed eſt idem cum illa, ſi non ſit ſupinum, & ex culpabili negligentia, & inſcitia proueniens; vt tenuerunt Gloſſa *in cap. ſi diligenti, verb. bona. & in cap. final verb. nulla, de præſcriptionibus.* Panormitanus *in eodem cap. fin. numer.* 39. & vltra alios à Sanchez *lib.* 2. *ſumm cap.* 23. *numer.* 169. relatos Vaſquius *quaeſt. illuſtr. lib.* 2. *cap.* 77. *numer.* 3. *& ſequentib.* inde affirmantes dubium, an res ſit aliena (ſi non ſit ſupinum) non impedire initium, & inchoationem præſcriptionis, ſicut non impedit continuari, & perfici præſcriptionem abſque tali dubio iam inchoatam. Horum autem Doctorum fundamentum eſt, quòd is dicatur habere bonam fidem, qui ignorat rem, quam poſſidet, eſſe alienam; & qui non habet conſcientiam, ſeu ſcientiam alienæ, *can. ſi virgo* 34. *quaeſt.* 2. *& dicto cap. fin. de præſcriptionibus*; quorum textuum verba habentur *ſuprà numer.* 1836. dubitans autem ignorat, & neſcit eſſe aliena, ſeu non habet ſcientiam rei alienæ; ergo habet bonam fidem, & conſequenter ſufficientem etiam, iuxta ius canonicum, non ſolùm ad perficiendam, ſed etiam ad præſcriptio-
nem inchoandam. † Quare Vaſquius *dict. num.* 3. 1891.
& num. 12. dum iura, vt *d. cap. fin. de præſcriptionibus, & l. vnic. C. de vſucapion. transferen.* dicunt ad præſcriptionem legitimam deſiderari bonam fidem, ait iura prædicta non exigere quòd debeat adeſſe bona fides poſitiuè, ſed ſecundùm iura ſufficere quòd adſit bona fides priuatiuè, nempè, vt abſit mala fides, quod contingit (inquit) cùm datur ignorantia rei alienæ, *dict. cap ſi virgo. & dict. cap. fin.* quòd autem adſit bona fides, id eſt, vt emens certò, & indubitanter putet, vel putarit venditorem eſſe, ſeu fuiſſe dominum, hoc in prædictis textibus ad legitimam præſcriptionem non exigitur, nec exigi poterat, ait idem Vaſquius, cùm ſufficiat credulitas accipientis; idque pluribus probare conatur *à numer.* 3. *ad* 21. quæ tamen concludunt ſolùm ad præſcriptionem non requiri, quòd quis certò, & indubitanter iudicet, quòd ſit ſua res, cuius vacantis poſſeſſionem præoccupat, aut ſit dantis, ſeu habentis poteſtatem transferendi dominium, à quo illum emptione, vel donatione accipit; hoc enim vtplurimum eſt impoſſibile; ne-
que requiritur ad bonam fidem habendam. † Sed 1892.
vt bona fides adeſſe dicatur ſufficit, quòd quis probabiliter attentis, & perſonæ circumſtantiis putet rem eſſe ſuam; aut illum, à quo accepit, habuiſſe ius illius diſtrahendæ, ſeu transferendi illius dominium in emptorem, vt tradunt Couarruuias *reg. poſſeſſor part* 2. §. 7. *numer.* 1. & Sanchez *lib.* 2. *ſumm. dict. cap.* 23. *numer.* 158. id colligentes ex *l. bona fidei* 110. *de verb. ſign.* ibi, *Bona fidei emptor eſſe videtur, qui aut ignorauit eam rem eſſe alienam, aut eum, qui vendidit, ius putauit vendendi habere.* & idem colligitur ex *dict. cap. ſi virgo, & d. cap. fin.* in quibus textibus omnibus ad bonam fidem non requiritur certitudo, ſed credulitas, ſeu exiſtimatio rationabilis, nempè aſſenſus probabilis rem eſſe ſuam, vel dantem habere ius diſtrahendi; vnde è contrario mala fides non eſt certitudo, ſeu ſcientia, & indubitatus aſſenſus rem eſſe alienam, ſed tradentem, ſeu vendentem non eſſe dominum, aut non habere ius illius

lius diſtrahendæ: ſed vt dicatur mala fides, ſufficit credulitas, ſeu probabilis aſſenſus rem eſſe alienam, aut eum, à quo quis accipit, non eſſe dominum, nec illius diſtrahendæ ius habere, vt iidem Couarruuias, & Sanchez explicant, & ex præallegatis textibus colligitur: igitur ex iuribus, quæ Vaſquius cumulat, non colligitur dubium ſtrictum, & rigoroſum, an res ſit aliena, vel an ille, à quo quis emit, ſit dominus rei, ſufficere ad bonam finem, & ad inchoandam continuè perficiendam præſcriptionem; ſed ſolum credulitatem, qua quis probabiliter putat non eſſe alienam, vel eum à quo accipit, eſſe dominum, iúſve illam diſtrahendi habere. prædictis ergo non obſtantibus,

1893. Communis ſententia eſt, præfatum poſſidentem, qui ab initio poſſeſſionis dubitans an res vacans, & à nemine poſſeſſa eſſet ſua, vel aliena præoccupatione vſurpauit, vel accepit ab eo, quem dubitabat eſſe dominum, aut habere poteſtatem transferendi dominium, eo dubio etiam poſt ſufficientem inquiſitionem perſeuerante, teneri reſtitutionem facere ſaltem ſecundùm proportionem dubij, quod res ſit aliena. ita Molina *de iuſtitia tom.1. diſput.36. §. verum enim verò, diſp.8 . colum* 493. *& tom.3. diſp* 723. *num.3. & 4 verſic. Tertia autem pars, & num.5.* Vaſquez 1.2. *diſp.66. cap.7.* Sanchez *d.cap.23. num.171. & lib.2. de matr.diſp.41. num.24. & 25. & conſiliorum moralium lib.1. cap.1. dubit.4. num.8. & 9.* Leſſius *de iuſtit.lib.2.cap.6 num.10. & cap.14. num 25.* Rebellus *de obligat.iuſtit.part.1.lib.2.quæſt.5. num.7.8. & 9.* Sayrus *lib.1. clauis cap.13.num.16.* Salas 1.2. *tract.8. ſect.13.n.233.* Azorius *1.p.lib.2.cap.19.q.6.* Bonacina *de reſtit.diſp.1.q 2 puncto 2.num.11. & 12* Villalobos *p.1.tract.1. diſſ.10.n.5.* Layman *lib.1.tract.1.c.5.§.3. n.22.* Coniuch *de Sacram.diſp.34.n.89.* Filliuc. *tom.2. tract.32.c.4 n.91.* Ariaga *tom.1.diſp.26. num.6.* Martinus Breſſerus *de conſcientia lib.4.cap.4.n.34.* Caſtrus Palans *tom.1. tract.1. diſp. 3. puncto 5. num.2.* Diana *p.4.tract.3.reſolut.27.* Trullench *lib.7.in Decalog.c.11. dub.4. num.4.* Ioannes Lugo *de iuſtit. tom.1. diſp.17. ſect.4 num.81.& 82.* Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip. p.2.lib.4.diſp.10.num.206. verſic. longè aliter*, & alij communiter à Sanchez, Sayro, & Salas relati. Probatur hæc communis ſententia, quia in hoc dubio poſſeſſio (quæ eſt tota ratio, vt poſſeſſor in dubio, an res ſit aliena, ſit melioris conditionis, & poſſit totam rem ſibi retinere) non ſuffragatur poſſidenti; ergo non habet maius ius, quàm alter, de quo dubitat, an res ſit ſua; & conſequenter non poteſt ſibi illam rem applicare, ſed tenetur ad reſtitutionem ſaltem pro ratione dubij. Antecedens, & quòd poſſeſſio non ſuffragatur, vt poſſidentis ſit melior conditio, probatur, quia ab initio huiuſmodi poſſeſſio non fuit legitima, & iuſta, & talis, qualis iuxta ius naturale, & poſitiuum requiritur, vt ſuffragetur ad faciendam meliorem poſſidentis códitionem, & ad rei præſcriptionem; hæc enim debet cum bona fide, & iuris adminicolo inchoari, vt colligitur ex poſſeſſionis definitione, quam ex communi Doctorum tradit, & latè explicat Molin. *de iuſt. tom.1. diſp.12.* quæ definitio eſt hęc: Poſſeſſio eſt rei corporalis detentio corporis, & animi iuriſque adminiculo; at qui rem aliquam accipit animo eam applicandi ſibi, vel acquirendi illius dominium, ſeu faciendi ſuam, dubitans an ſit ſua, vel aliena, vel furtiua, & conſequenter dubitans, an habeat ius accipiendi, verè non habet ius accipiendi, ſed immò accipiendo eo animo vſurpandi, & faciendi ſuam peccat, (vt *ſuprà n.1836. & n.1887.* dictum eſt,) eo quòd, cùm immediatè ante non poſſiderit eam, non eſt melior eius conditio, ac proinde iniuſtè rem ſibi arrogat, quam non magis æſtimat ad ſe, quam ad alium ſpectare; ergo caret iuris adminiculo, & eſt poſſeſſor non bonæ, ſed malæ fidei. Quod magis confirmatur, quia neque habet bonam fidem ſpeculatiuè, quæ tunc eſt, quando omnibus conſideratis probabiliter quis credit rem eſſe ſuam, vel tradi ab eo, qui habet ius illius diſtrahendæ, iuxta *l. bona fidei*; & alia tradita *ſuprà n.1886.* non verò quando ſolùm dubitat, ſed neque habet bonam fidem practicè, ſcilicet, quòd exiſtente eo dubio, an ne res illa ſua, aut furtiua, necne, licitum ſit eam ſibi vſurpare; nam potiùs practicè habet malam fidem, eo quòd conſcientia tunc practicè dictet illicitum, & iniuſtum eſſe eam ſibi vſurpare, ergo verè eſt poſſeſſor malæ fidei, cùm poſſeſſio ſit cum mala fide inchoata; & ſic eius conditio non eſt melior, vt proinde ratione poſſeſſionis poſſit in eo dubio poſt ſufficientem inquiſitionem perſeuerante, totam ſolam rem retinere. † Et propter modò dicta, 1894.
dubium, an res ſit ſua, vel aliena, vel an is, à quo quis emit, vel dum accipit, ſit dominus, an verò res ſit furtiua, non ſufficere ad inchoandam præſcriptionem, de communi Doctorum docent Couarruuias *d. reg. poſſeſſor p.2.§.7.n 3.* Molina *tom.1. de iuſtitia diſp.61. concl.1.* Azorius *p.3.lib.1.cap.28.q.1.* Fagundez *de iuſtitia lib.2.c.15.n.10.* & Breſſerus *d c.4.n.37.* eam afferentes rationem, quòd ad præſcriptionem requiritur bona fides, *d l. vnic. C. de vſucapion. transfer. d c ſi virgo 34.q.2. & d.cap. fin. de præſcript.* Qui autem cum dubio illo inchoat poſſeſſionem, eſt in mala fide, præſertim practica, cùm conſcientia tunc dictet, in tali dubio nefas, & iniuſtum eſſe rem ſibi vſurpare, & ex his manent ſoluta fundamenta alterius ſententiæ; cóſtat enim in hoc non eſſe meliorem poſſidentis conditionem, cùm ſit ab initio malæ fidei poſſeſſor, & illi non ſuffragetur: conſtat etiam dubiam fidem, ſeu dubium an res ſit aliena, non ſpectare ad bonam fidem, neque ſufficere ad inchoandam præſcriptionem, ad quam requiritur bona fides poſitiuè, non verò ſolùm priuatiuè, vt vult Vaſq. immò conſtat (quod fortè non aduertit Vaſquius,) dum quis dubitans an res ſit ſua, vel aliena, aut furtiua, illam vſurpat, vel emit, aut accipit animo faciendi ſuam, tunc adeſſe practicè malam fidem, cùm tunc conſcientia dictet iniuſtum eſſe accipere. Ad textus autem *in c. ſi virgo, & c. fin.* quatenus in eis dicitur ad bonam fidem, & ad præſcriptionem ſufficere, quòd poſſidens ignoret rem eſſe alienam, aut in nulla temporis parte habeat conſcientiam rei alienæ, reſpondetur ex dictis *ſuprà n.1836.* prædicta iura loqui de poſſeſſore, qui ab initio bona fide poſſeſſionem, & præſcriptionem inchoauit, & ita intelligi quoad continuationem poſſeſſionis, & præſcriptionis, vt *d. n.1836.* explicatum eſt; & ita dicta iura intelligunt Leſſius loco *eod. n.1836.* allegato. & Fagund. *d c.15. n.11.* Secundò ad textum *in cap. ſi virgo*, reſpondent Couarruuias *d.§.7.n.4.* & Sanchez *d c.23 n.189.* dum ibi dicitur quempiam eſſe bonæ fidei poſſeſſorem, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienam; ignorantiam accipi pro ignorantia poſitiua, qua quis errat credens rem quam poſſidet eſſe ſuam, cùm ſit aliena; non autem pro ignorantia negatiua, qua quis dubitat rem, quam poſſidet, eſſe ſuam, quem intellectum latè probat *ibidem* Couarruuias. ob adducta etiam *eodem n præcedenti*, Molina *d. diſp 81. d. verſic. quod ſi hæc*, aſſerit hæredem alias ab inteſtato, qui in dubio an ea fuerit voluntas teſtatoris, qui in teſtamento minus ſolemni alium inſtituiſſet hæredem, & reliquiſſet legata, & fideicommiſſa, vt bona eſſent hæredis teſtamentarij, hæreditatem ſibi per viam iuris,

aut alio modo vindicauerit, teneri pro ratione faceſe compenſationem cum hærede legatariis, & fideicommiſſariis ita minus ſolemniter inſtitutis. Quod idem dicendum de quocunque, qui rem aliquam incepit mala fide poſſidere, quam defunctus bona fide poſſidebat, ſcilicet, teneri ad reſtitutionem ad dubij proportionem, vt etiam notarunt Bonac. & Trullench *locis citatis*. Quanquam aduersùs Molinam Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 43. *n.* 52. *verſic. & minus*, aſſerat non peccare hæredem ab inteſtato, qui ſibi applicari petit hæreditatem, & non ſoluit legata relicta per teſtamentum minus ſolemne, etiamſi ſibi certò conſtet illam fuiſſe voluntatem defuncti; nam (inquit) ius ineſt hæredi ab inteſtato ad hæreditatem capiendam, & reſpublica potuit iuſtè inanem reddere defuncti voluntatem ad tollendas fraudes ex teſtamento minus ſolemni promanantes. Nec ius poſitiuum (addit) derogat iuri naturali dictanti quemcunque poſſe rem propriam in alium transferre; ſed ius naturale ſtrictius, nempè non parandi vias ad dolos, & fraudes, vincit ius illud particulare defuncti. Quare ſubdit idem Sancius Molinam *d. diſp.* 81. *verſic. expediret profectò*, *n.* 24. abſque cauſa dolere, quòd legiſlatores non diſertis verbis explicant, non intendant irritas omnino reddere defunctorum voluntates, impedireque, ne ex eis obligatio naturalis oriatur: namque, ait, ſi eam impedire non intenderent, fruſtrà teſtamenta minus ſolemnia annullarentur, & via ſemper adeſſet ad fraudes, & dolos in Republica. Quare cõcludit idem Sancius, quòd ipſe principiis intrinſecis ductus exiſtimat verum, per teſtamentum minus ſolemne nullum habere ius in foro conſcientiæ legatarium ad rem legatam accipiendam, ſed peccare ſi eam accipiat; at per principia extrinſeca ſe iudicare oppoſitum eſſe ſatis probabile: ſed de hac controuerſia fortaſſe agemus *infrà* in alio titulo.

1895. Dixi verò hunc poſſeſſorem ab initio poſſeſſionis dubium, an res præoccupata eſſet aliena, vel eſſet furtiua, quam ab alio poſſeſſore accepit, teneri ad reſtitutionem ſaltem ſecundùm proportionem dubij. Quia, vt omnes Doctores pro hac communi ſententia allegati aſſerunt, perſeuerante dubio poſt factam debitam veritatis inquiſitionem, non tenetur reſtituere totam rem, ſed partem illius æqualem, vel maiorem, aut minorem iuxta æqualitatem, aut maiorem, vel minorem dubij qualitatem: ita quòd ſi dubium, ſpectatis omnibus rationibus, & coniecturis, ſit æquale, medietatem poterit retinere, alteram medietatem debebit reſtituere ei, de quo dubitat an ſit ſua; ſi magis inclinet vt ſit aliena, maiorem partem tenebitur reſtituere; & è contra ſi magis inclinet, vt ſit ſua, maiorem partem ſibi retinere poterit. Ratio autem cur non totam rem, ſed dumtaxat partem ſecundùm dubij proportionem reſtituere teneatur, eſt quia cùm non ſit certus, rem præoccupatam eſſe alienam, vel emptam, aut dono acceptam eſſe furtiuam, ſed tantùm dubitet, habet & ipſe in ea ius dubium, & non debet eſſe deterioris conditionis, quàm alter, de quo dubitat, an ſit ſua, & conſequenter non obligatur ad reſtituendum niſi ſecundùm dubij proportionem, iuxta modum *ſuprà n.* 1851. explicatum, ſcilicet, diuidendo rem, ſi ſit diuidua, vel ſi ſit indiuidua, deueniendo ad compoſitionem, vel diuidendo pretium, quod intelligitur non ſolùm poſt factam debitam inquiſitionem; ſed etiam quoties inquiſitio moraliter non eſt poſſibilis, vt aiunt Rebellus, & Sanchez, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio. item intelligitur, ſi ab initio acceperit ab alio credens eſſe furtiuam, ſed poſtea cœpit rationabiliter dubitare, & facta ſufficienti diligentia non potuit dubium vincere; nam etiam in hoc caſu dubio non tenetur rem totam, ſed partem ſolùm pro quantitate dubij reſtituere, vt conuincit ratio adducta, & tradunt etiam in terminis Sanch.
& Villalobos. † Addit Breſſerus, ſi aliquo caſu res, 1896.
eiúſve pretium diuidi non poſſet, v.g. equus, & vrgeret neceſſitas fugiendi, tunc huic poſſeſſori liceret eò fugere, etſi eadem neceſſitas vrgeret alterum; & ita in hoc caſu habere locum doctrinam Ioannis Medinæ *ſuprà n.* 1849. relatam, quòd poſſit conſulere indemnitati potius propriæ, quàm alienæ, nempe cùm non poteſt conſulere vtrique. Namque ad præfatam diuiſionem opus eſt recurrere ad iudicem communem, (ſi partes illum habeant) cuius miniſterio fiat, vt notauit Sanchez *d. num.* 172. licèt contrarium ſenſerit Molina *d. diſp.* 723. *n.* 5. ſed ad ſatisfaciendum obligationi reſtitutionis ſufficit, ſi pars rei, aut pretij, ſeu æſtimationis reſtituatur iuxta proportionem dubij, vel ſi res non ſit occulta, iacta ſorte videatur, cui concedenda ſit optio eligendi rem aliàs indiuiſibilem, puta, equum, dando alteri dimidium pretij,
iuxta dicta *ſuprà n.* 1852. † Etſi quidem dubitetur de 1897.
perſona particulari, v.g. Titio, vel de certa communitate, illi reſtituenda eſt hæc pars; ſi de pluribus particularibus perſonis, inter illas eſt eadem pars diuidenda pro ratione dubij, quod de vnaquaque eſt; ſi denique dubium ſit in genere, an ſit aliena, & dominus ſit incertus, reſtitutio partis pro qualitate dubij facienda eſt pauperibus, qui habent locum incerti domini. & ita etiam docent Vaſquez, Leſſius, Breſſerus, Salas *locis citatis*, & Doctores communiter citati tum pro hac communi ſententia, tum ſuprà *d. n.* 1851. *&* 1863. ſi quis tamen ſine culpa præoccupaſſet rem vacantem, vel emiſſet dubitans, an eſſet aliena, vel furtiua, qui id feciſſet animo perquirandi dominum, & dubium foret ſolùm in genere, & ita dominus eſſet incertus; tunc probabile eſt, iuxta tradita *ſuprà n.* 1883. & Breſſerum, rem totam retineri poſſe, cum animo tamen eam reddendi, ſi fortè dominus compareat, ſicut plures Doctores aiunt de inuentore, qui poſt diligentiam debitam non potuit agnoſcere dominum rei inuentæ.

1898. An verò ſit obligatio ſub peccato mortali faciendi reſtitutionem pro ratione dubij, ſcilicet, dandi plus illi, pro quo eſſent meliores coniecturæ, aut rationes, ob quas iſte poſſeſſor dubius magis inclinaret, quòd res eius eſſet, quàm propria, præfati Doctores pro communi ſententia allegati in terminis non tradunt, vno excepto Breſſero *d. n.* 34. *verſic. probatur, fine*, vbi ait, quòd quia inæqualitas illa coniecturarum, aut rationum non ſufficientium ad aſſenſum ſaltem probabilem generandum, vix poteſt eſſe moralis, videtur probabile non habendam eſſe eius inæqualitatis rationem ſub peccato ſaltem mortali. Sed puto cæteros Doctores non admiſſuros abſolutè hoc dictum; nam ſi ageretur de reſtitutione rei ingentis valoris, illi inæqualitati minori poſſet reſpondere iudicio prudentis notabilis quantitas rei diuidendæ. Quare ſit nec ne obligatio dandi illud plus ob maiorem probabilitatem, & veriſimilitudinem quòd ſit aliena, in caſu particulari, ſtandum puto iudicio prudentis viri, qui coniecturis, ac rationibus pro vtraque parte exiſtentibus; ac qualitate, & valore rei, de qua eſt dubium ſit ne propria, vel aliena, rectè perpenſis definire poterit.

Qui

Digitized by Google

Qui ab initio poſſeßionis rei dubius erat, an eſſet aliena, vel furtiua, ſi poſtea compareat verus dominus, an teneatur ad reſtituenda omnia, ad quæ tenetur poſſeſſor malæ fidei.

1899. SEd ſi iſte, qui à principio, præoccupatione, vel emptione, vel alio titulo poſſidere incepit, ſeu rem habuit dubitans eſſe alienam, vel furtiuam animo vſurpandi, & faciendi ſuam, poſtea diligentia adhibita ei conſtet eſſe alienam, ad quam reſtitutionem tenebitur? Gordonus *d.q.5.n.9. verſic. ſi autem,* ait teneri ad omnia, ad quæ obligatur malæ fidei poſſeſſor, à tempore tamen tantùm poſt ootitiam domini habitam, non verò ab initio poſſeſſionis. At Mulina *d.diſp.723.num.3. & 4.* Rebellus *d.q.5.num.8.* Sanchez *d.cap.23.num.*174. Booacina *d.p.2.num.*12. *verſic. Addo.* & Ioannes Lugo *d.ſect.4.num.*82. affirmant abſolutè teneri ad reſtituendam rem, & fructus rei perceptos, & quos percepiſſet dominus, ſi illam habuiſſet; & ita ab initio poſſeſſionis, ſicut ita obligatur poſſeſſor ab initio malæ fidei, qui tempore cœptæ poſſeſſionis ſciebat rem eſſe alienam, & accepit animo vſurpandi. Et ratio eſt, quia iſte poſſeſſor fuit ab initio poſſeſſor malæ fidei, & iniuſtè accepit, vt *ſuprà num.* 1887. oſtenſum eſt: ergo cognito domino ratione malæ fidei, & iniuſtæ acceptionis tenetur ad reſtituendam rem, fructus, & damna eo prorſus modo, quo tenetur poſſeſſor ab initio malæ fidei.

Qui cum dubio an res eſſet aliena, vel furtiua, cœpit illam poßidere præoccupatione, vel emptione, aut alio titulo animo inquirendi dominum; an illo inuento teneatur reſtituere ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei.

1900. QVid ſi cum dubio, an res eſſet aliena, vel furtiua, cœpiſſet poſſidere abſque culpa, puta, ſi vacantem, & à nemine poſſeſſam occupaſſet, vel titulo donationis accepiſſet animo non vſurpandi, ſed inquirendi dominum, & illam, ei inuento, reſtituendi (quo caſu accipiendo non peccare, docent Doctores communiter, quos *infrà num.* 1605. referam,) & adhibita diligentia dominus apparuerit. Tunc etiam Rebellus *d. num.9.* ait, hunc teneri ad reſtitutionem rei, & fructuum ad inſtar poſſeſſoris
1901. malæ fidei. † Sanchez verò *d.cap.23.num.*174. dicit non teneri in omnibus ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei, ſed teneri ſolùm ad reſtituendam rem ipſam cum omnibus emolumentis, ſeu fructibus perceptis, non verò æſtimationem, ſeu pretium rei, (ſi res ipſa ſine ſua culpa periiſſet,) neque fructus non perceptos, quos dominus, ſi rem habuiſſet, percepiſſet, ad quæ tenetur poſſeſſor malæ fidei. Quod probat ex eo, quòd iſte non tenetur ratione iniuſtæ acceptionis, ſeu iniuſtitiæ, (ſicut tenetur poſſeſſor malæ fidei,) cùm accipiendo rem illo animo non peccauerit. Quare (inquit) erit inſtar poſſeſſoris malæ fidei, quoad hoc, vt teneatur integrè rem illam cum fructibus perceptis reſtituere, etſi conſumpſerit non factus inde ditior, ad quod non teneretur, ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor; & putat ita eſſe intelligendum Rebellum.

1902. Molina etiam *d. diſp.*173.*num.*4. aſſerit teneri ſolùm ad reſtitutionem rei, & fructuum, quos, adhibita competenti diligentia, ex illa percepiſſet; atque ſi aliquid horum ſine ſua culpa periiſſet, non teneri illud reſtituere, niſi quantum inde fortè factus eſt locupletior; ad cætera verò ceſſantia, & ad damna rei domino emergentia non teneri, cùm nullam aduersùs eum iniuſtitiam commiſerit, rem eo animo adhibendi inquiſitionem, & reſtituendi accipiendo. Quin potiùs (addit) rei dominus tenetur ad expenſas, ſi quas circa rem feciſſet; in quibus non videtur
Molina diſcrepare à Sanchez. † At Ioannes Lugo *d.* 1903.
*diſp.17. ſect.4.n.*82. licet conueniat cum Sanchez in eo, quòd non teneatur reſtituere rem ipſam, ſi apud ipſum abſque eius culpa periiſſet; quia, inquit, cùm illam acceperit animo quærendi dominum, & illi inuento reſtituendi, videtur in gratiam domini aliquo modo eam tanquam apud ſe depoſitam retinere, non debet hac de cauſa illam reddere, ſi abſque ſua culpa pereat; nihilominus vult, quòd teneatur reſtituere non ſolùm fructus perceptos, ſed etiam non perceptos, quos modica diligentia potuiſſet percipere, & percepiſſet dominus, ſi rem illam habuiſſet. Et probat, quia cùm rem in gratiam, & vtilitatem domini acceperit, & ideo accipiendo excuſatus fuerit à peccato, & mala fide ſimpliciter, non debet eandem rem, quoad fructus ita negligere, vt non videatur vtiliter, ſed peſſimè domino conſulere, ſiquidem dominus meritò de illo queri poterit, quòd rem ſuam aliàs frugiferam otioſam habuerit. Quare quamuis non teneatur exquiſitam diligentiam ad fructus adhibere, non videtur tamen poſſe excuſari, ſi domum locari ſolitam vacuam per aliquot annos tenuerit; ſi agrum fœcundum, vel vineam bonam nec colere voluerit, nec agricolis locare, qui colerent; ac proinde pro ratione dubij tenebitur ſaltem ad fructus non perceptos, quos exiguo labore, & induſtria percipere potuiſſet, & non niſi ex negligentia craſſa non fuerunt percepti. ita
Lugo. † Sed reſponderi poteſt, licèt acceperit rem 1904.
animo conſulendi domino, in illiuſque vtilitatem, quantum ad hoc, vt per diligentiam a ſe adhibendam inueniretur, ſi fieri poſſet, & ei res ſua reſtitueretur, atque adeò ſuſceperit obligationem apponendi moralem diligentiam ad eum inueniendum, non tamen aliam obligationem, quam ante acceptionem non haberet, voluiſſe ſuſcipere, ac proinde ſatis conſuluiſſe vtilitati domini, eum diligenter quærendo, qui proinde etiam non poteſt iuſtè de eo queri, ſi non curauit, vt rea fructus redderet, cùm ad id non teneretur, ſed ſolùm ad faciendam debitam inquiſitionem, ad quam ſolùm voluit ſe obligare rem accipiendo illo animo; ſed potiùs idem dominus illi gratias debet, quod ſponte ſe obligauerit ad eius inquiſitionem, & eam præſtiterit. Reſponderi poteſt ſecundò, Sanchez, & Molinam fortaſſe ſolùm voluiſſe non teneri ad fructus non perceptos, quos dominus ſi rem poſſediſſet, ſingulari induſtria ſua percepiſſet, ad quos quoque reſtituendos tenetur poſſeſſor malæ fidei, & non ſolùm ad eos, quos malæ fidei poſſeſſor communi diligentia percipere potuiſſet, vt docet idem Sanchez *d. c.23.n.*214. & indicat etiam Molina *d.diſp.*721 *num.*1.

Qui dubitans, vel ſciens rem eſſe furtiuam, illam emit, vt quæreret dominum, & illi inuento reſtitueret, an ab eodem domino comparente poßit petere pretium, ſiue viliori, ſiue æquali, vel maiori pretio emerit.

SI autem quis dubitans, vel etiam ſciens rem eſſe furtiuam, eam emat animo verum dominum inquirendi, & eam illi tradendi, qui alioqui ex proba- 1905.

bili cõiectura eam habere non poſſet, non ſolùm non peecat, vipote vtiliter agens domioi negotium, (vt docent ex Doctoribus *ſuprà n.*1887. præallegatis Molina *tom.* 1. *diſp.* 118. *verſic. illud poſtremò, & tom.* 3. *diſput.* 721. *n.* 2. Vaſquez *opuſc. de reſtit. cap.* 6. §. 2. *dub.* 5. *fine.* Sanchez *d. diſp.* 41. *n.* 29. *& d. cap.* 23. *n.* 176. & 177. Rebellus 2. *p. lib.* 9. *quæſt.* 18. *num.* 18. Salas *d. tract.* 8. *sect.* 23. *num.* 237. Leſſius *d. cap.* 14. *num.* 20. Saytus *lib.* 10. *clauis tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 25. Villalobos *d. diff.* 20. *num* 8. Caſtrus Palaus *d. puncto* 3. *num.* 4. Diana *p.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 3. Ioannes Lugo *diſp.* 17. *sect.* 1. *num.* 3. Bonacina *d. puncto* 2. *num.* 14. Trullench *d. dub.* 4. *n.* 5. & præter hos Syluester *v. reſtitutio* 3. *q.* 7. *verſic. quartum.* Couartruuias *reg. peccatum, parte* 3. *initio num.* 5. Bannes 2. 2. *q.* 62. *art.* 6. *dub.* 5. *concl.* 3. Salon *ibidem controuer.* 4. *concluſione* 1. Ioannes Medina *C. de reſtitutione q.* 10. *verſic. aliter tamen.* Fagundez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 5. Ariaga *d. diſp.* 26. *n.* 7. Fragoſus *de regim. Chriſt. Reip. p.* 2. *lib.* 4. *diſp.* 10. *num.* 26. *fine.* & plures alij à Couartuuia relati; & conſtat ex dicto S. Ambroſij, quod Gratianus refert *in cap. rapinam,* 14. *q.* 5. cuius verba ſunt: Rapinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reſtituatur;) ſed etſi domino inoento, ſeu comparenti teneatur reddere rem, & fructus perceptos, tamen poteſt deducere pretium, vt in terminis eius, qui dubitans emit, tradunt Bannes, Salon, Sanchez, Salas, Villalobos, Ariaga, Fragoſus, & Caſtrus Palaus; ob eam rationem, quòd cùm geſſerit negotium domini (qui fortaſſe aliuqui rem, & fructus amiſiſſet, vel expenſas in rei recuperatione feciſſet,) æquum non eſt, vt condemnetur in amiſſione pretij, & quia non rem, ſed potiùs eius cuſtodiam accepit. Quòd ſi dominus non comparuerit, aiunt iidem auctores teneri rem, & fructus in vſus pios conuertere deducto pariter pretio, & detracta parte pro ratione dubij, an ſit aliena; quod quoque tradunt Doctores communiter; quamuis probabile ſit poſſe totam rem, & fructus retinere cum animo reſtituendi vero domino, ſi aliquando appatuerit, vt diat *num.* 1891. & conſtare poteſt ex dictis *ſuprà num.* 1883.

1906. Sed circa id, quod dictum eſt de pretij deductione, ſi quæras, an ab iſto emptore deduci poſſit pretium totum, ſi iuſto, ſeu æquali, aut ferè æquali pretio rem cõparauerit, an verò ſolùm ſi comparauerit paruo, & modico pretio rem, quam niſi ipſe illam emiſſet, dominus nunquam eam erat recuperaturus, vel probabiliter id timeri poterat, vel non niſi cum maioribus expenſis, Bannes, Salon, Saytus, Sanchez, Villalobos, Palaus, Salas, & Trullench ſolùm aiunt poſſe deduci pretium ſolutum, nil aliud addentes, ſcilicet,
1907. fueritne iuſtum, vel vile. † Diana expreſsè dicit deduci poſſe totum pretium pro re ſolutum, non ſolùm vile, ſed etiam ſi fuerit iuſtum, & æquale, ſi dominus non fuiſſet aliàs rem ſine expenſis recuperaturus, quia (inquit) vtiliter domini negotium geſtum eſt; &, ait, ita loqui, & debere intelligi Salon, Sanchez, Salas, Palaus, & Villalobos, cùm abſolutè, & ſine di-
1908. ſtinctione dicant deduci poſſe pretium. † At verò Syluester, Couatruuias, Molina, Vaſquez, Rebellus, Leſſius, Fagundez, Bonacina, Ariaga, & Ioannes Lugo *locis allegatis*, aſſerunt quidem hunc emptorem animo reſtituendi vero domino, aliàs probabiliter ſaltem nũquam recuperaturo rem ſi pretio modico, & vili emit, poſſe illud retinere, vel petere à domino, & dominum ſaltem in conſcientia teneri reddere, quia vtiliter geſſit domini negotium, eximens rem à periculo, ne domino ſuo periret, immo etiam in foro externo ad hoc pretium habendum dari actionem, ſeu poſſe dominum cogi, (ſi ſufficienter probetur, aut coniecturis ſufficienter præſumitur emptorem intendiſſe agere vtiliter domini negotium,) actione negotiorum geſtorum, tradunt iidem Doctores, & præcipuè alios allegans Couarruuias, & conſtat ex *l.* 2. *ff. de negotiis geſtis. & ex* §. 1. *Inſtit. de obligat. ex quaſi contractu.*

At verò ſi æquali, ſeu iuſto pretio, & à fortiori 1909.
ſi magno, ſeu maiori pretio illam emit, non poſſe totum pretium retinere, ſeu à domino petere, neque dominum teneri illud totum reſtituere; fundamentum horum Doctorum, quoad hanc partem eſt, quia ſic nullam, aut certè perexiguam vtilitatem ex tali emptione attulit domino, qui fortaſſe tali pretio libentiùs rem vendidiſſet, quàm emiſſet, maximè ſi ea non indigeat; ceſſante ergo cauſa retentionis ſeu reſtitutionis pretij ſoluti, nempe vtilitate domini; ceſſat ex conſequenti effectus, *c. cum ceſſante, de appell.* poterit tamẽ, (inquiunt Leſſ. Fag. & Lugo) petere partem pretij, & dominus tenebitur in vtroque foro reſtituere, ſcilicet, tantum, quantum arbitrio prudentum potuit emptor prudenter expendere, vt vtiliter domini negotium gereret, ſeu quantum arbitrio prudentum valet opera, quam in eo negotio pro domino gerendo impendit, vt colligitur ex *d. l.* 2. *ff. de negotiis geſt.* & Ioan. Lugo vult ita ſentire etiam Sanchez, Villalobos, & Caſtrum Palaum, & alios, dicens eos loqui de emente paruo pretio, non iuſto, aut magno: quod probat, tum quia citant Couarruuiam, ac proinde intelligendi ſunt iuxta illius ſententiam; tum quia dicunt non comparente domino debere emptorem rem illam in vſus pios conuertere deducto pretio pro ea ſoluto; ergo ſupponunt pretium fuiſſe exiguum, alioqui ſi fuiſſet iuſtum, nihil remaneret, quod in vſus pios conuerteretur; tum demum, quia ſi res, iuxta præfatos Doctores eſt reſtituenda domino, deducto pretio; ergo plus valebat res. nam ſi valebat centum, & deducuntur centum, nihil remanet.
† Sed quidquid ſit de ſenſu prædictorum Docto- 1910.
rum, non video, cur non poſſit retineri, vel peti (ſaltem in foro conſcientiæ) totum pretium, ſi iuſto, & æquali pretio emit, quando certum, vel veriſimile erat rem deuenturam nunquam in poteſtatem domini, & præſertim ſi eadem res eſſet frugifera; tum quia vtplurimum res domino magis cara eſt, quàm pretium, maximè ſi ea vti ſoleat: quapropter etiam idem Lugo *n.* 4. putat probabile, quòd ſi iſte emptor ſciebat rem illam domino gratiſſimam, & valde neceſſariam, poteſt totum pretium iuſtum à domino exigere, eo quòd tunc prudenter negotium eius geſſerit, ſuppoſito deſiderio, & affecto domini, aut eius neceſſitate, & idem admittit, quando res aliter eſſet domino peritura; tum quia ſi res apta ſit reddere fructus, & emptor emerit animo non relinquendi otioſam, interim dum diligentiam adhibuerit ad inueniendum dominum, tunc manifeſtè apparet vtilitas domini, cui ſunt reſtituendi fructus percepti, deductis ſolùm expenſis, aut valore induſtriæ; & demum, quia cùm alioqui res eſſet peritura, & nunquam in manus domini deuentura, cenſetur ſatis vtiliter domini negotium geſtum quoad hoc, quia liberum erit ei rem vindicare ſoluto toto pretio, ſi illi placuerit,
vel illam emptori relinquere. † Vaſquez quoque ait 1911.
eum, qui emit pretio magno, vel æquali animo reſtituendi rem domino poſſe totum pretium petere à domino, ſi quando emit, arbitrabatur multò pluris à domino æſtimari, & ita eſſet, nam tunc (inquit) cenſe-
tur vtiliter geſſiſſe illius negotium. † Addit Leſſius 1912.
poſſe totum pretium petere, & teneri dominum refundere, ſi dum emit æquali, vel paulo maiori pretio, prudenter putauerit eam rem longè pluris valere;

Digitized by Google

re; quod tamen non placet Lugo, niſi fortè res aliter eſſet euidenter pretioſa domino; nam (inquit) ſi putaſſet rem pluris valere, & pretium exceſſiuum dediſſet; & ſi putaſſet rem eſſe domino maximè neceſſariam, vel gratam, cùm non eſſet, iniquum videretur ex eius errore, & ignorantia dominum inuitum obligari ad redimendam rem ſuam pretio exceſſiuo, ſi quidem ad obligandum dominum ex negotio vtiliter geſto non ſufficit affectus ementis, ſed requiritur effectus, quòd, ſcilicet, negotium ſit vtiliter geſtum; alioqui ſibi debet imputare, vtpote qui ex ignorantia errauit, ſed hæc videntur concludere in caſu, quo minus prudenter putauerit rem pluris valere, vt contingeret, quando pretio minus excedenti rei valorem, aut domini affectum,

1913. eiuſve neceſſitatem emiſſet. † Certum etiam mihi videtur, ſi quis pretio æquali, vel etiam maiori imagines, calices, cæteráſque res ſacras per infideles ſublatas ab Eccleſiis Chriſtianorum de manu eorum emeret animo reſtituendi propriæ Eccleſiæ, vel ſi illa ignoretur, alteri, poſſe totum pretium pro illis ſolutum petere; quia tunc Eccleſiæ negotium vtiliter geſtum recuperando de manibus infidelium res ſacras, & impediendo, ne cum earum, & noſtræ religionis contemptu infideles illis vterentur in vſus profanos. & ita ſentit Rebellus vbi ſuprà, allegans Caietanum *in opuſc. tract. 31. vltima reſponſione §. penultimo.*

Quando quis dubius, an res ſit aliena, ſeu furto ablata, eam titulo emptionis, aut donationis accepit ab eo, qui illam bona fide poſſidebat, an tunc ſi dubium vinci non poteſt, poßit continuare poſſeßionem, & totam retinere.

1914. CÆterùm doctrinam in hoc dubio quinto huc vſque traditam, quòd is, qui dubia fide, an res vacans eſſet aliena, vel quam ab alio emit, vel alio titulo habuit, eſſet furtiua, cœpit poſſidere, nec, facta diligentia, potuit dubium vincere, teneatur reſtituere rem, & fructus perceptos pro ratione dubij, limitant plures ex Doctoribus *ſuprà n. 1893.* allegati, quando quis dubitans, an res ad alium pertineret, illam accepit ab eo, qui eam bona fide poſſidebat, vt ſi illam ab eo emit, vel dono accepit, vel titulo hæreditario ei in illa ſucceſſit, qui ſimiliter bona fide poſſidebat, in hoc enim caſu licèt iſte, qui fide dubia cœpit poſſidere, teneatur adhibere ſufficientem moralem diligentiam, vt ſciat, an res ad alterum ſpectet, tamen ſi facta diligentia, non potuit dubium vincere, ad nullam reſtitutionem tenetur, ſed totam rem poteſt retinere, iuxta eoſdem Doctores, & rationem aiunt (& rectè) eſſe, quia ſucceſſit, ſeu ſuccedit in iure illius, qui bona fide illam iuſtè poſſidebat, cuius conditio in dubio erat melior; ac proinde ſicut ille, ſi in ipſo inciperet oriri hoc dubium, quod habet hic nouus ſucceſſor titulo emptionis, vel donationis, aut hæreditario, ad nullam reſtitutionem teneretur, eo quòd ſit melior eius conditio, cùm bona fide cœpit poſſidere; ita neque is, qui ſub dubio ſucceſſit in pleno iure anterioris illius poſſeſſoris tenetur ad vllam reſtitutionem; neque hic dicendus eſt cœpiſſe eam rem poſſidere mala fide, ſed bona; quia ſicut ſi tale dubium ſuperueniret poſt inceptam poſſeſſionem, non efficeret illum malæ fidei poſſeſſorem, ita neque modò illum malæ fidei poſſeſſorem conſtituit, idque propter bonam fidem poſſeſſoris anteceſſoris, cui hic ſucceſſit, & cuius poſſeſſionem continuauit. ita Molina *tom. 1 de iuſtitia, dict. diſp. 36. concl. 1. & 3. & tom. 3. dict. diſp. 723. numer. 6.* Sanchez *lib. 2. de matr. dict. diſp. 41. numer. 28. dict. cap. 23. numer. 178. & lib. 1. conſil. moral. cap. 1. dub. 4. numer. 15.* Salas *dict. tract. 8. ſect. 23. numer. 236.* Ioannes Sancius *dict. diſp. 43. n. 14.* Caſtrus Palaus *dict. diſp. 3. puncto 3. numer. 3.* Diana *dict. reſolut. 27.* Trullench *dict. dub. 4. numer 4.* Fragoſus *de Regim. Chriſt. Reip par. 2. lib. 4. diſp. 10. num. 206. fine.* & Ioann. Lugo *dict. ſect. 4. numer. 83.* Ex quo Molina, & Sanchez inferunt, quòd ſi quis ſibi perſuadeat mancipia, ſeu Æthiopes communiter iniuſtè ad ſeruitutem redigi, quamuis iuſtè non poſſit emere, vel dono accipere, dum poſſidentur à capientibus illos aſportantibus, & venales exponentibus; nihilominus vbi ab alio, qui id ignorans bona fide emit ab ipſis aſportantibus, poſſideatur, poteſt ab hoc poſſeſſore bonæ fidei licitè emere, & ſi facta diligentia morali, vt aſſequatur veritatem, ſi ſpes moralis ſit fore, vt veritas detegatur, & ipſa diligentia ſit poſſibilis, non conſtet eſſe iniuſtè captum mancipium poteſt iuſtè retinere, quia ſuccedit ei, qui bona fide poſſidebat; & licèt poſſeſſio ſit pro libertate reſpectu aſportantium, non autem eſt reſpectu eius, qui bona fide emit. Sed plura de negotiatione mancipiorum Æthiopianorum, vide apud Molinam *dict. diſput. 36* & Sanchez *dict. dubio 4 per totum.*

Vt quis dicatur emptor bonæ fidei, ſeu poſſeſſor bonæ fidei ab initio poſſeßionis, an ſufficiat ignorare rem, quam titulo emptionis, vel donationis accipit, ſit aliena, & credere nõ omnia, quæ alter vendit, eſſe furtiua, & quid ſi ſit rumor, ſeu fama, quòd ſit furtiua,

SEd ad perfectiorem prædictorum explicationem, ſi quis quærat, an, vt quis dicatur emptor bonæ fidei, ſeu poſſeſſor bonæ fidei ab initio poſſeſſionis rei, ſufficiat ignorare rem, quam emit, vel dono accipit, eſſe furtiuam, & credere non omnia, quæ aliquis vendit, eſſe furtiua. Ad hoc quæſitum ex Molina *tom. 2. de iuſtitia diſp. 35. concl. 2. §. tota hac concluſio, & concluſione 4. in principio. & tom. 3. dicta diſp. 723. n. 7.* Mercado *lib. 2. de contractibus, cap. 2.* Sanchez *de matr. lib. 2. d. diſp. 41. n. 27. & conſiliis moralibus vbi ſuprà n. 9.* Villalobos *p. 1. tract. 1. d. diff. 20. n. 7.* reſpondetur non ſufficere, ſi ignorantia illa ſit craſſa, & ſupina, eo quòd indicia, & coniecturæ occurrant, vt meritò credi, vel dubitari debeat rem eſſe furtiuam, ſeu alienam, puta, ſi eſſet vehemens ſuſpicio, ſeu rumor, ſiue fama à fide dignis orta, quòd res, quam quis vult vendere, vel magna pars rerum, quas quis vendit, eſt furto ſublata; licèt certum ſit aliquas res eſſe inter eas, quæ non ſint furto ablatæ; quapropter illicitum & iniuſtum eſſet eas res, de quibus eſt præfata veriſimilis præſumptio, ſeu dubitatio eſſe furto ſublatas, emere abſque præmiſſo ſufficienti examine, quo conſtet moraliter ementi illas res iuſtè vendi; ſiquidem propter veriſimilem illam ſuſpicionem, & rationabile dubium, ſeu rationem probabilem dubitandi ſic emendo exponit ſe morali periculo vſurpãdi & retinendi rem alienam, & ita emens rem, cùm merito dubitare debeat eſſe furtiuam, non eſſet poſſeſſor bonæ fidei, quia cum dubio an eſſet furtiua, & aliena, & cũ peccato cœpiſſet poſſidere, vt tradunt Molina, & Sanchez *vbi ſuprà*; & ex prædictis in hoc quinto dubio conſtat; ac proinde teneretur adhibere ſufficientem 1915.

Digitized by Google

cientem moralem diligentiam ad inueniendum, an ſit aliena, vel iuſte vendita; & ſi diligentia ſit impoſſibilis, vel ea facta dubium non vincatur, reſtituenda erit pars rei emptæ pro ratione dubij, iuxta
1916. ſuperiùs tradita. ita præcitati Doctores. † Præfatam autem reſponſionem Molinæ & aliorum Caſtrus Palaus *tom.1.tract.1.diſp.3.allegato puncto* 3.*n.*5.(quem ſequi videtur Diana *p.4.tract.5. allegata reſolut.*27. *fine*,) intelligit procedere ſolùm, quando indicia, & coniecturæ, vel rationes efficaces, ſeu moraliter conuincentes adeſſent, venditorem vendere rem furtiuam, non verò quando eſſent dubiæ, & probabiles; nam tunc (inquit) debet quis dubium deponere, & credere alium ritè credere, quia nemo præſumitur malus, niſi probetur, neque in dubio delictum commiſiſſe, ex regula iuris, & ex *l.merito, ff. pro ſocio.* Sed dicendum reſponſionem habere locum, quoties indicia, ſeu coniecturæ, vel rationes ſunt ita veriſimiles, vt meritò, & prudenter credere, vel dubitare, ſeu timere poſſit, & debeat rem eſſe furtiuam, qualis coniectura certè eſt rumor publicos, ſeu fama orta à perſonis fide dignis; tunc enim ſi quis emat rem, vel dono accipiat, incipit poſſidere cum dubio, & ita non poteſt eſſe bonæ fidei poſſeſſor, iuxta dicta *in præcedentibus*, & ab iiſdem Palao, & Diana approbata.

An, & quando teneantur ad reſtitutionem qui emunt à mancipiis, filiisfamilias, & aliis perſonis ſuſpectis.

1917. ET iuxta prædicta Molina *d. diſp.* 723. *eodem n.*7. ait expedendum eſſe in confeſſionibus, quouſque reſtituere teneantur, qui emunt, aut alia ratione accipiunt à mancipiis, à filiisfamilias, & ab aliis ſuſpectis perſonis, quando non ſunt veriſimiles coniecturæ, quòd id, quod vendunt, aut aliter traditur, ſit ipſorum, aut quod id fiat de voluntate eorum, quorum ſunt tales res; iudicandum enim eſt (inquit) verùm ignorantia eo modo id accipientis craſſa ſit, ita vt ipſum à theologica culpa non excuſet, attenta qualitate perſonæ quoad ſimplicitatem, & quoad perſpicacitatem ingenij. Addit multum iuuare, an qui emit, aut aliter accipit, ſit timorata perſona, quæ ſi ſuſpicaretur in ea emptione, aut acceptione culpam interuenire, nulla ratione id emeret, aut acciperet, in huiuſmodi ſi quidem perſona nulla præſumenda eſt (ait) ignorantia craſſa; ſed potiùs eſt præſumenda probabilis ignorantia, quæ excuſat omninò ab iniuſta acceptione, vel propter inaduertentiam, quæ ſæpe non eſt in hominum poteſtate, vel quia non penetrabat has iuris ſubtilitates, quódque ea via iniuriam proximo inferret. Quando autem perſona non eſt timorata, ſi nimia ruditas eam arbitrio prudentis non excuſat à culpa, præſumenda eſſet (inquit) ignorantia craſſa, eo faciliùs, aut difficiliùs, quo circumſtantiæ concurrentes plus, aut minus indicarent, rem non eſſe tradentis, ſpectatáque ruditate, ac ſimplicitate, vel ingenij perſpicacitate eá rem accipientis. ita Molina.

An liceat emere fragmenta veſtium à ſartoribus magiſtris, & ab eorum officialibus, & an locatores operarum, vt famuli, & ſimiles, poßint aliquid clam ſubripere prætextu quòd eis non ſoluatur pretium iuſtum ſuarum operarum.

1918. EX dictis etiam videtur inferri poſſe reſolutio illius dubij, an liceat emere à ſartoribus, ſeu magiſtris, vel ab eorum officialibus fragmenta, quæ ſuperſunt ex veſtibus, quas conficiunt; videtur enim probabiliter dubitari poſſe, & deberi, talia fragmenta ab officialibus, & famulis eſſe furto ablata, ex eo, quod illis ſupereſt ex veſtibus, quas faciendas accipiunt à magiſtris, & etiam quod ipſi magiſtri vendunt, dubium eſt, vel dubitandum videtur, an illud furentur, cùm ſoleant aliquando plus petere ad veſtem conficiendam, quàm ſit neceſſarium: res autem, de qua dubitatur, an ſit furtiua, ſeu an iuſtè ab altero poſſideatur, non poteſt licitè emi, iuxta *ſuprà* dicta. Ad hoc dubium Sanchez *in conſiliis moral.lib.*1.*cap.*7. *dub.*3. reſpondet duobus dictis. Primum, ſi fragmenta, quæ ſuperſunt, eſſent adeò modica, quæ, moraliter loquendo, à dominis pro derelictis haberentur, illiſque diſpliceret, quòd huiuſmodi fragmenta illis redderentur, tunc nec officiales ſartorum, nec ipſos ſartores, ſeu magiſtros teneri reſtituere, & ſic licitum eſſe ab illis emere: quod dictum approbant etiam Villalobos, Diana, & Trullench locis *infrà* allegatis; & confirmat ex doctrina P.Nauarri *lib.4.de reſtit. cap.*1. *n.*18. & Medinæ *lib.*1.*ſum.cap.*14.§.30. dicentium, quòd ſi homo diues habeat in vinea aliquos manipulos, qui ei nihil proſunt, nec ad aliquid deſeruiunt, immò nihil curet de ipſis, capiens eos clam, non teneri illos reſtituere, quia illi videntur haberi pro derelictis. Secundum dictum Sanchez eſt, fragmenta, quæ ſuperſunt, ſi eſſent magna, & magni valoris, non eſſe licitum emere ab officialibus, & famulis (quia cum illis à ſartore, ſeu magiſtro, qui cum eis pactum iniit ſub certa quantitate, ſemper ſoluatur integrum, & iuſtum ſtipendium, non poſſunt ea fragmenta retinere in compenſationem aliquam, & ita non licet ab eis emere,) eſſe autem licitum emere à ſartoribus magiſtris, quia illis communiter minus ſoluitur, quàm mereantur facturæ; & ſic ſibi compenſant, & ſatisfaciunt his, quæ ſuperſunt. & ita etiam ſibi reſpondiſſe doctum magiſtrum à ſe conſultum, teſtatur idem Sanchez.

Huic tamen ſecundo dicto, quoad ſecundam 1919.
partem obſtat doctrina *Rebelli de obligat. iuſtitia par.*2.*lib.*14.*quæſt.*5. *numer.*9. & Villalobos 2.*p. ſum. tract.* 25.*diff.*13. *numer.*3. vbi ad illam quæſtionem, an famuli, & alij locatores operarum, vel alterius rei, qui ſtata mercede, ſeu ſtato pretio ſuæ operæ, aut rei locatæ non contenti conquerentes illud eſſe modicum, clam aliquid in compenſationem ſurripiunt, id licitè faciant. Reſpondent cum Soto *lib.*5.*de iuſtitia q.*3.*art.*3. §. *inter argumenta*, huiuſmodi famulos (& idem iuris de cæteris cenſendum,) non excuſari à peccato furti, quando nulla vi, aut fraude à domino fuerunt coacti ad ſeruiendum. quod probant triplici ratione; & primò, quia ſi ſtipendium, ſeu pretium ſine vi, ac fraude conſtitutum attingit ſaltem infimum iuſtum pretium, nihil iniuſtitiæ compenſandum remanet, vt patet; ſi verò non attingit, aut id euidenter conſtat, aut non: ſi non, vt plerunque contingit, à peccato furti non excuſabuntur, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 14. *quod non eſt ex fide, peccatum eſt*; ſi verò conſtat, non neceſſariò ſequitur, vt illud ſeruitium ſit dignius maiori pretio pecuniario, tametſi conſtet eſſe præſtitum maiori cum fidelitate, beneuolentia, ac diligentia, quàm ratione contractus ſeruire teneretur; quia inde gratitudo, non autem pecunia, aut aliquid pecunia æſtimabile ex iuſtitia debetur, quando ſub iuſto pretio, licèt infimo, contraxerunt. Secundò, quia ſi dicant non attingere infimū pretium, cōtra eos eſt; nam aut preſtò fuerat alius, qui maius pretium illis pro illorū famu

Digitized by Google

famolatu, ſeruitiove offerret; vel nullus: ſi præſtò erat, non eſt illis credendum, quòd pretium conuentum non ſit iuſtum, quia alioqui eum offerente maius pretium contraxiſſent; ſi non erat alius præſtò, non ideo pretium conuentum debet reputari iniuſtum, quia famulatus ob conductorum paucitatem minoris pretij fuit. Quòd ſi dicant fuiſſe alios dominos, ſed iuſta de cauſa noluiſſe ſeruire; tunc etiam non videtur illis credendum, vel tunc cenſendum ac quando merces vltroneæ emuntur, quæ minus valent. Tertiò, quia dominus fortè non conduxiſſet hunc famulum, ſi intellexiſſet, ſe debere maius pretium ſeruitutis ſoluere, quàm conuentum; contra rationem autem, & iuſtitiam eſt velle, vt quis emat, vel conducat minori pretio, quàm ipſe velit, cùm ſit liber, & ob has rationes aiunt prædicti Doctores rariſſimè iuſtificari præfatam compenſationem famulorum ſecluſo metu, & fraude, quibus inducti fuerint ad ſeruiendum, vel perſeuerandum in famulatu. Ex quibus Villalobos *d. diff.* 13. *num.* 7. infert idem dicendum de officialibus ſartorum, & de ipſis ſartoribus magiſtris, non poſſe facere compenſationem pretij, ſeu mercedis, aut ſtipendij prætextu, quòd minus illis ſoluatur, quàm eorum facturæ mereantur, ſi abſit metus, & fraus, & ita illos poſſe quidem retinere fragmenta modica veſtium, quæ ſuperſunt, quia talis videtur eſſe voluntas dominorum, cùm ſint parui momenti, & omnes ſciunt fragmenta modica ſupereſſe, & nullus illa petit; non autem poſſe retinere fragmenta alicuius conſiderationis, vt eſſet fruſtum integrum, quo dominus vti poſſit, vel ad reſarciendam veſtem, vel ad aliquid aliud opus: & ita etiam ſi ſartores miniſtri petant plus panni, vel ſerici, quàm ſufficiat ad veſtem conficiendam, vt ſibi retineant, prætextu præfatæ compenſationis, ait Villalobos id eſſe furtum manifeſtum, & eos teneri ad reſtitutionem: & hoc idem contra Sanchez probabilius putant Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſolutione* 176. & Trulleuch *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 11. *allegato dub.* 4. *num.* 8.

1920. Verùm in defenſionem Sanchez dico ipſum non loqui, quando eſſet ſtipendium facturarum, ſeu operarum pro tali veſte conficienda præcisè conſtitutum; ſed quando ſartores nullo certo, ac determinato pretio ſtabilito veſtes conficiunt, quibus poſtea vtplurimum, præſertim à Nobilibus (prout ipſi conqueruntur) minor merces ſoluitur, quàm operæ impenſæ mereantur. Præterea idem Rebellus *d. q.* 15. *num.* 10. ſupradictis ex eodem adductis non obſtantibus admittit, ſi quando conſtaret maius eſſe debitum pretium pecuniarum præteriti ſeruitij præſtiti, ſecundùm communem æſtimationem illius temporis, quo famulus contraxit, nec commodè via iuris illud recuperare poſſet, eſſe licitum tantò amplius clam, & ſine ſcandalo ſurripere, quantum ad infimum pretium deeſt, dummodo famulus propoſitum habeat adhibendi magnam diligentiam, ne dominus compenſationem factam ignorans, vel iteratò reſtituat, vel in mala conſcientia ſit, putans ſe debere, quod reuera non debet; & dummodo dominus non fuiſſet ita affectus, quando conduxit famulum, vt reuera non conduxiſſet, nec conduceret, ſi maiore pretio conducere debuiſſet, aut deberet. Quare etiam ſartores magiſtri, ſi verè eis non ſoluitur pretium ſuarum facturarum iuxta communem æſtimationem iuſtum, poſſunt licitè clam vti compenſatione fragmenta aliqua, quæ ſuperſunt, retinendo.

An à textoribus, mulieribus conficientibus indumenta ex ſerico, vel lana, vel texentibus vittas ſericas, liceat emere vlnam, vel vlnas telæ ſericæ, vel vittarum ſericarum, aut vncias ſerici.

AN verò etiam à textoribus, vnam, vel alteram vlnam ſerici gauſapini, vel telæ ſericæ, aut alterius materiæ vendentibus, liceat emere, cùm videatur poſſe dubitari vlnam illam eſſe furto ablatam, immo certum ſit eam vlnam, vel vlnas, quas textores vendunt, abſcindere ex telis, quas ipſi inſtitores texendas tradunt. In hac difficultate Sanchez *dict. dub.* 3. *num.* 2. proponit rationes dubitandi pro vtraque parte, & pro parte, quod iuſtè vendant, ait eſſe quod ipſi vendentes, & ementes allegant, ſcilicet, quòd in ſingulis quibuſque libris bombycis eſt pactum, quòd detur plus vnus quadrans textori pro diſpendiis. Quòd ſi aliqui quadrantes ſuperſunt, propter ſuam ipſorum diligentiam ad ipſos ſpectet; pactum namque eſt, quod modò ſuperſit, modò deſit; non plus, nec minus reddant, quàm ipſum pondus, exceptis talibus quadrantibus; atque ita quicquid deſit, ſoluunt inſtitori, quando textor reddit telam; hinc emptores dicunt fieri poſſe, vt iſtæ vlnæ, quas vendunt, ſuperſint ex quadrantibus prædictis; vel ſi non ſuperſint, textor ſoluit inſtitori, quidquid deeſt. Pro contraria autem parte, quòd vlnæ ſint furtiuæ, allegatur, quòd poteſt textor vti fraude, ac non ſoluendum hunc defectum immittendo mel, aut in loco humido telam conſtituendo; aut poſtea iureiurando affirmans ſe nihil ſurripuiſſe inſtitori, aut alios prætextus quærendo, quibus motus inſtitor aliquid remittat. Prædictis rationibus dubitandi circa vtramque partem propoſitis, reſoluit Sanchez difficultatem *num.* 5. dicens, quòd niſi ſciatur textorem aliquem in rebus ſui officij iniuſtè, & malè procedere, poteſt tuta conſcientia ab illo emi: nam id quod emitur, poteſt pertinere ad quadrantes; vel ſi ita non eſt, leue, aut ferè nullum eſt damnum inſtitoris, quia ſoluendum eſt illi integrum ſuum pondus; ex eo verò quòd aliqui ſunt, qui furentur variis vtentes modis, & induſtriis, non eſt cur macula iniiciatur in omnibus, & apponatur dubium, inquit idem Sanchez, addens ſibi ita reſpondiſſe *ſuprà* dictum doctum magiſtrum, & etiam Henriquez a ſe conſultos. 1921.

Ex quibus patet (quod ſæpe facit moleſtiam in confeſſionibus,) quid dicendum ſit de mulieribus conficientibus mercatoribus tibialia, & alia indumenta ſerica, vel lanea, aut texentibus vittas ſericas, retinentibus ſibi aliquid ſerici, vel aliquas vlnas vittarum, an nimirum iuſtè retineant, necne, & ab illis illas vittarum vlnas, aut ſericum illud, quod ſuperfuit factis indumentis, vel vittis emere liceat. ſi enim à mercatoribus illis ex pacto detur aliquid plus, ſeu aliqui quadrantes, ſeu aliqua vncia pro diſpendiis, vt tamen teneantur reddere reliquum pondus, vel ſoluere ipſis mercatoribus quicquid deeſt, ſi ex induſtria ſua, & ſecluſa omni fraude, quod plus illis detur, ſuperſit, iuſtè retinere poſſunt. Quòd ſi nihil plus illis ex pacto detur, tum non licet illis aliquid, ſi ſuperſit, retinere, niſi ſit ita modicum, vt ipſi mercatores cenſeantur illud non curare, vel niſi retineant in compenſationem liquidam; quia fortè cùm ipſæ nihil ſurripuerint, & debitam diligentiam in conficiendis ipſis indumentis, vel vittis ſericis adhibuerint, aliquid ponderis à mercatoribus accepti deſit, à quibus cogantur illud ſoluere; vel quia iuſtum 1922.

pretium

pretium facturarum, iuxta communem æſtimationem ab iiſdem mercatoribus non queant habere, iuxta dicta *ſuprà num.* 1911. *& duobus ſequentib.* & prædicta circa præfatam difficultatem decimam, vtrùm in dubio, an res poſſeſſa ſit aliena, poſſit licitè retineri, necne.

Quid verò dicendum, quando quis dubitat, an ſua actione, vel omiſſione iniuſta, damnum intulerit, an tunc teneatur ad reſtitutionem, latè explicatum eſt *ſuprà num.* 1374. *cum pluribus ſeqq.*

SVMMARIVM.

1923 *In dubio de ipſo matrimonij contractu, nempe, vtrùm interuenerint verba, ſeu ſigna externa denotantia contractum, dubitans non poteſt petere debitum.*

1924 *Matrimonio ab initio bona fide contracto, ſi poſtea alteri coniugi ſubueniat dubium de matrimonij valore, ſi dubium non ſit rationabile, ſed temerarium, vel leui motiuo innititur. deponendum eſt, & ea depoſitio licita eſt petitio, & redditio debiti.*

1925 *Si dubium ſit rationabile, & ſufficienti fundamento nitatur, an coniux dubitans teneatur alteri reddere debitum etiam ante factam veritatis inquiſitionem.*

1926 *Negatiua quæ improbabilis reprobatur.*

1927 *Affirmatiua ad præceptum ſuperioris.*

1928 *Affirmatiua abſolutè communiſſima, &* 1929. *&* 1930.

Crucifixum apparentem, an quis adorare debeat, d. num. 1930.

1931 *Ampliatur, etiamſi ab initio cum tali dubio tale matrimonium contraxiſſet.*

1932 *Talis coniux dubius tenetur inquirere veritatem, ſi ſperat poſſe illam inuenire, antequam ſit occaſio, in qua alter petat, licèt teneatur reddere, ſi petat.*

1933 *An teneatur alteri reuelare dubium, vt non petat interim, dum diligentia veritatis cognoſcendæ adhibetur.*

1934 *Coniux dubius de valore matrimonij bona fide contracti, an tam antè, quàm poſt diligentiam ad veritatem cognoſcendam adhibitam poſſit petere debitum. Negat abſolutè vna ſententia, & quatuor ſequentib.*

1939 *Affirmatiua alia ſententia.*

Tertia, & tenenda negat ante diligentiam, affirmat poſt diligentiam num. 1943. *& pluribus ſequentib.*

Coniuges dubij de valore matrimonij ob impedimentum impotentiæ, & frigiditatis, poſſunt petere, & reddere debitum iuxta diſpoſitionem cap. laudabilem, de frigid. & malefic. *& cur, dict. num.* 1939. *&* 1941.

1942 *Intellectus ad motum Pij V. editum ad fauorem Indorum ad fidem conuerſorum, &* 1945.

1950. *Intellectus* ad cap. dominus, de ſecundis nuptiis, & ad cap. inquiſitioni, de ſentent. excomm. *&* 1956 1976. 1984. 1985. *&* 2001.

1952 *An vnus coniux, qui ab initio bona fide contraxit, poſtea dubitat de valore matrimonij ob dubium ſeruitutis alterius coniugis, poſſit petere, & reddere, cum, & abſque animo ratificandi matrimonium, ſi fortè fuit nullum cum animo ratificandi poſtea.*

1953 *Sine tali animo negant plures.*

1954 *Alij verius affirmant, &* 1955. *&* 1956.

1957 *Iuxta ſententiam negatiuam an poſſit licitè negare debitum alteri.*

Iudex fori externi an talem coniugem, reddentem, & petentem debitum, poſſit cogere ad permanendum in matrimonio, ſi detegeretur poſtea ſeruitus alterius, ibid.

1958 *Coniux dubius de valore matrimonij, lite ab eo mota ad diſſoluendum matrimonium, an teneatur in foro conſcientiæ reddere debitum alteri, negatiua,*

1959 *Affirmatiua, & verior.*

& quid ſi lata ſit duplex ſententia, quarum neutra tranſierit in iudicatum.

1961 *& quid ſi reddat eo modo, quo probari poſſit, an ſibi præiudicet.*

Lite mota ob cauſam diuortij, quoad thorum, & habitationem, innocens coniux non tenetur reddere, d. num. 1959.

1962 *Lite mota de matrimonij nullitate, quid agendum in foro exteriori, & an coniux ſpoliatus ſit reſtituendus? quoad cohabitationem; & quoad thorum reſtitui debet, ſi probationes non offerantur in continenti, quoad cohabitationem tantùm ſi in continenti offerantur.*

1963 *Quando dicantur probationes, vel quid aliud fieri in continenti; & in continenti dicatur aliquod breue tempus arbitrio iudicis taxandum.*

1964 *An reſtitutio coniugi ſpoliato facienda ſit, tametſi nondum fuerit matrimonium conſummatum, & qua ratione, & duobus ſequentib.*

1967 *Coniux dubius de valore matrimonij bona fide initi, an teneatur alteri reddere debitum in priori bimeſtri nondum matrimonio conſummato, &* 1968.

1969 *Si poſt bimeſtre non potuit veritas detegi, ſed adhuc manet dubium, an teneatur coniux dubius admonere alterum, & facta diligentia poſſit reddere, & petere debitum, an verò teneatur ingredi religionem*

1970 *Coniux idem dubius non tenetur reddere alteri exiſtenti in bona fide, ſi nouit illum incidiſſe in adulterium.*

1971 *Si vterque coniux de valore matrimonij bona fide ab vtroque initi dubitet, an poſſint licitè petere, & reddere, & vterque teneatur reddere ſaltem poſt factam veritatis ſufficientem inquiſitionem, & tribus ſeqq.*

1975 *Coniux dubius de valore matrimonij ab eo mala fide, & cum tali dubio initi, an alteri in bona fide exiſtenti teneatur reddere debitum, negant aliqui.*

1976 *Affirmat communis, & vera ſententia.*

1977 *Non poteſt tamen durante dubio petere.*

1978 *& ſi petat, alter non tenetur reddere, licèt contrarium teneant aliqui.*

1979 *quamuis poſſit, ſi velit, reddere.*

Si & ipſe poſtea dubitet non poteſt reddere, & petere, niſi poſt factam debitam diligentiam veritatis agnoſcendæ. ibid., & n. 1990.

1981 *Si vterque mala fide, & cum dubio de valore matrimonij contraxit, durante dubio, neuter poteſt petere, & reddere.*

& ſunt ſeparandi quoad thorum ibid.

1982 *Non eſt tamen diſſoluendum eorum matrimonium.*

1983 *Quid ſi poſtea probabiliter opinetur, matrimonium eſſe validum.*

1984 *Si alter ex coniugibus probabiliter opinetur, matrimonium, quod bona fide contraxit, eſſe nullum, an teneatur alteri reddere debitum, negant aliqui.*

1985 *Communis & vera affirmat.*

1986 *Coniux idem ſi probabiliter opinetur matrimonium eſſe nullum ſine opinione oppoſiti, an poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem poſſit debitum exigere, negat communis ſententia, & duobus ſeqq.*

1990 *Affir*

Digitized by Google

1990 *Affirmant alij.& eſt probabile.*

1992 *Coniux qui ab initio bona fide matrimonium contraxit, poſtea ob rationes,ſeu coniecturas probabiles vtrimque exiſtentes opinatur eſſe nullum, & ſimul opinatur eſſe validum, an poſſit licitè petere debitum,negat abſolutè vna opinio.*

1693 *Altera verius affirmat.*

1994 *Quid ſi vterque mala fide contraxit, & poſtea vtrimque habeat opiniones probabiles, an illis liceat petere,& reddere. Affirmatiua,ſi credant probabilius matrimonium eſſe validum.*

Negatiua abſolutè,ibid.

1995 *Negatiua ſi quæſtio ſit de morte prioris coniugis.*

1996 *Affirmatiua, etiamſi probabilius putent matrimonium eſſe nullum,& 1997.*

1998 *Vt liceat tranſitus ad ſecundas nuptias, non ſufficiunt leues coniecturæ de morte prioris coniugis,ſufficit verò certitudo moralis, nec requiritur phyſica.*

1999 *Certitudo moralis per certum nuncium an requiratur tam in foro interno,quàm externo,& 2000.*

2001 *An ſufficiat vnus teſtis iuratus de viſu deponens de morte, & an poſſint teſtes examinari ex mero iudicis officio non citata parte,& 2006.*

2002 *An ſufficiat fama publica de morte coniugis,etiam ſine aliis adminiculis,& quæ ſint adminicula.*

2003 *Qualiter probanda ſit fama,vt plenè probet.*

2004 *Probatur mors per violentas præſumptiones, & per librum Parochi,& 2005.*

2007 *Modus ſeruandus in examinandis teſtibus inductis ad probandam mortem prioris coniugis, remiſſiuè.*

2008 *Deficientibus teſtibus de viſu.& fama.ſi vxor haberet magna indicia,ſeu coniecturas ſufficientes ad gignendam veriſimilem perſuaſionem de morte prioris coniugis nullo ſibi opponente contraheret ſecundum matrimonium, excuſaretur à culpa coram Deo,& ab omni pœna in foro externo, nec deberet ſeparari ſi iudici conſtet de tali veriſimili perſuaſione.*

2009 *Iudex Eccleſiaſticus non debet dare licẽtiam tranſeundi ad ſecundas nuptias,vbi non conſtat de certitudine morali mortis prioris coniugis,& 2010.*

Intellectus ad cap. Quoniam §. ſi autem, vt lite non conteſtata,n.2002.& d.2010.

2011 *Matrimonium ſecundum initum ſine morali certitudine,aut cum dubio de morte prioris coniugis, aut cum falſa æſtimatione quod prior coniux adhuc viueret, an ſit ipſo facto irritum, etiamſi verè tempore contractus non eſſet in viuis, & duobus ſequentib.*

2014 *Eadem probatio, quæ debet eſſe mortis, debet eſſe profeſſionis alterius coniugis ante contractum matrimonium.*

2015 *Si vnus coniux aſſeueret alteri ſe non conſenſiſſe, vel ſubeſſe impedimentum dirimens occultum, iſte non tenetur credere, niſi adducantur coniecturæ conuincentes ad credendum.*

2016 *An poſſit eidem aſſerenti negare debitum ſi de nouo non conſentiat,& 2017.*

2018 *Qui exigitur, ſi certò ſciret matrimonium eſſe validum,licèt alter ignoret, & illicitè petat, teneretur reddere.*

2020 *Quid ſi alter ſe retractet, an tunc illi reddendum ſit debitum.*

2021 *Quid ſi aſſeueranti nullitatem matrimonij alter credat,an tunc poſſit iſte petere,& reddere.*

2022 *Quid ſi propter alterius aſſeuerationem dubitet probabiliter.*

2023 *Quoties coniux dubius, de valore matrimonij non poteſt licitè petere debitum, ei non licent delectatio partis ſenſitiuè, neque tactus venerei, niſi in gratiam alterius coniugis exiſtentis in bona fide, & 2024.*

Coniugi,qui ob affinitatem,vel cognationem cum altero coniuge contractam priuatus eſt iure petendi debitum,licent delectatio partis ſenſitiuæ,& tactus,

§. LI.

In dubio valoris matrimonij,an liceat coniugibus ſic dubitantibus reddere, & petere debitum coniugale.

DIfficultas vndecima eſt, an quando alter coniugum,vel vterque dubitat de valore matrimonij contracti(vel quia dubitat de impedimento ligaminis, nempe an coniux alterius matrimonij, ſeu prioris matrimonij adhuc viuat, vel quia dubitat de alio impedimento dirimente, puta conſanguinitatis,vel affinitatis,quod ab initio contracti matrimonij extiterit,)poſſit licitè reddere, & petere coniugale debitum. Hæc difficultas, ſicut præcedentis, continet plura inter Doctores controuerſa, tam quando matrimonium fuit bona fide, & ſine tali dubio contractum,quàm quando cum ſimili dubio, & mala fide alter, vel vterque coniux contraxit, ideo pluribus dubiis eſt expedienda. Aduerto tamen prius difficultatem procedere,quando conſtat certò de contractu,ſcilicet,prolata fuiſſe verba, vel habita externa ſigna contractum ſignificantia, & importantia cum animo contrahendi,& valor contractus in dubium reuocatur ſolùm,quia antè, vel pòſt contractum erat, vel ſubortum eſt dubium de ſubſiſtentia alicuius impedimenti dirimentis tempore contractus exiſtentis, nam ſi dubium non eſſet de impedimento contractus matrimonij dirimente,ſed abſolutè de ipſo contractu,ſcilicet,vtrùm reuera adfuerint verba;ſeu ſigna,& actio externa denotantia contractum;tunc cùm poſſeſſio ſtaret pro certa lege naturali non accedendi ad non ſuam,vel non ſuum; ſic dubitans nullo modo vnquam poſſet debitum petere ſtante eo dubio. An verò teneretur alteri coniugi nullo modo dubitanti de valore contractus petenti reddere, reſoluendum iuxta dicenda *infrà* 1928.*& ſeqq.*

An matrimonio bona fide vtriuſque coniugis ab initio contracto,ſi vni eorum ſuperueniat rationabile dubium de valore matrimonij, iſte ſic dubius poſſit licitè, & debeat reddere debitum alteri coniugi bona fide poſſidenti,& exigenti.

PRimum dubium,quando matrimonium fuit bona fide contractum,& poſtea alter coniugum incipit dubitare de matrimonij valore, an iſte alteri coniugi minimè dubio petenti debitum coniugale poſſit licitè,& teneatur reddere.

In hoc dubio conueniunt Doctores, ſi dubium 1914.
non ſit probabile,ſeu rationabile,ſed potiùs ſcrupulus,vt ſi coniux ſit dubius non dubitatione,ſeu credulitate diſcreta,& probabili,ſed leui, & temeraria orta ex leuibus rationibus, & fundamentis, deponi poteſt,& debet,conſilio proprij paſtoris, vel alterius viri prudentis,vel etiam ſine alterius conſilio, & eo depoſito licitum eſſe reddere,& petere debitum. ita Sanchez *lib.2.de matr.diſp.*41.*n.*42. Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.*20.*n.*180.Cuninch *de Sacram diſp.*34.*n.*10 Hurtadus *de matrimonio diſp.*10.*n.* 37. Marinus Breſſers *de conſcientia lib* 4.*cap.*12.*n.*116.*fine* & alij *ſupra hoc titulo n.*1761.relati, & omnes Doctores, qui *infra* refe-

runtur;& conſtat ex *cap inquiſitioni* 44.*de ſent excomm.*
vbi Pontifex loquens de coniuge ooo cettò ſciente,
ſed credente adeſſe impedimentum coniugij prio-
ris,ita habet.*In ſecundo diſtinguimus,vtrum habeat con-
ſcientiam huiuſmodi ex credulitate leui,& temeraria, an
probabili, & diſcreta, & quidem ad ſui paſtoris conſilium
(conſcientia leuis,& temerariæ credulitatis exploſa,) licitè
poteſt non ſolùm reddere, ſed exigere debitum coniugale:
verùm cùm conſcientia pulſat animum ex credulitate pro-
babili, & diſcreta, quamuis non euidenti & manifeſta,
debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet.*
vbi licèt Pontifex dicat conſcientiam leuis,ac teme-
rariæ ctedolitatis deponendam ad Paſtoris conſi-
liom;id tamen,vt *ſuprà n.* 762. notaui,non intelligi-
tur de neceſſitate, ſed tantùm de conſilio; ſufficit
eoim de conſilio, cuiuſcumque viri docti, vel aliter
depooere illum ſcrupulum, vt tradunt etiam præal-
legati Doctores,& alij relati *ſuprà n.*1761.Gloſſa au-
tem *in d. cap. inquiſitioni, verb.leuis*, dicit eſſe leuem
credulitatem,quando audiuit impedimentum à leui-
bus,& fortè paucis,quibus credere non tenetur;ſicut
è contra credulitatem probabilem,& diſcretam *verb.
probabilis*, dicit eſſe quando videt virum cum conſan-
guinea ſua in locis ſuſpectis,& hora ſuſpecta, & ſo-
lùm cum ſola ante matrimonium, vel quia publicè
dicitur ab homioibus. Addo quoties credulitas, ſeu
dubitatio oritor ex rationibos,ſeu fundamentis pro-
babilibus, aut teſtimoniis fide dignis. Controuerſia
ergo eſt,quaodo dubitatio,ſeu credulitas eſt diſcreta,
& probabilis,ſcilicet,orta ex coniectura,ſeu ratione,
aut fundamento probabili,& prudenti,licèt non ſuf-
ficienti ad geoeraodum probabilem aſſenſum, ſuffi-
cienti tameo ad dubium; quo anceps manet intel-
lectus neutri parti contradictionis probabiliter aſ-
ſentiens, an oimirum exiſtente tali dubio rationa-
bili,& diſcreto de valore matrimonij,eóque minimè
depoſito coniox ſit dubitans poſſit licitè, & teneatur
reddere debitum alteri coniugi minimè dubitanti
illud exigeoti.
1925. Et prima ſententia ait cum tali dubio noo ſolùm
aote examioationem, ſed etiam poſt diligens exa-
men veritatis coniugem dubium neque petere,neque
etiam reddere poſſe debitum.ita Adrianus *in 4 q.2.de
ſponſ.& quodl.2.in 1.p ad 2.argumentum.*cuius ſenten-
tiæ videntur eſſe nonnulli alij, quos Sanchez *d.diſp.*
41.*n.*43.& Salas *d.ſect.*20.*n.* 178. referunt. Probatur
primò, quia faceret contra conſcientiam dubiam
non ſolùm ſpeculatiuam, ſed etiam practicam(qood
certum eſt non licere,)quia dubitans de valore ma-
trimonij,dubitat an hæc ſit ſua, & an accedendo ad
eam fornicetur;ergo dubitat practicè,& conſequeo-
ter petendo, aut reddendo agit contra conſcientiam
dubiam practicam. Secondò, quia tam petendo,
quàm reddendo cum tali dubio ſe exponit temario
periculo faciendi contra caſtitatem,ſcilicet,commit-
teodi fornicationem inceſtuoſam, vel adulterioam.
Tertiò,Prælato iubenti detegere crimeo fratris noo
tenetur obedire ſubditus dubius, an iure præcipiat,
noo obſtante Prælati poſſeſſione; ergo coniugi poſ-
ſidenti alter coniux dubius oon tenetur debitum pe-
tere.Quartò,quia Cruaifixum tenetur dubitans an ſit
dæmon,non adorare;ergo etiam dubitans de valore
matrimonij tenetur omninò ab illius vſu abſti-
nere. Ad textus autem *d.c. inquiſitioni, de ſententia ex-
communicationis, & in cap. dominus,de ſecundis nuptiis.*
in quibus expreſsè dicitur coniugem probabiliter,&
prudenter dubitaotem de morte prioris coniugis
poſſe licitè,& debere reddere, non autem poſſe exi-
gere debitum, vt conſtat ex verbis *d. cap.inquiſitioni,
num.præcedenti* relatis, & etiam ex verbis *d. c. domi-
nus*,ibi,*ſi verò aliquis,vel aliqua,id hactenus non ſeruandi,
& de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimet dubitan-
dum, ei, quæ ſibi nupſit, debitum non deneget poſtulanti,
quod à ſe tamen nouerit nullatenus exigendum.* Ad hos
textus, ioquam, reſpondet Adriaous loqui de foro
exteroo,vel depoſito dubio.addit etiam *d.cap. inqui-
ſitioni*,eſſe inconſideratè factum,quia ſignificet con-
iugem illum poſſe reddere manente credulitate, vel
dubio de nullitate matrimonij, & bonum illic dor-
mitaſſe Homerum. † Verùm hæc ſententia à Docto- 1926.
ribus *infrà* allegandis,& aliis communiter reputatur
improbabilis,& parum pia, militátque contra reue-
rentiam ſummis Pontificibus debitam;ac proinde ab
omnibus,præſertim Doctoribus allegatis,& *infrà* al-
legandis reiicitur.Quia *in d.cap.inquiſitioni*,eſt ſermo
de dubio pulſaoti conſcieotiam,& conſequenter lo-
quitur de foro interno; ideóque ibi ſæpe fit mentio
de offenſa Dei,& peccato, & dicitur leui credulitate
ad conſilium Paſtoris exploſa. item *in c.dominus*,Lu-
cius Papa III. non ſcribebat ad iudices fori exteroi,
ſed ad Chriſtianos io captiuitate Saracenorum de-
tentos, inter quos non erant iodices Chriſtiani,in-
ſtrueos eos,quid facere tenerentur in tali dubio, vt
ex verbis textus conſtat, & rectè notauit Naoarros
*in cap ſi quis autem,n.*92.*de pœnit.d.* 7. ac proinde non
eſt ibi ſermo de foro externo,ſed de interno.In præ-
fatis quoque textibus, præſertim *in cap. inquiſitioni*,
manifeſtè patet ſummum Pontificem definite eſſe
licitam, & obligatoriam debiti redditionem, etiam
exiſtente,& non depoſito dubio,ſeu credulitate pro-
babili,cùm dicit credulitatem leuem,& temerariam
deponendam conſilio paſtoris;manente verò credu-
litate probabili, & diſcreta debitum noo eſſe dene-
gandum,ſed non poſſe exigi.Addo quòd ſi illa depo-
ſitio dubij eſt merè voluntaria,& ſine noua ratione,
aut fuodamento, impertinens eſt omninò ad hone-
ſtatem actus, quæ non meræ libertati opinandi, &
contineudi aſſenſum nititur,ſed rationibos, & teſti-
moniis fidedignis;ſi verò nititur ratione, & teſtimo-
nio fide digno,& ſufficienti, non ſemper deponi po-
teſt;ergo tunc non erit licitum reddere.quod cùm ſit
contra definitionem generalem ſummorum Pooti-
ficum in illis textibus traditam,& etiam communem
intellectum,& traditionem Doctorum,tanquam ab-
ſurdum reputandum eſt.
Secunda ſententia aſſerit coniugem dubitantem 1927.
de nullitate matrimonij non poſſe reddere ante præ-
ceptom ſuperioris,eo autem poſito,poſſe,quia in du-
bio obediendum ſit ſuperiori præcipienti, vt oſten-
ſum eſt *ſuprà*. ita tanquam probabile Paludanos *in
4.d.*36.*q.*2.*art.*2.*in fine,& art.*3.& D. Antoninus *p.* 3.
*tit.*1.*cap.*3.§.2.ſed etiam hæc ſententia tanquam im-
probabilis reiicitur à Doctoribus communiter, præ-
ſertim ab Azorio 1.*p.lib.*2.*cap.*18.*quæſ* 5. Sanchez *d.
diſp.*41 *n.*4.5.*verſus finem*,& Salas *d.ſect.*20.*n.* 138. li-
cèt enim ſuppoſito Prælati præcepto aliquid poſſit
à ſubdito iodicari licitum in praxi, quod, eo ſecluſo,
non eſſet ei licitom,iuxta tradita *ſuprà hoc titulo*;hoc
tamen in præſenti caſu locum non habet, cùm præ-
ceptum abſtinendi à fornicatiooe,vel adulterio, ſeu
violandi ius prioris coniugis(de quo fortè dubitatur
an adhuc viuat,)quod præceptū videtur violari red-
dēdo debitum,cùm præponderate videatur præcepto
ſuperioris; cui etiam in dubio non eſt obediendum,
cùm ex obedientia timetur notabile damnum pro-
prium,vel alterius, iuxta dicta *ſuprà hoc eod.tit.* Præ-
terea iuxta eoſdem Palud.& D.Antoo.& iuxta caſus,
de quibus in dictis textibus, ſuperior non poſſet in
eo dubio præcipere debiti petitionem,& ſic eam fa-
cere licitam; ergo neque poteſt præcipere redditio-
nem,

Digitized by Google

nem, & ſic facere eam licitam; nulla enim alia apparet ratio, cur poſſit vnam præcipere, & non aliam, niſi quia vna eſt licita, alia verò illicita. Quare ſummi Pontifices in dictis canonibus non decernunt mulierem dubitantem teneri reddere ſuppoſito præcepto ipſorum, vel alterius Prælati; ſed abſolutè, & per ſe loquendo declarantes obligationem ex natura rei exiſtentem, non imponentes nouam; & ſi æſtimaſſent illicitum reddere, vel de eo dubitaſſent, non præcepiſſent vt redderet debitum, nec definiſſent eſſe reddendum; ergo vt rem certam iudicarunt in eo dubio per ſe eſſe reddendum debitum.

1928. Igitur tertia ſententia communiſſima, & indubitata eſt, in hoc caſu coniugem tam ante, quàm poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem, dubium de valore matrimonij poſſe licitè, & teneri alteri coniugi exigenti, & minimè dubitanti reddere debitum. ita Nauarr. *in d. cap ſi quis autem. n.* 102 *de pœnit. d.* 7. *& in man. cap.* 22. *n.* 54. Couarruu. *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 7. *§.* 2. *num.* 8. *&* 9. Gutierez *de matr. cap.* 49. *n.* 28. Auguſtinus Barboſa *collectaneis ad d. cap. dominus & d. cap. inquiſitioni.* Vaſquez 1.2 *diſp.* 66. *c.* 2. *&* 4. Salas *d. ſect.* 20. *& ſect.* 22. Sanch *d. diſp.* 41. *n.* 47. Say. *lib.* 1. *clauis c.* 13. *n.* 26. *&* 29. Azorius *d. c.* 18. *citato quæſito* 5. Rebellus *de obligat. inſtit. p.* 2 *lib.* 2 *quæſt.* 16. *n.* Coninch *d. diſp.* 34. *n.* 105. Bonac. *de matr. q.* 4. *p.* 3. Laym. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 1. *c.* 5 *n.* 24. Bruſſ *d. c.* 12 Raphael Auerſa *de matr. q.* 21. *ſect.* 2. Baſil. Pont. *de matr. lib.* 10. *c.* 15. *à n.* 7. Ariaga 1.2. *tom.* 1. *diſp.* 25. *n.* 30. 39. 43. 44. *&* 45. Hurtadus *d. diſp.* 10. *n.* 39. 40. *&* 41. alij qui *infrà* allegantur, & innumeri alij, quos Saytus *n.* 29. Salas *vbi ſupra.* & Sanchez *d. diſp.* 41 *n.* 44. *&* 45. referunt. Probatur primò, quia coniux exiſtens in bona fide matrimonij ab initio ab eo bona item fide contracti, poſſidet ius petendi debitum, quo non poteſt, neque debet ſpoliari ab altero ob eius dubium, & quamdiu non conſtat ius illud non eſſe ſuum; ſiquidem vniuerſaliter nemo priuatus poteſt priuare alterum ſui iuris poſſeſſione ob dubias, aut etiam probabiles, ſed non certas rationes, vt *ſuprà n.* 1848. *&* 1849. & *infrà* etiam dicetur. Secundò dato quòd in dubiis facti ſit ſequenda tutior pars; iuxta hanc regulam quoque coniux dubius de valore matrimonij tenetur alteri bona fide exiſtenti in poſſeſſione iuris petendi, reddere debitum, quia ſic eligit tutiorem partem, nam cùm in vtraque parte contradictionis adeſt periculum malefaciendi, illa eſt tutior, & eligenda, in qua eſt periculum minoris mali, vt latè *ſuprà n.* 1150. *& ſeqq.* explicatum eſt. Sed in huiuſmodi dubio valoris matrimonij periculum maioris mali eſt in non reddendo, quàm reddendo, quia in reddendo ſi dubitat, an ſubſit impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis, adeſt ſolum periculum inceſtus, in non reddendo eſt periculum iniuſtitiæ, ſi fortè alter coniux petens ſit verus coniux: maius autem peccatum eſt iniuſtitia, quàm inceſtus, & ſi dubium ſit, an coniux prioris matrimonij viuat, licèt in non reddendo, & reddendo ſit periculum iniuſtitiæ; maius tamen malum eſt non reddere quam reddere: nam reddendo coniux dubius ſe exponit tantùm periculo materialis iniuſtitiæ, ſeu adulterij incertiori: non reddendo autem exponit ſe certiori periculo iniuſtitiæ; ob maius, certiuſque ius alterius coniugis bona fide poſſidentis, & petentis ſibi debitum, cùm iſtius poſſeſſio ſit certa; illius verò coniugis prioris matrimonij, de cuius morte dubitatur, dubia: quoties autẽ ex duobus malis, cæteris paribus, periculum vnius eſt certius, quàm alterius, illud cenſetur maius malum, iuxta tradita *ſuprà n.* 1157. neque hanc rationem vllo modo eneruant, quæ habet Ariaga *dictis numeris* 43. *&* 44. qui non conſiderauit maius malum ſumi non ſolùm ex excellentiori, vel multiplici virtute, cuius violandæ periculo quis exponitur, ſed etiam ex certiori periculo, ita quòd illud maius malum cenſeri debeat, cuius periculum eſt certius, niſi malum ipſum ſit valdè leue, & aliud minus certum valdè graue. Ex his autem patet certam poſſeſſionem iuris petendi debitum coniugi in bona fide exiſtenti competentem, eſſe ſufficientem rationem, ob quam alter dubius, non obſtante dubio ſpeculatiuo, & eo non depoſito, poſſit, & debeat formare conſcientiam practicam, ſeu iudicium practicũ debiti redditionem ſibi eſſe licitam, & obligatoriam; & ita reddendo non agit contra conſcientiam practicè dubiam, ſed iuxta conſcientiã practicam, certam, & veram; ac proinde non exponitur mortali periculo peccandi, ſed tantùm periculo materialis fornicationis, aut materialis iniuſtitiæ. Quòd ſi non obſtante dicta poſſeſſione certa coniugis debitum petentis alter dubius de valore matrimonij ex conſcientia erronea adhuc practicè dubitaret, an ſibi ſit licita redditio; tunc quidem eo dubio practico manente nec petere, nec etiam reddere poſſet, cùm illicitum ſit operari cum conſcientia practicè dubia, vt *ſuprà* latè oſtenſum eſt. † Et iuxta hæc 1929.
forſaſſe locuti ſunt Nauarrus, & Couarruuias *locis preallegatis*, dum dixerunt coniugi dubio de valore matrimonij, eo quòd dubitet de morte coniugis prioris matrimonij, licitam eſſe debiti redditionem, quia poteſt eſſe certus de valore matrimonij, ſeu credere matrimonium eſſe validum, ſeu cõiugem prioris matrimonij eſſe mortuum quoad effectum reddendi, & eſſe dubius, quoad effectum exigendi; eo quòd quis (inquit Nauarrus) vno tempore, & in eadem re poſſit ob quædam motiua certus eſſe, ſeu credere aliquid, quoad vnum effectum, & ab alia motiua credere contrarium, vel de eo dubitare quoad alium effectum. ſi enim velint eſſe certum quoad effectum reddendi, quia non obſtante dubio ſpeculatiuo ob alterius coniugis petentis certam poſſeſſionem poteſt & debet credere licitam & obligatoriam eſſe redditionem, illorum dictum verum eſt, licèt impropriè loquantur: ſi autem velint ex eo ſolùm eſſe licitam redditionem, quia poteſt & debeat deponere dubium perſuadendo ſibi nullum ineſſe impedimentum, quoad effectum reddendi, licèt maneat dubius, ſeu perſuadere ſibi debeat adeſſe impedimentum, quoad effectum exigendi; hoc non videtur poſſe dici, quia fieri non poteſt, vt idem cum iiſdem indiciis, ſeu coniecturis de vita prioris coniugis ſibi debeat perſuadere eum eſſe mortuum, vt ſecundo coniugi reddat debitum, non tamen poſſit cum iiſdem idipſum ſibi perſuadere, vt petere poſſit; & ſi ad petendum id ſibi non poteſt perſuadere, non apparet, cur poſſit ſibi perſuadere ad reddendum: præterea, vt *ſuprà* dictum eſt, indicia poſſunt eſſe talia, vt dubium de nullitate matrimonij, ſeu exiſtentia impedimenti non poſſit prudenter, & rationabiliter deponi. Quod verò idem Nauarrus *d. cap.* 22. *n.* 55. addit, ſcilicet, ſi rationes dubitandi ſint adeò graues, vt iudicio prudentis neutram partem credere debeat, tunc nec petere, nec reddere debitum debere; deſtruit hanc communiſſimam ſententiam, & aduerſatur duobus præallegatis textibus *cap. dominus, & cap. inquiſitioni*, in quibus decernitur non obſtante dubio probabili, & diſcreto debitum eſſe reddendum. Tertiò eadem communiſſima ſententia probatur, quia in dubiis videtur fauendum eſſe præſenti matrimonio propter humani generis multiplicationem, & ne coniuges prole priuentur, & periculum manifeſtæ incontinentiæ patiantur,

dum inter ſe nullo modo copulam habere poſſunt; & ne ex negatione debiti ſcandala, rixæ, diſcordiæ graues, & periculoſæ oriantur, & ſic aditus fraudibus pateat fingentibus coniugibus aliquod du-
1930. bium, vt debitum aliis negent. † Porrò ad primam, & ſecundam rationem primæ ſententiæ patet ſolutio ex dictis, ex quibus conſtat coniugem dubium reddentem neque agere contra conſcientiam practicè dubiam, neque exponi periculo niſi materialis fornicationis, ſeu adulterij. Ad tertiam diſpar eſt ratio, nam, vt *ſuprà n.* 301. dictum eſt, ſubditus in dubio honeſtatis præcepti non tenetur obedire Prælato, cum periculo damni notabilis famæ alterius; quia ſicut Prælatus eſt in poſſeſſione præcipiendi reſpectu ſubditi, ita alter eſt in poſſeſſione reſpectu ſuæ famæ, & ob inobedientiam Prælatus non deſinit permanere in poſſeſſione præcipiendi, & leue damnum patitur; ob obedientiam verò alter perpetuò famam amitteret. In præſenti verò caſu coniux non dubitans eſt omninò in poſſeſſione, & maius damnum ſequitur non reddendo, quàm reddendo. Ad quartam item diſpar eſt ratio; etenim in illo caſu non eſt iuſta ratio deponendi ſpeculatiuum, cùm nullus ſit in poſſeſſione, ſcilicet, etiam Chriſtus non eſt in quaſi poſſeſſione faciendi ſimiles apparitiones, cáve miracula, non enim ea facit ſine vrgenti cauſa, & magna vtilitate: Diabolus autem ſæpè ad decipiendum fingit tales apparitiones, vnde niſi poſitiuè de vrgenti cauſa, & vtilitate, vel aliis certis ſignis veracis apparitionis Chriſti Domini, (de quibus *infra hoc tit. n.* 4034.) conſtet; præſumptio eſt potiùs, quòd Diabolus ille ſit, vel ſaltem valde dubitari poteſt, ideo in tali caſu ob periculum idololatriæ neganda eſt adoratio, & homo non adorando nulli exponitur periculo morali peccati, & irreuerentiæ contra Chriſtum (quidquid contrà obiiciat Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 16. *n.* 13.) qui quando verè apparet, certis ſignis ſe manifeſtat, vt dicetur *infrà hoc tit. n.* 2344. At in præſenti caſu coniux petens debitum ab altero coniuge dubio, eſt in poſſeſſione, ratione cuius pro ipſo ſtat præſumptio veri tituli petendi.

1931. Præfata autem ſententia communiſſima procedit, etiamſi coniux dubius ab initio cum dubio de impedimento dirimente, & mala fide contraxiſſet, vt tradunt iidem Doctores, & continent præallegati textus, (qui loquuntur etiam de coniuge dubio ab initio matrimonij,) & rationes adductæ, ſiquidē ob malam fidem huius non debet ſpoliari iure ſuo alter, qui bona fide contraxit, & poſſidet, de quo *infr.*

An verò etiam quando eſt dubium de valore matrimonij ob impedimentum ſeruitutis, vel iam lis in foro cōtentioſo mota eſt de valore matrimonij, coniux dubius teneatur reddere debitum alteri exiſtenti in bona fide exigenti, explicatur *infr. n.* 1953. *& ſeqq.*

Coniux dubius de valore matrimonij an teneatur inquirere veritatem antequam ſit occaſio, in qua alter petat, & ſi petat ante inquiſitionem, an debeat ei reuelare dubium.

1932. VTrùm verò coniux rationabiliter dubius de valore matrimonij fuit bona fide, ſiue mala fide, contracti teneatur, ſi ſperet poſſe veritatem inuenire, ad illam inquirendam ſtatim quoad fieri poteſt, præueniendo præfata inquiſitione alterius coniugis non dubij exactionem debiti. Reſpondendum affirmatiuè cum Vaſquez *d. diſp.* 66. *n.* 33. Coninch *d. diſp.* 34. *n.* 101. & Hurtado *d. diſp.* 10. *n.* 44. nam alioqui ſe exponeret periculo peccandi ſaltem materialiter, ſiue reddendo, ſiue negando debitum, cùm ignoret, quod rotum ſibi liceret, vel non liceret, & ignorantia ante factam ſufficientem inquiſitionem veritatis non poſſit dici inuincibilis, cùm per inquiſitionem fortè poſſit vinci, tenetur autem vitare tale periculum, nec ignorantia poteſt excuſare, quamdiu non ſcit eſſe inuincibilem, ſit autem inuincibilis, quando facta morali inquiſitione dubium non potuit vinci. Quòd ſi nulla eſſet ſpes veritatis cognoſcendæ, tunc excuſaretur ab inquiſitione.

An verò ſi alter à coniuge dubio petat debitum coniugale ante factam inquiſitionem, teneatur iſte dubius illi detegere ſuam dubitationem, vt interim dum adhibet diligentiam ad veritatem cognoſcendam, non petat. Azorius 1. *p. d. lib.* 2. *c.* 19. *q.* 4. reſpondet ad id nullo iure teneri, quia alter coniux bonam fidem habet, & plerumque ex huiuſmodi declaratione plura, aut deteriora mala naſcuntur, nec vlla ſolet eſſe ſpes futuræ vtilitatis: & hanc Azorij reſponſionem approbat Salas *d. tr.* 8. *ſect.* 22. *n.* 208. At verò Vaſquez, Hurtadus *locis citat.* Auerſa *d. ſect.* 2. *verſic. Addendum*, & Breſſ. *d. c.* 12. *n.* 117. *fine*, aiunt teneri detegere, ſi credat reuelationem profuturam, & non nocituram, ſeu ſibi graue damnum non euēturum, licèt ſi, admonitus, petat, ei reddi debeat debitum, ſaltem dum non conſtet admonitione manſiſſe dubium. Ego exiſtimo non teneri reuelare talem dubitationem, tum propter rationem Azorij, tum quia coniux habens bonam fidem admonitus non tenetur abſtinere à petitione, quia non tenetur dicto alterius ſtare, ſeu credere, nec propter tale dictum etiam dubitare, niſi fortè tales rationes, & tam efficaces ei proponerentur, quæ ſufficerent, & cogerent ad dubitandum; ergo nec iſte dubius tenetur ei dubium ſuum detegere, ſed ſatis erit, ſi data opportuna occaſione faciat moralem diligentiam ad veritatem inquirendam, & interim ſi alter petat debitum, reddat, prout reddere tenetur, Quòd ſi ob rationes ab altero coniuge dubio propoſitas coniux petens, & ipſe inciperet dubitare, tunc deberet à petitione ceſſare, donec præmitteret moralem inquiſitionem, qua præmiſſa, ſed adhuc dubius maneret, an liceret ei petere debitum, conſtabit ex mox dicendis. 1933.

Coniux poſt contractum matrimonij ab initio bona fide initum dubius de valore matrimonij, an poſſit licitè petere debitum coniugale.

DVbium ſecundum, vtrùm coniux iſte dubius poſt matrimonium bona fide contractum, ſicvt poteſt licitè reddere debitum, ita etiam poſſit licitè petere ante, vel ſaltem poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem, qua dubium non potuerit vinci, & ignorantia euaſit inuincibilis. Circa hoc dubium etiam triplex eſt ſententia.

Prima ſententia.

PRima ſententia negat tàm ante, quàm poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem poſſe licitè petere, ita ex Doctoribus *ſuprà n.* 1928. allegatis Nauarr. & Couarruu. locis *ibidem* relatis. Azorius *d. q.* 5. Vaſquez *d. diſp.* 66. *c.* 4. *&* 5. Gutierez *dicto c.* 49. *n.* 28. *verſ. ego autem*, Rebellus *d. q.* 18. *n.* 11. Baſil. Pontius *d. c.* 15. *n.* 9. *& ſeqq.* Sayrus *d. c.* 13. *n.* 29. Auerſa *d. ſect.* 2. §. *media via.* & Hurtad. *d. diſp.* 10. *n.* 41. *fine*, 40. *& ſeqq.* præter hos autem eandem negatiuam tenent, Sylu. *v. matrimonium* 8. *q.* 13 *d.* 2. M. Antonius Cucchus *lib.* 5. *inſtit. maiorum tit.* 2. *n.* 231. Garzias *de benefic. p.* 7. *cap.* 2. *n.* 17. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 10. *q.* 4. *p.* 2. *& quæſt.* 6. *part.* 2. *initio*. Montecinus *in* 1. 2. *diſp.* 39 *quæſt.* 4. Ban- 1934.
nes

Digitized by Google

nes *par.1. Theolog. moralis tract.11. de impedimentis matrimonij quæſt.8. concl.2.* Turrianus *in opuſc. theologicis opuſculo* 10. *diſput.4. dub.1. & diſput.5. dub.1.* Petentius *in* 2.2. *quæſt.19. art.6. diſput.4. ſent.6.* Michael Salon 2.2. *quæſt.5. de dominio, art.7. verſùs finem.* Ioannes Medina *Cod. de reſtit. q.17.* Angelus, D. Antoninus, Armilla, Paludanus, Corduba, Bartholomæus Medina, Rodriquez Lopez, Philiarcus, & alij, quos latè referunt Saytus *d. n.29.* Salas 1.2 *tract.8. ſect.22. n.193.* & Sanchez *d. diſp.41. n.45.* & hanc eandem ſententiam tenere videntur S.Thomas 4. *diſt.38. fine, in expoſitione literæ Magiſtri*, & D.Bonauentura *in eadem expoſitione ad finem.* Probatur hæc ſententia primò, quia ſummi Pontifices in allegatis textibus *cap. dominus, de ſecundis nupt. & cap. inquiſitioni, de ſentent. excomm.* decernunt coniugem dubium de valore matrimonij, quando dubium eſt probabile, & diſcretum, teneri quidem reddere debitum alteri bona fide petenti, at non poſſe ab eo debitum petere durante dubio, & loquuntur abſolutè, & ſine vlla diſtinctione matrimonij bona, vel mala fide contracti, aut ſufficientis inquiſitionis antea, vel pòſt adhibitæ, quæ etſi in tali dubio locum haberet, neceſſariò fuerat adhibenda tanquam ad rem magis pertinens, quàm diſtinctio de credulitate leui, & probabili, & diſcreta à S.Pont. *in d. c. inquiſitioni* adducta: vbi autem iura non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus, iuxta regulã Iuriſperitorũ. Cõfirmatur, quòd ſummi Pontifices *in dictis textibus* loquantur etiam poſt factam diligentiam inquiſitionis, tum ex verbis illis *c. inquiſitioni, ſi tamen credulitas probabilis eſt*, quaſi dicat, quæ conſilio Paſtoris deponi non poſſit, coniux dubius reddat, ſed non petat; ergo loquitur etiam poſt factam inquiſitionem; tum ex verbis *d. c. dominus*, vbi poſtquam ſummus Pontifex Lucius III. dixit, neminem poſſe denuo nubere, donec certus ſit de morte prioris coniugis; ſubdit, *ſi verè aliquis, vel aliqua id hactenus non obſeruauit, & de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimet dubitandum, debitum non deneget, ſed nullatenus exigat.* vbi notanda eſt particula *adhuc*, quæ denotat perſeuerantiam dubij poſt factam diligentiam inquiſitionis; notanda eſt etiam particula *nullatenus*, ſcilicet, nullo modo, atque ita neque poſt examen factum exigat. Præterea eadem eſt ratio de dubio ante inquiſitionem, & pòſt, ſi in inquiſitione nulla appareat ratio particularis pro illa parte; ergo ſi poſt inquiſitionem dubium non impedit debiti petitionem, neque ante inquiſitionem poterit illam impedire.

1935. Secundò probatur, quia in dubiis, præſertim facti, tutior pars eſt eligenda, ſed coniugi dubio (ſiue bona, ſiue mala fide contraxerit, & ſiue ſit dubius ante ſufficientem inquiſitionem, ſiue etiam poſtea,) tutius eſt non petere, quia petendo ſe exponit temerariè periculo peccandi contra caſtitatem, vel etiam contra iuſtitiam, ſi dubium ſit an prior coniux viuat. Quare differentia eſt, quoad redditionem, & petitionem in hoc dubio, quod in non reddendo periculum eſt maioris, & grauioris peccati; quam in reddendo, vt *ſupra* explicatum eſt, & ita tutius eſt reddere, quàm non reddere, at non petendo nullum eſt periculum mali, aut peccatum, in petendo verò eſt periculũ peccati, ſeu poteſt eſſe peccatũ, ſi fortè matrimonium verè non valeat.

1936. Neque primò obſtare aiunt præallegati Doctores, quòd in aliis materiis iuſtitiæ à præſenti diſtinctis legitima poſſeſſio bona fide inchoata poſſidenti poſt diligentem inquiſitionem in dubio, an res ſit ſua, vel aliena, fauet quoad vſum rei, vt præcedenti §. latè probatum eſt; nam & in præſenti caſu poſſeſſio fauet quoad vſum, quia coniux poſſeſſor ab initio bonæ fidei dubius, etiam poſt diligentiam poteſt vti vxore, quamdiu veritas non conſtat, nempe illam retinere, & eadem vti quoad alios vſus domeſticos, licèt non poſſit licitè vti quoad copulam; cur autem poſſeſſio in præſenti dubio non faueat quoad vſum abſolutè, ſicut in aliis materiis diſparitas multiplex à diuerſis allegatis Doctoribus aſſignatur: & primò, quia in aliis materiis iuſtitiæ, ſolùm eſt periculum iniuſtitiæ, in præſenti verò dubio in vſu copulæ eſt etiam periculum contra caſtitatem accedendo ad non ſuam. ita Vaſquez, Saytus, Hurtadus, & etiam Rebellus. Secundò, quia in aliis per vſum abſolutum non exponitur poſſeſſor bonæ fidei dubius periculo iniuriæ, ſine dãni irreparabilis; quia ſi cõſtiterit rẽ eſſe alterius, poterit eidem idẽ reſtitui: ſi verò coniux dubius de morte prioris coniugis petat à poſteriore coniuge debitum, exponit ſe periculo irrogandi coniugi prioris matrimonij iniuriam irreparabilem, ſi fortè viuit. Tertiò, quia vbi re aliena illam conſũmando, vel diſtrahendo non eſt intrinſecè malum, ſed multis de cauſis poteſt honeſtari, etiam ſi ſcienter fiat; at verò accedere ad non ſuam, ſi ſcienter fiat, vel nõ ſuã, nulla ratione poteſt cohoneſtari; ac proinde non mirũ, ſi in aliis poſſidẽti bona fide in dubio liceat rem alienam diſtrahere; in præſenti verò materia nõ licet ab alieno debitũ petere. Quarta, & vltima diſparitas, ſi in aliis in dubio non liceret vti re, quam quis bona fide poſſidet, ius vtendi deberet apud nullum eſſe, vel perpetuò in alium tranſire, de quo ſit æquale dubiũ, an licitè vtatur: vtrumque autem eſt inconueniens, & à ratione alienum; ſed ex eo quòd coniux dubius non poſſit petere, non tranſit ius eius in alium, ſed ei manet incolume pro tempore, quo veritas conſtiterit, & interim etiam, (quod valde notandum videtur,) non multum damni patietur, quia poterit reddere, alterumque coniugem explicitè, vel implicitè rogare.

Secundò non obſtare aiunt, ſi dicatur durum nimis videri, quòd cõiux dubitans poſt matrimonium 1937.
bona fide contractum, & dubium non poſſet vinci, perpetuò debeat permanere priuatus iure petendi, & ſi vterque dubitaret, perpetuò manere ſine vſu coniugij. Nam nullum (inquit Valentia) inconueniens, aut abſurdum eſt, vt per accidens contingat neutrum coniugem poſſe petere, atque adeò nullum coniugij vſum licitum, ſi vterque dubitet.

Tertiò aiunt non obſtare textum *in c. literas, de reſtitutione ſpoliatorum*, vbi ſine præiudicio aliarum opi- 1938.
nionum Innocentius III. in caſu, in quo agitur de impedimento matrimonij, & quæſitũ eſt, an fieri debeat reſtitutio ſpoliati ante probationes, definit ſi non afferantur ſtatim probationes, deberi fieri reſtitutionem quoad habitationem, & quoad thorum, ſi verò afferãtur ſtatim, & in continenti, tantùm reſtitui debere ad habitationem, non ad thorum, propter periculum inceſtus, aut fornicationis; quare cùm etiã in dubio reſtitutio fieri debeat quoad thorum, quando probationes ſtatim non afferuntur, non videtur obſtare dubiũ de impedimẽto matrimonij, quo minus petatur debitum. Nam reſpondent Vaſquez, & Pontius definitionem Innocentij inniti ſolùm præſumptioni, & ita ſolùm reſpicere forum exterius, ex eo enim quòd impedimentũ accuſetur, & probationes non afferantur ſtatim, præſumere meritò poteſt iudex fori externi, vel nullum eſſe impedimentum, ſed illud malitioſè obiectum, (vt iudicat Summus Pontifex *in dict. cap. literas*, vbi, *qui præſumitur contra eam, quæ ſine iudicio Eccleſiæ, ſua tantùm temeritate receſſit à viro*,) vel rem eſſe dubiam,

ac proinde faciendam eſſe reſtiturioo em, quoad
thorum; vt qui ſcit oollum eſſe impedimentum,
exigere poſſit: qui autem dubitat, poſſit reddere, vt
tenetur. Qui autem ſcit impedimentum, etiamſi fiat
reſtitutio quoad thorem, debet non reddere etiam-
ſi excommunicetur, (vt *in tract. de contractu matrim.*
*cap.2. n.*68. latè oſtendi,) & etiamſi impedimentum
ſit rantùm iuris humani, in quo Eccleſia diſpenſare
poſſit. & ſoleat; id enim quod habetur *in d.cap. lite-*
ras, ſcilicet, cooiugem poſſe petere, & reddere, quan-
do impedimentum eſt ex iure poſitiuo, & ab Ec-
cleſia cogitur habitare quoad thorum, reſertur tan-
tùm, vt opinio quorundam antiquorum. Cæterùm
oppoſitum deciſum eſt *in d. cap. inquiſitioni, de ſent.*
excomm. vt *dicto cap.2. num.* 68. notaui; atque adcò
contrarium non rectè ſenſerunt Magiſter ſenten-
tiarum *d.num.*68. allegatus, & alij, quos allegat Sa-
las *d.ſect.*22.*num.*201.

Denique non obſtare quendam motum Pij V. ne-
que *c.laudabilem, de frigid. & maleſic.* conſtabit ex di-
cendis circa ſequentem ſententiam. Hanc eandem
ſententiam tenet Ariaga 1.2.*tom.*1.*diſp.*25.*n.*39. non
quia coniugi dubio poſt matrimonium bona fide
contractum, & poſt præmiſſam diligentiam ex natu-
ra rei non liceat petere debitum (ex natura enim rei
ait iuxta ſententiam ſequentem poſſe petere,) ſed
quòd in tali dubio petere ſpeciali præcepto prohi-
beatur ab Innocentio *in d cap. inquiſitioni, de ſentent.*
excomm. qua rohibuit, quòd alioqui ex natura rei
eſſet licitum, nimirum petere debitum, & in dubio
etiamſi eſſet probabilis opinio rantùm, & non certus
aſſeoſus de matrimonij valore; quod præceptum
potuit facere in hac materia (inquit Ariaga,) ſicut *in*
c.adaudientiam, de homic. in dubio homicidij præcepit
habendum quem tanquam irregularem, licèt ex na-
tura rei, & in aliis dubiis hoc non procedat.

Secunda ſententia.

1939. Secunda ſententia videtur affirmare non ſolùm
poſt, ſed etiam ante factam inquiſitionem poſſe
coniugem dubium petere, ſicut & reddere. huius
ſententiæ Sanchez *dicta diſp.*41.*num.* 44. ait eſſe Le-
deſmam 2.*p.*4.*q.*8. *art.*4. *dub.*6. Vegam *lib.*4. *ſum.ca-*
ſu 74. Angles, & alios. Probatur hæc ſententia primò
ex *dict.cap.laudabilem, de frigid. & maleſic.* vbi decer-
nitur, coniuges poſt matrimonium bona fide initum
dubitantes de impotentia coëundi, poſſe etiam du-
rante dubio per triennium experiri, an ſit tale impe-
dimentum petendo, & reddendo debitum; ergo
etiam in præſenti caſu cum dubio de valore matri-
monij licitè debitum peti poteſt, cùm dubio de im-
1940. potentia, ſit dubium de valore matrimonij. † Se-
cundò probatur ex quodam motu proprio Pij V.
relato à Sayro *dict.cap.*13.*num.*27. in quo cùm fuiſ-
ſet prius illi propoſitum multos Indos ad fidem
conuerſos manſiſſe adhuc cum vxore vltima, non-
dum certos de obitu primæ, nec eam inuenire po-
tuiſſe, definit eos cum vltima, quæ fidem ſuſcepit,
manere poſſe, & debere, & poſſe petere, & reddere;
ergo coniugi dubio de valore matrimonij bona fide
contracti, licet non ſolùm reddere, ſed etiam petere.
Ad iura autem *cap.dominus, & cap.inquiſitioni*, reſpon-
dent auctores huius ſecundæ ſententiæ intelligenda
1941. eſſe, quando dubius mala fide contraxit. † Sed con-
tra hanc reſponſionem eſt, quòd ſaltem *cap inquiſi-*
tioni, loquitur quando bona fide contractum fuit
matrimonium, & ita ibi diſtinguitur, quando eſt
credulitas leuis, & temeraria, ſiue ſcrupulus, & quan-
do eſt credulitas, ſeu dubitatio probabilis, & diſcre-
ta, ac proinde verum dubium. Præterea argumentum
deductum ex *d. cap. laudabilem*, non concludit, nam
diuerſa eſt ratio de caſu dubij, impotentiæ, & de
aliis dubiis de valore matrimonij ob aliquod aliud
impedimentum; in eo enim dubio de impedimento
impotentiæ, & frigiditatis licitum eſt reddere, & pe-
tere; quia quando eſt dubium de impedimento ma-
trimonij, ius habet quilibet inquirendi de prædicto
impedimento; & ſic in dubio impotentiæ vnuſquiſ-
que habet ius ad inquirendum de impotentia, & fri-
giditate. Hoc autem impedimentum impotentiæ, &
frigiditatis non poteſt inueſtigari, & cognoſci niſi
experientia, vſu, & conatu coniugali; & ideo dubi-
tantibus quamuis ambobus, ab Eccleſia conceditur,
vt *in d.cap.laudabilem*, triennium, vt in eo poſſint ma-
trimonio vti, quouſque veritatem agnoſcant, & an
matrimonium valeat, ſeu impedimentum ſubſit, nec
ne: in aliis autem caſibus dubij vſus coniugalis
non eſt neceſſarius ad inueſtigandum impedimen-
tum, & valorem matrimonij. ita Vaſquez *d. diſp.*66.
*cap.*6.*num.* 32. Azorius *p.*1.*lib.*2.*cap.*19. *q.*3. Baſilius
Pontius *d.cap.*15.*num.*14. Sanchez *d diſp.*41.*n.*53. Sa-
las *d.ſect.*22.*n.*211. Hurtadus *d. diſp.*10.*n.*44. *fine*, &
Ariaga *d.diſp.*25.*n.*47. † Ad alterum etiam argumen- 1942.
tum deſumptum ex illo motu Pij V. Vaſquez *dict.*
*diſp.*66.*cap.*5. Sayrus *d.cap.*13. *num.*28. *fine*. Sanchez
*eodem n.*53. Salas *d.ſect.*22. *n.*200. Pontius *d. cap.*15.
*n.*10. & Ariaga *d. diſp.*25. *n.*41. reſpondent deciſio-
nem Pontificis non fundari in eo, quòd in dubio
etiam poſt diligentiam inquiſitionis liceat petere,
cùm hoc poſſit eſſe verum, aut probabile ſolùm
quando non conſtat matrimonium vltimum mala
fide fuiſſe contractum, & eſſe nullum: conſtabat au-
tem in illo euentu Indos illos ad fidem conuerſos
viuentibus primis vxoribus contraxiſſe cum vlti-
mis; ſed nititur ſummus Pontifex Pius illi veritati,
ſeu deciſioni, quæ habetur *in cap.gaudemus, de diuor-*
tiis, ſcilicet, quoties coniux infidelis non vult con-
uerti ad fidem, nec cohabitare, vel non vult ſine
contumelia creatoris diſſolui matrimonium etiam
quoad vinculum, & alteri coniugi ad fidem con-
uerſo licere tranſitum ad aliud coniugium. Ex eo
autem, quòd illi Indi confugerun ad infideles, &
quæſiti non potuerunt inueniri, meritò præſum-
ſit Pontifex nolle cohabitare, aut non ſine contu-
melia creatoris; & ideo decernit poſſe eos, qui ad fi-
dem conuerſi erant, tranſire ad aliud matrimonium,
& in illo manere cum vltimis coniugibus.

Tertia ſententia.

Tertia ſententia (quam probabiliorem arbitror, 1943.
& à qua in praxi non recederem,) aſſerit coniu-
gem dubium de valore matrimonij bona fide initi,
ante ſufficientem diligentiam adhibitam, vt cogno-
ſcatur veritas, & vincatur dubium, ſi moraliter im-
poſſibile non ſit adhibita diligentia poſſe vinci, ſed
ſpes ſit fore, vt veritas detegi queat, non poſſe li-
citè petere; at poſt ſufficientem diligentiam ad-
hibitam in dubio permanentem poſſe petere lici-
tè debitum; & idem ſi impoſſibile moraliter ſit, ad-
hibita diligentia, dubium vinci, ideoque diligentia
non adhibita fuerit. ita Sotus *in* 4.*diſt.*27. *quæſt.*1.*art.*
3.*ad finem, diſt.*37 *quæſt.vnica art.*3. *& lib.*4. *de iuſtitia*
*q.*5.*art.*4.*in fine*. Veracruz *in ſpeculo p.*1.*art.*42. *concl.*3.
*& art.*13. *& p.*2. *art.*18. *concl.* 5. Henriquez *lib.* 12.
*cap.*6.*num.*7.*lit.T.in textu, & Gloſſa*, & ex Doctoribus
*ſuprà num.*1918. allegatis, Sanchez *d.diſp.*41.*n.*47. *&*
ſeqq. Coninch *d. diſp.*34. *num.*103. Layman *d. cap.*5.
*n.*14. Salas *d ſect.*22. *num.*212. Bonacina *d. puncto* 4.
*n.*54. Breiſſerus *d. cap.*12. & Auguſtinus Barboſa *col-*
lectaneo ad d cap inquiſitioni, de ſentent.excomm. & præ-
ter

ret hos idem docent Suarez *de cenſuris diſp.40 ſect.5. num.*17. Villalobos *p.1.tract.1.diff.23.num.*2. Ioannes Malderus 1.2.*diſp.*87. Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.*31. *num.* 299. Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 42. *num.*3. Lorca 1.2.*diſp.*38. Cornejo 1.2.*tom* 1.*tract.*8. *diſp.* 4. *dub.* 3. Ioannes Lugo *tom.* 1. *de iuſtit. & iure diſp.*17.*ſect.*4.*num.*87.*&* 88. Filliucius *tom.*1.*tract.*10. *cap.*9.*num.*343. Diana *part.*4. *tractat.*3.*reſolut.*15.*& part.* 3.*tract.*4.*reſolut.*295. Victoria, P. Ledeſma, Lud. Lopez, Cano, Penna, Gallo, & alij, quos Henriquez, Salas, & Sanchez referunt, & alij recentiores: pro hac etiam ſententia Bonacina *d. num.*5. & Diana *dict. reſolut.* 295. referunt Valentiam 4. *tom. diſput.*10.*quaeſt.*6.*part.*2. qui tamen *ibidem* initio expreſsè ait coniugem dubitantem de valore matrimonij peccare ſi petat, quod latiùs defendit *eadem diſput.quaeſt.*4.*p.*2.

1944. Prima pars huius ſententiæ, quod ante diligentiam, ſi eſt poſſibilis, & ſperat poſſe inuenire veritatem, non poſſit licitè petere, probatur tum ex dictis *ſuprà num.*1841.*& num.*1932. tum quia generaliter dubitans, (vt ex dictis *hoc tit. num.* 1856.) an res ſit ſua, quamuis eam retinere poſſit, non tamen poteſt ea vti, donec inquirat veritatem; ergo à pari caſu præſenti non poterit coniux ante ſufficientem veritatis inquiſitionem vti matrimonio petendo, ſeu exigendo debitum, cùm exigere ſit actus dominij, & voluntarius vſus matrimonij; poteſt autem, & debet etiam ante diligentiam reddere, quia reddere eſt quædam ſeruitus, & quoddam pati actum dominij alterius, ac proinde etiam eſt vſus neceſſarius ad libitum alterius, qui cùm bona fide poſſideat, non debet eo dominij actu iniuſtè ſpoliari. Confirmatur hæc pars, quia coniux abſque bona fide non poteſt debitum petere, ſicut nec poſſeſſor abſque bona fide poteſt vti re poſſeſſa; ſed ante ſufficientem inquiſitionem veritatis, ſi ſpes ſit illam inueniendi, dubitans de valore matrimonij non habet bonam fidem, iuxta tradita *ſuprà d. num.* 1841. *&* 1844. ergo non poteſt vti matrimonio exigendo debitum.

1945. Secunda pars huiuſmet ſententiæ, quòd poſt ſufficientem moralem diligentiam, ſeu inquiſitionem veritatis, ſi ſit ſpes fore, vt inueniatur, vel omiſſa diligentia, ſi nulla ſpes ſit veritatem inueniendi, poſſit coniux adhuc dubius de valore matrimonij bona fide facti exigere debitum. Probatur primò ex *cap.*2.*vt lite pendente*, vbi habetur, quòd *accuſatus* (ſcilicet de matrimonij defectu, puta adulterio,) *ante probatam accuſationem, iure, quod habet in alterum, priuari non poſſit.* ergo coniux, qui habet ius exigendi ante ortum dubium, eo quòd bona fide contraxit, ob dubium ſuperueniens, donec de veritate non debet priuari iure ſuo. Secundò, quia huic ſententiæ non parum fauet deciſio illa allegati *cap. literas, de reſtitutione ſpoliat.* Tertiò pro hac eadem ſententia facit dictum D. Auguſtini *in lib. de fide, & operibus.* relato *cauſa* 34. *quaeſt.*1.*cap. ſi virgo.* dicit enim D. Auguſtinus, *Si virgo nupſerit neſciens viro alieno, hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc adultera erit; ſi autem ſciat, iam ex hoc adultera eſſe incipit, ex quo cum alieno ſciens cubauerit; ſicut in iure prædiorum tam diu quis bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quàm diu ſe poſſidere ignoret alienum.* Quartò ad hanc eandem ſententiam facit motus ille Pij V. qui licèt in definitione *ibidem* facta nixus fuerit deciſione, ſeu ratione allegati *cap. gaudemus, de diuortijs*, non tamen conſtat ſola illa ratione motum fuiſſe; & vrgentior, & plenior erit eius definitio, ſi valeat, tametſi illa ratio locum non habeat ob alias rationes huiuſmet ſententiæ. Quintò hanc ſententiam corroborat, quod ſupra *num* 1929. *fine* dictum eſt, ſcilicet, in dubio fauendum eſſe præſenti matrimonio ob prolis multiplicationem, & ad euitandum incontinentiæ periculum. † Sextò principaliter proba- 1946.
tur, quia coniux matrimonio bona fide contracto habet ius petendi debitum; ergo propter dubium ſuperueniens moraliter inuincibile, non debet illo ſpoliari, ſicut in aliis poſſeſſor bonæ fidei, ob dubium ſuperueniens, an res ſit ſua, quod examine non poteſt vinci, non amittit ius eam retinendi, & diſtrahendi, quod ante dubium habebat, iuxta tradita *ſuprà num.* 1833. *&* 1857. & retinendo, atque vtendo illa tanquam re ſua non peccat, neque exponit ſe morali periculo peccandi, ſed tantùm periculo materialis iniuſtitiæ, quia à formali peccato, ſeu periculo morali peccandi illum excuſat ignorantia inuincibilis, in qua facto diligenti examine conſtituitur, ſiquidem ignorantia inuincibilis eſt illa, quæ nulla diligentia vinci poteſt, licèt veritas non innoteſcat: ex quibus magis declarando hanc rationem, & confirmando præſentem ſententiam ſic formatur argumentum. Poſſeſſor bonæ fidei facta diligenti perquiſitione rei, an ſit ſua, & adhuc dubius remanens poteſt non tantùm rem retinere, ſed etiam illa licitè vti abſque periculo peccandi formaliter, illum excuſante ignorantia inuincibili, ſi fortè res ſit aliena; ergo eodem modo coniux dubius de valore matrimonij bona fide initi, facta ſufficienti inquiſitione, poterit vti liberè matrimonio, reddendo, & petendo debitum, excuſante eum (ſi fortè verè ſubſit matrimonij impedimentum) ignorantia inuincibili, in qua conſtitutus eſt poſt factam moralem diligentiam, qua dubium vinci non potuit; & ſic ex matrimonij vſu, ſuppoſita tali ignorantia, non poteſt ſequi fornicatio, ſeu incontinentia, vel iniuria, aut iniuſtitia niſi materialis. † Ne- 1947.
que vim huius argumenti eneruant, quæ ex Doctoribus primæ ſententiæ *ſuprà num.*1936. adducta ſunt ad probandam poſſeſſionem in præſenti dubio non iuuare ad vſum liberum, ſicut in aliis dubiis, quæ ſi vim aliquam haberent, concluderent etiam redditionem eſſe illicitam; vt diſertè explicant Sanchez *d. diſp.*41.*num.*46.*verſic. hoc argumentum.* & Breſſerus *d. cap.*12.*num.*113. nam & in reddendo, eſt periculum contra caſtitatem, habendo copulam cum non ſua, vel non ſuo; & ſimiliter eſt periculum damni, ſeu iniuriæ irreparabilis; & ſimiliter, ſi petere eſſet illicitum, quia eſt intrinſecè malum ſcienter accedere ad non ſuam, ſic etiam eſſet illicitum reddere. Denique ſicut ex eo, quòd coniux dubius non poſſit petere, non tranſit ius rei in alium, ita etiam ex eo, quòd in aliis poſſeſſor bonæ fidei dubius non poſſet re vti, non tranſiret ius rei in alium, ſed ei maneret incolume pro tempore quo veritas conſtaret; igitur ſicut poſſeſſio in aliis fauet poſſidenti bona fide abſolutè quoad vſum rei; ita in præſenti dubio fauet abſolutè ad vſum matrimonij tam petendo, quàm reddendo, & non ſolùm ad detinendum coniugem, & ad reddendum debitum, idque ob illam rationem, quòd iniuſtum eſſet poſſeſſorem bonæ fidei ob ſuperueniens dubium inuincibile fieri deterioris conditionis, & iure ſuo priuari.

Denique probatur hæc ſententia, quia negari 1948.
non poteſt, quòd non ſit duriſſimum, & abſurdo proximum cogere coniuges omni culpa carentes vitam cœlibem perpetuam ducere, ſicut cogerentur, ſi ambo poſt matrimonium bona fide ab vtroque contractum dubitarent de matrimonij valore, tunc enim neuter iuxta primam ſententiam licitè

petere poſſet. Ex quo etiam manifeſtiſſimo incontinentiæ periculo expoſiti ſimul cohabitarent, attenta humana fragilitate, & ad carnis voluptates propenſione: immò ſimile, & fortè maius peccandi periculum eſſet, etiamſi tantùm vnus ex coniugibus dubitaret, altero non dubitante, cum quo, & quoad thorum ob obligationem reddendi debiti cohabitate teneretur; cùm difficillimom, & ferè ſupra humanas vires ſit aliquem hominem ſanum, & robuſtum continuò cogi cum perſona diuerſi ſexus dormire, & nunquam poſſe petere debitum. Quare non videtur veriſimile ius naturale, & multo minus humanum cum tanta difficultate, tamque euidenti, & moraliter certa animarum pernicie, velle obligare coniuges poſt matrimonium bona fide contractum, & dubios inuincibiliter ad abſtinendum perpetuò à debiti petitione, ob vitandum dubium periculum incontinentiæ, aot iniuriæ. ac proinde ſi quæ fortè committitur iniotia, aut incontinentia, eſt tantùm materialis tot rationibus, & cauſis à culpa excuſantibus. Ex quibus manet apertè ſolutum ſecondom argumentom primæ ſententiæ, coniux enim licèt dubitet, an matrimonium valeat, & an reddendo, vel petendo accedat ad ſuam, vel ad ſuum, tamen moraliter certò ſcit ſe poſſe vti matrimonio abſolutè, ſicut quilibet alius poſſeſſor bonæ fidei dubius inuincibiliter, an res ſit ſua, certò moraliter ſcit ſe poſſe liberè ea re vti; ac proinde non exponitur periculo peccati, vel incontinentiæ, aut iniuriæ, ſeu iniuſtitiæ, niſi fortè materialiter.

1949. Ad primum verò argumentum ſumptum ex *cap. dominus, & cap. inquiſitiom.* Quoad *c. dominus*, reſpondetur Pontificem ibi expreſsè loqui de coniuge dubio de valore matrimonij mala fide contracti, ſcilicet, ab initio contractus probabiliter dubitanti de morte prioris coniogis; vt colligitur ex illis verbis textus, *ſi verò aliquis de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimet dubitandum, ei, quæ ſibi nupſit, debitum non deneget poſtulanti, quod à ſe tamen nouerit nullatenus exigendum.* particola enim illa *adhuc*, apertè indicat dubium illud fuiſſe ab initio matrimonij, & poſt perſeuerans. Aliis etiam verbis in caſu ibi propoſito ſupponitur agi de eo, qui ab initio matrimonij dubitauit, nec habuit certitudinem mortis prioris coniogis, ac proinde ſecundam duxit mala fide; quia ſecundam ducere non poterat, niſi certus moraliter de morte primæ, vt dicitur *in d. cap. dominus, & in cap. in præſentia, de ſponſalibus*, & tradit communis Doctorum (de qua re latè Sanchez & explicabitur infrà *lib. 2. de matr. diſp.* 46.) cuius ratio deducitur ex dictis *ſuprà* 1836. *& num.* 1893. *& ſeq.* ſcilicet, quòd maior certitudo requiritur ad inchoandam, quàm ad continuandam poſſeſſionem; ad inchoandam enim legitimè non ſufficit dubitatio, quæ tamen non impedit poſſeſſionis bona fide inchuatæ continuatiooem, vt præallegatis numeris probatum eſt.

1950. Ad *cap. Inquiſitioni*, Sanchez *d. diſp.* 41. *num.* 53. *verſic. ad duo priora argumenta*, & ferè omnes alij Doctores pro hac tertia ſententia allegati reſpondent Pontificem, dum ibi indiſtinctè decidit dubitantem non poſſe petere debitum, intelligi, quamdiu non eſt adhibita debita diligentia veritatis agnoſcendæ. Quia licèt ibi Pontifex non diſtinguat; ratio tamen diſtingoere cogit, ne bonæ fidei poſſeſſor cogatur ob dubium ſuperueniens inuincibile in perpetuum ab vſu rei ſuæ abſtinere, & cum tanta difficultate támque euidenti periculo animæ. Neque ex eo quòd Pontifex ibi diſtinguit inter leuem credulitatem ad conſilium Paſtoris deponendam, & inte probabilem, & diſcretam, neceſſariò colligitur Pontificem loqui de credulitate manente poſt factam ſufficientem inquiſitionem; immo quòd non loquatur, ita ſuadet ratio mox adducta, & reliqua, quibus hæc tertia ſententia confirmata eſt.

Reſponderi poteſt ſecundò cum Breſſero *d. c.* 12. 1951.
num. 115. & Ioanne Lugo *d. n.* 88. dato quòd Pontifex ibi loquatur etiam de petitione poſt factam diligentem inquiſitionem, tamen non obſtare huic tertiæ ſententiæ, quæ procedit in dubio negatiuo & ſtricto excludente probabilem aſſenſum circa vtramque partem, at in caſu *d. cap. inquiſitioni*, coniux, quem Summus Pontifex definit, debere debitum reddere, & non poſſe petere, non habebat dubium negatiuum, & ſtrictum, ſed credulitatem, nempe aſſenſum opinatiuum, quo credebat probabiliter nullum eſſe matrimonium, ſeu ſubeſſe impedimentum matrimonij, qua credulitate, ſeu opinione ſtante Pontifex decernit, licèt teneretur reddere, non tamen potuiſſe petere, quia nullum habebat indicium ſaltem probabile de valore matrimonij, ſed ſolùm de illius nullitate, quo caſu obligatoriam eſſe quidem redditionem debiti, illicitam verò petitionem, docent etiam magis communiter Doctores, vt *infrà num.* 1986. dicitur. Quòd autem ibi ſermo ſit non de coniuge dubio ſtrictè, & negatiuè, ſed in dubio poſitiuè, & opinatiuè de matrimonij impedimento, & poſt diligentiam adhibitam, conſtare ex verbis aiunt præallegati auctores. Nam Pontifex primò diſtinguit, an alter coniugum certò ſciat impedimentum matrimonij, vel tantùm credat; priori caſu ait eum potius excommunicationis ſententiam debere ſuſtinere, quàm vti matrimooio, etiam reddendo ſolùm; poſteriori diſtinguit ſecundò, an credulitas ſit leuis, & temeraria, an verò probabilis, & diſcreta: & priori caſo dicit ea credulitate ad conſilium Paſtoris exploſa, poſſe reddere, & petere; in poſteriori caſu definit reddendum eſſe debitum, non exigendum; his verbis, *cùm conſcientia pulſat animum ex credulitate probabili, & diſcreta, quamuis non euidenti, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet.* ex quibus verbis apparet in eo textu non agi de dubio ſtricto, (cuius ibi nulla fit mentio, ſed de credulitate non quauis, ſed probabili; & diſcreta, quæ non importat, ſed neceſſariò excludit dubium ſtrictum, & ſuſpenſiuum, ex iiſdem etiam verbis tanquam veriſimilius apparere videtur, non agi de credulitate illa tantùm ante factam diligentiam inueniendæ veritatis, ſed etiam, & potiſſimum poſt illam; quia ante non propriè dicitur credulitas diſcreta, & probabilis; vel ſaltem nulla eſt ratio excludendi credulitatem poſt diligentiam, cùm illam verba potiùs ſignificent. ita Breſſerus, qui etiam putat S. Thomam loco *ſuprà num* 1934. relato, loqui de coniuge dubio opinatiuè, non negatiuè, vt *infrà num.* 1998. explicatur: ex quibus patet Ariagam *dict. diſp.* 25. *num* 30. *verſic. ſuppono tertiò*, non rectè dixiſſe neminem ante ipſum obſeruaſſe textum *in d. cap. inquiſitioni*, non loqui de dubio, ſed de conſcientia, ſeu opinione probabili; prius enim, quàm ipſe, obſeruarunt Breſſerus, & Ioannes Lugo *locis citatis*, poſt quos idemmet Ariaga ſcripſit. Quòd verò addit idem Ariaga *num.* 32. *fine*, eo ipſo Pontificem Innocentium in eo textu determinare etiam, ne in dubio coniux, qui bona fide ab initio contraxit, poſſit petere; quia quæ ſub conſcientia probabibili non licent, multo minus licent ſub dubio, minus verum eſt, quia in dubio ſtricto habet locum illud, quòd melior eſt conditio poſſidentis: cùm autem quis habet opinionem probabilem vnius

partis,

partis, ſine opinione partis oppoſitæ (quo caſu loquitur textus ille *in cap. inquiſitioni*, vt *infrà n.* 1986. *& duobus ſeqq. & n.*1993.) illo priuilegio, quòd melior eſt conditio poſſidentis iuuari non poteſt, vt *infrà dictis numeris* probatur.

Si vnus coniux dubitet de valore matrimonij bona fide ab vtroque contracti ob dubium impedimentum ſeruitutis alterius, an tunc etiam teneatur reddere debitum, & poſſit licitè petere.

DVbium tertium, ſi poſt matrimonium ab vtroque coniuge bona fide contractum, alter dubitet de valore matrimonij, quia dubitat de ſeruitute alterius, nempe an ſit ancilla, ſeu mancipium, an in hoc dubio, poſt diligentiam moralem, manente, coniux dubitans teneatur alteri in bona fide exiſtenti debitum petenti illud reddere, poſſitque licitè, & abſque ſui præiudicio reddere, & petere abſque animo per copulam ratificandi præcedens matrimonium, ſi fuerit inualidum. Dixi *abſque animo*, &c. qua coniux iſte dubius poteſt denuò contrahere, & ratum habere matrimonium aliàs inualidum ob ignoratam ſeruitutem alterius: & ſi aliàs ſit ſemel ſeruata forma Concilij Tridentini, & impedimentum ſeruitutis ſit occultum, conualidari poteſt matrimonium, ſi coniuges inter ſe ſolos contrahant, vel expreſsè, vel tacitè habendo copulam, affectu coniugali, & animo matrimonium ratificandi, vt latè probaui *in tractatu de contractu matrimonij cap.* 2. *§.* 1. *& ſeq. n.* 23. Difficultas ergo eſt, ſi reddendo, vel petendo deſit talis animus, an licita ſit redditio, & petitio, & an teneatur coniux ſic dubitans reddere debitum.

1953. Plures igitur Doctores aſſeruerunt hunc coniugem dubium non teneri reddere debitum alteri, de cuius ſeruitute dubitat, etiamſi ei à iudice, ſeu Eccleſia præciperetur. ita S. Thomas 4. *diſt.* 36. *in expoſitione textus, ad finem.* Nauarrus *in d. cap. ſi quis autem num.* 84. *de pœnit. d.* 7. Couarruuias *de ſponſ. p.* 2. *cap.* 7. *d. §.* 2. *num.* 11. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 10. *num.* 5. *& lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 7. *litera X. in textu, & in Gloſſa.* Azorius *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *queſ.* 1. Villalobos *part.* 1. *tract.* 1. *diff.* 23. *num.* 8. & plures alij, tam ex Canoniſtis, quàm ex Theologis, quos allegant Nauarrus, Couarruuias, Henriquez *vbi ſuprà*, Sanchez *lib.* 2. *de matrimon. diſp.* 43. & Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 21. *num.* 186. Probant, quia vel reddit animo non maritali, & ſic fornicatur, & conſequenter peccat, vel animo maritali, & ſic graue præiudicium incurreret, quia inuitus cogeretur matrimonium cum ſerua, ſeu mancipio contrahere, nam eo ipſo quòd accedat affectu maritali, cenſetur ratificare matrimonium aliàs inualidum ratione ſeruitutis priùs ignoratæ, vt colligitur ex *cap. propoſuit, de coniugio ſeruorum*, (vbi habetur eum, qui poſtquam audiuit vxorem eſſe ancillam, carnaliter cognouit, cogendum eſſe eam retinere,) & tradunt *ibidem* Scribentes. Quare iuxta Doctores huius ſententiæ huic coniugi dubio non licet etiam reddere, niſi reddat animo maritali, cùm putent non dari medium inter acceſſum animo maritali, & acceſſum animo fornicario. Ad *cap. dominus, & cap. inquiſitioni*, aiunt præfati Doctores procedere ſolùm, quando dubius coniux poteſt reddere ſine notabili damno.

1954. Certum eſt, ſi dubium de ſeruitute ſit leue, & temerarium, & potiùs ſcrupulus, teneri reddere (ſicut in quocunque leui dubio, de quocunque alio impedimento *ſuprà* dictum eſt, iuxta *d. cap. inquiſitioni, de ſentent. excomm.*) neque ſibi præiudicare, vt etiam Doctores citati, & alij, qui præcedenti ſententia citantur, communiter aſſerunt, poteſt enim, & debet tale leue dubium deponi, nec per illud impeditur obligatio reddendi debitum, aut ius illud petendi.

Quòd ſi dubium de ſeruitute ſit rationabile, & 1955.
probabile, nec potuit facta diligentia vinci, tunc etiam longè probabilius exiſtimo, coniugem hunc dubium teneri alteri bona fide poſſidenti, & exigenti reddere debitum, ita præter plures alios, quos Sanch. Salas, & Breſſerus locis *infrà* allegandis referunt, tenēt ex Doctoribus *ſuprà n.* 1928. 1934. *&* 1943. relatis Vaſquez *d. diſp.* 66. *cap.* 1. *num.* 28. *&* 29. Sanchez *d. lib.* 2. *diſp.* 43. Salas *d. tract.* 8. *citata ſect.* 21. *n.* 187. Baſilius Pontius *d. cap.* 10 *n.* 12. Breſſerus *d. cap.* 12. *n.* 120. Auerſa *d. ſect.* 2. *verſ. limitari rurſus ſolet.* Hurtadus *d. diſp.* 10. *n.* 43. *fine.* Martinus Perez *de matrimonio, diſp.* 53. *ſect.* 2. Ariaga *d. diſp.* 25. *num.* 41. & Diana *d. reſolut.* 15. Probatur hæc ſententia; quia poteſt reddere abſque ſuo præiudicio, & etiam ſine peccato, quia poteſt, & debet reddere affectu coniugali, non vt ratificet matrimonium, ſi fortè ſit inualidum ratione ſeruitutis, ſed vt non lædat ius alterius coniugis bona fide poſſidentis, qui ob ſuum dubium, aut etiam opinionem probabilem non priuatur ſuo iure exigendi, ſicut non priuatur ob superuenieus dubium de valore matrimonij ob dubium de impedimento conſanguinitatis. Quare etiam in hoc dubio procedunt iura *in d. cap. dominus, de ſecundis nuptiis. & in d. cap. inquiſitioni, de ſentent. excomm.* & habent locum etiam rationes *ſuprà n.* 1928. cùm ergo ex vna parte non reddendo exponat ſe periculo iniuſtitiæ contra alterum coniugem, de cuius ſeruitute dubitat, & ex alia parte reddendo nullum patiatur damnum, quo excuſari poſſit à reddendo; quia ex eo quod reddit affectu maritali, non poteſt inde conuinci, quòd reualidet matrimonium præcedens, quia poteſt reddere, & reddit abſque animo de nouo contrahendi, ſi fortè fuit nullum, ſed tantùm vt ſoluat debitum, ſi fortè debeat, ne ſe exponat periculo iniuſtitiæ, & ſpoliandi alterum iure, quod bona fide poſſidet; ſequitur; vt reddere teneatur. & hæ rationes probant eſſe obligationem reddendi non ſolùm poſt præceptum Eccleſiæ, ſeu iudicis, vt voluerunt aliqui à Sanchez relati; ſed etiam ante omne iudicis Eccleſiaſtici præceptum, vt docent præallegati Doctores, & alij, quos idem Sanchez allegat, quia ante præceptum, ſeu ſententiam iudicis cogentis ad reddendum, alter coniux exiſtens in bona fide poſſidet ius petendi, quo non debet priuari donec certò moraliter conſter, non habere illud ius; & ita etiam ad id facit *cap.* 2. *vt lite pendente, ſuprà n.* 1945. *relatum.* vbi dicitur coniugem ab altero accuſatum ante probatam accuſationem non poſſe priuari iure, quod in alterum habet; & conſequenter in præſenti dubio, donec probatum fuerit coniugem, de cuius ſeruitute alter dubitat, eſſe ancillam, vel mancipium, ius habet exigendi, & conſequenter alter ſemper etiam, ſecluſo præcepto Eccleſiæ tenetur reddere, quæ redditio non præiudicat, cùm fiat tantùm ad ſoluendum id, quod ex iuſtitia debetur, non intentione ratificandi matrimonium aliàs nullum. Ex quibus manet ſolutum fundamentum alterius ſententiæ. *cap.* autem *propoſuit, de coniugio ſeruorum*, loquitur in caſu, quando maritus, qui ignoranter contraxerat cum ancilla, poſtea ſciuit eſſe ancillam, & cum tali ſcientia carnaliter

naliter cognouit, quo caſu ius præſumit eam cognouiſſe animo maritali, vel ad euitandam ſuſpicionem peccati, vel in pœnam ad reparandam iniuriam vxori factam à marito, ex quo non poteſt inferri, quòd in dubio non potuerit cognoſcere, niſi animo maritali, vt ex dictis conſtat.

1956. Verùm non ſolùm reddere, ſed etiam petere licitè debitum poterit affectu coniugali abſque ſuo præiudicio, quia poteſt accedere eo affectu maritali, non animo ratificandi matrimonium fortè aliàs nullum; ſed animo vtendi ſua poſſeſſione, ſeu iure ſuo, quod ante dubium habebat petendi, quo ob dubium ſuperueniens inuincibile de alterius ſeruitute non debet priuari, ſicut non priuatur ob dubium de valore matrimonij inuincibile ſuperueniens ratione dubij de impedimento quouis alio dirimente, iuxta tradita *n.*1947. & 1940. & omnes rationes *ibidem* adductæ etiam hîc eodem modo vrgent. Quare detecto poſtea impedimento ſeruitutis in foro externo non poteſt conuinci per illam copulam ratificaſſe præcedens matrimonium inualidum; cùm licitè potuerit habere copulam illam ſolùm animo vtendi iure ſibi competenti; niſi probetur copula poſt ſcientiam impedimenti. & ita tenet *locis allegatis* Salas, Breſſerus, & Sanchez,

1957. † Qui tamen *num.*8. addit, quòd coniux iſte dubius de ſeruitute alterius poſſit tutiſſimè amplecti alteram ſententiam negantem eum teneri reddere debitum, cùm ſit probabilis, & nolle reddere etiam mandante iudice, quia fortè iudex erit primæ ſententiæ, & coget poſtea cum altero coniuge manere. Sed exiſtimo quòd iudex, cui non conſtaret per legitimas probationes redditionem debiti, aut petitionem fuiſſe factam poſt habitam ſcientiam impedimenti ſeruitutis, non poſſet cogere ad manendum cum altero coniuge ancilla, aut mancipio; quia textus *in d.cap.propoſuit*, non loquitur, quando eſt dubium, ſed quando certò ſcitur vxorem cum ignorantia ſeruitutis ductam eſſe ancillam, & maritus eam carnaliter cognouit cum tali ſcientia. Nec iudex, non conſtante de ſcientia ſeruitutis, poteſt præſumere copulam fuiſſe habitam animo ratificandi matrimonium, ſi fortè erat inualidum, cùm potuerit haberi animo non priuandi alterum iure ſuo, vel vtendi iure proprio; & nemo præſumi debeat voluiſſe ſuo actu ſibi præiudicare, cùm præiudicium excludi rectè poteſt.

Coniux dubius de valore matrimonij, qui litem mouit ad diſſoluendum matrimonium, an lite mota pendente teneatur alteri debitum reddere foro conſcientiæ inſpecto.

1958. DVbium quarium, ſi poſt matrimonium bona fide vtriuſque coniugis contractum, vnus poſtea rationabiliter dubitet de impedimento dirimente, & lis in foro externo mota ſit ad diſſoluendum matrimonium, an hic coniux dubius, qui litem agit, teneatur lite pendente reddere debitum alteri bona fide poſſidenti.

Ad quod dubium reſpondet Henriquez *lib.* 11. *cap.*15. *num.*14. lite pendente inter coniuges de iuribus matrimonij, ea intentione vt fiat ſeparatio quoad vinculum, vel de cauſa diuortij, vt, v.g. propter adulterium ſeparentur quoad habitationem, neutrum teneri reddere, ne ſibi præiudicet; licere autem petere, & reddere debitum, quia poſt litem conteſtatam ſingulare eſt præſumi pro matrimonio, iuxta tradita à Couarr. *de ſponſ.d.*2.*c.*8.§.1.*n.*8.

1959. Sed licèt verum ſit lite mota ob cauſam diuortij ſolùm quoad thorum, & cohabitationem non eſſe obligationem reddendi, quia litem agens, & prætendens diuortium, ſi redderet, præiudicaret iuri ſuo, nam iniuriam adulterij cenſeretur remittere, & ius diuortij amitteret; etſi poſſet licitè petere, & reddere, quia matrimonium eſt certum. Nihilominus ſi lis mota ſit de valore matrimonij ad illud diſſoluendum quoad vinculum, longè probabilius eſt in foro conſcientiæ, coniugem, litem agentem etiam rationabiliter dubium, ſed non certum de impedimento dirimente, teneri alteri bona fide poſſidenti, & exigenti reddere debitum, ſicut tenetur ante litem motam. ita Sanchez *lib.*2.*d.diſp.*41.*n.*50. Salas 1.2.*d.tract.*8.*ſect.*22. *num.*209. Villalobos *part.*1. *tract.*1.*d.diff.*23.*n.*4. Auerſa *d. ſect.*2. *verſic. limitant quoque.* & alij à Sanchez relati, & ratio eſt, quia lis ad matrimonium diſſoluendum nec dat, nec tollit ius petēdi, aut reddendi, vt manifeſtè conſtat ex *c.*2. *lite pendente. ſuprà n.*1945. *allegato* (vbi expreſsè dicitur poſt accuſatum matrimonium non ſtatim eſſe matrimonium ſuſpendendum, quia alterutet coniugum ante probatam accuſationem iure quod habet in alterum, priuari non poſſit; ex quibus verbis claré colligitur eum, qui antea tenebatur etiam lite mota reddere, debere, & licere petere ei, qui antè poterat,) ac proinde poſt litem motam in dubio valoris matrimonij, quoad obligationem reddendi, & poteſtatem licitè petendi idem dicendum eſt quoad
ante. † Et idem dicendum ſi lata ſit vna ſententia in 1960.
fauorem matrimonij, altera contra illud, & neutra
tranſierit in rem iudicatam; nam etiam in hoc caſu
dubitans poteſt licitè, & tenetur in foro conſcientiæ
reddere, vt poſt Paludanum 4.*diſt* 36 *q.*2. *art.*2.*n.*16.
& D. Antoninum 3.*p.tit.*1.*cap.*5.§.2. docent *vbi ſuprà*
Sanchez, & Salas, quia in hoc dubio non eſt alter
ſpoliandus. Ad fundamentum autem Henriquez re-
ſpondetur minimè verum eſſe ſibi præiudicare con-
iugem in hoc dubio petentem, vel reddentem, quia
ſi propria voluntate impedimentum auferri non
poteſt, vt ſi ſit conſanguinitatis, certum eſt non poſ-
ſe ſibi præiudicare, cùm probato impedimento ma-
trimonium diſſoluatur; ſi verò propria voluntate
tolli poteſt, vt ſi ſit impedimentum ſeruitutis ab
initio matrimonij ignoratæ, etiam ſi lite mota, ſic-
ut ſi ante motam litem reddat alteri exigenti, non
ſibi præiudicat, vt dubio præcedenti *n.*1955. proba-
tum eſt, & conſequenter tenetur reddere. † Aduer- 1961.
tunt autem Salas *n.*211. quando impedimentum eſt
conſanguinitatis, vel affinitatis, coniugem, qui
matrimonij diſſolutionem intentat, ſi in dubio
reddat, aut petat eo modo quo probari poſſit, poſ-
ſe ſibi præiudicare apud imperitum iudicem, vt ſi
ex eo, quod reddat, aut petat, colligat iudex eum
doloſè obiéciſſe conſanguinitatem, vel affinitatem.

Lite mota de matrimonij valore, an, & quando ſit reſtituendus coniux agens litem, qui ſua auctoritate ab alio diſceſſit.

QVid autem mota lite inter coniuges de valore 1962.
matrimonij faciendum in foro externo, deciſum habetur *in c.literas, de reſtitutione, ſuprà n.*1938. definit enim ibi Innocentius III. (vt allegato *num.*1938. dictum eſt,) cùm vnus coniugum ab altero propria auctoritate diſceſſit, & iſte petit reſtitutionem, ſi probationes non offerantur incontinenti, reſtitutionem eſſe faciendam quoad cohabitationem, & thorum; ſi verò offerantur ſtatim, fieri debere reſtitutionem quoad habitationem, non quoad thorum

Digitized by Google

1963. rum, propter periculum peccati. † Quando autem
dicantur probationes in continenti, ſeu ſtatim of-
ferri, pendet ex intelligentia particulæ *incontinenti*,
ſeu *continuò*, vel *ſtatim*. Aliqui ergo, quos Sanchez
lib.1.de matrimonio diſp.51.num.14. refert & ſequitur
tum *ibi*, tum *lib.2.d.diſp.41.num.50.initio* aſſeruerunt
dici incontinenti triduum, atque ita incontinenti
probari, quod intra triduum probatur, & in vniuer-
ſum incontinenti aliquid fieri, quod intra triduum
fit, quod probat Sanchez *d.n.14.* ex *l.final.C.de errore
Aduocatorum*.ibi, *incontinenti, id eſt, triduo.* & ex *l.fin.
C.de iudiciis*, ibi, *illico autem*, id eſt, *intra triduum.* Alij
docuerunt incontinenti dici tempus octo dierum.
ita Hoſtienſis *in ſum.tit.de diuortiis num.7.* Aſtenſis,
Tabiena, Armilla, & Gaeta, quos Sanchez *lib.10. de
matr.diſp.12.n.23.* Verior tamen ſententia, & com-
munis eſt, incontinenti dici tempus aliquod breue
arbitrio iudicis tenendum. ita Rota Romana *deciſ.
811.num.36.& 40.p.1.in nouiſſimis diuerſorum*, Meno-
chius *de arbitrariis caſu 12.n.4.* Rebellus *de poteſtate
eorum, quæ incontinenti fiunt, lib.1.cap.117.num.3.* Au-
guſtinus Barboſa *ad Decretales collectaneo in d. cap. li-
teras, de reſtit. ſpoliat.num.6.* Sanchez *d. diſp.12. eodem
n.23.* & alij à Rota, & Menochio relati.

*Marito ſpoliato nondum matrimonio conſum-
mato non conceditur reſtitutio vxoris
quoad carnalem copulam, ſed tan-
tùm quoad cohabitationem, &
alia obſequia.*

AN verò hæc reſtitutio facienda ſit, quando lis
1964. mouetur de matrimonio nondum conſumma-
to, diſſenſio eſt inter Doctores, præſertim Canoni-
ſtas, & Iuriſperitos. Aliqui enim negant, eſſe locum
præfatæ reſtitutioni, tum quia poteſt alter cõiux in-
gredi religionem, *cap.ex publico, de conuerſ. coniugato-
rum.* tum quia *cap ex conqueſtione; de reſtitutione ſpo-
liator.* ad hanc reſtitutionem faciendam conſidera-
tur copula habita à coniugibus, ibi, *& ab eo cognita,
ipſam ei reſtitui faciatis.* ita Gloſſ. *ibi v.& ab eo cognita*,
Hoſtienſis *ibidem v eodem* Innocentius, Ioannes An-
dreas *in cap.ex parte de reſtit.ſpoliat.* & alij à Sanchez
1965. *d.n.50.* & Salas *d ſect.22. n.203.* relati. † At alij ve-
rius diſtinguunt, nempe ſi petatur integra reſtitutio,
ſcilicet, etiam quoad copulam, non debere concedi
reſtitutionem matrimonio nondum conſummato;
quia graue damnum pateretur fœmina agens ad
matrimonij diſſolutionem, ſi poſtea declararetur
inualidum matrimonium; ſi verò petatur quoad co-
habitationem tantùm, & alia obſequia præter copu-
lam, debere concedi, cùm non conſtat de nullitate
coniugij, vt à contrario ſenſu videtur omninò con-
ſtare ex *d.cap ex parte, de reſtit.ſpoliatorum*, ibi, *reſtitui
nequaquam debeat, vtpote nullo iuris, aut poſſeſſionis com-
modo deſtituta, cùm per ſolam traductionem, quam non præ-
ceſſerunt ſponſalia, vel conſenſus legitimus, nec fuerunt
etiam ſubſecuta, nullum inter eos obligatorium vinculum
ſit contractum*; ex his enim verbis infertur à contrario
ſenſu ſecus eſſe, & reſtitutionem faciendam, ſi vin-
culum matrimonij fuiſſet contractum. Quare textus
qui in oppoſitum adducitur, ponderat copulam,
quando agitur de plena; & omnimoda reſtitutione,
& licèt alter coniux poſſit ingredi religionem, dum
tamen non ingreditur, habet ius ad prædicta obſe-
quia. ita Abbas *in dict. c. ex parte n.25. ibidem* Imo-
la *n.11.* Brunellus *de ſponſalib. concl.12.n.5.* P. Barbo-
ſa *ſoluto matrimonio p.2.rubrica.n.80.* & alij, quos refe-
runt, & ſequuntur Sanchez *d.n.50.* & Salas *d.ſect.22.*
1966. *n.204.* † Aduertunt autem Abbas, Brunellus, San-
chez, & Salas, ſi periculum de copulæ extorſione,
cautio indemnitatis præbenda eſt, etſi hæc non ſuf-
ficiat ad præcauendum ſit periculum, reſtitutio-
nem differendam eſſe; ſi etiam conſcius eſſet de im-
pedimento, nulla ratione poteſt reddere, aut petere,
aut cohabitare, iuxta dicta *ſuprà n.1938.& in tracta-
tu de contractu matrimonij cap.2.n.68.*

*Coniux dubitans de valore matrimonij bona
fide initi, an poßit reddere debitum priori
bimeſtri ante conſummatum matrimonium,
& quid ſi conſtet alterum coniugem incidiſ-
ſe in adulterium.*

DVbium quintum, an in priori bimeſtri poſt 1667.
matrimonium ab vtroque coniuge bona fide
contractum coniux dubitans poſtea de matrimonij
valore teneatur alteri in bona fide exiſtenti, &
exigenti reddere debitum, & Vaſquez 1.ᵒ2. *diſpu-
tat.66.cap.6.* Azorius *1.p.lib.2. cap.19. quæſ.2.* Ariag.
d.diſp.25.n.47. & alij Doctores *ſuprà n.* 1934. relati
tenentes coniugem dubium durante dubio de valo-
re matrimonij nunquam poſſe petere, aſſerunt in
priori bimeſtri poſt matrimonium initum coniu-
gem dubium de valore eiuſdem matrimonij, ſiue
poſt ſufficiens examen veritatis, ſiue antea, non te-
neri, nec poſſe reddere debitum ſi illud nondum ſit
conſummatum ante ſubortum dubium, quia in illo
bimeſtri, vtpote dato ad deliberandum de ingreſſu
religionis, *d.c.ex publico, de conuerſ.coniugatorum*, alter
licèt in bona fide exiſtens, non habet ius petendi, &
cogendi ad vſum matrimonij, & ita non tenetur, ac
proinde etiam non poteſt reddere debitum, quia in
non reddendo nullum eſt periculum iniuſtitiæ con-
tra petentem, ob quod ſolum, (iuxta Doctores *dict.
n.1934.*) vitandum in dubio valoris matrimonij lici-
tum eſt reddere debitum cum periculo fornicatio-
nis. † Sed iuxta ſententiam *ſuprà n. 1943. & ſequen-* 1968.
tibus approbatam aſſerentem coniugem dubitantem
poſt factam veritatis inquiſitionem ſufficientem, &
moraliter poſſibilem, poſſe petere debitum, dicen-
dum eſt coniugem dubium in eo bimeſtri non poſ-
ſe reddere ante debitum examen veritatis moraliter
poſſibile, (quia tunc alter non habet ius petendi, &
ſic in non reddendo non eſt iniuſtitiæ periculum, &
diligentia non præmiſſa poſſeſſio non ſuffragatur in
dubio, & alioqui in dubio quocunque non licet
operari ante debitam diligentiam ad vincendum
dubium adhibitam, ſi ſit moraliter poſſibilis, iuxta
dicta *ſuprà n.1944.* & aliis locis *ibidem* allegatis;) at
poſt debitum examen, ſi adhuc maneat dubius, poſ-
ſe licitè reddere, & petere, quia in dubio inuincibili
non debet priuari iure vtendi liberè coniugio, quod
ante dubium illi competebat, vt ſatis oſtenſum eſt
ſuprà num. 1945. *& ſeqq.* ſicut in ſimili dubio poſt
adhibitam diligentiam remanente licet vti re bona
fide poſſeſſa, de qua dubitatur, an ſit aliena; quare
honeſtas vſus matrimonij reddendo non innititur
poſſeſſioni alterius in bona fide exiſtentis, ſed poſ-
ſeſſioni, & iuri proprio. ita Sanchez *lib.2. de matri-
mon. diſputat.41. num.48.* Martinus Perez *d. diſp.53.
ſect.3.* Salas *dict. ſect.22. num.206.* & reliqui omnes
ſuprà dict. num. 1943. relati. Addit Salas etiam ante
examen licitam eſſe redditionem, & petitionem,
ſi ex eius carentia incommoditates graues contin-
gerent, ſicut iuxta eius Salæ, & Breſſeri ſententiam
in quocunque alio dubio licet operari, vel aliquid
omittere, ſi alioqui ex carẽtia operationis, vel omiſ-
ſionis immineret periculum grauis incommodi.

Quòd

1969. Quòd ſi ne quidem poſt bimeſtre poſſet veritas detegi,ſed adhuc dubium maneret,tunc Vaſq. *d.c.6. fine*, & ex aliis Doctoribus *ſuprà num.* 1934. relatis Pontius *d.cap.*15.*num.*15. Hurtadus *d.diſp.*10.*n.*44. & Auerſa *d ſect.*2. *verſic. addendum tamen*, aiunt elapſo illo tempore duorum menſium coniugem dubium non debere retinere alterum perpetuò ſuſpenſum, ſed debere ei detegere dubium, (ſi putat reuelationem profuturam, & non nociturám,) vt ipſe interim non petat donec ſufficienter examinetur; ſi verò putet reuelationem dubij non futuram alicuius momenti, vel potiùs nocituram, debere tunc coniugem dubium reddere debitum alteri petenti, aut ingredi religionem: ad ingreſſum autem non teneri, (vt ad euitandum periculum incontinentiæ voluerunt quidam, quos tacitis nominibus *ibidem* refert Vaſquez,) nam nimis durum videtur obligare dubium coniugem ad ingreſſum religionis, vt ea ratione liberum relinquat alium coniugem ad ineundum cum altero matrimonium, eo quòd niſi ſtatus religionis ſponte ſuſcipiatur, difficiles ſoleat habere exitus; & multæ aliæ cauſæ ſeſe offerre poſſint, ob quas ad ingreſſum in religionem obligari non debeat. Et idem,ſcilicet,quòd poſt illud bimeſtre teneatur coniux dubius reddere, vel religionem ingredi,ſed non teneri ad ingreſſum,docet Azorius *d. cap.* 19. *q.* 2. ſed tamen *q.*4. negat obligari ad detegendum dubium ante redditionem, ídque ob rationem *ſuprà num.* 1933. adductam; vbi etiam probaui coniugem dubium non teneri alterum admonere de ſuo dubio. Iuxta ſententiam verò quam *num.*1943. *& num. præcedenti* approbauimus, facilè probatur non teneri ad ingreſſum religionis cùm facta diligentia in eo dubio coniux dubitans habeat ius petendi,& reddendi ob legitimam poſſeſſionem bona fide inchoatam, quæ illo dubio inuincibili non interrumpitur,vt *ſuprà* latè oſtenſum eſt: quamuis etiam retenta ſententia Vaſquez, & aliorum *num.* 1934. *&* 1967. certum videatur non teneri cum tanto ſuo detrimento, & incommodo, vel alterius aut religionem ingredi, aut redditione debiti perpetuò, & donec duret dubium, abſtinere, ac proinde licitè illi periculo materialis fornicationis ſe exponere.

1970. Ex dictis infertur ſi poſt matrimonium ab vtroque bona fide initum conſtet alterum coniugem exiſtentem in bona fide incidiſſe in adulterium; innocentem, qui dubitat de valore matrimonij, non teneri illi petenti reddere debitum, quia ob illud crimen caret iure petendi, nec iuuatur poſſeſſione, & ita non reddendo non eſt periculum iniuſtitiæ; quare iuxta ſententiam Vaſquez,& aliorum aſſerentium in dubio valoris matrimonij nunquam eſſe licitum petere, & redditionem eſſe obligatoriam, & honeſtari ſolùm ob periculum violandi ius coniugis bona fide poſſidentis, coniux innocens dubius neque ante, neque poſt factam debitam inquiſitionem poſſet licitè reddere: iuxta autem ſententiam *ſuprà hoc dubio, & num.* 1943. *& ſeqq.* approbatam, ante inquiſitionem non poſſet reddere, neque petere; poſt inquiſitionem adhuc poſſet licitè reddere, & petere ob rationem *ſuprà* allatam, ſcilicet, quòd ius vtendi coniugio reddendo, & petendo non innititur poſſeſſioni alterius tantùm, ſed etiam propriæ bona fide inchoatæ, quæ non interrumpitur per ſuperueniens dubium, quod facta debita inquiſitione remanet inuincibile. ita Sanchez *d.diſp.*41 *num.*49. Salas *d.num.*206. & alij Doctores *d.num.*1943. relati.

Matrimonio bona fide vtriuſque coniugis inito, ſi poſtea vterque dubitet de eius valore, an licita ſit eis petitio, & redditio debiti.

DVbium ſextum, ſi vterque coniux dubitet de valore matrimonij bona fide contracti, an vterque poſſit petere,& reddere debitum. Circa hoc dubium triplex eſt ſententia. 1971.

Primò eſt Azorij, Vaſquez, Rebelli, Pontij, Gutierez, Hurtadi, Auerſæ, Valentiæ, & aliorum recentiorum, qui *ſuprà num.*1933. relati ſunt,& nonnullorum aliorum,quos Salas *d.ſect.*22.*num.*197.refert, qui loquentes conſequenter, cùm teneant coniugem dubium de valore matrimonij non poſſe petere debitum, etiam poſt factam ſufficientem inquiſitionem, aſſerunt neutrum tam ante quàm poſt factum ſufficiens examen poſſe in eo dubio debitum petere; etſi quis eorum ſic dubitantium illicitè, & iniuſtè petat, alterum non teneri reddere, quia cùm petens non habeat ius petendi, non reddendo non exponitur periculo iniuriæ, ſeu iniuſtitiæ, & conſequenter aiunt non poſſe licitè reddere; cùm iuxta ipſos redditio coniugi dubio ſit licita ſolùm ob periculum violandi ius alterius.

Secunda ſententia eſt Henriquez *d. lib.*12. *cap.*6. *num.*5.*littera T in Gloſſa*,allegantis etiam Victoriam, & Canum,Cordubæ *in ſumm.quæſt.*45.*puncto* 3. Bartholomæi Ledeſmæ, P.Ledeſmæ, & Ludouici Lopez,quos Sanchez *d. diſp.*41. *num.*54. & Salas *dict. ſect.*22.*num.*196. referunt,aſſerentium etiamſi alteruter ſic dubitans illicitè petat, etiam poſt factam ſufficientem inquiſitionem, vt ipſi, præter Henriquez, tenent, nihilominus alterum exigenti ſic illicitè,teneri reddere debitum, tum quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis: in hoc autem dubio vterque bona fide poſſidet, & ita negans exponeret ſe periculo irrogandi iniuſtitiam petenti legitimè poſſidenti,ſi fortè eſt verus coniux; tum quia coniugi illicitè petenti contra votum caſtitatis, vel non petendi debitum, tenetur alter reddere debitum; vt oſtendo *in tract. de effectibus matrimonij, cap.*1. *num.* 241.*& ſeqq.* ergo ex eo quòd coniux dubius illicitè petat debitum, alter non eximitur ab obligatione reddendi. 1972.

Tertia ſententia, & probabilior aſſerit primò, neutrum coniugem ſic dubitantem de valore matrimonij bona fide initi ante præmiſſam debitam veritatis inquiſitionem (caſu, quo non ſit moraliter impoſſibilis, vel nullo modo ſperetur fore vt veritas inueniatur,) non poſſe licitè petere,(vt prabatum eſt *ſuprà n.*1932.*&* 1944.) & ſi alter petat, alterum, qui nouit petentem eſſe dubium de valore matrimonij, non præmiſiſſe ſufficientem diligentiam ad dubium vincendum, non teneri reddere, nec licitè poſſe; in dubio ſiquidem non præmiſſa debita diligentia ad illud vincendum poſſeſſio non ſuffragatur, ſeu tribuit ius vtendi re de qua quis dubitat, an ſit ſua (vt conſtat ex dictis *ſuprà n.* 1836. *&* 1844.) vnde tunc negando debitum petenti nulla fit iniuria, cùm non habeat ius petendi;& reddendo exponeretur reddens periculo incontinentiæ, iuxta dicta *eodem num.* 1836. *&* 1844. Quòd ſi tantum coniux petens non præmiſſa diligentia eſſet dubius,& alter ſciret matrimonium eſſe verum, & validum, hic poſſet quidem licitè reddere,quia ius habet petendi; ac proinde à fortiori reddendi,& cùm exiſtat in pacifica poſſeſſione matrimonij, poteſt ille plenè vti petendo, & reddendo, vt rectè Sanchez, Salas, Filliucius *locis mox allegandis*, & alij *ſuprà num.* 1843. 1973.

relati

Google

relatitan verò coniux non dubitans teneatur credere
1974. alteri aſſerenti ſe dubitare, *infrà* deciditur. † Secundò aſſerit hæc ſententia poſt debitam diligentiam præmiſſam ad dubium vincendum, vtrumque coniugem dubium de valore matrimonij bona fide ab vtroque iniri poſſe petere, & reddere; quia poſſeſſio tribuit ius ad abſolutum vſum rei, de qua quis dubitat, an ſit ſua, iuxta dicta *ſuprà n.* 1857. *& num.* 1946. & ad id faciunt omnia adducta *dicto num.* 1846. *& ſeqq.* & præſertim, quia nimis durum eſt duos coniuges culpa carentes, debere perpetuò carere vſu matrimonij, vt latè *num.* 1948. proſecuti ſumus; hanc ſententiam quoad vtramque aſſertionem tenent Sanchez *d. diſp.* 41. *num.* 55. *&* 56. Salas *d. ſect.* 22. *num.* 198. & alij Doctores *ſuprà num.* 1943. relati. Villalobos *d. diff.* 23. *num.* 2. Filliucius *d. cap.* 9. *num.* 344. Coninch, Layman, Breſſerus, Bonacina, Reginaldus, Diana, Martinus Perez, & alij recentiores *ibidem* relati. Quare ad rationes ſecundæ ſententiæ, quatenus contraria eſt primæ aſſertioni huius tertiæ ſententiæ, reſpondetur ad primam in negando debitum nullum eſſe periculum iniuſtitiæ contra petentem, cui tunc non ſuffragatur poſſeſſio, quæ in dubio non præmiſſa diligentia non tribuit ius, nec facit conditionem poſſidentis meliorem. Ad ſecundam reſpondetur, non eſſe ſimile de voto, quia coniux vouens caſtitatem, non amiſit ius iuſtitiæ ad petendum, nec poſſeſſionem, vt probo *in præallegato tract. de effectibus matrimonij*, citato *n.* 241. quamius petendo peccet contra religionem: coniux autem dubitans de valore matrimonij ante præmiſſam debitam veritatis inquiſitionem, ſi non ſit moraliter impoſſibilis, caret iure petendi, & poſſeſſionis priuilegio, ſeu ſuffragio, quæ in dubio nondum facta diligentia morali, & ſufficienti non tribuit ius, iuxta ſæpè tradita.

Si alter, vel vterque coniux cum mala fide dubitans de eius valore contraxit matrimonium, an ſit tunc licitum reddere, & petere debitum coniugale.

DVbium ſeptimum, ſi ex coniugibus vnus contraxerit matrimonium bona fide, alter verò contraxerit mala fide, dubitans rationabiliter de valore matrimonij, quia dubitabat de morte prioris coniugis, vel alio impedimento dirimente; an hic coniux dubius de valore matrimonij mala fide ab ipſo initi teneatur alteri petenti debitum reddere, an ſaltem poſt diligentiam adhibitam ad dubium vincendum poſſit licitè petere.

1975. Sotus *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *verſic. alia verò, & d.* 37. *q. vnica art.* 2. *ad finem.* Ludouicus Lopez 1. *p. inſtruct. c.* 81. *&* 2. *p. de matrim. c.* 59. & Vega *lib.* 3. *ſum. caſu* 155. aiunt, non poſſe vllo modo reddere; & hoc idem videtur ſentire Syluester *matr.* 8. *q.* 13. *d.* 2. *verſic. adde.* vbi dicit quòd ſi mulier conuenit dubia de morte viri, ſine probabili cauſa inducente firmam credulitatem, eſt adultera, & repellitur à primo, ſi redierit; his enim verbis indicat, peccare reddendo, nam alio. qui non eſſet adultera. Probatur hæc ſententia, tum quia poſſeſſio mala fide inchoata non iuuat ſic dubitantem ab initio; ergo ne matrimonium claudicet, nec alter poſſeſſor bonæ fidei poteſt petere; & ſi petat non debitum, alter non poteſt reddere; tum quia in hoc dubio ſi ſit de morte prioris coniugis, eius poſſeſſio præualet. Addunt Sotus *d. verſic. alia.* Lopez, & Vega, & etiam Bartholomæus Ledeſma *de matr. dub.* 10. tale matrimonium eſſe irritandum.

1976. Dicendum eſt hunc coniugem dubium de valore matrimonij mala fide initi non poſſe petere debitum, teneri verò alteri bonæ fidei poſſeſſori exigenti reddere, eſt communiſſima ſententia Doctorum, qui relati ſunt *ſuprà n.* 1928. 1934. *&* 1943. & aliorum, quos referunt, & ſequuntur Sanchez *d. lib.* 2. *de matr. diſp.* 42. *n.* 2. & Salas *d. ſect.* 22. *n.* 312. conſtat ex *d. cap. dominus, de ſecundis nuptijs*; in quo Summus Pontifex decernens coniugem dubitantem de valore matrimonij ob dubium de morte prioris coniugis teneri debitum alteri, qui in bona fide exiſtit, & exigit, reddere, non poſſe autem petere, loquitur de coniuge dubio de valore matrimonij mala fide, ſcilicet, cum dubio mortis prioris coniugis initi; & quòd teneatur reddere probatur, quia cùm alter petens poſſideat bona fide, & habeat ius petendi, iniuſtum eſt, vt ob malam, & dubiam alterius fidem, alter ſpolietur iure ſuo, donec non conſtat nullum eſſe matrimonium, & ſic carere iure petendi: vnde hìc habent locum omnes rationes *ſuprà n.* 1918. *&* 1919. adductæ. Neque obſtant fundamenta Soti, & aliorum, nam quamuis poſſeſſio inchoata mala fide, & dubitatiuè de inualiditate matrimonij, ei, qui ſic contraxit, non ſuffragetur ad petendum; ſuffragatur tamen ſua poſſeſſio alteri, qui cum eo contraxit bona fide, & in eadem permanet, vt ipſi debitum petenti reddatur, quia non debet, (vt dixi) iure ſuo ſpoliari ob malam fidem alterius, dum non conſtat matrimonium fuiſſe nullum; & ita quoad ius petendi in hoc dubio claudicat matrimonium: illud autem, quòd poſſeſſio prioris coniugis præualeat, falſum eſt, cùm eius poſſeſſio ſit dubia, ſicut & vita; poſſeſſio autem eius, qui bona fide contraxit, eſt certa, atque adeò ipſa præualet.

Quòd verò coniux idem ab initio contracti ma- 1977.
trimonij non poſſit perſeuerante dubio petere debitum, oſtenditur, quia poſſeſſio abſque bona fide, ſed cum dubitatione, an res ſit ſua, vel aliena, non tribuit ius ad retentionem, & vſum rei dubitatione perſeuerante, vt latè oſtenſum eſt *ſuprà n.* 1836. 1893. *&* 1894. ergo cùm mala fide dubitans de eius valore inchoauerit poſſeſſionem matrimonij, nullum ius habet ad petendum debitum, ſeu ad vſum voluntarium eiuſdem matrimonij cum periculo fornicationis, aut iniuſtitiæ contra priorem coniugem, quia dicta poſſeſſio mala fide inchoata ei non ſuffragatur,
ſeu non facit eius conditionem meliorem. † Et ſi pe- 1978.
tat, licèt Henriq. loco *ſuprà n.* 1972. allegato, & Bartholom. Ledeſma *de matr. dub.* 20. *concl.* 1. dicant alterum, qui bona fide contraxit, & nouit dubium petentis ab initio matrimonij exiſtens, teneri reddere, ſicut tenetur coniux reddere alteri contra votum caſtitatis petenti; nihilominus dicendum eſt, non teneri, quia obligatio ad reddendum debitum in dubio oritur ex legitima poſſeſſione dubitantis, vt ſæpè dictum eſt: iſte autem, cùm inchoauerit matrimonium mala fide, & cum dubio de eius valore, non eſt in legitima poſſeſſione; quæ proinde ei non ſuffragatur, ſeu tribuit ius ad vſum abſolutum matrimonij; ergo alter non tenetur ei reddere, vt etiam docent in terminis Sanch. *d. diſp.* 41. *n.* 3. Salas *d. ſect.* 22. *n.* 213. Filliuc. *d. c.* 9. *n.* 345. & communiter alij Docto-
res *ſuprà n.* 1934. *&* 1943. allegati. † Poteſt verò iſte 1979.
coniux, qui bona fide contraxit, & in ea permanet, reddere, ſi velit, & petere, quia cùm pacificè poſſideat bona fide, & ſciens, certóque ſibi perſuadens matrimonium eſſe validum, poteſt plenè vti illo: ſi autem dubius ſit, cùm ab initio ſine dubio contraxerit, non poteſt reddere, nec petere ante factam ſufficientem veritatis inquiſitionem, iuxta dicta *ſuprà n.* 1973. non enim petere poteſt, quia re, quam

Digitized by Google

dubitat eſſe ſuam, non poteſt vti ante adhibitam diligentiam, ante quam diligentiam vtens, vt in præſenti petens debitum, temerè ſe exponeret periculo fornicationis, vel iniuſtitiæ contra priorem coniugem: non reddere, quia alter non habet ius iuſtitiæ ad petendum, nec poſſeſſionem, & ita non eſt periculum iniuſtitiæ contra ipſum, ob quod vitandum licitum eſt ſubire periculum fornicationis redden-
1980. do. † Porrò facta diligentia, ſeu ſufficienti veritatis inueſtigatione, & manente adhuc dubio poteſt licitè reddere, & petere; quia tunc ob ſuam poſſeſſionem bona fide inchoatam licitus eſt ei abſolutè vſus matrimonij, iuxta tradita *ſuprà n.* 1974.

1981. Et ex his infertur, quòd ſi vterque mala fide, ſeu cum dubio de eius valore contraxit matrimonium, neutrum poſſe petere, & reddere, quia neutri ſuffragatur poſſeſſio mala, ſeu dubia fide inchoata, vt *ſuprà* oſtenſum eſt, ac proinde vterque caret iure vtendi matrimonio tam petendo, quàm reddendo, & ſi neuter habet ius petendi, neuter poteſt reddere, quia redditio ſupponit ius petendi. & ita etiam Sanchez *d.diſp.*42.*n.*8. Salas *d.ſect.*22.*n.*215. Filliucius *d.n.*345. & communiter Doctores *ſuprà dictis numeris* 1934. *&* 1943. Henriquez *d.lib.*12.*c.*6.*n.*5 *lib.*11.*c.*11.*n.*5.*fine*, *& cap.*15.*n.*13. Coninch *d.diſp.*34.*n.*102. Ariaga 1.2. *diſp.*25.*n.*30. Villalobos, Bonacina, & recentiores *dictis numeris* allegati, præter aliòs, quos allegat Sanchez *d.n.*8 qui etiam *n.*7. allegat Bartholom. Ledeſmam loco *ſuprà n.* 1978. allegato tenuiſſe oppoſitum, ſcilicet, etſi neuter poſſit petere, vtrumque tamen petenti teneri reddere, qui tamen non eſt illo modo audiendus. Quare quando vterque prædicta mala fide dubitans de valore matrimonium contraxit durante dubio, thoro ſeparandi ſunt ob periculum incontinentiæ, vt etiam Coninch *vbi ſuprà* notauit, nec hoc durum videri debet, quia ipſi ſpontè
1982. in hæc mala ſe cõiecerunt. † Nullo verò modo ſunt ſperandi quoad vinculum matrimonij, ſeu matrimonium eſt irritandum, & præſertim ſi alter tantùm mala fide dubitans contraxiſſet. Quicquid non rectè ſecus ſenſerint Sotus, Lopez, Vega, & Bartholomæus Ledeſma locis *ſuprà n.* 1975. allegatis: tum quia *dicto cap. dominus, de ſecundis nuptijs, & c. in præſentia, de ſponſalibus*, definitur non licere ad alias nuptias tranſire donec conſter de priorum diſſolutione; ergo dum dubium eſt, an hoc matrimonium ſit validum, non eſt diſſoluendum; tum quia quando alter tantùm dubia fide contraxit, *dicto c. dominus* expreſsè dicitur hunc dubitantem teneri reddere, qui eſt actus permiſſus ſolùm ratione matrimonij; ergo tale matrimonium non eſt irritandum, poſtquam quòd qui bona fide contraxit, certam, & iuſtam habet poſſeſſionem, qua in dubio abſque iniuſtitia ſpoliari non poteſt, & eius poſſeſſio, quia eſt certa, præualet poſſeſſioni prioris coniugis, cuius poſſeſſio, ſicut & vita dubia, vt *ſuprà* dictum eſt.

1983. In hoc autem caſu dubij de valore matrimonij mala fide ab vtroque coniuge contracti addit Henriquez *d.lib.*11.*cap.*11. *num.*5.*fine*, non licere reddere debitum coniugi exigenti, niſi cauſa ſubſit, vt id dubium practicè deponant, & probabilius reputent matrimonium valere. At Sanchez *d.diſp.*42.*num.*9. vt poſſint petere, & reddere, ait ſatis eſſe, ſi arbitrio prudentis rationes ita probabiles ſint ad perſuadendum matrimonium valere, vt efficiant opinionem probabilem, quamuis probabilius ſit matrimonium non valere, quia ſatis ſit in moralibus opinionem probabilem amplecti. Huic tamen dicto Sanchez contradicunt Salas *d.ſect.*22.*num.*217. & Coninch *d.diſp.*34.*n.*103. vbi negat tales, qui cum mala fide contraxerunt, poſſe vti matrimonio, etiamſi probabilius putent matrimonium valere, ſi quæſtio ſit de morte prioris coniugis, volens debere eſſe moraliter certos de morte dicti prioris coniugis, vt licitè matrimonio vti queant. Sed quid in hac difficultate ſentiendum, ſit meliùs, & exactiùs explicetur, ſit

Poſt matrimonium bona, vel mala fide contractum, ſi coniux non dubitet, ſed ob probabiles rationes opinetur eſſe nullum, vel validum, vtrùm poſſit petere, & reddere debitum.

DVbium octauum, an, quando poſt matrimonium bona, vel mala fide contractum alter coniux non dubitat, ſed opinatur, ſeu probabiliter cum formidine oppoſiti iudicat eſſe nullum, vel validum, poſſit petere, & reddere. vt hoc dubium clarè, & plenè euacuetur ſunt explicandi plures caſus.

Si alter coniux bona fide contraxit, & poſtea opinatur probabiliter matrimonium eſſe nullum, an teneatur alteri debitum reddere.

PRimus caſus eſt, an quando matrimonio bona 1984.
fide ab vtroque inito alter poſtea rationabiliter opinatur, ſeu probabiliter credit nullum eſſe matrimonium, poſſit licitè, & teneatur reddere debitum alteri exigenti, & exiſtenti in ſua fide? & D. Antoninus 3.*p.tit.*1.*cap.*9. *notab.*2. Syluester *verb.matrim.*4. *q.*9.*dicto* 3. Manuel *in ſumm.tom.*1.*ſecunda edit.c.*243. *n.*6. & nonnulli alij, quos referunt Sanchez *d.lib.*2. *de matr.diſp.*44.*n.*1. & Salas *d.ſect* 22.*num.*218. dixerunt non poſſe nec petere, nec etiam reddere. qui videntur moti, quòd ſolùm in pari cauſa ſit melior, ac præualeat poſſidentis conditio. *reg in pari, de regulis iuris in* 6. in præſenti autem caſu non eſt par cauſa, cùm habeat aſſenſum opinatiuum non eſſe matrimonium. Hurtadus verò *d.diſp.*10.*num.*37. & Caſtrus Palaus *tom.*1.*tract.*1. *diſp.*2 *p.*6. *num.*6.*verſic. ſecundo.* & clarius aiunt coniugem probabiliter opinantem matrimonium eſſe nullum, non teneri reddere debitum alteri petenti, etſi poſſit. Probat Hurtadus, quia operando iuxta opinionem probabilem prudenter procedit. Palaus verò probat, quia videtur idem eſſe opinari de valore matrimonij, ac opinari de poſſeſſione legitima alterius, cùm nullus poſſit poſſidere coniugem alienum, ſed proprium; ac proinde ſi alicui coniugi probabile eſt non eſſe coniugem alterius, probabile eſt alterum non legitimè poſſidere, & conſequenter, non teneri reddere, ideóque (ſubdit Palaus) *in cap. inquiſitioni, de ſentent excomm.* notanter omiſſum eſt hunc coniugem probabiliter opinantem teneri reddere, ſolùm enim dicitur debitum reddere poſſe. ita Palaus.

At dicendum eſt teneri reddere, licet crederet 1985.
probabilius eſſe, matrimonium non valere, cum formidine tamen oppoſiti. ita præter plures alios, quos allegant Sanchez *d. diſp.* 44. *num.* 3. & Salas *d.num.*219. idem Sanchez, & Salas *ibidem*, & communiter alij Doctores *ſuprà num.*1934. *&* 1943. relati, Coninch *d.diſp* 34. *num.*105. Layman *d.cap.*5. *num.*24. Breſſerus *d cap.*12. *num.*117. Bonacina *dict.* *q.*4.*part.*4.*num* 15. Ioannes Lugo *d diſp.*17. *num.*88. Auerſa *d.ſect.*2. *verſic. Caterùm eandem.* Gutierez *de*

matr.

Digitized by Google

matr. d. cap. 50. *num.* 4. Stephanus Bauny 1. *part. theolog. moral. tract.* 12. *q.* 8. *concl.* 2. Martinus Perez *de matr. diſp.* 53. *ſect.* 4. & alij *ſupradictis numeris* allegati, qui omnes volunt coniugi poſſeſſori bonæ fidei exigenti alterum ſiue bona, ſiue mala fide matrimonium contraxerit, teneri reddere debitum, donec illi certò moraliter conſtet matrimonium fuiſſe nullum. Probatur tum ex *d. cap.* 2. *vt lite pendente*, vbi dicitur, quòd accuſatus ante probatam accuſationem iure, quod habet in alterum, priuari non poſſit; tum quia hic videtur caſus *d. cap. inquiſitioni, de ſent. excomm.* iuxta tradita *ſuprà num.* 1951. & ea, quæ dicentur in ſequenti caſu, in quo licèt dicatur, *poteſt reddere*, id tamen dixit Pontifex, quia ſupponit in eo caſu teneri, vt communiter intellexerunt *ibi* Scribentes, & alij Doctores communiter: tum quia, vt *ſupra hoc titulo num.* 1125. & 1849. vt quis poſſit licitè priuata auctoritate, (quando alia via non poteſt,) alium bona fide poſſidentem ſua poſſeſſione ſpoliare, oportet vt certus ſit, rem non eſſe ipſius, ſed propriam, vel ex iuſtitia debitam; quando autem quis opinatur tantùm, adhuc res eſt obſcura, & dubia; neque obſtat fundamentum contrariæ ſententiæ; quia quod coniux opinans matrimonium eſſe nullum, teneatur alteri reddere debitum non prouenit ex poſſeſſione, quam idem coniux opinans habet, ſed ex alterius certa poſſeſſione, qua ipſum non poteſt ſpoliare abſque euidenti iniuſtitia ob ſuam opinionem, ſicut nec ob ſuum dubium, donec certus ſit. Quare etiam in præſenti caſu procedunt rationes adductæ *ſuprà num.* 1928. & 1929. ad probandum coniugem in dubio ſtricto teneri debitum reddere alteri bona fide poſſidenti: non etiam obſtat, quòd poſſeſſor bonæ fidei poſtea opinans rem eſſe alienam ſine opinione oppoſiti non poſſit rem retinere, iuxta tradita *ſuprà hoc tit. num.* 966. nam in reſtitutione rei illius alienæ non eſt alicuius legitima poſſeſſio, in cuius damnum illa reſtitutio cedat; at in negatione debiti eſt legitima poſſeſſio alterius coniugis. Tunc autem certò moraliter conſtaret matrimonium eſſe nullum, quando omnibus circunſtantiis, indiciis, & coniecturis perpenſis, ita firmiter crederet, ſeu iudicaret nullum eſſe matrimonium, vt nihil, vel parum dubij, aut formidinis ſupereſſet, vt Sanchez *dict. diſp.* 44. *num.* 3. *fine.* Ad fundamentum autem Palai ſi vrgeret, probaret etiam, quando coniux eſt dubius non teneri reddere, nam etiam dubitaret de poſſeſſione alterius, & ita non teneretur reddere; quod tamen non admittit, & repugnaret *dicto cap. dominus, de ſecundis nuptijs*, vbi expreſsè definitur in dubio debitum eſſe reddendum; igitur licèt opinetur matrimonium eſſe inualidum, ob hanc tamen huius coniugis opinionem alter non amittit ſuam certam poſſeſſionem, ſeu deſinit certò poſſidere, ratione cuius alter tenetur reddere, non obſtante ſua opinione probabili, circa proprietatem, ſeu matrimonij valorem. Prætetea dato quòd etiam indirectè opinetur de poſſeſſione alterius coniugis; hîc tamen adhuc alia maiori, & certiori cognitione nullitatis matrimonij ſuperueniente licitè poteſt petere debitum, vt admittit etiam Palaus; ergo alter tenetur reddere, ſecus inanis eſſet illa poteſtas petendi; & quia ſi licitè petit; ergo habet ius petendi; ergo alter tenetur reddere, cùm ſibi quod debetur petat. Addo, quòd ſi ob huiuſmodi probabilem opinionem de valore matrimonij coniux poſſet negare debitum, hinc ſcandala, rixæ, diſcordiæ graues, ac periculoſæ inter coniuges ſæpè, & facilè orirentur, prout *ſuprà num.* 1929. dictum eſt ſi in dubio negari poſſet debitum.

Coniux poſt matrimonium bona fide contractum probabiliter opinans matrimonium eſſe nullum ſine opinione oppoſitæ partis, an poſſit debitum exigere.

SEcundus caſus eſt, an coniux, qui matrimonium bona fide contraxit, & poſtea præmiſſa debita inquiſitione veritatis opinatur, ſeu probabiliter credit matrimonium eſſe nullum ſine opinione partis oppoſitæ, ſcilicet, nullum habens aſſenſum probabilem de valore matrimonij, ſed ſolùm dubitans, ſeu habens formidinem de matrimonij valore, poſſit licite debitum petere.

Negant Sanchez *d. diſp.* 43. *num.* 2. Gutierez *dict.* 1986. *num.* 4. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *num.* 346. Bonacina *d. puncto* 4. *num.* 13. Breſſerus *d. cap.* 12. *num.* 115. & *duobus ſequentibus.* Auerſa *d. ſect.* 2. *eodem verſic. cæterùm eandem.* Diana *part.* 4. *tract.* 3. *reſolut.* 15. Perez *d. ſect.* 4. Ariaga 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 25. *num.* 30. & *ſequentib.* Reginaldus *lib.* 31. *num.* 301. Ioannes Lugo *d. ſect.* 4. *circa num.* 88. & Coninch *d. diſp.* 34. *num.* 103. ſaltem quando coniux opinatur matrimonium eſſe nullum, credens probabiliter priorem coniugem eſſe adhuc viuum. Probatur primò ex *d. cap. inquiſitioni, de ſentent. excomm.* vbi Summus Pontifex decernens coniugem habentem credulitatem diſcretam, & probabilem de impedimento matrimonij etiam poſt diligens examen veritatis, teneri reddere, non autem poſſe petere, loquitur de credulitate probabili non excludente, ſed includente aſſenſum probabilem nullum eſſe matrimonium, ſeu ſubeſſe impedimentum dirimens, vt *ſuprà num.* 1951. ex ſententia, ſeu interpretatione Breſſeri, & Ioannis Lugo declaratum eſt. Secundò probatur ex Sanchez, quia ſic opinanti matrimonium eſſe nullum, non fauet priuilegium poſſeſſionis, quæ iuxta *d. reg. iuris, In pari cauſa*, ſuffragatur dubitanti propriè, & ſtrictè, ſeu in dubio rigoroſo, & ſuſpenſiuo, non verò fauet habenti aſſenſum opinatiuum, & ita non ſuffragatur credenti probabiliter matrimonium eſſe nullum, non habenti aſſenſum probabilem eſſe validum. Tertiò probatur, nam poſſeſſor bonæ fidei, qui poſtea probabiliter opinatur rem à ſe poſſeſſam eſſe alienam, non habens probabilem aſſenſum partis oppoſitæ, ſcilicet, quòd ſit ſua, tenetur illam reſtituere, quia, alioqui retinens rem, operaretur contra conſcientiam, iuxta doctrinam traditam *ſuprà hoc titulo d. n.* 966. & Sanchez, & alios Doctores *ibidem* allegatos. ergo etiam iſte coniux opinans probabiliter nullum eſſe matrimonium, non credens etiam probabiliter eſſe validum, non poteſt licitè petere debitum, ſecus ageret contra conſcientiam. † Neque dicatur ſi non poteſt petere, qui 1987. nullum habet aſſenſum probabilem validitatis matrimonij; ergo neque poteſt reddere. Nam reſpondetur negando conſequens, etenim ad reddendum licitè, & obligatoriè ſufficit bona fides, & legitima poſſeſſio alterius coniugis, (vt dictum) qui non eſt ſpoliandus niſi manifeſtò conſtet de impedimento matrimonium dirimente; vnde etiam ſi coniux dubitans non habeat probabile iudicium ſpeculatiuum de valore matrimonij habet tamen practicum iudicium, quòd liceat reddere, ne fraudetur iure ſuo poſſeſſor bonæ fidei, antequam certò conſtet ipſum carere iure petendi, & non legitimè poſſidere. † Si 1988. dicatur, ergo ille coniux, qui nunc per aſſenſum probabilem dubitat de valore matrimonij, ſeu iudicat eſſe inualidum cum formidine oppoſiti non

eſt ſpoliandus iure petendi; nam ipſe etiam priùs bona fide poſſidebat, & non debet ſpoliari ſine morali euidentia, ſeu manifeſta probatione. Negatur hæc ſequela, eſt enim diſpar ratio, nam alter, qui eſt in bona fide, & exiſtimat matrimonium eſſe validum, nil habet, quod vſum ſuæ poſſeſſionis impedire poſſit: qui autem credit probabiliter ſuum matrimonium eſſe nullum, non habens rationem vrgentem, ſeu ſufficientem, propter quam etiam iudicet probabiliter matrimonium eſſe validum, impeditur vſu poſſeſſionis bona fide inchoatæ, quia non poteſt formare iudicium ſibi eſſe licitum vſum poſſeſſionis, cùm habeat iudicium de inualiditate matrimonij, & ſic poſſeſſionem inchoatam bona fide non eſſe legitimam: vnde vtens voluntariè matrimonio ageret contra conſcientiam; ſicut poſſeſſor bonæ fidei poſtea probabiliter iudicans rem poſſeſſam eſſe alienam ſine opinione partis oppoſitæ, retinendo rem operaretur contra conſcientiam, iuxta tradita *ſuprà hoc tit.d. num.966.* Aliter reſpondet Ioann. Lugo, cuius tamen reſponſio in tantum habet vim, quatenus in iam adductam

1989. reſolui poteſt. † Et hanc eandem ſententiam aſſerit Breſſerus docuiſſe S. Thomam *in 4. diſt. 41. quæſt. vnica art. 5. quæſtiuncula 1. ad 3.* vbi docens quid in foro conſcientiæ ſequendum ſit, cùm matrimonium accuſatur nullum ratione impedimenti conſanguinitatis, vel affinitatis, diſtinguit, nempè, *quia aut coniux habet certam ſcientiam de impedimento matrimonij, aut opinionem, aut neutrum; ſi primo modo nec exigere, nec reddere debitum debet; ſi ſecundo debet reddere, ſed non exigere; ſi tertio, poteſt & reddere, & exigere.* ita S. Thomas. Primus enim modus, inquit Breſſerus, eſt extra controuerſiam; ſecundus, addit, eſt idem omninò cum præſenti caſu; tertius verò eſt approbatorius ſententiæ confirmatæ *ſuprà num. 1943. & ſeqq.* quòd in dubio ſtricto de nullitate matrimonij poſt diligentiam liceat non tantùm reddere, ſed etiam petere; nam qui ſtrictè, & ſuſpenſiuè eſt dubius vere neutrum habet, ſcilicet, nec ſcientiam, nec opinionem; & ita iuxta Sanctum Thomam poteſt & reddere, & exigere; & hoc idem docuiſſe. S. Thomam *in 4. diſtinct. 38. in expoſitione textus ſub finem.* (qui locus allegatur in fauorem ſententiæ poſitæ *num.* 1934. vt *ibi* dictum eſt,) ait idem Breſſerus, & infert ex eo, quòd licèt *ibi* Sanct. Thomas agat de dubitatione, loquitur tamen expreſsè de dubitatione probabili, atque adeò opinatiua; ſed hæc ratio non vrget. nam etiam dubitatio ſuſpenſiua, quæ innititur rationi, ac fundamento probabili, & ſufficienti ad prudenter dubitandum, dicitur probabilis, in quo diſtinguitur à dubitatione nullum, vel ſaltem leue fundamentum habens, quæ dicitur temeraria, & indiſcreta, & eſt ſcrupulus potius, quàm dubium, vt explicatum eſt *ſuprà num.* 1924.

1990. At verò Salas *d. ſect. 22. num.* 218. & Layman *lib. 1. tract. 1. allegato cap. 5 num. 24. verſic. Quod verò,* affirmant coniugem bonæ fidei poſſeſſorem ratione contractus initi bona fide, & ſine vlla dubitatione, vel opinione nullitatis matrimonij, nunquam priuari iure ſuo, priuſquam certò moraliter, vel quaſi certò ei conſter, ſeu ipſe agnoſcat ſibi ius non competere; ac proinde ſicut poſt diligentiam moralem adhibitam poteſt debitum petere dubitans ſtrictè, & ſuſpenſiuè, ita & opinans. Et pro hac ſententia facit primò illud *cap. 2. vt lite pendente;* vbi dicitur coniugem accuſatum de matrimonij defectu ante probatam accuſationem iure, quod habet in alterum, priuari non poſſe; opinio enim non facit manifeſtam probationem, de qua proculdubio loquitur textus. Secundò facit doctrina *ſuprà hoc titul. num.* 965. ſcilicet, quòd poſſeſſor bonæ fidei licèt habeat vrgentes rationes, ſeu coniecturas, propter quas probabiliter aſſentiatur rem eſſe alienam ſine iudicio vllo probabili de oppoſito, non priuari iure ſuo, nec teneri ad rei reſtitutionem, ſed vt reſtituere teneatur oportere, vt rationes ſint ita vrgentes, vt conuincant, & generent aſſenſum phyſicè, vel moraliter certum; nam ſi tantùm merè opinatiuum, adhuc res verè eſt dubia, & ſic poſſeſſio facit meliorem conditionem, & præualet, ſeu præponderat omnibus rationibus, & coniecturis non conuincentibus, nec facientibus rem manifeſtam; ita ergo in præſenti caſu, &c. Quare ad retinendum ius ratione poſſeſſionis bona fide inchoatæ competens parum referre videtur habere dubium ſuſpenſionis, vel opinionis, cùm in vtroque res remaneat incerta, & dubia; & in dubio potior ſit conditio poſſeſſoris bonæ fidei. Et hanc ſententiam (licèt prior ſit magis communis, & videatur probabilior,) ego quoque probabilem arbitror, & poteſt confirmari ratione *ſuprà num.* 1948. adducta, ſcilicet, ſi ambo coniuges poſt matrimonium bona fide initum haberent talem opinionem de nullitate matrimonij, abſque culpa cogerentur, perpetuam vitam cœlibem ducere, quod certè nimis durum, & difficillimum videtur.

Hac igitur ſententia poſteriori retenta ad primum argumentum prioris deſumptum ex *d. c. Inquiſitioni, de ſent. excom.* reſpondetur cum Layman, eum, cui Summus Pontifex in illo capite reſpondit, ab initio mala fide dubitantem de eius valore contraxiſſe matrimonium; ac proinde eſſe caſum ſimilem ei, qui habetur *in cap. dominus, de ſecundis nuptijs;* vel fortaſſe dubitans in caſu eiuſdem capitis non adhibuerat ſufficientem veritatis inquiſitionem, vt alij Doctores *ſuprà num.* 1943. interpretantur. Ad ſecundum negatur in præſenti caſu non fauere poſſeſſionem, cùm adhuc remaneat incertum, & dubium, ſeu obſcurum, an matrimonium ſit nullum, vt probatum eſt. Ad tertium reſpondetur oppoſitum eſſe probabile, & à pluribus Doctoribus teneri, vt *num. præcedenti, & num.* 966. oſtenſum eſt. 1991.

Coniux, qui ab initio bona fide contraxit, & poſtea ob varias rationes probabiles diuerſas opinatur matrimonium eſſe nullum, & ſimul opinatur eſſe validum, an poſſit licitè petere debitum.

TErtius caſus, ſi coniux, qui ab initio matrimonium bona fide contraxit, poſtea habeat quidem probabilem opinionem, ſeu aſſenſum nullitatis matrimonij, ſeu impedimenti dirimentis, v. gr. conſanguinitatis, vitæ prioris coniugis, ſed ſimul etiam ob alias rationes, ſeu coniecturas habeat probabilem opinionem, ſeu aſſenſum valoris matrimonij, v. gr. probabiliter iudicet nullam ſubeſſe conſanguinitatem, vel mortuum eſſe priorem coniugem, an poſt præmiſſam ſufficientem diligentiam cognoſcendæ certò veritatis poſſit debitum petere.

Salas *d. ſect.* 22. *num.* 120. dicit, ſi coniux habet opinionem moraliter certam de valore matrimonij, (de quo ait fuiſſe loqui Martinum, & Petrum *locis mox allegandis,*) certum eſſe illum poſſe petere; 1992.
ſi verò non habet opinionem moraliter certam valoris matrimonij, dicit ſe tenere tanquam certum,

quòd

quòd talis opinio non ſufficiat ad petendum, quamuis probabilius exiſtimaret matrimonium eſſe validum, quàm oppoſitum; & rationem eſſe ait, quia ſemper habet talis opinio coniunctam formidinem, & dubitationem, cum quibus non licet petere, iuxta *d. cap. dominus, & d. cap. inquiſitioni*; nec refert, addit, quòd probabilius putet matrimonium eſſe validum; nam adhuc morali periculo fornicandi ſe exponit ſine cauſa ſufficienti; ergo peccat petendo. Confirmat iuxta ſuam ſententiam de ſequenda opinione probabili *ſuprà num.* 127. relatam, ſcilicet, quòd non ſit licitum ſequi opinionem minus tutam ſpeculatiuè probabilem, relicta tutiori, niſi ex vrgenti aliqua neceſſitate, vel commoditate. Confirmat ſecundò, quia etſi coniux probabilius reputat eſſe nullum matrimonium, tenetur nihilominus reddere, vt probatum eſt caſu primo; ergo ſimiliter etiam ſi putet probabilius matrimonium eſſe validum, tenetur non petere, cùm par, immò fortior ratio ſit, ſi probabilius putet matrimonium eſſe nullum.

1993. At dicendum eſt poſſe petere: ita Sanchez *d. diſputat.* 44. *num.* 4. Bonacina, Filliucius, Perea, Auerſa locis *ſuprà num.* 1986. allegatis. Hurtadus *de matrim. diſput.* 10. *diff.* 9. *num.* 3. Reginaldus *lib.* 31. *d. num.* 301. Petrus Ledeſma *de matr. quæſt.* 45. *art.* 1. *ad finem*, & Martinus Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 54. *art.* 4. (quos referunt Sanchez, & Salas,) & etiam Gutierez *d. cap.* 50. *allegato num.* 4. *in fine*, ſi habeat opinionem æquè probabilem de vtraque parte, at reliqui aſſerunt poſſe petere, & reddere debitum, quamuis opinaretur, ſeu crederet probabilius eſſe matrimonium eſſe nullum, dummodo merè habeat aſſenſum opinatiuum, quòd ſit validum. Et ratio eſt, quia, vbi agitur tantùm de honeſtate, & turpitudine operationis, vel omiſſionis, licitum eſt in praxi amplecti opinionem probabilem, etiam relicta probabiliori, & tutiori, vt *ſuprà hoc titulo num.* 130. probatum eſt. Si dicatur, quando quæſtio eſt de nullitate matrimonij ex probabili opinione vitæ prioris coniugis, agi etiam de præiudicio, damno inferendo, ſeu iniuria irroganda priori coniugi, reſpondet, hoc non obſtare, quia tunc ſolùm in praxi non licet ſequi opinionem ſpeculatiuè probabilem ob vitandum damnum alterius notabile, quando alioqui nec ſequendo nullum damnum notabile eiuſdem, vel diuerſæ rationis non reſultat, ſeu timetur omittenti operari, iuxta dictam ſententiam ſpeculatiuè probabilem; ſecus verò ſi reſultet, vt conſtat ex dictis *ſuprà*, §. 25. & alioqui poſſeſſor bonæ fidei habens opinionem, quòd res ſit ſua, & etiam probabiliter opinans eſſe alienam, teneretur illam reſtituere, & ſimiliter qui occupauit rem vacantem, reddendam illam domino, ſi poſtea habeat probabilem opinionem, quòd ſit ſua, cum opinione quòd non ſit, ſua teneretur illam reſtituere, quia reſtituendo ſequitur tutiorem partem: in præſenti autem caſu coniux ſi cogeretur amplecti opinionem de nullitate matrimonij, pateretur graue damnum, quia remaneret priuatus iure ſuo petendi debitum coniugale, & liberè vtendi matrimonio, cogereturque perpetuò abſtinere à debiti petitione, quod certè eſſet grauiſſimum incommodum. Ex quo etiam contra Salam probatur hæc ſententia, quia non tenemur ſequi opinionem tutiorem cum notabili incommodo, & damno, ſed coniux ſi cogeretur ſequi in praxi opinionem nullitatis, pateretur grauiſſimum illud incommodum: ergo, &c. Ad rationem à Sala adductam reſpondetur *cap. dominus. & cap. inquiſitioni*, non loqui in hoc caſu, ſed ſolùm vel quando eſt dubium ſtrictè, vel ſola opinio probabilis nullitatis matrimonij, ſine opinione validitatis, vt ex dictis conſtat; neque coniux ſequendo opinionem probabilem validitatis matrimonij exponit ſe morali periculo fornicandi, ſeu fornicationis formalis, ſed exponit ſe tantùm periculo fornicationis materialis, vt conſtat ex dictis *ſuprà num.* 137. Ad primam confirmationem dico aſſumptum non eſſe verum, vt conſtat ex dictis *ſuprà dict. num.* 130. Præterea hîc eſſet vrgens neceſſitas, & commoditas in ſequendo opinione probabili, relicta tutiori. Ad ſecundam confirmationem negatur conſequentia, etenim credens etiam probabilius matrimonium eſſe nullum, tenetur reddere, ne ſpoliet alterum coniugem iure ſuo certo, vt oſtenſum eſt: ex quo non poteſt inferri, quod exiſtimans probabilius matrimonium eſſe nullum, ſed tamen credens etiam probabile eſſe quòd valeat, non poſſet iuxta hanc opinionem probabilem operari, cùm in hoc non lædat ius certum alicuius.

Coniuges, qui ab initio contraxerunt mala fide, dubitantes de impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, vt de morte prioris coniugis, ſi poſtea haberent opiniones probabiles vtrimque, ſcilicet, matrimonium eſſe nullum, & ſimul eſſe validum, an poßint licitè petere, & reddere.

QVartus, & vltimus caſus, an coniuges, qui ab initio mala fide, dubitantes de impedimento dirimente, conſanguinitatis, aut affinitatis, vel mortis prioris coniugis, ſi poſtea ob rationes, ſeu coniecturas probabiles habeant opinionem probabilem de vtraque parte, ob quaſdam rationes credentes probabiliter matrimonium eſſe nullum, puta viuere priorem coniugem, ob alias credentes probabiliter eſſe validum, puta tempore contractus iam deceſſiſſe priorem coniugem, poſſint licitè petere, & reddere. 1994.

Henriquez loco *ſuprà num.* 1983. citato affirmat, ſi exiſtiment probabilius eſſe, validum fuiſſe matrimonium.

Salas *dict. ſect.* 22. *num.* 17. abſolutè negat etiamſi crederent probabilius matrimonium eſſe validum, idque ob rationes iam reiectas, ſcilicet, quòd non liceat ſequi opinionem ſpeculatiuè probabilem minus tutam, niſi vrgente aliqua graui neceſſitate, & commoditate, & quia opinio nullitatis non ſufficit ad negandum debitum alteri coniugi poſſeſſori bonæ fidei; ergo nec opinio de valore matrimonij ſufficit ad petendum.

Coninch loco *ſuprà eodem numero* 1983. allegato, ſi quæſtio ſit de morte prioris coniugis, affirmat tanquam certum huiuſmodi coniuges, qui ab initio mala fide, & dubitantes de morte prioris coniugis contraxerunt matrimonium, non poſſe vti matrimonio, etiamſi poſtea ob rationes probabiles vtrimque exiſtentes probabiliter putent matrimonium eſſe validum, & etiam eſſe nullum; quamuis crederent probabilius eſſe validum. Probat primò, quia ſicut cum aperta iniuria prioris coniugis matrimonium contraxerunt, ſpoliando illum in dubio ſua poſſeſſione, (tandiu enim ſemel habita poſſeſſio, inquit, pro illo ſtat, quandiu non conſtat eſſe eo iure ſpoliatum,) ita etiam cum eiuſdem iniuria eodem matrimonio 1995.

vtuntur. Præterea confirmat, quia *in cap. in præſentia 19. de ſponſalibus*, apertè definitur, vt aliqua poſſit contrahere cum ſecundo, neceſſarium eſſe, vt certa ſit de morte prioris, nec ſufficere probabilem coniecturam, quantumcunque per multos annos cum graui difficultate vitam cœlibem ageret. Quare, ſubdit idem Coninch, tales omninò ſeparandos eſſe ſaltem thoro, donec de veritate conſtet. Nec durum videri debere, quia ipſi ſponte ſe in hæc mala coniecere.

1996. Verùm Sanchez loco *ſuprà eodem num.* 1985. relato, affirmat poſſe licitè petere, & reddere, quamuis crederent ob vrgentiores rationes probabilius eſſe matrimonium non valere, etiamſi quæſtio eſſet de morte prioris coniugis; dummodo etiam ob rationes arbitrio viri prudentis probabile iudicarent eſſe validum, & ita tenent etiam alij Doctores *ſuprà n.* 1993. allegati, idque ob eandem rationem, quòd in moralibus liceat in praxi amplecti opinionem probabilem, etiam minus tutam, quod fortiùs habet locum, quando ſequens tutiorem graue incommodum, & damnum pateretur, vt caſu præcedenti explicatum eſt. Quare non obſtat, ſi dicatur opinionem ſpeculatiuè probabilem, non eſſe probabilem practicè, ſeu licitè, ad praxim redigi non poſſe, vbi agitur de graui proximi damno ex eius vſu, vt *ſuprà hoc titulo* pluribus in locis, præſertim *num.* 448. dictum eſt. Nam hoc procedit quando vſus opinionis ſpeculatiuè probabilis, ex quo graue proximi incommodum ſequitur, poteſt omitti abſque incommodo proprio ſimili, vel maiori; in præſenti autem caſu, ex non vſu opinionis probabilis de morte prioris coniugis, & perpetua abſtinentia ab vſu præſentis matrimonij maximum incommodum ſic opinanti ſequeretur, vt magis explicabitur *numero ſequenti*. Ad primam rationem à Coninch adductam reſpondetur, etſi peccauerint contrahendo cum dubio mortis prioris coniugis, quia contrahentes cum dubio illo expoſuerunt, ſe morali periculo irrogandi iniuriam priori coniugi, & faciendi matrimonium nullum; nihilominus habentes poſtea opinionem probabilem de validitate matrimonij (cùm quis prudenter agat operando iuxta opinionem iudicio prudentum probabilem,) vtendo matrimonio non ſe exponit periculo formalis iniuriæ, ſed tantùm materialis. Neque ſuppoſita opinione probabili validitatis matrimonij ab initio mala fide contracti, debet præualere poſſeſſio prioris coniugis, cùm ſit dubia, ſicut dubia eſt vita illius; poſſeſſio verò poſterioris matrimonij eſt certa, & legitimatur per opinionem iudicio prudentum probabilem ſuperuenientem, ac ſi incboata eſſet bona fide. Ad ſecundam probationem reſponderi poteſt diſpoſitionem illius *cap. in præſentia*, procedere in foro exteriori, vt ſcilicet, Eccleſia permittat tranſitum ad ſecundas nuptias: at verò in interiori, & conſcientiæ, vt liceat inire ſecundum matrimonium ſatis eſſe probabilitatem moralem mortis prioris coniugis, ſeu vt adſit cauſa, ſeu ratio, aut coniectura probabilis ad id credendum iudicio ſapientium, vt tenent plures, quos Sanchez *lib. 2. de matrimon. diſputat.* 45. *num.* 5. allegat.

1997. † Secundò admiſſo, quòd ad hoc, vt etiam in foro conſcientiæ, licitum ſit contrahere ſecundum matrimonium, requiratur moralis certitudo prioris coniugis, aut per certum nuncium, aut per teſtes, & non ſufficiat ſola probabilitas, ſeu vt mors iudicio prudentis probabilis iudicetur, vt aſſerunt Doctores magis communiter, quos Sanchez *dict. diſputat* 45. *num.* 6. refert, & ſequitur, reſpondetur ex hoc inferri peccaſſe coniuges, dum mala fide, & dubitantes, ac nondum certi de morte prioris coniugis auſi ſunt ſecundum matrimonium contrahere, non verò concluditur quòd ſuperueniente poſtea probabilitate mortis prioris coniugis tali, vt iudicio prudentis exiſtiment probabile tempore contracti matrimonij priorem coniugem fuiſſe mortuum, non liceat vti matrimonio contracto. Plura enim prohibentur ante factum, quæ poſt factum permittuntur, & in præſenti caſu dicendum eſt ius naturale matrimonij, licèt ab initio mala fide, & cùm peccato, initi vſum permittere, ſtante rationabili, & probabili iudicio validitatis eiuſdem matrimonij, tum quia certa eſt poſſeſſio ſecundi matrimonij, incerta, & dubia poſſeſſio matrimonij primi; tum quia cùm hi coniuges non poſſint ſeparari quoad vinculum, neque quoad habitationem abſque probatione, ſeu certitudine mortis prioris coniugis: vt in ſpecie Couarruuias *de ſponſalibus p. 2. cap. 7. §. 3. num.* 4. & latiùs *infrà*; prohibito vſu coniugij manent expoſiti periculo incontinentiæ, præſertim ſi eſſent iuuenes, & robuſti; ad quod euitandum non eſt præſumendum ius naturale interdicere copulam, ſeu matrimonij vſum, quando adſunt tales rationes, & coniecturæ, vt rationabiliter, & prudenter, ac prudentis iudicio propter eas reputetur matrimonium valuiſſe ab initio, & valere. Et credo quòd etiam Eccleſia, ſi dubietas mortis prioris coniugis non poſſet vinci, nec probari eum viuere, vel vixiſſe tempore contractus, tandem concederet vſum ſecundi matrimonij, ſi ei conſtaret de probabilitate mortis.

Vt liceat tranſitus ad ſecundas nuptias, qua ratione conſtare debeat de morte prioris coniugis, ſufficiátne probabilitas, an requiratur tam in foro interno, quàm externo moralis certitudo mortis.

QValiter autem mulieri conſtare debeat de morte prioris viri abſentis, vt liceat illi aliud matrimonium contrahere, certum eſt non ſufficere leues coniecturas mortis, neque etiam requiritur euidentia, ſeu certitudo metaphyſica, quæ haberi nequit, cùm ea, quæ ab hominis corde pendent, ſoli Deo nota ſint; ſed ſufficit certitudo moralis, quæ, cùm qualis eſſe debeat in iure non ſit definita, nec præcisè præſcribi poſſit, cenſetur ea, quæ talis reputetur ſecundùm iudicium prudentium, ſeu quæ virum prudentem attentis circumſtantiis occurrentibus certum redderet. ita poſt alios Sanchez *lib. 2. de matr. diſp.* 45. *num.* 4. *&* *diſp.* 46. *num.* 7. Gutierez *de matr. cap.* 51. *num.* 4 Auguſtinus Barboſa *ad Decretales tom. 2. collectaneo ad cap. in præſentia, de ſponſalibus num.* 5. Villalobos *part. 1. tract. 1. diff.* 24. *num.* 1. & alij, qui *infrà num.* 2015. allegantur. 1998.

Et *in d. c. in præſentia 19. de ſponſ.* à Clemente III. definitur mulierem nunquam poſſe ſecundum matrimonium contrahere, niſi per certum nuncium certificata fuerit de morte primi viri, (in fine ibi, *certum nuncium accipiant de morte virorum,*) non obſtante quacunque longa abſentia, de cuius textus intelligentia, & qualiter in ſpecie certitudo mortis coniugis cenſeatur ſufficienter conſtare, ſeu haberi, agunt Couarruuias *de ſponſalibus part. 2. cap. 7. §. 3. dict. num.* 4. Maſcardus *de probat. concl.* 1074. *&* 1075. Ioſeph Lud. Peruſ. *deciſ.* 12. *num.* 7. Petrus Barboſa *in rubrica ſoluto matrimonio part. 2. num.* 71. *&* 72. Gutierrez *de matrimon. cap.* 52. Auguſtinus Barboſa 1999.

collecta

Digitized by Google

collectaneo ad dict. cap. in præſentia. Farinacius *in praxi crim.part.5. quæſt.140.à numer.50.* Henriquez *lib.12. cap.6. numer.4.* Sanchez *lib.2.de matr.dict. diſputat. 46.* Rebellus *de obligat. iuſtitiæ part.2. quæſt.13.* Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.31. à numer.70.* Bonacina *de matr. quæſt.3.part.11.à n.12.* Baſilius Pontius *de matr. lib.8. cap.53.* Aloyſius Riccius *in praxi fori eccleſiaſt. deciſ.265.* Praſecius *in praxi part.2. cap.4. numer.36.* Layman *lib.5. Theolog. moralis tract.10.part.3. cap.3. numer.1. & 2.* Scribentes *in dict.cap.in præſentia*, & plures alij à præalle-
2000. gatis Doctoribus relati. † Et licèt plures *infrà numer.2017.* allegandi exiſtimauerint præfatam definitionem procedere ſolùm in foro externo, vt ſcilicet Eccleſia non concedat ineundi ſecundum matrimonium, niſi adſit moralis certitudo per certum nuncium, vel alia via arbitrio iudicis; at verò in foro conſcientiæ ad ineundum ſecundum matrimonium ſufficere probabilitatem moralem, nempe vt ſit probabilis cauſa ad credendum iudicio ſapientium, quam ſententiam probabilem exiſtimat etiam Layman *numer.2.* Nihilominus Sanchez, Gutierez & alij præallegati communiter ſentiunt eandem certitudinem requiri, vt Eccleſia det contrahendi facultatem, & vt poſſit aliquis propria auctoritate, ac proinde etiam in foro conſcientiæ requiri tantam certitudinem, aut per certum nuncium, aut per teſtes, vt iudicio prudentium non ſolùm probabile, ſed certum iudicetur coniugem mortuum eſſe, cùm prius matrimonium, quod conſtat certò eſſe contractum, & valuiſſe, non videatur poſſe licitè ſua poſſeſſione per aliud matrimonium ſpoliari, niſi conſtet certò de morte prioris coniugis.

2001. An verò ſufficiat vnicus teſtis de viſu, qui iuratus deponat de morte coniugis, & ſit idoneus, nempè vir, attenta eius perſona, & qualitate fide dignus, & deponat per verba veriſimilia arbitrio iudicis. Affirmant Abbas, Hoſtienſis *in dict. cap. in præſentia*, Gomez *loco* mox *allegando*, Gutierez, Rebellus *vbi ſuprà*, Angelus, & Veracrux relati à Sanchez, qui ſicut & Farinacius, & Auguſtinus Barboſa, id admittit eo in caſu, quo coniux obierit in loco ita diſtanti, vt facilè nequeant aliæ probationes haberi; extra hunc caſum autem nunquam ſufficere vnum teſtem, aſſerunt iidem Sanchez, Farinacius, & Barboſa, & alij ab eodem Sanchez relati intelligentes verbum *Nuncium*, de quo *in dict. cap. in præſentia*, eſſe non maſculini, ſed neutrius generis, & ſignificare *la noua*; non poteſt autem dici certum nuncium, quod voce vnius habetur, cùm iura clament vocem vnius, eſſe vocem nullius, *l.iuſiurandum, verſic. ſimili modo, Cod.de teſtibus. & cap.veniens, in fin.eod.tit.* Aduertit autem Sanchez *dict. diſput.46. numer.8.* pòſt Maſcardum *concluſ.1076. fine*, & alios eſſe ſpeciale in morte probanda, vt teſtes non citata parte examinari poſſint ex mero iudicis officio.

2002. An etiam communis, & conſtans fama de morte coniugis ſufficiat ad effectum, vt mulier valeat contrahere ſecundum matrimonium, affirmarunt Clarus *lib.5.ſentent. §. fornicatio, numer.27.* & Gomez. *in l.80.Tauri numer.31.* & Perez *lib.3. ad finem tit.1. lib.5. ordinamenti.* & probabile putat Maſcardus *dict. concluſ.1074. numer.5.* ob contextum *in cap.quoniam §. ſi autem, vt lite non conteſtata.* vbi habetur ſatis eſſe veriſimiliter, & præſumptiuè conſtare de morte, nec neceſſariam eſſe exactam probationem illam per certum nuncium. Negant autem niſi cum fama concurrant alia adminicula, Gutierez, Sanchez, Auguſt. Barboſa, Pontius, Layman, Riccius & alij præallegati communiter, & alij à Sanchez relati; eo quòd vbi agitur de graui, & irreparabili præiudicio mors probari debeat per veras, & plenas probationes, vt poſt alios Maſcardus *dict. concluſ.1074. numer.4. & concluſ.1075. numer.3.* Ioſeph Ludou. *dict. deciſ.12.numer.9.* Boëtius *deciſ.288.* & Riccius *dict.deciſ.265. numer.2.* concurrentibus autem cum fama aliis adminiculis; tunc aiunt ſatis eſſe ad contrahendum ſecundum matrimonium, quia certa moraliter probatio dici poteſt, & ita intelligunt d. textum *in allegato cap.quoniam, §. ſi autem.* quòd procedat de veriſimilitudine per certum nuncium, vel per alias probationes æquiualentes ſecundùm arbitrium, & iudicium prudentium, vt etiam in terminis Auguſtinus Barboſa *collectaneo ad dict.cap.quoniam,numer.17.* Adminicula autem ex Gloſſa *in dict.cap. quoniam, verb. præſumetur*, Maſcardo, Sanchez, Layman & aliis, ſunt ſi vir ſenex, vel valde æger fuit, tunc enim exiſtente publica fama, de cuius morte cenſetur ſufficiens probatio mortis; item longitudo abſentiæ, & vniuerſalis fama, vbi coniux commorabatur, teſtificans mortem ipſius, iuxta Maſcardum, Sanchez, Sotum, & Lopez allegantem; item ſi mors contigit in loco valdè remoto, ita vt aliæ probationes difficilè poſſint inueniri, & vir longo tempore abfuit, iuxta eundem Sanch. Burr. & alios ab eodem Sanch. allegatos. Item ſi vir ingreſſus eſt bellum, ſeu in acie conflixit, & diu expectatus non rediit, iuxta Gloſſ. *in d.v.præſumetur*, Riccium, Sanch. Layman, & alios à Riccio allegatos. Item ſi adſit vnus teſtis de viſu, & publica fama de morte teſtificans, in huiuſmodi enim caſibus, ſi exactior certitudo, aut plenior probatio haberi non poſſit, ſufficere debet valde probabilis præſumptio, quæ etiam videtur excludere moralem dubitationem, vt præallegati Doctores colligunt ex *dict. cap. quoniam, citato. §. ſi autem*, qui ſic habet. *Si autem de carnali coniugio ſit agendum, tandiu alteruter coniugum expectetur, donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur.*
† Qualiter autem probari debeat fama, vt & ipſa 2003.
plenè probet, Boëtius *dict. deciſ.288.* & latiùs cum Maſcardo *concluſ.748. & 749.* Sanchez *d. diſp.46. numer.16.* probant requiri ſex conditiones. Prima vt duplici teſte probetur. Secunda, vt teſtes ſint omni exceptione maiores, deponantque ſe audiuiſſe à perſonis fide dignis. Tertia vt concurrat cauſa rationabilis, ex qua fama orta ſit, vt ſi is, de cuius morte agitur, mare nauigauerit, ſubortáque tempeſtate exſpectatus tempore congruo, & per loca veriſimilia quæſitus, non comparuerit, nec nauis, qua vehebatur; vel ſi prælium aggreſſus eſt, nec poſtea diligenter quæſitus, inuentus eſt; hanc igitur cauſam debent teſtes exprimere. Quòd deponant ſe audiiſſe publicè à maiori populi parte, non in genere, ſed à maiori parte talis populi, quod ait intelligi in negotiis arduis, & magnis: in rebus autem paruis, ait cum Maſcardo ſufficere famam maioris partis viciniæ; ac proinde cum probatio mortis viri ad effectum contrahendi aliud matrimonium ſit res magni momenti, & ardua, requiri famam maioris partis oppidi, ſcilicet, proborum, & grauiorum, non verò puerorum, & mulierum. Quinta, vt deponant à quibus perſonis, nempè à prouidis, & honeſtis, & de quorum commodo non agitur fama ortum habuerit; excipit tamen primò, niſi

fama

fama ex coniecturis probabilibus confirmaretur, quo caſu, ait, non eſſe opus famam oriri à perſonis fide dignis. Secundò ſi de fama magnus teſtium numerus, vt ſeptem, vel decem deponant. Sexta, & vltima, vt iidem teſtes de fama deponentes aſſerant, credere rem ita ſe habere. Addit autem idem Sanchez *eadem numer*.16. *fine*, cum Maſcardo *dict. concluſ*.749. *numer*.38. alios allegante, teſtes ſuper fama non compelli iurare, ſed abſque iuramento valere eorum dictum.

2004. Et quod ad affectum, vt poſſit ſecundum matrimonium contrahi, ſufficiat conſtare de certitudine mortis per violentas præſumptiones, vt, quòd vir in acie fuerit, in qua plurimi cæſi ſunt, & nunquam comparuit, vel quòd nauis, in qua nauigabat, naufragium paſſa ſit, & omnes cum ea perierint, poſt Armillam *v. matrimonium num*.45. tradit etiam Praſecius *dict. cap*.4. *numer*.36. *verſic. in caſu autem*. Quòd ſi maritus in acie, vel in naui cum millibus adfuerit, & ex millibus ſolùm vnus euaſerit, Ioannes Sancius *in ſelectis diſputat*.43. *numer*.50. ait vxorem eius non poſſe aliud matrimonium contrahere, quia non eſt certum, ſed contingens illum, qui euaſit, eſſe ſuum coniugem; verùm ſi certò conſtaret omnes præter vnum periiſſe, & poſt exactam inquiſitionem non poſſet ſciri, quis fuerit ille vnus, & maritus nunquam poſt longum tempus comparuiſſet, videretur violenta mortis præſumptio, inducens ferè moralem certitudinem

2005. Ad eundem effectum probari mortem per librum Rectoris, in quo deſcribi ſolet mors ſepultorum in eius Eccleſia, notat Riccius *d. deciſ*.265. ex Polydoro Ripa *deciſ*.247. Rota Peruſina *deciſ*.2. & Rota Romana apud Seraphinum *deciſ*.1556.

2006. Cæterùm idem Riccius *ibidem fine* ait, in Curia Archiepiſcopali Neapolitana reiectis omnibus aliis modis, mortem quo ad effectum prædictum non probari, niſi per vnum teſtem de viſu, qui deponat, qualiter vidit illum ab hac vita deceſſiſſe, & inſuper neceſſe eſt, vt examinentur duo alij teſtes, qui deponant de publica voce, & fama, de luctu mulieris, & acclamatione de morte viri, quam probationem dicit ſumptam eſſe ex citato *cap. in præſentia, de ſponſalibus*. & hanc eandem probationem ad præfatum effectum requiri vult Pontius *dict. cap*.53. *numer*.3. *fine*; malè tamen reprobans Praſecium, & conſequenter alios qui huiuſmodi probationem relinquunt arbitrio iudicis attentis circumſtantiis occurrentibus, quas *ſuprà numer*.1998. allegaui, & etiam docuerunt alios referentes Couartuuias *dict*. §. 3. *numer*.4. Marant. *in repet. l. is poteſt. ff. de acquir. hæred*. Menochius *de arbitr. caſu* 420. *numer*.129. *& de præſumpt. lib*.6. *præſumpt*. 49. *numer*.28. & Farinacius *dict. quæſt*.140. *num*.71.

2007. Qui autem modus, quæve forma in examinandis teſtibus inductis ad probandam mortem coniugis ad effectum contrahendi nouum matrimonium ſeruari hodie debeat à vicariis Epiſcoporum in qualibet diœceſi, iuxta nouiſſimum ordinem S. Congregationis S. Inquiſitionis habetur *in meo tractatu de contractu matrimonij cap*.4. *in fine*.

2008. Quòd ſi neque teſtis de viſu, neque fama adeſſet, teſtificans de morte coniugis, adeſſent tamen magna indicia, ſeu coniecturæ, quæ omnibus conſideratis ſufficerent ad gignendam veriſimilem perſuaſionem, & opinionem de morte mariti, non tamen ſufficerent ad gignendam certitudinem etiam moralem, ſi vxor habens talem veriſimilem præſumptionem, & probabilem cauſam credendi maritum mortuum fuiſſe, nullo ſibi ſe opponente iniret ſecundum matrimonium, exiſtimo, quòd excuſaretur à culpa coram Deo, & Confeſſarius in foro conſcientiæ id ſciens poſſet, & deberet illis id permittere, cùm ſit probabile veriſimilem præſumptionem, & probabilem arbitrio prudentis cauſam credendi maritum mortuum fuiſſe, ſatis eſſe ad effectum tranſeundi ad ſecundas nuptias; id enim aſſerunt D. Antoninus 3. *part. tit*.4. *cap*.9. *fine*, Armilla *v. matrimonium*, *numer*.45. Roſella *v. impedimentum* 12. Syluester *v. matrimonium* 8. *quæſt*.13. *diſt*.2. *&* 4. Philiarcus *de offic. ſacerd. tom*.1. *p*.2. *lib*.1. *c*.9. Bartholomæus Ledeſma, & Lud. Lopez, quos Sanchez *dict. diſputat*.46. *num*.5. *fine* refert, (qui etiam dicit eſſe ſententiam probabilem) Layman *dict. cap*.3. *numer*.1. & ex Iuriſperitis Cardinalis *in dict. cap. quoniam, vt lite non conteſtata*. Maſcardus *dict. concluſ*.1074. *num*.5. Antonius Gomez, & Perez locis *ſuprà num*.2002. relatis. Farinacius *dict. quæſt*.140. *numer* 41. & idem ſentire videntur Auguſtinus Barboſa *dict. collectaneo ad c. in præſentia, numer*.6. & Praſecius *dict. cap*.4. *numer*.36. Immo etiam excuſaretur in foro exteriori ab omni pœna, ita quòd iudex poſt ſecundum matrimonium contractum, intelligens mulierem non fuiſſe innixam leui credulitati ſuper morte viri prioris, veriſimili præſumptioni, & probabili cauſæ credendi, illam non deberet punire, neque à ſecundo marito ſeparare, donec cognitum eſſet priorem virum adhuc viuere, vt in terminis docent Gomez, Farinacius, Auguſtinus Barboſa, & Layman *locis citatis*. & prædictorum ratio eſt, quia cùm in moralibus plerumque certitudo omnino haberi non poſſit, homini (præſertim cùm maior eſt impoſſibilis) ad rectè, & honeſtè operandum ſufficere debet valdè veriſimilis, & probabiliſſima, licèt non omnino certa cognitio, ſeu præſumptio. † Iudex porrò 200
Eccleſiaſticus ob ſolam prædictam veriſimilem præſumptionem abſque indubitata, & morali certitudine de morte coniugis non deberet dare licentiam nouum matrimonium contrahendi, ob diſpoſitionem *dict. cap. in præſentia*, & quia ita tenet communis ſententia Doctorum, qui *ſuprà numer*.2008. allegati ſunt, & aliorum, qui ab ipſis allegantur, & talis eſt praxis Eccleſiarum; & ita decreuit ſeruari S. Congregatio Inquiſitionis, vt ex eius literis à me *dict. tract. de contractu matrimonij cap*.4. *fine* relatis. & quia ſi in foro externo ab Eccleſia permitteretur tranſitus ad ſecundas nuptias ob ſolam veriſimilem præſumptionem de morte coniugis, facilè foret, extendere huiuſmodi licentiam, vt iudici videatur præſumptio iuſta, vbi non eſt, quod in magnam Sacramenti irreuerentiam, matrimoniorum confuſionem, & Eccleſiæ ſcandalum cedere poſſet; & quia iudex Eccleſiaſticus bonum publicum Eccleſiæ, & reuerentiam Sacramentorum præferre tenetur priuato commodo contrahentium; at ſi in caſu ſolius probabilitatis denegetur licentia ineundi ſecundum matrimonium, ſolùm timeri poteſt incontinentiæ periculum, quod tamen mulier cum Dei gratia vitare poteſt; ſi verò licentia concedatur, maius imminet periculum publici ſcandali, irreuerentiæ Sacramenti, & matrimoniorum confuſionis, ſi fortè prior maritus adhuc viuat. † *Ad cap. quoniam*, §. *ſi autem*, *vt lite non conteſtata*, *ſupra numer*.2002. *allegatum*, in quo ſe 2
fundant Cardinalis, Maſcardus, Gomez, &

Clarus

Clarus locis *ſuprà num.* 2002. allegatis. ex eo inferentes ad concedendas ſecundas nuptias ſufficere veriſimilem præſumptionem de obitu, præter tradita *eodem num.* 1202. reſpondet Panormitanus *in d. cap. quoniam num.* 12. caſum illius capitis eſſe ab hoc noſtro, vbi agitur de concedenda licentia matrimonij ſecundi contrahendi, valdè diuerſum; nam ſummus Pontifex Innocentius tertius ibi hoc reſpondit, ſcilicet, ſi cauſa, ſiue lis in iudicium ſit delata, vtrùm matrimonium iam contractum verum ſit; quia allegatur, v.g. impedimentum dirimens, teſtea priùs non eſſe recipiendos, neque vlteriùs procedendum, quàm lis conteſtata ſit; excepto ſi reus malitioſè lateat, vel legitimè citatus comparere nolit: ſi verò legitimè abſens ſit, & facilè comparere, aut citari non poſſit, tunc expectandum eſſe donec veriſimilis præſumptio habeatur de morte illius dubij coniugis: quapropter in tali caſu rectè non requiritur omnimoda certitudo, cùm non agatur de maximo præiudicio, ſicut *in d. cap. in præſentia, de ſponſalibus*, ſed tantùm de hoc præiudicio, vt teſtes recipiantur, & iuxta allegata, & probata ad definitiuam ſententiam in abſentia partis procedatur.

Secundæ nuptiæ initæ abſque certitudine morali de morte prioris coniugis, an ſint nullæ, tametſi verè coniux prior obiiſſet.

2011. EX dictis, & ex aliis in hoc §. traditis, mihi videtur omnino reprobanda doctrina quam Baſilius Pontius *d. cap.* 53. *num.* 5. *&* 6. tradit; *numero* enim 5. docet, quamuis reuera obiiſſet coniux, ſi fœmina ſola fama permota contraheret matrimonium, nullum, & irritum fore hoc matrimonium, eo quòd ſine certa notitia de morte prioris coniugis initum fuiſſet; ſiquidem (inquit) per decretalem Clementis III. *in d. cap. in præſentia, de ſponſalibus*, inhabilis eſt ad contrahendum ſecundum matrimonium, donec certus nuncius afferatur de morte viri, ita vt contrahentibus prioris coniugis mortui ignorantia probabilis opituletur. & hanc eandem doctrinam Pontij refert Auguſtinus Barboſa *dicto collectaneo ad prææallegatum cap. in præſentia, num.* 4. *fine*; an verò illam approbet, dignoſci non poteſt, niſi quis contenderet eum illam approbare, eo quòd non reprobat. *Numero* autem 6. idem Pontius addit, neque poſſe contrahi validè cum dubio de morte prioris viri; nam donec (inquit) certus ſit nuncius, inhabilis eſt; ac proinde ſubdit ſe exiſtimare deciſionem Lucij tertij *in cap. dominus, de ſecundis nuptiis*, quatenus in eo capite colligitur valere matrimonium initum cùm dubio de morte viri correctum eſſe per Clementem III. *in dict. cap. in præſentia.*

2012. † Hæc, inquam, doctrina Pontij ex dictis eſt reprobanda, & aſſerendum in vtroque caſu, ſi coniux tempore contractus reuera in viuis non exiſtat, valere, & ſi id poſtea conſtet, matrimonium ab Eccleſia approbandum, tanquam validum in vtroque foro; ſi verò non conſtet, matrimonium non eſſe, nec poſſe irritari donec conſtet de veritate vitæ prioris coniugis. hoc expreſsè conſtat ex *dict. cap. dominus*, vbi Pontifex definit coniugem, qui mala fide dubitans de morte prioris coniugis contraxit nouum matrimonium, teneri debitum reddere alteri exigenti, qui bona fide contraxit, & conſequenter affirmat matrimonium ſecundum debere haberi tanquam validum, donec per manifeſtam probationem conſtet priorem coniugem adhuc viuere, vel vixiſſe tempore contractus. Hoc idem in terminis ſentiunt Doctores relati *ſuprà num.* 1992. & Couarruuias *dict. n.* 3. *num.* 4. vbi ita habet, *Hic tamen omittendum non eſt, ab Eccleſia non eſſe dirimendum matrimonium contractum ab exiſtimantibus nullum ex primo coniugio impedimentum ſubeſſe; tamen abſque probatione mortis prioris coniugis, ſeu abſque certitudine, quam canones exigunt: poteſt enim eſſe hoc ſecundum matrimonium validum, & ita fieret iniuria huic ſecundo matrimonio, quod certius modò apparet ex ea, quæ vertitur, dubitatione, vt probat textus in cap. dominus, de ſecundis nuptiis.* ita Couarruuias; addens hoc idem ſentire Gloſſam, Hoſtienſem, Ioannem Andream, & Præpoſitum *in dict. cap. dominus.* Hoc idem denique ſentiunt (exceptis allegatis *ſuprà num.* 1975.) reliqui Doctores tum *num.* 1918. 1934. *&* 1943. dum aſſerunt coniugem dubium de valore matrimonij ab initio mala fide, & cum dubitatione mortis prioris coniugis teneri alteri, qui bona fide contraxit, & in ea perſeuerat, debitum reddere; tum *num.* 1999. *&* 2002. allegati; qui omnes apertè iudicant iuxta *dict. cap. in præſentia*, certitudinem moralem de morte prioris coniugis requiri, non ad validè contrahendum ſecundum matrimonium, ſed vt licitè in foro conſcientiæ contrahi poſſit; & in foro externo iudex Eccleſiaſticus licitè poſſit licentiam tranſeundi ad ſecundas nuptias concedere, nec vllus ex dictis Doctoribus mentionem facit præfatæ inhabilitatis ad contrahendum abſque prædicta morali certitudine, vt mirum ſit Pontium voluiſſe illam introducere; nec colligitur ex *d. cap. in præſentia*; quia Pontifex dum decernit non poſſe ad ſecundas nuptias tranſiri abſque certo nuncio de morte prioris coniugis, loquitur de poſſe licitè, & vt licitè ab Eccleſia ſecundum matrimonium contrahi permittatur; non verò de poſſe validè, vt omnes præallegati Doctores, & alij *in d. cap.* ſcribentes intellexerunt; cùm poſſe validè conſtet ex *d. cap. dominus*, quod fuiſſe correctum per *d. cap. in præſentia*, falſum eſt, cùm in eo talis correctio non exprimatur, & in dubio iurium correctio euitanda ſit, iuxta vulgare Iuriſperitorum. Ratio autem, cur non ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo ſecundum matrimonium, cùm ſolùm probabilitate, vel dubietate de morte prioris mariti contractum haberi debeat vt validum, nec diſſolui debeat, eſt, quia ſi verè coniux prior tempore contractus erat mortuus, & id poſtea conſtet, ſi nullum aliud aderat impedimentum, certum eſt matrimonium eſſe validum, cùm ceſſarit impedimentum ligaminis: ſi verò non conſtat, tunc non fuiſſe mortuum, licèt non ſit certum, matrimonium eſſe validum, poteſt tamen eſſe validum, ſi fortè tunc mortuus erat; & ita per diſſolutionem fieret iniuria ſecundo matrimonio, quod certius eſt, vt *loco citato* dicit Couarruuias, & multò magis ſi alter bona fide contraxiſſet, illi manifeſtè fieret iniuria, quia haberet certam poſſeſſionem, qua non debet ſpoliari ob poſſeſſionem incertam prioris coniugis, de cuius morte dubitatur, vt dictum eſt *ſuprà allegato num.* 1982. Addo, quòd ſi valor ſecundi matrimonij penderet ex præfata morali certitudine de morte prioris coniugis, cùm facilè poſſint homines etiam periti decipi in agnoſcenda tali certitudine, & iudicare illam adeſſe, cùm verè non adſit, contingeret ſæpe fieri inualida matrimonia cum periculo irreuerentiæ Sacramenti, & ſcandalorum; vnde non ſolùm ſentiendum eſt Eccleſiam induxiſſe inhabilitatem ad nouum matrimonium ineundum deficiente dicta certitudine; ſed neque conuenientem videri poſſe talem inductionem.

Ex quibus etiam reprobatur quod idem Pontius 2013.

citato num. 5. addit, nempe eodem modu ſi fœmiua felsò eaiſtimans maritum viuere, contraheret matrimunium, eſſet uullum, quantumuis contraheret cum expreſſa conditione, ſi maritus prior nun eſſet ſuperſtes, id eadem tatione confirmans, ſcilicet, quia inhabilis eſt, donec certus afferetur nuncius; conſtat euim talem iuhabilitatem à iure non eſſe inductam; ac ptuiude ſi talis fœmina contreheret quentum potuit, ſeu cunttahat ſub condituue expreſſa, vel ſaltem tacita, ſi prior maritus fortè mortuus ſit, tenebit matrimunium, licèt putet falsò maritum viuere; vt etiam in terminis eſſerit Rebellus *d. quæſt.* 13. *num.* 3. & ego ipſe cum aliis tradidi *in tractatu de contractu matrimonij cap.* 2. *num.* 80.

2014. Pluta verò de prubatione mottis quoed effectum conttahendi ſecuudum matrimonium, & quoad alios effectus, videentur apud præallegetus Doctores, præſertim Ioſephum Ludouieum, Maſcardum, Riceinm, Fatinacium, & Sancbez, qui *dict. diſp.* 46. *num.* 4. rectè ait eandem probariuuem, quæ eſſe debet mottis, debeat eſſe etiam profeſſionis elterius coniugis, vt mauens iu ſæculo poſſit tranſire ad aliud matrimonium, ſi prius conſummatum non erat; vel ſimiliter iugredi religionem, ſi conſummetum erat; viderut enim eadem prorſus ratiu: & idem priùs docuerunt Sums 4. *diſtinct.* 37. *quæſt. vnica*, *artic.* 5. Manuel *tom.* 1. *ſumm. cap.* 243. *numer.* 4. & Luduuic. Lopez 1. *part. inſtitus. cap.* 83. §. *quia*, &c.

Si alter coniux aſſeueret alteri ſe dolo, ſeu fictè, aut metu contraxiſſe, vel adeſſe occultum impedimentum, an is teneatur reddere debitum, & quid ſi alter ſe retractet, vel ipſe ei credat.

2015. DVbium uonum, ſi vnus euniugum alteri, qui boua fide conttaxit, dicat matrimonium eſſe nullum, aſſeuetans ſe dolu, aut metu, ſeu fictè, & ſine conſanſu contraxiſſe, vel ſubeſſe occultum impedimenium dirimens, ſibi ab initiu matrimonij, vel poſtee notum, en ſit iicitum petere, & teddere, ánque cunſitenti matrimonium eſſe nullum, petenti ſit teddendum debitum.

Cunueniunt Doctutes, alterum non teneti credere, niſi ex coniectutis vrgentibus (quæ quales ſint, vt vnus coniux elteri aſſereuti ſe nou cunſenſiſſe, ſed fictè conttaxiſſe, tradidi *in tractatu de contractu matrim. cap.* 2. *num.* 63. 64. & 67. & explicant etiam alij Doctores, quos *ibidem* allego, præſertim Sanchez *lib.* 2. *de matr diſp.* 45.) conuineetur etedere. ita Sutus 4. *diſt.* 27. *q.* 1. *art.* 3. *verſic. immò verò.* Henriquex *lib.* 11. *de matr. cap.* 15. *num.* 113. Manuel *in ſumma lib. tom.* 1. *cap.* 243 *num.* 6. Sanchez *d. lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 52. Gutierez *de matr. cap.* 49. *num.* 37. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10 *cap.* 9. *num.* 343. Villalubos *in ſum. p.* 1. *tract.* 1. *diff.* 23. *num.* 5. Breſſetus *de conſcientia lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 119. & Ioannes Lugu *d. diſp.* 17. *ſect.* 4. *num.* 88. vetiſimilius enim eſt coniugem modò aſſerentem ſe fictè, vel coactè, vel cum uotitia impedimenri occulri contraxiſſe meutiri, quàm in ipſo contractu, ac Sacramento mentitum eſſe. Quaproptet ceſſantibus coniecturis conuincentibus ad credendum poteſt petere, & teddere, iuxta eoſdem Doctotes, & conſtat ex dictis *ſuprà num.* 1979.

2016. Cuntrouertitur ergo an teneatut reddere debitum ei qui aſſerit mattimonium eſſe nullum, ob allegatas ceuſas, an verò poſſit licitè negare? & videtur non poſſe negare, ſed teneri teddere, quamdiu nulla eſt certitudu de nullitate matrimunij; quia ex eo quòd aſſerat ſe non conſenſiſſe, vel ſubeſſe impedimentum occultum, non cedit iuri ſuo, immu petit, quod ſibi quacunque ratione alter debet; ergo nun obſtante iſla confeſſione, ſeu eſſeuetatione peteutis, debet debitum reddete. ita ſentit Salas 1. 2. *tract.* 8. *ſect.* 20. *num.* 182. *fine*, & idem videtur aſſerere Vaſquez 1. 2. *diſp.* 66. *cap.* 2. *num.* 9.

Sed alij communiter effirmant uon teneri red- 2017.
dere, niſi de nuuo conſentiat, vel impedimentum tullat, nam eo ipſu, quud aſſerit, ſe non cuuſenſiſſe, vel ſubeſſe impedimentum ditimens, rennnciet iuri matrimunij, atque adeò ſtante ille confeſſiune nullum habet ius perendi; ergo altet uun tenetur teddere. ita allegans Adrian. Roſellam, Angelum, Syluestrum, Palatios, Nauerrum, vtrumque Ledeſmam, & Ludouicum Lopea. Sanchez *d. num.* 52. Gutierez *vbi ſuprà num.* 34. Henriquez, Filliucius, Breſſerus, & Villelob. *locus allegatis.* † Si tameu ma- 2018.
trimunium verè eſſet validum, & coniua, qui exigitur, certò ſeiret validitatem, cùm tunc petens verè haberet ius petendi, licèt ignoret, teneretur alter teddere, quia etſi illicitè, & mala fide ob conſcienriam etroneam peteret, tamen peteret verè ſibi debitum; ſiquidem ius petendi nun tantùm fundatur in bona fide, vel etiam poſſeſſiune, ſed primariò in ipſa tei veritate, ſcilicet, matrimunij valote, vt docent Adrianus *in* 4. *de matr. dubit.* 14. §. *ex his patet, verſic. tertio caſu.* & §. *ad rationes.* Cuuarruuies *de ſponſal part.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 6. Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſp.* 6. *num.* 4. Breſſetus *d. num.* 119. & latiùs prubo egu ipſe *in tract. de effectibus matrimonij*, uondum impreſſo, *cap.* 1. *num.* 147.

Quòd ſi coniua tettactet ſuam aſſertionem, ſeu 2019.
eunfeſſionem, allegans tam graues rationes, ſeu coniectutas, & edeò vetiſimiles, vt alter coniux, à quo exigitur debitum, teneatur ctedere, tunc iſte tenetut teddere, quia iam alter ius petendi habet, ſeu recuperauit tali tettactatione. ita puſt Adrian. Syluestrum, Nauarium, & alios Sanchez *d. num.* 52. ita etiam Gutierez *num.* 35. & Villelobos *locis citatis.* Si etiam coniugi aſſerenti ſe fictè conſenſiſſe, alter temeratiè credidit, hunc eidem cuniugi poſtea cunfeſſionem priorem tettactanti teneri abſolutè teddere, aſſerunt iidem Sanchez, & Gutierez, & hoc pacto intelligunt Ruſellem, Angelum, & Palacium, dicentes, ſi coniua ſe tettactet, alterum teneti teddere; at ſi credidit prubabilter coufeſſioni, ſeu eſſertiuni, aiunt idem Sench. & Gutierex allegantes Syluestrum, nun teneti fidem edhibere, donec prima indicia euacuentut. Addunt etiam, ſi per teuocationem non conuincetur credere, ſed adhuc dubiter non teneri reddere, niſi elter de nouo cunſeutiet, vel tollet impedimentum.

Sed quid ſi coniugi aſſerenti matrimunium eſſe 2020.
nullum ub defectum ſui conſenſus, vel ub impedimentum occultum ſibi notum alter verè credat, au tunc poſſit iicitè petere, & teddere. Nec petere, nec teddere poſſe ſentiunt Senchez *d. num.* 52. Gutierez *num.* 36. Villalubus, & Breſſerus *locis citatis*, & ducuerunt priùs Pet. Sotus, Victoria, & Manuel, quos Sanchez ad id tefert. Probetur non poſſe petere, qui iam credit probebiliter ſaltem matrimonium eſſe nullum, ſine upinione uppoſitæ partis, vt ſupponitur, & ita habent lucum tradita *ſuprà num.* 1995. & *duobus ſequentib.* Quòd etiam nuu poſſit teddere, probatur, quia altar non habet ius petendi, cùm ſua aſſertionie enunciauerit iuti matrimonij; vt dictum eſt, ac pruinde negando debitum non exponit ſe periculu iniuſtitiæ, ratiune cuius periculi euitandi

Digitized by Google

di ſolùm tenetur reddere debitum, vt conſtat ex dictis *ſuprà n.*1928. 1968. & 1970. ergo cùm non teneatur reddere, nec etiam licitè reddere poteſt ſtante illa credolitate probabili de nullitate matrimonij, alioqui ageret contra conſcientiam, iux-
2021. ta dicta *allegato n.*1986. † At verò iuxta tradita *ſuprà n.*1999. aſſeri probabiliter poteſt, quòd illi liceat petere, & reddere, quamdiu nulla eſt certitudo de nullitate matrimonij, licèt ob dictum alterius probabiliter credat matrimonium eſſe nullum, idque ob rationem *ibidem* allatam, quam non eſt neceſſe repetere.

2022. Cæterùm ſi propter alterius coniugis aſſertionem alter dubitat probabiliter de matrimonij valore, dicendum cum Sanchez *d.n.*52. *fine*, Gutierez *n.*38. & Villalobos *vbi ſuprà*, non poſſe licitè petere, nec reddere donec dubium deponat, ſeu præmiſerit ſufficiens examen ad dubium vincendum; non enim poteſt petere, quia eſt dubius de valore matrimonij: in dubio autem ante præmiſſam ſufficientem diligentiam veritatis agnoſcendæ, non licet vti re, vt pluris *ſuprà* dictum eſt, non reddere, quia alter non eſt in poſſeſſione, neque ius petendi habet, donec ſe retractet, iuxta *ſuprà* dicta; poſt factam autem ſufficientem veritatis inquiſitionem, ſi adhuc perſeueret illud dubium, tunc iuxta eoſdem Doctores poteſt petere, & reddere, quia eſt in poſſeſſione bona fide inchoata, atque adeò poteſt plenè ea vti, vt *ſuprà n.*1945. & 1946. latiùs probatum eſt.

Coniugi dubio de valore matrimonij, quoties non eſt licita debiti petitio, neque etiam licent delectatio moroſa ſenſitiua partis, & tactus venerei.

2023. EX dictis præcedentibus infertur, quòd quoties coniugi illicita eſt petitio debiti ex eo, quòd eſt dubius de valore matrimonij, vel habet probabilem opionem de illius nullitate, etiam eidem ſub mortali eſt illicita delectatio partis ſenſitiuæ, vt etiam notauit Sanchez *lib.9. de matr. diſputat.*44. *numer.*24. & tenent etiam Coninch *de Sacram. diſputat.*34. *numer.*115. & Caſtrus Palaus *tom.1. tract.2. diſputat.2. ſect.2. numer.* 15. Et ratio eſt, quia tunc matrimonium eam delectationem cohoneſtans, eſt dubium, atque adeò etiam dubia erit honeſtas illius delectationis; nec aliunde iua poſſeſſionis præualet, ſicut nec ad debiti petitionem. Addit *ibidem* Sanchez, quòd nec licebit prædicta appetitua ſenſitiui delectatio de actu redditionis debiti exhibendi alteri coniugi in bona fide exiſtenti cogitato ſub conditione ſi petatur; ſecus verò de actu complacentiæ, & gaudij in voluntate, dicens rationem eſſe, quia quamuis liceat reddere debitum, poſita ea conditione, ſi petatur; tamen ſicut ea nondum poſita, non eſt licita copula, ita nec delectatio ſenſitiua; quemadmodum ſoluto licitum eſt in voluntate concipere delectationem, aut gaudium de acceſſu ad mulierem, ſi eſſet ſua, non tamen in appetitu ſenſitiuo: eo quòd delectatio in hoc conſurgens oritur ex vehementi commotione ſpirituum vitalium ſubſeruientium generationi; & conſequenter eſt quaſi inchoatio coitus præſentis, qui illicitus eſt, cùm deſit conditio. Confirmatur, quia actiones appetitus ſenſitiui (vt latè explicat Caietanus *tom.1. opuſc. tract.*14. *de delectatione moroſa, dub.*1.) non feruntur in obiecta ſub conditione aliqua, ſed abſolutè, nam illa tendunt, prout proponuntur ab imaginatiua, quæ non poteſt conditionem apponere, aut præſcindere rationem communem à particulari; ac proinde delectatur appetitus ſenſitiuus de illo actu independenter à conditione, de quibus latè *infrà hoc titulo.* vbi de conſcientia
ſcrupuloſa, *num.*2186. & *ſeqq.* † Quod autem di- 2024.
ctum eſt de moroſa delectatione partis ſenſitiuæ, idem ob eandem rationem de tactibus venereis, hi enim in coniuge, qui ob dubium de valore matrimonij non poteſt debitum petere, tactus venerei ſunt mortales, (vt idem Sanchez *ibidem* tradit,) niſi habeantur in gratiam alterius coniugis tacitè, vel expreſsè petentis debitum, quo caſu ſpectant ad redditionem debiti. Neque prædictis obſtat, (inquit rectè Sanchez,) ſi dicatur, ſicut dubius de valore matrimonij caret iure iuſtitiæ ad petendum, ita etiam qui contraxit affinitatem, aut cognationem ſpiritualem cum coniuge; & vtrique licitum eſt reddere, & huic coniugi, qui affinitatem, vel cognationem contraxit, licita ſunt delectatio illa, & tactus, vt idem Sanchez *eadem diſputat.*44. *num.*23. probat; ergo etiam coniugi dubio. Non, inquam, obſtat, quia coniux dubius priuatur eo iure ab intrinſeco, & ex natura rei, propter dubium de valore matrimonij cohoneſtantia actum: at coniux, qui affinitatem, vel cognationem contraxit, priuatur ab extrinſeca Eccleſiæ prohibitione in pœnam commiſſi delicti; quare cùm talis priuatio iuris petendi ſit pœnalis, ſeu quædam pœna, vltra ſuos terminos non debet extendi, & ita amplianda ad delectationem, & tactus, vt debeant cenſeri prohibita. Hactenus de licito, & illicito vſu matrimonij in dubio de eius valore; deberet ſequi tractatio de licito, & illicito bello in dubio eius iuſtitiæ; ſed de hoc ſatis actum *ſuprà hoc titulo à numero* 959. *ad* 979. Pro complemento huius materiæ de conſcientia dubia, ſeu de dubio ſtricto, & formali, reſtat ſolùm examinanda ſequens controuerſia.

SVMMARIVM.

2025 *Quando ex parte facti habetur vtrinſque opinia probabilis aliquid factum eſſe, vel non, vel an ita factum ſit, vel minus, vtrùm homo ſe genere debeat, vt in dubio ſuſpenſionis, & rigoroſo, affirmant aliqui, & duobus ſeqq.*

2028 *Negant communiter Doctores, & duobus ſeqq.*

Opinio verſans circa factum, non diſtinguitur à dubio iuxta aliquos, ſed ſolùm opinio iuris, d. n. 2025. oppoſitum, d. n. 2028. & ſeqq.

2031 *Habens ſolum opinionem, ſeu aſſenſum opinatiuum probabilem, aliquem in aliquo oppido fuiſſe infamatum per iudicis ſententiam, v. g. fuiſſe publicè flagellatum, peccet contra iuſtitiam, ſi illum infamet in alio oppido.*

Quid ſi certus ſit per ſententiam iudicis fuiſſe in illo oppido infamatum? & an ſaltem peccet contra charitatem, ibid.

2035 *Certus de impedimento, habens tamen pro vtraque parte iudicium probabile, quòd fuerit diſpenſatum, an abſque diſpenſatione poſſit licitè inire matrimonium; negatiua.*

Affirmatiua ibid.

3033 *Certus de impedimento, & dubius ſuſpenſiuè de diſpenſatione, abſque diſpenſatione non poteſt licitè matrimonium contrahere.*

2034 *Dubitans dubio ſtricto, & ſuſpenſionis de impedimento poſt factam ſufficientem veritatis inquiſitionem non indiget diſpenſatione ad contra-*

bendũ matrimonium; ſecus ante inquiſitionem.

2035 *Fœmina in dubio formali, & ſuſpenſionis, an ſemen ſit corruptũ, non poteſt licitè ſumere medicamentum ad illius expulſionem, ſecus ſi ex medicorum iudicio exiſtimet propabiliter eſſe corruptum.*

2037 *Si quatuor teſtes, vel tres fide digni affirment eius maritum eſſe defunctum, oppoſitum aſſerentibus aliis teſtibus paribus, an mulier poſſit licitè aliud matrimonium contrahere.*

2038 *Si tres teſtes affirment rem ab alio poſſeſſam, vel ſub nullius poſſeſſione eſſe alterius, oppoſitum aliis tribus aſſeuerantibus, an iſte poſſit illam propria authoritate capere.*

2039 *Lite in foro externo conteſtata ſuper re, de qua habetur iudicium probabile pro vtraque parte, nempe quòd ſit, vel non ſit propria, non licet vni colligantium illam propria authoritate accipere, etiamſi in nullius poſſeſſione ſit.*

2040 *Legatarius ex teſtamento minus ſolemni an licitè poſſit per occultam compenſationem accipere ſibi legatum; & etiamſi hæreditas in foro externo fuerit hæredi ad inteſtato adiudicata.*

2041 *Habens vtrimque probabiles rationes, vel coniecturas quòd fuerit, vel non fuerit abſolutus à cenſura certò contracta, an poſſit ſe gerere tanquam abſolutus, & minimè excommunicatus.*

§. LII.

Verùm, quando ex parte facti ſunt vtrimque rationes, & coniecturæ probabiles, neceſſariò reſultet dubium de tali facto, & homo ſe gerere debeat, vt in dubio proprio, & ſuſpenſionis, quamuis habeat pro vtraque parte iudicium probabile.

2025. AN quando ex parte facti ſunt vtrimque eationes, & coniectoræ probabiles ſufficientes iudicio prudentium ad genetandum aſſenſum ptubabilem neceſſariò reſultat dubium de tali facto, & homo debeat ſe gerere tanquam in te ſtrictè, & rigoroſè dubia, ſeu vt in dubio ſuſpenſionis, quamuis habeat pro vtraque patte iodicium probabile, ita quòd cenſeri ſemper debeat dubius, & vt in dubio formali, & rigoroſo, regulare ſuas actiones, donec eertò ſciat factum fuiſſe, vel non. Affirmat expreſsè Garzias *de beneficiis, part. 7. cap. 2. num. 24.* quem approbat, & ſequitur Ioannes Sancius *in ſelectis diſputat. 33. num. 30. verſic. Deinde quatenus, & diſputat. 43. num. 23.* & latiùs *eadem diſputat. num. 48. & ſequentibus, vſque ad finem.* ait enim Sanciùs *dict. num. 48.* diſtare dubium ab opinione, quòd omnis opinio dubium ſpeculatiuum includit, non tamen omne dubium includit opinionem; quare ſe habent (inquit) ſicut ſuperius, & inferius. Dubium namque (ſubdit) ſolùm circa factum verſatur, & tunc dicitur propriè aliquem dubitare, quando certò non ſcit, an aliquid factum ſit, vel minus; opinio verò non circa factum verſatur, ſed circa ius: & tunc aliquis opinionem habere dicitur, quando cenſet hoc licitum eſſe efficere, vel non, ſiue id cenſeat ob rationes ſibi probabiles, ſiue ob Doctorum auctoritatem. ita Sancius *dict. num. 48.* ex quibus *ſequenti numero* infert probabilitatem ſolam facti (puta ſi tres teſtes, etiam fide digni, & docti teſtentur quid tale factum eſſe, v. g. diſpenſatum eſſe, ſuper impedimento, & tres alij eiuſdem dignitatis oppoſitum affirment,) non inducere ſecuritatem, quia non eſt propriè opinio, ſeu dicta talium teſtium circa factum non ſunt opiniones propriè, ſed lato modo, quatenus diuerſa dicta hominum opiniones communiter appellantur. Quando autem Doctores aſſerunt licitum eſſe ſequi quamcunque opinionem probabilem, non loquuntur, (ait idem Sancius) de opinione facti, ſcilicet, quando quis ob aliorum teſtimonium, vel alia indicia probabiliter tantùm, & cum formidine oppoſiti iudicat aliquid factum eſſe, (v.g. diſpenſatum, vel aliquem mortuum eſſe,) ſed de opinione iuris. † Garzias *ibidem* ait ita ſentire 2026.
etiam Sanchez *lib. 2. de matrimon. diſp. 41. num. 3.* vbi tamen poſt Sotum *4. diſt. 27. q. 1. art. 3. verſic. tunc ergo,* ſolùm ait ad diſcernendum inter ſcrupulum, dubium, opinionem, & ſcientiam, non tam attendendendum eſſe, an adſit dubium, vel opinio, vel firmus aſſenſus, quàm ad cauſas vnde oritur, eo quòd poſſit aſſenſus ex tam leuibus rationibus oriri, vt vir prudens potiùs ſcrupulum iudicet, & è contra poſſint adeò vrgere rationes ſcrupuli, vt potiùs ſit ſcientia, vel opinio. hanc eandem ſententiam Ioanoes Sancius *dicto num. 49.* dicit docuiſſe eundem Sanchez tum *lib. 1. ſumm. cap. 9. num. 44.* vbi diſtinguit probabilitatem facti à probabilitate opinionum; tum *lib. 6. cap. 3. num. 7. circa medium,* vbi dicit, quòd habens opinionem probabilem, immo probabiliorem, dicentem ſuam eſſe rem ab altero poſſeſſam, non poteſt licitè ſpoliare alterum ſua poſſeſſione; quia dum non eſt certitudo, non eſt probabile licitum eſſe ſpolium propria authoritate factum. at ſi haberet opinionem, etiam minus probabilem dicentem licitum eſſe ſibi ſpoliare alterum, poſſet illum ſpoliare, ſequendo illam probabilem opinionem. Eandem ſententiam, ait idem Sancius docuiſſe Villalobos *1. part. ſum. tract. 1. diff. 10. num. 2. fine,* vbi dicit probationes facti non eſſe opiniones probabiles; ac proinde iudicem teneri iudicare iuxta meliores facti probationes. † Hanc idem 2027.
Ioannes Sancius *dict. num. 49.* probat hanc ſententiam, quia iudex in proferenda ſententia non poteſt ſequi opinionem probabilem facti, relicta probabiliori, ſcilicet, applicare rem, circa quam verſatur lis, illi qui non tam exactè documentis, ſeu inſtrumentis, & teſtimoniis, ac aliis indiciis probauit eſſe ſuam, ac alius, vt iuxta communem Doctorum oſtenſum eſt *ſuprà hoc tit. n. 475.* at poteſt idem iudex relicta probabiliori opinione iuris, ſeu verſante circa ius, iudicare ſecundùm opinionem iuris minus probabilem, dummodo ſit probabilis, vt idem Ioannes Sancius, & alij plures, qui *ſuprà num. 478.* allegati ſunt, tenent; ergo ſignum eſt, quòd opinio, ſeu probabilitas facti, ſeu rationes, ac coniecturæ ex parte facti, etſi vrgentes, & ſufficientes, vt pro vtraque parte habeatur iudicium probabile, non ſunt ſufficientes ad reddendam tutam operantis conſcientiam, & ſecluſa morali certitudine facti, non obſtante tali iudicio probabili pro vtraque parte, hominem ſe debere gerere tanquam in re rigoroſè dubia. Confirmat Garzias dicens id colligi ex ſæpe *ſuprà* allegato *cap. inquiſitioni, de ſent. excommun.* Ex hac autem ſua ſententia, ſeu doctrina, Ioannes Sancius plura infert corollaria *infrà* examinanda.

Verùm ſententia oppoſita tenenda eſt, & dicendum quando coniecturæ, ſeu rationes, ac probationes ex parte facti vtrimque ſe tenentes ſunt tales, támque veriſimiles, & vrgentes, vt homo prudenter, & rationabiliter eliciat aſſenſum opinatiuum circa vtramque partem, ſeu habeat pro vtraque parte probabile iudicium, tunc non teneri hominem ſe gerere tanquam in re dubia; ſed poſſe tutè, & licitè operari ſequendo tale iudicium 2028.

pro

probab ile, ſeu talem opinionem, ſeu aſſenſum probabilem de facto, quod factum ſit, vel non. Ita ſentit primò Suarez *de pœnit. diſputat.* 22. *ſect.* 9. *num.* 6. quatenus aſſerit, in dubio, an quis commiſerit peccatum aliquod mortale, vel illud fuerit ritè confeſſus, ſi pro vtraque parte habet iudicium probabile, licèt in alterum cum maiori, vel minori probabilitate inclinet, poſſe licitè ſe conformare iudicio, quòd non peccauerit, vel iam confeſſus ſit; & ita non teneri tale peccatum confiteri. quod idem aſſerit Syluester *verb. confeſſio* 2. *q.* 2. & tenet maior pars Doctorum, qui *ſuprà num.* 1741. relati ſunt, qui proinde etiam hanc ſententiam tenent. Secundò ita ſentiunt Sanchez, Fagundez, Bonacina, Villalobos., Diana, Palaus, Breſſerua, Trullench, Paſqualigius, Ioannea Lugo, & idem Ioannes Sancius locis *ſuprà numer.* 1726. allegatis, quatenus affirmant, ſi plura vrbis, ſeu opidi horologia non pulſent horam mediæ noctis ſimul, ſed aliquod aliquanto priùs, aliud, vel aliqua aliquanto poſtea, vbi non conſtet de errore alicuius, quoad ieiunium naturale pro ſumenda Euchariſtia, vel Eccleſiaſticum, & quoad eſum carnium, vel abſtinentiam ab illis, licitum eſſe ſequi quodlibet eorum, eo quòd tunc pulſus diuerſorum horologiorum ſe habeant tanquam diuerſæ rationes, ſeu opiniones probabiles, vt *ibidem* dictum eſt. Tertiò ita ſentiunt Nauarrus, Angles, Azorius, Layman, Ioannes Lugo, & Breſſerus locis *ſuprà num.* 1387. 1394. dum aſſerunt eum, qui probabiliter iudicat, ſeu opinatur ſe obligationi contractæ ſatisfeciſſe, v.g. recitaſſe diuinum Officium, vel ſoluiſſe debitum contractum ex delicto, vel contractu, non teneri ad aliam ſatisfactionem. ita ſentit etiam idem Breſſerus *lib.* 4. *de conſcientia cap.* 13. *num.* 126. dum docet in dubio, an quis ſit legitimus, ſi ob poſitiuas, & probabiles rationes, ſeu coniecturas vtrimque exiſtentes prudenter iudicet, ſeu opinetur ſe eſſe legitimum, poſſe in omnibus ſe gerere tanquam legitimum. Quartò idem ſentit Sanchez locis *ſuprà num.* 1610. 1654. & 1660. allegatis, dum aſſerit in dubio de cauſa finali, vel an illius materia ſit, necne bona, vel indifferens, vel an vouens ſe voluerit obligare ad rem bonam potentem habere malum finem in euentu illicito, ſi vtrimque habeatur iudicium probabile, non teneri voto. Denique ita ſentiunt omnes Doctores *ſuprà num.* 1693. allegati, dum aſſerunt coniugem poſt matrimonium bona fide contractum ob diuerſas rationes, ac coniecturas probabiles, habentem probabile iudicium de nullitate matrimonij, & ſimul etiam probabile iudicium de valore, & quòd nullum ſub initio contractus ſubeſſet impedimentum dirimens, poſſe ſe conformare huic poſteriori iudicio quoad vſum matrimonij, & ſic pe-
2029. tere, & reddere. † Ratio autem huius ſententiæ eſt illa ſæpiùs in præcedentibus repetita, quòd homo in rebus moralibus, & practicis quoad praxim poteſt ſe conformare iudicio prudenti, & probabili, ſeu aſſenſui, vel opinioni probabili, non obſtante contrario iudicio, ſeu aſſenſu, aut opinione probabili, vel etiam probabiliori, quando agitur de honeſtate, vel turpitudine actionis, vel omiſſionis, & in rebus ipſis non imminet aliquod aliud periculum: tunc enim homo prudenter agit, cùm ducitur iudicio, prudentium arbitrio, ſeu omnibus conſideratis probabili; cùm in moralibus rarò certitudo haberi poſſit. Quare minùs verum eſt, Doctores, dum communiter docent licitum eſſe ſequi opinionem probabilem, etiam relicta probabiliori, loqui ſolùm de opinione iuris, non verò de opinione facti; nam nomine opinionis probabilis intelligunt iudicium hominis prudens, & probabile, quòd, ſcilicet, non nititur leui, ſed rationabili, ac probabili motiuo ſufficienti ad hoc, vt homo prudenter iudicare valeat rem ita ſe habere, vel non ſe habere; quod verò motiuum conſiſtat in Doctorum authoritate, aut naturali ratione, vel in ipſo iure, aut in teſtimonio virorum fide dignorum, vel rationibus, ſeu coniecturis, ſeu iudiciis, vel probationibus ex parte facti ſe tenentibus parum refert, ſi ſit ſufficiens ad gignendum prudentem, & probabilem aſſenſum. & ita apertè ſentiunt tot Doctores pro hac ſententia allegati, qui meritò præferri debent Sancio, & Garziæ; & colligitur ex traditis de opinione probabili *ſuprà hoc tit. num.* 82. *& ſeqq.* & ex Doctoribus *ibidem* allegatis ad explicandum, quænam ſit opinio probabilis: neque præter Garziam, & Ioannem Sancium huc vſque ego legi Doctorem, qui cum ipſis ſentiat; Villalobos enim *d. diff.* 10. & Sanchez *dict. cap.* 9. *num.* 44. ſolùm docent probabilitatem facti diuerſam eſſe à probabilitate opinionum Doctorum, non autem non poſſe eſſe ſufficientem, vt homo ea innixus prudenter iudicet aliquid eſſe, vel non eſſe, & licitè operetur. Dum autem idem Sanchez *lib.* 6. *ſumm. cap.* 3. *num.* 7. & alij Doctores *ſuprà num.* 1848. relati docent habentem opinionem probabilem, immò probabiliorem, dicentem ſuam eſſe rem ab altero poſſeſſam, non poſſe propria authoritate alterum ſpoliare; id non dicunt, quia huiuſmodi opinio verſetur circa factum, ſeu oriatur ea probabilitate facti, quæ tutam conſcientiam non reddat, vt exiſtimat idem Ioannes Sancius *dicto diſputat.* 43. *num.* 54. Sed quia tali probabilitati præualet certa alterius poſſeſſio; & ad faciendam propria authoritate compenſationem requiritur creditum eſſe liquidum, & moraliter certum, vt probatum eſt *ſuprà numer.* 1848. & 1849. res ergo in tali caſu definienda eſt per iudicem. Vnde quando res eſt vacans, & à nemine poſſeſſa, tunc habens talem opinionem probabilem rem eſſe ſuam, licèt probabiliter etiam putet eſſe alterius, poteſt illam licitè præoccupare, dummodo id fiat ſine vi, & ſcandalo, vt *ſuprà num.* 1854. oſtenſum eſt. Præterea Sanchez, & alij Doctores non ſolùm loquuntur de habente opinionem probabilem ſolùm ex parte facti, ſed etiam de habente opinionem probabilem ex parte iuris; cùm loquantur generaliter; & ratio illa, quòd certa poſſeſſio præualet, qua quis priuari non poſſit iuſtè, dum certò moraliter non conſtet rem eſſe ſuam, procedit tam in caſu opinionis probabilis facti, quàm iuris, cùm in vtroque non conſtet certò moraliter, ſed tantùm opinatiuè, & ſub dubio. Quare exiſtimo non poſſe dari opinionem probabilem, licere propria authoritate poſſeſſorem bonæ fidei ſpoliare poſſeſſa abſque certitudine morali, quòd non ſit ſua.

Ad probationem à Sancio pro ſua ſententia ad- 2030.
ductam *ſuprà num.* 2027. reſpondetur iudicem teneri iudicare in fauorem illius, qui attulit facti probationes; quia cùm ſit perſona publica ad adminiſtrandam iuſtitiam inter partes, ſeu colligantes deputata, tenetur ſecundùm merita cauſæ in proceſſu apparentia ſententiam ferre, quæ merita potiſſimum menſurantur ex probationibus facti, ſcilicet, inſtrumentis, certioribus teſtimoniis, & coniecturis ac indiciis veriſimilioribus in proceſſu probatis, vt *ſuprà hoc tit. num.* 475. immò ob eandem rationem *ſuprà num.* 485. dixi teneri iudicem in iudicando ſequi etiam opinionem probabiliorem iuris; cùm

etiam vbi ius magis fauet, ibi maiora cauſæ merita cenſeantur adeſſe. At verò perſona priuata, ſeu pars, ad prædicta attendere non debet, ſed ſufficit ei, vt rem legitimè poſſeſſam licitè retinear, vel præoccupet vacantem, habere probabile iudicium, ſeu opinionem judicio peritorum probabilem, quod ius ad rem ſibi competat, vt latiùs etiam exemplis idem Ioannes Sancius *dict. diſputat.* 43. *num.* 56. ad *cap. inquiſitioni*, in quo fundatur Garzias, reſpondetur ex dictis *ſupra numer.* 1986. ad ſummum procedere ſolùm, quando coniux habet opinionem, ſeu aſſenſum probabilem de nullitate matrimonij, ſine opinione probabili oppoſitæ partis. Reſtant modò examinanda corollaria Ioannis Sancij.

Habens probabilem opinionem, quòd aliquis in aliquo oppido per iudicis ſententiam fuerit infamis declaratus, an poſſit licitè in alio oppido illum infamare.

2031, PRimum igitur corollarium, quod Ioannes Sancius *d. num.* 24. infert ex præallegata ſua doctrina, eſt, eum, qui opinatiuè dubitat aliquem fuiſſe in aliquo oppido infamia iuris, ſeu publica anthoritate infamatum, quia plurimis affirmantibus fuiſſe, v.g. flagellatum, alij diſſentiunt, teneri ad reſtitutionem famæ, ſi in alio oppido, in quo nota non erat infamia, nec facilè erat promulganda, illum diffamaſſet. Probat, quia opinio probabilis facti fundata in diuerſis illis teſtimoniis eſt facti, quam non licet ſequi; ſed dato quòd non ſit peccatum contra iuſtitiam publicare crimen proximi, ſeu illum infamare in vno loco, de quo per iudicis ſententiam fuit in altero diffamatus, ſi certa ſibi ſit hæc infamia iuris, vt contra Toletum *lib.* 5. *cap.* 65. *num.* 3. idem Ioannes Sancius *d. diſp.* 43. *num.* 25 & 26. & alij plures aſſerunt, eo quòd per ſententiam iudicis cenſeatur abſolutè priuatus, & ſpoliatus fama; & dato etiam quòd prædictis teſtificantibus eorum qualitatibus, & dictis, ac aliis circumſtantiis attentis probabiliter credi poſſit, ſed non certò. Reſpondeo hunc infamantem in alio oppido peccare contra iuſtitiam, & teneri ad reſtitutionem famæ, non quia ſequatur opinionem facti; ſed quia cùm alter ſit in certa poſſeſſione ſuæ famæ, non poteſt ſine iniuria ſpoliari, abſque certitudine infamiæ iuris contractæ, iuxta dicta *ſuprà num.* 1848. & 1849. & 2029. Quare ſolùm quando certus eſſet de infamia iuris proximi iuſtè irrogata illum in alio loco infamaret, ſeu infamiam iam contractam publicaret, non peccaret contra iuſtitiam; licèt notitia infamiæ alioqui non eſſet ad talem locum peruentura, peccaret tamen, vt ait Sancius *ibidem*, contra charitatem exigentem, vt non inferatur damnum proximo, ſed potiùs vt illius bona conſeruemus, quando ſine noſtro incommodo præſtare poſſumus.

Dubitans an ſit diſpenſatum ſuper impedimento dirimente, ſi ob dicta duorum, vel trium teſtium affirmantium fuiſſe diſpenſatum, probabiliter iudicet fuiſſe diſpenſatum, cum opinione tamen oppoſita, an abſque diſpenſatione poſſit matrimonium inire.

2032. SEcundò infert *d. diſp.* 43. *num.* 49. quòd ſi contingat dubitare aliquem, num ſit diſpenſatum ſuper impedimento ad contrahendum matrimonium, & teſtentur duo, vel tres fide digni, etiam docti, diſpenſatum eſſe, alij verò paris fidei oppoſitum affirment, non poſſit matrimonium contrahi, niſi conſtita veritate, abſque controuerſia. probat, quia tunc reuera eſt dubium, cùm probabilitas illa oriens ex dictis illorum teſtium verſetur circa factum, an videlicet ſit diſpenſatum, vel non, & impedimentum poſſideat. Sed ſi teſtes ſint tanta fide digni, vt illorum dicto innixus poſſit prudenter, & probabiliter iudicare eſſe diſpenſatum, licèt etiam contrarium dictum probabiliter opinetur; dicendum eſt poſſe contrahere matrimonium, conformando ſe iudicio illi probabili, idque ob rationem *num.* 2029. adductam. & ita abſque dubio ſentiunt Doctores *n.* 2028. allegati, & alij Doctores *ſuprà hoc titulo* allegati, aientes vbi conſtat de lege, impedimento, vel obligatione aliqua voti, iuramenti, promiſſionis, vel ex alio contractu, aut ex delicto, in dubio, an fuerit diſpenſatum, vel obligationi ſatisfactum, obligationem legis vtique perſeuerare, loquuntur enim de dubio ſuſpenſionis excludente omnino aſſenſum circa vtramque partem contradictionis; non verò quando eſt pro vtraque parte aſſenſus, ſeu opinio
probabilis. † Quare certus de impedimento diri- 2033.
mente, & dubius ſuſpenſiuè an ſit ſuper impedimento diſpenſatum, non poteſt abſque diſpenſatione inire matrimonium, ſicut certus de voto, aut iuramento, & dubius ſuſpenſiuè de implemento tenetur implere, vt *ſuprà* ſuo loco dictum eſt, quia excuſatio dubia non debet elidere certam obligatio-
nem. † Quòd ſi quis haberet dubium ſuſpenſiuum, 2034.
& formale facti de impedimento dirimente, puta dubitaret rationabiliter an ſeminaſſet intra vas, & ita affinitatem contraxerit, nullum aſſenſum de vtraque parte elicere valens; tunc ſi facta ſufficienti diligentia ad veritatem agnoſcendam, adhuc manet dubius, poteſt abſque diſpenſatione matrimonium contrahere; quia in hoc dubio ſtat poſſeſſio pro libertate ad contrahendum, ſicut in aliis dubiis facti poſt ſufficientem diligentiam permanentibus, *ſuprà* oſtenſum eſt poſſeſſionem ſtare pro libertate dubitantis; nec ſic operans, ſeu contrahens ſine diſpenſatione exponit ſe periculo morali faciendi contra legem impedimenti, vt dixi *ſuprà hoc tit. num.* 1287. & in his terminis ita docent Sanchez *lib.* 2. *de matr. diſp.* 45. *num.* 26. & 27. & *lib.* 8. *diſp.* 6. *num.* 18. Ioannes Sancius *d. diſp.* 43. *num.* 44. & alij Doctores citati *d. num.* 1287. Ante factam autem ſufficientem veritatis inquiſitionem non poſſet abſque diſpenſatione licitè contrahere matrimonium; quia cùm dubium non eſſet redditum inuincibile, exponeret ſe morali periculo contrahendi cum impedimento: & hoc conſtat ex generali doctrina de non operando in dubio, an operatio ſit licita, necne, niſi poſt debitam veritatis inquiſitionem; & conſtat ex traditis *ſuprà præcedenti* §. de diligentia ad veritatem aſſequendam adhibenda à coniuge dubio de valore matrimonij bona fide initi, vt poſſit licitè reddere, & petere. Et ita etiam in his terminis Sanchez, & Ioannes Sancius *vbi ſuprà*.

Fœmina in dubio ſuſpenſionis, & opinatiuo, an ſemen ſit corruptum, an poſſit ſumere medicamenta ad illius expulſionem.

TErtiò *eodem num.* 49. infert contra Sanchez 2035.
lib. 9. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 19. dicentem fœminam, quæ dubitat, an eius ſemen corruptum eſſet, vel non, non poſſe ſumere medicamenta ad illius

exp

Digitized by Google

expulſionem, vt liberetur accidentibus venenoſis; quia tunc ſemen habet poſſeſſionem prolifici; & quando opinio eſſet inter Medicos, an corruptum eſſet, poſſe, quia licitum ſit ſectari opinionem probabilem facti. infert, inquam, neque in hoc ſecundo caſu fœminam poſſe ſumere medicamenta ad ſeminis expulſionem; quia opinio illa Medicorum, (inquit,) eſt opinio facti, quæ non diſtinguitur à vero dubio. Sed cùm hæc ratio Sancij ſit falſa, & iam reiecta, ex communi Doctorum ſententia, approbari debet dictum eiuſdem Sanchez.

Tribus teſtibus fide dignis aſſerentibus coniuges non eſſe conſanguineos, & tribus alijs oppoſitum affirmantibus, an illis liceat reddere, & petere debitum.

QVartò contra Hurtadum *de matrimonio diſp.* 10. *diff.* 9. *num.* 37. innuentem, quòd ſi poſt matrimonium contractum adſint tres teſtes fide digni, aſſerentes coniuges eſſe conſanguineos in quarto gradu; aſſerentibus aliis tribus non eſſe conſanguineos; & ita vtrimque, nempe, & pro valore matrimonij, & pro nullitate exiſtere opinionem probabilem, poſſe coniugem amplecti opinionem, quam voluerit, ſiue pro valore, vt poſſit petere, & teneatur reddere; ſiue pro nullitate, vt nequeat petere, nec reddere, & ſic poſſe non reddere, ſi velit, innixua opinioni de nullitate; contra hoc dictum Hurtadi, inquam, infert Ioannes Sancius *d. num.* 49. licèt coniux teneatur reddere, eum tamen non poſſe amplexari opinionem illam facti dicentium non eſſe conſanguineos; quia opinio illa cùm ſit facti, verum dubium eſt, & ſic ſe gerere debet, vt in dubio de valore matrimonij, nempe tenetur reddere, quia talis opinio, cùm ſit dubium, vincere non poteſt poſſeſſionem certam matrimonij, quam alter coniux exiſtens in bona fide habet. At verum quidem eſt teneri reddere, vt probatum eſt *ſuprà num.* 1985. ſed non quia opinio ſit facti, neque quia vniuerſaliter, cùm pro vtraque parte habetur opinio, ſeu aſſenſus probabilis aliquid eſſe, vel non eſſe, homo ſe gerere debeat, vt in dubio ſuſpenſionis; ſed quia certa poſſeſſio priuata authoritate non poteſt auferri abſque iniuſtitia, niſi adſit certitudo moralis alterum non poſſidere legitimè, vt *ibidem* dictum eſt.

Fœmina dubitans de morte mariti, ſi quatuor teſtes fide digni teſtentur iam obijſſe, & alij oppoſitum affirment, an poſſit licitè tranſire ad alias nuptias.

2037. QVintò Sancius *num.* 50. infert, quòd fœmina dubitans num eius maritus defunctus ſit, necne, & teſtentur aliqui fide digni mortuum iam eſſe, aliis fide dignis oppoſitum affirmantibus, non poſſit aliud matrimonium contrahere; quia dum matrimonium poſſideat (inquit) ſpoliandum non eſt ſua poſſeſſione, niſi certò conſtet de mariti morte: & aliàs opinio illa dicentium obiiſſe ſit circa factum, & in facti plena cognitione, etiam prudentiſſimi fallantur, *l.* 2 *de iuris, & facti ignorantia.* & credatur non omne dubium excludi virtute illius opinionis facti, non ſpeculatiuum (quia de ratione cuiuſcunque opinionis, etiam quæ verſatur circa ius, eſt dubium ſpeculatiuum includere; tum quia fide humana ducitur fœmina illa ad credendum eius maritum defunctum eſſe: fides autem humana neceſſariò dubium, & incertitudinem claudit, cùm principio fallibili innitatur, niſi ſit fides humana æquiualens euidentiæ, vt quòd Roma ſit) non practicum; nam ſolùm opinio, quæ verſatur circa ius (inquit) vires habet illud excludendi, & reddendam tutam conſcientiam; ergo cùm talis fœmina ſemper maneat dubia ſpeculatiuè, & practicè, non poteſt licitè nouum matrimonium contrahere. ita Ioannes Sancius, cui concedendum eſt fœminam in hoc caſu non poſſe licitè tranſire ad ſecundas nuptias, innixam illi opinioni probabili, fundatæ in dictis illorum teſtium, quibus alij teſtes contradicunt; non ob illam rationem, quòd vniuerſaliter in opinionibus facti teneamur nos gerere, vt in dubio proprio, & ſuſpenſiuo, ſed quia ad talem tranſitum, vt licitus ſit, requiritur certitudo moralis non ſolùm in foro externo, ſed etiam conſcientiæ, iuxta communem Doctorum ſententiam, & tradita *ſuprà num.* 1000. *& ſeqq. & num.* 2009. & ſuadet prima ratio eiuſdem Ioannis Sancij.

Dubitans an res ab alio poſſeſſa, vel in nullius poſſeſſione exiſtens ſit ſua, ſi adſint tres teſtes affirmantes eſſe illius, & alij tres id negantes, vtrùm poſſit propria authoritate illam rem accipere, & quid ſi iam foro contentioſo lis ſit conteſtata.

SExtò idem Ioannes Sancius *eadem diſp.* 41. *n.* 51. 2038.
infert dubitantem, num res ab alio poſſeſſa ſit ſua, non poſſe poſſidentem ſpoliare, quamuis adſint teſtes affirmantes illius eſſe, dum adſint alij id negantes; quia (inquit) in illo caſu ſemper manet dubius. Et *num.* 55. ait partibus non fore licitum priuata authoritate rem accipere, quando actu Aduocati non doceant ius illis eſſe acquiſitum per probationes factas, licèt certò, & non ſub dubio notum ſit partibus Aduocatos in ſimilibus caſibus ſuffultis conſimilibus probationibus docuiſſe partes habuiſſe ius ad rem prætenſam. Tunc enim partes (inquit) opinione facti rem accipiont, & non opinione iuris, ſeu Doctorum, quòd in illo, & ſimilibus caſibus ſit licitum agere, vel non; cùm opinio illa Aduocatorum maiorem non habeat vim (addit idem Sancius,) quàm ſit illa, quæ exhibita eſt à probatione facti. Et idem proculdubio ſentit Ioannes Sancius, etiamſi res ſub nullius eſſet poſſeſſione, & aliquis haberet probabilitatem facti fundatam in dictis teſtium, vel aliis coniecturis veriſimilibus, ob quam prudenter iudicaret probabile eſſe rem eſſe ſuam, ſi alij teſtes, aliáve indicia opponantur; ſed ratio cur in præfato caſu non liceat ſpoliare poſſeſſorem bonæ fidei priuata authoritate, non eſt illa, quòd opinio, ſeu aſſenſus probabilis facti æquiparetur vniuerſaliter dubio ſuſpenſiuo; ſed illa ſæpè repetita *ſuprà num.* 1848. *&* 1849. quòd poſſeſſor bonæ fidei non poteſt abſque iniuſtitia priuata authoritate priuari ſua certa poſſeſſione, donec certò conſteteum non habere ius ad rem poſſeſſam; ſi verò res ſit in nullius poſſeſſione, nec adhuc ab vlla partium factus ſit recurſus ad iudicem fori externi, & coram eo mota lis; tunc qui ob atteſtationes virorum fide dignorum, vel alias coniecturas veriſimiles exiſtimaret probabiliter eſſe ſuam, poſſet licitè eam rem ſine vi, & ſcandalo præoccupare, iuxta tradita *ſuprà num.* 1854. † Quòd ſi res iam deducta 2039.
eſſet ad forum externum, & lis coram iudice competenti mota; in eo caſu neque ob opinionem facti,

neque

neque ob opinionem probabilem iuris (puta ſi Aduocati ſtantibus talibus probationibus facti conſulerent competere ius ad illam rem,) liceret vni ex partibus collitigantibus rem vacantem, circa quam verſatur lis, præoccupare, & accipere propria authoritate, etiamſi acciperet ſine vi, & ſcandalo in ipſa acceptione contingente, vt rectè ait Sancius *num.* 52. & docuit Faber *in l.* 1. *§. O filius, ff. ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat.* Tunc enim munus eſt iudicis controuerſiam dirimere, *l.* 1. *§. inde quæritur, ff. de noui operis nunciatione*; non verò collitigantium priuata authoritate rem ſibi applicare, ne alioqui detur tumultus occaſio; pax Reipublicæ turbetur, cuius turbationis periculo manifeſto certè expoſita eſſet Reſpublica, ſi collitigantibus priuata authoritate accipere rem, de qua in foro externo controuertitur, liceret; ſiquidem tunc vnus contra alium bellum gereret, vſque dum rei poſſeſſionem adipiſceretur; & deinde alter, qui poſſeſſionem non eſt nactus, è manibus poſſidentis eripere rem conaretur; & illa erepta alius vltrò ob eripiendam ab illo dimicaret; & ſic in perpetuum creſcerent contentiones. Quare licèt ſcandalum non reperiretur pro tunc quando res acciperetur, suboriretur pòſt, cognita acceptione; & ſi non poſſet innoteſcere rem fuiſſe propria authoritate vſurpatam, adhuc acceptio eſſet illicita, quia ſic illam accipiendo, videtur fieri iniuria poteſtati publicæ, & iudici ius iuxta merita cauſæ vni, vel partim alteri rem applicandi, tunc habenti auferendo; immò fortaſſe fit iniuria etiam alteri collitiganti; nam ipſi collitigantes generaliter paciſcuntur exſpectare à iudice litis determinationem, cùm conteſtando litem quaſi contra-
1040. hatur. *l. delegare* 11. *§.* 1. *ff. de nouat.* † Num verò admitti debeat, quòd hinc idem Ioannes Sancius *dict. num.* 52. contra Molinam *de iuſtitia, & iure, tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 81. *verſic. Quòd ſi hac, ſeu num.* 22. dicentem Legatarium ex teſtamento minus ſolemni poſſe per occultam compenſationem accipere ſibi legatum, tametſi hæreditas etiam in foro exteriori fuerit hæredi ab inteſtato adiudicata, infert, ſcilicet, talem legatarium, id non poſſe, quia ſi iudex (inquit) in foro conſcientiæ tenebatur hæreditatem adiudicare hæredi ab inteſtato, talis hæres ius in foro conſcientiæ ad illam accipiendam habebat; cúmque (ſubdit) bellum iuſtum materialiter ex vtraque parte non poſſit dari, ſed ſolùm ſuppoſita vnius partis ignorantia probabili, ſequitur, quòd legatarius non poſſit accipere clam id, quod iuſtè poſſidet; an, inquam, hoc ex præmiſſa doctrina inferatur, non eſt huius loci examinare, nec poteſt rectè definiri ſine longo examine, an teſtamentum minus ſolemne ſit omnino nullum, & irritum in foro conſcientiæ, & iure naturali inſpecto; præmiſſa tamen doctrina meritò admitti debet, quando collitigantes non habent certitudinem moralem ad ſe rem ſpectare, ſed ſolùm inſpectis probationibus facti, vel etiam conſilio Aduocatorum attento, ſolùm probabiliter putat ad rem, ſuper qua in foro externo iam eſt lis conteſtata, ſe habere ius.

Dubitans an abſolutus ſit à cenſura, quam certò incurrerat, ſi teſtentur aliqui fide digni ſe vidiſſe abſolutionem fuiſſe à iudice pronunciatam, & alij contradicant, an teneatur ſe gerere, vt ligatus cenſura.

VLtimò idem Ioannes Sancius *d. diſp.* 43. *n.* 57. 1041.
infert, ſi quis dubitet, an abſolutus ſit à cenſura, quam incurrerat certò, & teſtentur aliqui iudicem abſolutionem pronunciaſſe, affirmantibus contrarium aliis, eum teneri ſe gerere vti ligatum cenſura. quia opiniones illæ (ait) ſolùm ſunt opiniones facti; nec proderit (ſubdit) teſtes illos affirmantes ſe vidiſſe abſolutionem fuiſſe impenſam, doctos eſſe; quia per accidens, & materialiter ſapientia concomitatur. nam non vt ſapientes loquuntur, ſed vt teſtes oculares. At ſuppoſito, quòd illi teſtes aſſerentes abſolutionem fuiſſe datam, ſint tantæ fidei, vt illis prudenter credatur, licèt etiam contrarium ob alios teſtes probabile exiſtimaretur, dicendum quòd poſſet ſe gerere tanquam abſolutum, vt tradit Suarez loco *ſuprà num.* 2028. allegato. & ſentiunt alij tenentes, cùm vtrimque ſunt rationes, vel coniecturæ probabiles, ob quas quis iudicat probabile eſſe non commiſiſſe peccatum mortale, vel illud iam confeſſum eſſe, non teneri tale peccatum confiteri, tametſi etiam contrarium probabile credat, conformando enim ſe iudicio, quòd fuerit abſolutus, prudenter ſe gerit, cùm illud iudicium ſit probabile, vt *ſuprà* oſtenſum eſt. Et nunc de conſcientia dubia ſatis.

Alt 171,2222

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5451

Digitized by Google